


[illegible]

[illegible]

[illegible]

LIBER SE

DECRETA

ONIFACII PAPAE VIII.

LEMENTIS PAPAE V.

CONSTITVTIONES.

EXTRAVAGANTES TVM VIGINTI

D. IOANNIS PAPAE XXII.

TVM COMMVNES.

Hæc omnia cum suis glossis suæ integritati restituta, & ad exemplar ROMANVM diligenter recognita.

Et nunc recens illustratæ nouis Iuriscon. celeberrimorum Additionibus.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXV.

BONIFACIVS Papa VIII. natione Hernicus, patria Anagninus, e familia Caietana, anno MCCXCIIII. Pontifex Maximus creatus est. Is Decretales epistolas prędecessorum suorum per Guilielmum Archiepiscopum Ebrudunen. & Berengarium Episcopum Biteren. ac magistrum Richardum de Senis S. R. E. Vicecancel. diligenter fecit recenseri: & quibusdam decretis nouis a se additis in vnum librum sub debitis titulis redigi, & quinque alijs Gregorij Papæ IX. annecti, Sextumque nuncupari iussit. Ad quem Ioannes Andr. Bononien. continuas glossas, quibus multa ex eius lectura fuerunt inserta, & hoc signo [ ] notata, conscripsit.

TAB TITVLORVM V. LIBRORVM SEXTI DECRETALIVM secundum ordinem alphabeti.

FINIS TABVLAE TITVLORVM.

TABVLA OMNIVM CAPITVLORVM SEXTI DECRETALIVM

secundum ordinem alphabeti.

A

B

C

D

Pa-

Si duo

FINIS.

Prima glo. legitur sine recitatione: tamen tria facit: Nam allegatione, & causa præmissis, inuocat suffragium diuinum, exprimens ad quid: Secūdo ponit operis utilitatem, quam optat: Tertio de quadruplici hominum sermone loquens, operis defectus excusat, & profectus attribuit Archidiacono, quē commendat, & cui submittit hoc opus. Ioan. And. in nouella.]

LIBER SEXTVS DECRETALIVM

Dom. Bonifacij Papæ Octaui.

BONIFACIVS a EPI-

In Vaticanis & alijs antiquis codicibus titulus huius uoluminis hī ita, incipit. li. 6. Decretalium Dñi Bonifacij Papæ Octaui. & hæc inscriptio ex præsenti etiam præfatione colligitur.



Quia præpostérus est ordo, prius humana subsidia petere, vt illis deficientibus diuini fauoris gratia postuletur. de consec. d. 1. oīs Christianus. in fine, idcirco ego Ioannes Andreæ Bononiensis in omnibus iuuenis, inter Decretorum Doctores licet minimus, tamen indignus cupiens huius operis mei fore principium ad inuocationem, honorem & laudem nominis Iesu Christi, quod qñ recolo, flectere debeo genua saltem corde, infra de immu. eccl. decet. §. conuenientes. Prius ad eum in quantum possum, humiles porrigo preces, ut non ponderatis humanis demeritis, sua sola clementia in me, sui cælestis irrigui gratiam influat, scientiæ & eloquentiæ supplendo defectum, augendo ingenij modulum, & memoriæ quantitatem: ut possint scripturarum huius libri ueritatem pandere, errores fugare, ænigmata reserare, nodos soluere, obscura dilucidare, & dubia declarare infra de reliq. & uene. sanct. cap. 1. §. horum quippe. in fin. §. ut sic seruetur, & augmentetur scientia, uirtus & gratia in meipso, ut iuxta uerbum Psalmistæ, De uirtute ambulemus in uirtutem. de pæn. distin. 1. cum sanctam. circa prin. planteтur, ædificetur, roboretur, & conseruetur huius iuris scientia in mentibus desiderantium auditorum. 24. q. 1. aduocauit. in fi. ut per eam ipsorum honorificata, & ditata sint corpora, supra. de præbend. de multa in fin. ipsorumque corporum membra reddantur iustitiæ seruitura, ut 47. distinctio. omnes. §. nam cum quibusdam. ut sic eruditæ sint animæ, & a Deo pictæ, induteque iustitia beatitudinem mereantur. de pœn. distin. 2. illa anima & cap. seq. Sit autem hoc opus memoriale prouectis, iuuenes instruat, cum paribus conferat, & desides excusso negligentiæ somno, infra de homi. pro humani. in fi. 1. respon. assiduos & uigilantes reddat ad studium, ut sermo meus scintillam amoris huius scientiæ in eis inueniens, in illam fluat & nutriat, ut cum creuerit flammam dignissimam faciat de pen. distin. 2. si sermo. Laudantes igitur hoc opus, melioribus rationibus roborantes, & merito reprehendentes amplector; detrahentibus 1 autem non resisto, sed uelut agnus coram tondente non aperiam os meum. de pen. distinctio. 2. si enim inquit. ad finem primæ columnæ, paratus ab aniculo doceri. 24. quæstio. 3. c. 1. Adscribatur igitur insufficientiæ meæ, quicquid in hoc opere reprehendendum exiftit, me tamen reddant aliqualiter in his excusatum cognoscendæ ueritatis affectus, & non debilis amor, quem corde gero fixum ad studium & studentes, quibus attrahor, & absolute compellor manum ad calamum mittere, licet ad id insufficientissimum me cognoscam. Si quid autem ibi fuerit notatu dignum & utile, prius diuinæ potentiæ adscribo: Secundo Reuerendissimo Patri, sub cuius umbra quiesco, & Doctor sedeo (licet indignus) Domino Guidoni de Baysio Archidiacono Bononiensi, ex cuius scriptis & dictis (quæ non in glossas recipio, sed in textum, & maxime in lectura per ipsum super libro Decretorum nouiter compilata) infrascripta collegi. Et licet omnium peritorum huius iuris dicta uel scripta suo iudicio putē esse submissa, ut quod approbat, approbatum, & quod reprobat, habeatur in singulis reprobatū: filiali tamē audacia huius operis scripta eius correctioni subijcio: & profiteor me tenere quod approbat, & non tenere, quod reprobat. Et si qua in hoc opere suis dictis, uel scriptis essent cōtraria, hīc cogito illa pro nō scriptis & per hoc cunctis pateat, me reprehendi non posse, ut 24. q. 1. hæc est fides. de sum. trin. damnamus. in fi.

Psal. 38.

1 Contra detrahentes. B. Hieronymus in prologo Esdræ pulchre scribit ita. Nunquā meū Christo iuuante, silebit eloquiū, etiā præcisa lingua balbutiet; legāt, qui uolūt, q nolunt abijciant euentilent apices, literas calumniētur, si agis uestra charitate prouocabor ad studium, q̄ illorum detractione & odio deterrebor. Ioan. And.

[Glo. seq. tria facit: Primo circa quærenda in principio librorū se dupliciter excusando remitit: Secundo diuidit: Tertio casum ponit.]



Onifacius eps] Ea rōne motus, qua ī principio secūdi, tertij, & quarti, & quinti libri Decretaliū, q̄rere nō solemus de his quinque vel sex, quæ sunt in cuiuslibet libri principio attēdēda, sed in principio uoluminis sufficit q̄siuisse: In principio huius sexti libri, licet nō idē sit auctor, querere prętermittā, ut sic breuitatis cā ad ea sufficiat remisisse, q̄ in principio Gregorianæ compilationis per Bernardū notata fuerūt Et licet antiqua sit Rhetoricorū altercatio, an salutatio sit pars epistolæ, id eorū disputationi & solutioni relinquens: hoc procemium in quatuor diuido partes: In quarū prima salutatio ponitur usque ibi; Sacrosanctæ. in scda exordiū usq; ibi. Sane. In tertia narratio usq; ibi. Vniuersitati. In quarta conclusio usq; in finem. Primo igitur Dñs Bonifacius Doctores, & scholares morantes Bononiæ 2 salutat, & benedicit. Scdo exordiendo dicit, quod intendit sollicite circa commoda subditorum, & uoluntarie laborat, & interdum totis noctibus uigilat, antiqua iura declarando, & noua condendo, ut ipsorum scandala tollat, & lites reprimat, ad quod se teneri fatetur ex officio dispēsationis sibi creditę, eo quod præest Sanctæ Romanæ Ecclesię, quę a Deo prelata fuit cunctis Ecclesijs, & effecta totius orbis magistra. Tertio narrat se a multis requisitum instanter, ut elucidaret, quę ex Extrauagātibus editis post compilationem Gregorij noni ab ipso uel alijs Romanis pontificibus teneri, & quę refutari deberent, & qui fuerint auctores ipsorum: Quod efficere desiderans, per tres nominatos in littera, Extrauagantes ipsas fecit diligentius recenseri, quarum multę resecatę fuerunt, quia temporales, uel iuri contrarię, uel superfluæ reliquas in melius reformatas, cum utilibus constitutionibus per ipsum nouiter editis, mandauit in unum librum redigi, & sub debitis titulis collocari, illumque librum vult adiungi quinque libris Decretalium, & uocari Sextū, cum senarius numerus sit perfectus. Dicit demum, quod ideo non mandauit has constitutiones in compilatione Gregorij sub suis titulis poni, quia oportuisset multos libros destrui, & nouos fieri cum maximis laboribus, & expensis. Quarto concludendo, mandat ipsis Doctoribus, & scholaribus, quod ipsum librum maturè compositum, quem eis sub Bulla transmittit, affectuose recipiant, illo usuri in iudicijs & scholis, & præcipit quod ulterius non recipiant, nec pro Decretalibus habeant aliquas constitutiones Romani pontificis editas post compilationem Gregorij noni Papę, quę in ipso Sexto libro insertę uel reseruatę non sint. Hoc dicit procemium.

2 Ex uarietatibus initio salutationis notatis fit uerisimile, dominū Papam non solum ad Bononiēse, sed ad alia etiam gymnasia hunc librū misisse.

[Glo. seq. tria facit, auctorem commendat, nominis etymologiam ponit, querit obijciendo de lege, & tripliciter soluit, legi respondens.

a ¶ Bonifacius.] Ex prædecessoribus suis eiusdē nominis.

minis, licet ipse fuerit octauus, credo quod unicam decretalem habuimus. s. sup. de præsumpt. nullus. 1 Et dicitur Bonifacius, quasi bona faciens: & uere est consonans nomen rei, prout esse debet. 21. dist. cleros. de præb. cum sm. Insti. de do. § est & aliud. Bonum igitur, immo optimum opus fecit, nostrũ ius Canonicum illuminando, & per declarationes antiquorum iuriũ, & per editiones nouorum. vt j. sequitur. Sed solent iuuenes dubitare, qua rõne mutetur nomen in creatione Romani Pontificis; cum noĩs mutatio prohibita sit C. de mut. non l. 1. hic. n. prius uocabatur Benedictus, modo Bonifacius est nominatus Innocentius quartus prius Sinibaldus, Gregorius decimus prius Theobaldus, Cælestinus v. prius Petrus. Rñdetur hoc fieri, ut ostendatur, ad permutationem nominis factam mutationem hominis: cum. n. prius esset purus homo, nunc uicem ueri Dei gerit in terris. sup. de eccle. benefic. ut nostrum. Vel ideo. quia omnis actio Christi nostra est instructio. sup. de elect. significasti. 2. q. 1. Deus, omnipotens, sed in promotione Petri, mutatum est ei nomen: cum primo vocaretur Simon. 21. di. in nouo sed Romanus põtifex uicẽ Petri gerit. s. qui fi. sint legi. p uenerabilem. Vñ ad eius instar, p tim eũũ mutandum est nomen. Præterea æquum fuit mutationem fieri, quia posset promotus turpe originale nomen hre: pone exeplũ. s. de elect. per inquisitionem. unde nõ esset æquum ipsum illo nomine uocari. 2 Lex autem de mutatione nominis fraudulenta intelligitur.

1 In decretis tamen hr de Bonifacio. 79. di. §. sed quæritur. 97 d c. 1. & 2. 12 q. 2. cũ deuotissimam. de consec. di. 1. vasa. secundum Arch. † In uno manuscripto ita: Paduę cõmorantib. in altero Vaticano ita, Bononiæ, Parisijs, Aurelianisque commorantib.

2 Ita Sal. l. cunctos populos. C. de Sum. Trini. doc. in c. grauis. de depo. sit. Cardi. in cle. exiui in uersi. ceterũ. de uerbo. significat.

copus a seruus seruorum Dei, b dilectis filiis c Doctoribus, d & scholaribus e uniuersis Bononiæ f † commorantibus, g Salutem & Apostolicam benedictionem. h

SACROSAN-

[Glo. seq. de stylo scribendi remittit: quærit opponẽdo, soluit ex solutione arguit.]

a ¶ Episcopus.] Ante consecrationem & coronationẽ sic scribitur: Bonifacius electus episcopus, & adde quod in fine libri super data. Et quare se uocet episcopũ, cum in ecclesia Dei dignitates Episcopali maiores, dubitari solet. Dic nouẽ ordines in ecclesia. 21. d. cleros. circa pri. & 23. distin. episcopus & c. seq. Istorum autem ordinum Epalis est maior, quia nullum ipso est inuenire maiorem uel parem. facit quod no. 21. dist. in nouo, in prin. 2 glo. & 32. dist. c. 1. Non ergo a dignitate, sed ab ordine uolens nuncupari. se uocat epm. Et est contra Theologos, qui dicunt solum esse septem ordines: Dicunt. n. quod Epalis & Psalmistatus non sunt ordines, pro eo quod certum officium circa confectionem Eucharistiæ non est illis ordinibus deputatum. Nos iuristæ contra 3 per iura prædicta. de hoc supra de purg. canon. quotiens.

3 Sequuntur Doct. hic & in c. prouida. infra eo. de elec. Io. And. c. 1. j. eo. de renũciatio. Font.

[Glo. sequens rec. per quæstionem vel obiectionen quam soluit quadrupliciter, & remittit.]

b ¶ Seruus seruorum Dei.] Non simpliciter se dicit seruum, sed seruum seruorum Dei: quasi de his, q̃ sunt foris, nihil ad eum 2. q. j. multi. §. quid. n. mihi. Vel quia his non seruit, qui Deo non seruiunt, sed illos iudicat: His autem qui seruiunt, seruit, ut infra de offic. deleg. officij, uel dic, seruorum Dei, s. Apostolorum Petri, & Pauli, quorum vices gerendo, seruire ipsis dicitur: ad hoc. 1. q. 7. quotiens. Vel ex nimia humilitate hoc dicit, secundum quam negat se vniuersalem Papam 99. dist. ecce, & submittit se iudicio sæculari. 2. q. 7. nos si. & uoluntariæ purgationi. 2. q. 5. mandastis. Vel dic, ut notatur in procemio Gregorij.

ADDITIO. Legitur in chronica Martiniana, quod B. Gregorius fuit primus, qui sic se scripsit. Habetur autem hæc clausula. 1. q. 3. saluator. in fi. & cap. ex multis in fi. 36. q. 3. c. 2. in tit. de senten. excom. relatum in fine, secundum Archidiaconum. Ioan. Andr.

[Glo. seq. remittit, & quæstionem soluit.]

c ¶ Filijs.] quos Papa uocet filios, & quos fratres, dic vt s. de crim. fal. quam graui. Et licet aliquis Eps esset in studio Bonon. scholaris uel Doctor, non est propter rescriptum uitiosum, quia generalius inspicimus, nec est curandũ de modico. de consecr. dist. 2. reuera. sup. de simo. & si quæstiones.

ADDITIO. In fin. vbi equus Cardinali donatus a fratre prælati debentis pallium recipere, simoniam non inducit, cum dicatur esse quid paruum, attentã qualitate personæ cui oblatus fuit.

d ¶ Doctoribus.] Doctor dicit a docendo, & debet esse cautus, ne pferat tacenda, vel dicenda reticeat. 43. dis. sit rector. in princip. Et debet seipsum, & verba sua secundum audientium capacitatem & ingenium coaptare. 8. qõ. 1. oportet. qui enim ea docet, quæ ab auditoribus intelligi non valent, non eorum vtilitatem, sed sui ostentationem facit. 43. di. §. vlt. nec debet esse arrogans, sed humilis. de maiorita. & obed. c. vlt. in prin. Nam habet hoc proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant proferre, quæ docent: & recta quæ sapiunt, recte ministrare non possunt 46. dis. cap. 1. in prin. & Doctores vniuersitatem faciunt. sup. de const. ex literis.

e ¶ Scholaribus.] A schola dictis,) quod 4 Græcum Latine dicitur vacatio: vide Ioan. And. j. ne cler. vel mon. c. 2. in prin.) Priuilegiati autem sunt scholares in his, quæ habentur ff. fam. ercis. l. quæ pater filio. & C. ne fil. pro pa. in consti. habita.

4 Inclusa addita sunt ad glossam.

[Glo. seq. quærit. & remittit.]

f ¶ Bononię.] Quid de alijs? Dic vt no. in procemio Gregorianæ compilationis.

ADDITIO Etymologiam huius nominis, Bononiæ, quã ponit hic Ioã. Monachus, & quando hic cœpit esse studium, vide in cle. 1. de magi. in gl. dicitur.

g ¶ Commorantibus.] Multi morantur, qui parum student: 5 & hos forte curialiter reprehendere voluit, secundum Host.

5 De quibus dicit gl. in ca. sunt qui. de pœ. di. 1. Bal. in l. directas. C. de test. ma. Fon.

ADDITIO. Dicit Io. Monachus, per hæc verba instrui cupientem studere, in quinque. scilicet vt eligat locum aptum: ibi, Bononiæ. Doctorem idoneum: ibi, Doctoribus. Quod studio vacet, ibi, scholaribus. Quod se ad diuersa non distrahat; ibi, vniuersis. Quod continuet studium, quod dicit colligi per interpretationem per verbum, Commorantibus. Et inducit illud, Doctrina scholaris intercisa perit, continuata viget. allegat. ff. de leg. 3. legatis. §. ornatricibus. Ioan. Andr.

[Glos. seq. dicit, quid conferat benedictio. & dat octo similia, & determinationem ponit.]

h ¶ Benedictionem.] Per benedictionem 6. prælati deuote susceptam, venialia remittuntur, ad hæc 1. q. 1. dictum & cap. maledicam. & c. sequenti. sicut per generalem confessionem, & orationem Dominicam. de pœn. distin. 3. de quotidianis. Per aquam benedictam de consec. d. st. 3. aquam. per eleemosynam & ieiunia. de pœn. dist. 3. sane cauendum. Et per Eucharistiam deuote sumptam. de consecrat. dist. 2. cum omne. per vnctionem extremam. supra de sacra vnct. capit. unico. ad prin. Per deuotam pectoris tonsionem. de pœn. dist. 1. tres sunt autem actiones. secundum Hostien. qui hoc non de pœn. & remis. omnis. Et quod dixi de remissione uenialium, intelligis uerum in eo, qui non est in mortali. not. de pœn. dist. 1. perfecta in ult. glos. Mortale enim sine ueniali potest dimitti, sed non econuerso, quia mortale opponitur charitati, ueniale feruori charitatis, sublato uero priori, tollitur posterius, sed non econuerso.

6 Ad istam glo. adde Thom. in 4. distin. 16. Do. Font.

SAcrosanctæ.] Incipe constructum: ibi, Præsidentes. secundum Ioan. Monachum, secundum quem hoc procemium diuiditur in quatuor partes, in Exordium, Narrationem infra. §. Sane. Argumentationem inf. §. Quem librum, Conclusionem j. §. uniuersitati Primam subdiuidit in duas, in Exordium generale. Secundo, in magis

magis concretum & speciale. In primo tangit eminentiam Romanæ ecclesiæ in præsidentia, & in subditorum cura. Secundo eius eminentiam in iurium antiquorum declaratione, & nouorum editione: ibi, Et quas. Secunda principalis: ibi, Sane. Primo narrat de causa efficienti principali. Secundo ibi, Per venerabiles, de causa efficienti, non principali: sed cooperante, uel instrumentali. Tertio: ibi, In quibus finem huius operis ex narratis concludit. Tertia principalis primo narrat operis perfectionem ex numero senario. Secundo: ibi, Nec sine causa, ex dispendiorum expensarum, & laborum euitatione. Quartam non subdiuidit. Io. And.

a Sacrosanctæ exordium. Et ideo sacrosancta dicitur, quia consecrata fuit martyrio Apostolorum Petri & Pauli. 21. distin. quamuis. 22. dist. c. 2. j. de ele. fundamenta. & de reliq. & vener. sanct. ca. 1. §. sit alma.

b Imperscrutabilis.] vnde, O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, ad Roman. 11. & de pæn. distinct. 4. si ex bono. circa prin.

c Incommutabili.] 22. quæst. 4. incommutabilis. sup. de summa Trin. firmiter.

d Prætulit.] per illa tex. secundū verba. Tu es Petrus, quod &c. 21. dist. in nouo. & c. sequen. vel: Pasce oues meas. sup. de ele. significasti.

e Magistratum.] 21. dist. c. 1. & 2. supra de summa Trinitat. capitu. damnamus. ad fin. supr. de priuig. antiqua. C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus & infr. tit. proxi. cap. vno.

† eorum.

† Optimus tex. Docto. declarans nō nouat. similis text. in l. hæredes palam. §. sed & si notand. ff. de testa. Fōt.

ctæ [a] Romanæ ecclesiæ (quam imperscrutabilis [b] diuinæ prouidentiæ altitudo, vniuersis dispositione Incommutabili [c] prætulit [d] ecclesijs, & totius orbis præcipuum obtinere voluit magistratum) [e] regimini præsidentes, curis sollicitamur continuis, & assidua meditatione vrgemur, vt iuxta creditæ nobis dispensationis [f] officium, subditorum commodis [g] (in quorum prosperitate vtique prosperamur) [h] iugi; [i] quantum nobis ex alto concessum fuerit, solicitudinis studio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios pro ipsorum † quiete labores, [k] & noctes quandoque tran sigimus insomnes, [l] vt scandala remoueamus ab ipsis. Et quas humana natura (nouas semper deproperans edere formas) [m] lites quotidie inuenire conatur, nunc antiquorum † declaratione, [n] nunc [o] vero nouorum editione iurium, prout nobis est possibile, [p] reprimamus. ¶ Sane, [q] cum post volumen Decretalium a felicis recordationis Gregorio Papa nono, prædecessore nostro, tam prouide, [r] quam vtiliter [s] compilatum, nonnullæ ab eo, [t] & ab alijs [u] Romanis Pontificibus successiue [x] super diuersis dicerentur articulis editæ Decretales: de quarum aliquibus, an Decretales existerent, earumque auctoribus [y] dubitabatur sollicite in iudicijs & in scholis: Nos ad apicem [z] summi Pontificatus superna dispositione vocati, super hoc cum instantia requisiti a multis, [a] † ambiguitatem, & in certitudinem huiusmodi dispendium [b] plutibus afferentem, † omnino tollere ac elucidare, quæ de Decretalibus ipsis teneri, [c] queque deberent in posterū refutari, [d] gratia suffragante diuina, pro vtilitate publica [e] desiderabiliter affectātes: per venerabiles fratres nostros Gulielmū Archiepiscopū Ebrudunen. † & Berengarium episcopū Biteren. ac dilectum filium magistrum † Richardum de Senis sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecan-

Clementis inf. de præben. cap. 1. cum simi.

p Possibile.] hoc dicit qua natura est introductum, plura esse negotia, quam uocabula. ff. de præscrip. uer. l. natura.

q Sane.] narratio.

r Prouide.] C. de nouo cod. cōpo. in prima constitutione.

s Vtiliter.] j. d. 4. erit.

t Ab eo.] ut j. de rescrip. c. 8. de testib. c. 1. & 2. & de deci. c. 1. de hære. c. 1. de rest. in integ. c. 1.

u Ab alijs.] ut per te inf. uidebis.

x Successiue.] & sicut successiue, sic ordinate poni debuerunt, vt ex ordinatione ipsarū, quæ prior fuerit, pateat, ut in prima const. C. de no. co. comp. ꝙ in huius libri compilatione bene seruat: unde si quę Decretales Greg. ix. ponuntur in tit. illæ sūt primæ, Bonifacij semper sunt ultimæ, in decretalibus. tamē eiusdem auctoriis dici solet, quod hic ordo non semper seruatur: quod solet probari s. de offi. archid. ad hęc. & c. vt nostrum & s. qui fil. sint legit. cau. sam 1. & 2.

y Auctoribus.] sicut erat i. Decret. Gregor. ix. inf. de restit. in integ. ca. 1. quam quidam attribuebant Alexan. iiij. & idem in similibus.

z Apicem.] idem verbum habes 40. distinct. non nos. ibi, Quis enim sanctum dubitet, quē apex tantæ dignitatis attollit? alias extollit, ut inf. de concess. preben. cap. vlt. in princ.

a A multis.] me teste fuit super hoc requisitus ab uniuersitate Bononien. per nuncium suum ad hoc missum: discretum virum bonæ memoriæ, dominum Iacobum de Castello. mansionarium Bononien. qui hoc muncio erat, id est paruus homo corpore: & in telligas quod magnus fuit in huius iuris scientia. Cum proponeret coram Papa Bonifacio stans: Bonifacius credens genu flexum, monebat eum vt surgeret: & tunc fertur, Portuensem, Cardin. scilicet, fratrem Matthæum de Aquasprета dixisse ad Papam, Zacheus est.

b Dispendium.] coarctandum fuit. infra de rescript. cap. tertio.

c Teneri.] scilicet insertæ in hoc libro, vel reseruatæ.

d Refutari.] scilicet quæ insertæ, vel reseruatæ non reperientur, ut inf. in fi. procemij.

e Publica.] 4. dist. erit in fi. Ioan. Andr.

† In dubio iuris, si princeps est præsens, consulendus est, aliter non valet actus uide le. inde nouo. C. de legi.

† al. afferentes.

† Ebredunen.

† Dom. notquod Docto. uocari possunt magistri gl. 3. in clem. cum sit, de mag. ego adde tex. in l. q bus pcipua. ff. de uerb. sign. Fon.

f Dispensationis.] 43. dist. dispensatio.

g Commodis.] in his præcipue quibus animarum saluti consulitur. inf. de præben. cap. 1. de constit. c. vlti. cum sim.

h Prosperamur.] inf. de offic. deleg. officij.

i Iugi.] id est, continuo.

K Labores.] idem dicit Imperator in auth. ut diuin. iuss. subscrip. ha. in glo. quæ est in prin. colla. 8.

l Insomnes.] in authen. ut iudic. sine quoquo suffrag. in princ.

m Formas. C. de ve. iu. enu. l. 2. §. sed quia diuinæ.

n Declaratione.] ut inf. de elect. statutum. de præben quia sæpe. cum sim.

o Nunc vero nouorum editione iurium.] verbum

cellarium [a] iuris vtriusq; Doctorem, [b] Decretales huiusmodi [c] diligentius fecimus † recenseri, & tandem pluribus ex ipsis (cũ vel temporales, aut sibi ipsis, vel alijs iuribus contrariæ, [d] seu omnino superfluæ viderentur) penitus resecatis; reliquas, quibusdam ex eis abbreuiatis, [e] & aliquibus in toto, [f] vel in parte mutatis, [g] multisque correctionibus, [h] detractionibus, [i] & additionibus [k] (prout expedire vidimus) [l] factis in ipsis, in vnum librum: cum nonnullis nostris cõstitutionibus (in quibus ad correctionem morum, [m] in subditorum; † quietem multa statuuntur salubria, fructus vberes Deo propitio in domo Domini allatura, & plurima in iudicijs & extra, frequenta dubia deciduntur) redigi mandauimus, & sub debitis titulis [n] collocari. ¶ Quem librum quinque libris alijs dicti voluminis Decretalium annectendum. Sextum censuimus nuncupari; vt idem volumen [o] senarium [p] † (qui numerus est perfectus) [q] librorum, illo

a Vicecancellarium.] tunc, nunc diaconum Cardinalem tit. sancti Eustachij.

b Doctorem.] Hi erant gloriosi non solum doctrina legum, sed etiam experientia rerum: & tales debent esse iuris compositores. C. de no. co. compo. in prima constitutione.

c Huiusmodi.] s. editas post volumen Gregorij noni.

d Contrariæ.] quod in iure reperiri nõ debet, vt sup. in procem. Gregor. ix. & C. de vete. iur. enu. l. tanta.

e Abbreuiatis.] ut est uidere in Decret. Grego. ix. inf. de decimis. c. 1. quæ per longiora verba extrauagabatur: & incipiebat, Grauem nobis, cum similibus.

f In toto.] ut patet, in Decret. Innocentij quarti, quæ incipiebat, Graue nimis, quæ per breuia uerba ponitur, ne cler. uel mon. ca. 2. & per decre. quæ olim incipiebat. Sicut dilecti, quæ per breuia uerba ponit. infr. de elect. statutum. & in decre. infr. de testam. cap. 1. quæ olim incipiebat. Ioennes Frangiapani. Extrauagans Innocent. iiij. maxime in text. & multæ sunt similes. Ioan. And.

g Mutatis.] 1 infra de rescriptis, statutum.

h Correctionibus.] vt infra de hære. quicunque ad fi. ut ibi dicam. Ioan. And.

i Detractionibus.] ut inf. de rescrip. c. 1. ad fi. & de test. c. 2. ad fi. & dupliciter, inf. de sent. excom. quia periculosum. ut in omnibus his dicam.

k Additionibus.] ut infr. de regula. non solum. ut ibi dicam. Idem esset videre in decret. infr. de præbend. si pro clericis pauperibus. & infr. de concel. præbend. ne captandę. versi. licet. & in decreta executor. versic. potest tamen. habito respectu ad antiquas, vnde tractę fuerunt.

l Vidimus.] sup. de consang. & affin. non debet.

m Correctionem morum.] quia hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. 23. quęst. 5. prodest. circa fi. & Imperator dicit, Legibus nostris mores intendimus corrigere. C. de secun. nupt. l. 1. ad idem 46. distinct. cap. 1. ibi, Ne eum elatis moribus, &c. sup. de uita & honest. cler. ut clericorum.

n Titulis.] Nota, rubricas esse Authenticas: 2 ad hoc de pœnit. distinct. 1. cap. hęc autem uerba in glo. 1. supra ne sed. vacan. cap. 1. ut eccles. ben. cap. 1. ff. quod quisque iur. l. 1. item not. rubricas de textu: per quod collige, scriptorem, qui promisit textum scribere, illas ponere debere.

o Volumen.] Decretalium.

p Senarium.] alibi dicitur septenarius numerus esse perfectus de pęnit. distinct. 1. in summa, in gloss. 1. ipsius summę, contra id, quod infra in gloss. sequen. nota. Quia perfectus est numerus senarius qui pręcisę constat vel resultat ex omnibus partibus suis, aliquotis simul aggregatis. Septenarius numerus non est perfectus. Non obstat gloss. pręalleg. summę: quia intelligitur ibi perfectus, id est, multis similibus approbatis in quantitate numeri septenarii. De quo potes videre multa exempla, de celebra. missa. capit. 1. in gloss. fin. Hieron. Clarius Brixien.

[Glo. sequẽs recitetur per quæst. quare numerus senarius dicatur perfectus. Primo. dat duas solutiones, quas non approbat: ponit tertiam, quam approbat.]

q Perfectus.] vt 35. q. 4. cap. vnico. Sex enim ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, vt ibi. Prima enim ætas in homine, est Infantia, quæ durat vsque ad vij. annum. Secunda Pueritia, vsque ad xii. vel. xiiii. annum. Tertia, Adolescentia, vsque ad xxv. Quarta, Iuuentus, vel virilis ætas, vsque ad l. Quinta, Senectus, vsque ad lxx. Sexta abinde. Et dicitur Senium, aliarum ætatum terminus. C. de sacrosanctus eccle. vt inter diuinum. Sic & sex sunt generationes mundi. Quarum prima ab Adam vsque ad Noe. [In 3 hac fuit institutio & lapsus generis humani.] Secunda vsq; ad Abrah. [in 3 hac fuit generis humani destructo p diluuium & renouatio.] Tertia vsque ad Dauid. s. In 3. hac fuit circumcisionis & legis constitutio.] Quarta, vsque ad trasmigrationem Babylon. [Floruit 3 lex in hac sub regibus, & prophetis.] Quinta, usque ad aduentum Christi. [Fuit 3. in hac populi captiuatio, & redemptio.] Sexta, usque ad finem seculi.] Sub 3 hac humani generis redemptio.] Est autem ad hoc simile supra de consanguinit. non debet. de consecra. distinctio. 4. de trina. Sed licet sint bonæ istæ similitudines: non tamen inferunt, ipsum senarium numerum foro perfectum. Vnde dic, secundum Arithmeticos, quatuor esse generationes numerorum: Prima, quæ incipit ab uno, & durat usque ad decem, & dicitur ista numerorum monadicorum, a monos, quod est, unum. 19. quęst. prima. placuit. 2. quia ab uno incipit. Secunda dicitur, decadicorum, a decade, quod est x. & durat usque ad centum. Tertia dicitur, centedicorum, & incipit a centum, & durat usque ad mille. Quarta dicitur, milledicorum, a mille incipiens, & durat usque ad infinitum. Ex hic quatuor generibus numerorum est reperire alios perfectos, paucos tamen: alios imperfectos. Et ex imperfectis est reperire alios diminutos: alios abundantes. Dicitur autem numerus perfectus, qui constat vel resultat præcise ex omnibus partibus suis aliquotis simul aggeregatis. Est ergo vidnndum, quæ sunt partes aliquotæ, & quæ non sunt partes aliquotę. Sunt partes aliquotæ, quæ aliquotiens sumptę reddunt suum totum præcise, id est, non plus nec minus: vide hoc in senario, qui est primus perfectorum, & solum inter monadicos perfectus. Nam sex vicibus vnum, sex sunt: ter duo, sex sunt: bis tria, sex sunt: abinde non sunt partes aliquotæ: quia quatuor aliquotiens sumptum faceret octo, vel plus: ergo omnes partes aliquotæ sunt hæ; vnum, duo, tria: sed vnum, duo, tria, faciunt sex: ergo senarius numerus est perfectus secundum diffinitionem superiorem, quæ habet, quod numerus perfectus resultat pręcise ex omnibus partibus suis aliquotis simul aggregatis. Vide in alio numero perfecto. In genere enim decadicorum alius, & solus numerus est perfectus. s. xxviii.

† Nota, quod potestas condendi legem est delegabilis, do. Fon.

1 De his verbis, mutare, corrigere addere, uide modernos in l. edit. C. de edẽ. Fon.

2 De rubricis huius voluminis, & legum intel. lige: in rubricis decreti nõ est verũ. De hoc notat Io. 3. q. 9. carię in rubrica, & in §. hęc autem verba. hic allegato. Et de hoc in Spec. de dispu. & alleg. in fin. Ioan. And.

† al. ita; virorũ quę subditorum quietem.

† Consule Euclidem & alios mathematicos, ex quibus intelliges, cur numerus senarius dicatus perfect9, ad de Macrobium lib. 1. cap. 6. in cõnium Scipionis.

3 Quę sunt parẽthesi inclusa, ex Lectura. Io. An. huc fuerunt translata ad glossæ declarationem.

xxviii. tolle partes, s. dimidiam, & citra. ff. de verbor. signif. nomen §. 1. & inf. de decimis. c. 2. quia vltra dimidiam non esset reperire aliquotas, vt supr. dixi. Quatuordecim, est pars aliquota: quia bis sumptum, facit xxviii. Tredecim, xii. xi. x. ix. viii. non sunt partes aliquotæ de xxviii. quia aliquoties sūptę non inferunt præcise suū totum, sed plus vel minus Nam. xiii. bis sumptū, facit xxvi. ter sumptum, facit xxxix. & sic plus, vel minus, & sic de singulis. Septem est pars aliquota, quia quater sūpta infert suum totum. Sex, & quinque singulis non sunt partes aliquotæ. Quatuor vero, est pars aliquota: quia septies sumptum infert suū totum. Tria, non est pars aliquota, sed duo & j. bene sunt partes aliquotæ, quia xiiii. vicib. duo, facit xxviii. & xxviii. vicib. vnū facit xxviii. Ergo restat, quod oēs partes aliquotæ de xxviii. sunt xiiii. vii. iiii. ii. & i. Sed ex his aliquoties simul aggregatis resultat pci se totū, quia xiiii. vii. iiii. ii. & i. faciunt xxviii. Ergo sm diffinitionem superiorem xxviii. numerus est perfectus, & sic etiam de aliis perfectis. Computaui autem de isto, ut melius intelligeretur dictum de senario. Ex imperfectis dixi quod alii sunt diminuti, de quib. solet poni exemplum in octonario. Tres .n. sunt partes aliquotæ de octo, s. iiii. ii. & i. sed iiii. ii. & i. faciunt vii. & sic est imperfectus diminutus. Vide in quaternario, cuius duæ sunt partes aliquotę: scilicet ii. & i. quia bis ii. iiij. & quater vnum, quatuor. Sed. ii. & i. faciunt tria: ergo est quaternarius numerus imperfectus diminutus. Vide in ix. cuius etiam duæ tantum sunt partes aliquotæ. s. iii. & i. sed iii. & i. faciunt quatuor, & sic est imperfectus diminutus. In imperfecto abundanti solet exemplum poni in duodenario, cuius aliquotæ sunt vi. iiii. iii. ii. & i. sed istæ aliquotæ simul aggregatæ reddunt plus, quam totum: s. xvi. ergo est imperfectus abundans. Vide in xx. cuius partes aliquotæ sunt. x. quinque, quatuor, ii. & i. quæ simul aggregatæ reddunt plus, quam totum: s. xxii. & sic est numerus imperfectus abundans. Hæc late & clare etiam computando posui, ut bene intelligatur hoc, quod non est de materia iuristarum.

ADDITIO. Isidor. lib. 3. etymol. breuissime hæc ponit. Vide quod notatur de hære. ad nostrum. in cle. in gl. 6. Ioan. And.

a ¶ Nec fine causa.] Antipophora est: respondet enim tacitæ quæstioni, quia quæri posset: quare non mandabat istas Decretales poni in antiqua compilatione Gregorii sub suis titulis.

b ¶ Prædecessorum.] Innoc. iiii. & Greg. x. Scripserunt enim hi in proœmiis suis doctorib. & scholarib. ut decretales, quas mittebant sub suis titulis, prout exprimebatur in ipsis, inferi facerent, unde quidā faciebant ipsas scribi in fine titulorum compilationis Gregorij: & isti seruabant mandatum. Quidam faciebant de eis volumina, & isti non seruabant mandatum ipsorum, vt hic patet. Ioan. And.

c ¶ Promulgabant.] Leges instituuntur, cum promulgantur. 4. dist. §. leges

d ¶ Infinitos. oēs .s. editos ante huius libri compilationē.

e ¶ Laboribus.] not. maximos labores esse in libris scribēdis, & est contra scholares, qui semper dum sunt in studio, faciūt scribi libros, dum laborare deberēt ad studium. laboribus. n. talibus & expensis parcendū est. de dolo, & contu. finem. Io. And.

f ¶ Vniuersitati.] conclusio.

g ¶ Maturitate.] qđ fieri dēt, vt 35. qō. 9. Apostolicæ. sup. de rescript. ad andientiam.

h ¶ Bulla.] alias non creditur esse mandatum principis, ut 97. dist. nobilissimus. vbi de hoc & C. de mand. prin. l. vna. 1

[Glos. seq. dat duas remissiones.]

i ¶ De cetero.] constitutio ergo respicit futura. Quid dependentibus dicam.). de elec. licet canon. Qñ incipiant ligare constitutiones huius sexti libri, dicam in fine huius libri super data.

† al. ita: in ecclesiasticis rebus agendis.

† hoc

† Not. text. hic iuncta su perscriptione, quod scholares & Doctores simul faciunt uniuersitatem. Dom. Phil. Font.

adiuncto, numerum comprehendens, perfectam in † rebus agendis formam tribuat, & in moribus disciplinam. ¶ Nec fine causa [a] morem prædecessorum [b] nostrorum) qui cum cōstitutiones aliquas promulgabant [c] nouiter, eas mandabant sub antiquarum serie situari) omisim⁹ in hac parte seruare: hęc † enim fecimus, ne infinitos [d] libros destrui, & alios non sine maximis dispendiis, laboribus [e] & expensis de nouo fieri oporteret. ¶ Vniuersitati [f] † vestræ igitur per Apostolica scripta mandamus, quatenus librum huiusmodi cum multa maturitate [g] digestum, quem sub bulla [h] nostra vobis transmittimus, prompto suscipientes affectu, eo vtamini de cetero [i] in iudicijs, & in scholis: [k] nullas alias, præter † illas, quæ inferuntur, aut specialiter reseruantur [l] in eo, Decretales, aut Constitutiones à quibuscunque nostris prædecessoribus Romanis Ponticibus post editionem dicti voluminis [m] promulgatas recepturi vlterius, aut pro Decretalibus habituri.

† Not. quòd dictio, præter, sequens negatiuam, includit. Domin. hic Rom. consil. 328. Font.

TITVLVS I.

De summa Trinitate, & fide Catholica.

¶ Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunensi.

¶ *Spiritus Sanctus æternaliter à patre & filio tanq̃ ab vno principio, & vnica spiratione pcedit. Io. An.*

1 Immo etiā per testes pbari pōt Doctor. hic. & latius Barba. in procemio Cle. Font.

K ¶ Schol:s.] hoc expone, vt notatur in proœmio Gregorij.

l ¶ Reseruantur.] sicut decre. exijt qui seminat. reseruata. infra de verb. signifi. & constitutiones omnes, quæ editæ sunt super negotio hæreticæ prauitatis, non contrariæ constitutionibus huius libri, ut inf. de hære. cap. vlti. in fin. Idem posset dici de reuocatorijs, de quibus inf. de præb. c. penult. & antepenult. & de concess. præb. cap. vlt. Ioan. And.

m ¶ Voluminis.] scilicet compilationis Gregorius ix. Et sic videas hodie per hunc finem, 2 quod decretalis pastoralis: supra de fide instrum. non habet locum in decretalibus editis post compilationem Gregorij ix. & ante hunc librum: sed posset habere locum in Decretalibus Bonifacij editis post compilationem sexti libri. & in omnibus per eum vel eius successores edendis.

2 Decretalis pastoralis de fi. instru. qñ hēat locum.

DE SVMMA TRINITATE, ET fide Catholica.

[Gloss. seq. quærit, an rubricæ huius voluminis sint continuandæ, & determinat, quod non, assignans rationem. Dom.]

HVius sexti libri Rubricæ iudicio meo continuandæ non sunt. 3 Ratio est, quia secundum hoc, quòd occurrebant aliqua addenda, mutanda, detrahenda, uel corrigenda: sic addita, mutata, detracta, vel correcta fuerunt habito respectu ad compilationem antiquam, & ipsius rubricarum ordine hic retento, sed nihil in titulo uolebat addere uel mutare, illo omisso transibat ad se-

3 Concor. Archi. qui et illas non continuat. sed Ioan. Mon. 3 qui cōiter illas cōtinuat, qđ non placet, nec fuit illa intentio auctoris per rationē, quæ sequitur in hac gl. Ioan. And.

ad sequentes: vnde, secundum rei veritatem, decretales huius libri in compilatione antiqua debebant sub suis titulis collocari. sed omissum fuit ex causa, ut s. in proemio. versi. nec sine causa. De istius tamen rubricæ continuatione, & materia, dic vt notat Ber. supra eo. titu. 1.

CAP. VNICVM.



Ideli[a] † ac deuota professione[b] fatemur, quod Spiritus Sanctus æternaliter[c] ex patre & filio,[d] non tamquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno principio: non duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit, hoc professa est hactenus prædicauit, & docuit,[e] hoc firmiter[f] tenet & prędicat, profitetur & docet sacrosancta Romana Ecclesia, mater omniū fidelium[g] & magistra: hoc habet orthodoxorum[h] patrum,[i] atque Doctorum[k] Latinorū,[l] pariter & Græcorū[m] incommutabilis & vera[n] sentētia. ¶ Sed quia nonnulli propter irrefragabilis prę̄missę veritatis ignorantiam[o], in errores varios sunt prolapsi: Nos huiusmodi erroribus viā præcludere[p] cupientes, hoc sacro approbante Cōcilio; Damnamus[q], &

† Vide Magistrum & ibi Doctores Theologos lib. 1. sent. d. 11. & 12. & B. Tho. part. 1. q. 36. arti. 2. & 4.

Fideli. Errore Græcorum, qui dicebant, Spiritum Sanctum procedere a solo patre, extirpato per canones, de quo, de consecrat. distinct. 5. cap. penult. & vltimo. Adhuc quidam in errores alios inciderunt,[1] negantes, Spiritum Sanctum æternaliter processisse a patre & filio, alijs dicentibus, quod ab vtroque procedebat non tanquam ex uno principio, sed tanquā ex duobus principijs, & duabus inspirationibus Gregorius decimus in generali concilio Lugdunen. primo ponit confessionem suam, quam etiam dicit sanctæ Romanæ Ecclesiæ, catholicorum Patrum, Græcorum Doctorum, & Latinorum obseruantiam & doctrinam: scilicet, quod Spiritus Sanctus æternaliter a patre, & filio, & tanquam ab vno principio, & unica spiratione procedit. Demum reprobando, damnat omnes, qui præmissa negare, vel contrarium asserere præsumpserint.

1 De diuersis erroribus circa Spiritū sanctum habetur 24. q. 2. c. per. ver. Cathafrigis, & versi. Boetiani. & ver. Noetiani & versi. seq. & versi. Macedoniani, & hos omnes specificabat hic Franc. Versel. Ioan. Andr.

ADDITIO. Secundum Io. Monachum sunt tres partes. Prima narrat processionem Spiritus Sancti. Secunda firmat illam. Tertia damnat contrarium sentientes Io. Andr.

a ¶ Fideli.] supra confirmiter. & sup. de hæret. dubius. & est simile. Cod. de his qui ad eccles. confug. l. fideli. & dic, Fideli, quo ad mentem: Deuota, quo ad exteriores actus: quasi dicat, humili. ad hoc inf. de immunita. eccles. decet.

b ¶ Professione.] id est, confessione.

[Glo. seq. obiicit, & soluit.

c ¶ Aeternaliter.] nam est Pater generans, Filius nascens, Spiritus Sanctus procedens pariter ab vtroque absque initio semper pariter ac sine fine. sup. eod. firmiter. circa prin. de consecr. dist. 3. c. vlt. C. de summa Trin. in epist. inter claras. Sed opponitur: Trinitas est unum vniuersorum principium, ut sup. eod. firmiter, ergo non est ibi æternitas: quia æternum vere sine principio, sine fine est. Solu. Est principium principians, non principiatum, ut referatur principium ad res creatas, non ad ipsam diuinitatem.

[Glo. seq. ponit motiua Græcorum, & responsionem ad illa: in fine obiicit & soluit.

d ¶ Et filio.] Confunditur hic error Græcorum dicentium, Spiritum Sanctum a solo patre procedere. Mouebantur autem auctoritate Euangelica Io. 16. ibi: Spiritus Sanctus, qui a patre procedit. Item in symbolo apud eos edito simpliciter continetur. Qui ex parte procedit, nos addimus, Filioque ad idem lex Cod. de summa Trinitat. l. 1. ubi dicitur, Spiritum Sanctum, quem ex summo rerum parente speramus, &c. Sed ad hoc & similia[2] responderur, quod expressio patris non excludit filium, immo potius includit: cum ipsorum opera inseparabilia[2] sint. 28. quæstione 1. sic enim §. beatior, in fine. de consec. distinct. 3. cap. vlt. vnde cum pater[2] & filius sint una essentia, substātia, seu natura, ut in pdicta decretali, firmiter, non potest ab vno solo procedere. Nec sumus excōicati [vt dicebant Greci] addendo in symbolo, filioq;, quia illud potius est declarare, q̄ addere. Et adde quod not. de consec. dist. 3. cap. penult. Sed obiicitur ad hanc constitutionem, quod sit superflua ex eo, quod hoc idem dictū fuerat s. eod. firmiter. ibi, Spiritus Sanctus pariter ab vtroque, &c. Sed dic, quod hic expressius modum processionis aperit, dicens, quod non tanquam ex duobus &c. Pręterea hic dānantur asserendo vel negando, contrarium sentientes.

2 His rationibus gl. ne fidas, sed veras require a Theologis, vbi sup.

[Glossa sequens distinguit.

e ¶ Docuit.] Nota, q̄ in his, quę sunt de fide catholica, & eius articulis, necessario tenere debemus, & sequi quod tenet & sequitur Romana ecclesia, alias essemus hæretici sup. eod. titu. cap. 1. & 2. sed in alijs non tenemus necessario sequi, & tenere quod sequitur, nisi sequatur & doceat. 11. distin. nolite vbi de hoc in glo. docere. 12. dist. nouit, 31. di. aliter. de consec. dist. 4. de trina. In vna enim fide nil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa, vt ibi.

ADDITIO. Ista glo. placet Dom. & Phi. quorum distinctionem vide. Font.

f ¶ Firmiter.] sup. eo. firmiter.

g ¶ Fidelium.] de his, quæ sunt foris, nihil ad nos. 11. q. 3. inter verb. versic. si cogo. 2. q. 1. multi. de diuor. gaudemus. licet ab eis expediat bonum habere testimonium, vt ibi. & 8. quæst. 1. licet. ergo. sup. de sacra. vnct. cap. vno. §. ad exhibendum. 11. q. 3. non sunt, 12. q. 1. nolo.

h ¶ Orthodoxorum.] id est, catholicorum.

i ¶ Patrum.] 15. di. cap. 1.

k ¶ Doctorum.] quorum est ordo præcipuus in Ecclesia, supra de heret. cum ex iniuncto. §. cum igitur, & per Doctores, Prædicatores, & prelatos intelligas. 43. dist. cap. 1.

l ¶ Latinorum.] vt Augustini, Hieronymi, Ambrosij, & Gregorij. 20. di. de libellis. 15. dis. sancta infra, de reliq. cap. 1.

[Glo. seq. obiectionem dupliciter soluit.]

m ¶ Græcorum.] aliquorum[3] vt Ioan. Chrysostomi, Cyrilli, Athanasii, Didymi, & Ephesini concilii Patrum: Græci enim contrarium dicunt, vt sup. dixi, Vel dic secundum Gulielmum, quod in hoc generali Eargis. concilio, Græci quod hic dicitur, fuerunt publice professi, & symbolum si cum adiectione, Filioque, ibi publice cantauerunt de mandato Imperatoris, & Ecclesiæ Græcorum:[4] vtinam corde credant 23. distinctio. Psalmista.

3 Vide Magistrum sent. lib. 1. distin. 11. §. vnde etiam.

4 Refert Fran. Vercellen. quod ibi fuit personaliter ipsorum Patriarcha, & solemnes nuncii Imperatoris. Io. Andr.

n ¶ Vera.] alias posset in melius commutari. 35. ques. 9. Apostolicæ, & cap. sequenti.

o ¶ Ignorantiam.] quæ cunctorum errorum est mater, vt 38. dist. ignorantia, Nec in his excusat ignorantia: nam ignorans ignorabitur, vt eo. dist. n. quia ea. ad idem. 16. q. 1. si cupis 22. quæstio. 2. in quibus, & capit. sequenti.

p ¶ Pręcludere.] vt 83. dis. error. supra. de spon. inter opera.

q ¶ Damnamus.] sup. eo. damnamus. & dic. damnamus, & reprobamus: id est, reprobando damnamus.

[Glo.

[Glo. seq. quærit, arguit negatiue, & soluit.]

a ¶ Asserere.] supra dixit negare. Quid si quis nec negat nec asserit, sed tacens sic consentit? Videtur non teneri: quia tacer, est præter ista duo. 22. q. 2. ne quis. inf. de regul. iuris. is qui tacet. & ff. e. qui tacet. Solut. Licet non ex verbis, tñ ex mente iudicatur hæreticus sup. de hæreti. cap. 1. 24. q. 3. hæresis. 1 & c. hæreticus. Et Deus audit in corde, vt 17. q. 1. ca. fi. §. si ergo & cor interrogat 14. q. 5. si quid. & 15. q. 6. c. 1.

† Alias a patre.

1 Vide glos. ibi quam tenet Ana. ca. 2. de hæret. Fon.

reprobamus oẽs qui negare p̃sumpserint, ęternaliter Spiritum Sanctum ex† patre & filio procedere: siue etiam temerario ausu asserere[a] quod Spiritus Sãctus ex patre & filio, tanquã ex duobus principijs, & non tanquam ex vno procedat.

DE CONSTITUTIONIBUS.

TITVLVS II.

De Constitutionibus.

[Bonifacius viij. conditor huius compilationis, tractaturus de iure, considerauit, quod ubi non est fundamentum, desuper ædificari non potest: ut in cap. ueniens. de presbyt. non bap. in ant. Iccirco pro sui operis fundamento præmisit rubricam, de summa Trinitate, &c. Quo fundamento præmisso, incedit ad iura condenda. Et quia ius est duplex: scilicet, ius scriptum: & ius non scriptum: ut Institu. de iure natu. gent. & ciuili, §. constat. Et quia ius scriptum est dignius iure non scripto: ideo præmittit de iure scripto, puta de constitutionibus: postea de iure non scripto, scilicet, de consuetudine. Vnde pro intellectu huius quæritur primo, quid sit constitutio. Secundo, unde dicatur.

[Pro solutione primæ quæstionis est sciendum, quod constitutio in iure accipitur dupliciter. Vno modo stricte, prout differt ab alijs partibus iuris scripti: & tunc nihil aliud est, nisi id quod statuit & ordinat Princeps animo condendi legem. Institu. de iure naturali gent. & ciuili, §. sed & quod principi placuit. Est ergo constitutio stricte sumpta (prout differt a lege, plebiscito, senatusconsulto, & alijs partibus iuris scripti] illud, quod facit Princeps animo condendi legem, & ut subditi utantur tam in scholis quam in iudicijs. In scholis scilicet, Doctores legendo. In iudicijs, Iudices ordinando, & aduocati allegando. Alio modo accipitur, constitutio large: pro omnibus partibus iuris scripti, siue sit lex, siue plebiscitum, siue senatusconsultum principis placitum; edicta Prætorum, responsa prudentum: etiam siue sit ius commune, siue parriculare, ut sunt statuta Episcopi, & uniuersitatis, uel collegij, uel alterius corporis approbati.

[Ad secundam quæstionem respondetur, quod constitutio dicitur a con, quod est simul, & statuo, statuis, quasi simul statuitio. Vel dicitur communis statuitio, quia lex debet esse communis & generalis omnibus, & non debet edi in fauorem illius, uel istius. cap. erit autem lex, 4. dist. & c. cum omnes de consti. in ant. vbi dicitur, ꝙ statutum factum ab aliquibus canonicis alicuius Ecclesiæ de consensu Episcopi, non ualet, quando non omnibus canonicis est commune.

Licet.] Diuiditur: quia duo facit. Primo similitudinem improbat, rationem reddens: & casum soluit, duas modificationes ponens. Secunda, ibi, Ipsis. Ioannes. And.

CASVS. In hoc cap. posset poni pluribus modis: sed ponamus hoc modo: Cauetur in cap. cum in cunctis, de electio. in ant. ꝙ obtinens ecclesiam parochialem, debet promoueri ad sacerdotium infra annum: quod si non fecerit, dicit ille textus, quòd potest priuari sua ecclesia: sed tamen requiritur sententia priuationis, ita quod per lapsum anni non est priuatus ipso iure, nec per lapsum anni dicitur ecclesia vacare. Et in capi. licet canon. & in cap. commissa. j. de elect. dicitur, quod obtinens ecclesiam parochialem debet promoueri ad sacerdotium infra annum & si non fuerit promotus, ipso facto vacat ecclesia, ita, ꝙ sine sententia priuationis poterit episcopus illam ecclesiam conferre. Sic istæ duæ constitutiones sunt cõtrariæ, quia una dicit, quod priuatur ipso facto, alia dicit, quod non priuatur ipso facto: sed per sententiam. Et in dictis cap. licet canon. & capit. commissa. non fit expressa mentio de cap. cum in cunctis, quia in illis non dicitur quod ecclesia uacet ipso facto. Non obstante cap. cum in cunctis. quæritur, quod istorum cap. debeant obseruare iudices in iudicijs? Respondet Romanus Pontifex, quod cap. licet canon, quod est posterius, licet in eo non fiat expressa mentio de cap. cum in cunctis; quia Papa condendo posteriorem constitutionem contrariam primæ, videtur primam reuocare, ex eo quod Papa sciebat illam contrariam constitutionem, saltem præsumitur illam scire, cum Princeps habeat omnia iura in scrinio pectoris. Sed quid sanctissime Pater, ponamus, retento eodem themate, quod Papa fecit aliquam constitutionem nouam, quæ non est contraria aliquibus constitutionibus generalibus, sed particularibus aliquorum locorum particularium: puta, alicuius ecclesiæ, uel corporis, quia forte in tali ecclesia est consuetudo particularis super aliquo iure, quod non fuerat dispositum per ius commune; Papa fecit aliquam constitutionem contrariam illi statuto, & fecit illam constitutionem simpliciter, non derogando illi statuto particulari; quia non dixit Papa, quod vult uti tali constitutione, non obstante tali statuto, utrum Papa uideatur reuocare illa statuta particularia? Respondet Romanus Pontifex, quod non. Et ratio est, quia Papa non uidetur reuocare id quod ignorat: sed Papa præsumitur ignorare illa statuta particularia, quæ consistunt in facto: ideo non uidetur reuocare; quia quod quis ignorat, non uidetur reuocare. Nota primo ex principio huius cap. quod Princeps censetur habere omnia iura in scrinio pectoris sui; ideo si error consistat iure, non excusat Principem Simile dicunt Legistæ, in l. omnium, C. de testa. Sed hoc ideo est propter sapientes & consiliarios sibi assistentes, qui dicuntur pars corporis ipsius Principis; ideo machinans in mortem talium, committit crimen lęsæ maiestatis; l. quisquis C. ad leg. Iul. maiesta. Nota secundo principalem effectum, ad quem emanauit præsens cap. quod lex nou. & posterior Principis, tollit præcedentem legem de directo contrariam: licet in noua constitutione non fiat mentio, quod princeps intendat reuocare quascunque constitutiones contrarias; quia non est uerisimile, quod Princeps uoluerit legem istam nouam esse frustratoriam, & esset frustratoria, nisi reuocaret primam contrariam. Sed in statutis particularibus est alia ratio; quia si hæc lex noua non seruatur in loco, ubi seruatur statutum particulare: seruabitur tamen in alijs locis, & sic non erit frustratoria. Et hoc uerum, nisi talis constitutio particularis, esset generalis in toto loco: quia tunc uideretur reuocari

Bonifacius octauus.

¶ *Noua constitutio Principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat: Speciales consuetudines, & statuta rationabilia non tolit, nisi id exprimat. Ioannes. Andreas.*

CAP. I.

LICET RO-

per constitutionem nouam. Sicut in regno Franciæ est consuetudo generalis, quod hæres alicuius defuncti agnoscendo hæreditatem, est hæres & etiam possessor, absque alia corporali apprehensione possessionis. Ponamus, quod Rex fecit unam constitutionem nouam, quod hæres declarādo se esse hæredem, non esset possessor absque corporali apprehensione; & in ista constitutione noua nullam fecit mentionem de illa generali consuetudine: nonne erit ista consuetudo reuocata per nouam constitutionem? Certe sic; alias constitutio Principis esset frustratoria, & sine effectu. Quæritur cum glo. in verb. facti. Quod dicitur hic, quod noua constitutio Principis non annullat constitutiones locorum particularium, nisi in ipsa constitutione aliud dicatur: uel quod ipsæ constitutiones non reuocant etiā contraria statuta: quæritur, utrum hoc sit uerum, etiam si tale statutum particulare disponat idem quod ius commune? puta, Episcopus fecit sua statuta, quæ idem disponunt ut ius commune. Nam plures sunt Episcopi, qui constitutiones suas. Synodales extrahunt è corpore iuris, ut rectores ecclesiarum uideant ea, quæ pertinent ad officium suum. Ponamus quod Papa fecit constitutionem contrariam iuri communi, non est dubium, quod illa constitutio noua tollit ius commune. Sed nunquid tollit etiam statuta particularia, quæ disponunt idem quod ius commune? Respondetur quod sic: & ideo c. istud intelligitur, quando illa statuta particularia erant facta præter ius: quia si sint facta secundum ius commune, tunc reuocato iure communi, reuocantur etiam illa statuta.

† Quæ dicitur quasi cōe statutum, & verbum statuti respicit ius scriptū. 1. di. §. cum itaq; secundum Archidiaconum.

manus[a] Pontifex (q iura[b] oīa in scrinio pectoris sui censetur habere)[c] cōstitutionē † condendo posteriorem, priorem,[d] q̄uis de ipsa mentionem non faciat, reuocare[e] noscatur;[f] quia[g] tamen locorū specialiū † & psonarū singulariū[h] cō suetudines & statuta † (cū sint[i] facti,[k] & in facto consistant (potest proba-

a ¶ Licet Romanus.] Noua constitutio principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat: speciales consuetudines & statuta rationabilia non tollit nisi id exprimat.

a ¶ Romanus.] Vocantur interdum Episcopi, maximi Pontifices. 21. distin. cleros. §. Pontifex. Solus uero Papa Summus, uel Romanus pontifex appellatur, ut hic. 23. distinct. in nomine, circa prin. infra tit. proxi. si gratiose, de sent. excom. si summus. in clem.

ADDITIO. De diuersis Papæ nominationibus Arch. hic tractans dicit, ꝙ quandoque dicitur Romanus, uel Romanę ecclesiæ Episcopus. 2. quęs. 6. si quis episcopus. Aliquando, urbis Romæ Archiepiscopus, ut 4. distin. statuimus. in fi. melius. 21. distinctio. c. fi. Vel, Episcopus, ut 5. q. 4. cap. 2. in fi. C. de sum. Trinit. l. inter claras. in fi. Aliquando, Papa urbis Romæ. 97. distin. uictor: in prin. Aliquando, Patriarcha. 22. dist. ca. vlt. Aliquando simpliciter, Episcopus. 1. q. 3. saluator. & cap. ex multis. in fin. & se dicit Ministrum indignum. eod. capit. uersi. quapropter Archidiaconus.

b ¶ Iura.] Nota ex hac litera rationem, quare aliud in iuribus, aliud in rescriptis, ut primum ius tollatur per secundum contrarium: sed non primum rescriptum per secundum, nisi de illo fiat mentio, de rescrip. ceterum.

[Gl seq. allegat vnā cōcor. & duo cōtraria, & remittit.]

c ¶ Habere.] C. de test. l. omnium. Contra. 23. dist. præterea. & 30. q. 4. quod autem. in glo. 1. ubi non recoluit. Vrbanus eius quod prędecessor Leo prohibuerat. Sol. ut in prædicto cap. pręterea, notatur.

d ¶ Priorem.] posteriori directe contrariam.

[Glo. sequens allegat tres concor. dat simile, de quo dat rationem & regulam: & duos casus excipit.]

e ¶ Reuocare.] de consecr. distin. 1. vasa. de cog. spiri. cap. 1. ff. de leg. l. non est nouum. In legibus ergo contrarijs stamus ultimæ. Idem in testamentis. 13. quæst. 2. ultima uoluntas, de celebratio. missa. cum Marthę. §. ceterum sicut. ff. de leg. 1. si mihi & tibi. §. fi. Ratio est utrobique quia utrumque pendet ex uoluntate vnius tantum: in his autem quæ pendent ex uoluntate duorum, dic, ut dixi infra de reg. iur. qui prior. Quod de testamento dixi, scilicet, quod ultimo stamus: intelligas etiam si in ipso de primo non fiat mentio. Fallit in duobus casibus, s. si primum testamentū factum sit inter liberos. C. de testa. Auth. hoc inter liberos. & cum ipse testator legem testandi sibi dixit sic, Si fecero aliud testamentum; non valeat; quia tunc secundum faciendo, oportet quod faciat mentionem primi. ff. de leg. 3. l. si quis in principio testamenti. Ioan. And.

† Dictio spālium, nō hr̄ in vetustiorib. codicibus.

† Statuta locorū intelligo illa, quæ generaliter, ibi obseruētur, & extraneos transgressores ligant. ca. quæ contra mores. 8. dist. gl. in l. itē Mela. ff. ad leg. Aqu. statuta personarum voco, statuta alicuius corporis, q̄ non nisi incorporatos ligant Pet. de Anc. Fon.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Iterum obijcit & remittit.]

f ¶ Noscatur.] est cōtra supra de præscrip. nonnulli. de æta. & qualit. cam te. supra de ca. mo. ex parte j. de exces. prælat. ca. unico. & 25. q. 2. rescripta. & cap. dicenti. §. omnes quæ est lex C. si contra ius uel uti. pub. l. vit. & ibi de hoc. Dic prædicta iura non esse contraria: illa enim de rescriptis datis contra legem loquuntur, quæ non valent, nisi in ipsis fiat mentio de lege,[1] & maxime cum ibi cadit error facti, ut cap. nonnulli, hic de secunda lege loquitur, quæ primam tollit directe contrariam, licet de illa non faciat mentionem. Et potuit esse ratio: quia maturius & deliberatius fit legis promulgatio, quam rescripti cōcessio: ad hoc supra in procemio huius libri, in fi. In rescripto ēt dicimus, ꝙ si constaret de certa scientia Principis, ualeret rescriptum contra ius elicitum, ut in contrarijs notatur: sed prima facie pręsumitur per importunitatem obtentum: unde expectari solet secunda iussio: in Auth. ut nulli iudi. §. & hoc vero iubemus. colla. 9. in Authen. de iudi. §. omnes autem. coll. 6. & si rescriptum concedit aliquid contra ius, iam in eo mutat nomen rescripti & dicendum est priuilegium. 3. distinctio. priuilegia, de uerb. sign. abbate, Item contra: quia antiquiori iuri standum est 33. q. 2. hoc ipsum, ꝙ 50. distin. domino sancto. in fin. Dic ut ibi in glo. penult.

1 Sequitur Ancha. & de cla. illa Non obstantę, uide Bar, l (ex trauag. ad reprimēdam. ad finē. Fon.

g ¶ Quia tamen.] Diuersitatis ratio.

h ¶ Singularium.] Nota, quia per hoc patet, ꝙ generalem consuetudinem bene tollit noua constitutio Principis, & merito: quia illius legis promulgatio alias superflua & inutilis esset, sed in singularibus secus: quia licet lex non habeat locum Bonon. habebit locum Mutinę, Padue, & locis alijs.

i ¶ Cum sint.] Ratio rationis.

[Glossa sequens rec. per quęstionem, quam exemplificat, & soluit inducens sex rationes.

k ¶ Facti.] non enim reuocat quę ignorat: ignorat autem quæ sunt facti. Et puto per hanc litteram terminatam quęstionem illam qua quęritur, an noua constitutio reuocet statutum Episcopi contrarium, quo solum cauebatur ius commune. Pone in terminis decr. de ęta & qualitate. pręterea, quę quantum ad pręsentationes patronorum, est hodie reuocata per decre. infra de instit. capit. 2. Nunquid & sublatum erit statutum episcopi, quo illud simpliciter cauebatur, quòd dicit decre. præterea. Eodem modo potest poni exemplum de decret. supra de concess. pręb. accedens. & de decret. eod. tit. cap. 2. de decre. infra de censib. Romana. & cap exigit. & de decret. eod. tit. felicis. Dico autem, ꝙ sicut sublatum est ius commune, ita & statutum quod simpliciter continebat ius commune,[2] cum illud non sit facti, nec consistat in facto: immo sit iuris, & consistat in iure, & facit quod not. Innocen. Hostien. & moderni, inf. de rescript. cap. 1. ubi not. quod de rescripto, uel priuilegio, quod simpliciter continet ius commune, in secundo priuilegio, uel rescripto non est necesse fieri

2 idem dicit de Anch. respon. Ioann. de Ligna. tenenti contra glo. Fon.

men-

1 Idem Phi. Vide Fely. in ca. 1. supr. de rescrip. Fon.

mentionem. 1 Quod si contrarium diceremus, iam Episcopi possent tollere potestatum Summo Pontifici tollendi iura, in dioecesibus suis, statuendo simpliciter, quæ iure cauentur. Item probo id euidentissima ratione: Ista decre. æquiparat ista duo, consuetudines, & statuta singularia: sed iã sequeretur, quòd omnium iurium correctio vel mutatio esset inutilis. Dicam. n. ꝙ licet reuocatum sit ius cõe: tamen cõsuetudo præscripta, qua seruatum fuit ius cõmune, reuocata non sit 2 eadem ratione, qua id supra diximus de statuto, & id esset absurdum. Item uon possumus dicere, ꝙ statuta continentia ius cõmune, sint singularium personarum: quod requirit hæc decreta. Item si Papa tollit suam constitutionem, quod est plus; multo fortius constitutionem inferioris idem dicentem, quod est minus. Ad hoc optime facit extra, de fide instrumentorum, c. pastoralis, vbi dicitur, quod si decret. extrauagans consonat iuri communi, iudicari debet secundum ipsam: quia ius est. Idem igitur dicam in locali statuto: quod si continet ius commune, sublato iure, tollitur statutum, 3 quod ius commune est. Si igitur consuetudo, & statutum singularia sint, & consistant in facto, & sint rationabilia, nec expresse reuocentur, eis non derogatur per constitutionem nouiter editam: alias secus, hoc dicit decre. Ioan. Andr.

2 Et sine dubio sic dicendum est qñ fieret scandalum, si lex non obseruaretur no. gl. Do. ca. super eo. su. de cogn. spi. Do. Phil. Fon.

3 Nisi alia esset rõ statuti, quã sit iuris cõis. Do. & plenius vide Imo. Bar. in l. 1. ff. ad l. Fal. Fon.

biliter ignorare:[a] ipsis,[b] dum tamen sint rationabilia,[c] per constitutionem a se nouiter editam (nisi expresse[d] caueatur in ipsa) non intelligitur in aliquo derogare.[e]

¶ Idem.

¶ Duo sunt dicta. Primum quòd statuta ordinariorũ non ligãt probabiliter ignorantes. Secundum, quod statutum Episcopi, extra suã dioecesim, subditum non ligat. Ioan. And.

CAP. II.

VT[f] animarum[g] † periculis obuietur: sententijs[h] per statuta[i] quorumcunque ordinariorũ[k] prolatis, ligari nolumus

a ¶ Ignorare.] sup. ut eccle. bene. vt nostrum.

b ¶ Ipsis.] scilicet consuetudinibus, & statutis.

4 Idem Phi. & in dubio præsumitur rationabilis. Fon.

5 Gl. sequuntur. Phil. & D. nisi cõsuetudo iuuaretur noua ratione. But. in ca. fi. de consuetu. & ibi Rochus de Cur. Fon.

6 Secundum Io. Mo. dic illam legẽ loqui qñ lex, quæ consuetudinem sequitur adiuta est iure, quod utilitati publicę ꝓuidet. ut illa duo iuncta consuetudinem tollãt: alleg. inf. de iureiur. licet Ioan. And.

c ¶ Rationabilia.] Vtrum consuetudo sit rationabilis nec ne, relinquendum est iudici: 4 cum nec certa regula tradi posset secundum Host. qui hoc no. in summa. de consue. §. quid sit consuetudo, versic. cõsuetudo est vsus. Et bene dicit, Rationabilia: quia hoc solum quod rationabile est, defendit ecclesia. 34. distin. ca. ulti. & 81. di. si qui sine. De rationabili autem consuetudine pone exempla, infra de consuet. cap. 4. supra. de cousuet. cum dilectus, & facit quod dicam infr. de elect. ex eo. quod, in fine.

d ¶ Expresse.] infra de consue. cap. 1. & 2. de elect. quia sæpe, &c. cum non deceat in quibus reuocantur etiam priuilegia & statuta. de clericis non resi. ca. uno. infr. de censi. quamquam de poen. & re. cap. 2. de biga. ca. vno. de cap. mon. cap. uno cum simi. quæ omnia non uidentur competentia exempla, cum illa non essent rationabilia. Quod verum potest dici hodie, quia ius resistit. 5 habes exempla hodie circa consuetudines de ætate, & qualitate, ut hi, qui, in fine cum suis concordant. in Clemen.

[Glos. seq. signat contrarium, & soluit, & opinionem Host. reprobatam dicit.]

e ¶ Derogare.] contra ff. de sepul. viol. l. 3. §. Diuus. So. Illa lex multis modis intelligitur. vt ibi not. & ff. de leg. l. de quibus. Sed in quantum dicere videtur, quod consuetudo vel statutum præcedens legem, tollatur a lege dici potest hoc uerum: cum princeps hoc intendit, vt not. Ber. se intelligere illam legem, supra de fi. instru. pastoralis. in gl. 1. in fi. quæ solutio approbatur per hanc decre. 6. Reprobatur autem hic opi. Host. qui contra hũc textum not. in sum. de consue. §. & de uirtute. uersic. sed speciale est.

VT animarum.] Duæ sunt partes: Secunda ibi, Statuto. In prima ponit dictum, cui determinationem subdit: ibi, dum tamen. In secunda soluit dubium & rationem subdit: ibi, Cum extra.

CASVS. Episcopus fecit statutum, ut nullus clericus suæ dioecesis portaret arma, uel comam nutriret, uel aliquid aliud faceret sub poena excommunicationis, quam uolebat contra facientem incurrere ipso facto; Accidit, quod tempore, quo fuit factum tale statutum, non etiã in dioecesi, sed postea sum reuersus in dioecesim & feci contra statutum: vtrum sum ipso facto excõmunicatus? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non; quia constitutio Epĩ (idem de quacunque alia cõstitutione) nõ ligat ꝓbabiliter ignorantes; secus est de ignorantia crassa & supina, quia illa non excusat. Sed quid Sanctissime pater, ponamus, quòd eps meus fecit statutum, quod nullus clericus arma portaret sub poena excõicationis: sciebam tale statutum: accidit, quòd dum fui extra dioecesim, portaui arma, & ſic feci contra statutum. Vtrum inciderim in poenam statuti? Respondet Romanus Pontifex, quòd non; & dicit, quòd statuta facta ab eo, qui habet territorium limitatum, non habent vires extra territorium & dioecesim, sed solum in dioecesi. Textus. Supina, quæ est ignorare, quod omnes sciũt, vel scire tenentur. Textus. Furtũ. iura bene dicunt, quòd faciens furtum excommunicetur: sed non dicunt, quòd qui facit furtum, sit ipso iure excommunicatus. Nota ex principio c. quod statuta episcoporum, uel quorumcunque habentium potestatem statuendi, non ligant probabiliter ignorantes, qui possunt prætendere iustam causam ignorantiæ: nisi eorum ignorantia fuerit crassa & supina: vt ponamus, quòd in hac ciuitate fuit facta constitutio penalis, & fuit publice publicata, si dico, quòd ignoro talem constitutionem, quia non fuit mihi notificata, non habeo iustam causam ignorantiæ: quia non est necesse quod constitutio auribus singulorum inculcetur, ut in c. 1. de postula. prælator. in ant. tamen quia admittitur ad probandum, quòd notificatio illius constitutionis non uenit ad euis notitiam. No. quòd statutum alicuius statuentis nõ habet vires extra territorium: sed restringitur ad limites territorij facientis statutum: Secus est in infamia & excommunicatione, quæ afficiunt personam, sicut lepra afficit personam leprosi: ideo si subditus episcopi fuerit excommunicatus, & exeat dioecesim, semper remanet excommunicatus.

† Do. hic nota. quòd laici ligantur statuto Epĩ in fauorem animæ facto ca. nouit. de iud. ca. nos iud. c. nos inter. de purg. can. Fon.

f ¶ Vt animarum.] hæc decretalis edita fuit ad declarationem decretalis de senten. excomm. a nobis, 1. & eius quod ibi no. Et eius duo sunt dicta: primum, quòd statuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, quòd statutum episcopi extra suam dioecesim, subditum non ligat. Ioan. And.

g ¶ Animarum.] ad idem infr. de iureiu. & cap. 1. de sepul. ca. 1.

[Glos. seq. reci. per q. & soluit, & huic litteræ respondet dupliciter.]

h ¶ Sententijs.] quæ ligant animam, ut locum habeat proxima ratio: sed idem in alijs sententijs, quæ poenas temporales inferunt per l. ff. de decre. ab or. fa. l. ultim. vbi habes, quod municipali statuto non ligatur ignorans, sed sciens tantum: ad hoc C. de testa. l. iubemus. in fine. & potest dici, quod in hoc prouidetur animabus, saltem propter peccatum inobedientiæ, quod est maximum, 7. 8. qu. 1. sciendum. uel de his dixit: quia de alijs non erat dubium, per dictam legem.

7 Placet D. Phil. qui ex gl. inferunt, quòd veniẽs contra statutum municipale, peccat. vide glo. 10. di. c. quod autem. Fon.

i ¶ Statuta.] De generalibus ergo statutis canonum uel legum non loquitur, quæ ab omnibus sciri & custodiri debent, sup. de consti. c. 1.

k ¶ Ordinariorum.] Qui dicantur ordinarij, no. Glo. & Ber. sup. de offi. ord. cum ab ecclesiarum.

a Do. hic, quod peccans puniatur poena alterius legis non statuti idem Phil. Font.

ignorantes: a dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina. b ¶ Statuto c Episcopi, quo in omnes, qui furtũ commiserint, d excõicationis sententia promulgatur, subditi eius furtum, e extra ipsius dioecesim f committẽtes, minime ligari noscuntur: Cum extra g territorium h ius dicenti non pareatur impune. i

a ¶ Ignorantes.] Contrarium not. Ber. in præd. decre. a nobis supra de sent. excõ. & non mouebatur ex eo, quia incidebat in factum iam damnatum: & quia in culpa fuit, rem prohibitam faciendo: & quærere debuerat: & sicut etiam vbi culpa præcedit, non excusat metus. ff. quod metus cã. l. si mulier.

b ¶ Supina.] quæ est, ignorare qd omnes sciunt, de postu. præla. ca. 1. §. verum qm. de cler. excom. min. Apostolicæ. Ignorantia ergo alia facti, alia iuris. Si iuris, aut communis, aut singularis: statutum enim epi ius facit iter subditos, quod tamen nõ ligat probabiliter ignorantes, vt hic.

c ¶ Statuto epi.] nota epm posse facere statuta: ad idem supr. proxi. respon. supr. de maio. & obed. si quis venerit, & legatus in prouincia sua. supr. de offi. lega. ca. vlt. & sunt alia statuta perpetua. etiam post obitum vel recessum. vt ibi.

[Glo. seq. signat contrarium, tripliciter soluit: primam approbat, & remittit.]

d ¶ Commiserint.] contra infr. de sent. excom. Romana: §. caueant vbi dicitur, quòd pro futuris delictis excõicatio ferri non debet. Sol. Aliud est, ferre in aliquem excõmunicationis sententiam pro futuro delicto: vt si dicat Excommunico te si tale quid feceris, quod ibi prohibetur. Aliud statutum generale facere, excommunicationẽ fulminans, quod hic permittitur. vt supr. de sen. excom. a nobis. 1. Vel licet ibi prohibeatur ferri, tamen lata tenet vt ibi not. Ber. Vel si dicatur, quòd istud cõmiserint, sit præteritum, nullum est contrarium. Quod prius dixi, a tene, & adde quod ibi dicam.

a Istud etiã tenet Do. de Ancha. & cõmendat glo. ibi præteritum: in dubio tñ uerba intelligunt, ut sint futuri temporis. Font.

e ¶ Furtum.] quod est contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa. & animo lucrandi. Insti. de ob. quæ ex quasi deli. in prin. & §. furtum autem. & §. placuit: & prohibitum etiam in decalogo, 14. q. 5. penale, & in secunda prohibitione obtinet quartum locum, quod dic, vt not. 32. q. 7. quid in omnibus.

f ¶ Dioecesim.] in qua tota iurisdictionem habet ordinariam: & in quolibet ipsius loco non exempto, potest pro tribunali sedere, sup. de off. ord. cum episcopus.

g ¶ Cum extra.] ratio. Et nota de omnibus rationem reddendam; quod dic, vt sup. de rescr. si quando.

h ¶ Territorium.] suum. supr. de off leg. nouit. ff. de iurisd. om. iud. l. ult. Et est territorium, vniuersitas agrorũ infra fines cuiusque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, magistratus eius loci infra eos fines terrendi, id est submouendi ius habent, ff. de verbo. sign. pupillus. §. territorium.

i ¶ Impune.] id est, sine poena, id est, non parens, ex eo poenam non patitur.

DE RESCRIPTIS.

¶ Ista rubrica continuatur ad præcedentem in modum qui sequitur: Dictum fuit supra titu. proxi. de constitutionibus, & sic de iuribus. Nam constitutio large sumpta accipitur pro omnibus partibus iuris scripti verum quia parum esset iura condere, nisi essent iudices, qui illa tuerentur, & redderent vnicuique ius suum: iccirco viso de iure, restabat uidere & de iudicibus, qui iura reddunt: Sed quia iudices ut plurimum constituuntur per rescripta; iccirco præmittitur hæc rubrica, de rescriptis. Vnde sciendum, quod nos habemus rescriptum, priuilegium, & beneficium. Rescriptum in iure accipitur dupliciter, uidelicet, stricte, & large; rescriptum large sumptum, comprehendit rescriptum, stricte, siue in specie sumptum, & beneficium Principis. Sed rescriptum stricte, & in specie sumptum, dicitur illud, quod emanat ad obseruantiam iuris communis: puta cum quis cõqueritur Principi, quòd aliqis facit contra iura, sup. plicans, vt Princeps det sibi iudicem delegatum, qui faciat obseruare ius commune. In isto autem titulo rescriptum accipitur large: quia in eo tractatur de gratijs circa beneficia obtinenda. Priuilegium uero dicitur illud, quod emanat contra ius cõmune in fauorem aliquarum personarũ: & dicitur priuilegiũ, quasi priuata lex: ut quia de iure communi omnes habentes prædia, tenentur soluere decimas prædiales ecclesiæ parochiali, Papa concedit aliquibus priuilegium, ut de laboribus suis, non soluãt decimas, uel de terris suis, quas colunt siue coli faciunt proprijs sumptibus non soluant decimas: sicut fuit concessum pluribus religiosis, ut de terris suis, quas colunt, siue coli faciunt pro prijs suis sumptibus nullas soluant decimas: istud vocat priuilegium. Sed beneficium Principis, dicitur gratia, quam princeps facit alicui præter ius, ut puta Papa fecit mihi gratiam, ut mihi detur beneficium, quod primo uacabit in Ecclesia Pictauiensi. Et licet priuilegium, rescriptum, & beneficium differant (ut dictum est) tamen rescriptum, largo modo sumptum comprehendit omnia ista.


TITVLVS III.

De Rescriptis.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Rescriptũ impetratũ ab excõicato, est ipso iure nullũ, & quicquid inde secutũ est; nisi in causa, excõicationis, vel appellationis.*

CAP. I.



IPSO IV-

IPSO iure.] Ponit dictum, a quo duos casus excipit: ibi, quam excommunicationis. Ioan. And.

¶ Rescriptum delegatorium ab excommunicatio impetratum, est ipso iure nullum: nec ualet processus per illud rescriptum factum etiam si oppositum non fuerit. Fallit in rescripto in causa excommunicationis uel appellationis, hoc dicit. Pro intellectu huius ca. præsupponendum est, quod habetur. infr. eod. li. de exec. c. pia. ubi dicitur, quòd si excommunicatus maior excommunicatio fuerit in iudicio agendo, & non fuerit exceptum de excommunicatione, ualet processus cum eo factus: tamen licet excommunicato ante litem contestatam opposita non fuerit, poterit opponi in quacunque parte litis, & obtenta absolutione, accipiet excommunicatus processum in statu, in quo erat ante excommunicationem.

Istud c. procedit in excõicatione occulta siue manifesta, exceptis casibus hic positis, sed quod de appellatione hic dr, hoc fallit in actu partis extraiudicialiter facto. c. sicut. sup de ele. nam tũc non excipit. sed agit Philip. Do. in fi. lecturæ suæ colligit. 15. limitationes ad istud ca. quas uide. Fon.

CASVS. Prætendebam te debitore meum in aliqua pecuniæ summa: uel te possidere beneficium meũ, eo quod habebã ordinariũ loci certa ratione suspectũ nolui te conuenire corã ipso, sed a Papa impetraui rescriptum delegatorium ad aliquem iudicem, qui cognosceret de hmõi causa: tempore impetrationis eram excommunicatus maiori excommunicatione: præsentaui illud rescriptum delegato, qui uirtute illius rescripti processit usque ad diffinitiuam sententiam: postea peruenit ad notitiam tuam, quod tempore impetrationis rescripti eram excommunicatus maiori excommunicatione: uoluisti proponere nullitatem processus, sententiæ, & rescripti? quæritur, nunquid sis audiendus? Videbatur, quòd non: quia exceptio proposita, in quacunque parte litis, non annullat processum factum antea. Non obstante ista ratione dubitandi, dicit Romanus Pontifex, quod certe istud rescriptum non ualet, nec processus inde secutus. Et ratio est pp defectum iurisdictionis; quia ex quo fuit rescri-

Summarium Dñi Heliæ.

rescriptum ab initio nullū, per id non fuit tributa iurisdictio delegato; sed secus, si iudex aliàs haberet iurisdictionem, quia esset ordinatus vel delegatus, & impetrans non erat tpe impetrationis excōicatus: quia processus esset validus, donec cesset opposita exceptio excōicationis. Sed quæritur, an sit uerum indistinctè, q rescriptū delegatorium impetratum ab excōicato, sit nullum ipso iure? Respondet Romanus Pontifex, q hoc non est uerum indistinctè: sed fallit, si excommunicatus impetret rescriptum in cā excommunicationis, uel appellationis: puta, eps Pictauiensis me excommunicauit: dico excommunicationem esse iniustam: & ulterius dico, q sum absoluendus sine emenda, & absque aliqua cautione, accessi ad sedem Apostolicam, & impetraui rescriptum ad aliquem iudicem delegatum, per quod mandabatur, ut si iudici constaret de iniusta excommunicatione, me absolueret: quia potuissem adire ordinarium: & Papa concurrit cum ordinario: & sic potui adire Papam, & impetrante rescriptum: Alias sequeretur, quod excommunicatus iniustè, non haberet aliquod remedium contra iniustam excommunicationem. Item fallit in causa appellationis, ut si aliquis excommunicatus appellet, & impetret rescriptum, in causa appellationis rescriptum valet, ut reparetur iniuria sibi facta a iudice a quo. Textus. Articulo. vnde articulus est pars intentionis continens illud, quod actor uel reus intendit probare. ca. veniens. 2. ibi, pars autem. sup. de testib. Et articuli quandoque vocantur intentiones, quandoque assertiones. Nota primo, q excōmunicatus regulariter non potest impetrare rescriptū delegatorium ɔ̄ suos debitores. Nota secundo, q processus factus uirtute rescripti nulli⁹, est ipso iure nullus: quia ubi non est fundamentum, desuper ædificari non potest: secus si rescriptum non esset nullum, licet esset surreptitium, & elidibile ope exceptionis: quia tunc delegatus uirtute illius rescripti haberet iurisdictionem, sed elidibilem per exceptionem. Nota tertio duos casus exceptos a regula posita in principio cap. in quibus valet rescriptum ab excommunicato impetratum: uidelicet in casu appellationis, & in causa excommunicationis: Nam in causa excommunicationis excommunicatus potest esse in iudicio tanquam actor, & impetrare iudices delegatos, & petere relaxari excommunicationem suam, quam dicit iniustum. Item in causa appellationis potest excommunicatus maiori excommunicatione appellare, & appellationem prosequi & rescripta impetrare. Sed utrum per istud capitulum sit correctum cap. pia, inf. de excep. Dicit glo. in uerbo, processus, (& bene) quod non: quia illud cap. pia, intelligitur in excommunicato agente coram ordinario, uel delegato, qui agens tempore impetrationis non erat excommunicatus, sed incidit in excommunicationem postquam delegatus recepit iurisdictionem virtute rescripti delegatorij. Istud autem cap. intelligitur de excommunicato agente, qui tempore impetrationis rescripti erat excommunicatus.

[Glo. seq. ponit quod reprobat.]

1 Istā gl. probat Doct. ex qua no. Phil. q iudex p̄cedendo ad ulteriora, non ualidat processū suū vbi rescriptū est penitus nullū. vide Do. Fon.

a ¶ Ipso iure.] ego 1 sine exceptionis ope: & sic falsam puto opinionem Tancredi & Innoc. no. sup. de off. deleg. prudentiam. §. sexta. & Ber. Compost. not. sup. eo. c. super litteris, in glo. hic quæritur. & Guil. Du. not. in Spec. tit. de rescr. præsentatione. §. ratione autem impetrantis. versi. quid de processu. qui omnes dixerūt, quod processus habitus per litteras impetratas ab excommunicato, ualet, si non opponatur exceptio: Et hoc dico territus, cum supradicti omnes (excepto Tancredo) hāc uiderint decretalem, unde uel non ponderauerunt hoc uerbum, ipso iure, positum in principio hic, uel hanc decretalem putauerunt esse correctam per decre. pia. quod non credo, cum pars illa, quæ correcta est, remota fuerit, ut infra dicam.

[Gl. soluit q. & solutionē probat tribus rationibus.]

re a rescriptū, b vel processus c per ipsum habitus nō

b ¶ Rescriptum.] sup. eo. dilectus filius Abbas. Et satis hic puto terminatam quæstionem, qua quæri solet, vtrū reus actorem, quem excipiendo contra rescriptum & personam repulit excommunicationis vigore coram ipso delegato reconuenire possit. Et patet, q non. 2 Si enim nullum est rescriptum, & conuentio est principale, & reconuentio accessorium sublato principali, & accessorium. infra de reg. iur. accessorium. cum suis concordantijs. Item causa conuentionis & reconuentionis, simul sunt tractandæ supra de mutuis petitionibus. cap. 1. de ordi. cognit. cum dilectus quod hic esse non posset. Item conuentio est expressum, reconuentio tacitum. Sublato igitur expresso, & tacitum est sublatum, C. si reus vel accusat. mor. fu. l. vltim. & facit quod nota. de cle. coniug. quod a cle. & hoc tenuit Tancred. Bar. Brix. in quæstione Veneriali quæ incipit, Actor conueniebat reum.

2 Glo. bene dicit secūdū Doc. si tamē exciperet solū ɔ̄ personā fiet recōuentio, facit I. de elect. ab eo Do. Fon.

[Glo. seq. quærit, & soluit distinguendo. Item quærit de ratione, & ponit duplicem, quam improbat, & quadruplicem, quam approbat.]

c ¶ Processus.] nunquid ergo correcta est decret. pia. inf. de exce. vbi dicitur, quod processus habitus cum excommunicato tenet, donec opponatur exceptio, & postmodum ipso absoluto, reassumatur causa in eodem statu. Sol. Non est correcta, immo potius corrigeretur ista per illam, cum illa sit posterior. Est enim Innocentij IIII. sed hæc Greg. IX. sup. tit. prox. cap. 1. Sed neutra per alteram corrigitur, sed in diuersis casibus loquuntur. Nota igitur primo, falsam esse opinionem modernorum, q̄ Ber. not. in decre. pia. in gl. sed mirum. & in prædicta decret. dilectus, in glo. sic videtur. versi. secus si antiquis, & in decre. de offi. dele. prudentiam. in gl. sic videtur & in glo. secus esset in quibus dixit, rescriptum ab excommunicato impetratum ualere post suam absolutionem. Et uera est ipsius Ber. opi. antiqua, ut per prædictas gl. apparet. & de æta. & qual. cum bonæ & de cle. excom. minist. proposuit. Circa hanc igitur materiā sic distingue: aut excommunicatus maiori agit coram delegato, aut coram ordinario. In primo casu subdistingue: quia aut erat excommunicatus tempore impetrati rescripti, aut postea fuit excommunicatus. In primo casu subdistinctionis, habeat locum hæc decre. vt scilicet non ualeat rescriptum, nec processus per ipsum habitus, nisi impetratum fuerit super causa excommunicationis uel appellationis, ut hic, & in concor. superius al legatis. In secundo casu. s. quando post impetrationem excommunicatus fuit, locum habet decre. Pia. 3 & de offi. deleg. prudentiam. §. sexta. si agit coram ordinario, tunc tria tempora distingue: secundum uetera iura non tenebat processus cum ipso habitus. sup. de excep. exceptionem. aliàs non uideo quare ibi fieret condemnatio expensarum 4 si tenuisset habitus processus, ut ibi etiam nota. Postmodum statuit ibi Greg. in decis. huius decret. quod teneret processus habitus cum excommunicato, si reus eum scienter admisit. alias non. Secundum moderna vero iura tenet processus, & locum habet decre. pia. & sic nec corrigitur, nec corrigit. Si quæratur quæ sit ratio diuersi iuris, & dicatur, quod excommunicatus impetrans peccauit se ingerendo communioni hominum: non ualet hæc responsio, cum eadem ratio sit in ordinario. Si dicatur, quod hæc sit ratio, quia rescriptum impetratum fuit tali ueritate tacita, qua expressa litteras non habuisset, non ualet etiam hæc responsio quia tunc scriptum habet elidi. exceptionis ope, nō ipso iure, supra eodem super litteris, & hoc notat Bernar. supra eodem, ad audientiam 2. Vnde satis mirandum videtur, quod si ago coram ordinario, tenet processus. & si ab eo impetro delegatum, nec rescriptū valeat, nec processus. Sed potest esse ratio, quia iurisdictio delegata sumit initium ex persona agentis & impetrantis, & ideo cum vitiosum fuerit principium, ff. q. 1. principatum. nec rescriptum valeat nec processus.

3 Sicut. n. sequens excōicatio non uitiat uotum eligentis, sed solū præcedēs, de elect. cum inter R. ita nec uitiat rescriptū. Io. And.

4 No. gl. iuncto text. quē allegat q̄ reus differēs apponere exceptionem reddentē iudicium retro nullū punit in expensis. Phil. Do. Fō.

Ordina-

Ordinaria autem iurisdictio ab actore agente non inci pit, & ideo ibi secus. Item iurisdictio ordinaria fauorabilis est, extraordinaria odiosa, ut sup. cod. ad hoc. Item quando proceditur coram ordinario uel delegato impetrato ante excommunicationem, est in aliquo quod imputetur reo, qui de excõicatione debebat excipere, si sciebat, aliàs inuestigare debebat: sed ut plurimum, delegatum impetrat actor absente reo, & ideo nõ valet impetratio: nec processus habitus ipsius impetrationis vigore, ut hic. His ergo rationibus & excõicati odio, speciale dicas, ꝙ in hoc casu veritas suppressa ipso iure uitiet rescriptum, & processum habitum per illud.

valeat, si ab excommunicato, [a] super alio [b] quam excommunicationis [c] vel appellationis [d] articulo, fuerit impetratum. [e]

¶Innocentius quartus in Concilio Lugdunen.

¶Per clausulam, Quidam alij, possunt soli quatuor cõ ueniri, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne uariationi sit locus. Ioan. Andr.

a ¶Ab excommunicato.] maiori excommunicatione, ut sup. de except. a nobis. & ĩ. eo. c. pia.

¶Glo. seq. quærit, ponit opi. cuius tenet contrarium, & respondet allegatis in contrarium.

b ¶Alio.] Quid si excommunicatus impetrat litteras inquisitionis? Notauit Gof. de off. deleg. prudentiam, in gl. colligitur, ꝙ bene ualent litteræ: & hoc ideo, quia fama ibi habetur accusatoris loco, ut sup. de accus. qualiter 2. ex quib. & licet promouens ineptus appareat, nihilominus valet rescriptum, & proceditur per illud, ĩ. de accusat. cum oporteat. ubi idem tenet Innoc. & Host. & hoc quando excommunicatus solum ministerium præbuit, nec nominatus fuit in litteris 1 idem Guil. in Specu. de inqui. §. 1. ver. quid si in littera allegat Innoc. & Host. ad hoc C. de preci. impe. off. l. 1. & l. vniuersis & ff. de inoff. testam. posthumus. §. 1. & l. si pars. §. vlt. Nõ enim refert secundum eos, a quo & quo tempore fuerit nunciatũ ff. de petitiõ. hære. l. item ueniunt. §. a quo. & ff. de euictio. si rem. §. vlt. per hanc litteram credo cõtrarium, cum in odium excommunicati sit hoc inductum, ꝙ nullæ litteræ valeant, nisi hic contentæ, nec puto tutum a littera recedere: & ad hoc optime facit: quia si excommunicatus pro alio litteras impetrat ad agendum, non valent. 2 supra de proba. post cessionem. & bene refert interdum, per quem preces offerantur. ĩ. de hære. cap. 2. §. 3. Ad decre. cum oporteat, rñde vt ibi no. ẜm Io. in gl. pen. Præterea non est inimicus ita persona prohibita ab impetrando, sicut excommunicatus: vnde agit pro sua iniuria, quod non facit excommunicatus, de iud. intelleximus. 4. q. 6. omnibus.

1 Placet Do. nam tex. hic loquit de rescripto ad instantiã impetrantis cõcesso. Fon.

2 Idẽ Do. & Pet. de Anc. Fon.

c ¶Excommunicationis.] supra de senten. excom. cum pro causa.

d ¶Appellationis.] supra de exce. cum inter. & c. significauerint. & c. ult.

e ¶Impetratum.] & sic inspicitur tempus datæ, vel 3 impetrationis. ad idem supra eo. eam te. & ĩ. eod. tibi, qui. de præb. cum cui. Sequebatur autem olim hic in fine talis littera, Quod coram eo actum est, coram ordinario similiter irritum est censendum, nisi forsitan, qui conuenitur scienter admisisset eundem. Remota fuit, quia reuocata per decre. pia, vt dixi supra in glo. nunquid ergo. Io. Andr.

3 Glo. sequit Phil. in principio lectu. Fon.

CVm in multis. ¶ Duo sunt dicta, quorum primum causam præmittit: secundum submittit ibi, Quorum. Io. And.

¶Pro intellectu huius capituli præsupponendum, quod aliquando in rescripto delegatorio, videlicet in narratione, ponuntur ista verba: Sixtus eps̃ seruus seruorum Dei, &c. Conquestus est nobis talis, ꝙ talis Titius, & quidam alij super tali re ei iniuriantur. Mandamus quatenus vocatis vocandis. quod iustum fuerit decernas. Aliquã ponuntur non solum in parte narratiua, sed etiã in parte dispositiua, hoc modo: Sixtus Episcopus, &c. Conquestus est nobis talis, ꝙ talis Titius, & quidam alij sibi iniuriantur, &c. Mandamus, quatenus dictum Titium ad præsentiam tuam conuoces, & alios quos dictus talis tibi duxerit nominandos.

CAP. II.

CVm [f] in multis [g] iuris articulis infinitas re-

CASVS. hoc præsupposito, sic figura: Ego a Sede Apostolica impetraui rescriptum ꝯ te sub prædicta forma, non est dubiũ, ꝙ virtute illius rescripti possũ te cõuenire coram delegato, & ẽt alios comprehensos sub clausula, Et quosdã alios. Sed quæritur utrum potero conuenire ꝑsonas tot, quot voluero? Respondet Romanus Pontifex, quod virtute illius clausulæ non potero, nisi tantum modo quatuor conuenire. Sed quid: Ponamus, ꝙ contra aliquem comprehensum sub illa clausula impetraui a iudice delegato aliquam citationem: vtrum in ista citatione impetrata contra vnum ego debeam nominare alios tres? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ sic, quia virtute illius clausulæ: Et quidam alij, non possum nisi quatuor conuenire, quos teneor exprimere in citatorio. Et licet quidam dixerint, ꝙ non debebam alios quatuor in citatorio exprimere: communis sentẽtia Doctorum est, ꝙ debeo omnes quatuor nominare, & debeo impetrare citationem contra omnes: & si impetro citationem solum contra vnum, debeo in ipsa citatione alios nominare: aliàs citatio non valeret. Nota primo id, ad quod allegatur principium capituli: quod infinitas in multis articulis iuris reprobatur. Nota secundo principalem effectum huius capituli, uidelicet, ꝙ rescriptum delegatorium non solum comprehendit nominatos in ipso rescripto, sed etiam alias personas non expressas, si in rescripto apponatur aliqua clausula, per quam appareat Papam hoc uoluisse. Nota tertio, ꝙ per clausulam, Et quidam alij possunt solummodo quatuor conueniri: plures non possunt cõueniri. Nota finaliter, ꝙ in citatione impetrati contra aliquem de comprehensis in clausula, Et quidam alij, omnes sunt nominandi, quos intendit impetrans conuenire: aliter citatio non ualeret, vt dictum est: quod est intelligendum, nisi impetrans diceret, ꝙ uirtute illius clausulæ non intendit conuenire nisi illum quem nominat: puta, quod non intendit conuenire nisi Caium, & alios tres non exprimit: quia illos non intendit conuenire, quia cum eis transegit: tunc si hoc dicatur ab impetrante in citatorio, valebit citatio; sed si simpliciter nominet vnum, & non fiat mentio de alijs tribus, citatio est nulla: quia iste textus requirit illam expressionem, vt sa tis dictum est.

f ¶Cum in multis.] per clausulam, Quidam alij, possunt soli quatuor conueniri, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne uariationi sit locus. Io. Andr.

[Glo. seq. ponit viij. exempla, quibus uitiatur infinitas. in fine ponit casum, & remittit.]

g ¶Multis. 4] exemplificata ut supra de reli. do. c. ult. & ĩ. eo. tit. religionum. supra de testi. cum causam. §. volentes. & c. significauerunt §. mandamus. ff. de testi. l. 1. in fi. Item in relictis pro redemptione captiuorum restringitur infinitas. C. de sacrosan. eccl. ut inter diuinũ. Item restringitur seueritas, cum multitudo peccauit: de cler. excommu. latores cum simil. Item non oneratur hæres in infinitum fideicommissum soluere. ff. de lega. §. fideicommissa, §. si quis decem. Item non valet promissio, ne vlla exceptio deserti iudicij objiciatur, puta, promitto ꝙ si per casum fortuitum impeditus fuero, si cõparere non possim, non objiciam de casu, ff. si quis cautio.

4 Ad istam glo. uide Fel. c. licet 2. de testibus.

cautioni.l.sed & si quis. §.quæsitum. Item in stipulatione damni infecti non debet quis esse in infinitum obligatus, ff.de dam.infe.l.qui bona.§.ult. Item legatum, quod non potest sciri ex testamenro: puta, Lego centnm ei quem mihi Titius nominauerit, non ualet. ff.de iure fis.l. ita fidei. & merito reprobatur infinitas: quia multitudo est canonibus inimica, supra de præb. quia in tantum. & onerosa, nihil habens honesti, in authen.de referen. ad fi.collat. secunda. de hoc habes plures concordantias de ætate, & qualitate.cap. penult.

† perinde.

probetur, prouide [a] † duximus statuendum, vt per illam generalem [b] clausulam: quidam alij, [c] quæ frequenter [d] in litteris [e] nr̃is inseritur, vltra tres, uel quatuor [f] in iudicium nõ trahantur: quorum [g] noĩa [h] in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi [i] forsitan relinquatur, si circa ea [k] possit [l] libere variare. [m] †

† al. variari.

a ¶ Prouide.] quia per generalitatem istam derogabatur iurisdictioni ordinariæ, cui per hanc constitutionem prouidetur.

b ¶ Per illam generalem clausulam.] præter expressos, enim poterunt quatuor conueniri.

c ¶ Quidam alij. 1] supra eodem pastoralis, & capitul. Rodulphus. Idem intelligo de qualibet consimili clausula, ut si dicatur, Titius & nonnulli homines ciuitates Bononien. vel simili modo. Item si dicatur, homines talis loci: nam aut conueniet eos, ut uniuersitatem, & tunc omnes habentur loco unius: aut, ut singulos, & tunc solos quatuor præter expressos poterit conuenire, ut hic secundum Innocentium.

1 Ista clausula locũ habet, ubi ponitur post personã expressam, nõ aliàs Do.Phi.For.

d ¶ Frequenter.] & ideo prouidendum fuit. ff. de legibus. nam ad ea. & infra de restitutione spoliatorum. frequens. hodie autem hæc clausula non est in vsu.

[Glo.seq.quærit, & soluit.]

e ¶ In litteris nostris.] Quid de litteris Episcoporum? Dic secundum Hostien. quod non extenditur ad illas ad hoc 25.dist.qualis.

[Glo.seq. quærit, & soluit, subdit duo, quæ possunr recitari per quæstiones.

f ¶ Vel quatuor.] Olim trahebantur quadraginta: argumentum, de testibus, cum causam. & capitulo significauerunt. & de clericis excommunic. ministran. latores. Si quæratur, quæ sit ratio, quare restricta fuit ad quatuor, dic, quod arbitraria, quia æque potuit restringi ad plus, & minus. Posset reddi similitudinaria quam habes supra de consanguinitate, & affinitate, non debet. Dico tamen secundum Bernardum, quod super re indiuisibili, puta, iudicio communi diuidundo, familiæ erciscundæ, & similibus, possunt per generalem clausulam ultra quatuor euocari ad iudicium. Item omnes ultra illos quatuor qui ius habent in re, possunt agere, uel defendere pro suo iure coram illo iudice. Argumentum supra de re iudicata, cum super, & sup.de offic.deleg.sup.eo. argumen.infra de elect.c.1.

[Glos.sequens recit.per quæstionem, ponit opinionem Innocent. secundum Hostiensem, tertio Bart. quam approbat. Secundo subdit dictum, cuius ponit opinionem contrariam, quam reprobat. Tertio quærit, & soluit. Quarto quærit argum.pro, & soluit contrarium.

g ¶ Quorum.] scilicet illorum, quos intendit conuenire per clausulam, & debet expressio in actis scribi: de probationibus, quoniam contra. §. primo. Et dixerunt quidam, scilicet Innocentius, quod in qualibet citatione illorum debeant omnia nomina exprimi. Satis potest dici, quod sufficit exprimi in citatione eius, qui primo citatur, & scribantur in actis. ut su. dixi secundum Hostiensem. Vel secundum Bartol. satis est, quod scribantur in actis, licet in primo citatorio non scribantur: quia uam cessat uariatio. Quod satis credo: 2 quasi hæc littera dicere uelit, quod antequam fiat citatio, nomina exprimenda sint illorũ quatuor. Et credo tutius, quod fiat hæc expressio in prima citatione quæ fit auctoritate rescripti: etiam si fiat de expressis in eo: licet alij contra, dicentes, quod sufficit quod fiat in prima citatione alterius illorum quattuor: sed secundum hoc non est plene fraudibus prouisum. Et si quæratur, an de non expressis conuenire possit prius, quam conueniat expressum? Est dicendum, quod sic: quia donare, liberare, & remittere potest, nisi forte in fraudem expressisset secundum formam decreta. supra eodem, sedes. & hoc tenet Bart. 3 in quæstione Veneriali, quæ incipit: Aliquis impetrauit. Sed pone: quatuor expressit, postea mutat vnam ex personis: vel neminem expressit, postea alterium conuenit, nihil excipitur: quæritur an valeat iudicium? Et videtur, quod sic: quia hæc exceptio dilatoria est, vt dici consueuit de exceptionibus duarum dietarum, supra eodem, nonulli. Item quia multa fieri prohibentur, &c. de regular. ad Apostolicam. Contrarium dico secundum Bartol. quia si nomina in primo citatorio, vel actis fuerunt expressa tempore debito: perinde est, ac si in rescripto fuissent expressa. Si non fuerunt expressa tempore debito: perinde est, ac si non fuisset ibi clausula. Vnde cum rescripta non extendantur ad alias res, vel personas: de offic. delega P.& G. dico quod etiam si non excipiatur, non valet iudicium. 4

2 Post factũ tene istã gl. Sed ante Hostiens. Phil. Do.Fon.

3 Hic nõ est Bart. de Saxoferr. sed Barthol. Brixiens. cuius sæpe meminit Io. And. & alij ueteres interpretes.

4 Do. notat hic, ubi iudex fundit caret iurisdõne: progrediendo ad vlteriora non facit se competentẽ: & processus nõ ualet Fon.

¶ Idem in eodem.

¶ Si actor contra reum super pluribus personalibus litteras impetrat ad diuersos, non ualet littera nec processus earum; et reo condemnabitur in expensis. Et idẽ in reo cõuenientе, uel reconueniente actorẽ, eodem durante iudicio.

CAP. III.

DISPEN-

h ¶ Nomina.] & cognomina, vel certas circumlocutiones.§.testes. supra de testib. licet ex quadam. & ff.si cert.pet.l.centum.vt euitetur æquiuocatio.supra eod.siguificante.&c.quia nonnullis.

i ¶ Fraudi.] cui occurrendum est infra de renunc. cap. 2. cum simi.

k ¶ Ea.] scilicet nomina.

l ¶ Possit.] Impetrator.

[Glo.seq.no.ad brocar. & remittit: secundo notat ad quæstionem.]

m ¶ Variare.] Not. uariationem, & inconstantiam reprobari: alibi permittitur. Quod dic ut plene dixi infra de regulis iuris, quod semel: Et nota per hanc litteram, quod per litteras generales ad obtinenda beneficia ex quo aliquid significauit sine protestatione: si succumbat, ad aliud transire non poterit: 5 quia perinde est, ac si in rescripto fuisset expressum illud beneficium quod optauit: infra de concessione præbendæ. quia cunctis. quod sane intelligas secundum id quod habes infra eodem titulo, nec captandæ. Ioannes Andreæ.

5 Tene menti gl. sed fallit tñ, si acceptans probabiliter ignorauit Fon.

DIspendia.] Diuiditur in duas partes: in prima ponitur causa constitutionis, in secũda ibi, Decernimus: ipsa constitutio, in qua duo facit. Nam primo prouidet de actore, & contrafacienti triplicem pœnam imponit. Secundo ibi, Reus quoque, prouidet de reo, in quo unum casum excipiens prædictam pœnam repetit. Io.And.

CASVS.

CASVS. Ponamus, ꝙ tu debebas mihi decem ſcuta ex cā mutui ueri & legitimi : Item alia decem ſcuta debebas mihi ex cauſa uenditionis: nolebam te cōuenire coram ordinario propter aliquam cauſam: unde acceſſi ad Papam, & impetraui iſtas cauſas delegari pluribus delegatis : quia impetraui unum delegatum ad cognoſcendum in una cauſa, & alium in alia, utrum ualeāt iſtæ impetrationes ? Rñdet Roman. Pontifex, ꝙ non immo debeo carere omnib. impetratis, & nullus delegatus recipit iuriſdictionem uirtute iſtarum litterarum: & ideo ſi fecero te conuenire coram illis iudicibus ipſi debebunt pronunciare, ſe non eſſe iudices : & me impetrantem condemnare in expenſis. Sed quid erit ſanctiſſime Pater ? Ponamus quòd impetraui unū iudicem delegatum pro aliquo alio debitò : vis me conuenire coram alio iudice delegato pendente meo proceſſu : utrum poſſis ? Reſpondet quod non : ſed debes me reconuenire coram meo iudice delegato. Et ſciendum eſt, quod littera in fine intendit iſtud dicere, quod reconuentio habet locum, quando ab initio reus offert actori libellum in cauſa reconuentionis, ut facta reſponſione in cauſa conuentionis, fiat reſponſio libelli in cauſa reconuentionis. Sed aliquando reus differt reconuenire actorem : Sed tunc reconuenit eum poſtquam actor multum proceſſit in cauſa, & tunc proceſſus actoris in aliquo non differtur, ſed proceditur in eo abſque aliquo impedimento, non obſtante reconuentione ipſius rei. Et tunc reconuentio non habet priuilegium ſuum, quando opponitur poſt litem conteſtatam, ſicut quando opponitur ante litem conteſtatam : tunc enim gaudet priuilegio, videlicet, quia ſi unus proceſſus fuerit expeditus in cauſa conuentionis, debet idē proceſſus expediri in cauſa reconuentionis, antequam expediatur alius proceſſus in cauſa conuentionis, vt ſ̄. de mutu. petitio in antiquis.

dia [a] litium ęquitatis compédio volétes, qua poſſumus [b] induſtria coarctare, ſtatutum felicis recordationis Gregorij [c] Papæ noni prædeceſſoris nr̄i ſuper hoc editum ampliantes: [d] Decernimus, vt ſi quis cōtra alium plures perſonales [e] mouere voluerit quęſtiones, non ad diuerſos iudices, ſed ad eoſdem ſuper omnibus [f] huiuſmodi quæſtionibus [g] litteras ſtudeat impetrare. [h] Qui vero contrarium fecerit, [i] omni [k] commodo careat litterarum: nec proceſſus [l] habitus valeat p̄ eaſdē: † reo, ſi eum per ipſas (citauerit, vel) fatigauerit, in expenſis [m] legitimis [n] condemnandus. ¶ Reus quoq; ſi eodem durante [o]

a ¶ Diſpendia.] ſi actor cōtra reū ſuper pluribus perſonalibus litteras impetrat ad diuerſos, non valent litteræ nec proceſſus earum : & reo condemnabitur in expenſis Et idē in reo conueniente, vel recōueniēte actorem, eodē durante iudicio. h. d. uocatur aūt diſpendium lōgum & inutile, compendium autem breue & utile ad idem de accuſ. qualiter & quando. 2. ad fi. Io. And.

b ¶ Qua poſſumus.] ad idem ſup. in procem. huius lib. & hoc ſufficit 43. diſ. Epheſijs. 47. d. c. ult.

c ¶ Gregorij.] hæc eſt littera, & loquitur de decret. ſup. eo. tit c. ult. Quidam olim habebant, Inn. Papa tertius. & male. Io. Andr.

d ¶ Ampliantes.] ampliauit in eo, quod ſtatuit, ꝙ p̄ceſſus non ualeat, & in eod. ꝙ ſtatuit de reo. Nam hæc in decretali. Quia nonnulli. expreſſa non fuerant.

[Glo. ſeq. notat a contrario: & quatuor diuerſitatis rationes reddit: cōntra ultimam remittit.]

e ¶ Perſonales.] quaſi ſecus in realib. 25. diſ. qualis, in glo. pen. ff de iud. cum prętor in gl. 3. & poteſt eſſe ratio diuerſitatis, quia perſonales alterius naturæ ſunt, quam reales, & facilius expediuntur. quia ſæpius fit inde inſtrumentum uel ſcriptura argu. ff. de eden. l. ſi legatū, & communiter paruę ſunt perſonales quęſtiones: reales uero magnæ. Item in vna petitione pro pluribus perſonalibus actionibus agi poteſt, cuiuslibet aſſignata cauſa. C. de ann. excep. ſi ex multis ſupra de libel. obl. capit. ulti. ſecundum Bernar. Verior eſt ratio ſecundum modernos, quare aliud in perſonalibus, aliud in realibus : quia duæ dietæ quæ olim dabantur per decretal. ſup. eo. nonnulli, uel una, quæ datur hodie per decre. ſ̄. eo ſtatutum ſeruata ipſius moderatione computātur, a finibus diœceſis vbi ſita eſt res, quando agitur reali. ſ̄. eo. dilectus 2. Contingeret ergo ꝙ quis non poſſet conueniri ſuper pluribus realibus coram eodem iudice, cum res eſſent ab inuicem remotæ : ſed in perſonalibus computantur a finibus diœceſis, ubi habet domiciliū. unde ſuper omnibus ad unum iudicem commodius impetrātur, & ideo in iſtis aliud, quam in illis. Sed forte iſta ratio ceſſat hodie per decret. infra eodem ſtatutum. Et dic, ut ibi dixi in §. cum vero. in gloſſa. olim dicebamus.

† In aliquot vetuſtis codicib⁹ ita: alias reo, ſi eū per ipſas fatigauerit in expēſis, &c. in codice Barbatiæ ita : & reo ſi eum p̄ ipſas fatigauerit, eſt in expenſis, & c. iā illa duo uerba: citauerit : uel non ſunt in uetuſtis exemplaribus, nec ea apparet cognita fuiſſe ab antiquis interpretib⁹.

[Glo. ſeq. obijcit. & ſoluit.]

f ¶ Super omnibus.] ſed ſi reus appellauerit ſuper vna perſonali, iudex non poterit procedere in alia, prima non finita, cum ſuſpectus ſit illi. ſupra de appel. ad hac ſi in una. ergo non eſt commodius agere ſub una quā ſub diuerſis. & ſic damnoſa videtur conſtitutio hæc actori, Sed poteſt dici ſm Ber. ꝙ iniquitas iudicis, qui perpetam proceſſit, non facit ꝙ reus p̄p̄ hoc coram alio iudice poſſit trahi, & ſibi imputet, qui talem obtinuit iudicem, & expectet actor donec appellationis cauſa ſit finita, quæ ſi pronunciata fuerit iuſta; actor poſtmodum ſtudeat alium iudicem impetrata. alias ſi fuerit iniuſta, procederet in alijs, & idem uidetur de alijs impedimentis, re non integra.

g ¶ Quæſtionibus.] & ſic ad eoſdem, & non ad diuerſos debet litteras impetrare: etiam una lite finita, ſec̄m Ber. licet quidam contra dicentes, ꝙ hæc conſtitutio. & illa quia nonnulli : intelliguntur quando eodem tempore actor trahit reum ad diuerſos iudices, uel una pendente coram uno.

[Glo. ſeq. quærit, & remittit.

h ¶ Impetrare.] quid, ſi coram delegato conueniat ſuper una, coram ordinario ſuper alia de hoc ſup. eo. cap. ult. in glo. ſecus.

i ¶ Fecerit.] cum effectu utendo .ſ. pluribus litteris : quia ſi unicis tantum uteretur, bene ualebit proceſſus habitus per eaſdem, ſec. Inn. Io. Andr.

K ¶ Omni.] alias omnium.

[Glo. ſeq. quærit arg. pro, & ſoluit contrarium.]

l ¶ Proceſſus habitus.] in hoc ampliauit ſtatuit. Quia nonnulli. Sed pone, proceſſum fuit coram diuerſis iudicibus, & nihil exceptum: nunquid ualebit ſententia, uel proceſſus ? Videtur, quod ſic, quia hoc eſt beneficium perſonale, per quod etiam alteri non præiudicatur, de regula ad Apoſtolicam. Sed uerius eſt 1 ſecundum Ber. quod proceſſus non ualet per hanc literā ? alias nihil uideretur addere hęc conſtitutio illi decretali : Quia nonnulli. & hoc idem tenet Inn. & dicit per curiam obſeruari.

m ¶ In expenſis.] & in damnis. 2 ſupra eod. capit. ulti. Ioan. Andr.

n ¶ Legitimis.] de hoc dic, ut 2. q. 1. in primis. §. glorioſus. de do. & contu. finem. & hoc eſt generale, ut fatigans aduerſarium, in expenſis punitur. ſupra de pæn. calumniam. de reſcri. ceterum. cum ſim.

ADDITIO. Alleg. Hoſt. eod. tit. capa. fin. de dolo & contu. cap. 2. & c. fin. de maior. & obed. c. fi. de app. ut debitus. Io. Andr.

o ¶ Durante.] qualiter habet fieri reconuentio, not. ſup. de mutu. peti. c. 1. & 2. Io. And.

1 Idē Phil. nec conſenſu partiū conualidat c. P. & G. de offi. deleg. Fon.

2 Gl. procedit ubicūq; aliquis temere trahit ad iudicium. l. eum quē temere. ff. de iudi. At ub expenſæ petunt rōne victoriæ, dāna non ueniūt. glo. in l. j. ff. de alie. iudi. mut. Petr. de Anch.

a ¶ Obno-

iudicio, actorem sibi obnoxium [a] dixerit, reconuentionis beneficio, vel conuentionis, [b] (si contra eum litteras [c] impetrare maluerit) de iure suo debet apud eosdem iudices experiri: [d] nisi eos vt suspectos poterit † recusare; [e] Simili pœna, [f] si contra hoc fecerit puniendus.

† Possit.

Bonifacius Octauus.

a ¶ Obnoxium.] etiam actione reali, secundum Bern.

[Gl. seq. ponit q. quam alternatiuè soluit: secūdo quærit atq. pro & ponit sol. Ber. cui dubitando resistit,]

b ¶ Vel conuentionis.] forte ponit hæc duo verba: quia si reconueniatur actor, vna & eadē snīa debet cā terminari: si conueniatur reus, tunc pōt prius terminari prima, quā secunda. probat hoc su. de mut. pe. ca. 1. & de or. cog. cum dilectus. Vel forte vtroq. casu vna snīa cā terminanda est, & sēper eode durante iudicio corā eodē iudice agēdū est, quo finito corā alio: quia tunc nō posset reus agere coram primo delegato, cum finita sit iurisdictio quātū ad cognitionē su. de off. dele. quærenti. An autē coram ordinario reconuenire possit eundem, eodem durāte iudicio, dubitatur: Et vī ꝙ sic: cū hic dicat littera. Litteras maluerit impetrare: unde solum de delegato loqui vī: sed quia eadem ratio est utrobique idem ius vī esse debere secundum Ber. Vel forte non est eadem ratio, qa iurisdictio ordinaria fauorabilis est, & extraordinaria odiosa, & ideo aliud in ordinario dici posset. Ad hoc facit quod tenet Inno. supra cap. vlt.

ADDITIO. Idē Archidiaconus Sed fortiter cōdicit auth. & consequenter. C. de sent. & interl. Fateor locum esse auth. sed nego pœnam huius decre. habere locum: ita ꝙ teneret processus, si hoc non exciperet actor. Ioan. And.

[Glo. seq. obiectionem soluit.]

c ¶ Litteras.] forte est talis cā, quæ non cadit in cognitionem delegati sine spāli mandato Papæ. 6. qu. 4. si quis eps sup. de confi. uti. vel inut. c. 1. & 2. de rest. in inte. ca. pen. alias. n. quare oneraret se litteris impetrandi, q per litteras actoris potest suum expedire negotium? Io. An.

d ¶ Experiri.] id est, agere: quia in reconuētione reus fit actor: concord. supr. de cau. pos. pastoralis alibi ponitur pro defendere, sup. de iud. c. 1. & 8. dist. quo iure. Io. An.

e ¶ Recusare.] ab initio antequā in eos consenserit: sm Bern. Vel ex superueniente causa: de off. deleg. insinuante: & pendente suspicionis cognitione, (quam proponit reus contra iudicem impetratum ab actore) iudex non procedit in reconuentionis causa per litteras impetratas per reum. quia si contrarium diceretur, facile esset deludere hanc constitutionem, secundum Inno.

[Glo. seq. exponit, & de quæstione remititt.]

f ¶ Simili pœna.] superius expressa in actore, s. vt litteris careat, processus nō valeat, & in expēsis condēnetur, per quem autē fiat talis condemnatio, no. sup. eod. c. vlt

Cum aliquibus.] Duo sunt dicta principalia. Secundū: ibi, Si vero. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius capituli præsupponendum est illud, quod hr in c. hi qui. inf. de præb. isto met libro, & in c. vlt. infr. de conces. præben. vbi dr, ꝙ si sint aliqui recepti in aliqua ecclesia, in canonicos illius ecclesiæ, sub expectatione præbendæ: & vnus sit receptus authoritate Apostolica, alius authoritate ordinaria: in assecutione præbendæ præfertur receptus authoritate Apostolica, licet esset posterior in receptione: & debet habere præbendam, quæ primo vacabit ꝓpter authoritatem sedis Apostolicæ. Et etiam ulterius præsupponendum, ꝙ qñ in aliqua ecclesia est statutum de certo numero canonicorū, & istud statutum est confirmatum per Papam cum clausula decreti irritantis. Canonici non possunt recipere aliquem super numerum in illa ecclesia, vt quia dixit Papa, tales canonici nobis exposuerunt, ut de cetero essent in tali ecclesia uiginti canonici, & viginti præbendarij.

Nos statutum cōfirmamus, decernentes irritum & inane, quicquid fuerit factum contra statutum.

¶ *Receptus per litteras facultatis, si ad recipiētes spectabat receptio, ipsorū et nō Papæ authoritate intelligitur esse receptus, nisi in literis aliud esset expressū. Si aūt receptio non spectabat ad eos, tunc Apost. authoritate dicit receptus. Io. An.*

CAP. IV.

Cum † aliquibus [g] recipiendi aliquem in ca-

† De materia vide Pan. & Doc. in c. cum accessissent de constitut.

CASUS. Hoc præsupposito, sic figuratur: In ecclesia Pictauien. canonici fecerunt statutum de cetero numero canonicorum in ipsorū ecclesia: & fecerunt postea illud statutum confirmari a sede Apostolica cū clausula decreti irritantis: tractu tpis ipsi canonici affectabant aliquem recipere in canonicum vltra numerū: unde miserunt ad Apostolicā sedē, & obtinuerūt vt possent vnum super numerum vel duos recipere, non obstāte eorum statuto cōfirmato & decreto irritante: Postea virtute istarum litterarum facultatis, receperunt aliquem in canonicum: Quæritur, an iste sic receptus censeatur receptus authoritate Apostolica, uel ordinaria? Rñdet Rom. Pont. cum distinctione, quia aut alias receptio pertinebat ad canonicos, quib. data est facultas recipiendi aliquē super numerum, & receptus dī receptus authoritate ordinaria, nisi aliud diceretur in litteris facultatis, puta, quia diceretur. Damus vobis facultatem, ut nō obstante vestro statuto, recipiatis aliquem in canonicū authoritate Apostolica, tunc enim nō diceretur receptus authoritate ordinaria, sed Apostolica. Si aūt receptio pertinebat ad aliū, vel ad eos, & aliū simul, tūc sunt vsi authoritate Apostolica, & per cons̄s talis receptus authoritate lrarū, vī recept[9] authoritate Apostolica, licet simpliciter mandaret Papa, vt ipsi talem reciperent, non obstante statuto, licet nō fieret mentio quòd ipsi reciperent authoritate Apostolica. Ex quo infertur, quòd talis est præferendus quibuscunque authoritate ordinaria vel legati postea, vel ēt prius. Nota primo ex isto c. quod in ecclesia numerata nō pñt canonici recipere vltra numerum, & hoc qñ istud statutum de certo numero est confirmatum authoritate Apostolica, cum clausula decret. irritantis, alias si statutū nō esset confirmatum per Papā, possent recipere aliquē super numerum sm Panor. in c. cum accessissent. de constit. in ant. & ibi tractatur de materia. Not. vlterius, ꝙ cū Papa dat canonicis facultatem recipiendi ultra numerū, non obstante statuto uel confirmatione sedis Apostolicæ, & uirtute litterarū facultatis, canonici recipiunt aliquem, talis vī receptus authoritate canonicorū, si alias receptio pertinebat ad ipsos, & non ad Papā. simile dicitur in c. licet. de offi. ord. in anti. vbi dī si Papa mādet ordinario loci, vt aliquid faciat, vī solum excitare iurisdictionem suam, & non vī mandere ut procedat authoritate Apostolica. Si autem receptio ad illos non spectabat, tunc recipiunt authoritate Apostolica, & sic iste receptus authoritate Apostolica, licet sit posterior, est præferendus alteri recepto authoritate ordinaria, vel legati Papæ, ut dictum est in præsupponendis.

[Glossa prima facit quatuor, dicit unde sumpta, quærit & soluit, & dicit quid declarar.]

g ¶ Cum aliquibus.] Fuit tract. de Extrauaganti Alex. q̄ incipiebat, contingit, & h. d. ꝙ receptus per litteras facultatis, si ad recipientes spectabat receptio, ipsorum, & nō Papæ authoritate intelligitur esse receptus, nisi in litteris aliud expressum. Si autem receptio non spectabat ad eos, tunc Apostolica authoritate dicitur receptus. Sed ante omnia quæro, ad quid expediat scire, quod dicit hæc decretalis expedit propter id, quod habes. infr. de præb. hi. qui authoritate, & de conces. præb. c. vlt. vers. vel eos. Emanauit autē ad declarationem eorum, quæ notat Innocen. & Hostien. de litteris facultatis. supr. de præben.

relatiuum

nonicum alicuius ecclesię, non obſtantib. eiuſdem ecclesiæ [a] priuilegiis, conſuetudinibus [b] vel ſtatutis, [c] iuramento, confirmatione [d] Apoſtolica, vel quacumque firmitate [e] alia roboratis, per noſtras litteras concedimus [f] facultatem: ſi Canonicorum receptio [g] alias in ipſa ecclesia non ſpectat ad eos [h], quibus huiuſmodi litteræ diriguntur, ſed ex earum viribus recipiunt poteſtatem: [i] is, qui recipitur, authoritate Apoſtolica dignoſcitur eſſe receptus. ¶ Si vero canonicorũ receptio alias pertineat ad eoſdem, [k] nõ Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur authoritate receptus: [l] niſi, [m] quod eũ authoritate [n] noſtra reciperent, in noſtris litteris caueretur expreſſe. [o]

¶ Idem.

¶ Reſcriptum Papale quod concedit promoto retentionem primorum beneficiorum vſque ad beneplacitũ Papæ, extinguitur mortuo Papa, ſecus ſi ibi dicatur, Vſque ad beneplacitũ Apoſtolicæ ſedis. Nec intelligitur tale reſcriptum de beneficiјs prius non canonice detentis.

CAP. V.

SI p † GRATIO-

relatum & Compoſt. ſupr. eod. c. vltra duas chartas. verſ. quid ſi Papa, & ver. ſed pone quod abbati.

a ¶ Eiuſdem ecclesiæ.] ad quam recipitur.

b ¶ Conſuetudinibus.] quæ ſeruandæ ſunt inf. de præb. cum in eccleſijs.

[Gol. ſeq. duas quæſtiones ſoluit.]

c ¶ Statutis.] no. capitulum ecclesiæ poſſe facere ſtatutum, dum modo ſit licitũ, vt ĩ. de verb. ſig. conſtitutionẽ, vbi de hoc, & concordat ſup. de conſti. cum omnes.

d ¶ Confirmatione Apoſtolica.] quid operetur cõfirmatio, nota. 17. q. 4. frater. & s̃. de conceſ. præb. quia diuerſitatem.

e ¶ Firmitate alia.] puta vinculo pœnæ, cui ſe ſtatuentes ſpontaneè obligauerunt: vel forte per ſuperiorem ipſis ſtatutis appoſito, vel confirmatione legati, vel alterius ſuperioris, vel alia ſimili.

f ¶ Concedimus facultatem.] not. verbum: quia ſi præciperet oĩ caſu, diceretur Apoſtolica authoritate receptus. Et no. quòd per hanc formam cum dirigitur eis, ad quos ſpectat collatio, quæ hic vocatur receptio, non dr̃ grauata ecclesia: adeo ꝙ locum habeat decre. ſupr. eo. mandatum. inf. eo. c. pe. in fi. quia aliud eſt concedere facultatem, & aliud præcipere. 14. q. 1. c. fi. §. quod præcipitur, ad idem ſup. de arbi. cum olim, ff. man. l. 2. in fi.

ADDITIO. Vide ſupra de ſumma Tri. firmiter ſuper gl. & ideo. Ioan. And.

g ¶ Receptio.] ſumitur hic receptio, non pro inſtallatione, ſed pro collatione, quæ ius confert. ad idem infra de præb. cum in eccleſijs.

h ¶ Ad eos.] in quibuſdam enim eccleſijs canonicorum receptio, & præbendarum collatio, ad ſolum ſpectant ep̃m, vel prælatum tantum: in quibuſdam ad ſolum capitulum, vel conuentum. In quibuſdam communiter ad vtrumque. hoc prebatur ſupr. de elect. cum in ecclesia. ĩ. ne ſede vacan. c. vno, de reg. c. vlt.

i ¶ Poteſtatem.] recipiendi illum in canonicum.

[Glo. ſeq. recit. per quæſtionem, & ſolutionem.]

k ¶ Ad eoſdem.] tm̃ intelligo. Quid ſi cõiter ad eos, & alios? Adhuc idẽ credo quod in primo caſu, cũ iſti poteſtatem recipiant ex iuribus litterarum. Nam quod prius facere ſoli non poterant, modo poſſunt; Et de cõi nullus recte dicit, hoc eſt meum. [1] 12. quæſtio. 1. §. vlt. & q. 2. c. epiſcopus. § qui manumittitur, & argum. ff. de ſer. vrba. præd. l. ſi parietem, ibi, quia volens [2] non ſolum dominus eſt & facit. infr. de præb. cum in illis in fi.

l ¶ Receptus.] ſi ergo recipiatur alter authoritate Apoſtolica, ſecundus, & non primus primo vacantem præbẽdam habebit, vt infr. de præb. hi qui. Ioan. And.

m ¶ Niſi.] iſtud fuit additum quod non erat in extrauaganti decre. contingit.

n ¶ Auctoritate noſtra.] tunc ergo licet ad eos pertineat receptio, Apoſtolica dicitur authoritate receptus.

o ¶ Expreſſe.] ſic infr. eo. duob. in fi. infr. de præ. ſi motu proprio. in fi.

SI Gratioſe.] Diuiditur: quia ponit diſtinctionem bimẽbrẽ, & ſm̃ mẽbrum proſequitur: ibi, Secus. & cir-

ca vtrũque determinat caſũ dubium: ibi, Prætextu uero. ¶ Præſupponuntur primo ea, quæ dñr in c. cum in cunctis de elect. in anti. in c. de multa. de præb. in ant. in ca. licet canõ, inf. de elect. iſtomet libro. vbi dr̃, ꝙ ſi aliquis promoueatur ad epiſcopatum, ſtatim ꝙ fuit cõfirmatus & cõſecratus vel elapſum fuit tẽpus conſecrationis ſtatim uacãt priora beneficia. Similiter ſi quis habeat beneficiũ & acceptet aliud beneficium incompatibile, ſtatim uacat primum beneficium.

CASVS. Vacante aliqua eeclesia cathedrali Titius fuit electus in ep̃m & confirmatus: facta confirmatione, antequã cõſequeretur munus cõſecrationis, miſit ad Apoſtolicam ſedẽ, ut per munus conſecrationis ſua priora beneficia non uacarent, ſed illa poſſet retinere: Papa fecit ei gratiam ſub his uerbis, Tibi concedimus, vt beneficia, quæ obtines cũ ep̃atu, ad quem fuiſti promotus, valeas retinere uſque ad beneplacitum noſtrum: poſtea Papa mortuus eſt, vtrum illa beneficia uacẽt mortuo Papa? Reſpondet quòd ſic: quia mortuo Papa extinguitur gratia. Sed ponamus quod Papa in ſua gratia dicit: tibi concedimus, ut poſſis retinere priora beneficia, vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ: moritur Papa, utrum uacent illa priora beneficia? Reſpon. quod mortuo Papa non intelliguntur uacare priora beneficia; nec gratia huiuſmodi dicitur extincta per mortem Papæ, qa ſedes Apoſtolica nunquam moritur: tamen ſi ſucceſſor eius uelit illam reuocare, poteſt. Sed quid erit? Ponamus quòd tempore iſtius gratiæ Titius erat intruſus in iſtis beneficijs, quia illa tenebat ſine titulo canonico, nec aliquis alius habebat canonicum titulum, quia forte obtinebat illa beneficia per ſimoniam, utrum per iſtam gratiam detur ei nouus titulus, & canonicus tenenda illa beneficia, ita quòd per illam gratiam uideatur licite tenere illa beneficia? Reſpondet Romanus Pontifex, quod non. Nota primo ex iſto capitulo iuncta ſua gloſſa, quòd per beneficium incompatibue uacat beneficium incompatibile, quod prius tenebat, & ſi intelligamus de epiſcopatu, intelligitur, quod per promotionem ad beneficium incompatibile poſt confirmationem, uacat prius beneficium incompatibile. Si uero intelligamus de alio beneficio: intelligitur poſt adeptam poſſeſſionem pacificam: Et hoc eſt uerum, niſi ſtetiſſet per eum, quo minus eſſet adeptus pacificam poſſeſſionem: ſed tunc eſt cautela, quod non fieret acceptatio ſecundi beneficij incompatibilis, donec eſſet diſpenſatus per Papam ad alia beneficia. Quia de iure non eſt limitatum tempus ad acceptandum beneficia; licet collator poſſit limitare tempus ad acceptandum cap. ſi tibi. infr. de præben. Nota ulterius & finaliter, quod gratia alicui facta uſque ad beneplacitum Papæ expirat mortuo Papa; ſecus ſi mandetur uſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ.

[Prima gloſſa tria facit, ſummat, dicit nnde ſumpta, & quid declaret.

p ¶ Si.] reſcriptum Papale, quod concedit promoto retentio-

† Quid noĩe beneficij intelligatur, vide late per Doc. in c. cũ olim de p̃b. & dignitat.

1 Vidè quod dicam infr. de uerb. ſig. ca. vlt. ſuper verſi. tuorũ. Ioan. And.

2 Supple parietẽ coẽm demoliri, & reficere. Ioã. And.

retentionem primorum beneficiorum usq; ad beneplacitum Papæ, extinguitur mortuo Papa : secus si ibi dicatur usq; ad beneplacitum Apostolicæ sedis. nec intelligitur tale rescriptum de beneficijs prius non canonice detentis, h.d. Habuit autẽ ortum hæc decre. ab extrauagante Clementis, quæ incipiebat. Vt petitioni tuæ congrue satisfiat & ibi Clemẽs non distinguebat, sed simpliciter dicebat, ꝙ si Papa hanc gratiã concesserit usque ad suæ uolnntatis beneplacitum, ꝙ per eius obitum non expirabat gratia, argu. legis dicentis, ꝙ vsusfructus relictus mihi q̃ diu Titius remanserit in furore, non extinguitur mortuo Titio, priusquam ad sanã mentem reuertat: ꝓ eo ꝙ usque ad oẽ tempus uitæ mei vsufructuarij, poterat (si mihi superuixisset) non fieri sanæ mentis. C. de vsusfru. l. ambiguitatem. sic uidebatur dicendum in casu proposito quia Papa si superuixisset, poterat non mutasse uoluntatem : ergo non expiraret gratia. Vrbanus autem contrarium responderat. s. quod expirabat in sua extrauaganti, quæ incipiebat, Significasti nobis. hic Bonifacius distinguendo ueritatem exprimit, & declarat. ꝙ not. Host. sup. de preca. cap. ult. & Vin. de elect. c. dudum 2. in vlt. glo. & Abbas ibidem.

† In uetustiorib⁹ exẽplaribus ita, quæ tẽpore tuæ promotionis obtines, possis vsq; &c.

† In codice Barbatiæ ita, quia sedes Apostolicá nõ moritur.

se[a] tibi a Romano[b] Pontifice concedatur, vt beneficia,[c] quæ † tempore tuæ promotionis[d] obtinebas, posses usq; ad suæ[e] voluntatis beneplacitum retinere : huiusmodi gratia per eius obitum, per[f] quẽ ipsius beneplacitum omnino extinguitur,[g] eo ipso expirat.[h] Secus autem si usque ad Apostolicæ[i] sedis beneplacitũ gratia cõcedatur prædicta : tunc enim, quia † Sedes ipsa nõ moritur,[k] durabit perpetuo:[l] nisi a successore fuerit reuocata. ¶ Prætextu vero talis concessionis, quæ dẽt, (cũ sit ambitiosa) restringi:[m] ea solum beneficia,[n] quæ canonice[o] obtines, potes licite retinere.

¶ Idem.

¶ Vocatio per mortem, & vacatio per renunciationẽ sunt diuersa, & iõ in litteris ad beneficia impetratis, uno expresso non venit reliquum. Ioan. And.

CAP. VI.

SVSCE-

[Gloss. seq. recitetur per quæstionem in qno fuerit gratia.]

a ¶ Gratiose.] in hoc fuit gratia, quia plura beneficia simul tenere poterat: unde si primum curatum erat, & secundum curatum: post receptam possessionem secundi, statim uacat primum. 21. q. 2. si quis iam. sup. de p̃b. de multa. uel ex quo per eum stat, quo minus possessionem haberet. inf. de præb. licet 2 nisi in casu. inf. de præb. si tibi 2. Si promoueatur in episcopum: post consecrationem, uel post decursum tempus de consecrandis episcopis, vacabunt priora beneficia supr. de elect. cum in cunctis. Est ergo gratia, ut donec uoluntas eius durauerit, beneficia ipsa non uacent. Io. And.

b ¶ A Romano Pontifice.] qui solus sub conditione, & ad tp̃s, sicut vult, potest beneficia & prælaturas conferre. 7. q. 1. pastoralis sup. de fil. presb. ueniens, & in his quæ vult, est pro ratione uoluntas: Instit. de iure natura. §. sed & ꝙ principi. Alius autem hoc non potest. 1. q. 2. quam pro. 7. q. 1. quam pio, 70. distin. sanctorum. 55. dist. præcepta. Nec enim moribus nostris expedit temporales habere filios, ff. de adopt. l. quæsitum est alias, si tibi nec actus legitimi, &c. inf. de reg. iur. actus.

c ¶ Beneficia.] large ponitur. Et nota ꝙ dicit, Beneficia : non dicit fructus beneficiorum. ut j̃. de præb. si tibi concesso. Hoc dico, vt denotem quod hic beneficia non vacent, ibi tamen vacent, ut ibi dicam.

d ¶ Promotionis.] forte in episcopum. Ioan. And.

e ¶ Suæ.] scilicet, Romani Pontificis, & concor. sup. eo. litteris, ubi per clausulam, Nisi per nos, &c. non intelligitur dignitas. sed persona scribentis.

ADDITIO. Et eodem modo debet distingui in reseruationib. an reseruet collationi suæ, uel sedis Apostolicę secundum Archid. Hodie sępe exprimit utrumque, & tunc est locus secundo responso. Io. And.

f ¶ Per quem.] ratio.

g ¶ Extinguitur.] concor. j̃. ne sede uacan. ca. uno in fine: sic ẽt crimina morte extinguunt. 23. dist. quorundã.

& j̃. de hær. accusatus. §. si uero. in fi. præterquam in casibus notatis in d. c. quorundam, & 24. q. 2. in summa.

[Glo. seq. primo allegat unam concor. & duo iura in contrarium, & soluit : secundo obijcit & soluit : tertio iterum obijcit, & dupliciter soluit.]

h ¶ Expirat.] expirãte igitur Papa, expirat hæc gratia, & concord. ff. loca. l. 4. ubi dr̃, ꝙ locatio uel precarium per te mihi concessum quamdiu voles, obitu tuo finitur ad hoc signatur ꝯriũ s̃. dę prec. ca. ult. & ff. de prec. cũ precarium. §. 1. ubi dr̃, ꝙ precariũ non finitur morte concedentis. Sed ibi simpliciter factũ fuerat p̃cariũ, nõ adiecta aliqua cõditione uel termino, ut not. ĩ p̃ dicta decr. vlt. de p̃ca. Itẽ cõtra. nonne uolũtas Papæ durare intelligitur. donec mutata probetur. sup. de baptis. & eius esse maiores, ẽt post mortem. 25. dist qualis. Sed illa in his, quę salutẽ animę respiciunt. Item ualde contradicit prędictis l. ambiguitatẽ. C. de vsu fr. per quę iura tenebat Abbas opinionem Clementis. supr. de elect. dudum. 2. in fi. Sed in lege illa est fauor, qui ampliandus est: hic odium, quod est restringendum, ut hic in fi. [1] Vel uerius, redire uel non redire ad sanam mentem, non erat in uoluntate morientis, sed hic reuocare & non reuocare gratiam, erat in uoluntate morientis. Ex quo ergo adiecit, donec uolam: perinde est ac si dixisset, donec moriar, nisi prius reuocauero.

[Glossę duę sequentes dant duo similia.]

i ¶ Apostolicę sedis.] nota ergo, ꝙ aliud est, cum scribit persona, aliud cum scribit dignitas : sicut aliud est cum scribitur personę, aliud cum scribitur dignitati. sup. de offi. deleg. quoniam. inf. eod. c. vlt. & infra de priuileg. ne aliqui.

K ¶ Non moritur.] sic 12. q. 2. liberti 2. non enim potest esse nulla 24. q. 1. pudenda. §. fi. quia dominus pro ea orauit. de baptis. maiores. in prin. 16. dist. in summa. §. inter eos. uersi. ego per te.

l ¶ Perpetuo.] i. donec vixerit ille, cui fuit gratia concessa: ad idem. ff. pro socio. l. 3. ubi de hoc. Et nota, ꝙ sicut priuilegiũ personale ex parte eius cui conceditur extinguitur cum persona 17. q. 1. petisti, ibi, hoc nulli: sic priuilegium personale ex parte concedentis extinguitur cum ipso concedente, ut hic, & sic de utroque potest intelligi. j̃. de reg. iur. priuilegium ut ibi dixi, priuilegium autem reale ex parte concedentis cum concedente non extinguitur, ut hic. [2]

m ¶ Restringi.] quia odia restringi, & fauores conuenit ampliari. inf. de reg. iur. odia, cũ suis concordantijs.

n ¶ Beneficia.] nota per hoc, quod hic, & sup. in prin. dicit beneficia in plurali, uidetur, quod quis simul plura possit habere beneficia De hoc dicam inf. c. 2.

[Glo. seq. dat unum simile.]

o ¶ Canonice.] nil enim noui iuris in beneficijs illis tribuit hęc dispensatio, sed uetus conseruat, & prorogat, Et probatur hoc supra de elect. dudum 2. in fine 2. sicut de innouatione dicitur supra de priuil. ex parte, & c. quia intentionis. & de confir. uti. uel inu. c. cum dilecta.

SVsceptum.] Sunt duo dicta principalia, secundum ibi. Si duo. Et prima pars tria facit Ponit dictum, & rationem reddit; ibi; Cũ non. Tertio determinat, uel casum

1 Placet dn̄o Pe. de Anch. late loquẽti de materia glo. & dic, quod leges allegatę loquuntur in vltimis uoluntatibus, quas moriẽdo confirmamus, hic in beneficialibus in q̃bus aliud l. mandatũ. C. mandati. Fon.

2 Et bene facit. ff. de leg. 1. leg. legata inutiliter. 1. resp. uel prorogatio dici nõ cõfirmat legatum inutile. Ioan. And.

sum excipit: ibi, Nisi. Secunda pars decidit casum dubium, rationem interserens: ibi, Cum beneficium. Et inci. constructum; ibi, Non potes.

ptum [a] ab Apostolica sede mādatum, ut ab aliquo beneficii (quod obtinet) resignatione recepta, ipsū alteri [c] cōferas, & assignes: adimplere nō potes, † si ille [d] antequā resignet, rebus eximatur humanis; [e] cum [f] non per resignationē vacauerit, sed ꝑ mortem: [g] nisi de intentione mandantis aliud appareret expresse. [h]

CASVS. Ego a sede Apostolica impetraui litteras huius tenoris; puta, quia Papa mandauit Archidiacono Pictauiensi, ut si cantor illius ecclesiæ uellet suā cantoriam seu dignitatē resignare, & eidē renūciare, ꝙ archidiaconus ipsam renūciationē reciperet auctoritate Apostolica, & postea dictam cantoriam mihi conferret: Accidit, quod idem cantor antequam resignaret dictam suam cantoriā mortuus est, archidiaconus illā cātoriam mihi contulit authoritate Apostolica, utrum ualeat talis collatio? Respondet quod non, quia mandabatur archidiacono, ut illam mihi conferret cum uacaret per resignationem, & non per mortem. Sed ponamus, ꝙ uacante aliquo beneficio per resignationem, uel per assecutionem secundi beneficij, accessit ad Apostolicam sedem, & impetraui litteras, per quas mandabatur mihi conferri tale beneficium ad præsens uacans per mortem talis, & tamen uacabat per resignationem, uel assecutionem alterius beneficij: postea alius accessit ad Papam, & illud beneficium impetrauit, & expressit uerum modum uacationis: quæritur quis nostrum debeat preferri? Respondet, quod iste secundus est potior, ideo est præferendus, licet sit posterior, quia istæ litteræ gratiæ ad beneficia sunt odiosæ: ideo restringendæ, & non ampliandæ. Nota primo principalem effectum huius capituli, uidelicet, quod uacatio per mortem, & per renunciationem, sunt diuersa. Ex quo infertur, quod in constitutione odiosa appellatione unius reliquum non uenit, quia in odiosis non fit extentio de uno ad aliud, sed uerba debent stricte & proprie capi. Nota ulterius & finaliter, quod si quis impetrauit a Papa beneficium uacans expresso falso modo uacationis, non ualet collatio, & hoc, siue Papa conferat, siue mandet conferri, nisi aliud exprimatur in litteris; puta, quia Papa mandauit, ut mihi conferre, ut beneficium uacans per mortem talis, uel etiam quocunque alio modo uacet.

¶ Nota, in materia stricta illud censeri omissū, quod non exprimitur. l. si cū dotē ff. sol. ma. l. commodissime. ff. de lib. & posthu. c. si cui. inf. de verbo. sign. nec fit extensio ad omissum etiā ex maioritate rationis c. si cui de non. inf. de preb. Philip. Petr. de Anch. Fo.

[Glo. prima summat & dicit, quid declaret.]

a ¶ Susceptum.] uacatio per mortem & uacatio per renunciationem sunt diuersa, & ideo in litteris ad beneficia impetrationis, uno expresso non uenit reliquum. h. d. emanauit ad declarationem eorum, quę not. Host. sup. de offi. deleg. ex parte 1.

b ¶ Apostolica sede.] idem si ab alio, qui hoc mandare posset, puta, legato, qui ad hoc haberet speciale mandatum, alias legatus hoc non potest, ut infra de offic. leg. c. pen. §. prohibemus.

c ¶ Alteri.] expresso uel non expresso, non curo, licet interdum sit differentia, ut infra de offic. deleg. si is cui & infra, de pręb. is cui.

d ¶ Ille.] qui beneficium obtinebat.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

e ¶ Humanis.] Argum. contra. inf. de off. deleg. si delegatus. 1. responso. Sol. de propria significatione uocabuli, Abesse dicitur, qui non est in rebus humanis. ff. de uerbo. signifi. mulieris. §. fina. non sic in propria significatione dicitur renunciasse (ut infra dicam) qui mortuus est, cum renunciatio sit uoluntaria, illa coacta, ideo secus. Et strictissime fit interpretatio in rescriptis ad beneficia 1. infra de pręb. quamuis 1. in princip. & concordat ad hoc. ff. de libe. & posthum. l. commodissime.

¶ Etiā in priuilegijs, quo ad nō cōprehensa, & oī modo diuersa a comprehensis ī priuilegio, Phi. Fon.

f ¶ Cum non per resignationem.] ratio. Io. And.

g ¶ Per mortem.] & in his forma mandati diligenter est seruanda, inf. de præb. sicut de mon. in fi.

¶ Si duo super eodem beneficio litteras impetrent: primo [i] eorum, per illius obitum, qui tenebat [k], secundo uero per cessionem eiusdem [l] ipsum proponente uacare. Secundus, [m] cum beneficium ipsum cessione non morte [n] vacauerit, debet primo in ipsius assecutione præferri.

h ¶ Expresse.] quia expressit se uelle beneficium tali cōferri resignatione, uel quocunque modo 2 uacauerit, & facit s. eo. ca. 2. & j. de præb. si motu ꝓprio. in fi.

2 De illa clausula Philip. hic late.

[Glo. sequens ultimo recitetur ꝑ obiectionem. quam soluit & tex. fortificat.]

i ¶ Primo.] 3 Ex hoc uidebatur debere præferri, ut j. eo. tibi qui & j. de præb. cū cui. Sed non est ita, quia licet ille posterior sit tempore, iure tamen est potior, eo quod uerum dixit, Primus autem falsum. Eadem ratione dico, quod posito, quod nullus impetrauerit secundo beneficiū illud, non debebitur impetranti qui falsum sic expressit; nihil enim ad rhombum impetratio secundi; quia si ius habuisset in beneficio primus, per superuenientem impetrationem sine prerogatiua illud perdere non potuisset, & est si. supra de eo. qui cogno. consangui. uxo. suæ, capit. discretionem.

3 Istam glo. sequit Do. Fon.

K ¶ Qui tenebat.] accipe infra illud, Asserente uacare, alias, proponente.

l ¶ Eiusdem.] scilicet, qui tenebat.

m ¶ Secundus.] qui de cessione dixit.

[Gloss. sequ. allegat duas concor. obijcit, & obiectionem coadiuuat per duo similia: demum obiectionem soluit & remittit.]

n ¶ Non morte.] nota ergo, quod aliud est cedere, aliud est decedere; ad idem infra de præben. quamuis tibi. & infra de uerborum signific. capit. vlt. Sed nonne renuncians, quoad ecclesiam habetur pro mortuo? ut 7. quæst. 1. capit. in apibus §. ecce in quibus. sicut & uir ab uxore iudicio ecclesiæ separatus, quantum ad ipsam pro mortuo reputatur 33. quæstio. 2. in summa in princip. sicut & monachus mortuus reputatur mundo 16. quæst. 1. placuit. 2. Solu. dicit lex, quod per fictionem iuris ueritas non confunditur, nec deletur C. de iur. dot. in rebus in princip. licet igitur renuncians quoad ipsam ecclesiam fingatur mortuus: tamen mortuus non est: nec idem est per omnia in eo, quod in mortuo: Nam talis de nouo posset ad ecclesiam reassumi supr. de renun. ex transmissa, quod in mortuo esse non posset. Bene ergo dicit. Io. qui no. in præd. capit. placuit. 16. quæst. 5. quod nunquam mors ciuilis naturali comparatur, nisi in casibus expressis in iure. Ad hoc optime, ff. de verborum obligationibus ex ea parte. §. in insulam. & ff. de donat. inter uir. & uxor. l. sed si mors, §. cum autem. Et licet alias in beneficijs larga fiat interpretatio, in litteris tamen beneficialibus, quæ ambitiosæ reputantur, fit stricta. ut j. de præben. quamuis 1. intelligimus stricte de morte naturali, 4 prout uerbum sonat, & adde quod dicam inf. de præb. quamuis 2.

4 Naturali. Sic, cum de ætate fit mētio, de naturali intelligendum est! non de ea q imperiali beneficio suppletur. C. de his, qui ve. æta. impe. l. fina. Arch.

o ¶ Præferri.] nota ergo pro illa regula quæ dicit, Qui prior est tempore, potior est iure: ad quod facit infra eodem. tibi qui. & de præbend. cum cui. intelligitur cum vtriusque par est causa, ut ff. de regulis iuris, quoties vtriusque, & dicam infra de regulis iuris, qui prior. Si autem potior est causa posterioris: potior erit in iure, ut hic. & infra de præbend. hi qui & c. si a sede. ff. de priui. credi. l. priuilegia. C. qui po. in pign. ha. l. ulti.

GRatia.] Primo ponit dictum, & suam cām. Secundo soluit dubium emergens : ibi, Vtrumque. Dom.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius c. ꝙ cū quis a sede Apostolica impetrat beneficium uacans, impetrans debet facere mentionem de beneficio suo quantumcunq; modico, immo etiam si impetret literas, uel expectatiuas ad beneficia a sede Apostolica, vel a legato Papæ, debet facere mentionem de beneficijs obtentis quantumcunque modicis, alias litteræ essent surreptitiæ. Secus esset si quis impetraret beneficiū ab ordinario.

¶ Idem.

¶ Licet ignorans beneficiū sibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent litteræ, alterum tamē eliget, si de iure simul teneri non possint. Ioan. And.

CAP. VII.

GRatia, [a] quam super beneficio a sede Apostolica [b] te impetrasse proponis : uitiosa [c] reputari non debet, quamuis de alio beneficio ab episcopo tuo antea [d] tibi absenti & ignoranti [e] collato, nullam (cum tempore impetrationis nescires) [f] feceris mentionem. Vtrumque [g] tamen, (si talia sint beneficia, quæ simul nequeant de iure [h] teneri) habere non potes; [i] sed eligas [k] quod ex eis malueris retinere.

CASVS. Ego constitui procuratorem meum ad acceptandum & accipiendum possessionem actualem & realem quorumcunque beneficiorum, & affirmandum in forma communi postea arripui iter Romā, mihi absenti fuit collatum aliquod beneficium, procurator meus acceptauit istud beneficium, & ego ista ignorabam : postea uacauit aliquod beneficium : illud beneficium impetraui a Papa, uel eius legato : in impetratione mea non feci mentionem de alio beneficio: vtrum valeat ista collatio beneficij mihi facta? Respondet Romanus Pontifex, quod sic. Sed utrum potero tenere ista duo beneficia simul? Respondet quod non, si sint incompatibilia : sed dabitur mihi electio, vt eligam unum vel aliud.

[Prima glo. summat.]

a Gratia.] licet ignorans beneficium sibi collatum in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, ualent litteræ, alterum tñ eliget, si simul teneri nō possint.

b ¶ A sede Apostolica.] idem si in alio & facit ad hoc inf. de offic. leg. c. vlt.

c ¶ Vitiosa.] est enim gratia vitiosa, quando in impetratione beneficij subticetur aliquod beneficium, quantumcunque modicum ut inf. de præb. si motu proprio, nisi forte proprio suo motu Papa beneficiū conferret, ut ibi. Hinc est, ꝙ expressio beneficij dispensationem non operatur: sed hoc solum, quod litteræ surreptitiæ non dicantur, ut eod. tit. inf. de præb. non potest. in fi.

ADDITIO. Ita & hic licet ignorantia probabilis excuset a uitio surreptionis : non tamen dispensat contra concilium. c. de multa. de præb. Io. Mo.

d ¶ Antea.] quasi post nulla fuisset dubitatio.

[Glo. seq. recitatur per quæstionem.]

e ¶ Ignoranti.] idem intelligo de sciente antequam acceptet, uel ratam habeat collationem eandem. Cum enim ante hoc beneficium suum dici non possit, non est necesse de ipso fieri mentionem: infra de præbend. si tibi absenti. Et nota ex hac decret. & illa, quod beneficia ecclesiastica licite conferuntur absenti: Simile in procuratore, qui constituitur etiam absens, ut infra de procur. licet, & ff. de procurat. l. 1. in fine. Sed hic 1 forte procurator præsens, habens mandatum ad talia, ratum habuerat, & acceptauerat, per id, quod dicit in fine. Retinere, uel dic in beneficijs vel litteris ad beneficia impetrandis, nihil debet taceri, quod possit mouere animum concedentis : & de tali beneficio antequam acceptet, debet facere mentionem. Ad hoc sup. eod. in nostra. & inf. de præben. quamuis. 1. & cap. si motu maxime cū habeat ius ad rem. 2 inf. de conces. præb. c. vlt. & in prędicta decre. si tibi.

1 Ista placet Doctoribus reprobata prima Font.

2 Et nudo cō sensu constituat sibi ius in re, ꝙ non facit uacatio nē expectās, qui tñ id tenetur exprimere, ut in prædicta decretali, in nostra. Io. And.

f ¶ Nescires.] diuinare enim non tenebatur : quia id humanum non est sup. ut eccl. benefi. ut nostrum. §. cum enim. vers. porro. Ioan. Andr.

g ¶ Vtrumque.] scilicet, impetratum a Papa, & collatum ab episcopo.

[Gl. sequens quærit, & remittit: ponit quatuor opi. tertiam reprobat : ad quartam signat contrarium, & soluit.]

b ¶ De iure teneri.] sed quæ sunt hęc beneficia, quæ possunt simul de iure teneri? Super hoc uide Spe. tit. de leg. §. restat, versic. illud autem. Posset dici, secundum Inno. qui hoc tenet. supra de elect. dudum. de prębend. cum iam dudum, quod habere plura beneficia non curata & quæ de consuetudine vel statuto residentiam non requirunt, non est peccatum, nec contra iura : & de talibus hic posset intelligi. Vel posset dici secundum Goffred. qui hoc not. supra de cleri. non resid. capit. 3. quod de iure potest quis habere plures præbendas, quarum altera per se non sufficit : allegat eod. tit. conquerente, ad quod facit etiam. s̄. de præbend. cum teneamur. Vel dic, quod loquitur be beneficijs vnitis, annexis, vel dependentibus, illa enim simul possunt de iure teneri. Sed hæc lectura non procedit; per collationem enim unius heberet utrumque, 3 & sic non fuisset necessaria alterius collatio. Vnde dici posset, opinionem Innocen. ueram esse : quam sequitur consuetudo, quam papa scit, & tolerat: 4 vel saltem opinio Goffred. argum. super eod. si gratiose argum. pro & contra. infra de præbend. is cui. Vel dic, quod litera ista loquitur de ijs beneficijs, quæ pretextu consuetudinis, uel statuti super hoc ex causa facti, simul teneri possunt. Ad primum, de conces. præbend. ex parte, in fin. Ad secundum de constitu. cum omnes, & est simile de iure, supra ut lit. pen. capit. 1. & supr. de elect. Cumana. ad fin. Ad primum contra, de consuet. cap. 1. supra de conces. præbend. litteras : Solu. illud speciale in duobus beneficijs in una & eadem ecclesia. Secus in diuersis, unde uidentur facere pro. & facit quod no. Hosti. in prædi. decre. litteras, in glo. non obstante, in fin.

3 Gl. est sing. & notabilis. Do. & Philip.

4 Et iō ualet scd̄m Doc. gl. ē i §. leges. 4. di. vide Do. hic late loquentem. qñ licet plura bñficia tenere. Fon.

i ¶ Non potes.] de iure communi, dispensatiue tamen posset. Et si quæratur, per quem dispensari possit; vide quod not. 70. distinct. sanctorum. in gl. 2. 21. q. 2. si quis iam translatus. de elect. dudum. 2. de præbend. de multa. de conces. præben. litteras. & inf. de consuet. c. 1. Ioan. And.

[Glo. seq. primo dat simile, secundo quærit arg. pro & contra. & soluit.]

K ¶ Eligas.] sic & olim electio dabatur ei qui duo beneficia curata simul habebat, super de præbend. referente &c. præterea. 5 hodie secus. eod. tit. de multa. Sed nunquid electo uno re integra penitere poterit, & aliud eligere? Argum. quod sic 2. quæst. 5. cap. ei qui. §. si quis libello. supra de ele. in causis. §. quia uero. de iure par. cum autem 6 quod facit etiam contra. & infra. de offi. deleg. quamuis. & inf. de procu. quāuis, & infra, de reg. iu. mutare. cum si. Arg. contra. 32. questio. 3. horrendus. de iureiur. quemadmodum. supra eod. lib. de rescrip. c. 2. & infra de reg. iu. quod semel. cum suis concord. Sol. satis uideretur, ꝙ re integra possit mutare consilium & aliud eligere per prima iura. Ad hoc. inf. de pręben. si tibi absenti. ff. de opt. leg. l. mancipiorum. Contrarium tene per prædi. reg. quod semel. ad hoc. inf. eo. c. pen. in fi. & de postul. c. 1.

5 s̄. de ęt. & qualit. cā te.

6 Et c. cū laici ubi de hoc ī j. glo. Io. An.

ADDITIO. Ioan. Monachus. j. de præb. si tibi ita distinguit. Aut optio, vel electio data est in contractib. & tunc variare licet. ff. de verbo. oblig. eum qui certarum. in fi. de actio. empt. l. si sterilis. §. fin. Aut in beneficijs vel vltimis voluntatibus & hoc dupliciter. Aut tenuit lectio, & tunc non potuit variare. ff. delega. l. serui electione. ff. de opt. leg. l. apud Aufidium. Aut non tenuit, & hoc dupliciter. Aut illam fecit optans iure proprio, & tunc iterato pōt optare. ff. de op. leg. l. 2. §. fi. & l. seq. ad instar iudicis ordinarij qui pōt iterato cognoscere, cum snīa est nulla. C. de accu. si accusatoribus & l. absentem. & j. de conces. præb. nec captādę. 2. rnso. Aut iure alieno, & tunc iterare non potest. j. de elect. si compromissarius §. 1. & vide qđ ibi no. in §. idem fit. in vlt. gloss. ad instar iudicis delegati. C. qūo & qñ. iud. l. sit vt proponis. §. 1. De materia vide quod scripsi. de testi. præsentata. super ver. optione. Io. And.

† Hodie huiusmodi mādata de prouidendo oīno sunt sublata per Concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 19.

¶ Idem.

¶ Si restituatur qs ad gratiā reuocatā, sine alterius p̄iudicio intelligit̄ restitutus: vnde alteri ante restitutionē impetranti præferri non debet. Ioan. And.

CAP. VIII.

QVamuis [a] is, cuius gratia, [b] (per quam mandabatur † in certa ecclesia prouideri [c] sibi de beneficio proxime [d] vacaturo) per nos fuerat reuocata, [e] restituatur à nobis denuo ad eandem: non tñ ei, cui post reuocationem, [f] & ante restitutionē prædictas, similis [g] in eadem ecclesia gratia facta fuit (nisi † de hoc expresse [h] dixerimus) anteferri debebit. Cum talis [i] restitutio, vbi aliud non exprimitur,

† In antiqs codicib. ita: nisi hoc expresse diximus.

QVamuis is, cuius.] Ponit dictum in quo inserit exceptionem: ibi Nisi, & ponit rationem dicti ibi, Cum talis.

¶ Præsupponatur primo, q̄ inter expectantes auctoritate Apostolica habet locum illa regula: Qui prior est tempore potior est iure, vt si sint duo vel plures, qui in eadem collatione habent similes gratias expectatiuas: tunc in beneficio, quod primo vocabit, est præferēdus ille qui prior est in data.

CASVS. Hoc præsupposito potest sic figurari: Papa mihi in ecclesia Pictauiensi fecit gratiam hoc anno: quia ipse mandauit canonicis ipsius ecclesiæ, vt me reciperent in fratrem & canonicum: & præbendam vacantem, vel proximo vacaturam mihi assignarēt, cum clausula decreti irritantis, si canonici facerent in præiudicium meæ gratię: Tractu temporis accidit, quod Papa reuocauit gratiam mihi factam, & anno sequenti fecit tibi in illa ecclesia similem gratiam: quia mandauit dictis canonicis, &c. Accidit, quod ego primus accessi ad Papam, & petij, vt ipse dignaretur me restituere ad meam gratiam, quā ipse reuocauerat: quod fecit: Post vacauit præbenda in Ecclesia Pictauiensi: Quæritur nunc, an præbenda debeatur mihi. vel tibi secundo, attento, quod mea gratia fuit reuocata? Respondet Papa, quod quando restituit aliquem ad gratiam reuocatam. hoc facit siue præiudicio alterius: ideo respondet ad quæstionem, quod licet sim primus habito respectu ad gratiam, non tamen sum primus habito respectu ad restitutionem: ideo tu secundus in data gratiæ, es mihi præferendus: quia nos attendimus tempus restitutionis, & non tempus datæ gratiæ: Et hoc verum, nisi Papa aliud diceret in restitutione: videlicet, quod me restituit ad datam & prioritatem temporis, & vult gratiam meam valere perinde, ac si reuocata non fuisset, etiam quo ad prioritatem temporis. Nota primo ex textu iuncta glossa, quod si sub eadem collatione sunt plures expectantes, habentes similes gratias. ille præfertur qui est prior in data. Et sic habet locum illa regula. Qui prior est tempore. Secus si non haberent similes gratias: quia aliqui habent aliquas prærogatiuas: puta, si Papa mandet secundum in data præferri quibuscunque, tunc seruanda est voluntas Papæ, quia in his spiritualibus Papa habet plenam dispositionem. Nota secundo principalem effectum, ad quem emanauit istud cap. videlicet, quod cum Papa aliquem restituit ad gratiam reuocatam, non videtur in dubio velle præiudicare iuri alterius: Et istud facit ad decisionem talis quæstionis, videlicet. Aliquis vasallus commisit feloniam contra Regem, propter quod eius bona sunt confiscata: pendente illo tempore princeps dat feuda alijs: tractu temporis iste, qui commisit feloniam, restituitur per Principem, vtrum restituatur ad bona sua confiscata? Textus iste facit, q̄ non: quia Princeps videtur illum restituere sine præiudicio alterius: & hoc verum, si princeps simpliciter restituat: quia tunc non uidetur remouere ius alteri quæsitum.

[Glossa prima summat.]

a ¶ Quamuis.] si restituatur quis ad gratiam reuocatam, sine alterius præiudicio intelligitur restitutus: vnde alteri ante restitutionem impetranti præferri non debet.

b ¶ Gratia.] concessa forte a Nicolao IIII. vel Cælestino. V. Ioan. And.

c ¶ Prouideri.] nec adhuc prouisum erat, nec ad possessionem deuenerant, vnde habebant ius non in re, sed ad rem. inf. de conces. præb. c. ult. Io. And.

d ¶ Proxime uacaturo.] quod solus Papa facere potest, de conces. præb. c. 2.

e ¶ Reuocata.] tenorem huius rèuocatoriæ constitutionis non habemus: sed de ipsa fit mentio inf. de præb. c. pen. & antep. & de conces. præb. ca. vlti. Reuocatoria illarum Nicolai incipiebat, pridem ad apicem. Illarum Cælestini, Olim Cælestinus, & c. dudum, Io. And.

f ¶ Post reuocationem.] idem & multo magis si ante reuocationem.

tiam [a] in Bituren. † ecclesia impetrasti a nobis certo [b] executore cōcesso, qui te in canonicum recipi faceret, & de præbenda tibi (si qua in eadem Ecclesia tunc uacabat; alioquin de uacatura † proxime [c]) prouideret: [d] alius similem gratiam post tuam impetrationem obtinens in eadem licet prius quam tu, suas litteras præsentauerit, & in canonicum sit receptus. [e] in præbenda tempore tuę receptionis, uel etiam post uacante (ex quo alteri ante tuam receptionem collata non extitit [f]) anteferri non debet. Idem quoque si ante receptionem [g] tuam in canonicum, uacauisset præbenda, [h] per processum tui executoris, † qui ei, ad quem præbendæ collatio pertinebat, notificauerat, [i] quod eam volebat per huiusmodi potestatem conferre: aut interdixerat, ne conferret eandem, seu illam suę reseruauerat collationi: pręsertim [k] cum interpositione decreti affecta; tunc enim tibi, & non alteri debet præbenda huiusmodi assignari. ¶ Quinimmo si ante receptionem & præsentationem etiā tuā, præbenda vacauit: idem erit censendum, si in huiusmodi gratia tibi facta, decretum [l] a nobis fuerat irritum & inane, quod contra ipsam contingeret attentari. ¶ In † prædictis [m] itaque casibus debes tu præbendam vacantem potius, quā impetrator vltimus obtinere: dum tamen dolus [n] tibi non possit, vel notabilis † negligentia [o] imputari.

a ¶ Tibi qui gratiam.] Dic quod est gratia ex parte concedentis, ut inf. eod. lib. de præbendis, si motu, & cap. seq. & not. sup. de præben. relatum in glossa, immo uidetur, &c. & sic accipitur hic. Sed, ex parte impetrantis est ambitio. inf. eo. lib. de præb. quamuis, in prin. & ideo restringenda, ut eod. tit. si pluribus, §. 1. Archidiaconus.

b ¶ Certo.] Executor enim debet esse certus, ut no. hæc littera, habet enim delegatam iurisdictionem, quod patet, quia ipsius materia in illo titulo ponitur, infra de officio delega. si super, sicut de conseruatore dicimus eod. tit. ca. 1. & ult. Sed delegatus debet esse certus, supra eod. ad hæc sicut & arbiter & tutor. supra de arb. innotuit, ff. de testa. tute. l. tutor incertus, ergo & huiusmodi executor, & propter hoc dixit, certo.

[Glo. sequens respondet per duas quæstiones, scilicet, quid si non fuisset dictum de proxima? & quid si proxima debetur alteri? utramque soluit cum determinatione.]

c ¶ Proxime.] Hoc intelligitur, licet non exprimeretur, ff. de uerb. obliga. leg. cum qui kalendis. nisi aliud diceretur in litteris expresse, uel tacite: puta, quam duxerit acceptandam, inf. de conces. præb. c. 1. Et intelligitur hæc clausula & præcedens, de præbenda nulli alij de iure debita, cum talis concessio sine alterius præiudicio

d Prouideret.] Non dixit, compelleret, & ita alius est casus decretalis. j. de conces. præb. si soli, De hac tamen materia distingue, & subdistingue, vt ibi plene dixi.

ADDITIO. Prouideret.] Ergo erat prouisor; de compulsore habetur inf. eod. lib. de concess. præb. si soli. Arch.

[Glo. seq. obiicit, obiectionem impugnat, & remittit.]

e Receptus.] Videbatur ergo secundum communem lecturam illius decretalis, capitulū sanctę crucis, supra eo. titulo, quæ habebat, ꝙ illud verbum, prius, ibi positum esset aduerbium, quod ille prius præsentatus debebat consequi præbendam: sed absurdum erat, quod iste secundus præcurrendo læderet ius primi, vt hic, & infra de præbend. eum cui. vbi de hoc.

f Non extitit.] Ergo si prius erat alteri collata, secus. Quod intelligas verum, cum determinatione sequentium, sed hoc non haberet locum si canonicatus prius ei collatus fuisset, ut inf. de præb. eum cui. & cap. si postquam.

g Ante receptionem.] & post præsentationem, ut bene procedat casus, scilicet quod infra dicitur de notificatione, &c. & ut differat a sequenti.

h Præbenda.] Tolle quod est infra. Affecta per processum, & cetera.

[Gloss. seq. obijcit, & soluit.]

i Notificauerat.] Sed ad quid necessaria est notificatio, cum sufficiat præsentatio? vt inf. de conces. præben. si capitulo. Solu. sufficit præsentatio facta ei, ad quem spectat collatio, ut ibi, sed non executori, ut hic, & ideo dicitur ibi, capitulo ipsi factam.

k Præsertim.] id est, maxime.

l Decretum.] Decretum ergo Papæ afficit etiam ignorantes, inf. de conces. præb. cap. 1.

m Prædictis.] scilicet quando præbenda vacaret tempore receptionis, vel post, sed primus iam erat receptus, licet secundo, uel quando primus nondum erat receptus, sed executor saltem notificauerat, uel quando primus nondum præsentauerat, sed in litteris eius erat decretum.

n Dolus.] infra de renun. cap. 2.

ADDITIO. Hoc satis potest exemplificari per id, quod habetur infra eodem libr. de renun. si a te. Sed ibi fuit dolus alterius, non ipsius impetrantis. Archidiaconus.

o Negligentia.] infra de prębend. si clericus.

† Britensi. Betarensi.

† Hodie mā data de prouidendo, & gratias expectatiuas oīno sustulit concilium Trid. sess. 24. de refor. ca. 19.

† Nota, quod executor hēt potestatē inhibendi & decernendi nullū quod esset factum ꝯ ipsius præceptum: de quo. de test. c. Raynaldus & de præb. dilecto. Do.

† al. ita, in p̄dictis quoque casibus.

† Vt si permittat cōferri s̄m. Phil. aūt si non acceptet intra terminū sibi assignatum. Do. Font.

Si pro

SI pro te.] Non potest congrue diuidi, qnia constructus pendet vsque ad finem textus: loco tamen diuisionis potest sic ostendi quid faciat: Nam primo ponit gratiam conditionalem vnius: Secundo puram alterius: Tertio euentum conditionis, & gratiæ: Quarto dubium diffinit. Secunda: ibi, Alter. Tertia: ibi, Licet. Quarta: ibi, In prę bend. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ Si primo sub conditione prouideri mandatur, & secũdus pure impetrãs prius, quã veniat cõditio a Papa vel executore suo canonicatum obtineat; in assecutione præbendæ primo præfertur, Ioan. And.

CAP. XIII.

SI [a] † pro te alicui [b] directa fuerint scripta nostra; [c] vt ibi de canonicatu, & præbenda Ecclesię Biturensis, † si ad id [d] accederet Episcopi [e] & Capituli Ecclesiæ prælibatæ assensus [f] auctoritate [g] Apostolica prouideret: alter postmodum [h] impetrans, qui ex collatione Apostolicę [i]

† Vide concil. Trident. sessio. 24. de ref. capit. 1. Vbi mandata de prouidendo auferuntur.

† Biterensis.

¶ Præsupponit primo effectus conditionis: videlicet, quia conditio suspendit actum sub ea celebratum vsque in euentum conditionis: & tunc conditione adueniente incipit actus ualere: nec trahitur retro à tempore conditionis: licet secus sit in ratihabitione, quæ trahitur retro. l. licet C. de iudi. l. pen. ante finem. C. ad Macedonia. & in regul. iuris ratihabitionem, &c.

CASVS. Papa mandauit alicui executori, ut ipse prouideret mihi de canonicatu ecclesiæ Pictauiensis, & etiam de præbenda, si qua vacaret: alioquin de proximo vacatura, cum ista clausula, Si capituli & episcopi consensus ad hoc accessisset: Postea obtinuisti a sede Apostolica gratiam, per quam mandabatur, ut tibi prouideretur de præbenda, si qua vacaret, alias de præbenda proximo vacatura: Antequam accederet consensus Capituli & Episcopi, fuisti receptus: postea obtinui consensum Capituli & Episcopi, & similiter fui receptus, sed post tuam receptionem postea uacauit præbenda: quæritur, quis nostrum erit potior? Respondet Romanus Pontifex, quod tu es potior: quia licet impetraui primo gratiam: tamen reuera non sum prior in impetratione: quia fuit mihi facta gratia sub conditione, quæ non trahit effectum retro: quia impetratio meá erat conditionalis, & iamque fueras receptus ante euentum conditionis: ideoque tu es potior, & per consequens præbenda tibi debetur, & non mihi. Nota primo, quod Papa non solum potest facere gratiam puram sine conditione: sed etiam potest facere gratiam conditionalem videlicet, ut prouideatur alicui de beneficio, si conditio talis eueniat & effectus gratiæ suspenditur vsque in euentum conditionis: Et si pendente conditione alius impetret gratiam, & postea conditio euenerit, secundus præfertur: quia primus non censetur impetrasse gratiam, nisi demum conditione adueniente: ideo secundo impetranti debetur præbenda, & non primo.

[Prima glossa summat.]

a Si.] Si Primo sub conditione prouideri mandatur, & secundus pure impetrans, priusquam veniat conditio, a Papa vel executore suo canonicatum obtineat: in assecutione præbendæ primo præfertur. hoc dicit.

[Glossa sequens soluit quæstionem.]

b Alicui.] executori. Et eadem ratione idem credo, si scriptum fuisset ipsi capitulo, possent, si uellent, Apostolica auctoritate recipere aliquem in canonicum & fratrem, ut supra. eod. cum aliquibus: quia omne ius impetrantis fertur ad diem conditionis: secundus igitur primo canonicatum obtinuit, præferri ergo debet. inf. cap. proximo.

[Glossa sequens recitetur per quæstionem, & solutionem.]

c Scripta nostra.] Per huius tenoris uel similis scripta, ecclesiam non puto grauatam, ita quod locum habeat decretalis sup. eod. litteras, & capit. mandatum & capit. abbatem. & infra. c. prox. in fi. Ratio: quia per hoc mandatum non grauantur, sed eorum uoluntati relinquunt, & aliud est permittere, & aliud præcipere. 3. distinctio. omnis autem lex. 14. quæst. 1. capit. fina. §. quod præcipitur supra de arbir. cum olim. ff. manda. l. 2. in fine.

[Glossa sequens obijcit, &c.]

d Si ad id.] Conditio fuit, & ad eius conditionis tẽpus mandatũ refertur, & decretum: si qđ ibi erat insertũ, ut in Cle. de conces. præben. cum ei quem 1 respon. & est sim. supra de appel. præterea. de uo. & uo. redẽ. l. cet. uer. sciturus. & de condi. appo. super eo. Insti. de verb. obl. §. ex conditionali. & ff. qui po. in pign. hab. l. potior. 1. respõ. licet sit contra ea. l. 2 respon. & ff. de periculo & commo. rei ven. ꝙ si pendente, vbi dies cõditionis trahitur ad diẽ obligationis: sed ibi non erat in potestate ꝯhentis primo sub conditione, ꝯctum conditionalem facere: postea pure ꝯhendo, reuocare: sed hic secus, quia in potestate Papæ concedentis erat, conditionalem gratiam facere, & etiam in totum tollere si voluisset. j. de conces. præb. c. pen. & vlt.

e Episcopi & Capituli.] ad quos de iure communi pertinet canonicorum receptio de conces. præben. postulasti, de his quæ fi. a præla. nouit. & cap. quanto de elect. cum ecclesia, & tibi de hoc: & tunc dẽnt absentes canonici vocari, qui sunt in loco: vnde ad electionem epi forent vocandi, inf. de præben. cum in ecclesijs, nisi esset consuetudo in ꝯrium, ut ibi. De consuetudine autem uel priuilegio interdum pertinet ad alterum tantum prædicta receptio: vt inf. ne sede vacan. cap. vno. de reg. cap. vlt. & intelligo consentire Capitulum, si consentit maior ipsius pars in hoc casu. arg. j. cap. prox. cum suis concordantiis.

[Glossa sequens quærit. arg. pro. contrarium soluit: & arg. respondet.

f Assensus.] Pone mortuus est episcopus, vel impeditus ita, ꝙ consentire non potest, & canonici cum eo: nunquid executor statim poterit conferre? Vr quod sic. arg. inf. ne sede vacan. cap. vno in fin. ad hoc. s. eod. si gratiosè. Sed ꝯrium credo. Hic enim sub certa forma tradita est excutori potestas quam transgredi non poterit. inf. de præben. cui de non, in fi. & sub conditione, qua non existẽte, sed pendente, cessat ipsius potestas. Et aliud est consilium teneri 1 requirere, vt ibi: & aliud assensum vt hic. & facit. s. de arbit. cum olim & decret. ne sede uacan. loquitur in casu illo cum ad illum pertinet electio, quam facere dẽt cum consilio epi: hic autem nõ pertinet prouisio nisi a die conditionis. Item ibi loquitur de beneficio iam vacante: vbi periculum est in mora, vt ibi. hic autem nullum periculum.

1 De hoc articulo plenissime Albertin. tract. de agn. asser. q. 26. adde c. cũ in ueteri. & ibi Anto. de But. extr. de elect.

ADDITIO. Adde quod dixi supra, de const. ex parte. in fi. Ioan. Andr.

g Auctoritate Apostolica.] Præfertur ergo omnibus prius receptis auctoritate inferiorem, infra de pręb. hi qui.

h Postmodum.] Vide posterior videbatur in iure, sicut fuit in tempore, infra de regu. iur. qui prior, cum suis concor. Quod non est verum, vt ratio infra patebit.

i Apostolicę sedis.] bene dicit, quia secus de inferioribus, quia si auctoritate alterius inferioris receptus esset, pręferretur iste etiã post receptus auctoritate Papę. infra de pręb. hi qui & sic prodest scire quod dicitur sup. eo. cum aliquibus.

a Prouisione.] quia datus erat ad prouidendum: secus, si ad compellendum tantum: quia tunc prouidere non possset.inf.de concess.præben.si soli.
b Accederet.] Ergo si prius fuisset pręstitus consensus. esset secus, sumpto arg. a ɔtrario huius literæ. ĵ.c.proxi. nam tunc non haberet locum quod inf. sequitur. Sed si casus accideret, vbi non posset hr̄e consensum prædictorum: nullam hr̄et ꝑꝑ hoc potestatem prouidendi, vnde hoc sibi mandetur sub certa forma duntaxat: ad hoc infr. eod.lib. de præbenda. cui de non. cum si. Sed arg. contra. infr. eod. lib. ne sede vacan. ca. 1. Dic ꝙ non tangit casum istum, nam ibi in ordinario loquitur. Archid.
[Glossa sequens quærit, & soluit.]
c Faciendam.] Quid, si post cōsensum habitū impetrasset? tunc secus, ad hoc sup.cap. proxi. in principio.
d Tu] primo impetrans.

sedis, vel executoris super hoc deputati prouisione, [a] prius quam Episcopi & Capituli prędictorum assensus ad prouisionem tibi accederet [b] faciendam, [c] canohicatum obtinuit Biturēn. licet tu [d] interueniēte postea prędictorum [e] assensu, dicti prioris mādati auctoritate in canonicum ipsius ecclesiæ sis receptus, in præbenda uacāte [f] tibi merito [g] anteferatur.

¶ Idem.

¶ Hac est solēnis Decretalis, & per Io. And. subtiliter glossata, & potest sic secundum eum summari; Si inter duos impetrantes non apparet prioritas. hæc Decretalis duo mēbra distinguit, & in secundo subdistinguit. Et partes patēt, secundū Io. And. licet glossa prima latius summet.

CAP. XIIII.

Dvobus [h] † super [i] prouisione simili [k] sibi facienda in eadē [l] Ecclesia, litteras a nobis [m] obtinēti bus, una die, certis eis executorib. deputatis, si nō appareat, [n] quis primo [o] impetrauerit [p] ex eisdem: is

e Prædictorum.] Episcopi & Capituli.
f Vacante.] quandocunque.
[Glossa ista fortificat.]
g Merito,] q̄a licet ille posterior fuerit in impetratione, tamen fuit prior in iure. 1 Mandatum.n.cōditionale, ante cōditionem existētem cōsensum nō habet, sicut nec matrimonium cōditionale: vnde nec ex ipso oritur dublicæ honestatis iustitia.inf. de spons.c.1. in fin.

1 Qui habuit ante aliq̄d ius primo creatū, & iō potior.s̄.eo. quāuis licet spes esset debitum iri. Ioan.And.

Dvobus.] Casus. Vidimus super, in duobus c. præcedentibus quod si sint duo vel plures expectantes in eadem ecclesia, qui habent similes gratias, ita quod in vna gratia non sunt prærogatiuæ magis quam in alia, quod habet locum illa regula, Qui prior est tempore, potior est iure. Sed ponamus, quod gratiæ sunt eiusdem datæ: nunc vacat præbenda, quæritur cui debeatur? Respondet cum distinctione, quia vel Papa vni istorum contulit solum ius canoniæ, & mandauit vt de facto installaretur, & præbenda ei conferretur: alteri autem non contulit ius canoniæ, sed mandauit canonicis, vt ei conferrent canonicatum: ita quod iste non receperat canonicatum à Papa, sed erat recepturus a canonicis: tunc alter, qui recepit canonicatum a Papa, est præferendus isti: Et hoc verum, nisi cōstaret, quod una expectatiua esset prior altera, licet eiusdem datæ: puta, si in una expectatiua dicatur, Datum Romæ hora tertia: & in alia dicatur, Datum Romæ hora vesperarum; tunc si constaret de prioritate impetrationis, certe prior esset præferendus. Sed quid, ponamus quod Papa contulit ambobus ius canonię, vel neutri contulit canonicatum: quęritur, quis est pręferendus? Respondet, quod ille qui primo præsentauerit litteras, est alteri pręferendus. Sed quid erit si simul pręsentauerunt litteras suas? Respondet, quod est in optione canonicorum eligere quem voluerint. Ponamus, quod canonci vnum elegerunt, & ei contulerunt prębendam, quid de alio? utrum illius gratia erit vacua, & sine effectu? Respondet, quod sic, nisi in gratia fuerit apposita clausula, Non obstante ꝙ pro alijs scripserimus; & Papa intendit prouidere ambobus: quia in dubijs Papa non uidetur grauare unam ecclesiam pluribus gratijs, immo si scripserit pro uno, alię gr̄e censent surreptitię, cap. mandatum. eo. tit. in antiq. Quia ius commune præsumit, quod si Papa fuisset informatus, quod talem ecclesiam grauasset una gratia, illam non grauasset alia gratia: nisi apposuerit clausulam, Non obstante quod pro alijs scripserimus.

[Glossa sequens primo summat, secundo arguit ad quæstionē.]
h Duobus.] Si ex duobus impetrantibus super simili prouisione, non apparet quis primo: si solum alteri collatus est canonicatus a Papa, ille præfertur alteri etiam prius præsentanti, & primo recepto. Si autem vtrique vel neutri est collatus, aut alter in præsentando pręuenit, aut ambo cōcurrunt: si alter præuenit, ille præfertur: si ambo concurrunt, ille uel illi vel ipsorum maior pars, ad quos collatio, & receptio spectat, alterum tenentur eligere, & ille solus admittetur vel alteri præferetur, nisi papa utrique uoluerit prouideri. Et facit decreta. istá in argu. ad quæstionem de his, qui producunt duo testamenta, & non apparet quod sit primum: & vterque in solidum se dicit hæredem, & in possessionem mittendum, quæ quęstio notatur C. de edicto diui Adriani toll. l. edicto in gloss. illa, mittit. Io. And.

† Meminisse semper oportet eorū quę sanciuit Cōcil. Trident. sessio. 24. de ref.cap.19.

i Duobus super.] Idem si tribus uel pluribus cum eadem ratio sit vtrobique.
ADDITIO. Arch. dicit illud simile in text. proxim. seq. non esse ponendum, quia fuit correctum.
K Simili.] quia uterque impetrauit sibi prouideri de canonicatu, & prębenda integra. Si autem impetratio esset dissimilis; puta, quia unus impetraret super dignitate, alter super canonicatu; uel unus ad præbendam integrā, alter ad dimidiam, tunc quod dicitur hic, locum non haberet; quia si uacat integra, dabitur ei, qui integram, si dimidia, ei qui dimidiam impetrauit; nec aliud fieri potest, iufra de præbend. cui de non. vel pone dissimile, ut supra cap. proxi.
l In eadem ecclesia.] quia de diuersis non esset quęstio.
m A nobis.] Si autem unus a Papa, alter ab ordinario, tene quod habes inf. de præbend. si a sede Apostolica.
[Glo. sequens recitatur per quæstionem.]
n ¶ Si non appareat.] 2 Sic infra de præben. si a sede & dico apparere posse per ipsas litteras, puta si diceretur in eis, Data die tali ante tertiam, in alijs diceretur, Post uesperas, sed hoc non est in usu. Potest etiam apparere per testes, per quos probare poterit suam petitionem primo eadem die lectam, & admissam per Papam, uel per confessionem partis alterius poterit apparere. & facit supra de restit. spol. cum ad sedem. & infra de confes. capit. 1.
o Quis primo.] quia si de hoc appareret, ei primo deberetur. supra eo. tibi. infra de præbend. eum cui. & c. si postquam.
p ¶ Impetrauerit.] Nam tunc illi deberetur sup. eo. tibi inf. eo. li. de præben. eum cui. & c. si postquam. Et hoc uidetur corroborare antiquam opin. quæ habet, in literis beneficialibus inspici tempus datę, non tempus pręsentationis. Ad idem supra eod. mandatum, ubi dicit, non scripsimus, ubi hoc approbat Host. Ad idem supra de offi. deleg. ex parte 2, iuxta finem. Archid.

2 Glo. plac[...] Doct.
3 Vult ꝙ a[...] uersarij co[...] fessio adi[...] uet dubia[...] probation[...] super ben[...] ciali titu[...] q̄ uis sola[...] non plene[...] bet. similit[...] ubi quęrit[...] de priorit[...] te matrim[...] nij carna[...] aduersarij[...] fessio mul[...] facit. Qu[...] no. forsa[...] milis gl. [...] reperitur[...] bi. Philip[...] Font.

b ¶ Cui.]

a Cui.]ſoli, vt infra ſequitur.
b In præbenda.]tunc uel poſtea uacante.
c Spectat.]de cōi uel ſpeciali iure, ut ſ. dixi cap. prox.
d Receptus.]Nō ergo in hoc caſu inſpicitur præſentatio, uel receptio, ſ. eo. tibi. Et ſubaudi hic, & alter oīno caret impetratis, niſi &c. ut in fi. & ita ſubaudias et in verſ. ſeq.
e Primo præſentauerit.] Nota ergo caſum in quo, ſ. ceteris paribus ſtatur hodie præſentationi in litteris ad beneficia: con cordat in litteris de iuſtitia, ſupra de appellat. vt debitus.
ADDITIO. Io. Mo all. C. qui po. in pign. l. 1. & ff. de procura. l. plu. C. de iur. deli. l. ſcimus, §. & ſi præfatã.
f Potior.] Subaudi, & alius carebit peni tus impetratis, vt ſatis colligitur. ĩ. verſ. proxi. vbi de gr̃a voluntate Papę conſtat euidenter, vt ibi dr̃ in fi. Archidiaconus.
[Glo. ſeq. arguit ad duas opiniones.]
g Concurrant.] No. quia primo inſpicitur inæqualitas in data demum in p̄ſentatione: ſed ſi omnia ſunt paria, tunc locus eſt gratificationi, & facit pro opinione Gofr. no. ſ. de Iudæis, c. 1. & concordat ad hoc, ff. loca. in naue, in fi. ff. ad Syllan. ſi quis in graui. §. cum omnes, ſup. de iure pat. cum autem, in fi. Et not. pro ſoc. R. Gof. & Bern. no. in dicta decret. Cum autem, ſcilicet, quod tunc demum locus eſt gratificationi, quando quis ſit in iure potior, dubitatur.
ADDITIO. Ioan. Monachus alleg. ff. de reli. & ſum pt. fun. l. fin. Arch. alleg. no. de elect. eccleſia. 2. in fine vlt. glo. Io. Andr.
h Spectat.]expone, ut ſupra.
i Collatio prębendarum.] ad quam vocandi ſunt abſentes; quod dic vt infra, de præb. cum in eccleſijs.
K Maior pars.] Videtur enim a toto Capitulo factum, quod ſit a maiori parte, 56. diſt. Apoſtolica, in gloſſ. 1. de elect. cum inter canonicos, in prin. in gloſ. 1. de his quę fiant a maior par. Cap. c. 1. ff. ad municip. quod maior.
l Voluerint.] Datur ergo eis optio.
[Glo. ſeq. recitatur per quæſtionem.
m Eligere.] Nec in ipſius electi præiudicium poterunt poſtea variare: ad hoc, de electionib. publicato, 1 de poſtul. præla. c. vno, in ſi. & ĩ. de reg. iu. mutate. cum ſuis concordantijs, & probat hoc ſatis: per litterã, q̃ ſtatim ſequitur, & facit ad id, quod dixi. ſ. eo. gratia. Ioa. Andr. [Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]
n Teneantur.] Nota, tenentur alterum eligere de neceſſitate, ſed non certum, vnde non datur eis optio, vt eligant, vel non eligant, ſed vt alterum eligant. Sed pone, nolunt eligere, vel pari numero diſcordant in eligendo, quid erit? Credo agendum coram ſuperiore, vt eos ad eligendum compellat infra certum tempus, vel ad concordandum, quod ſi non fecerint, credo quod ſuperior ipſe poſſit eligere, ad hoc 11. q. 3. cum ſimus, in gl. 3. de ſup. negligen. præla. per totum, infra, tit. prox. cap. vlt. infra, de reſtit. ſpol. frequens, infra, de prǽb. ſi tibi. & infra, de elect. quam ſit. ff. de leg. 1. huiuſmodi, §. fin. C. de inge. ma. diffamari. cum ſi. & ſupra, de iure patronat. nullus, cū ſimul. Sicut igit̃ ad ſuperiorẽ per lapſum tp̃is deuoluitur poteſtas eligendi, de

1 Dicit Arch. compellent officc. executorum. Io. Mo. dicit, ꝙ a iudice vter que alleg. l. amōi & dec. nullus, inferius alle. Io. Andr.

eorum [a] cui canonicatum contulimus, eſt in prębenda [b] pręferēdus alteri, qui à nobis canonicatū nō extitit aſſecutus: licet priuſquam alius, eis, ad quos ſpectat [c] canonicorū receptio, & collatio prębendarū, ſuas præſẽtauerit litteras, & ab eis in canonicū ſit receptus.[d] ¶ Si vero neutri eorū, vel vtriq; canonicatū contulimus, tunc) ex quo in gratia ſūt ęquales) is, qui primo [e] præſentauerit, erit potior [f] in præbenda. ¶ Quod ſi forsã ambo ſimul in præſentando concurrant, [g] hi, ad quos, vt præmittitur, ſpectat [h] canonicorū receptio & collatio [i] p̄bendarū, vel eorū maior [k] pars, ex eis alterū, quẽ voluerint, [l] eligere [m] teneantur, [n] quo electo, alius omnino [o] careat impetratis, niſi ex tenore litterarū ipſius [p] expreſſe [q] appareat, ꝙ vtriq; [r] ipſorum voluerimus [s] prouidere.

¶ Idem.

¶ Oēs indulgētiæ cōceſſæ à Bonifacio, vel ſuis p̄deceſſorib. clericis de pcipiendis ppetuo fructib. ſuorū beneficiorū, in abſentia, ſūt reuocatæ. Et pſitet Papa ſe illas ĩ poſterū nō daturū. Io. A.

C A P. XV.

Quia [t] † per ambitio-

conceſ. præb. ca. 2. ita ex eorū negligentia puto ꝙ hic deuoluatur poteſtas præligendi, de qua hic loquitur.
o Omnino.] vt nec præbenda illa nec ſequens, nec canonicatus etiam ei debeatur.
p Ipſius.] non electi.
[Glo. ſeq. primo exemplificat, ſecundo allegat tres cōcordantias, tertio ponit tres opiniones: quarum ſecundam dicit hic approbatam, vltimam impugnat, & impugnationi reſpondet.]
q Expreſſe. Quia in ipſis litteris appoſita erat clauſula; Non obſtãte, ſi pro alio ſcripſerimus, qui huiuſmodi gratiam, &c. vel, Non obſtante ſi per nos fuerit eccleſia veſtra grauata, vel ſimili clauſula 2. Et no. quod dicit, expreſſe, & eſt ſim. ſu. eo. cū aliquib. & c. ſuſceptū. & inf. de preb. ſi motu. Per hunc aūt textū approbatã dico opi. Ber. no. ſ. eod. tit. mandatum & etiam reprobatur opin. Gof. in ſumma huius tit. ante medium & Inno. & Compo. ſ. eo. Capitulū, qui dixerunt, ꝙ licet eccleſia grauata fuerit in receptione primi, nihilominus tenetur ſm̃ recipere: niſi in litteris contineretur, Niſi pro alio, &c. Sed Ber. contra, dicens, quod ſecundum recipere non teneretur: quia in litteris intelligitur prædicta clauſula, Niſi pro alio, &c. Et hoc uerum, niſi in ipſis litteris diceretur. Non obſtante ſi pro alio, &c. Et hanc opin. Ber. approbat ſtylus Curiæ, & finis iſtius decr. 3. Hoſt. diſtinguebat, an primus receptus eſſet ſub expectatione præbendæ, nec ne: In primo caſu non valeret litteræ pro ſecundo ſine clauſula. Non obſtante, in ſecundo ſic, & ita not. in decr. mandatū, eo. tit. contra quã opinionem facit ipſa decr. mandatum, ſed ibi erat clauſula, Si pro alio.
r Vtrique.] electo & non electo.
ADDITIO. Ex quo. n. per clauſulã, Non obſtante, q̃ hẽt ſecundus, apparet, ꝙ Papa grauare voluit eccleſiã de duobus concluditur, ꝙ vtrique voluerit prouideri. Vel, quia voluit poſt illum iſti prouideri: ergo vtrique Ioan. And.
ſ Voluerimus.] ſtatur. n. tunc volũtati s. ſ. eo. ſuſceptū.

QVia.] primo ponit cauſam impulſiuã & finalẽ huius conſtitutionis. ſecunda ibi, Nos volentes. Statuit primo de præteritis: ſecundo de futuris, ibi. Et earum.
¶ Iſtud c. eſt modicæ vtilitatis: quia ſolum ponit reuocationem gratiarum, quæ fuerant factæ à Bonifacio.
CASVS. Nonnulli a ſede Apoſtolica impetrauerunt diſpenſationem, ut quamdiu eſſent in ſcholis, non tenerētur ad reſidentiam faciendam in ſuis beneficijs, nec tenerentur petere licentiam, a ſuo diœceſano, ſed acciperēt fructus ſuorum beneficiorum, etiã præbendarū, exceptis quotidianis diſtributionibus. Alij clerici impetrauerunt diſpenſationes, quæ erant cauſa magnæ vagationis, & inducebant clericos ad vagandū, & plures erãt uagabundi & diſſoluti: Vnde Papa reuocauit illas diſpenſationes q̃ inducebant materiam vagandi, & diſſolutionis. Et iſtud c. ſeruit in glo. pen. in procemio Decretalium ad docendum, quod quando aliqua diſpenſatio ſiue gratia, præbet materiam diſſolutionis, vel eſt occaſio mali, ſuperior debet illam reuocare, tamen non ponit ius commune.
[Glo. prima ſummat, ꝙ dicit vnde ſupra.]
t Quia.] Omnes indulgentiæ conceſſæ a Bonifacio, vel

2 Puta nō obſtante ſi aliq. auctoritate nostra in canonicos ſint recepti vel vt recipiant reſiſtant, quę et eſt in uſu Ioan. And.
† Vide conc. Trid. ſeſſ. 5. de refor. c. 1. in fin. adde Horatiū Luciū tract. de Priui. Scholarium, priuil. 98.
3 De hoc ſecunde litterę non valent, niſi meminerint primarum. Petr. de Anch. Fon.

uel suis prędecessoribus clericis, de percipiendis perpetuo fructibus suorum beneficiorum in absentia sunt reuocatæ, & profitetur Papa se illas in posterum non daturum. Et potuit ortum habuisse à decretali supra, de cleric. non resident. cum ad hoc.

a ¶ Importunitatem.] propter quam Princeps sæpe non concedenda concedit, ut hic. uides. C. de pe ti. bo. sub la. l. 1. libr. 10. supra de purgat. canon cum in iuuentute, in princ. infra de relig. do. cap. 1. inf. de conces. præbend. detestanda. & ideo locum habet ipsorum reuocatio, ut hic & 35. q. 9. sententiam. de re iud. cum olim. Et no. ꝙ dixit, ambitiosam: quia est importunitas ambitiosa, ut hic, ut cum petitur, quod tendit ad noxam. Est & non ambitiosa, ut cum importune petitur quod est percib. impetrandum, de pœn. dist. 1. importuna. 100. dist. cā. pallium. infra, de appell. c. ab eo cum simul.

† In codice Barbatiæ ita seu alio etiā certo loco uel vbicūq; ex quo insolertię oriūtur vagandi, &c.

tiosā importunitatē a petētium, tam nos, quā nōnulli prædecessores nostri Romani Pontifices, indulgentias perpetuas [b] multis [c] cōcessimus de percipiendis fructibus [d] beneficiorū [e] suorum, distributionibus [f] quotidianis dūtaxat exceptis, [g] siue in scholis [h] essent, siue in ecclesiarum suarū altera [i] residerēt aut in Romana [k] curia moram traherent, seu † alio [l] certo loco, vel etiam vbicunque: [m] ex quo insolentiæ oriuntur vagandi, [n] & dissolutionis [o] præparatā materia, minuitur cultus diuinus, quem desideramus augeri: [p] & officium plerumque (propter quod beneficium Ecclesiasticum datur [q]) omittitur. ¶ Nos volentes emendare [r] præterita, & quantum possumus, [s] aduersus futura cauere; [t] omnes huiusmodi & similes indulgentias [u] personis, non ec-

[Gloss. seq. exponit perpetuum, & infert e contrario secundo quærit: opinionem ponit, cuius contrarium soluit.]

b Perpetuas.] i. donec uixerint: sic inf. de capit. mo. c. 1. ff. pro sol. l. 1. & facit, quod dixi supra eod. si gratiose. temporales ergo, puta usque ad quinquennium, uel simile tēpus, reuocatæ non sunt, facit ff. cōmmuni diuid. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. & quod ibi nota. Sed quid dices, si concessa fuit indulgentia, quę posset esse perpetua? puta donec erit in seruitio talis Principis, uel similis? Dicunt quidam, talem indulgentiam non reuocatam: quia quod expresse non mutatur, &c. C. de appel. præcipimus, sed contrarium credo, 1 & puto hic casum. Nonne si habeo indulgentiam donec in scholis fuero, dr̄ hic perpetua? & sufficit, quod indulgentia possit esse perpetua, ff. de condict. indeb. sufficit, & quod no. de lo. c. vlt. in gl. 1. in fi. Io. Andr.

1 Vidē Phi. & nota ꝙ omnis gratia, cuius terminꝰ est incertus, ꝑt dici ppetua, cap. si gratiose, su. l. iurisperitꝰ, ff. de excus. tutor. 1 pri. Fon.

c Multis.] reuocari ergo debebat: quia tendebat ad noxam. sup. de decim. ex multiplici, &c. suggestum. & facit ad hunc casum. supra, de cleri. non resident. cum ad hoc sint. Io. Andr.

d Fructibus.] qui de iure communi tantum residentibus dari dēnt, sup. de cler. non resid. per totum, de consuetudine tamen potest induci contrarium, vel de speciali statuto, supra, de const. cum omnes.

e Beneficiorum suorum.] Pretextu huius indulgentiæ, quæ ambitiosa est, fructus solum istorum beneficiorum, quæ canonice obtinent, poterunt percipere, sup. eo. si gratiose, §. vlt.

f Distributionibus.] quæ interdum manualia beneficia, interdum victualia nuncupatur, de cler. non resi. de cetero, inf. eo. lib. & tit. 1 Vno, & supra, de præb. licet. Io. And.

g Exceptis.] ista non dantur ēt studentib. in theologia, supra de præben. licet, nec his, qui sunt in seruitio Episcopi vel domini Papæ: de cler. non resi. de cetero, & c. cum dilectus, vt ibi not. nec dēnt hæ distributiones dari etiam præsentibus, qui diuinis non intersunt officijs, nec valet consuetudo in contrarium, & qui percipiunt, ad restitutionem tenentur. infra, de cler. non resid. c. vno.

[Glo. seq. commendat licentiam ad studium, & tractat a quo detur.]

h In scholis essent.] vt legendi & proficiendi eis opportunitas concedatur in honorem & augumentum vniuersalis ecclesiæ, quæ uiris litteratis permaxime noscitur indigere, supra de magi. c. 1. & per totum, & infra de ele. cum ex eo, & non solum Papa, sed etiam inferiores prelati dāt clerico licentiam se ob has causas absentandi, & hoc videtur. Bern. intelligere de epis, vt not. de. cl. cler. non resid. inter quattuor Inn. & Hostien. intelligunt hoc etiam de inferioribus prælatis, per decret. eod. tit. relatum, ibi: Prelatorum suorum, 2 &c. Dispensationem autem, de qua loquitur decret. de electus cum ex eo, dico, quod soli episcopi, & ipsorum superiores facere possunt, cum de eis solis caueatur ibidem: & ibi dicam.

2 Tene ꝙ dicā l. de elect licet canon super glo. pe Io. Andr.

i Altera.] cum eas obtinent ex dispensatione, vel sunt tales ecclesiæ, quæ simul possunt de iure teneri, quod dic vt dixi supra eodem gratia. Io. Andr.

K Romana curia.] quæ hodie habet priuilegia studij, ut infra, de priuileg. cap. 2. per quam decretali. etiam videtur, quod hi, qui sunt in studio, de iure communi possunt percipere fructus suorum beneficiorum, quod non est verum: sed illud intellige, ut ibi dicam. Ioan. And.

l Alio certo loco.] puta, quia in indulgentia dicitur quod perpetuo [donec in domicilio suo habitauerint.] fructus percipere possint.

m Vbicunque.] quia sic generaliter se habet indulgentia. Io. Andr.

n Vagandi.] quod facere non dēnt clerici. 46. dist. clericum: nam & per horam ab ecclesia non debent abesse, ut 92. dist. c. ult.

o Dissolutionis.] quæ morib. & habitu est in clericis amputanda. 34. dist. qui episcopi, &c. seq. 21. q. 4. per totum, de uita & honest. cler. clerici, & infra de præb. cum singula.

p Augeri.] supra, de constit. c. penult.

q Datur.] unde priuatus officio, & beneficio priuatus intelligitur, cum sit eius sequela. 81. di. eos. &c. si quis sacerdotum. 32. dis. præter hoc, & ibi de hoc, & supra. de cler. excom. ministr. latores, de appell. pastoralis, cum simil. Io. Andr.

ADDITIO. Plenius in Clem. Cupientes, de pęn. ad fin. magnæ glossæ.

r Emendare pręterita.] 35. q. 6. sententiam, de re iud. cum olim, §. nos igitur, 22. q. 4. magnæ, de appell. cum cessante, de sent. exc. sacro, §. fin. & in Auth. de nupt. circa princ. coll. 1. & ibi Imperator. Non erubescimus, si quid melius horū, quæ prius ipsi diximus, adinueniamus, competentem prioribus imponere correctionem, ne ab aliis corrigi expectemus. Ad idem de accusat. qualiter, & quando, 1.

s Quantum possumus.] sim. supra, in proœmio huius libri.

t Cauere.] Nota futura præcauenda, 23. distin. in nomine Domini, §. 1. in gl. futuris, de procur. c. 1. de ser. non ord. c. 1. & exempla præsentia, &c. 82. dist. plurimos, ff. loca. si quis domum, §. 1. Io. Andr.

u Indulgentias.] perpetuas scilicet: nam de his supradixerat.

a Eccle-

1 No. hic aliquid conceditur eccleſię quod pſonę non conceditur: tamē redundat in pſonę utilitatem. Aliud exēplũ, Non conceditur immunitas malefactorib. l. ita vulneratus, ad legem Aql. ſed conceditur eccleſię, quod uenit in utilitatē malefactorum, facit l. ciuiratib. de leg. 1. Pet. de Anch. Fon.

clesijs [a] vel dignitatibus [b] datas, penitus reuocamus: & earum [c] conceſſionem noſtris volumus exulare temporibus. [d] Quodque nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus. [e]

a ¶ Eccleſijs. 1] iuſte innuit indulgentias eccleſijs cõceſſas non reuocari 25. q. 2. ca. 7. & per totum. ſed intellige hoc, ut ea. q. c. poſtea, §. his, ita, & §. ult. Archid.

b ¶ Vel dignitatib.] ſi ergo dignitati, uel eccleſiæ datum eſſet tale priuilegium per hanc decre. reuocatum non eſt: & potuit eſſe ratio: quia non tantus fauor perſonis debetur, ſicut dignitatib. vel eccleſijs, de elec. cũ nobis olim, in fi. cũ ſi. & infra de priuileg. ne aliqui.

c ¶ Et earum.] Prouidit huc uſque circa præterita, nunc cauet circa futura.

[Glo. ſequens quęrit, & ſoiuit.]

d ¶ Temporibus.] Quid, ſi tales indulgẽtias de nouo concedat? valent: quia non potuit ſibi legẽ imponere, à qua ſibi nõ liceret recedere, ad hoc ff. de leg. 3. ſi quis in princ. ff. pro ſoc. ſi fratres, §. idem reſpõdet. & primam conſtitutionẽ tollit per ſecundam, licet de ipſa non faciat mentionem. ſup. e. tit. prox. licet.

e ¶ Indicamus.] Simile C. de leg. digna uox. indicare potuit, ſed non legẽ imponere : q̃a par in parẽ non hẽt imperium, ſup. de ele. innotuit, cum ſuis concordantijs.

TITVLVS IIII.

De Conſuetudine.

Bonifacius octauus.

¶ Prætextu cõſuetudinis ẽt iuratæ, vel quantocunque tempore obſeruatæ, non poteſt quis niſi vnicum perſonatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium ſimul cum canonia & præbenda, in aliqua eccleſia abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ obtinere, vel iam obtenta tenere, & contra præſumptum, irritum eſt omnino. Ioan. And.

CAP. I.

CONSVETVDI-

DE CONSVETVDINE.

[Viſum eſt ſupra tit. pximo. de iure ſcripto, uidelicet, de Reſcriptis, & Conſtitutionib. nunc uidendum eſt de iure non ſcripto. ſcilicet, de conſuetudine.]



Onſuetudinem.] Prima pars damnat conſuetudinem decernens illam, etiam ſi iurata fuerit, non ſeruandam, vtriuſq; dicti reddens cauſam : Secunda ſtatuit ipſius conſuetudinis contrarium, quod ad præterite extendit, & decretum apponit Secunda ibi, Statuentes. ¶ Sine diſpenſatione Apoſtolica non poteſt quis obtinere in eadem Eccleſia duas dignitates, perſonatus, uel officia uel unam dignitatem & officium, uel perſonatum, & officiũ, uel dignitatem: & pſonatum: nec ualet conſuetudo quantumcunque tempore obſeruata fuerit. hoc dicit. Quæritur pro intellectu huius capituli, quid ſit dignitas, quid ſit perſonatus, quid ſit officium? Vnde ſciendum, quod iura noſtra aliquando vtuntur illis uocabulis promiſcue. ut in ca. cum acceſſiſſent, de conſtit. in antiq. ubi Primiceriatus, in princ. illius cap. appellatur dignitas, & in medio cap. uocatur perſonatus; in fine uero cap. appellatur officium. Tamẽ proprie iſta tria, dignitas, perſonatus, & officium differunt. Nam dignitatem proprie dicitur quis habere, qui habet adminiſtrationem, & cum hoc habet iuriſdictionem : ſicut abbas, qui habet adminiſtrationem rerum ſui monaſterij. edoceri. ſupra, de reſcri. in antiqui. & habet iuriſdictionem in monachos, ut in cap. quanto, ſupra, de offic. ordin. Item, Prior conuentualis. Item ille qui pręeſt alicui corpori, qui habet iuriſdictionem in perſonas illius corporis, ut in l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. Sed perſonatum dicitur is habere, qui in eccleſia habet aliquam pręeminentiam, non tamen habet iuriſdictionem: ſicut ille qui in Eccleſia, in Capitulo, & alijs honoribus pręcedit canonicos. Officium uero dicitur quis habere, qui ſine iuriſdictione & ſine pręeminentia habet adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum; ſicut eſt ſacriſta.

Dignitas perſonatus, & officium, in quo differãt

CASVS. Ponamus quod in eccleſia Pictauien. a xx. xxx. xl. lx. annis, fuerit obſeruatum, quod idem obtinebat decanatum, archidiaconatum, & cantoriam illius eccleſiæ: & ſic duas dignitates. Vel fuit obſeruatum longo tempore, quod idem obtinebat dignitatem & perſonatum, vel idem obtinebat vnum perſonatum & unam dignitatem, forte cum diſpenſatione epiſcopi, ſed abſque diſpenſatione Apoſtolicæ ſedis: & fuit per tantum tempus obſeruatum, quod de initio non extat memoria: Vtrum valeat talis conſuetudo, quod quis poſſit tenere duas dignitates Vel perſonatus abſque diſpenſatione Papæ, vel etiam ſe defendere in foro contentioſo? Reſpondet Romanus pontifex, quod quantocunque tempore fuerit illa conſuetudo obſeruata, quæ dicitur potius corruptela, q̃ conſuetudo: non poteſt quis tenere duas dignitates, vel duos pſonatus in eadem eccleſia, uel dignitatem & officium tantum: tamen valeret conſuetudo, ut quis teneat dignitatem & canonicatum cum præbenda: Etiam epiſcopus poſſet diſpenſare, ut quis teneret unam dignitatem & canonicatum cum præbenda. Nota primo principalem effectum : videlicet quod non ualet conſuetudo, ut quis teneat in eadem eccleſia duas dignitates, uel perſonatus, uel dignitatem, & perſonatum, uel perſonatum, & officium. Nota quod ad hoc, vt valeat conſuetudo, requiritur quod ſit rationabilis: ſicut enim in lege ſcripta requiritur rationabilitas. ca. erit autem lex, 4. diſt. ita ſimiliter in lege non ſcripta requiritur rationabilitas. Conſuetudo autẽ, quod quis obtineat in eadẽ eccleſia plures dignitates, uel plures perſonatus, non eſt rationabilis : quia eſt inductiua multorum malorum. Nam primo fundatur in cupiditate. Item præſtat materiam vagandi. Item diminuit cultum diuinum : quia quanto ſunt plures in eadem, tanto augmentatur cultus diuinus. Nota illud ad quod allegatur illud cap. quod iuramentum non debet eſſe vinculũ iniquitatis. i. non debet obligare aliquem ad obſeruandum iniquitatem, & ſi quis iuraret obſeruare damnatam conſuetudinem, putaret peccare ; unde dicit gloſ. & bene, q̃ ſi quis in ſua receptione iuret ſimpliciter obſeruare conſuetudines illius eccleſiæ, in qua recipitur, iuramentum ſuum non ſe extendit ad conſuetudines irrationabiles, ſed ſolum ad conſuetudines rationabiles: Et ſi iuraret nominatim obſeruare talem conſuetudinem, quæ eſt irrationabilis, iuramentum ſuum non eſt obligatorium, id eſt, non aſtringit eum ad obſeruandum conuenta in ſuo iuramento, licet ipſe iurans peccet temere iurando. Nota, quod quis in eadem eccleſia nõ debet obtinere duas dignitates, uel duos perſonatus, uel dignitatem, & perſonatum, nec etiam in diuerſis eccleſijs Et hoc uerum, ſine Apoſtolica diſpenſatione : quia cum diſpenſatione poteſt. Sed utrum virtute diſpenſationis Apoſtolicę, quis poſſit obtinere duas dignitates vel duos perſonatus, poſito, quod non fiat mentio quod ſint in eadem eccleſia? Doctores formant iſtam quæſtionem in c. de multa, ſup. de prębend. & concludunt, quod quis non poteſt obtinere duas dignitates in eadem eccleſia, niſi in diſpenſatione expreſſe & nominatim dicatur quia ipſe eſt diſpenſatus ad duas dignitates, etiam ſi ſint in eadem eccleſia.

Caſus dñi Heliæ.

Dignitates duas nullus debet tenere in eadem Eccleſia.

[Prima gloſſa ſummat.]

a ¶ Conſuetudinem.] Præterea uigore cònſuetudinis etiam iu ratæ, vel quantocunque tempore obſeruatæ, non poteſt quis niſi unicum perſonatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium ſimul cum Canonia, & præbenda, in aliqua eccleſia abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ obtinere, uel iam obtenta tenere: & contra præſumptum irritum eſt omnino. Ioan. And.

† Vide cōci. Trid. ſeſſ. 7. de refor. c. 2. & 4. & ſeſſ. 24. de refor. c. 17.

nem, [a] † quam in ueſtra eccleſia ſeruatam aſſeritis tanto tempore, quod in contrarium memoria non exiſtit. [b] videlicet, quod ipſius eccleſię canonici duos perſonatus, aut duas dignitates, uel præpoſituras, [c] ſeu adminiſtrationes, [d] aut duo officia, [e] vel eorum alterum cum reliquo [f] inſimul & præbendam poſſint in ea [g] licite [h] abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicę [i] obtinere: corruptelam (cum ſacris ſit inimica canonibus, [k] & de ambitionis [l] radice proceſſerit) merito reputantes, eam auctoritate Apoſtolica reprobamus: uoſque ad ipſius obſeruãtiã, & ſi iuro [m] firmata extiterit, cum iuramẽtum iniquitatis vinculum [n] nõ exiſtat, decernimus non teneri: ſtatuentes, ut cum vnum officiũ [o] vix digne valeat aliqs adimplere, nulli liceat de cetero, niſi vnicum [p] perſonatum, vel dignitatẽ, aut præpoſituram, ſiue adminiſtrationem, uel officiũ perpetuũ, quocunque nomine [q] cenſeantur, † cum præbenda inſimul aſque diſpenſatioue dictæ Sedis in eadem eccleſia obtinere; vel iam obtenta [r] † tenere. Quod ſi a quoquam ſecus præſumptum fuerit, irritum ſit omnino. [s]

¶ Idem.

¶ Nõ ualet cõſuetudo, quod ab officiali epiſcopi ad epiſcopũ appelletur. Ioã And.

[Gl. ſeq. recitetur per obiectionem.]

b ¶ Nõ exiſtit.] ſi m. ſup. de verb. ſign. ſuper quibuſdam, & ſi cõſuetudo iſta aliàs legitima fuiſſet, non eſſet neceſſe in ea titulum oſtendere, j. de præſcript. ca. 1. 1 Videtur enim conſuetudo talis ius inducere, ff. de aqua plu. arcen. leg. 1. §. 1. Sed cum conſuetudo talis corruptela ſit: longitudo tanti temporis non prodeſt: & eſt ſimile, j. c. proxi.

1 Et ibi no. in gl. ſi. qũo talis conſuetudo probetur, & hic aliquid per Archidiaconum, qui et remittit ad libellũ Gof. rub. de parochia. Ioann. And.

c ¶ Præpoſituras.] certa dignitas eſt in eccleſia: licet alias omnes qui præſunt, prępoſiti dicantur, ſupra de uerbor. ſignif. quamuis.

d ¶ Adminiſtrationes.] ſic ſ. de ſta. monach. monachi. §. qui uero ſicut cameraria, uel quiſquis ſit veſtiarius, uel eleemoſynarius, uel aliud ſimile. Archidiac.

e ¶ Officia.] perpetua, ut inf. ſequitur.

f ¶ Alterũ cum reliquo.] id eſt, dignitatem cum perſonatu, uel præpoſituram cum adminiſtratione, uel officium perpetuum inſimul cum præbenda, prout ſtatim ſequitur.

g ¶ In ea.] eadem eccleſia.

h ¶ Licite.] 22. q. 2. faciat.

i ¶ Abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ.] nota caſum, in quo ſolus Papa diſpenſat. Duos ſimiles habes inf. de præbend. cum ſingula.

ADDITIO. Hic uidetur confundi ſententia Iō. Vincen. Gof. Hoſt. & Pet. qui dixerunt, ꝙ in talibus dicti epi poterant diſpenſare, prout ipſi notant ſup. de præbend. de multa, in fine. Et idem not. in Specul. de legato, §. uidẽdum reſtat, uer. ſed nunquid epiſcopus, de hoc etiam nota. 70. diſt. ſanctorum. Archid.

k ¶ Canonibus.] 70. diſt. ſanctorum, de conceſ. præbend. litteras, & hoc idem dicebat conſtitutio Vrbani, quæ incipiebat. Prouiſionis. vnde tracta. fuit decret. iſta.

l ¶ Ambitionis.] ſup de præbend. quia in tantum, de electio. ludum, 2.

[Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, de quo iuramento, &c.]

m ¶ Iuramento.] ſpeciali 2 vel generali, nõn curo: quia ſi ſpecialiter iuraret hanc conſuetudinem expreſſe ſeruare, fuit iuramentum temerarium, non ſeruandum: & de eo quod iurauit, poſſet & deberet imponi pœnitentia, de iureiur. ſicut Si generaliter iurauit ſe ſeruaturum conſuetudines ipſius eccleſiæ: iuramentum iſtud ad poſſibilia & licita tantum extenditur, 3 ut inf. de iureiur. c. 1. Io. And.

2 Vide B. Th. 2. 2. q. 29. ar. 7. & ibi Caiet.

3 idem dicas de ſtatuto gñaliter loquẽte, facit l. ſi quis ſub conditione, & ibi Ang. per illũ tex. ff. de cond. & demonſt. Ion.

n ¶ Vinculum.] .i. vinculans, vel obligans in iniquitate: concor. 22. q. 4. inter cetera, ſ. de iureiur. quanto, & infr. de iureiur. c. 1. Ioan. And.

n ¶ Vinculum.] .i. non obligat ad aliquod iniquum ob ſeruandum aliquem, nec aſtringit, ſic 22. q. 4. inter cetera, inf. eo. lib. de iureiur. contingit, §. quia uero. Archid.

o ¶ Vnum officium.] Concor. 89. dſtin. ſingula. ſ. de hær. cum ex iniuncto §. 1. & j. de præb. cum ſingula, quæ ponit ſimilem caſum: & eſt ſimile, ſupra de cele. miſſar. te referente de conſec. diſt. 1. ſufficit.

p ¶ Niſi unicum.] ergo uidetur, quod de diſpenſatione inferioris a Papa, unicum perſonatum, uel officium cum canonicatu & præbenda, poſſit habere: & ſic poſſet approbari illa opinio poſita per Ber. de conceſ. præbend. litteras, in fin. ult. gl. Et idem credo, ſi hoc eſſet de ſtatuto uel conſuetudine eccleſiæ, ſup. de reſcriptis, eam te. ibi, erat idem archidiaconus canonicus. ad idem inf. de præben. quia ſæpe, ſupra de conc. præbend. poſtulaſti: infra de app. a collatione, & infra de præbend. cum in eccleſia, & ca. fin. 2. reſpon. & in Cle. fin. de præbend. in quibus habes, quod epiſcopus, præbendarius & canonicus eſt in eccl eſia.

† al. cenſeatur.

† No. ꝙ cõſtõ antiqui iuris declaratoria extenditur ad præterita. etiam ſi cõtra ſe habeat conſuetudinem, dũmodo declaret illam nõ valere: Do. Phil. Fon.

q ¶ Quocunque nomine.] vnde per hoc etiam camerlangariam, uel maſſariam, uel œconomatum perpetuum credo prohibitum. Ioan. And.

ADDITIO. Idem eſt de veſtiario, & eleemoſynario, ſecundum Archid.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

r ¶ Vel iam obtenta.] quid ergo de obtentis? quæro, vtrum detur optio, quid retinere, & quid dimittere poterit? Videtur ꝙ ſibi detur optio argum. ſup. de præb. referẽter &c. præterea, & melius, inf. de præb. cũ ſingula, §. 1. Vel dicatur, quod ſecundum adeptum retinere poterit & non primum, cum uacauerit primum ipſo iure, per prædictam decr. de conceſ. præb. litteras. Ad decretal. Cum ſingula, dici poſſet, quod in alio caſu loquitur. Ioan. And.

ſ ¶ Omnino.] ut poſſimus dicere, ꝙ omnibus careat, quia omnia illicite concupiuit. facit. ſup. de transl. licet. &c. quanto: & melius de præbend. cum ſingula, i. reſpõ. in fi. Ioan. And.

ADDITIO. Et apertius in conſtitutione, Execrabilis Ioan. xxij. verſi. alioquin, & uerſ. ſequen. Ioannes And.

NOn putamus.] Primo ponit dictum. Secundo rationem aſſignat ibi, ne ab eodem.

¶ Præſupponitur primo, quod ſi ſubſtantia appellationis eſt, quod appelleutr de inferiori ad ſuperiorem: nec poteſt appellari de ſuperiori ad inferiorem, uel de æquali ad æqualem: quia appellatio eſt de inferiori ad ſuperiorem procuratio. Item præſupponitur, ꝙ conſiſtorium epiſcopi, & ſui officialis principalis, dicitur idem conſiſtorium.

CASVS. Ponamus, quòd officialis Pictauiens. protulit contra me aliquam sniam qua appellaui ad Epm: certū est, quòd non valet appellatio de iure cōi. Sed ponamus, quod in diœcesi Pictauiensi fuit longo tpe seruatū contrarium, videlicet, quòd fuit appellatum ab officiali ad epm, & eps sæpius cognouit de causis appellationis: vtrum valeat talis cōsuetudo, ita quòd prætextu illius cōsuetudinis sit introductum vt eps possit cognoscere de causis appellationis sui officialis principalis? rñdet quòd non: quia illa consuetudo esset contra substantiam appellationis: quia appellatio est ꝓuocatio ab inferiori ad superiorem: modo ipse officialis & episcopus faciunt vnum consistorium. Et hoc verum, loquendo de officiali psincipali: sed non est intelligendum de foraneis officialibus, qui sunt subdelegati officialis principalis, siue episcopi: quia ab eis posset appellari ad Episcopum: quia a subdelegato appellatur ad primum delegantem.

CAP. II.

NOn putamus [a] illam consuetudinē quantocunque tempore [b] de facto [c] seruatam, consonam rationi, quòd ab officiali [d] episcopi ad eundem episcopum valeat appellari: ne ab eodem ad seipsum [e] [cum sit idem auditorium [f] vtriusque [g]] appellatio interposita videatur. [k]

[Prima glossa summat.]

a ¶ Non putamus.] non valet consuetudo, quòd de officiali episcopi ad episcopum appelletur.

b ¶ Quantocunque tempore.] etiam si in contrarium non sit memoria. sup. c. prox.

c ¶ De facto.] bene dicit: quia de iure non, vt inf. dicā.

[Gl. seq, primo dicit. de quo officiali loquitur: secundo dat duas opi. reprobatas, unam, s. Goff. alteram. Bald. & Hostiē. Tertio ponit duplicem reprobationis rationem. Quarto respondet ad rationem contrariam.]

b ¶ Abſentia.] vbi enim agitur de ſpirituali matrimonio cõtrahendo, abſentia cõtumacis partis non obeſt vt hic,& ſu. eo. dudũ. i. & idẽ in carnali etiam cõtracto. ſupr. vt lite non conteſt. accedens. 2. &c. quoniam, §. porro. Et citata eſt hic pars interpretatiue. ad idem ſup. de appe. ſæpe terminus enim præfix⁹ loco peremptoriæ citationis habetur, vt ibi. Ber. Et quod dicit, abſentia, intelligas, quandocunque contingente, ſiue ab initio: quia non venit, ſiue ex poſt facto: quia venit, & contumaciter receſſit. ſupr. de iudi. ca. 1. 11. q. 3. certũ, & infr. de eo, qui mit. in poſ. eum qui ſupr. vt lite non conte. quoniam. §. porro. & §. quòd ſi forſan: Et vt dixit Inno. ſi proceſſum fuerit ad aliquod de illis, ad quod nõ proceditur lite non conteſtata, puta ad receptionem teſtium, vel huiuſmodi; ſi poſtea ueniat, & libellum petat, vel litis conteſtationem fieri, audiendus non eſt, 1 fecit enim eius contumacia, quòd lis habeatur pro conteſtata, Item ſi procuratori poſtmodum obiciatur, quòd non ſit procurator, non eſt poſtea cogendus probare mãdatum ratione prædicta. ff. de procur. Pomponius. §. ratihabitionis. Alij dicũt & videtur ſecurius ſm Inn. quòd licet de ijs, quæ egit ante aduentum partis, non ſit cogẽdus probare mandatum, tamen iudex vlterius nõ admittet eum procuratorio nomine agentem, niſi mandatum probet, tamen ſecundum eum, cum hoc videatur eſſe quadam æquitate non ſcripta, tum arg. prædictæ. l. Pomponius, ſatis videtur, quòd ſi remotis partibus ageretur cauſa. nec de facili poſſet probari procuratio, quia forte amiſſa eſt, quòd tunc non probata procuratione procederet iudex uſque ad finem cauſæ. Hæc omnia uera dici poſſent ad partis petitionem, credo tamen, ne iudex laboret in uanum, quòd procuratorem compellere poterit exhibere mandatum uel cauere, ſi dubitatur. arg. ſupr. de procu. c. 1. & de iud. cauſam quæ, cum ſi.

c ¶ Sicut de iure.] de iure autem eſt ut diſtinguatur, an appellans ſit præſens, 2 an appellatus, ſecundum formã decre. infr. de appel. ord. ſecundum Inno.

d ¶ Hæc autem.] ſcilicet, quæ dicta ſunt ſuperius. Nam hæc clauſula omnia ſuperiora reſpicit, ſupra de reſcrip. olim. §. ult. Hoſt. Archid.

[Gl. ſeq. ponit quatuor æquiparationes.]

e ¶ Dignitatibus.] hic æquiparantur hæc tria, dignitas, perſonatus & canonia. Alibi æquiparantur dignitas perſonatus,& beneficium cum cura animarum. ſupr. de fil. presby. nimis. Alibi, perſonatus, & beneficium curam habens, ſupr. eod. titu. dudum. Alibi, perſonatus & ordo presbyteralis. ſup. ne cleri. uel mona. ſuper Specu, §. quia uero. In dignitatibus tamen cathedralium vel regularium eccleſiarum quarum confirmatio uel ex immediata ſubiectione, uel ex appellatione ad Papam ſpectat, tene quod habes. infr. eo. cupientes.

[Glo. ſeq. ſoluit contrarium.]

f ¶ Plene.] nota, quia non ſufficit ſemiplena probatio: ratio, quia petit ius, alterius; & ſic non obſtat infra de procurat. ex inſinuatione, cum ſimi. & dic plene & legitime, & modos probandi habes ſupra de reſtit. ſpo. cum ad ſedem. in ſi.

[Gloſ ſeq. ponit dictum, & ſoluit contrarium.]

g ¶ Docuerit.] taxatione & iuramento præmiſſis: quòd dic, ut not. ſup. quod metus cauſa, c. ult. de huiuſmodi expenſis dic, ut no. de dolo & contu. finem. & 2. q. 1. in primis. §. glorioſus, glo. 1. & adde qđ habes. infr. de appel. cum appellationib⁹. Et bene dixi, taxatione, & iuramẽto: quia taxatio iuramentum ſequi nõ 3 poteſt, nec obſtat. ff. de in lit. iu. l. videamus. §. iurare quia loquitur de iuramento in litẽ, quod eſt de affectione: unde illud bene poteſt ſequi taxatio: quia nulla ſit uerecundia iuranti: quia poterat ex affectu æſtimare centum rem, quæ non ualebat quinquaginta, pone exemplum ĩ libro tuo, ſed hic loquimur de iuramento, quod eſt de ueritate, unde ſi poſtquam iurauit ſe centum expendiſſe, & de mandato iudicis fieret taxatio, iniuria & uerecundia eſſet iuranti. Ioan. And.

h ¶ Qui uero in probatione.] uidetur dicendum plena, ut præmittitur ſupra proxim. dicit Hoſt. ſaltem ſemiplena, & in hoc iſte. §. diuerſificatur a littera præceden. Archidiaconus.

[Gloſſ. ſequent. primo ſoluit contrarium, ſecundo quærit, argum. pro & contra, ſoluit, & contrarijs reſpondet.]

i ¶ Defecerit.] hanc pœnam incurret non ſimpliciter appellans, ſed qui probandi onus aſſumpſerit, quia licitum eſt ab appellatione recedere ſecunda quæſtio. 6. cap. ei qui. §. appellatione ceſſante. & §. ſi quis libellos. ff. de in ius uocand. l. quamuis, & ſic recedendo euadet hanc 4 pœnam. Sed nunquid hoc caſu appellans, qui non uenit, ſaltem in expenſis appellato condemnabitur legitime comparenti? uidetur quod ſic. C. de his qui accuſ. non poſ. qui crimen, nec enim in præiudicium alterius potuit mutare conſilium. infra de regul. iur. mutare cum ſuis concordant. Econtra uidetur, quia non intereſt appellari, iam enim in abſentia eius procedi poteſt, ac ſi præſens eſſet, & eſt ſim. quod nota, ſupra de dolo. & contum. capit. ultim. & ad hoc facit, ff. de arb. l. ſi cum. §. ſi arbiter. uer. ſed ſi in aliquem. & ff. de pæn. l. ſanctio. legum. Solu. dic eum teneri ad expenſas, nec obſtat quod dicitur quod non intereſt appellati, quia immo intereſt, quia multa potuiſſet per confeſſionem eius ſi præſens fuiſſet, habere. Nec obſtat l. ſanctio. quia condemnatio expenſarum non imponitur ſicut pęna, ſed tanquam intereſſe appellari, ſecundum Compoſtellanum.

[Gl. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.]

i ¶ Defecerit.] intelligo ſecundum Compoſtellanum, hanc pœnam locum habere ſiue crimen aliquod obiectum fuerit ſiue defectus, cum generaliter loquatur. Et ſi plura quis obiecit, euitat 5 hanc pœnam, ſi unum ſolum probat, quod ad caſſationem ſufficiat, ſupra de reſcriptis, inter cetera. Item quia pœnam hanc patitur excipiens præter ius commune, de accuſat. ſuper his. Item prodita eſt in illorum odium, qui ordinationem impediunt, ſed ex quo unum probauit, patet qood non fuit in fraude.

k ¶ Beneficijs.] quæ in illa eccleſia obtinet, ut inf. eod. compromiſſarius, in ſi.

1 Not. quod primus act⁹ in sũmarijs iudicijs qui in plenarijs fieri non poteſt, niſi lite conteſtata, excludit dilatorias, vnde iuro de calũnia in cã beneficiali præcluſus eſt aditus dilatorijs.

Nota ſecundo, ꝙ contumax ueniẽs dẽt cauſam capere ut eã inuenit.

Tertio] not. ibi, non credo tñ excluſus ab exceptionib. põt nihilomin⁹ proponere exceptionẽ, ꝗ reddit iudiciũ retro nullum Do. & Philip. Fon.

2 Vide Spec. tit. de app. §. nunc breuiter. ver. ſed nunquid.

3 Vt in Authen. de ind[...] §. oportet. [...] habetur in Authẽ. nou[...] iure. C. de Iudicijs.

Tal. aduerſ[...]

4 Scilicet [...] ſpenſioni[...] beneficijs [...] ſed pœn[...] expenſar[...] non eua[...] in fine li[...] ſi uictus [...] rit. ut hi[...] tat. Ant.

5 Idem [...] Hoſt. C[...] poſtel. [...] chid. &

a ¶ Ad quæ.] beneficia.
b ¶ Tempus.] trium annorum.]
c ¶ Temeritate.] secus autem si auctoritate superioris vel si restitutus fuisset. C. de sen.pas.& re.l.1.2.q.3.c. si quem.§.accusatorum.

[Gl.seq.quærit,& remittit.
d ¶ Priuatus.] nunquid ille, ad quē collatio pertinet, statim possit illa conferre? Dic vt dicam inf. eod. commissa.
e ¶ Spem.] nec enim sub spe veniæ debet quis peccare, ut supr. de cle.excom.mi. illud, de consec.distin. 4.quando quis.
f ¶ Manifestissimis.] 2.q.8.sciant.C.de proba.sciant.
g ¶ Calumniæ.] nota in excipiendo, accusando & denunciando quem calumniari, de ac.super his. 2.q.3.qui non probauerit,&.q.8.qui crimen.& de calumn.cum dilectus.Ioan.And.

[Glo.seq.exemplificat, notat,& remittit.]
h ¶ Sufficiens.] defecerunt testes qui testificari promiserant, 1 probauerā illum excōicatum, qui tamē clanculo se prius absolui fecerat, ad hoc.2. q.3. Paulum, de cler.cxcom.mi.proposuit. Et not. ꝙ in cā appellationis non indistincte condemnatur uictus uictori in expensis. Quod dic. ut dixi.inf.de reg.iur.ignorantia.

1 Nota quod promittēs testificari non est suspect⁹, facit ca.dilectus.de cape.mona. Fon.

triennio nouerit se suspēsum: ad quæ [a] si infra illud tempus [b] propria temeritate se īgesserit, ei ipso iure perpetuo sit priuatus, [d] nullā super hoc de misericordia spē, [e] aut fiduciā habiturus nisi manifestissimis [f] cōstiterit documētis, ꝙ ipsum a calūniæ [g] vitio cā ꝓbabilis & sufficiens [h] excusaret.

¶Idem.

¶ Vota cōditionalia & alternatiua, & incerta, in electionibus reprobātur, & habentur pro non habitis, & recidunt in pure cōsentientes. Ioan. And.

CAP. II.

In electionibus [i] & postulationibus, ac scrutinijs, [k] ex quibus [l] ius oritur [m] eligendi, [n] vota conditionalia, [o] alternatiua, [p] vel † incerta [q] penitus reprobamus. Statuentes, ut huiusmodi uotis pro non adiectis habitis, ex puris

† al. ita, & incerta.

In electionibus.] Duo facit: quia primo tria reprobat: secunda: ibi, Statuentes, declarat: & punit. Ioan. And.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia cathedrali uel regulari canonici uel monachi illius ecclesiæ conuenerunt in unum tractaturi de electione futuri p̄lati, qui canonici uel monachi erant xij. numero, quidam ex eis dederunt uota sua conditionalia, alternatiua, & incerta: quia dixerunt, Eligo talem, si talis eum elegerit, & sic uotum fuit conditionale. Vel dixerunt, Ego eligo talem, uel talem, & sic uotum fuit alternatiuum. Vel dixerunt, Ego eligo illum quem talis eliget, & sic uotum fuit incertum, utrum ualeat ista electio? & utrum ista uota computētur ad augendum numerum? Respondet Romanus Pontifex, quod ista uota conditionalia, alterna. & incerta non augēt numerū, & sunt nulla ipso iure, ita ꝙ tota ptās eligēdi remāsit apud alios, qui pure elegerūt.

[Glo.sequens summat.]
i ¶ In electionibus.] uota conditionalia, alternatiua & incerta in electionibus reprobantur, & habentur pro non habitis, & recidunt in pure consentientes.

[Glo.seq. ponit tres significationes scrutinij.]
k ¶ Scrutinijs.] scrutinium multis modis dicitur, s. catechismi, de maio. & obed. his qui, & de capel. mona. dilectus, & de illis loquuntur canones de consec.distin. 4.ante baptismum, & c.seq. Item dicitur illorum, qui ad ordines uel dignitates promouentur, examinatio, supra de scruti.c.vno. Item dicitur inquisitio uoluntatum, quæ fit secreto in electionibus faciendis.sup.eod. quia propter, & sic sumitur hic.
ADDITIO. Host.ponit hic xiij.modos, quibus dicitur scrutinium. Ioan.And.
l ¶ Ex quibus.] s.scrutinijs, & intellige publicatis, supra eod. publicato.
ADDITIO. Quia aliter non oritur ius eligendi. Ioan.And.
m ¶ Ius oritur.] saluo eo, quod habes inf. eo. perpetuæ.
ADDITIO. Ius oritur, id est, legitime factis, quasi dicat, si crimina alias essent malefacta, non recideret in alios ius eligendi Innoc.
n ¶ Eligendi.] vel postulandi, sup.eod.tit.scriptum.
o ¶ Conditionalia.] id est, sub conditione rolata hoc modo Consentio in A.& si noluerit, consentio in B. vel consentio in A, si nouit iura; uel si habuit maiorem partem capituli, vel si decanus in eum consenserit.
p ¶ Alternatiua.] eligo A, uel B. Cardinales tū interdū sub his formis conditionalib.& alternatiuis eligunt, & per has formas ueniunt ad duas partes, ut dicunt moderni, & fit in eis spāle sicut & reliqua infr.e.licet, & ī.ca.px.

[Glos. seq. primo ponit exēplū, & huius iuris cām, & ius antiquum. Secundo notat inducens quattuor similia. Tertio quærit, & soluit. Infert ex solutione, & contrarium tenet.] l
q ¶ Incerta.] eligo illū, quem Archidiaconus eliget Oīa
3 talia uota non ualent, quia certū consensum non exprimunt, & ideo merito reprobantur, licet olim admitterentur, vt colligit̄, & not.61.dist.studij, & 85.dist. Archidiaconū, sed ex illis c.illud non colligitur, & ēt sic posset intelligi, sup.eo.tit.cum terra. Nota ergo, ꝙ hi sunt legitimi actus qui conditionem non recipiūt. ff. de regu. inr.actus legitimi.& inf.de reg. iur.actus, ubi de hoc, Certa enim debet esse persona eligenda, sicut iudex, arbiter, tutor, & procurator sup. de rescr.ad hæc. sup. de arbi.innotuit, ff. de test.tu.l. tutor incertus. ff, de pro. l.2. De procuratore tamen die, ut inf. de procur.c.1. Sed nunquid ꝙ hic dr̄ de postulatione & electione habeat locum in collatione seu prouisione? Dic quod sic, secundum Compost. & pp eandem rationē, nisi sit talis conditio, quæ insit de sui natura, puta confero tibi talem ecclesiam uel præbendam, si uacat, uel si capax es: talia enim non faciunt actum conditionalem. Vt si dicat Do. Titium tutorem si satisdederit, uel Titio lego x. si hereditatem adeat hæres, ff. de tuto.l. mutuo. §. 1. de præb.significatum. Vnde & Papa & eius executores quotidie conferunt præbendas cum conditione, Si uacat. Sed in hoc, quod dicit Compost. ꝙ ualet electio facta, si uacat: cōtrarium posset dici, cum tēpus eligendi nō currat ignoranti, de conces.præben. quia diuersitatem, non ergo debet eligere prius, quam sciat uacare. Nec obstat quod dicitur de tutore dato, si satisdederit, & legato relicto, si adierit: quia illæ sunt de futuro, & insunt alias, quare non eadem ratione ualeret, consentio in illum, in quem maior & sanior pars, &c. cū hoc ēt videatur inesse, sup.e. quia propter. Nam & uideo, quod condō quæ inest si exprimatur, facit legatum conditionale. ff. de leg.1.l. si ita legatum sit.§.1.& de hoc uide ꝙ dixi inf.de spon.c.vno.in ult.glo.Ioan.And.

Beneficij collatio conditionalis, seu alternatiua uel incerta an ualeat.

ADDITIO. Conditio ergo, quæ de sui natura inest, non facit contractum conditionalem ut not. 8. quæstio. 3. in summa & not.de elect.significasti.in 2. glo. & de seruis non or di.eo libentius in glo.2.& de restitut spol. olim 1.in gl. 2. Contrarium not. hic in ista gloss. Sola, si apponitur & exprimatur, nihilominus facit cōtractū conditionalem; Sed si non exprimatur, sed relinquitur dispositioni iuris sic disponentis, & petitur sic fieri, non censetur conditionalis, dato ꝙ ius sub conditione disponat. Ad hoc quod not.de spon.uno.in glo. fin.inf. eod, lib. Hiero. Clarius Brixien.

[Gl.seq.re.per obiectionem.]

a ¶ Residente.] quia si ex xij. canonicis, iiij. sic eligant, potestas eligendi sic remanet apud reliquos viij. ac si ipsi iiij. de capitulo nõ essent: ita ꝙ ualebit electio facta ab illis viij. vel maiori parte ipsorum. Et not. ꝙ licet pœna decre. cum in cunctis, non habeat locum nisi electione secuta, vt infra eod. ti. ꝑpetuo ista tamen etiã ante electionem locũ habet, cũ dicat, Scrutinijs. Vnde etiã si non sit ad electionẽ processum, dũmodo in scrutinium fuerit uotum tale depositũ, incurrit deponens hãc pœnam ex ipso consensu, cum non dicat uoce illorum qui elegerint, sed uoce illorum qui consenserint.

consensibus celebretur electio; uoce illorum, qui non pure consenserint, ea uice † in alios residente. a

¶ Gregorius decimus in generali cõcilio Lugdunen.

† Deponens vota hic expressa, non priuatur potestate eligẽdi, sed uox sua nõ computatur. Do. Fon.

a ¶ Residente.] alias recidente, Ioan. And.

VBi pericullũ.] Diuiditur in vj. partes. Secunda. ibi, Hoc sacro. Tertia: ibi, Porro. Quarta: ibi, Præterea. Quinta: ibi, Ceterum. Sexta: ibi. Quia uero.

ADDITIO. Et partes possunt subdiuidi scdm Io. Mon. quia primo tractat de Cardinalib. intrantibus conclaue: secundo, de non ingredientib. uel exeuntibus: ibi, Sane. Hæc autem prima iterum potest subdiuidi: quia primo tractat de exceptione absentium, & de ipsis ingredientibus conclaue, & de seruitoribus eorum. Secunda: ibi, In eodem, dat modum habitandi in conclaui. Et hæc facit quinque: quia primo prohibet uelamina. Secundo in §. Nulli prohibet accessum, missionem nuncij uel scripturæ, & cõtrafacientes excõicat. Tertio in §. Conclaui dat modum habendi cibum & potũ in conclaui. Quarto: ibi, Prouisionis, prohibet pendente prouisionis negotio aliquid per Cardinales de Camera recipi, & punit contrafacientes: ibi, Idem, prohibet Cardinales alteri negotio intendere, duos casus excipiens Boati. in diuisione concordat, & aliud hic non glossat Franchus diuidit in vij. Partes, & primam protendit usq; ad §. Verum si quod absit. secundam usq, ad §. Sane, tertiam usque ad §. Porro. In alijs concordat. Clericus Pisanus facit viij. partes in secunda concordat: tertiam facit: ibi, In conclaui. quartam: ibi, Prouisionis, quintam: ibi. Idem sextam: ibi. Sane septimam. ibi, Præterea. octauam, ibi, Ceterum, usque ad finem. Ioan. And.

¶ Istud cap. legitur unico cõtextu usque ad finem. Et in principio huius ca. primo ponitur cã constitutionis, & iuris ueteris conseruatio, protestando, ꝙ non intendit reuocare cap. licet. de vitanda discordia, eod. tit. in ant. vbi dr̃, ꝙ si Cardinales in electione Romani Pontificis sint in discordia, & duæ partes Cardinalium conueniãt in aliquẽ, ille est habendus pro Romano Pontifice, non obstãte cõtradictione tertiæ partis, sed si tertia pars Cardinaliũ opponat exceptionẽ, nõ est admittenda. Postea in secunda parte statuit, quomodo & in quo loco debeat celebrari electio Romani Pontificis, siue in Romana ciuitate, siue in alia, vnde in ciuitate, in qua moritur Romanus Pontifex, dẽt a Cardinalibus. electio fieri, & si sint absentes, sunt uocandi & expectandi per decem dies, & quẽ modũ dẽant seruare. Postea in tertia parte prouidet ubi sit facienda electio, qñ Papa moritur non in ciuitate ubi est curia Romana, sed moritur extra curiam, quia forte proficiscebatur ad aliquã peregrinationem cum suis familiaribus, & mortuus est. De forma nihil dixit quia eadem forma semper est seruanda. In quarta parte Romanus Pontifex siue concilium generale [quia ista constõ fuit facta in concilio gñali] considerans quod Cardinales possent recedere a forma istius constitutionis diabolo suggerente, & sic possent retardare electionẽ ꝑpter suã discordiã, deputauit executores dños tẽporales loci, in quo erit celebranda electio. Qui dñi tẽporales poterunt ipsos Cardinales includere sine metu excõmunicationis, & eis alimenta denegare scdm formam contentam in hoc capitulo, quia Cardinales debebunt esse contenti uno ferculo in die & si infra quinque dies non possint concordari debitur eis panis & aqua. In quinta parte inhibet Cardinalibus, ne pactionibus & iuramentis se adstringant ad aliquẽ eligendum. sed in arbitrio cuiuslibet remaneat scdm suã conscientiam. In sexto & finali parte monet & hortatur Chri fideles, ut audita morte Romani Pontificis, ipsi continue orẽt pro Romana ecclesia, & quod prælati hortentur subditos suos ad orandum pro Romano Pontifice. Hoc hẽt istud capitulum vsque ad finem. Et ista diuisio sit loco positionis casus. Textus. Dispendijs, i. damnis & incommodis. Absentes expectare. Hic est unum speciale in electione Romani Pontificis: uidelicet ꝙ præsentes non tenentur expectare absentes, nisi per decem dies: nec tenentur illos expectare, licet secus sit in alijs electionibus aliorum prælatorum a Romano Pontifice. Nam in ceteris electionibus uocandi sunt absentes, cap. quia propter, ce. sicut eod. tit. in ant. Ex tunc id est, elapsis decem diebus. Sruientibus, id est famulis: & quilibet Cardinalium non potest secum ducere ad palatium, in quo facienda est electio, nisi unum seruitorem, tamen datur sibi Cardinali electio, an uelit ꝙ sit clericus uel laicus. Et istud uerum, nisi Cardinalis esset detentus tam graui infirmitate, quod unus seruitor non sufficeret, tunc, n. permitteretur sibi habere duos famulos. Vnum conclaue, i. vnam cameram. Velamine, dicit glo. id est cortinis. Secretam cameram pro depositione superflui ponderis naturæ. Conclaui prædicto, & dicit ꝙ debet claudi, ita quod nullus intret. Sed qũo ministrabuntur eis necessaria? Hic prouidet, ut dimittatur aliqua parua fenestra, per quam ministrabuntur uictualia necessaria, quæ fenestra debet esse ita arcta, ꝙ per eam nullus possit intrare & exire. Prouisione, id est, electione, Intra tres dies, & sic durantibus tribus diebus possunt eis ministrati tria fercula: sed post tres dies solum eis ministrabitur unum ferculum. Quid, si unus velit vnum ferculum. alius aliud: puta unus vult carnes bouinas, alius capones, alius perdices? Dicunt Doctores, ꝙ est ministrandum unum solum ferculum omnibus, & non sunt eis ministranda diuersa fercula quia alias posset fieri fraus. Nam ipsi sibi ipsis ministrarent diuersa fercula. Intromittant. durante electione non debent se de alijs rebus intromittere, nisi grande periculum immineret, ut dicit hæc littera. Suffragio, id est uoce. Ciuitas. Si Ciues uideant, quod eorum dominus non vult exequi istam constitutionem, ipsi hoc debent facere, alias enim ipsi ciues punirentur, quia excommunicarentur, & eorum ciuitas poneretur sub interdicto ecclesiastico. Nam ex quo culpa est grauis & magna, etiam debet esse magna pænitentia. Vbi primum id est, quam primum. A clero & populo. unde exequiæ Papæ non debent fieri expensis solius cleri, sed populus debet contribuere. Nota ex isto cap. notabilia principaliora. Primo nota ex principio capituli, ꝙ ubi est maius periculum, ibi cautius est agendum, concor. Authen. apud eloquentissimum, de fide instru. C. ubi dicitur, quod in causa criminali iudex debet examinare testes, licet in causa ciuili possit uices suas alijs committere: quia in causa criminali maius periculum uetritur, quam in ciuili. Nota locum, in quo debet celebrari electio Papæ quando moritur in ciuitate, & ponitur forma electionis; quam debent obseruare Cardinales. Nota, quod si Papa dimissa curia in ciuitate, se transtulit ad aliũ locũ, & in itinere mortuus est, tunc electio est celebranda in ciuitate illius loci. Sed si ibat ad peregrinationẽ, tunc electio est facienda

¶ *Ponitur causa constitutionis, & iuris veteris conseruatio. Ioan. And.*

CAP. III.

VBI † PERICV-

† vide concilium Lateranẽ. sub Ale. 3. c. 1. & Cle. ne Romani, titu. de electione.

cienda ubi dimisit curiam. Vnde istud cap. limitatur secundũ Clem. ne Romani. eod. titu. Sed quid, si moritur in mari? non est in territorio seu dominio alicuius: quia quando dominia de iure gentium fuerunt distincta, mare remansit commune, & indiuisum, secundum quod erat de iure naturali. Dicunt Doctores, ꝙ licet mare non sit ĩ territorio alicuius domini, tamen partes maris consueuerent distingui per ciuitates proximas, & censentur pars ciuitatis. l. insulæ, ff. de iudi. Et ideo si Papa moriatur in mari, tunc electio fiet in ciuitate distinguente illam partem maris. Si aũt illa pars maris non cõsueuit stringi, fiet electio in proximiori ciuitate. Nota illud, ad quod allegat̃ istud capitulũ, ꝙ in famibus non patent portæ dignitatum Nota, quod parum esset iura esse condita, nisi essent magistratus qui iura tuerentur. Et ad hoc quotidie alleg. istud c. Helias Regnier.

[Glossa prima simul diuidit, & summat.]

lum[a] maius intenditur, ibi proculdubio est plenius[b] consulendum.[c] Quam grauibus autem sit onusta dispẽdijs, quot & quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti[d] consideratio temporis edocet, & considerata prudenter illius temporis discrimina manifestant.[e] Hinc nos euidens euocat ratio,[f] vt dũ reformandis etiam minoribus[g] nostra solerter[h] vacat intẽtio, quæ periculosiora[i] sunt, nequaquam absque remedio reformationis accommode[k] relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro vitanda discordia in electione Romani Pontificis, à nostris sunt prædecessoribus,[l] & præcipue à felicis recordationis Alexandro[m] † Papa tertio, salubriter instituta: omnino immota in sua firmitate[n] manere censentes: nihil enim detrahere illis intendimus, sed quod experientia[o] deesse probauit, præsenti constitutione supplere.

† In conci. Lateran. c. 1. & refert in c. licet d̃ vitanda. extra de electio.

¶ *Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum sua curia residebat.*

¶ Hoc sacro Cõcilio[p] approbante statuimus, vt si eundem Pontificem in ciuitate,[q] in qua cum

a ¶ Vbi periculum.] in prima parte, quæ durat vsque ad ver. Hoc sacro. ponitur causa constitutionis, & iuris veteris conseruatio. In secunda ponitur, qũo habeat fieri Romani Pontificis electio, qñ moritur in ciuitate, in qua cum sua curia residebat. In tertia, quæ incipit: ibi, Porro, ponitur, quid iuris qñ moritur extra ciuitatem, in qua erat curia. In quarta quæ incipit: ibi, Præterea, dat executores huic iuri cum pœnis. In quinta, quæ incipit: ibi, Ceterum, obtestatur Cardinales, ut in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum: & cassat omnia pacta obligationes, iuramenta, quæ data vel facta essent de aliquo eligendo. In Sexta, q̃ incipit: ibi, quia vero, monet omnes fideles, vt statim audita summi Pontificis morte eius celebrent exequias: & quotidie orent pro vigili, concordi, & vtili prouisione Romanæ ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos adhortentur: & eis frequentiam orationum. & obseruantiam ieiuniorum indicant, hoc dicit in summa.

b ¶ Plenius] alias, penitus.

c ¶ Consulendum.] 42. dist. quiescamus, 7. q. 2. ca. ult. ff. de Carbo. edic. l. 1. §. sed & si quis,

d ¶ Exacti.] id est, retroacti uel transacti: sic prouidetur ex præteritis circa futura. de hoc uide. 43. dist. multis. 33. q. 2. cum per bellicam, sup. de præsump. scribam, & facit de procu. c. 1. de fer. non ordi. c. 1.

e ¶ Manifestant.] ad idem. ĩ. eo. fundamenta. Io. And.

f ¶ Hinc nos euidens euocat rõ.] Nota, rationem [1] legis attendendam non minus, quam ipsam legem, C. quæ sit lon. consue. l. 1. ff. de iure pat. adigere, §. quamuis. Et nota, quod ubicunque habet locum ratio, & lex. ff. de interd. l. 1. cum simil.

1 Hæc glossula ex annotatione marginali huc irrepsit & quãdo liceat arguere a ratione legis, vide Nicolaum Euerardum loco à ratione legis, ad ipsam legem.

g ¶ Minorib.] scilicet, inferiorum ecclesiarum uacationibus, 50. dist. postquam, de electio. ne pro defectu & ca. seq. & ĩ. per totum. & 21. q. 2. c. 1.

h ¶ Solerter. alias solerter, alias feliciter.

i ¶ Periculosiora.] sicut est Romanæ ecclesiæ vacatio: & est simi. ĩ. de immu. eccl. quoniam.

K ¶ Accommode.] id est multum commode.

l ¶ Prædecessoribus.] 23. dist. c. 1. 79. dist. per totum.

m ¶ Alexandro.] s̃. eod. licet de vitanda. Ioan. And.

n ¶ In sua firmitate] bene dicit, vt patet. 25. q. 2. si ea. & c. ꝙ vero & c. ecclesiasticæ, cum sim. Archidiaconus.

o ¶ Experientia.] sic supra eo. lib. de resc. statutum, & inf. eo. tit. quam sit.

ADDITIO. Sic in auth. hæc consti. Inno. consti. &c. col. 8. & infra eo. quam sit. 1. respon. Archidiaconus.

p ¶ Concilio.] generali. s. & edicto Lugdun. Sumit tamẽ illa constitutio potius vigorem ex renouatione Cælestini quinti: & hac approbatione & conseruatione Bonafacij, quam ex primeua constitutione Gregorij, ex eo, quia reuocata fuerat per dominum Hadrianum, [2] & per dominum Ioannem xxj. Papam: Et pro reuocata habebatur: nec olim inter Gregorianas legebatur. Et certe cum constitutio ista tam vtilis, approbatione tanti concilij fuerit edita, non æquum fuit, quod absque requisitione concilij reuocata fuerat, supra de regulis iuris, capitulo primo, de plenitudine tamen potestatis id facere potuerat: cum sit Papa super [3] omnia concilia, supra, significasti.

2 Qui fuit de Flisco, & nepos Innocentij quarti: vixitq; min[us] xl. diebus.

3 Vide Turrecrematam in sũma de eccl'a, li. 3. c. 34. in fi. & c. 24. vbi late ꝓbat hoc dictam glossæ.

ADDITIO. Iste prius vocatus fuit Petrus Hispanus, & fuerat Tusculanus Cardinalis, de hoc commendatur, quod se pauperibus & diuitibus communem exhibuit. Ad reuocandam autem constitutionem mouit eũ, quia mortuo Gregorio X. huius decr. auctore, seruata ista constitutione, surrogatus fuit Innocentius quintus, qui fuit Burgundus, frater prædicatorum, & doctor sacræ paginæ, & vixit quinq; mensibus & duobus diebus post eum. In creatione Hadriani V. etiam seruata fuit hęc constitutio qui parum vixit, vt prædixi. quo mortuo, in electione etiam ipsius Ioannis seruatus fuit effectus, constitutionis: quia vero etiam quamplures Cardinales tunc decesserunt: æstimatum fuit, quod illarum mortium causa fuerit refectio illius constitutionis: ideo per eum reuocata fuit vel suspensa, quo ad omnem ipsius effectum. Ioan. Andreæ.

ADDITIO. Alia Ioann. Mona dicit, quod fuerat suspensa: & quia suspensio non fuerat in scripris redacta: Ioann. illam suspendit quo ad omnem ipsius effectum, & ideo Gul noluit hanc decret. aliter glossare: sed prosequebatur hic xij. specialia in electione Papali, & circa illa seruabat aliquas quæstiones, quas vide in decreti licet, eodem tit. Gar. autem nil glossauit, nisi excusationem prætermissionis glossandi, Ioan, And.

q ¶ Ciuitates. ciuitas murorum ambitu terminatur. ĩ. de sent. excom. si ciuitas. Ioan. And.

[Glo. sequ. in princ. reci. obiectionem, quam soluit: & in incidenti quæstione remittit. secundo quærit argum. pro, & soluit. Tertio quærit, & soluit.]

a ¶ Decem diebus.] nota qđ constitutio ista non iubet eos citari, sed tantum expectari: & sic est speciale in electione summi pōtificis, cū in alijs absentes de prouincia sint vocandi. s̃. eo. coram. vel saltem secundum ꝙ est consuetudo, vt ibi no. & 7. q. 1. factus. & si consuetudo eēt, non vocarent. j. de præb. cum in ecclesijs. Si autem quęratur quę sit prouincia Romana: dic vt su. de offi. vica. sua. Sed pone, Cardinales qdam sunt absentes & ita remota, ꝙ nullo modo possent venire infra decem dies ad locū, vbi debet electio celebrari, nunquid poterunt præsentes statim ad electionem ꝓcedere: uel ante lapsū horum decem dierū? & uī quod sic ff. ad Velleia. l. aliqñ. §. fin. maxime ꝓpter periculū morę, ut s̃. Sed cū hic simlr dicat, quod expectari dēnt per decem dies, simpliciter intelligendum est, ſm Guli. ff. de alea. l. 1. §. qđ uero & sup. de priu. quia circ. possent enim absentes uti felici diplomate, ff. de uerb. obli. continuus, §. cum ita, circa finē. unde ante decendium ꝓcedere non debent: & forte audientes de infirmitate Papę vel alia causa venire cęperāt ante mortem: ita ꝙ infra decem dies a morte erunt in loco: & beneficiū iuris nemini est auferendū. 28. dist. de his. inf. de reg. iur. indultum, & facit optime. inf. eod. commissa. 1. re spon. cū suis concor. Sed pone: aliquis, Cardinalis non debito tempore expectatus vult agere de contemptu quæritur vtrum possit? Dic quod si electio facta fuit ab omnibus reliquis, vel a duabus partibus eo non cōputato, nulla obstat exceptio, & sic nec actio. su. eod. licet. & ff. de superfi. l. 1. §. act. in fin. §.

b Omnes.] præsentes: etiam si essent pauciores quam tertia pars per hanc constitutionem.

sua curia residebat, diem claudere contingat extremum: Cardinales, qui fuerint in ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus [a] tantummodo teneantur: quibus elapsis, siue absentes venerint siue non, ex tunc omnes [b] conueniant in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat; [c] contenti singuli, singulis tantummodo seruientibus clericis, vel laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen, quibus patens necessitas [d] id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eisdem † electionis arbitrio [e] reseruato.

¶ In eodem autem Palatio vnum conclaue [f] nullo intermedio pariete, seu alio velamine, [g] omnes inhabitent in communi: quod (reseruato libero ad secretam cameram aditu [h]) ita claudatur vndique, vt nullus illud † intrare valeat vel exire.

¶ Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secrete [i] loquendi cum eis: nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de volūtate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro his tantum, quę ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur. [k]

¶ Nulli etiam fas sit, ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel scripturam: Qui vero contra fecerit scripturam mittēdo, vel nunciū, aut cum aliquo ipsorum secrete loquendo: ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. [l]

¶ In conclaui tamen prædicto aliqua fenestra [m] competēs dimittatur, per quam eisdem Cardinalib' ad victum commode necessaria ministrentur; sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus.

¶ Verum si (quod absit) infra tres dies, postquam (vt prædicitur) conclaue præfatum ijdem Cardinales intrauerint, non fuerit ipsi Ecclesiæ de Pastore prouisum: per spatium quinque dierum immediate sequentium, singulis diebus tam in prandio, quàm in cœna, vno solo ferculo sint contenti: quibus [n] (prouisione non facta) decursis: extunc tantummodo panis, vinum & aqua † ministrētur eisdē, donec eadē prouisio subsequat.

¶ Prouisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti Cardinales (nihil de camera [o] Papæ recipiant, nec de alijs eisdē ecclesiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque: sed ea omnia ipsa vacatione durante, sub eius; cuius fidei & diligentiæ camera eadem est commissa, [p] custodia

c ¶ Habitabat.] sim. ff. de iudic. si locus, ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter.

d ¶ Necessitas.] vt forte quia podagras patitur, ita quod necesse habet per seruientes sustineri, & portari, uel alia similis causa.

e ¶ Arbitrio.] vt possit habere, vel vult clericos vel vult laicos: uel alterum clericum, vel alterum laicum.

f Conclaue.] ad idem 12. q. 1. cap. 1. j. de sta. reg. ca. 1. & ff. de dam. infec. l. qui conclaue. ADDITIO. Et solet dici conclaue, quod pluribus clauibus clauditur: uel ad quod per plures claues itur. Ioannes Andr.

g ¶ Velamine.] vt puta sestorijs vel cortinis.

h ¶ Aditu.] 18. qō. 2. diffinimus.

i ¶ Secrete. 81. distin. clericus. 28. quæst. 2. in decima.

K Vocarentur.] puta aduocati, uel iurisperiti, vel religiosi viri, vel tabelliones.

l Incurrat.] Nota canonem latæ sententiæ, alium habes inf. eod. cap. §. ꝙ si. Alios huiusmodi iuris noui notaui inf. de senten. excom. eos. 2 Et cum non reseruauerit sibi absolutionem: dicamus quod ordinarius absoluere poterit, vt dicam inf. eod. sciant cuncti.

m Fenestra competens.] ita quod nullus intrare per eam possit, vel exire, ut supra & infra. ADDITIO. Erit cum rota ad modum monialium, secundum Fran. Vercel. vel cum barris ferreis circundata, secundum eum. Ioan. And.

n Quibus.] s. quinque diebus.

o Camera.] sic & in clericis collegiatarum cathedralium, vel regularium ecclesiarum, infr. eod. quia sæpe. & fuit hoc statutum, quia forte propter hæc habenda essent in prouidendo tardiores. Ioan. And.

p Commissa.] per Papam, cuius morte non expirat officium camerarij. vt in clem. eod. tit. ne Romani. §. eo tamen.

† In antiqs codicibus legit eiusdem 1 Idē Phi. ex quo no. ipse ꝙ pendente dilatione nihil nouandū est, & si certū sit partem nihil agere posse Fon.

† In antiqs exemplarib. legit, illuc.

2 Et sunt 32. 52. induct[...] per Cle. ib[...] collegi, [...] sent. excom[...] c. 1. in gl. [...] sciendum. Ioan. And.

† Præter P[...] lippum Fr[...] chum hic, de glossa Clem. 1. hær. verb[...] tormentis

Re-

a ¶ Reſeruanda.] ſic inf. eod. quia ſæpe. & de offic. ord. præſenti.

b ¶ Intromittant.] ſimile inf. de hær. accuſatus. §. ſane. & §. ſequen. An collegium Cardinalium ſede vacante papali poteſtate uti poſſit, dicam infra de ſchima. capitul. 1. ad fin. & eſt expeditum hodie quod non: niſi quantum hic conceditur: vel niſi circa ſubſtitutionem camerarij vel pœnitentiariorum deficientium: quod dic ut in Clemen. eod. titu. ne Romani ubi etiam determinat hanc conſtitutionem, uel eius partem, tunc per collegium alterari non poſſe. Ioan. And.

† al. ita ad ipſos.

maneant: per eum diſpoſitioni futuri Pontificis reſeruanda.[a] ¶ Qui autem aliquid receperint, teneantur ex tunc à receptione quorumlibet reddittuum ad eos † ſpectantium abſtinere, donec de receptis taliter plenariam ſatisfactionem impendant.

¶ Ijdem quoque Cardinales accelerandæ prouiſioni ſic vacent attentius, q͛d ſe nequaquam de alio negotio intromittant,[b] niſi forſan neceſſitas adeo vrgens incideret, quod eos oporteret de terra ipſius eccleſiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere, vel niſi aliquod tã grande, & tam euidens periculum immineret, quod omnibus & ſingulis[c] Cardinalibus præſentibus concorditer videret̃ illi celeriter[d] occurrendum. ¶ Sane ſi aliquis ex prædictis Cardinalibus conclaue prædictum (vt ſupra exprimit̃) non intrauerit: aut intrãs abſque manifeſta cauſa infirmitatis[e] exierit, ipſo minime requiſito, nec in eiuſdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad † religendum ſummum Pontificem libere procedatur.

¶ Si vero infirmitate ſuperueniente, idẽ conclaue ex eis aliquem exire[f] contingat: ipſa etiam infirmitate durante, poterit eius ſuffragio[g] non requiſito [ad † electionem] procedi: ſed ſi ad alios, poſt ſanitatem[h] ſibi redditã ſeu ante, redire voluerit, uel etiã ſi alij abſentes, quos per decem dies dicimus expectandos, ſuperuenerint. re integra, videlicet[i] antequam eidem eccleſiæ ſit de Paſtore prouiſum, in eodem negotio in illo ſtatu, in quo ipſum inuenerint,[k] admittantur: pręmiſſa tã de clauſura, quã d̃ ſeruiẽtib᷒, cibo, ac potu,[l] & reliq̃s, cũ alijs ſeruaturi.

¶ *Quid iuris, quando moritur Rom. Ponti. extra ciuitatem, in qua erat curia.*

¶ Porro ſi quando Romanum Pontificem extra ciuitatem prędictam, in qua erat cum ſua curia[m] reſidens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in ciuitate in cuius territorio[n] ſeu diſtrictu idem Pontifex obijt, conuenire: niſi ſit forſitan interdicta,[o] vel contra eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat, quo caſu, in alia viciniori conueniant, quæ ſimiliter nec interdicto ſubiaceat, nec ſit, vt prædicitur, aperte rebellis. ¶ In hac etiam ci-

c ¶ Singulis.] licet alias dicere conſueuerimus, quod fit à maiori parte, dici factum fuiſſe concorditer. 56. diſt. Apoſtolica. in gloſ. 1. & de elect. cum inter canonicos, & ff. ad muni. quod maior. niſi minor pars iuſtam cauſam contradictionis oſtendat. de his quæ fiunt a ma. par. capi. c. 1. tamen per hanc literam quæ hoc hic exprimit, dico 1. omnes debere eſſe concordes.

1 Idẽ Dom. & hoc eſt ꝑpter adiectiuum geminatũ & idẽ dicas, ſi in ordinatione aliqua ponatur plena cõcordia. Phi. Fon.

d ¶ Celeriter.] ſcilicet, ſuſpenſo electionis negotio. Et not. quod deſideratur celeritas de hoc dixi inf. eo. ca. vlt. Io. And.

e Infirmitatis.] alia ergo neceſſitas non excuſat.

f Exire.] ſi autem omnes exierint ſimul vel ſucceſſiue: dic, ut in Clem. eod. titul. ne Romani, §. porro.

† In antiqs codicib. ita: ad eligendũ, ſubſtituendum Pontificem libere procedatur.

g Suffragio.] id eſt, conſenſu. ſic ſumitur ff. de legi. de quibus, in fina. ff. quod cuiuſque uniuer. item eorum, §. 1. ad hæc. ff. de decur. ſpurij. §. minores infra. eod. ex eod. aliquando ſumitur pro auxilio, concilio, vel ſeruitio. 12. quæſt. 2. quicunq; ſuffragio. C. de ſuffragijs. l. 1. Archid.

[Gloſſa ſequens quærit: ponit dictum Hoſt. & ſoluit.]

h Sanitatem.] quid ſi Cardinalis propter infirmitatem nolens incluſus ſtare, renunciet voci ſuæ: nunquid valeat renunciatio, & nunquid rediens admittetur? Hoſtien. cui hoc de facto contigit, plene notauit hanc quæſtionem ſup. de renun. niſi cum pridem, §. propter malitiam: dicens finaliter quod pęnitens & rediens admittendus eſt: de ijs autem quæ medio tempore facta ſunt, conqueri non poterit, & hæc quæſtio ſatis hic terminatur per ſequentia.

i Videlicet.] uide mirabilem expoſitionem huius uerbi, re integra; aliter exponitur ſup. eod. in cauſis. §. quia uero. ubi de hoc.

K Inuenerint.] ſim. inf. vt lit. penden. cap. 2. in fine.

[Gloſ. ſeq. quærit. arguit negatiue, & ſoluit contrarium.]

l Potu.] pone: Cardinalis abſens venit poſt diem octauum a die incluſuræ, ita quod Cardinales incluſi tunc non habebant, niſi panem, vinum, & aquam, vt dictum eſt ſupra, nunquid iſte ſuperueniẽs ſtatim compellitur ſuſcipere eorũ uitantur? & videtur quod non: quia non fuit in culpa. ſup. de conſtit. cap. 2. dic ſecus per hanc literam, & per illam ſuperiorem in eo ſtatu, &c. Ad hoc de ſtatu monachorum, care colentes, & ſæpe ſine culpa quis punitur ex cauſa, quod dic vt infra. de reg. iur. ſine culpa.

† Hę duę voces: ad electio. deſiũt in aliquot antiquis codicib.

m Curia.] & erat ordinatum de ipſa curia transferenda; alias ſi in primo loco remãſiſſet audientia litterarum & cauſarum, licet ſuſpenſa, ibi celebraretur electio, ut in conſtitu. clement. eod. titu. ne Romani. §. ſane. in fine.

[Glo. ſeq. recitatur per quæſtionem.]

n ¶ Territorio.] ſiue diſtrictu. Quid ſit territorium, dixi ſupra de conſti. cap. 2. quo ad hunc caſum ponitur pro diœceſi, vt in Clemẽ. eo. tit. ne Romani, §. ſane. & per hanc literam puto, ꝙ ſi moriatur in mari, Cardinales dẽant conuenire in ciuitate, per quam locus ille maris diſtringitur 2 ad hoc ff. de uerbo. ſign. l. pupillus. §. territorium, ff. de iudi. inſulæ Italiæ & ſi non diſtringatur 3 per aliquam ciuitatem, dicerem in uiciniori id faciendum ad hoc ſup. de conſue. cum olim ff. de uerb. ſign. notionem §. 1. ad hoc inf. §. 1. ibi: in alia uiciniori, &c.

2 al. diſtinguitur.
3 al. diſtinguatur.

o. Interdicta.] nota ꝙ in loco interdicto non poteſt electio celebrari: niſi uelis dicere hoc ſpeciale in electione Romani Pontificis, & poſito etiam ꝙ in tali loco celebretur, nihilominus ualet: quia nulla exceptio admittitur, ut ſup. dixi.

nitate, tam quoad expecta tione abſentiũ, quã quoad habitatione cõem, clauſuram, & cetera oĩa in domo epali, vel alia qualibet eiſdẽ Cardinalibus deputandã, eadẽ obſeruentur, quæ ſuperius obeũte dicto Pontifice, ĩ ea, in qua cũ ſua curia reſidebat, sũt expreſſa.

¶*Dat executores huic iuri cum pœnis. Ioan. And.*

¶Præterea (quia parum eſt iura condere, niſi ſit qui eadẽ tueatur)[a] adijciendo ſancimus, vt dñi, † alijque rectores, & officiales ciuitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda,[b] auctoritate noſtra, & eiuſdẽ approbatione concilij poteſtate ſibi tradita, præmiſſa omnia & ſingula plene ac inuiolabiliter, ſine fraude ac dolo aliquo faciant obſeruari: nec Cardinales vltra quã præmittitur, arctare præſumant.[c] ¶ Super his autem taliter obſeruandis, ſtatim audito ſummi Pontificis obitu, coram clero & populo vniuerſo ciuitatis ipſius ad hoc ſpecialiter conuocandis, præſtent corporaliter[d] iuramentum.

¶ Quòd ſi præmiſſa diligenter non obſeruauerint, aut fraudem in eis vel circa ea commiſerint, cuiuſcunq; ſint præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, omni ceſſante priuilegio, eo ipſo † ſententiam excommunicationis incurrant, & perpetuo ſint infames: nec vnquam eis portæ dignitatis pateant,[e] nec ad aliquod publicum officiũ admittantur.

¶Ipſos inſuper feudis & bonis ceteris, quæ ab eadem Romana eccleſia, vel quibuslibet alijs eccleſijs obtinent, ipſo facto decernimus eſſe priuatos,[f] ita quod ad eccleſias ipſas plene ac libere reuertantur, adminiſtratorum earundẽ eccleſiarum arbitrio, ſine contradictione[g] aliqua diſponenda.

¶ Ciuitas vero prædicta,[h] non ſolum ſit interdicto ſuppoſita, ſed † & Pontificali dignitate priuata.[i]

¶*Obteſtat Cardinales, vt ĩ electione Romani Põtificis deponant omnẽ priuatum affectũ, & caſſat omnia pacta, obligationes, & iuramẽta, q̃ aliàs vel facta eſſent de aliquo eligendo.*

¶ Ceterum (quia cũ arbitriũ, vel inordinatus[k] captiuat affectus, vel † ad certum[l] aliquem obligationis cuiuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio,[m] dum libertas adimitur eligendi) Cardinales eoſdem obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, per aſperſionem ſui pretioſi ſanguinis obteſtamur, vt penſantes attentius quid eis imminet, cũ agitur de creatione Vicarij † Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, Rectoris vniuerſalis Eccleſię, gregis Dominici directoris, omni priuatę affectionis inordinatione depoſita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, obligationis neceſſitate, nec non condicti & intendimenti contemplatione ceſſantibus non in ſe reciprocent conſiderationis intuitũ vel in ſuos: non quæ ſua ſunt,[n] quærant: non commodis priuatis intendant. ſub nullo arctante ipſorum in eligendo iudicium, niſi Deo, puris & liberis mentibus, nuda electionis conſcintia, vtilitatem publicam libere proſequẽtur, omni conatu, & ſolicitudine, prout poſſibilitas[o] patitur, id acturi tantũmodo, vt eorum miniſterio acceleretur vtilis & per neceſſaria totius mundi prouiſio: idoneo[p] celeriter eidem eccleſiæ ſponſo † dato. Qui autem ſecus egerint, diuinæ[q] ſubiaceant vltioni: eorum culpa, niſi graui[r] propter hoc peracta pęnitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, ſiue iuramenti ſiue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, † caſſamus,[s] irritamus, & viribus decernimus omnino carere,[t] ita quod

a ¶ Tueatur.] vt, ff. de or. iur. l. 2. §. poſt originẽ, & infr. de ſta. re. ca. vnico. §. & quoniam.

b ¶ Celebranda.] ſecũdum diſtinctionem ſuperius factam.

c ¶ Præſumant.] quia tunc eſſent excõicati: ſicut & in ſe defendendo modum excedens, ꝙ dic vt ſup. de reſtit. ſpol. olim. 1. in fin. Et nota caſum, in quo laicus auctoritate canonis poteſtatem habet in clericum contra id 96. diſtinct. bene quidem, de ſent. excom. ſi vero.

ADDITIO. Et dic: canonis id ſtatuẽtis propter bonum publicũ, & ſuperioris defectũ bene facit 79. diſtin. ſi quis pecunia, alios caſus uide 23. queſtio 5. principes, in gloſſ. 2. Ioan. And.

d ¶ Corporaliter.] vide quod not. ca. proxi. Ioan. And.

e ¶ Pateant.] ſupr. de exceſ. prælat. inter dilectos. infr. de reg. iur. infamibus.

f ¶ Priuatos.] ſic infr. eod. fundamenta. §. ꝙ ſi ſecus. ſupr. de pœn. in quibuſdã, & infra eo. tit. felicis.

g ¶ Sine contradictione.] præſcribi tamen poſſunt, quod dic vt inf. de præſcrip. c. 2.

h ¶ Prædicta.] in qua ſecundum ſuperiorem diſtinctionem erat electio facienda. Ioan. Andr.

i ¶ Priuata.] ſic infra de pœn. felicis, in fin. & 15. q. 2. ita nos.

k ¶ Captiuat.] id eſt, quaſi captiuatum facit, & tenet. Io. And.

l ¶ Certũ.] puta talẽ eligendum. Io. And.

m ¶ Electio.] quæ libera debet eſſe cum ex conſenſu procedat, ad idem de ſpon. cum locum.

n ¶ Sua ſunt.] de cenſi. cum Apoſtolis.

o ¶ Poſſibilitas.] q̃a vltra poſſe nemo obligatur. 22. q. 2. faciat, inf. de reg. iur. nemo. ſup. de pact. s cap. vlt.

[G o. ſequens quærit & remittit.]

p ¶ Idoneo.] tenentur ergo Cardinales idoneum eligere: licet dicamus ꝙ nulla exceptio admittitur contra electum a duabus partibus, ſupra. eod. licet. Quid ergo ſi laicũ illiteratum vxoratum eligant? De hoc vide 79. diſt. ſi quis pecunia.

q ¶ Diuinæ.] ad hoc inf. eo. commiſſa, in fi.

r ¶ Graui.] fuit ergo grauis offenſa 24. q. 1. non afferamus.

ſ ¶ Caſſamus.] ſim. C. de leg. nõ dubium. ff. de pac. l. iuriſgentium §. & generaliter, & ſi hoc nõ dixiſſet Papa: tñ nõ tenebant ꝯ hanc cõſtitutionẽ, & alia iura. ꝙ dic vt leg. & no. 10. diſt. vides. ſupr. de ſpon. duorũ, tua Arch.

t ¶ Carere.] cõcor. ĩ. de offi. ord. quia plerique.

a ¶ Hu-

† In antiq̃s legitur, dñs.

† In aliquot manuſcript. ita: ſed etiã Pontificali, &c.

† In vno codice manu ſcripto ita: eo ipſo excõicationis vinculo ſint nodati.

† In antiquoribus codicibus ita, vel ad certũ aliquid obligationis, &c.

† Vide Turrecrematam in ſumma de eccleſia. lib. 2. c. 36.

† Vide Turrecrematam in ſumma de eccleſia lib. 2. c. 27 & 28.

† al. innexa

† al. ita nullus &c.

a ¶ Humana.] C. de nupt. Authen. quod eis. & ff. de obseq, l. eis. & ff. de lega. 1 si quis inquilinos. §. fi. ff. de pact. iuris gẽtium. §. pactorum. Ioan. And.

ADDITIO. Et in corpore unde sumpta fuit coll. 5. scenicas nõ solũ si fideiu. & c. post princip. & allegat hic Archidiaconus, quod ibi not. in glossa, sed quare.

b ¶ Orationis.] 23. q. 8. in qualibet ibi: scientes magis religionibus quam officijs & labore corporis, vel sudore, nostram rempublicam contineri.

ADDITIO. Quod multum ualent orationes iustorũ, alleg. Io. Mo. 45. dist. disciplina. circa fin. 13. q. 2. animæ. uide quod no. in cle. vna de reliq. & ve. sancto. ad fi. ma. glo. Io. And.

c ¶ Vbi primum.] id est, cum primnm. Ioan. And.

d ¶ Circumstantiæ.] puta quia timetur de zizania & magna discordia inter Cardinales.

e ¶ Ieiuniotum.] ad hoc concor. de uot. & uoti redem. magnæ. & uigiliarum exercitium, ut ibi.

VT circa.] summa, & diuide prout in prima glossa.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici illius ecclesiæ, ad quos spectat electio, conuenerunt in vnũ, tractaturi de electione futuri pastoris, habito tractatu, cũ maior pars uellet Titium postulare vel eligere: uel ꝓpter negligentiam canonicorũ potestas eligendi fuisset deuoluta ad superiorẽ: & superior prouidere uellet Tit. de ecclesia Pictauiensi, fuerunt aliqui opponentes & appellãtes ad Apostolicã sedẽ, ne Titius eligeret, postularet, vel idẽ ꝓuideretur: q̃ritur quid debeant appellantes

† al. ita, & apud eum.

quod nullus ad illa obseruanda quomolibet sit astrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non seruatæ: sed non indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana[a] testetur: Deo magis transgressiones huiusmodi, quam iurisiurandi obseruationes acceptas.

¶ *Monet omnes fideles, ut statim audita summi Pontificis morte, eius celebrent exequias, & quotidie orent pro vigili, concordi & vtili prouisione Romanæ ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur, & eis frequentiam orationem & obseruantiã ieiuniorum indicant. Ioannes And.*

¶ Quia vero fidelibus non est tam de sollicita quantumcunque inuentione fidendum, quam de instantia orationis[b] humilis & deuotę sperandum: huic adijcimus sanctioni, ut in omnibus ciuitatibus, ceterisque locis insignibus, vbi primum[c] de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit: a clero & populo solemnibus pro eo exequiis celebratis singulis diebus, donec de ipsius ecclesię prouisione indubitanter rumor pertulerit ueritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud † eum deuotis orationibus insistatur: ut ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quod prouisio celer, concors, & utilis (prout animarum salus exigit, & totius orbis requirit vtilitas) ex ipsorum vnanimitate sequatur.

¶ Et ne tam salubre pręsentis sanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat districte præcipimus: vt Patriarchæ: Archiepiscopi, Episcopi, & alijs ecclesiarum Prælati, ceterique, qui bus concessum est proponere verbum Dei, clerum & populum propter hoc specialiter frequentius cõgregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri & felici exitu tanti negotij frequentanda, solerter hortentur: & ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed † obseruantiam) prout circunstantiæ[d] pensandæ suaserint) ieiuniorum[e] indicant.

¶ Idem in eodem.

1 Idem Phi. unde no. regulã, quod ubi licentia requiritur, debet expresse obtineri, neq; sola petitio, sufficit, nisi in casib. notatis in c. j. sup. de rescr. Font.

f ¶ Facultatem.] supple & electus iure (si quod sibi cõpetebat) sit eo ipso priuatus, per extrauag. Benedicti eo. tit. religiosus.

ADDITIO. Et per illam exrtauag. terminatum est, quòd diffuse tractat hic Ioan. Mo. in additione. s. an si post tempus obtineatur licentia, fieri possit illius electionis confirmatio & patet quod non. Idem patet, quod licet electores non eligant alium: non conualescit ius electi: Io. Andr.

g ¶ Tres menses de diuersis temporibus, vide quod dicam, inf. eo si electio.

[Gl. seq. primo no. secundo soluit quæstionem; tertio quærit, & soluit, & solutionem determinat.]

h ¶ Petere.] sufficit petere, licet non obtineat, ex quo per eum non stat. In confirmationibus cathedralium vel regularium ecclesiarum, quæ ex immediata subiectione vel appellatione habent peti a Papa, seruabis decretalem Nicolai, infra eod. cupientes. Et scias secundum Guliel. & Gar. quòd sufficit si electores petant, supra eod. cum inter canonicos: & capit. cum dilectus. & ca. dudum. in princ. & electo tunc nil petente vitatur hæc pœna. Item electus per suum procuratorem confirmationem petere poterit. sup. de rescr. cum dilecta saluo quod semper decret. cupientes. seruetur in suo casu. Sed pone, quod amicus eius nomine cõfirmationem petijt sine mandato: nunquid sufficit? Sic dummodo ratum habeat: quia & in iudicijs, ut ff. de iudi. l. licet & in contractib. 2 C. ad Mace. l. ult. Et in maleficijs. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quoties. ratihabitio retrotrahitur & comparatur mandato. inf. de sentẽ. excom. eum quis. & inf. de reg. iur. ratihabitionem, ubi dicam de hoc. Et intelligas quod debet ratum habere ante lapsum illorum trium mensium: alias ratihabitio postea facta non prodesset. ff. rem ratã hab. l. pen.

2 Et in quasi cõtractibus, ff. de negot. gest. l. Põponius. 1. & in distractib. ff. de solu. l. uero procuratori. l. fin. & in ultimis uoluntatib. C. de don. inter vir. & uxor. l. antepen.

i ¶ Iusto impedimento.] puta infirmitate, viarum discrimine superioris impedimento. Frequenti curiæ mutatione, uel alio simili, ff. si quis cau. l. 2. sup. de pig. significante. de appel. cum parati. 18. dist. episcopus ad Synodum cum similib. Et nota hoc tempus quodammodo utile, quia nõ cessantibus non officit. C. de inoffi. testa. contra maiores. supra de rescr. si autem. & ca. plerumque.

ADDITIO. Aduerte, quod l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. superius allegata ponit exemplum in eo, qui sistere non potuit propter tempestatẽ maritimã, vel terrestrẽ, vel vim fluminis, vt quia pons fractus, vel nauigari non poterat. Ioan. Andr. in nouella.

[Glo. sequen. Primo ponit duas opiniones: secundam approbat: secundo soluit dubium, tertio quærit & soluit.]

k ¶ Vacuetur.] dixit Garsias per sententiam: & ideo aliud in isto casu, quam superiori: quia maius vinculum cõtractum est post consensum, quam ante, & ideo difficilius rumpitur. Gulielmus contra: quod puto verum 3: Cum hic dicat litera, eo ipso viribus vacuetur per quod satis patet, quod est canon latæ sententię, non ferendæ: hoc est ergo ius nouum; nam olim si post præstitum consensum non petebat electus confirmationem, nunquam propter hoc cadebat a iure sibi per electionem iam quæsito: sed per superiorem cogebatur ad confirmationem petendam, secundum ea, quæ notat Innoc. de electio. cum in cunctis. Et nota secundum Guli. quod hic statutum est in electione, intelligi & in postulatione: 4 Quia eadem est ibi ratio de constitut. translato. Quid si postea confirmationem petat electus, & eam obtineat. dico non posse conualescere quod a principio fuit nullum: & peccat detinendo episcopatum, nec facit fructus suos: nisi confirmatio scienter fuisset facta per illum, qui alias suo iure conferre potuisset secundum Gul. & facit quod notatur sup. de æta. & qual. cum bonæ. Io. Andr.

3 Idem clericus Pisan' Io. Mona. & Arch.

4 Secus in prouisione: nã illius nõ petitur confirmatio, ut patet, inf. de præb. c. si tibi absenti.

PErpetuo.] Primo ponitur declaratio. secundo continuatio: ibi. Licet Ioan. & hoc habet in effectu: Consentiens scienter in indignum, non est priuatus potestate eligendi ipso iure. nisi ex illo consensu, cum consensu aliorum fuerit secuta electio.

Præsupponendum est primo pro intellectu istius capituli, illud quod habetur in c. quia propter, iuncto ea. cum in cunctis. eod. tit. in antiq. & pœnæ illorum, qui

scienter

[illegible] elegerunt [illegible] ad electionem [illegible] procedi via de tribus vijs, videlicet via Spiritu Sancti: via compromissi, & via scrutinij: ut d.c. quia pp. Forma Spiritus sancti est, qñ nullo habito tractatu inter eligentes, nec conuentione, statim quod eligentes cõuenerunt in loco solito, clamãt vnanimiter: Nos talem eligemus, nullo contradicente, & nulla disputatione facta inter eos; vel vnus eligẽtium dixit, ego eligo talem, & omnes alij dicunt similiter. Alia est forma compromissi & forma cõpromissi est, cum eligentes vidẽt se in discordia: ita quod non possunt conuenire: tunc transferunt potestatem eligendi in aliquos. Alia est forma scrutinij, quæ est difficilior, de cuius substantia sunt plura: Primo, quod eligentes debent conuenire in loco capitulari: & deliberare qua via procedent assignando diem, qua procedent in electione facienda: ad quam diem debent absentes citari: qua die adueniente ipsi eligentes conuocati in loco deputato debent eligere tres scrutatores de ipsorũ corpore: qui scrutatores debent se trahere ad partem & locum secretum: & esse in loco tam remoto, quod vota & deliberationes aliorum non possint ab alijs intelligi: qui scrutatores interrogabunt vnumquemque eligentium, quem eligunt, quæ deliberationes omnium debent in scriptis redigi: & auditis deliberationibus omnium, isti tres scrutatores debent publicare scrutinium & legere, & fiet collatio zeli ad zelum, numeri ad numerum, meriti ad meritum, & illa examinatio secreta vocatur scrutinium. Et in c. cum in cunctis, dicitur, quod eligentes scienter indignum, sunt priuati potestate eligendi pro illa vice. Hoc præsupposito, casus in hoc c. sic figuratur. Ponamus, quod vacante ecclesia Pictauiensi, canonici conuenerunt in unum tractaturi de electione futuri Prælati, & ordinauerunt inter se, quod procederent ad electionem per formam scrutinij, unde ipsi elegerunt scrutatores, qui reciperent uota singulorum, tres vel quatuor ex canonicis nominauerunt scienter indignum, scilicet ille gitimum, vel imperfectæ ætatis, antequam procederetur ad electionem, pænitentia ducti reuocauerunt nominationem suam, & uoluerunt consentire in alium, vtrũ sit locus pænitentiæ? vel utrum sint priuati uoce sua pro illa uice, uel requiritur quod alij fuerint secuti nominationem suam? Respondet quod ipsi non sunt priuati potestate eligendi, sed requiritur perseuerantia vsque ad electionem completam, & quod ex uotis & nominationibus illorum sequatur electio. Nota primo, quod quis in scrutinio nominando scienter indignum, peccat, licet ex nominatione sua non acquiratur ius electo, quo minus eligentes possint alium eligere, nisi post publicatum scrutinium, quia publicato scrutinio non possunt amplius uariare c. publicato. eod. ti. in antiq. & hoc nisi scienter elegerint indignum, tunc enim possunt pænitere, ut est hic textus. Nota ulterius, quod scienter eligens indignum, est priuatus potestate eligendi pro illa vice. Et si omnes peccauerunt, tunc potestas deuoluitur ad superiorem. Si autem omnes peccauerunt uno excepto, tunc in illo remanet ius collegij, & ipse solus poterit eligere.

In omnibus antiquis codicib. ita: perpetuæ sanctionis, &c.

† Vide Conci. Tri. ses. 6. de refor. c. 3. & sess. 24. de refor. c. 18.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Perpetuo.] si non sequatur electio, non est quis ex consensu in scrutinio scienter habito in indignum, eligendi potestate priuatus, h.d.

b ¶ Perpetuo sanctionis.] id est, generali, uel id est, perpetuo duraturo, 25. q. 1. quæ ad perpetuam.

tuo a † sanctionis b oraculo c declaramus, quod scienter in electionibus nominantes indignum†, propter suffragium d in scrutinio præstitum (nisi adeo in eo perstiterint e, quod ex votis eorum communis electio subsequatur) nequaquam eligendi potestate priuentur f †: licet pro eo quod indignum nominando, scienter contra conscientias suas agunt†: & diuinam vindictam g, & Apostolicę vltionis metum†, quem qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare. h

c ¶ Oraculo.] id est responso. C. de legi. [illegible] Et dicitur oraculum, quia [illegible] imperatore [illegible] concordat infra de uerb. sign. c. ii. eo. lib.

ADDITIO. Archidiaconus infra eodem tit. cap. fundamenta, in fi. dicit, quod oraculum dicitur propitiatorium. Exod. 37. Fecit propitiatorium id est oraculum, & in hoc sensu accipitur fere per totam Bibliam. Pro templo tamẽ potest accipi 3 Reg. c. 6. ubi dicit, In ingressu oraculi fecit duo ostiola. Dicitur etiam oraculum, diuinum eloquium, cæleste responsum, uel imperiale rescriptum, C. de sacrosan. eccl. iubemus nullam. Item dicitur ab oro, oras: & dat ibi uersum.

Supplicat, implorat, petit, obsecrat, hæc notat oro,

Vnde orator, id est, actor, defensor, patronus, causidicus, aduocatus. Ioan. And.

d ¶ Suffragium.] id est, consensum in scriptis redactũ: cum scilicet dicit: ego talis talem nomino in prælatum, & sumitur suffragium pro auxilio, seu seruitio, 12. q. 2. quicunque suffragio. C. de suffra. l. una. supra de celeb. missa cum Marthæ. in fi.

[Glo. seq. obijcit, & quæstionem soluit.]

e ¶ Perstiterint.] sed nonne publicato scrutinio compelluntur ad electionem, §. eo. publicato. & ca. in electionibus. 1 Sed dic illud uerum, cum dignum nominat: si autem in collationibus forte appareat, uel prius apparebat eum indignum: tunc locum habet hæc decretalis, & quod hic dicitur de peccato in personam, idem intellige de peccato in formam: & multo fortius, quia minus est peccatum.

ADDITIO. Idem Ioan. Monachus.

[Glo. seq. ponit opinionem, & notat.]

f ¶ Priuentur.] Idem intelligo secundum Gar. & Guil. de pœna suspensionis a beneficijs: cum ea non puniantur nominantes, sed eligentes, sup. eo. cum in cunctis. §. clerici, Et nota quod constitutus in mortali eligere potest: sicut & excommunicatus minori supr. de cleri. excomm. mini. si celebrat. & interdum eligitur etiam qui mortaliter peccauit. sup. de iureiur. sicut.

g ¶ Vindictam.] sic. C. de sum. Trini. l. 1 & supra eo. ubi uersi. qui autem.

[Gloss. seq. quærit, & soluit.]

h ¶ Formidare.] quæro quæ fuerit ratio dubitationis huius constitutionis? Solu. Dicebant quidam olim, uidelicet Innoc. & Host. & Compost. supra eo. dudum, qđ scienter nominantes indignum 2 in scrutinio, erant priuati potestate eligendi, & probabant hoc tali ratione, certum est quod tempore decr. cum in cunctis. innotuit. cum Vinton. adhuc non emanauerat decre. quia ꝓpter. unde ex solis consensibus uidebatur illa pœna inferenda, quia non erat tunc necessaria alia communis electio. Sed contrarium est uerum, ut hic uides, & triplici ratione. Primo, quia illa iura puniunt eligentes tantum. Secundo, quia nec nominatio, nec uotorum publicatio dici potest communis electio supra eod. in Genesi. Tertio quia simplex nominatio non tribuit ius. sup. eo. quod sicut. Ad id quod dicitur, quod ante decre. quia propter. sufficiebat consensus, uerum est, talis qui electionem inferret, unde non dicit decret. cum in cunctis, quod in quemquam consenserint, sed elegerint, unde & olim suo modo necessaria fuit electio, & hodie suo modo adhuc est, ut locum habeat illa pœna, fateor tamen, quod pœna decret. sup. eod. lib. & eo. tit. capit. 2. bene habet locum ante electionem, ut ibi dixi in gloss. penult.

† Priuatur, legitur, in manuscriptis libris.

† Al. agant.

† In omnib. antiquis exẽplarib. legitur, motum.

1 Supra hoc tit. & libro.

2 An sufficiat eligere dignum relicto magis digno, grauis est quæstio de qua uide no. in c. constitutis. 2. extra de appellatio. Conci. Trid. ses. 24. de refor. ca. 18. magis idoneum eligendum iubet.

NVlli licere.] Tria facit secundum Io. Monachum, scilicet primo ponit regulam: secundo dat instantias contra illam: tertio dat formam probationis illarũ: Secunda ibi, Nisi: Tertia: ibi, De huiusmodi. Ioan. And.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia, canonici vnanimiter & concorditer ab initio quendam Titium elegerunt: facta electione, orta fuit discordia inter Titium electũ & canonicos: quidam ex his canonicis voluerunt se opponere dicẽtes, quòd erat indignus, & forte re vera erat indignus, vtrum sint admittẽdi? Rñdet quòd non, & hoc verũ, nisi post electionem electus ꝯxisset maculã, vel ipsi eligentes tempore electionis illos defectus ignorassent, tunc essent admittendi ad probandũ istos defectus. Et hoc verum, ꝙ eligentes nõ possunt impugnare electionem in cõcordia factam, non tamẽ per hoc sunt ligatæ manus superioris, quin si velit, possit inquirere de defectibus, & eum repellere si sit indignus. Nota primo, quòd eligentes aliquem, electione secuta, non possunt se opponere electioni, nisi in casibus hic expressis. Nota ulterius, quòd vocatio absentium nõ est de substantia electionis, quo minus valeat electio: tamẽ si absentes, qui non fuerunt vocati, velint prosequi oppositionem, faciãt electionem declarari nullam c. quod sicut eo. tit. in ant. tñ si velint, possunt ratificare electionem, Hel. Reg. Not. ex fine. tex. quòd ignorantia eius qđ dependet a conscientia alicuius, probatur per suum iuramentum. Ad hoc dictum cap. vt circa. & facit quod notat gl. in §. sed & aliena. Inst. de actio. Domi.

¶ Idem in eodem.

¶ *Eligens, vel electioni cõsentiens contra electum (nisi ex noua causa, vel nouiter ei pandita) se nequit opponere, vel renunciare. Ioan. Andr.*

CAP. VIII.

NVlli [a] licere decernimus (postquam in scrutinio [b] nominauerit aliquem, & electio fuerit subsecuta [c]: vel postquã præstiterit electioni de ipso ab alijs celebratæ [d] consensum) illum super electione ipsa (nisi ex causis postea emergentibus [e]) impugnare: [f] vel nisi ei morum [g] ipsius antea celata, de nouo pandatur improbitas, seu alicuius alterius latentis [h] vitij, vel defectus [i], quæ verisimiliter [k] ignorare potuerit, veritas reueletur [l]. De hmõi autem ignorantia fidẽ faciat proprio † iuramento [m].

[Prima glossa summat:]

a ¶ Nulli.] eligens, vel electioni consentiens contra electum (nisi ex noua causa, vel nouiter ei pãdita) se nequit opponere, vel renunciare.

b ¶ Scrutinio.] quid sit, habes. sup. eo. quia propter.

c ¶ Subsecuta.] uel scrutinium publicatum: quia post publicationem scrutinij non est locus uariationis, sup. eo. publicato, & dic, ut ibi: nisi in casu præcedentis decre. vt ibi dictũ est. Et quòd dicit, subsecuta: intelligas ex illis consensibus. Verba enim sunt cum effectu intelligenda, de cle. non resi. relatum. ff. quod quisque iuris. l. 1.

d ¶ Celebratæ.] nota hic paria esse, eligere, vel eligentibus consentire: sed non per omnia, 1 vt sup. de electio ecclesia vestra. 2

ADDITIO. Et ff. de reg. iur. l. aliud est vendere, aliud vendenti consentire. Ioan. And.

e ¶ Emergentib.] & sic nouo auxilio opus est, s̄. de offi. deleg. insinuante. ff. de interro. actio. de ætate. §. ex cã.

f ¶ Impugnare.] sup. de proba. per tuas. G. de non num. pecu. l. generaliter, & sic not. quod semel approbatum non possum reprobare, & quomodo hoc intelligatur. 2 hic habes, & vide quod plene dixi infr. de reg. iu. quod semel.

g ¶ Morum.] debet enim esse morib. temperatus. Et boni mores plusquam diuitiæ operantur. ff. de tut. & cura. da. ab his l. scire. §. cum reliquis. & decorari non debent pallio moribus indecori 100. dist. contra morem.

h ¶ Latentis.] id est, quod latebat electores tempore electionis, puta luxuriosus erat, vel adulter, vel aliud simile, vnde in redhibitione erat. ff. de ædil. edic. cum sex. & l. ob quæ vitia.

i ¶ Defectus.] scientiæ, ætatis, ordinum, uel alicuius irregularitatis.

1 Et rõ est, quia consensus sequens nõ auget numerũ, ut hic tradit. Ioan. Andr. quem ceteri cõiter sequuntur.

2 Vide notata per Bart. in l. post legatum, ff. de his quib. ut indig. & per Inno. in ca. cum olim extra de censibus.

¶ Idem in eodem.

¶ *Contra electum à duplo maiori parte, vel electores ipsius, nil a reliqua parte potest opponi quod votum extenuet, sed id bene opponitur, quod votum annullet. Ioan. And.*

CAP. IX.

SI QVAN-

k ¶ Verisimiliter.] alias de facili non crederetur, ut circa ea, quæ publice facta sunt, uel quæ omnes sciunt. 16. dist. quod dicitis. de postul. prulat. c. 1. cum simi.

ADDITIO. Concor. sup. eod. ut circa. Gar. Io. Mona.

[Gl. seq. quærit opponendo, & soluit.]

l ¶ Reueletur.] quare non posuit certum casum, scilicet si super antiquis superueniat probatio, ut fecit. sup. eod. circa? Rñdeo vt ibi dixi, bene fecit appellans nõ exprimendo crimen qđ probare non poterat, sed hic male fecit eligens eligendo criminosum, licet id probare non posset, cum probatio non quæreretur ab ipso.

† Vide Par in c. 2. de cõstit. & Bal consil. 22 par. 2.

m ¶ Iuramento.] sup. eo. vt circa.

SI quando.] Prima prohibet, Secunda permittit, ibi, Si quid. Domi.

¶ Præsupponendum est pro intellectu istius ca. quod si aliqua electio fuerit facta a maiori parte, & alia a saniori: illa electio quæ est a saniori parte, præualet: & dicitur fieri a saniori respectu zeli ad zelum, meriti ad meritum: Dicitur autem fieri a maiori parte respectu numeri ad numerum: v. g. Vacãte aliqua ecclesia, in qua erant aliqui canonici consanguinei uel affines Titij; qui ducti affectione carnali ipsum elegerunt: alij canonici in minori tamen numero, non ducti affectione carnali, quemdam alium elegerunt: certe electio istorum ualet tanquam facta a saniori parte tamen ubi est maior pars, præsumitur quod etiam sit sanior.

CASVS. Ponamus, ꝙ in ecclesia Pictauiensi sint xviij. canonici, qui uacante ipsa ecclesia conuenerunt in unũ tractaturi de electione futuri ep̃i xij. elegerunt Titium, & sex Sempronium; isti sex se opposuerunt electioni de Titio factæ, dicendo quòd uoces istorũ 12. qui Titium elegerunt attenuantur, siue debent diminui; eo, ꝙ ipsi non processerunt ad electionem zelo charitatis, sed affectione carnali potius ducti. Item dicunt isti, sex, ꝙ Sempronius electus ab ipsis est dignior, quam sit Titius electus ab alijs 12. utrum bene dicant: & possint ista opponere ad attenuationem & diminutionẽ uotorum dictorum duodecim? Rñdet Romanus Põtifex, quòd non: nã illud quod dr̃, ꝙ debet haberi respectus zeli ad zelum, meriti ad meritum, est intelligendum, quando una pars eligentium in duplo aliam partem non excedit; Sed quid sanctissime pater: ponamus quod isti sex opposuerunt, quod aliqui istorum duodecim erant excommunicati maiori excommunicatione: & sic non poterant eligere, an bene dicant? Respondet quod sic: nam excommunicatio opponitur; non ut uota attenuentur: sed ut uota nulla reddantur. Nota primo ex isto textu, quod non semper ualet electio a maiori parte facta: sed requiritur quod illa pars fuerit sanior: unde sanitas proprie respicit zelum eligentium; & merita electorum: sed maioritas respicit numerum eligentium. Nota insuper

duabus

principalem effectum huius cap. videlicet, quod si duab. electionibus celebratis, vna a parte duplo maiori: alia autem a minori parte, non potest minor pars aliquid opponere ad diminuendum vota eligentium: puta, quod minor pars est maioris auctoritatis: vel quod electus a minori parte est dignior, vel magis idoneus: vel alia, quæ attenuent vota eligẽtium: dum tamen nõ annullent eligẽtium vota. Nam ista quę annullant vota eligentium, possunt obijci à minori parte contra duplo maiorem: puta quod aliqui partis duplo maioris erant excommunicati maiori excõicatione. Quærit glossa, an valeat electio facta, in qua fuit admissus excommunicatus maiori excõmunicatione? Respõdet glos. quod non valet electio, ex quo eligentes admiserunt scienter excommunicatum maiori excommunicatione; immo sunt priuati potestate eligendi pro illa vice. Hel. Regnier.

† Zelus, & meritum in quibus cõsistant, tradit Io. de Anan. consil. 62.

do [a] contigerit (duabus electionibus celebratis) partem alteram eligentium duplo maiorem numero inueniri; contra electores, qui partem reliquam sic excedunt, [b] ad extenuationem zeli, † meriti, [c] vel auctoritatis [d] ipsorum, reliquis, [e] vel electo ab eis, aliquid opponendi [f] omnem præsenti decreto interdicimus [g] facultatem. ¶ Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum [h] redderet ipso iure: id eis non intelligimus interdictum.

¶ Idem in eodem.

ADDITIO. Celebratis.] vno contextu sup. eo congregatio. antequam diuertant eligentes ad extraneos actus: nam quæ in continenti fiunt, inesse videntur sup. eo. officij. ff. si cert. pet. lecta. si autem fiãt ex interuallo, dic vt no. sup. eo. auditis in glo. nota quia Archid.

[Prima glossa summat, & declarat quid sit extenuatio, & quid annullatio.]

a ¶ Si quando.] contra electum a duplo, maiori parte, vel electores ipsius, nil a reliqua parte potest opponi, quod votum extenuet, sed id bene opponitur, quod votum annullet. Sed scire debes, quod extenuare votum, est illud obiicere, quod non annullat penitus votum, sed illud minoris reddit auctoritatis, sicut ego litteratus, tu illitteratus, ego in dignitate, & tu simplex canonicus, vel his similia. Annullare est nullum reddere, vt si quis dicatur excommunicatus maiori, vel ab homine suspensus, vel incidisse in decret. cum in cunctis, vel in decret. supra eodem, ca. 2. vel bigamus, vel miles factus, vel vxorem duxerit, vel canonicatui renunciauerit, vel voci suæ. 7. quæst. 1. quam periculosum, vel his similia, & hic bene obiici possunt a tertia parte contra duplo maiorem, vt hic.

b ¶ Si excedunt.] in duplo maiori numero.

c ¶ Zeli, meriti.] de his dic ut sup. eo. ecclesia 2.

d ¶ Auctoritatis.] in quibus consistat auctoritas, habetur supra. eod. dudum 1. & infra de testib. in nostra. Archid.

e ¶ Reliquis.] paucioribus. s.

dẽ Io. Moch. & Arid.

f ¶ Opponendi.] post electionem intelligas: 1 quia ante bene fiat de istis collatio, nec hoc hic prohibetur, vnde dixit in prin. electionibus celebratis.

g ¶ Interdicimus.] nota, quod numerus duplo maior præfertur auctoritati, & præsumitur Zelus melior, & facit ad ea quæ notantur supra de testibus cap. in nostra, si autem numerus maior esset, sed non in duplo, est arg. a contrario, quod numerus non p̃fertur, sed de hoc notatur sup. e. ecclesia 2. in gl. q̃ incipit. Ab hac. Et nota, ꝙ in hoc interdicto vr̃ caueri solũ de electoribus, vnde videtur, quod contra electũ bene posset opponi aliquid, quod ad extenuationem pertineat, sed non est verum secundum Gulielmum per litteram sup. quæ dixit, meriti, quod propriè respicit electum.

h ¶ Nullum redderet:) pone exempla, quæ posui supra. Quid si aliquis ex eligentibus excommunicat⁹ erat, an teneat electio? Non, si sciẽter ei communicauerunt: 2 aliàs, sic de sent. & re iud. ad probandum de hoc 9. q. 1. nos in hominem, & per modernos supra. eo. illa.

2 De articulo huius gl. plene hic Geminian. Frã. & alii, adde doct. in c. illa. sup. e.

¶ Appellatio iudicialis, uel extra, deuoluit cãs electionũ ẽporum, & superiorum ad Papã, si in scriptis, & ex causa probabili fuerit interiecta: aliàs non. Et ab ea possunt partes sine prauitate recedere prius quã Papæ præsentata fuerit. Et an in recessu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante oĩa debẽt inquirere: quã si repererint, de causa non cognoscent, sed statuent partibus terminum, in quo cũ actis, & munimẽtis se Apostolico conspectui repræsentent. Io. Andr.

Qvamuis.] Diuiditur in quattuor partes secũdum Ioan. Monachum. Primo recitat constitutionem Alexandri: Secundo partim illam reprobat: ibi, Sed cum. Tertio permittit ab appellatione certo casu recedi: ibi, Ceterum. Quarto dat certã formam ordinario cum ab appellatione recedit: ibi, Inferiores. Ioa. Andr.

C A P. X.

QVAM-

ADDITIO. Gul. dicit hic se hanc constitutionem procurasse. Idem dicit in Spe. ti. 2. §. superest. 2. col. & de appellat. §. qualiter. uer. illud autem.

¶ Pro intellectu huius cap. præsupponendum est, quod causæ electionum episcoporum, & aliorum superiorum, puta archiepiscoporum, patriarcharum, uel primatuum, sunt de maioribus causis, quæ Papæ reseruantur, iuxta notata in c. maiores. de bapt. in antiq.

C A S V S. Vacante ecclesia Pictauien. canonici illius ecclesiæ unanimiter, & concorditer aliquem in ep̃m elegerunt, & electionem præsentauerũt archiepiscopo Burdegalensi, ut ipsum confirmaret, & electo committeret administrationem in spiritualibus, & temporalibus, coram quo archiepiscopo fuerunt aliqui opponentes, puta aliqui canonici, uel fundatores ecclesię uel parochiani, qui uolunt habere unum bonum pastorem, qui eos doceat exemplo bonæ uitæ. Archiepiscopus noluit admittere suas causas oppositionis, sed pronunciauit illas causas oppositionis non esse rationabiles, propter quod appellatum fuit ad Apostolicam sedem. Quæritur nunc quid debeat appellans obseruare ad hoc, quod causa ista deuoluatur ad Apostolicam sedem? Respondet Romanus Pontifex dicens, Ipse debet appellare in scriptis, & in instrumento appellationis inserere causam, quæ si esset uera, deberet legitima reputari licet aliqui dicerent, quod ista quãtumcunque friuola, deuoluebat negotium ad sedem Apostolicam cum sit de maioribus causis, ut dictum est in præsuppositione. Sed dicendum, quod illa duo requiruntur ad hoc, ꝙ deuoluatur negotium per appellationem ad sedem Apostolicã. Sed quid? Ponamus, quod appellans renunciauit suæ appellationi, an sit ei permissum? Respondet, ꝙ sic, si appellatio sua nondum fuerit præsentata conspectui Apostolico, & illud uerum, si ipse appellans appellationi renunciet sine prauitate. i. sine simonia. Sed quis habebit cognoscere, an renuncians appellationi renunciauit sine prauitate? Respondet Romanus Pontifex, quod iudex a quo fuit appellatum, debet inquirere, an sine prauitate fuerit recessum ab appellatione, qui iudex a quo,

quo, si inueniat interuenisse prauitatem simoniæ: puta quia electus dedit appellanti aliquod beneficium, vel pecuniã, vt renunciaret suæ appellationi; tũc iudex a quo, nõ obstante renunciatione, debet partes ipsas citare ad cõparendum in causa appellationis coram sede Apostolica. Sed cũ in electionum.] Vnde sicut qñ appelletur in iudicio, debent illa duo obseruari, videlicet quòd appelletur in scriptis: item quod in appellatione inseratur causa rationabilis, quæ si esset vera, deberet legitima reputari illa eadem debent obseruari, si appelletur extra iudicium; puta, cum appellatur ne talis eligatur in pastorem. Nota primo ex isto textu, quod licet causæ electionum episcoporum, & aliorum superiorum prælatorum sint de maioribus causis, quæ de sua natura pertinent ad Apostolicam sedem tamen non deuoluuntur ad Apostolicam sedem per appellationem, nisi sit appellatum in scriptis cum causa legitima. Nota vlterius vnum casum, in quo cum appel appellatur a diffinitiua oporter exprimere causam lationis, & quod appelletur in scriptis: licet regulariter in diffinitiua non sit opus, quòd appelletur in scriptis, nec quòd inseratur causa rationabilis in appellatione, sed istud est speciale in causis electionum episcoporum, archiepiscoporum, & aliorum superiorum: Ratio specialitatis est, ne malitiose, & sine causa impediatur prouisio ecclesiæ, quæ est multum periculosa tam ecclesiæ, quam subditis. c. quam sit. sup. eod. cap. quoniam vt lite non contest. in antiq. Nota insuper, quòd cum appellatur in causa electionis, tam in iudicio, quam extra iudicium, debet inseri causa rationabilis in appellatione, & etiam debet appellari in scriptis. Nota quod appellans in causa electionis potest renunciare appellationi, antequã sit deuoluta ad sedem Apostolicam. Nota finaliter, quod iudex a quo debet præfigere terminum ipsis partibus infra quem partes se præsentent conspectui Apostolico, cum suis munimentis, idest, instrumentis, quæ ideo vocantur munimenta, quia muniunt causam: vel possent dici monumenta, quia monent iudicem.

† Causæ electionũ epõrũ, & supiorum, sunt de maiorib. de quo vide doct. hic, & plene per Host. & Ioa. And. in c. vl. extra de cri. falsif.

[Prima glossa, summat.]

a ¶ Quamuis.] Appellatio iudicialis, vel extra deuoluit causas electionum episcoporum, & superiorum ad Papam, si in scriptis, & ex causa probabili fuerit interiecta: aliàs non. Et ab ea possunt partes sine prauitate recedere prius quam Papæ præsentata fuerit. Et an in recessu interueneri prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere, quam si repererint, de causa non cognoscent, sed statuent partibus terminum, in quo cũ actis, & munimentis se Apostolico conspectui repræsentent. Io. Andr.

b ¶ Constitutio.] quæ incipiebat dilecti filij Gar. & Arch.] habebat eam sub rubr. de elect. & Gul. de rescr. Host. de appellat. qui tractat de ipsa, de accus. cum dilectis; & Compostellanus sup. eo. statuimus ad fi. hodie non habemus eam, & est argum. quod cum vnum ius reuocatur per aliud, facienda sit de ipso mentio. quod non est verum, vt sup. eo. lib. de const. c. 1. vbi de hoc, & 18. dist. quoniam.

ADDITIO. Clericus dicit, ꝙ constitutio, de qua fit mentio in princ. huius glo. fuit edita propter causam electionis ecclesiæ Heliensis. Io. Andr.

c ¶ Causas electionum.] principales scilicet.

d ¶ Exortas.] accidentaliter, & in processu.

ADDITIO. Et sic patet, ꝙ idem iuris in principali, & in accessorijs, vel exortis, secundũ Io. Mona. & Archid. bene facit l. dispendiosã, de iud. Io Andr. ¶

d ¶ Maioribus.] quæ sint, no. 12. di. præceptis. in glos. fin. sup. de offi. leg. post trãslationem.

ADDITIO. Quod autem non sint de maioribus causæ electionum episcoporum, patet: quia illas confirmant archiepiscopi, & patriarchæ, & legati de latere, infra, eo. si abbatem. 2. respon. Ioa. Andreę.

e ¶ Maioribus.] vt est dignitas metropolitica archiepiscopalis primatia, patriarchatus. 21. dist. Cleros. Et dixit Guli. Du. quod etiam in inferioribus dignitatibus seruatur quod hic dicitur. & inf. de appell. c. vt debitus. & c. cordi. eo. lib. Arch.

[Glossa sequens recitatur per quæstionem, quod fuerit Alex.

f ¶ Quaslibet.] etiam frustatorias, & erat hoc contra ius commune; & per hoc manebant longo tempore ecclesiæ viduatæ, & ideo fuit correctione dignum, & innixus fuit Alexander opinioni Innocentij, quam nota sup. de app. vt debitus. in vlt. gl. sua, vbi enumerat causas electionum episcoporum inter maiores causas. Sed sm Gul. salua pace Inn. Alex. Vin. & aliorum id dicentium: illud, saluis, & c. est quædam protestatio, quam Papa facit de iure suo, sic 9 q. 3. saluo, & de supplenda negl. pręl. licet absurdum enim videtur quamlibet appellationem illas causas ad Papam deferre, de quib. alius quam Papa cognoscere non potest.

g ¶ Extra iudicium.] idem si in iudicio, vt infra sequitur.

ADDITIO. Et multo fortius propter honorem iudiciarium, secundum Fr. Verc. Io. And.

h ¶ Electionibus.] episcoporum.

i ¶ Maioribus.] vt archiepiscopatibus, patriarchatibus, primatiis, sed idem hodie in regularibus, quod dic, vt inf. eo. si postquam. 1. respon.

k ¶ In scriptis.] nota appellandum in scriptis, & est hoc generaliter verum, siue in iudicio, siue extra appelletur, nisi cum a diffinitiua, & in continenti appellatur: tunc appellari potest viua voce, ff. de appel. l. 2. C. de appel. litigatoribus. 2. q. 6. ad fin. q. 6. §. litigatoribus. nisi diceres contrarium in casu huius decr. etiam in diffinitiua, & adde quod dicam. j. de appel. cordi.

l ¶ Probabili.] dixit Gar. quod hoc speciale inducit hæc decretalis, quod siue a diffinitiua, seu ab interlocutoria appelletur, quod teneatur rationabilem causam exprimere, licet alias regulariter sit secus in diffinitiua. Gul. videtur tenere contrarium, quod satis verum crederem, 1 sed primum dictum est tutius.

[Glo. seq. exemplificat, quærit, & soluit. Iterum quærit, & soluit: solutioni obijcit, & respondet.

m ¶ Legitima.] ergo si est expressa legitima, defert negotium ad sedem Apostolicam, sed non manifeste frustratoria: puta, ne fiat electio regiis precibus non expectatis,

uis a constitutio [b] felicis recordationis Alexandri Papæ quarti prędecessoris nostri, causas electionũ [c] episcopaliũ, seu super electionibus episcoporũ exortas, [d] non immerito maioribus [e] † causis annumerans, cognitiones ipsarum per appellationes quaslibet [f] deuolui afferat ad Apostolicæ sedis examen. Nos tamẽ & temerarium appellantium audaciam, & effrænatam appellationum frequentiam refrænare volentes: Hac generali constitutione duximus prouidendum, vt si extra [g] iudiciũ in prædictis electionibus, [h] vel in alijs dignitatibus episcopatu maioribus [i] celebratis, expressa causa manifeste friuola † cõtigerit appellari per appellationẽ huiusmodi nequaquam ad sedem eãdem negotiũ deuoluatur. ¶ Sed cum in electionum earundem negotijs, in iudicio, vel extra iudicium appellatur, in scriptis, [k] † ex causa probabili, [l] quę probata deberet legitima [m] repu

† Friuolæ causę appellandi, q̃ dicã tur, vide in c. cũ appellationib. j. de app. hoc libro.] No. hic cũ dr: in scriptis, &c. casũ, in quo in appellatione requirit scriptura, alio vide per gl. inf. de cẽsib. c. 1. Dom,

1 Et rõ tex. di appell iudicio nitur, lata diff ua nõ e diciũ, de ver. Do. gl. & militer

ctatis, vt dicebatur in illa constitutione, dilecti. vel ne eligatur nisi doctor decretorum, uel magister in theologia, uel his similia. [puta ne eligatur ignobilis genere. sup. de præben. c. pen. Gul. & Archid.] Tunc non defert. Sed quid in dubio? Dic secundum Gulielmum, & Gar. deferri vt illud dubiū Papa decidat 6. quæst. 4. Osius. Quid si appellauit, & nullam causam expressit? Dicas idem, ac si expressisset frustratoriam, secundum prædictos. 1 Quia nullum & inutile æquipollent in iure, supr. de translatio. inter. §. sed neque versi. sicut ff. quod cuiusque vniuersi l. 1. §. & quidem. fuit enim promulgata constitutio ista, ut refrænaretur temerarius appellandi vsus: sed ita potest quis appellare temerarie, non exprimendo sicut exprimendo, videbatur autem contrarium: quia in causa non expressa nihil immutatum uidetur: ergo antiquo iuri standum est. C. de appell. præcipimus. in fin. sed prius dictum verum est: quia hæc constitutio non vult quod causæ hic deferantur ad Papam, nisi ex causa expressa probabili, quæ debeat reputari legitima.

1 Idem Clecus Pisanus, Io. Mona. & Archi.

Do. & Phi. orat hic, quod iudex præfigens parti terminū ad comparendū coram superiore, non se intromittit, unde eps potest illū præ... gere exempto.

tari, ad sedem ipsam huiusmodi negotia deferantur.

¶ Ceterum in præmissis a omnibus casibus liceat b partib. c ab huiusmodi appellationibus, nulla tamē interueniente prauitate, d recedere, antequam præfatæ sedi fuerint psentatæ. e

¶ Inferiores autem iudices, quorum erat ipsarum causarum cognitio, appellatione f cessante, an in hoc g grauitas intercesserit, ante omnia diligenter inquirant: h & si eam intercessisse repererint, se de causis ipsis nullatenus † intromittant: sed præfigāt dictis partibus terminum peremptorium i competentem, in quo cum omnibus actis & munimentis k suis, Apostolico se cōspectui repræsentent. l

¶ Idem in eodem.

¶ Si inter reliqua, quæ obijciuntur promouendo ad dignitatem, obijcitur euidens defectus scientiæ, vel psonæ illud ante omnia examinari debebit: & si reperiatur falsum, opponens a prosecutione negotij repelletur: & punietur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum. Ioan. And.

f ¶ Appellatione cessante.] id est, si appellatio interposita non fuisset.
g ¶ In hoc.] in renunciatione appellationis.
h ¶ Inquirant.] quod si h... in inquisitione omissa ad eosdem confirmandos, vel consecrandos processerint: vel alios processus in causa fecerint: confirmatio, vel consecratio, vel processus illi sunt nulli: & confirmantes, & consecrantes ab episcoporum confirmatione, & consecratione per annum continuū sunt suspensi. eod. tit. prouida. in fi.
i ¶ Peremptorium.] & ad huc locum habebit expectatio xx. dierum, secundum formam decr. s. eod. c. 1. secundum Gust & Gar.
K ¶ Munimentis.] id est probationibus, & instrumentis, sic dictis: quia causam muniunt, alias monimentis: monent enim & informant iudicem quid facere debeat.
ADDITIO. Et eo respectu dicuntur etiam documenta: quia docent, & informant quid iudex facere debeat. 2. q. 7. plerunque in prin. de prob. quoniam in fi. Io. And.

C A P. XI.

SI † forte m inter cetera, n quę obijciuntur electo, aut postulato,

† Hoc decretū declaratur per Ro. Pon. j. hoc eo. li. in c. ab eo. hoc ti. & in c. constōnē. de verb. sig.

a ¶ Præmissis.] cum scilicet appellatum est ex causa probabili, in iudicio uel extra.
b ¶ Liceat.] quod olim non licebat per prædictam constitutionem Alexandri.
[Gloss. seq. argu. per plurale; & argumentum determinat: fin. quærit & remittit.]
c ¶ Partibus.] per hoc videtur, quod nisi ambæ partes consentiant, non potest fieri renunciatio: quod verum puto secundum Gul. & Gar. re non integra: sed re integra solus appellans hoc poterit, ad hoc de elect. in causis. ff. de reg. iur. nemo. Et adhuc si res non est integra, & velit satisfacere aduersario de suo interesse: adhuc poterit pænitere secundum Gul. secundum ea quæ notant. in Spec. tit. de except. §. viso. versic. sed nunquid iudex. Ex quo tamen appellatio præsentata est Papæ, vlterius recedere non possunt, etiam si vtraque pars consentiat, quod probatur. inf. ubi dicit: antequam præfatæ sedi, &c. ad hæc de postu. bonæ. 2 uers. nec obstabat. uers. si enim de off. leg. licet. in fi. & maxime quando obijciuntur crimina uel defectus de collat. deter. crimina. 24. quæst. 3. ecce. [Et sit speciale in his maioribus secundum Ioan. Mona. qui distinguit hic post Gar. causas maiores, medias, & minores: quas plenius prosequitur Host. de cri. falsi c. fi. quæ ibi abbreuiaui in glo. quærit hic Host. Solet quæri, utrum electus sine superioris licentia suo iuri renunciare possit. de hoc dicam inf. eo. si electio.
d ¶ Prauitate.] vt simoniaca pactione, uel aliqua illicita datione, uel promissione, uel uiolētia, uel metu. 20. quęst. 3. pręsens Si autem electus habeat; an liceat uexationem redimere? 2 Dicut no de simo dilectus. [Dic si plene & iuste habeat, & possideat, potest dare pecuniam, ne turbetur. Do. m. Fant.]
e ¶ Præsentatæ.] ergo non postea: ad hoc supr. de postulat prælat. bonæ 2. §. nec obstabat. inf. de off. lega. licet Archidiaconus.

2 In hoc art. hæc cōclusio tenēda est an ... ius q̄sitū, ... simonia cū ..., aduersan ... obstacula ... pecunia redi... ere sed post ... s a q̄sitū, li... per pecu... iam iniusta ... impedimēta ... mouere, B. ... 10. 2. 2. qō. ... o. art. 2. ad ... arg.

l ¶ Repræsentent.] quod si non venerint, pcedat ad cōfirmandam electionem ac si appellatū nō esset, quia non appellare, & appellare, & appellationem non prosequi, sunt paria. 3. de off. deleg. gratum. de testi. cū uenisset. C. de temp. ap. l. 2. in fi. licet nō per omnia, ut j. de sent. ex com. licet. & sup. de eo qui mit. in pos. cum venissent.

3 Vel illi renūciare, sm Gul. & Arch. Ioan. And.

SI forte inter. Prima dat ordinem. Secunda pœnam imponit, ibi, Ceterum. Ioan. And.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia cathedrali vel collegiata, canonici vel clerici illius ecclesiæ cōuenerunt in vnum, tractaturi super electione futuri prelati, & ordinauerunt, quod procederent per uiam scrutinij, facto & publicato scrutinio, fuit compertum, quod Titius fuerat electus a maiori parte: Vnde quidam ibi existens appellauit, ne Titius nominatus eligeretur, ex eo quod ipse Titius non habeat scientiam sufficientem requisitam illi dignitati: & quod erat homicida. Item oppugnabat formā scrutinij, & personas eligentium, an sit admittendus ad probandum omnes istos defectus simul? Rn̄det quod non; sed primo est admittendus ad probandum defectum oppositum contra personā electi, qui defectus si probatus fuerit, declarabitur ineligibilis; Si autem non possit probari defectus contra personam electi oppositus; ipse appellans condemnabitur in expensis; & punietur iuxta tenorem c. statuimus. sup. eod. ac si in omnibus probationibus defecisset, nec ultra admittetur ad improbandum alia uitia. Hel. Reg.

[Prima glossa summat.]
m ¶ Si forte.] si inter reliqua, quę obijciuntur promouendo ad dignitatem, obijcitur euidens defectus scientiæ, uel personæ, illud ante oīa examinari debebit. Et si reperietur falsum, opponens a prosecutione negotij repelletur; & punietur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum. Io. And.
n ¶ Cetera.] ut puta, quod est homicida, periurus, excōmunicatus,

seu alias promouendo [a] ad aliquem dignitatem, [b] euidetem [c] scientiæ, [d] vel alium personę defectum [e] opponi contingat: [f] ī discussione obiectorum, illum statuimus ordinem incommutabiliter obseruandum, vt promouendus super defectu ipso ante omnia[g] subijciatur [h] examini,† cui⁹ euẽtus examinandis alijs, aut dabit initium,[i] aut negabit.

¶ Ceterum si pręmissi examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui, opponentes [k] omnino † a prosecutione causę, in qua talia obiecerunt, [l] excludimus & perinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium, quæ obiecerant, defecissent [m]

¶ Idem in eodem.

¶ *Qui grauauerit aliquam personam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, vel ecclesias; seu bona, pro eo, ꝙ eum, pro quo rogabatur, eligere noluit, ipso facto excõmunicatus est, Ioan. And.*

† al. deest ctio, omnino.

catus, vel his similia: quæ ita de facili probari non possunt, sicut euidens defectus scientiæ vel personæ, quæ per oculorum inspectionem, vel examinationem de facili probari possunt.

a ¶ Promouendo.] puta per superiorem, ad quem deuoluta est potestas, vel quia plures noīati sunt dño Papæ: & petitur de altero prouideri, 85. dist. Arch. & de hoc supra eod. quod sicut. Item Ioa. Mona.]

b ¶ Dignitatem.] non est ergo ad simplicia bñficia hoc extendendū: cum si de eis intelligi voluisset vel expressisset vł gñaliter locutus fuisset. de decim. ad audientiam. ad hoc. ꝩ. eo. ab. eod. & ꝩ. de verb. sign. c. 2. vbi. semꝑ hoc repetitur.

† De examine eligendorum ad beneficia, vide sancita ī conc. Tri. sess. 24. de ref. ca. 18.

[Gl. seq. primo duo notata vi litteræ, & a simili: secundo q̄rit & soluit distinguendo: tertio iterum quærit & soluit: & solutionem exemplificat.]

c ¶ Euidentem.] si ergo defectum opponit, sed non euidentem, non hēt locum pœna, sed si opponit manifestum, idem: cū hæc sint synonima. s̄. de verb. sig. cum olim. & est expressum inf. de verb. sign. c. 2. Sed pone plures opponit euidentes defectus: alterum probat, alterum non: quid erit? Sol. Si deficit in primo, repellitur ipse opponens: si probat primum, repellitur electus. Si āt simul examinati fuerint, si sufficiens est defectus, qui verus reperitur, repellitur electus, sed opponens ēt de calumnia punietur, nisi iudex viderit ipsum probabili de causa a calumniæ vitio excusari, vt in auth. de iudi. §. oportet. coll. 6. supra de accusa. accedens & supra eod. cap. 1. Si autem opponeret non euidentia, fateor quod sufficiat alterum probari, vt supra eod. c. 1. & sup. eod. vt circa. de re iudi. cum l. & A. Sed numquid iudex ex suo officio talem discussionem facere possit, etiam parte non petente? Dic quod sic, secundum Gar. qui laborare dēt vt breuientur lites. ff. si cer. pet. le. quidam æstimauerunt. ff. de postul. leg. quos prohibet. ff. de proc. l. filius familias. §. inuitus. supra. de excep. ca. exceptionem. Hoc idem poterit etiam si ambæ partes expresse renuncient per iura prędicta, & per l. C. de iureiur. prop. cal. pan. l. 2. §. sed quia veremur. Si autem tacite: scilicet intrando iudicium, & permixtim examinando 1 oppositiones tam euidentium defectuum, quam alias, & aliæ reperiuntur veræ, oppositiones vero euidentium defectuum falsæ, non habet locum pœna huius canonis propter impossibilitatem sui. ad idē. ꝩ. eo. indemnitatibus in fi. Pœna. n. est ꝙ repellantur a prosecutione, sed isti iam sunt prosecuti, & sic non potest habere locum pœna. Nec obstat quod non possunt renunciare expresse, quia multa possumus tacite, quæ non possumus expresse, ff. de procura. filius familias, §. veterani C. de iureiur. prop. calum. dan. l. 2. §. sed quia veremur. & inf. de iur. cal. ca. 1. & sufficere debet ad repulsionem electi, quod aliquid inuenitur probatum, quod eum repellat, quia vndecunque crimina claruerint, &c. 24. q. 3. ecce. & de iu. exhibita.

1 Dom. & Ph. not. hic, si recipiatur ꝓbatio eius q̄ admitti non dēt ex illa debet seq̄ snīa cle. consti͂o. nē. eo. tit. & an testis examinatus, qui examinari ñ debuit, probet, vide Hyp. in l. j. §. Cornelio. ff. de q̄ō. Font.

Glo. seq. respondet per obiectionem, & solutionem & distinctionem.

d ¶ Scientiæ.] qui etiam in laicis intolerabilis est. 38. dist. si in laicis. Sed no. ꝙ est quędam intrinseca qualitas cum qua hō nascitur. s. quod aliquis sit castus, pacificus sobrius: & hanc quis pręsumitur habere, sicut noat. ff. qui satisd. cog. si vero. §. 1. donec contrarium probetur. sic intelligitur, de præsumpt. dudum. de scrut. c. vno. Est quædam extrinseca, ut literatura; & talis qualitas non præsumitur, nisi probetur: & ideo super hoc examinatur & sic intelligitur hic cum suis similib⁹. [Dicit Ioan. vbi nil facere habeo cum homine, præsumere debeo illum dignum. Sed ubi sibi dare volo filiam meam, id est, ecclesiam in sponsam: debeo inquirere de dignitate sponsi: saltem quo ad expressa, supra eodem cum in cunctis. & inf. eodem licet canon. Et quia eligens inuenire tenetur conditionem debitam filiæ. argum. ff. de rit. nup. qui liberos. ideo punitur hoc non faciens. Ioan. Andr.] De negatiua facti, iuris, & qualitatis dic ut 6. quæstio, vlt. accusator. de elect. bonæ 1.

e ¶ Defectum.] sed si electo opponatur, quod sit illegitime natus, quis habet hoc probare? Dic, quod opponens probat per notata Innocen. in cap. super his. de accus. & de dolo & contu. cum olim.

Opponens electū quod est illegitime natus hoc probare debet.

f ¶ Contingat.] nec poterit postea reuocare. infr. eod. tit. ab eo.

g ¶ Ante omnia.] nota, ꝙ cum plura obijciuntur, quorū quodlibet per se sufficit, illud quod facilius probari potest, primo probandum est, facit de præscrip. auditis.

g ¶ Ante omnia.] i. antequam examinent alia non euidentia, quæ sunt opposita. Archid.

h ¶ Subijciatur.] a iudice. cui fides debet fieri de his, quæ coram eo aguntur. 4. quæst. 3. cap. si testes. §. sæpe. in fine. ubi de hoc. ad hoc 30. quæst. vlt. iudicantem. Archidiaconus.

[Gloss. seq. obijcit per locum a diuisione, & quadrupliciter soluit.]

i ¶ Initium.] videtur quod hæc pars huius disiunctiuę locum habere non possit, quia aut electus inuenitur insufficiens, & tunc penitus repelletur, aut sufficiens, & tunc repelletur opponens, & sic nullo casu obiectorū discussio sumet initium. Dic quod vera est obiectio, si insufficiens reperitur electus; sed si sufficiens reperitur, adhuc locum habebit aliorum obiectorum discussio; quia superior inquiret ex officio suo illo repulso de alijs obiectis, ne per subreptionem, 2 &c. supra eod. cum nobis. & inf. eod. indemnitatibus. & cap. vltimo. Vel admittetur alius cuius intersit: licet iste repellatur propter eandem rationem. Vel dic hoc tunc locum habere, cum defectus oppositus reperitur verus: sed non sufficiens ad repulsionem electi, & tunc alia examinabuntur, admitti tamen non debuisset ad opponendum talem defectum. Vel dic quarto, quod opponens admittetur ad alia probanda, si probabilis, & sufficiens causa eum a calumnia excusauerit. sup. eod. capit. 1. ad fin. ut quia tales fuerunt verisimilitudines de defectu illo, quod dici, vel credi poterat euidens, & sic calumniatus non fuit secundum Gar.

2 Placet Font.

K ¶ Opponentes.] nota quòd dicit, opponentes repellendos, non alios, quorum intererit, pro eo quod dixi supra glo. proxi. in secunda solutione.

l ¶ Obiecerunt.] & defecerunt.

m ¶ Defecissent.] ut supra eo. cap. 1.

Sciant.]

SCiant.] Non diuiditur: quia totus textus vno constructu clauditur, secundum Gar.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia, dñs temporalis, in cuius territorio & iurisdictione erat situata illa ecclesia, scripsit canonicis, & eos rogauit vt suum filium, uel aliquem eius familiarem eligeret in prælatum: Canonici uidentes illum filiũ, uel familiarem non esse sufficientem, nec idoneum ad dictam prælaturam, vel ex alia causa, noluerunt ipsum eligere, sed alium in suum prælatum elegerunt: Dominus temporalis hoc ægre ferens, cœpit molestare canonicos, & eorum cõsanguineos: uel inuadere bona canonicorum & consanguineorum: quæritur, utrum ipse dominus temporalis incurrat aliquam pœnam, & quam? Rñdet, quod ipso facto est excommunicatus, nec ab ipsa excommunicatione est absoluendus nisi præmissa debita satisfactione. Nota primo ex hoc c. quod vota debentium eligere aliquem prælatum, debent esse libera. Nota insuper principalem effectum huius c. videlicet, quod si quis molestauerit clericos, ecclesias, vel consanguineos clericorum pro eo, quod eligentes clerici noluerunt eligere aliquem, pro quo molestans scripserat: ipse molestans incurrit ipso facto sententiam excommunicationis. Nota vlterius casum, in quo inijciens manus in laicos, incurrit ipso facto sententiam excommunicationis, quia quantumcunque consanguinei clericorum sint laici: iniijciens manus in ipsos, vel eos molestans, ipso facto est excommunicatus.

† Vide B. Anto. in tra. de excõicatione, cap. 2.

Vide. c. fe. cis inf. de pœnis. cum ei notatis.

CAP. XII.

SCiant a † cuncti, b qui clericos, vel quaslibet alias personas ecclesiasticas c (ad quos in aliquibus ecclesijs, monasterijs, aut aliis piis locis spectat d electio) pro eo, quod rogati e, seu alias inducti f, eum, pro quo rogabantur, siue inducebantur, eligere noluerint, vel consanguineos g eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cetera beneficiis, siue aliis bonis suis, per se, vel per alios h spoliando, seu alias iniuste persequendo, † graua re præsumpserint, i se ipso facto excommunicationis sententia k innodatos. l

¶ Idem in eodem.

¶ Primo ponit vsurpantes de nouo custodiam vacantium ecclesiarum; Secũdo punit clericos, & monachos hoc fieri procurantes; Tertio punit clericos se talibus non opponentes; Quarto ponit, qualiter debeant se habere habentes talem custodiam ab antiquo.

CAP. XIII.

GENE-

[Prima glossa summat.]

a ¶ Sciant.] qui grauauerit aliquam personam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, vel ecclesias, seu bona, pro eo, quod eum, pro quo rogatur, eligere noluit ipso facto excommunicatus est. Io. Andr.

[Glo. seq. soluit. q. & respondet contrario.]

b ¶ Cuncti.] etiam episcopi. Nec obstat. j. de sent. exc. quia periculosum, quia non de sententia excommunicationis, sed suspensionis, & interdicti loquitur.

c ¶ Ecclesiasticas.] vt Conuersos: 1 Templarios, vel Hospitalarios, qui licet non sint clerici, sunt tamen ecclesiasticæ personæ. 17. q. 4. quisquis. in glos. penulti.

[Glo. seq. recit. per quæstionem.]

d ¶ Spectat.] de iure communi in collegiata ecclesia ad collegium spectat electio, de iure patr. nobis 16. q. vlt. congregatio. Si non est collegium, spectat ad patronũ. sup. de iure pat postulasti & hoc de iure cõi: nisi aliud inducatur de consuetudine de cau. pos. cum ecclesia. Si autem non esset ibi collegium, vel patronus, per dicecesanum habet ordinari. 10. q. 1. regenda. 16. qu. 7. omnes basilicæ. & hæc vera quo ad electionem prælatorum. & in inferioribus not. sup. eo cum ecclesia Vulterana dic vt ibi Gar.

e ¶ Rogati.] an preces 2 inducant simoniam, dic vt nota. 8. q. 2. in summa & q. 1. Moyses, & supra de æta. & qual. tuam.

f ¶ Inducti.] per promissiones, vel alio modo.

g ¶ Consanguineos.] nota specialem casum, in quo laicum pcutiẽs, vel alias offendẽs, excõicatus est ipso iure. ad idem infra de senten. excom. quicunque. & de immun. eccles. quoniam.

Conuersi dicantur, b ... adunt Do. ... ca. vt pri... legia, de c ... i. & 1 c. nõ ... ibium, de ... nt. exc. ad-

Couar. 1 d ... alma ma ... de sent. ... om. lib. tronũ. ... ar. 2. §. 2. ... e hoc ar. ... preces ... ducant si- ... niam vi ... 3. Th. 2. ... 100. ar. ... 3. ar.

ADDITIO. Et vsque ad quem gradum dicantur hi consanguinei, recurre ad not. sup. de appell. postremo. in 1. glo. Et quia de affinibus non fit hic mentio, & constitutio est pœnalis: non includit illos inf. de reg. iur. in pœnis. Ioan. And.

[Glo. seq. rationem reddit, quam declarat: secũdo soluit quæstionem: tertio quærit, arguit negatiue, soluit distinguendo.]

h ¶ Alios.] quia qui per alium facit, &c. ff. de admi. tu. ita tamen. §. gessisse. sic & in maleficijs tenetur mandator 3 ac si per se faceret. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deiecisse. & §. quotiens, & hoc verũ de his, quæ per alios explicari possunt: secus in adulterio, & similibus, quæ non possunt per alios explicari. C. de cad. tol. l. vni. §. ne autem, & mandatarius etiam excommunicatus hic erit de sen. excom. mulieres, & c. uniuersitatis. Sed nunquid huius decr. pœna locum habebit in præsentante patrono? Et uidetur, quod non, quia de electione tantum loquitur, & non de præsentatione, & est pœnalis & restringenda. infr. eod. tit. de sentent. excom. statutum. Dic quod si patronus est clericus, uel persona ecclesiastica, locum habebit constitutio, nec est ob hoc odiosa: immo fauorabilis ecclesiarum fauore, quibus propter hoc melius prouidebitur. & quia decre. indefinite loquitur, indefinite intelligitur. & dicit, clericos, &c. Si autem patronus est laicus, pœna locum non habebit, cum constitutio dicat clericos, uel ecclesiasticas personas.

3 Vide Bart. in l. non solum §. si mã dato. ff. de in iur. Alex. cõ fil. 65. in 4. volu. & Iasonem in §. pœnales Instit. de actio.

i ¶ Præsumpserint.] si. de exces. præl. tanta. sup. in anti.

[Glo. seq. soluit quæstionem.]

K ¶ Sententia.] sim. infra de sent. excom. quicunque. & secundum Gul. episcopi bene poterunt absoluere ab hac sententia: ex quo conditor huius canonis sibi absolutionem non reseruauit. de senten. excom. nuper. & argum. præd. decr. quicunque. in fine.

l ¶ Innodatos.] ergo est canon latæ sententiæ, ut hic patet. Et cum Papa hic sibi non retineat absolutionem, ordinarius diœcesanus clericos delinquenti indulgere uidetur. supra de sent. excom. nuper. ad hoc facit quod not. eod. tit. si quem. in glo. ult. in fin. Archid.

GEnerali.] Diuiditur in quattuor partes: Secunda, ibi, Clericos. Tertia, ibi, illos uero; Quarta, ibi, Qui autem. Ioan. And.

ADDITIO. Clericus, & Ioan. Mona. diuidunt in tres tantum, coniungunt duas primas, & bene conuenit literæ suspensiue, sed glo. conuenit menti. Fran. autem iungens tres primas partes, diuidit in duas tantum.

¶ Pro intellectu huius cap. præsupponendum est secundum veriorem intellectum ipsius, quid proprie iste textus appellet regalia. Quidam volebant dicere, quod regalia accipiuntur pro iuribus imperialibus, de quibus in lib. feudorum c. quæ sint regalia. ut si rex donauerit regalia ecclesiæ, & aliquis illa vsurpet, ipso facto est excommunicatus. Alij dicunt, quod regalia accipiuntur pro iuribus, quæ habet princeps in aliquibus ecclesijs, uidelicet quod uacante aliqua ecclesia rex percipiat fructus, & ecclesiam conferat.

¶ Hoc præsupposito ponamus sic casum: Vacante aliqua ecclesia, aliquis Comes vel Dux, qui dicebat se habere iura regalia in ipsa ecclesia, occupauit custodiam ecclesiæ vacantis: & dicebat, quod fructus ipsius ecclesiæ ad ipsum spectabant: licet non fuisset vsus ipso iure, an ille Comes vel Dux vsurpans illud ius in ecclesia vacante sit puniendus aliqua pena? Respondet Rom. Pontif. quod sic: & dicit, quod incurrit sententiam excommunicationis, & clerici illius ecclesiæ sibi non resistentes puniuntur pena hic contenta. Sed ponamus, quod rex vel alius princeps non cognoscens superiorem in temporalibus, habet ista iura regalia in aliquibus ecclesijs. Et ponamus, quod vacante tali ecclesia est sylua cædua: tamen non dum venit tempus ipsam syluam cęduam scindendi, siue amputandi: vtrum talis princeps possit illam scindere, siue scindi facere? Respondet, quod non, sed si tempus scindendi & colligendi aduenisset, cum sylua cędua sit in fructu, posset talis rex, vel princeps facere scindere huiusmodi syluam cæduam. Nota primo ex hoc text. iuncta glo. quod patronus laicus non habet custodiam ecclesiæ uacantis, sed superior prælatus cui subest ecclesia: secus est de patrono ecclesiastico: ideo patronus ecclesiasticus posset colligere fructus ecclesiæ vacantis, non vt fructus suos faciat, sed vt illos reseruet futuro successori. Nota insuper, quod patronus ecclesiasticus non potest prætendere ius aliquod in fructibus illius ecclesiæ vacantis, & hoc verum, nisi de auctoritate superioris tempore fundationis retinuerit sibi illud ius. Nota vlterius, quod vsurpans de nouo prædicta iura, vel procurans vsurpationem, est ipso facto excommunicatus. Nota finaliter, quod ille, qui habet custodiam ecclesiæ vacantis, non potest capere fructus, qui nondum venerunt ad maturitatem: Et istud facit pro archipresbyteris, qui durantibus xl. diebus percipiunt fructus ecclesiarum vacantium: ipsi enim non debent præuenire maturitatem fructuum.

'Casus litera Domini Heliæ.

† Pro intellectu huius ca. vide hic per alius Guliel. Durandū cognomento Speculatorē.

‡ Nota quod dispositio emanās contra vniuersos, nō includit singulos cōprehēsos sub uniuersitate, vide Iō. ā. An. ā excess. prælatorum.

rali a † constitutione sancimus: Vniuersos b ‡ & singulos, qui regalia, c custodiam, d siue guardiam aduocationis, seu defensionis titulum, in ecclesiis, monasterijs, seu quibuslibet alijs e pijs locis de nouo f vsurpare conantes, bona g ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare h præsumunt, quantæcunque dignitatis honore præfulgeant i: Clericos etiam ecclesiarum, monachos monasteriorum, & personas ceteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant: k eo ipso excommunicationis sen-

[Prima glossa diuidit, & summat.]

a ¶ Generali.] decre. ista diuiditur in quattuor partes, in quarum prima punit usurpantes de nouo custodiam uacantium ecclesiarum, & durat vsque ibi, Clericos. In secunda, quæ durat usq; ibi. Illos uero: punit clericos & monachos hoc fieri procurantes In tertia quæ durat usq; ibi, Qui autem, punit clericos se talibus non opponentes. In quarta quę durat usque in finem ponit qualiter debeant se habere, habentes talem custodiam ab antiquo.

[Glo. seq recit. per. q. an includat feminas. Et soluit; quod sic. alleg. tres leges, & unam allegat in contrarium, & dat quatuor solutiones.]

b ¶ Vniuersos.] & uniuersas, nam appellatione si quis & si qua continetur ff. de uerb. sign. l. 1. ff. de pact. tres fratres 1 & de const. pec. l. 1. §. 1. Arg. contra, quia si pater exheredat filium nasciturum, si nascitur filia, non erit exhæredata. ff. de uent. in pos. mit. l. 1. §. sed & si incertain. Communiter dici solet, quod in fauorabilibus masculinum concipit femininū, in odiosis non. sic solui tur. ff. de uerb. sign. l. 1. Alii dicunt quod si masculinum uerbū proferatur ab homine, & est odiosum, non cōprehendit feminam, & sic intelligitur prædictus. §. sed & si incertum. sed si a lege, siue sit odiosum, siue non feminæ continetur. ff. de in. omnium iud. si quis id. Odoffredus dicebat, quod si et a lege proferatur uerbum odiosum, non comprehendit feminam, nisi id lege caueatur. Dic secundum Gar. quod uerbum masculinum prolatū a canone, comprehendit feminas, quod probatur 16. quę. 4. si quis suadente, coniuncto cum cap. de senten. excom. mulieres, quod est uerum, nisi eadem uel alia constitutione excipiatur femina. infra. eodem. indemnitatibus, §. sed cum eas.

1 Vide ibi Angelum.

ADDITIO. quę excepta intelligitur in articulis, qui feminis non congruunt. su. de sta. reg. ea quę in fi. de hoc Spec. de dispen. & alleg. §. post. hæc. uers. uel in masculinum, per Host. de testa. Raynaldus in prin. per Arch. plenius in prædicto. c. si quis suadente. per Cyn. C. de seru. fug. quicunque. Ioan. And.

c ¶ Regalia. 2] i. collectam, quæ fit Regis ratione, vel Imperatoris, vel tributum, quod debetur regi. 11. quest. 1. si tributum, sic solet exponi de iure patr. præterea 2 Vel iura, quæ ad Imperatorem pertinere consueuerunt, vt portus & vectigalia, sed illa erant ecclesijs concessa, & modo volebat ea de nouo aliquis occupare, vt in lib. feu. tit. quæ sint regalia, alias est sub l. Imperialem Ioan. Andr.

2 Vid Bertrādum consil. 276. inc. visa concessione. par. 3.

d ¶ Custodiam.] & cetera, quæ sequuntur, expone secundum Gar. id est iuris patronatus, quod secundum diuersas regiones diuersa sortitur vocabula. j. de iure patron. quia clerici. & c. preterea. 2. de statu mona. in singulis. §. 1. 16. q. 7. piæ mentis. & c. Frigentius. quocunque ergo nomine censeatur, vsurpantes de nouo tale ius in ecclesiis, & aliis locis piis, & bona ipsorum locorum vacantium occupantes, excommunicati sunt ipso iure.

e ¶ Alijs.] vt hospitalibus, vel alijs quocunque nomine vocatis.

f ¶ De nouo.] scilicet a. xl. annis citra, secundum Gar. de consue. c. vlt. de præscrip. de quarta. 16. quæst. 3. cap. placuit. §. quas. actiones, & hoc per literam, quæ sequitur, vel ex antiqua consuetudine, & c. Chrisma tamen, matrimonium, mancipium, vinum, dicuntur noua, quæ non excedunt annum, vetera quæ excedunt. Probatur primum de consecrat. distin. 3. litteris. Secundum, 35. quæst. 8. c. 1. Tertium, ff de publi. & vectig. l. interdum. §. quotiens. Quartum, ff. de vi. tri. & ole. lega. vetus. Alibi dicitur nouum, cuius extat memoria, & eius contrarium dicitur vetus 3 ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. fin. & in l. summa. §. 1. supra de verb. signifi. c. super quibusdam.

3 Qd dicat antiquū t... Vide per ...rianum S... cōsi. 89. i... 1 cā agit...

ADDITIO. Dicit Archid. quod hic, & supra eod. auaritię, dicit nouum, quod nunquam fuit Ioan. And.

g ¶ Bona.] de quibus nulla est laicis attributa facultas. 96. dist. bene quidem. de consti. ecclesia.

h ¶ Occupare.] in mala parte ponitur: sic supra eod. vt præteritæ alibi in bona. 7. q. 1. factus est Cornelius, & sup. de proc. non iniuste. & j. de proc. si duo. & de cōsec. dis. 5. nunquam, & proprie mobilia dicuntur occupari, vel rapi: immobilia dicuntur, inuadi: sæpe tamen sumitur vnum pro reliquo, 47. di. sicut 2. 12. q. 2. quicunque sup. de rest. spol. sæpe. C. vnde vi, si quis in tantam. Instit. vi bono. rapt. § quod non solum.

ADDITIO. Dicit Arch. quod isti tales rerum ecclesiasticarum occupatores dicuntur committere furtum & sacrilegium: & non qualecunq; furtum, sed peculatus, quod est furtum de re publica. 23. q. 4. quid ergo. glo. [Ioan. Andr.]

i ¶ Præfulgeant.] hic assume literam in fine sequentis vers. eo ipso, & c. & maiori pœna sunt digni, quibus cum plurimum honoris defertur, inueniuntur in crimine, 5. q. 6 c. quia iuxta. §. si forte presbyteri.

K ¶ Procurāt.] forte occasione discordię inter ipsos suscitatæ,

tentiæ decernimus † subiacere.

¶ Illos vero clericos,† qui se (vt dérét) talia faciẽtib. nõ opponũt: [a] de puentibus ecclesiarũ, seu locorũ ipsorum, pro tpe, [b] quo pmissa sine debita contradictione permiserint, aliquid percipere districtius inhibemus. [c]

¶ Qui aũt ab ipsarũ ecclesiarum, ceterorumque locorum fundatione, [d] vel ex antiqua [e] consuetudine iura sibi hõmi[f] vẽdicãt: ab illorum abusu sic prudẽter abstineãt & suos ministros[g] ĩ eis sollicite facient abstinere, qđ ea, quæ non pertinent ad fructus, siue reditus [h] puenientes vacationis tempore, non vsurpent: Nec bona cetera, [i] quorum se asserunt habere custodiam, dilabi permittant; sed in bono statu conseruent.

¶ Idem in eodem.

¶ Parochialis ecclesia nemini conferatur, qui non sit idoneus scientia, moribus, & ætate: & si conferatur non attingenti xxv. annum, nõ ualet collatio: Ille autem, cui talis ecclesia collata fuerit, tenetur personaliter residere, & infra annum sacerdos fieri; si autẽ promotus non fuerit, elapso anno, priuatus est ipso iure. Super residentia autẽ prælatus eius ad tempus poterit dispensare. Ioan. And.

CAP. XIIII.

LICET [k] † CA-

† Vide cõc. Latera. sub Alex. iij. ca. 13. & conc. Trid. sess. 7. de ref. ca. 3. vbi hoc decretum cõfirmatur.

Procurare quis dicatur quadrupliciter.

tatę, & dicunt procurare ope, consilio, persuasione, & operatione. de homi. sicut dignum. de officio deleg. cap. 1. ff. de ser. corrup. l. 1. §. persuadere.

a Opponunt.] nota clericos se debere opponere, pro iuribus ecclesiæ defendendis ad idem inf. de re. eccles. non alie. hoc consultissimo.

† Verbũ decernimus, deest in quodã uetustissimo codice, & uĩ abeẽ oportere, cum tota hæc period⁹ regat a uerbo, sancimus, initio capitis posito.

b ¶ Pro tempore.] id est, pro ea parte temporis, vel id est, ab eo tempore citra.

[Gl. seq. quærit. & soluit distinguẽdo.]

c ¶ Inhibemus. cõtra faciẽs est transgressor canonis, qui canonem trãsgreditur prohibitionem cõtinentem, 4. dist. c. denique. in fi. secus si consilium tm̃, ut ibi. Sed quæro quæ sit pœna trãsgressionis canonis? Dic ſm Gar. quod qui transgreditur canonẽ credens Romanã ecclesiã non habere potestatem condendi canones & de tali trãsgressione punitur ut hæreticus. 19. di. nulli fas, ubi de hoc. Si autem credit Romanã ecclesiam potestatem habere, sed facit contrarium: quia sic ei placet, est pœna depositionis. 1 ut 4. di. §. vlt. & adde hoc quod no. sup. de treu. & pa. cap. 1.

† Dictio, clericos, quæ ut plurimũ deest in recẽtiorib. lib. reposita est ex omnibus antiquis codibus Pœna transgrediẽtis canones.

1 Vbi nõ est certa pœna statuta. I A.

d ¶ Fundatione.] fundans. n. & dotans ecclesiam de diœcesani consensu potest 2 hoc statuere, ut fructus ipsius ecclesiæ cum uacabit, suos faciat. 18. q. 2. Eleutherius de iure patro. præterea. 2 & c. nobis.

2 Quãtũ liceat hodie patronis bñficiorũ, ratione iuris patronatus sanciuit concil. Trid. sess. 25. de ref. ca. 9. quod omnino uideas.

ADDITIO. Licet donationis tempore possit doti onus imponi, non tamen tpe traditionis, quæ fit ex interuallo. facit C. de pac. con. l. ex morte. in fi. & quod not. de rei uxo. act. l. una. §. accidit facit de testi. cog. præterea.] cum concor. in ult. glo. Io. And.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

e ¶ Antiqua.] præscripta sup. de consue. c. ult. uidetur ergo quod consuetudo. qua usurpari possint bona ecclesiarum, & sic onerosa præscribi possit contra id; sup. de consue. c. 1. Dic, quod in hoc quod quis habeat ius patronatus, custodiam, guardiam uel similia, bene ualet consuetudo: sed in hoc quod vsurpet, non valet, & sic intelligitur contrarium.

f ¶ Huiusmodi.] scilicet, guardiam, custodiam, uel regalia.

g ¶ Ministros.] qui res alterius saluare tenentur, & de facto ministrorum tenentur. ff. nau. caupo. sta. l. fin. in princ. 86. di. an putatis & culpæ reus est, qui malorum. vtitur opera Inst. de obl. quæ ex quasi deli. §. sed si alicuius, circa finem.

[Glo. seq. quærit, & arg. & soluit.]

h ¶ Redditus.] ut sunt syluæ caduæ: quæ tempore vacationis non sunt in tali statu, quod cædi debeant. 3 Et nota ꝙ omnis fructus consistit in redditu ff. de usu. Paulus. §. 1. sed non conuertitur: quia partus ancillę est in redditu, sed non in fructu ff. de usur. in pecudum. §. partus. Inst. de re. di. §. in pecudum. Sed quæro an fructus medio tempore perceptos faciant tales suos? Ita uidetur per hanc litteram: quia non prohibet de fructibus, sed de his q̃ non pertinẽt ad fructus, Tu dic. ꝙ fructus cõseruari debẽt futuro successori. sup. de offi. ord. cũ vos. s. eo. ubi periculũ §. prouisionis. & ĩ. eod. quia sæpe. & de offi. ord. præsenti. Qui enim custodiam habet, custodire debet, non cõsumere. ff. ut in pos. lega. l. is cui. §. qui legatorũ l. habebũt timẽ ſm Gulielmum, q̃ diu custodiæ operam dant moderata cibaria. argu. 12. q. 2. charitatem. s. de præb. extirpandę. ff. comm. in rebus. §. possunt. & sic nõ habet locũ hic. & arg. a cõtrario sensu. C. de epis. & cle. conuenticulam, & ff. de cond. inser. l. 1.

3 Vel sunt stagna, uel uiuaria, non in statu quo piscari deant. Ioan. And.

i ¶ Cetera.] ff. de ver. signifi. l. ceterorum. Ioan. And.

Licet canon.] Summa & diuide, pro ut in prima glo.

CASVS. Quidam clericus constitutus in præsentia Rom. Pontificis quæsiuit ab eo, Sanctissime Pater, vellem bene informari a uobis, quæ idoneitas requiritur in promouẽd. ad ecclesiam parochialem? Ad qđ rñdet Rom. Potifex, quod in promouẽdo ad ecclesiam parochialem requiritur, ꝙ ipse habeat scientiam sufficientem: & sit imbutus bonis uirtutib. ac insuper sit alienus a uitijs & ꝙ compleuerit annum uigesimumquartum, & attigerit uigesimumquintum; ꝙ si non attigerit xxv. nulla est collatio ipso iure? Sed quid si promotus ad ecclesiam parochialem habeat omnia ista; quia est ætatis perfectæ, idoneus scientia, & moribus: sed tamen non est sacerdos? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ ipse dẽt effici sacerdos infra annũ cõputandum a tpe adeptæ pacificæ possessionis ipsius ecclesiæ Parochialis: alias si non promoueatur ad secerdotiũ infra illud tempus: illo tpe elapso priuatus est ipso iure dicta ecclesia parochiali c. commissa, ĩ. eo. & sic correctum est c. cum in cũctis eodem tit. in ant. quod requirebat amotionem per sñiam; sed per istud capitu. ipso facto est amotus absque aliqua monitione uel sententia. Sed quid si promotus ad ecclesiam parochialem fuit effectus sacerdos infra annum: utrum teneatur residere personaliter in ipsa ecclesia: & eidem personaliter deseruire in diuinis? Respõdet quod sic: nisi suus prælatus cum ipso dispensauerit, ne resideret personaliter in sua ecclesia: sed ut posset in ipsa ecclesia deseruire, in diuinis per alium suum uicarium.

[Prima glossa summat. & diuidit.]

k ¶ Licet,] parochialis ecclesia nemini conferatur, qui non sit idoneus scientia, moribus & ætate; & si cõferatur non attingenti uigesimumquintum annum, non ualet collatio ille autem, cui talis ecclesia collata fuerit, tenetur personaliter residere, & infra annum sacerdos fieri: si autem promotus non fuerit elapso anno priuatus est ipso iure. Super residentia autem prælatus eius ad tempus poterit dispensare. Et potest diuidi in sex partes. In hac prima ponit constitutionem, Alexandri; & statuit cui debeat conferri parochialis ecclesia,

In ſecunda: ibi Decernentes, irritat collationem aliter
factam. In tertia: ibi, is ēt, ponit de reſidentia facienda.
In quarta: ibi, Et infra annum, de promotione ad presby
teratum. In quinta: ibi, Quod ſi infra, pœnam non pro
moti. In ſexta: ibi, ſuper reſidentia. de diſpenſatione re-
ſidentiæ.

ADDITIO. Iſta diuiſio in ſex partes placet. licet Frā diuidat in quattuor tantum, quia coniūgebat tertiam, & quartam. Itē quintam, & ſextam. Clericus diuidebat in quinque coniungendo primas duas Item Ioan. Mona. in quinque, ſubticendo tertiam. Ioan. And.

[Glo. ſeq. ponit tria quæ ſupplet ipſe canon.]

a ¶ Canon.] ſ. eo. cū in cunctis, qui hic in trib. maxime ſupple tur: quia ibi collatio parochialis eccleſiæ minoribus fieri prohi bebatur tantū: hic irrita decernitur, niſi dicere velis, quod id ſatis erat irritum per ipſam conſtitutionem:

non a à felicis recordationis Alexandro Papa tertio prædeceſſore noſtro editus, inter cetera b ſtatuerit, vt nullus regimen eccleſiæ parochialis ſuſcipiat, niſi vigeſimum quintum annum ætatis attigerit: ac ſcientia, & moribus commendandus exiſtat: quodque talis ad regimen aſſumptus huiuſmodi, ſi monitus, non fuerit præfixo a canonibus tempore c in presbyterum ordinatus, a regiminis eiuſdem amoueatur officio, & alii d conferatur. Quia tamen in obſeruatione canonis memorati, ſe multi exhibent negligentes: Nos periculoſam e illorum negligentiam f volentes iuris executione g ſuppleri, præſenti decreto ſtatuimus: vt nullus ad regimen parochialis h eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus † moribus, ſcientia, i & ætate: Decernentes, collationes de parochialibus k eccleſiis, his, qui non attigerint l vigeſimum quintum annum, de cetero m faciendas viribus omnino carere. n ¶ Is

parochialibus collegiatis, vel aſſumptis ad earum regi-
men. j. eo. tit. ſtatutum. Quid ſi eccleſia olim habuit pa-
rochianos, ſed nūc habere deſijt? Dic ſm̄ Gar. quod non
habet locum conſtitutio: quia & deficientibus perſo-
nis collegij, deſinit eſſe collegium, vt not. ff. ꝙ cuiuſ-
que vniuerſi. l. ſicut municipij, §. 1. ſi aūt reinciperent ibi eſſe parochiani, ex tunc incipiet conſtō locū habere: quia facta eſt parochialis. & ò. reuolauit ad a. 35. d. ab exordio. quemadmodum ſi de nouo fieret aliqua eccleſia parochialis, locū haberet conſtō, & concor. ad hoc Hoſtien. ſup. de cler. non reſidē. quia nonnulli.

i ¶ Scientia.] quæ requiratur in eo, habes 38. diſt. quæ ipſis.

k ¶ Parochialibus] de talib. eccleſijs habetur 38. diſt. quando, in prin. 10. q. 1. regenda. 13. q. 1. c. 1. Parochia Græce, Latine dicitur partitio. & dicit parochia, quaſi partitio curæ: quia re

† Idē cauet in conc. Lat. ſub Alex. 3. c. 3. & ī cōc. Lat. ſub Innoc. 3. c. 30. & in Conc. Trid. ſeſſ. 7. de refor. c. 3. & ſeſſ. 24. d ref. c. 12.

¶ Idem Do. allegat ſimilem gloſ. in cle. 1. de iur. patr. Fon.

quia ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, & ſi non
adijciat contra factū nō valere. 1 C. de leg. non dubium.
nec fuit hoc propterea ſuperfluum, cū clarius exprimat.
ad idem ſup. de ſum. Tri. c. vni. eod. lib. & ſic innouati,
& ſuſcitat illud ius, quaſi per abuſum abolitum. Itē per
canonem illum moueri debent ad ſuſcipiendos ordines,
per iſtum non. Item per illum priuandus eſt per ſenten
tiam: per iſtum priuatus eſt ipſo iure. Io. And.

b ¶ Cetera] quia multa alia ſtatuit præter iſta.

c ¶ Tempore.] quod erat in proximis quatuor tempo-
ribus. 75. diſt. quaſi per tot. vel dic præfixo ab homine.

d ¶ Alij.] ergo non primo, ne fiant leges ludibrio, &
dicatur ſolum verbis lex impoſita. j. eo. commiſſa, §. por-
ro. & dic, alij qui cum effectu faciat id, in quo primus
fuit negligens, ſupra de cler. non reſid. relatum. aliàs re-
mouebitur, vt ibi.

e ¶ Periculoſam] ſibi & illis, quos corrigere debebat,
& ita cateruatim ſequebatur eos pereuntes multitudo
pereuntium. 40. diſt. ſi papa.

f ¶ Negligentiam.] hæc omnia lædit. in auth. coll. 6. de
quæſtore. §. hæc omnia. & nouerca eſt eruditionis. 83.
diſt. cap. nihil.

g ¶ Executione.] nota quod quilibet canon, qui eſt la-
tæ ſententiæ, poteſt dici executorius, & hoc eſt verum
quo ad iuris executionem.

ADDITIO. An neceſſario ſit executio facti vel declara-
tio. no. inf. eod. commiſſa. §. 1. Archid. remittit de præb.
licet. 2. Io. And.

[Glo. ſeq. quærit, arguit pro; ſoluit contrarium. Item
quærit, & ſoluit.]

2 Qualis ætas requiratur in promouēdis ad quaſlibet dignitates, & beneficia ſancit Alex. 3. in conc. Lat. & nouiſſim. c. 3. e concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de ref.

h ¶ Parochialis eccleſiæ.] ſed nunquid erit idem in
decanatu, & alijs dignitatibus 2 de quibus loquitur
§. inferiora, c. cum in cunctis, ſ. eod. arguendo de ſimi-
libus ad ſimilia? videtur ꝙ ſic, cum ſub eadem prohibi-
tione manauerit ſ. de conſtit. translato. Dicas ſm̄ Gar. &
Gul. quod in illis per hanc conſtitutionem nihil immu
tatur; quod enim non mutatur, & cetera. C. de appel. præ
cipimus, & C. de teſt. ſancimus. Habeat ergo tantū locū
in eccleſia parochiali, nec recedam a verbis. ff. de leg. 3.
non aliter. Seruabitur ergo in eis §. inferiora. c. cū in cun
ctis. ſ. eo. Itē ſcias, ꝙ non habet locum hæc cōſtitutio in

ctor ipſius habet curam animarum totius populi infra
illos limites congregati: vnde dicitur populum regere.
j. de capel. monach. c. 1. Archid.

l ¶ Attigerint.] ſufficit ergo in his, quod attigerint
25. annum, ſecus ergo in epō ſ. de ele. cum in cunctis. &
in abbatiſſa j. eod. indemnitatibus, & in caſu inf. de æta.
& qualit. c. vno.

ADDITIO. Et in caſu de regul. ad noſtram. vbi, vide
cum ſuis remiſſis. Ad vtramque partem facit Clem. de
ſtatu monach. ne in agro §. ceterum. Solue vt ibi in glo.
4. Io. And.

[Gl. ſeq. notat & remittit, ſecundo quærit, de pendenti-
bus opi ponit, & ſoluit diſtinguendo.]

m ¶ De cetero] 3 ad futura tm̄ extenditur: & habet
hoc locum in qualibet conſtitutione prætetquam in ca-
ſibus ſup. de conſtit. c. vlt. dic vt ibi. Quid de pendenti-
bus nunquid ad illa conſtitutio extendatur? Et quidem
ſi pendeat per appellationem, negotium decidi debet
ſecundum ius, quod erat tempore primæ ſententiæ, non
ſecundum ius, quod emanauit appellatione pendente.
in auth. vt cum de appel. cog. in prin. & §. 1. Si autem
principaliter pendet, dixit Hoſtien. ſup. de conſtitu. c. 2.
decidi debere ſecundum ius, quod emanauit. Goffr. ibi,
& Accur. C. de legi. leges. ſecundum ius quod ante con-
ſtitutionem erat, & vterque allegat prædict. auth. dic ſe-
cundum Gar. quod ſi conſtitutio loquatur de ordina-
tione negotij vel contractus, vt de numero teſtiū, de ſcri
ptura, vel alia ſolemnitate, vera eſt opinio Goffre. Non
enim pars potuit diuinare. C. de teſt. teſtium. C. de teſta.
iubemus 82. diſt. propoſuiſti. Si autem conſtitutio lo-
quatur circa ordinationem ſententiæ vel proceſſus; po-
ne exemplum de iuram. calum. cap. 1. §. vlt. de ſentent. &
re iudic. cap. vlt. poteſt vera eſſe opinio Hoſtienſ. ita ꝙ
proceſſum cauſæ iam factum non tangat, ſed facien-
dum, & quod alias conſtitutio de ſui natura non exten-
datur ad pendentia, probatur opti inf. de offic. leg. cap.
pen. in fine.

3 De materia glo. vide Pet. de Anc. late loquentem. Fon.

[Gloſ. ſeq. de duobus ſimul quærit, & ſoluit. Iterum
quærit, arg. pro, & ſoluit contrarium.]

n ¶ Carere.] ipſo iure. Si quæratur an epi poſſint in
ætate diſpenſare, ſm̄ ꝙ olim a quibuſdam dicebatur per
illam

illam decret. de æta. & qualit. præterea. & c. indecorũ. & vtrum dispensatiue possint annum prorogare? Dic quòd non, per decr. istã, quę solum super residentia eis ptãtem dispensandi reseruat 1 eo tamen saluo, quod habes inf. eo. tit. cum ex eo. De dispensatione autem ordinum hic nihil prohibetur? vnde antiquo iuri stabitur, s. illi dec. ptẽrea. Sed nunquid nõ constitutus in maioribus vel in minorib. de iure cõi ad talẽ ecclesiã elig. põt? & vr quod sic: quia ista decret. nihil exigit, nisi quod promoueatur. ĩ. annum: sed ad omnes ordines promoueri poterit infra annum; Sed dic contra: 2 quia hæc decr. præterea. nihil per istã immutat: immo per istã quodammodo exponitur, quod ibi dicit, infra breue tempus.

1 Idem Do. Font.

† Idem cauet Conci. Trid. sess. 6. de ref. c. 2. quod omnino videas.

2 Idem Do. Font.

etiam, a qui ad huiusmodi regimen assumetur, vt gregis sibi crediti diligentius curam gerere possit, in parochiali ecclesia, cuius rector b extiterit, residere c † personaliter d teneatur; Et infra annum e a sibi commissi regiminis tẽpore numerandum, se faciat ad sacerdotiũ promoueri. Quòd si infra idem tempus f promotus non fuerit: ecclesia sibi commissa, nulla etiam præmissa monitione, fit præsentis cõstitutionis auctoritate priuatus. g

¶ Super residentia vero (vt præmittitur) facienda, possit ordinarius h gratiam dispensationis ad tempus i facere, prout causa rationabilis id exposcit.

¶ Idem in eodem.

¶ *Parochialis ecclesia non commendetur, nisi constituto in ætate legitima, & sacerdotio: & tali non nisi vna, & illa tunc demum, cum necessitas vel vtilitas exigit. Talis autem commenda vltra sex menses nõ duret. Quod contra prædicta factum fuerit, est irritum ipso iure. Ioan. And.*

CAP. XV.

NE-

a ¶ Is etiam.] tertia pars, in qua ponit de residentia facienda.

b ¶ Rector.] vel perpetuus vicarius: in quo locum habet, hic dicitur circa ordinẽ & ætatem, per clem. de offi. vica. quæ de ecclesijs. cuius cõtrarium dicit hic Archid. per hanc litteram.

c ¶ Residere.] ad hoc etiam tenebatur olim sup. de cler. non resi. relatum.

c ¶ Residere.] is dicitur residere, qui continue ibi moratur, arg: C. de metatis. l. deuotum. lib. 12. nisi in casibus a iure exceptis: in quib. is qui abest, fingitur esse præsens & residere, vt inf. de cle. non resi. de cetero. c. ex parte. & c. cum dilectus. cum si. Arch.

d ¶ Personaliter.] ergo non per vicariũ, nisi in casu, sup. de preb. extirpãdæ. quod per hanc tolli non credo sm Guil.

e ¶ Annum.] impedimento cessante, sup. eo. ti. lib. 6. quã sit, in fi. & est expressum inf. eod. commissa & currit iste annus ex quo habuit possessionem pacificam: vel per eũ stetit quo minus haberet: nec currit iuste impedito, inf. eo. commissa. & inf. de præb. licet.

f ¶ Idem tempus.] nisi cum eis per epos suos fuerit dispensatum: vt litterarum studio insistentes non teneantur vique ad septennium 3 promoueri, nisi ad ordinẽ subdiaconatus dumtaxat: ad quem sub hac pęna inf. annum promoueri tenentur inf. eo. ti. cum ex eo.

3 Vide cle. ut hic de ęta. & qualit. & Cõcil. Trid. sess. 7. de ref. c. 12. & sess. 22. de reform. 4. & sess. 24. de refor. c. 12.

[Glos. seq. quærit, & soluit: demum soluit duo dubia, & de tertio remittit: vltimo distinguit circa compulsionem ad ordines.

g ¶ Priuatus.] ipso iure: olim vero per sententiam. Sed numquid poterit purgari mora anno elapso per aliquot dies? Dic quod non, arg. hic. & de suppl. neg. præla. licet. quia commissa non potest purgari. C. de contrah. & cõmittit. stipulat. magnam. & adde quod dixi infr. de regu. iur. mora. & licet tam modicum tempus restet de annó, quod certum est eum non posse promoueri: nõ est priuatus, inf. eo. commissa. j. respon. & dico, quòd pœna illius constitutionis, cum in cunctis. non est remota per istam: quia si talis ecclesia collata fuerit diacono: & monitus promoueri nolit, etiam inf. annum priuari poterit secundum tenorem ipsius decre. Et si quæratur quando incipiat currere tempus illi, ad quem spectat collatio? dicam. infr. eod. commissa. Nota autem ex hac decret. quòd compellitur quis ad ordines per subtractionẽ beneficij.

Sed quia iura 4 super hoc variãt, distinguas, sec. Gar. Aut beneficium habet certum ordinem annexum, aut non. Si habet iusta causa excusat illum, vtpote irregularitas, in quam postea incidit sine culpa sua, vt quia oculum vel manum amisit; tunc nec compellendus est, nec priuandus, supr. eo. cum in cunctis. §. sane. Si autem incidit in talẽ irregularitatem culpa sua, debet amittere beneficium: & sic intelligitur de ætate & quali. c. 1. Idem si ante adeptum beneficium in illam irregularitatẽ incidit qualitercunque: quia id in promotione sua tacere nõ debuit. 24. dist. qñ & ca. vlt. sup. de cor. viti. exposuisti de renun. nisi cum pridem. §. personæ. Si autem iusta causa eũ non excusat, aut est parochialis ecclesia: & tunc elapso anno priuatus est ipso iure, etiam si nõ moneatur, vt hic: aut est alius beneficium: & tunc si monitus non vult promoueri, priuandus est sup. eo. cũ in cunctis, §. inferiora. In episcopatu aũt non requiritur monitio: sed sufficit negligentia electi per tempus a canone terminatum, 100. dist. ca. 1. circa fi. Si vero beneficium non habet certum ordinem annexũ: & ecclesiæ necessitas vel vtilitas non exigit, inuitus cogi non debet, & punitur qui eum compellit. 74. dist. ca. 1. & 2. & can. vbi ista. Si autem necessitas, vel vtilitas ecclesiæ requirit, vt promoueatur clericus: si se excusat prætextu criminis, quod se commisisse proponit: aut si proponit aliud impedimentum in quod incidit: culpa sua: tunc episcopus debet inferiores idoneos promouere: & ipsum clericum ab ipso beneficio penitus amouere: nisi alias ualde utilis & necessarius esset illi ecclesiæ de æta. & quali. quæris. ubi uero impedimentum temporale prætendit, puta infirmitatem, uel etiam perpetuũ ex delicto suo non proueniens non solum, non cogitur: sed etiam si eius excusatio non admittitur, poterit appellare: sicut & tutor appellat ob excusationem rationabilẽ non admissam. ff. quando appel. sit. l. 1. §. si quis tuto. Quod si voluntate sua renuit ordinari, nil prætendens, nisi quia non vult: debet compelli appellatione remota per subtractionem beneficij, & officij. 74. distinct. ca. 3. & 4. De regularibus dic vt in cle. de statu. regu. ne in agro. §. antepen.

4 Vide iura & Cõci. Tri. paulo ante citatum.

[Glo. seq. recit. per quæstionem.]

h ¶ Ordinarius.] id est, suus superior: siue sit episcopus siue maior vel inferior episcopo. supr. de cle. non resi. relatum: & sic illud intelligunt Inn. & Host. dispensationem autem illius. c. 1. eod. cum ex eo. non possunt inferiores episcopis facere, vt ibi dicam.

i ¶ Ad tempus.] bene dicit: quia nec Papa super residentias dat perpetuas indulgentias: & datas per prædecessores reuocat, ut sup. eo. lib. de rescr. c. vlt.

NEMO.] Tria facit, Primo præmittit cui, & quando fiat commenda parochialis ecclesiæ. Secundo quantum duret. Tertio decretum apponit. Secunda ibi, Huiusmodi autem. Tertia ibi, Statuentes.

ADDITIO. Et Io. Mona. diuidebat in quatuor: Secunda ibi, Nec tali. Ioan. And.

CASVS.

CASVS. Vacante aliqua Ecclesia, Episcopus non habens ad manus personam idoneam, vel forte patroni conten- debant de iure patronatus: certum est, quod ille Episco- pus potest ad tempus concedere alicui istam Ecclesiam in commendam: Sed quæritur quæ ætas, & quæ aliæ qua litates requiruntur in commendatario; Respondet, quod requiritur, quod commendatarius cōpleuerit ann. 24. & attigerit 25. an- num. Item requiritur, quod ipse sit constitutus in sacer- dotio: Nam requiritur quod exerceat ea, quæ sacerdos exercet. Item tertio requiritur, quod non habeat aliam Ecclesiam in commendam. Sed vtrum in perpetuum po- terit episcopus Ecclesiam commendare? Certe non: sed solum vsque ad sex menses: & in effectu potest Episco- pus Ecclesiam commēdare vsque ad illud tempus, quod habet in sua collatione Nemo.]Ista constitutio non com prehendit Romanum Pontificem: quia Roman. Ponti- fex non potest sibi legem imponere. Nota primo, quod Episcopus (idem est de alio superiore) potest Ecclesias spectantes ad suam collationem commendare, id est tra- dere in custodiam, & alicui committere administratio- nem ad tempus: sed talis commendatarius per hoc non habet titulum in Ecclesia sibi commendata. Nota vlte- rius, quod Episcopus non potest Ecclesiam commendare vltra sex menses: ideo elapsis sex mensibus expirat com menda; sed Romanus Pōtifex potest in perpetuum com- mendare: Vnde sciendum, quod commendatarius in Ec clesia sibi commendata non dicitur habere titulum, & ideo non vacat per mortem commendatarij. Ex quo se- quitur, quod si post mortem commendatarij impetrare- tur Ecclesia commendata tanquam vacans per mortem, impetratio esset surreptitia: quia esset expressus falsus modus vacationis: & hoc verum, nisi in impetratione esset apposita ista clausula, & hoc quocunque modo va- cet. Nota insuper, quod commenda ecclesiæ parochialis non potest alicui fieri, nisi constituto in sacerdotio: licet Ecclesia parochialis possit alicui dari in titulum nō con- stituto in sacerdotio. Nota finaliter, quod commendata- rius tenetur residere in Ecclesia sibi commendata: ideo ideo non posset sibi dari alia commenda, quia nemo po- test residere personaliter in duobus locis.

† Vacantib⁹ ecclesiis parochialibus quid agendum, diligēter præscribit Concil. Trid. sess. 24. de ref. c. 18.

Nemo a † deinceps b parochialem c ecclesiam, alicui non cōstituto in ætate d legitima, & sacerdotio, e commendare f præsumat: nec tali g etiam nisi vnā, h † &

[Prima glo. summat.]

a ¶ Nemo.] Parochialis Ecclesia non commendetur nisi constituto in ætate legitima & sacerdotio, & tali non ni si vna & illa tunc demum, cum necessitas vtilitas exigit. Talis aūt cōmenda vltra sex menses nō duret. Quod con tra prædicta factum fuerit est irritum ipso iure. Io. And.

b ¶ Deinceps.] per hoc verbum apparet, quod hæc con- stitutio ad præteritas 1 commendas non extenditur & quia natura constitutionis est, quod non extendatur ad præterita, & de hoc sup. ca. proxi.

1 Hanc additionē de tēporib. diuersotū cōciliorum ponit. Io. Andr. hic in lectu. sup glo. 1. in uerbo: pteritas.

ADDITIO. Fuit hoc concilium, vt refert Franc. Vercel. anno Domini 1274. a principio Maij vsq; ad Augustum, & hoc de Lugdu. Gregorius X. Prius autem fecerat Lug- du. Innocen. IIII. Cōcilium anno Domini 1245. vt patet in Specu. historiarum. lib. vlti. in princip. De Vien. quod fuit 1211. & 12. uide in Clemen. cum sit. de censi. glo. pe- nult. De Lateran. Alexand. III. quod fuit 1179. dixi de his quæ fiunt a præla. cum Apostolica, in fin. De genera- li Innoc. III. quod fuit 1215. dixi sup. de deci. cap. penul. Ioan. And.

2 Quid requirat ad hoc, ut ecclesia cēseatur parochia, notat Alex. cōsil. 74. incipient. Viso puncto. uolu. 4.

c ¶ Parochialem. 2] In alijs ergo nihil immutatur: sed remanet ius antiquum secundum Guliel. ad hoc C. de appel. præcipimus.

ADDITIO. Specialia igitur parochialium ecclesia- rum habes hic. & sup. c. prox. ubi de hoc in glo. sed nun- quid & inf. de præb. si Apostolica. sup. de præben. extir- pandæ. §. qui vero. & in clement. unica. de offic. uicarij. Ioan. And.

d ¶ Aetate.] s. quod attigit 25. annum sup. c. proxi.

e ¶ Sacerdotio.] ut possit interim ipsi Ecclesiæ in sa- cerdotali ordine deseruire. Et nota q parochialis Eccle- sia potest intitulata dari, et non presbytero sup. c. proxi. inf. eo. cū ex eo. inf. de insti. c. 2. cōmēdari aūt nō: & hoc est nouum, quia ante constitutionē istam hoc non erat.

[Gl. seq. ponit quomodo diuersis modis sumitur com mendare, & quō hic: secundo, circa cōmendam format octo quæstiones.

f ¶ Commendare.] Idem est quòd deponere, ff. de verbo. sign. l. commendare. ff. deposi. l. Lucius. 22. q. 2. ne quis arbitretur sup. deposi. c. 1. Quandoq; accipitur commendare pro verbali honore alicui impenso: vt cum quis de aliquo laudatur: vel quando amicum commendo, vt ei uerbalem honorem faciam. ff. manda. si uero. §. cum quidam. Et ea quæ commendandi cā dñr, non obligant. ff. de. ædil. edi. sciendum. ff. de contrahen. empt. ea quæ. nec commendandi sui causa debet quis fa cere quod alteri noceat. 11. q. 3. si quis uero. sed hic de cō menda agimus: quæ est custodia ecclesiæ alicui commis- sa. Et primo quæro an talis sit prælatus? Et dico quod non: sed procurator tantum: habet tamen legitimam administrationem 3 21. quæstio. 1. relatio, sup. eod. cum nobis olim. 2. §. fi. & sic no. 21. q. 1. qui plures, Sed nun- quid interim dicitur vacare: Dic quòd non: quia titulus est canonicus sicut & alij sup. eo. c. dudum, 2. & in præ- dicto ca. qui plures, & cum modo debito fit, vt hic. Sed nunquid facit ille talis fructus suos? Dic quòd non, se- cūdum Gar. quia custos est. nec in ecclesia ius habet, nec etiam in fructibus, nisi ad colligendum, & gubernandū, & prouidendum sibi, & ministris: & quod superest in vtilitatem ecclesiæ conuertendum: sicut & de uisitato- re dicitur 61. distin. obitum. & c. Catinensis & hoc tenet Host. in decre. Dudum. de elect. tamen contrarium sit de facto. 4 Sed nunquid habens talem commendam impe- trans ecclesiam, tenetur de commenda facere mentio- nem? Dic, quòd sic, argu. de decret. de conces. præb. cum nostris & c. litteras Nunquid ad talem commendam uo cabitur patronus? Dic quòd sic: secundum Innoc. Host. & Gar. arg. 16 qu. 7. filijs. Idem in alijs, qui ex tali com- menda læduntur. ff. de adop. l. nā ita. ff. de m no. l. in cau sæ. sup. de offi. Arch. ad hoc. §. fi. si autem fuerint contu- maces, ulterius non audientur. su. qui fil. sint legit. præ- latum. Sed quæro, an per ordinarium reuocari poterit vel interim conferri? Et dic quòd non, secun. Gar. nisi esset causa, ex qua facta fuerat. arg. de vo. & vo. redemp. magnæ. ad fi. 63. dist. ca. quia. §. uerum. 5 Quid si conces- sum sit episcopo, quod usque ad certum tempus fructus vacantium ecclesiarum percipere possit, supr. de verb. si- gni. tua supr. eod. lib. de rescri. si propter. infr. de præb. si tibi concesso. Nunquid tales indulgentia prætextu fru- ctus commendati beneficij poterit retinere? Non secun dum Gulielm. cum commenda ius tribuat, ut sup. dixi. Dicunt autem quod episcopus commendare potest tan- tum usque ad illud tempus, quo potest conferre, scilicet vsque ad sex menses sed certe hoc secundum. Guil. falsū est. si enim secunda uel tertia die post uacationem com mendaret, iam non duraret commenda hæc per sex men ses: quod tamen potest per hanc constitutionem: si igitur ultima die sex mensium fiat commenda, durabit per sex menses, & hoc dicit hæc constitutio. Caueat tamen ordinarius, ut priusquam totum tempus suum labatur, commendam faciat, quia postea se intromit- tere non poterit argumen. de offic. deleg. de causis. Vel dic, quod etiam illo finito, poterit eam commendare alicui custodiendam & saluandam, donec superior pro- uideat. argumen. de appell. cum teneamur. & de offi. ord. cum vos.

† Vide Conci. Trid. sess. 7. de refor. ca. 2. & 4. & sess. 24. de reform. c. 17.

3 Vnde si ecclesia uacans per mortem commendetur, finita cō mēda ad huc dicitur uacare per mortē. Phi. Fon.

4 Vide hodie quid statuerit. Cōci. Tri initio. c. citatum.

5 Dicit Phil. si commēda est facta simpliter, potest ante tempus reuocari.

g ¶ Nec tali.] scilicet constituto in ætate legitima & sa- cerdotio.

h ¶ Vnam.] Ergo duas commendatas habere non licet, sic nec duas intitulatas, sed quod possit habere unam in- titulatam, & aliā commendatam, non prohibetur 6 im- mo

6 Vide Concil. Trid. ... lo antea ... tum.

mo permittitur, ut 21.q.1. qui plures, cui antiquo iuri standum est cum reuocatum non sit. [Idem Io. Monac. & Archidiaconus.]

a ¶ Necessitate. Ista duo in dispensatione ecclesiasticarum rerum attendenda sunt. 12.q.2. fine. de præben. ex posuisti.

euidenti necessitate, [a] vel vtilitate [b] ipsius Ecclesię suadente. ¶Huiusmodi [c] autem commendam (vt pręmittitur) rite factam, declaramus [d] vltra semestris [e] temporis spatium non durare: [f] Statuentes quicquid secus de commendis ecclesiarum parochialium actum fuerit, esse irritum ipso iure.

ADDITIO. Dicebat ergo Inno. in decret. si constiterit. & Host. in decre. dudū, φ cum quęlibet Ecclesia debeat suum habere prælatum, de præben. cum nō ignores. commenda non poterat fieri sine dispensatione: quāuis illud relaxaretur ex causa. 1.q.7. dispensationes. Io. And.

b ¶ Vtilitate.] sic 16. q.1. cum pro utilitate. Et not. quod ista duo, seu eorum alterum sunt semper attendenda in rerum ecclesiasticarum dispositione. 1.q.2. sine 10.q.2.c. ea enim §. hoc ius. ꝭ. de præben. exposuisti. ꝭ. eo. lib. de reb. eccl. non alie. dudum. Archid.

c ¶ Huiusmodi.] s. factam constituto in ætate legitima. & in l. sacerdotio, & ex causa. & de vnica tantum parochiali ecclesia.

d ¶ Declaramus.] De hoc erat antiquorum altercatio: quidam dicebant eam ultra durare, quidam non.

e ¶ Semestris.] Olim dubia erat litera ista: quia quidā libri habebant trimestris: 1 quidam semestris; & litteram trimestris dicebat Dominus Gul. se habuisse de Bulla.

1 In omnib. exēplaribus, quæ uidere contigit, legitur, semestris.

ADDITIO. Et illam literam posuit de act. vel peti. §. su per actionib ad fi. ver. item ecclesia. Io. Andr.

[Glo. sec. quærit arg. pro, dupliciter soluit, in fi. quærit, & soluit.]

f ¶ Durare.] Nunquid finitis sex mensibus poterit ordinarius eandem iterato eidem, uel alteri commendare? Videtur quod sic ex causis hic express. arg. C. de dona. sancimus. §. si quis autem ex diuersa, quia tempus Lateranen. Concilij non currit pendente commenda ex causa facta: sed certe mens huius constitutionis contradicit: alias fraus ei fieri posset, & perpetuo fieri arg. ꝭ. de diuor. quando §. fi. & facit optime, ꝭ. eo. commissa. Vel distingue, utrum commenda fiat intuitu ecclesiæ, uel personæ. Sed nunquid commenda expirat morte commendantis? Dic secundum Gul. quod non, sup. de preca. c. si & de commod. c. unico. de donat. cum dilecti [idem Phil. Font.]

Ex domino Helia.

CVpientes.] Istud capitulum secundum dominum Heliam diuiditur in septem partes, ut in glo. Nam primo ponit causam suæ institutionis: & infra quod tempus electi debent uenire ad Apostolicam sedem, & quando confirmatio est facienda per Papam. Secundo: ibi, Quod si, ponit pœnam electorum non uenientium ad Apostolicam sedem: uel accedentium sine processu electionis. Tertio ibi. Ad hæc, prouidet & declarat qualiter eligentes qui elegerunt, concorditer debeant mittere personas instuctas ad Romanum Pontificem, quæ instruent Papam de omnibus necessarijs. s. an persona electa sit idonea: & an eligentes erant idonei. Quarto; ibi, Si uero, ponit quid debeant facere opponentes, quando electio fuit celebrata in discordia. Quinto: ibi, Ceterum, qualiter puniuntur eligentes si non mittant personas debito modo instructas. Sexto: ibi Denique ostendit quid iuris sit de postulationibus. Septimo & finaliter, ibi; Porro quid iuris sit de recuperatione expensarum.

Casus domini Heliæ.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia (forte cathedrali; uel alia, quæ immediate suberat Romanæ Ecclesiæ; ita quod facta electione confirmatio ad Papam pertinet: aliquis fuit electus: quæritur infra, quod tempus debeat ipse petere confirmationem suæ electionis? Respondet, quod debet arripere iter Romanum pro petenda confirmatione infra unum mensem numerandum a tempore præstiti consensus: uel numerandum a tempore habitæ notitiæ ipsius electionis: si eligentes fuerunt negligentes in præsentanda electione: & arrepto itinere debet electus se presentare, q̄ citius poterit, attētis conditione suæ ꝑsonæ, locorum distantia, & qualitate temporis, & sic tp̄s istud est arbitrarium. Sed ponamus φ illud tēpus competens est elapsum, an sit priuatus iure sibi spectante ex electione? Respondet, quod non, sed post illud tempus competens debet adhuc expectari per viginti dies. Et si infra illos viginti dies se non præsentauerit Apostolico conspectui, ne miserit nuncium ad probandum impedimentum, qui nuncius dabit xv. dies, elapsis viginti diebus perdit ius sibi competens ex electione. Sed sanctissime Pater, quæritur, quid de eligentibus, an debeant mittere ad Apostolicam sedem? Respondet, quod sic: & si electio fuit facta in concordia, ipsi debent mittere duos uiros non extraneos, sed ex ipsis, qui sciant instruere Papam de omni negotio electionis, an persona electa sit idonea, & an eligentes erant idonei. Sed quid si eligentes infra prædictum tempus non miserint ad Apostolicam sedem prædictas personas instructas? Respondet quod ipsi sunt præclusi a prosecutione electionis, & petendi confirmationem, & cum hoc sunt suspensi per triennium a perceptione fructum beneficiorum suorum, quæ ipsi habent in illa ecclesia, quod si se immiscuerint administrationi durante triennio illo, sunt priuandi perpetuo ipsis beneficijs. Sed quæritur expensis cuius isti duo uiri debeant mitti ad Apostolicam sedem? Respondet Romanus Pontifex quod si bona prelati sint distincta a bonis capituli, debent mitti expensis prælati, quia agitur de negotio prælati: Si uero bona non sint distincta a bonis capituli, sed sint communia, tunc fiant expensæ de bonis communibus. Sed ponamus, quod capitulum non habeat res mobiles? Respondet, quod in hoc casu capitulum poterit accipere mutuas pecunias, & obligare res immobiles ipsius ecclesiæ, quas tamen pecunias futurus successor tenebitur soluere & ecclesiam exonerare ab illo debito. Sed quid sanctissime pater, si electio fuit facta in discordia, quia aliqui se opposuerunt, uel fuerunt celebratæ plures electiones? Respondet, quod si fuerunt facta duæ electiones, tunc de qualibet parte debent mitti duæ personæ indistincte, sicut si esset facta electio in concordia. Postea ostendit quid iuris sit in postulato & postulantibus, utrum idem ius obseruetur sicut in electo & eligentibus. Et dicit quod postulatus non debet consentire nec dissentire postulationi, sed se debet submittere arbitrio sedis Apostolicæ, licet secus sit in electo, qui debet nominatim consentire uel dissentire. Item postulantes non debent mittere personas instructas expensis postulati. Item quod in recuperandis expensis electi & eligentium, postulati & postulantium, si aliunde fuerunt factæ expensæ, vult antiqua iura seruari. Insuper. [] Vnde sciendum, quod elapsis uiginti diebus concessis electo ad comparendum apud sedem Apostolicam uel si fuerit impeditus ad mittendum nuncium, qui infra

¶Nicolaus III.

¶Hæc decretalis fuit multum vtilis sub tempore, antequam Papa reseruaret sibi prouisiones episcopatuum; Gl. prima ponit summarium, & secunda diuisionem. Domin.

CAP. XVI.

CVPIEN-

quin-

ADDITIO. Et refert Bona. quod Innocent. ita sententiauit. & uide quod post ipsum Innocen. scripsit de maio. & obed. cap. 1. in glo. per hæc. Et quod dicit Guli. in Spec. eo. tit. §. 1. uer. publicatione. & quod ibi dicam. Ioan. And.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

h ¶ Cōis.] sed nonne sufficiunt singulares consensus ff. de serui. rusti. prædi. per fundum. ff. communia prædi. receptū. ff. de aqua plu. arcen. l. si aūt. Solu. leges istæ loquuntur

quuntur de actu, qui diuisionem recipit: nec est ibi cōio collegiatorum, sed singularium; quod dic vt supra de cōstitut. in antiquis, cum omnes. Sed hic de negotio loquitur, quod diuisionem, transmutationem, vel omissionem non recipit, & ideo secus, ff. de verb. obl. l. 2.

a ¶ Instituta.] sup. eo. tit. in Genesi.

b ¶ Debet fieri.] & pronunciari cōis electio, vt dictū est sup.

c ¶ Compromissi.] & vtrobique faciēda est per verba singularis numeri, vt inf. de re iud. cum ab vno. ¶ Et hoc tenet ibi Archid. quod not. in glo. fi. de episcopo, qui locutus est in plurali: & ibi competentius, ponitur.] Dicebat decret. quia propter, qui vice omnium ecclesiæ viduatæ prouideant: vnde videbatur, quod omnes haberent prouidere, quod verum est, sed vnus omnium vice pronunciare, & electionem facere, vt hic.

Not. arg. p[ro] ... ē 5 q leges ciuiles pñt allegari ī fo[ro] canonico ... c quo s. de noui oper. nunc. c. 1. & Domin.

Al. subsistit

electio, secundum canonica instituta: [a] sic & per vnum debet fieri, [b] cum per formam proceditur compromissi: [c] Quāuis in arbitris compromissarijs lex † humana [d] innuat, quod ab eis omnibus sit pronunciatio facienda: alioquin a pluribus compromissarijs facta simul electio, eo ipso viribus non subsistat. [e] †

¶ Idem.

¶ Decr. supra eodem, licet canon in collegiatis parochialibus ecclesiis, & assūptis ad ipsarum regimen. locum nō habet. Io. And.

[Prima glossa summat, & rationem reddit.]

f ¶ Statutum.] Decretalis. s. eod. licet canon. in collegiatis parochialibus ecclesijs, & assumptis ad earum regimē locum nō hēt. Et nota q decretalis cum in cūctis. p[ro]ponebat de dignitatib. & beneficijs curatis, & parochialibus, ecclesiis decret. ergo, licet canon: solū de parochialib. dicens ecclesijs ad dignitates extendi non debuit: præcipue cum constitutio sit pœnalis, vt sequitur.

† Vide Card. consil. 30.

C A P. XXII.

STatutum [f] † felicis [g] recordationis Gregorii papæ decimi prædecessoris nostri de his, qui ad parochialium [h] ecclesiarum regimen assumuntur † promouendis ad sacerdotium [i] infra [k] annum, alioquin [l] eisdem ecclesiis sint priuati: [m] Quod [n] cū sit pœnale, restringi [o] † potius conuenit, q laxari. Declaramus [p] ad collegiatas [q]

g ¶ Statutum felicis.] supra. eodem. licet canon.

h ¶ Parochialium.] q dicantur parochiales, dic vt dixi supra. eod. licet canon.

i ¶ Promouendis ad sacerdotium.] hoc verum: nisi in casu j. eo. tit. cum ex eo.

† Cap. licet canō. locum hēt qualitercunq; sit p[ro]uisū de parochiali ecclesia, cū textus dicat, assumūtur q cōgruit cuilibet mō prouisionis.

k ¶ Infra annum.] numerandum à die quo possessionem pacificam habuit, vel per eum stetit quo minus haberet. inf. eod. cōmissa. §. 1. j. de præb. licet 2. nec currit iuste impedito, ut in præd. decr. commissa.

l ¶ Alioquin.) id est, si se non fecerint infra annum promoueri.

m ¶ Priuati.) intelligas integro elapso anno, quod dic, ut inf. eo. commissa. 1. respon.

n ¶ Quod.) statutum.

o ¶ Restringi.] nam odia restringi, & fauores, &c. infra de regul. iur. odia. cum suis concor. & ff. de liber. & posthum. cum quidam, & benignior interpretatio facienda est in pœnis. infra de regul. iur. in pœnis, cum suis concor.

† Nota iura pœnalia stricte esse interpretanda, ad hoc regula, ī pœnis. infr. de reg. iur.

p ¶ Declaramus.) hoc olim fuerat etiam declaratū per quandam extrauagantem Alexandri, (& Martini, sm̃ Arch.) de qua dixi sup. c. quamuis, & c. quanquam, quæ incipiebat, dilecti.

(Glo. seq. notat, & remittit, quærit & soluit, iterum quærit, & arguit ad negatiuam, & ad affirmatiuā, & soluit distinguendo.)

q ¶ Collegiatas.) Nota, ergo quod aut sunt ibi plures, ut collegium: aut non, sed ut singuli. In primo casu locū habebit decret. hæc: in secundo non, & super hoc uide quod no. Ber. supra eod. tit. cap. 1. & de iure patr. postulasti. 1. Si quæratur quomodo hoc cognoscetur? Responde, quia ibi est rector ut caput, & canonici ut membra super his tamen uide quod no. de exces. prælat. dilect. Sed quæro, pone, quod ecclesia fuit collegiata, nunc desinit ibi esse collegium, quid erit, habebit ne locum hæc decretalis? Et uidetur quod non, quia deficientibus personis desinit esse collegium, ff. ad munici. sicut municipium, ad hoc supra eod. tit. & lib. cap. 1. 10. quæstione 3. unio. ff. de uerbor. signific. Neratius. & grex esse desinit, si unum animal tantum remansit in grege, ff. de leg. 1. si grege. Arg. contra. 19. quæstio. 3. quæ semel. 7. quæst. 1. pastoralis, cum similibus. Dico & breuiter, quod si collegium desinat ibi esse: puta canonicorum morte, locum habet decret. quia alii habent substitui, & si hoc non faciant hi, ad quos primo pertinet, infra debitum tempus ad superiorem deuoluetur, & sic de singulis usque ad Papam, & ius collegij bene remanet in uno, quod dic ut not. supra de postul. gratum si autem destruatur collegium superioris auctoritate, puta quia hoc facit ex causa, tunc non habebit locum decret. Pone exemplum de noui oper. nunc. cap. 2. &

† Vide Oldr. consi. 162. Lapū allegat. 5. & plene Doctor. in c. cū nō ignores, s. de præb.

ADDITIO. Vnde dicit hic Archidiaconus, quod cōpromissarius pronuncians, potest vti verbo, eligo, & verbo prouideo. Ad primum sup. eo. cum dilectus, &c. cū in veteri. de fort. ecclesia. Ad secundum decr. ipsa, quia p[ro]pter, & s. eo. causam quæ, Io. Andr.

d ¶ Lex humana.] ff. de arbit. l. item si vnus, §. item si plures, vbi dicitur: quod aut omnes sententiam dicant, aut nullus, tñ secundum nos, vnus alijs præsentibus, & mandantibus sententiam, per verba tamen pluralis numeri poterit recitare, & idem in pluribus iudicibus. j. de re iud. cum ab vno. & etiam no. ff. de arb. l. sicuti.

e ¶ Subsistat.] ratio, quia tot videntur electiones, quot sunt numero eligentes, vt not. supra eodem in Genesi.

STatutum.] Primo ponit ius antiquum, Secundo declarationis motiuum, ibi, Quod cum. Tertio declarat, ibi, Declaramus. Io. Andr.

¶ Canon pœnalis non debet extendi vltra suos terminos.

CASVS. Dictum fuit in cap. licet canon, supra eod. tit. & lib. quod ecclesia parochialis non debet cōferri, nisi cōstituto in 25. anno, & q ille cui est collata parochialis ecclesia, debet promoueri ad sacerdotium infra annū, aliàs est priuatus ipso iure ecclesia parochiali, ita quod non est opus sententia priuationis, nec aliqua monitione. Sed quid, sanctissime Pater, ponamus quod alicui fuit collata ecclesia parochialis, quæ cum hoc est dignitas in ecclesia collegiata, sicut in ecclesia beati Hilarij de Sella Pictauis, ipsa parochialis ecclesia est dignitas, quia abbas ipsius monasterij est rector ipsius ecclesiæ, vnde iste non fecit se promoueri infra annum ad sacerdotium, vtrum ipso iure sit priuatus dicta parochiali ecclesia, ita quod collator possit illam alicui personæ idoneæ conferre? Videbatur quod sic, per illud cap. licet canon, alleg. hoc tñ non obstante decidit hic Romanus pontifex contrariū, nec obstat illud capit. licet, quia loquitur simpliciter de ecclesijs parochialibus, ideo non est extendendum ad ecclesias collegiatas, sed in ipsis ecclesiis parochialibus collegiatis debent seruari antiqua iura, videlicet quod superior potest ipsum monere, ut promoueatur ad sacerdotium inf. annum, & si non promoueatur inf. annum, anno elapso potest superior talem priuare, ut in ca. cum in cunctis. eo. tit. in ant. Heli. Reg.

ibi,de hoc per Inn.& facit quod no. Lau. & Ioan. 16.q. 7.& hic diximus.

a ¶ Ecclesias.] sæculares. nam hodie secus in regularibus,quod dic vt in cle.de sta.regular.ne in agro. §. ceterum.

b ¶ Antiqua iura.] sup.eod. tit.in antiqcū in cunctis. §. inferiora. Et de hac compilatione ordinū plene dixi sup. eod. licet canon. in fi.

SI cui.] Primo ponit casum: quem secundo determinat; ibi,Talis, motiuū interserens: ibi,Cū prę-ter.Io. Andr.

¶ Primo pro intellectu huius capituli est præsupponendum,ꝙ ad hoc vt valeat electio, requiritur,quod fuerit facta à maiori parte totius capituli, & ideo non sufficeret si esset facta a maiori parte per comparationem aliarum partium: puta, cum in aliqua ecclesia essent 12.canonici, ipsi conuenientes in vnum super electione celebranda, diuiserunt vota sua in tres partes: sex elegerunt vnum: quattuor alium, & duo alium: Electus à sex,est electus à maiori parte per comparationem aliorum partium, sed non per comparationem ad capitulum.

CASVS. Vacante Ecclesia Pictauien. canonici compromiserunt in quendam Titium, vt ipse Titius sigillatim ac secreto exquireret vota singulorum canonicorum, & illis votis in scriptis redactis, ipse eligeret illum in quem maior pars canonicorum consentiret, etiam si illi non facerent maiorem patrem per comparationem ad capitulum: vnde Titius exquisitis votis omnium canonicorum, reperit, quod sex vnum nominauerant; tres alium: duo alium, & vnus alium, & reperit, ꝙ nominatus a sex,erat electus a maiori parte per cōparatione ad alias partes,licet non esset electus a maiori parte ꝑ comparationem ad totum capitulum,an valeat talis electio? Respondet Romanus pontifex,quod non nisi fuerit obseruata forma cap.quia propter.sup.eo.in antiq.Nam canonici non potuissent eligere nisi illum, in quem maior pars totius capituli consensisset, igitur ipsi non potuerunt compromittere in Titium, vt ipse eligeret illū, in quem maior pars per comparationem ad partem consensisset, quia non potuerunt ei dare maiorem potestatem, quam ipsi haberent, ideo talis electio est nulla. Nota primo ex isto textu,quod ius eligendi prælatum est delegabile, seu transmissibile in alium, & ille alius in quem transmittitur, dicitur proprie compromissarius. Nota vlterius, quod cum proceditur ad electionem per viam scrutinij, vota eligentium debent scrutari sigillatim, & secreto, alias non esset opus publicatione, quia publicare scrutinium, nihil aliud est quam manifestare vota singulorum canonicorum. Nota insuper principalem effectum,ad quem emanauit præsens cap. videlicet, quod canonici alicuius ecclesiæ non possunt compromittere in aliquem, vt eligant illum, in quem maior pars per comparationem ad partem, & non per comparationem ad capitulum consenserint, & ratio huius redditur, quia si ipsi per se hoc non possint facere, nec in aliū pn̄t illam potestatem transferre quia nemo in alium potest plus iuris transferre; quam ipse habeat.

ecclesias,[a] etiam si aliàs parochiales extiterint, & assumptos ad earum regimen non extendi, sed antiqua iura [b] seruari debere potius in eisdem.

¶ Idem.

¶ Si compromissarius secū dum traditam sibi metam (scrutatis, & in scriptis redactis voluntatibus singulorum) illum eligat, in quem non maior pars capituli, sed plures, aliorum cōparatione consenserant; nō tenet electio cū præter formas concilij fuerit celebrata Io. Andr.

CAP. XXIII.

SI cui [c] eligendi [d] potestas data fuerit sub hac forma, [e] vt ipse secreto [f] & sigillatim votis singulorū de Capitulo [g] exquisitis, & in scriptis redactis, illum eligat, in quē plures de Capitulo partiū † comparatione minorum [h] consenserint; licet consētiētes maiorē partē totius Capituli non attingant, ipseq; [i] facto huiusmodi scrutinio & in scriptis redacto iuxta traditā sibi formā, eum, in quem non maior [k] pars, sed plures de dicto Capitulo, quam in quenquam alium direxerant vota sua, duxerit eligendum: talis electio (cum ꝑter [l] formas, quas generale † Conciliū [m] seruari statuit in electio-

[Prima glossa summat.]

c ¶ Si cui.] Si compromissarius secundum traditam sibi metam [scrutatis, & in scriptis redactis voluntatibus singulorum] illū eligat, in quem non maior pars capituli, sed plures aliorum comparatione consenserant: nō tenet electio, cum præter formas cōcilij fuerit celebrata Io.And.

[Glossa seq.4. & 5. supplendo soluit tria dubia.

d ¶ Cui eligendi.] idē si plurib. cum rō capituli semper remanet,& dēt ista decret. iungi cum decr.inf.e. cum expediat.

[Glos. seq. reddit rationem.]

e ¶ Forma.] quę non est de permissis immo prohibita, vt s̄.e. in antiquis propter., & eo. tit. ecclesia vestra. per hanc enim erat reperire electum non a maiori parte totius capituli præfici ecclesiæ.

f ¶ Secreto.] idem & multo magis si non secreto,quia tunc esset obuia,cōsilio quia propter,& semper locum habet ratio fin.

g ¶ De Capitulo.] idem si non essent de capitulo,sed vocem haberent,vt s̄.de causa poss.cum ecclesia Sutrina.& supra eo. Cumana.

h ¶ Minorum.] puta cum ex 12.canonici 5.consentiunt in vnum 4. in alium, 3. in alium, electus igitur a 5. electus est a maiori parte comparatione partium, sed nō a maiori parte capituli, quia quinque non sunt maior pars de 12.

ADDITIO. Sic exemplificatur supra.eod.ecclesia 1. Io.Andr.

i ¶ Ipseque.] in quem tradita est potestas huiusmodi.

[Gl.seq.sol.q.a contrario.]

k ¶ Non maior pars.] ergo a contrario,si eligerent illū, in quem consensisset maior pars,valeret electio, inf.eo. cum expediat,quia illa forma per concilium subsequens sublata non videtur, ut ibi.

[Gl.seq.all.vnam conc.& obiicit,& soluit.]

l ¶ Præter.] Nota ista duo æquiparari,præter,& contra. sim.de fi.instr.pastor.Sed nōne nominatus a maiori parte aliorum comparatione, ex quo placuit omnibus,quod ipse eligeretur, est nominatus ab oībus, unde & in electione Romani Pontificis seruatur interdum hoc, quod nominatus a maiori quam a duobus partibus de consensu omnium habeatur pro Romano pontifice. Compost. s̄.e.licet.& Guil.sup.e.vbi periculum? Dic ꝙ iura uoluerunt certas formas seruari,& licet oēs consentiant, si nō seruantur formæ,non tenet electio. ì. Cardinales nec arctantur,nec de facto seruant formas, sed sufficit ꝙ duæ partes consentiant.s̄.e.licet.

[Gl.seq.soluit quæstionem.]

m ¶ Concilium.] supra.eod.tit. quia propter. Et aduerte,ꝙ sic ut dixi.sup. eod. sicut cum ista decret. fundetur super formis concilii,dicam, quod vbicunque non hn̄t locum illæ formæ, non habeat locum istæ decret. Si igitur in dignitatibus per quas viduatæ non sunt ecclesiæ serua-

† Nota ꝙ appellatiōe maioris partis intelligit̄ de maiori parte totius, nō āt de maiori pte cōparatione aliarū minorū Dom.

† Hoc est generale conc. Lat.sub Inn. 3. cap.24.

1 Dic tu si cō cedat, ut eligere possit, neque ei aliqua forma ꝑscribit̄, tūc ualebit electio ab eo solo facta, sed hic canonici expresserunt formā contrariā iuri, iō nō ualet, secus si simpliciter delegassent electionē Ph.F.

securretur hæc forma, vel beneficijs, vel canonicis non viciaretur electio: super quo vide quod ibi dixi.
ADDITIO. Quod dixi in prima parte huius glo. Idem dicit hic Arch. de transla. voto. quid a certis fieri poteit, etiam alijs non facientibus: vbi forma concilij seruāda nō est. alias secus: & sic intelligitur quod scripsi de appel. constitutus. de elect. scriptū in anti. Ioan. And.

a ¶ Non valere.] ipso iure.

b ¶ Firmitatis.] & sic etiā eligentes priuari debent ea vice potestate eligendi, vt s. eo. quia propter.

Quorundam.] di. Vornndam.] di. Quide, & Sūma prout in prima glos.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi canonici: ꝯuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri prælati, qui diuise runt uota sua in tres partes: Ponamus, ꝙ erant xxiiij. canonici xij. elegerunt quēdam Mendicantem: alii. iiij. aliū. & viij. alium: vtrum Mendicans electus a xij. possit consentire, ēt de licentia sui prelati † isti electioni factæ in discordia? Respon. ꝙ nō: & istud est speciale in Mendicante: ꝙ si mendicans huiusmodi electioni de ipso factæ consenserit: non initiatur matrimonium inter ipsum & ecclesiam, nec aliquod ius sibi ex illa electione acquiritur: secus est in alijs non Mendicantibus. Sed quid si alius non Mendicans fuit electus a maiori parte comparationem aliarum partiū, & non per respectum ad maiorem partem totius capituli: vtrum valeat talis electio? Et dic ꝙ non nisi fuerit facta a maiori & saniori parte totius capituli. Subiugarunt. Nam religiosus promittit obedientiam. i. abdicat suum velle, & ponit in ptātem sui prælati secundo promittit paupertatem: tertio castitatem Nota primo ex hoc textu, quod Mendicantes pñt per canonicam & ꝯcordem electionem vocari ad prælaturas: etiā extra suam religionem: ad alias ēt prælaturas pñt vocari per postulationem. 1 Nota insuper, ꝙ ad hoc vt aliquis ex Mendicantibus possit ꝯsentire electioni de se factæ ad prælaturam extra suam religionē, requiritur ꝙ fuerit facta in concordia: secus si in discordia. Nota finaliter illud, ad quod alleg. iniucta gl. ꝙ inter Mendicantes primum locum obtinent Prædicatores: quia hic præponuntur alijs: & valet argumētum ab ordine literæ. Ratio huius est secundum glo. quia eorum institutio est antiquior: modo antiquiores sunt honorabiliores, vt. c. 1. & c. statuimus, de maio. & obed. in antiq. & sic in processionibus Prædicatores debent obtinere locum honorabiliorem.

† declara hūc tex. prout in Cle. qd̄ circa de qui electio.

1 Lege extrauagātem. Io. xij. q̄ icipit, calumnijs. Fon.

nibus celebrandis, decernens eas si aliter fierent, non valere, a fuerit attentata) robur non obtinet firmitatis. b

¶ Idem.

¶ Ex vocatione quocunque modo facta in discordia, de religioso mendicante ad Prælaturam extra administrationem sui ordinis, non acquiritur illi ius: nec consentire poterit etiam de Prælati licentia. Idem de vocatione facta a minori parte numero ad quālibet Prælationem de religioso non mendicāte: & secus factū irritū decernit. Et ponit istud cap. vnū speciale in Mendicātibus Io. An.

CAP. XXIIII.

Quorundam c † oculos d sic vitium ambitionis excæcat, e quod quasi suæ professionis immemores, f qua contemptis honoribus, g abiectis diuitijs, h spretisque delicijs, arbitrium proprium subiungarunt alterius ditioni, i retro respiciunt ad aratrum, manumissa, k dum præcipitanter ruunt in litigiorum l anfractus, & † causarum strepitibus se inuoluunt, m & extra administrationes proprij ordinis solium n prælaturæ conscendere moliuntur; electionibus, o postulationibus, seu prouisionibus de se in discordia p celebratis, improuide præstando consensum: præbendi assensum a suo superiore q nonnunquam extorta r

[Prima glo. diuidit, & summat.

c Quorundam.] Decretalem diuide in quatuor partes. In prima ponit constitutionis causam: in secunda constitōnem circa Mendicantes: in tertia constitutionē circa non Mendicantes: in quarta decretum. Et dicit in summa, ꝙ ex vocatione quocunque modo facta in discordia de religioso Mendicante, ad prelaturā extra administrationem sui ordinis, non acquiritur illi ius: nec consentire poterit etiam de prælati licentia: idem de vocatione facta a minori parte numero ad quamlibet prælationem de religioso non Mendicate. Et secus factum, irritum decernit.

[Glossa sequens distinguit triplicem oculum.]

d ¶ Oculos.] 2 Est oculus mentis: qui purus esse debet. vt hic. & 1. quæst. 1. multi. Est oculus corporis, qui debet esse pudicus. vt 32. quæst. 5. qui viderit. [Vide quod dixi in prooemio Gre. super glo. 1. castos & qui vide Valer. lib. 4. cap. 3. in primo exterorum exemplo, ubi dicitur, pretoris non solum manus a pecuniæ lucro, sed etiam oculus a libidinoso aspectu cōtinentes esse debere. Ioan. An.] Est oculus administrationis, qui debet esse prouidus 93. dist. diaconi. 1. & 2. & 6. q. 1. oues. & sup. de off. archi. ad hoc.

2 Multos oculos collegit Bascoletus in arbore diuidui & indiuidui. Fon.

Luc. 9.

† Dictio. &, deest in manuscriptis codicibus.

e ¶ Excæcat.] sic supra eo. auaritiæ.

f ¶ Immemores.] mens auida pecuniæ, nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere concessis, nec adhibere pietati consensum, 47. distin. virum, & inf. de conces. præben. detestanda.

g ¶ Honoribus.] 27. q. 2. scripsit de sta. reg. ea. quæ.

h ¶ Diuitijs.] 1. q. 2. §. verum. retentio enim propriorum monachatui est 3 contraria de sta. reg. cum ad monasterium. in fi.

3 Vide Beat. Tho. 2. 2. qō. 188. art. 7. & ibi Caiet.

i ¶ Ditioni.] 12. quæstio. 1. non dicatis, infra eod. tit. si religiosus.

K ¶ Missa.] & sic non sunt apti regno Dei. Luc. 9. cap. in fin. & supra. de vo. & vo. redem. c. magnæ.

ADDITIO. Exponitur hoc verbum de pœn. dist. 2. pennata. Ioan. And.

l ¶ Litigiorum.] Quæ a monachis uel religiosis sunt penitus euitanda. supra de syn. cap. uno. cum suis concord.

m ¶ Inuoluunt.] & sic oues conuertuntur in lupos. sup. de renun. nisi cum ptidem. §. propter malitiam.

n ¶ Solium.] supra eod. fundamenta. §. ne autem. in fine.

o ¶ Electionibus.] ergo eligi possunt; quod dic ut dicam infra eo. nullus.

p ¶ In discordia.] intelligo in discordia fieri, siue duæ siue plures celebratæ sint electiones, siue una tantum aliquibus ex his contradicentibus ad quos spectat electio, ut supra eod. cupientes. §. si vero.

q ¶ Superiore.] cuius solius licentia alias sufficit. Infr. eod. si religiosus 2. responso.

[Glo. seq. dat tria similia.]

r ¶ Extorta.] & sic non valeret si de hoc constaret. sup. de priuil. cum olim 2 sicut nec confessio extorta. supra. quod me. cau. perlatum. 15. q. 6. cap. 1. nec absolutio inf. de ijs, quæ vi, me cau. fi. c. uno. nec licentia extorta præiudicat repetenti coniugem. supra de conuer. coniu. accedens.

licentia potius, quàm obtenta: ex quo animarum, & ecclesiarum dispendia a noscimus prouenisse, & prouētura maiora b in antea c verisimiliter formidamus. ¶Volētes igitur huic pesti salubri remedio obuiare, præsenti constitutione sancimus; vt nulli religioso Prędicatorum, d Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, aut quorūlibet Mendicantium e ordinum ex electione, postulatione, prouisione, seu vocatione, ad aliquam extra administrationem sui ordinis f prelaturam in discordia g de se facta ius de cetero acquiratur: h nec eorum aliquis tali electioni, postulationi, prouisioni, aut vocationi quoquo modo valeat consentire: etiam si Magistri, aut Ministri, vel Prioris i generalium eorundem ad id accesserit licentia, vel consensus. ¶Circa† religiosos quoque alios k cuiuscunque cōditionis vel status existant, volumus hoc seruari, vt nec ipsi electionibus, postulationibus, prouisionibus, aut vocationibus a minori parte numero l ad prælationes quaslibet m de se factis (quæ hoc ipso, quod a minori n parte processerint, nullum prorsus tribuant ius eisdem) suum audeant præstare consensum, etiam si super hoc assensus, vel licentia suorum interuenerit Prælatorum. o Nos enim quicquid contra præmissa, vel eorum aliquod, a quoquam contigerit attentari; omnino decernimus irritum & inane. p

¶ Idem.

¶Non potest electus duas electiones prosequi, petendo confirmationem ex illis, etiam si protestetur se contentum altera, per quā consequi possit sua intentionis effectum, necesse ergo habet alteram eligere, qua electa ad alteram redire non poterit. Io. And.

V CAP. XXV.
T †

a ¶ Dispendia.] vitanda. sup. eod. cupientes. sup. de fid. instru. quod super his. inf. de vsur. vsurarum. sup. eod. de consti. cap. 2. infra de sepul. c. 1.
b ¶ Maiora.] sim. de collu. in tantum.
c ¶ In antea.] occurrendum ergo fuit. de ser. non or. c. 1. de procur. ca. 1. cum. suis concor.
d ¶ Prædicatorum.] Nota semper prædicatores præmitti: quia antiquior fuit ipsorum institutio 1 Ad idem supra de exces. prælat. c. uno. infra de deci. ca. 1. in superscriptione, cum simi. & de reli. do. c. 1.
[Glo. seq. soluit dubium: secundo quærit, & soluit.]
e ¶ Mendicantium.] Mendicantes,] q̄ certas possessiones vel redditus habere non possunt: sed per quæstum publicum eis victum præbet incerta mendicitas inf. de re. do. capit. 1. Per quam de re. §. vlti. patet etiā Carmelitas esse Mendicantes. Ioan. And. Quid si mēdicans episcopus postuletur ad archiepiscopatum vel episcopatum alium? Satis puto eū sub hac prohibitione includi: quia licet sit episcopus, nihilominus est de ordine Mendicantium.
ADDITIO. Facit infra glo. pen. ad hoc supra de vi. & hon. cler. clerici. in fin. & quod ibi not. & sup. de priui. cum olim 2. Ioannes And.
f ¶ Ordinis.] in illis enim, [scilicet, administrationib. sui ordinis.] hic nil noui iuris statuitur. Io. And.
[Glo. seq. quærit, soluit, ponit opi. contrariam, remissionem, & additionem.
g ¶ In discordia.] quid si opponatur aliquid quod votum discordātium nullum reddat: puta quia tales erāt, ꝙ si consensissent electioni huic, & cum aliis elegissent, non ualeret electio: ut excommunicati, suspensi, uel irregulares: nunquid tunc poterit consentire; Satis crederem, ꝙ in eo casu non obstaret hæc constitutio Arg. supra eo. si quando & pone exemplum ĩ. eod. ex eo & hoc ante omnia uideretur examinādum, cuius euentus, &c. supra eo. si forte. & hoc maxime cum supradicta dicuntur notoria, & probationes paratæ offeruntur. ad hoc sup. de rest. spol. litteras ff. ad exhi. l. 3. & alij contradicentes simpliciter debere haberi rationem numeri: & super hoc uide quod dicam infra eod. indemnitatibus §. 1. Declaratum est hodie quod hic simpliciter inspicitur discordia. & infra §. proxi. minoritas. quæ consistit in facto, non in fictione, uel iuris effectu, in cle. eod. titu. quod circa.
h ¶ Acquiratur.] ergo confirmatio peti non poterit quæ ius antiquum habet firmare. supra de fid. instru. inter dilectos.
i Prioris.] secundum ꝙ in diuersis ordinibus diuersa sunt præsidentium nomina. [Prædicatores habent magistrum: Minores ministrum: Eremitæ priorem.] Et habes idem ĩ. de pac. q̄a ex eo. Io. An.
[Glo. seq. soluit quæstionem.]
K ¶ Alios.] Nota ꝙ per hoc verbum dico ꝙ circa Mendicantes vocatos ad administrationes sui ordinis, non habebit locū iste. §. sed stabitur iuribus antiquis.
l ¶ Numero.] Nota q̄a licet minor pars esset sanior, non tamē poterit electioni huic consentire per hanc literam: credo tamē [vt supra. §. pxi. dixi.] ꝙ si maior pars priuata esset ipso iure: ita ꝙ vota reciderent in minorē: ꝙ tunc poterit consentire: quia non est electus a minori parte: immo a toto capitulo. facit quod no. de postula. gratum.
[Gloss. seq. ponit vnam opi. & eius cōtrarium.]
m ¶ Quaslibet.] siue proprij ordinis, siue alterius, siue secularium ecclesiarum: & sic generalior est ꝓhibitio hæc quo ad prælaturas, quam. s. proxima. Alij cōtra, scilicet, ꝙ administrationes ꝓprij ordinis non cōprehendat. vt rō in princ. c. posita sit generalior ad non Mendicātes, primum teneo. 2 & si Papa id voluisset. expressisset, vt facit supra proxi. §. ad hoc. de deci. ad audientiam. infra de priui. si papa. 1. responso. in fi.
n ¶ A Minori.] numero, vt supra.
[Glo. seq. quærit & soluit.]
o ¶ Prælatorum.] Quid si monachus rector parochialis ecclesiæ eligatur in episcopum, vel prælatum a minori parte numero nunquid poterit consentire, vel acquiretur sibi ius? Satis videtur quod non per litterā, quæ superius dicit; cuiuscunque conditionis vel status existant. licet enim nihil habent, cum nihil sit commune. xvj. q. 1. ne pro cuiuslibet. tamen negari non potest, quin monachus vel religiosus existat. 16. qō. 1. de monachis. in fine.
p ¶ Inane.] si igitur superueniret confirmatio, ideo nō conualesceret; cum a principio sit nullum. supra eo. auditis. cum similibus.

VT quis.] Primo ponit dictum rationem interserēs. ibi; Cum non; Secundo illud fortificat, ibi, Etiā; Tertio ibi, Oportet, declarat aliam rationē interserēs, ibi; Ne cum. Ioan. And.

¶ In annis uidelicet do. Mccxvj. confirmatus fuit ordo prædicatorū per Honorium iij. ꝙ se facturū anno præcedenti Innoc. iij. ipsius p̄decessor promiserat. Ioa. And.

¶ Vide Oldradum cōs. 303. & conc. Trid. sess. 25. titu. de regu. cap. 6.

2 Idē ĩdistincte. Phi. Fō. † No. ex hoc c. posse quē obtinere duplicē electionē in eadem ecclesia, … ꝯfirmationē quęrere non posse nisi … vna. Itē non posse aliqu… cāre titulum super eadem re, nisi ex … na cā. vide textū, in ca. inter dilectos. de fid. instrum.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia, canonici conuenerunt in vnum super futuro Prælato illius ecclesiæ eligendo: qui canonici quendam Titium elegerunt: electione facta dubitauerunt canonici peccasse in forma electionis, ideo reuersi sunt ad capitulum, & aliam electionem de eodem Titio fecerũt: postea istis electionibus præsentatis Titio, dubitauit Titius quæ electio præualeret, & nolebat unam eligere, sed dixit q̃d fuerat electus duabus electionibus, protestando quod non intendebat habere ius nisi in vna: Et est vn⁹ opponens qui petit, vt Titius electus eligat vnam electionem, & quãcunque eliget, vult impugnare, an teneatur eligere vnã vel aliam? Respondet Romanus Pontifex quod sic: Sed ponamus, quod ipse elegit vnam: vtrum postea poterit ad aliam redire si videat quod ius sibi melius acquiritur ex alia electione? Respondet quod si elegit vnam electionem, ipse non potest ad aliam redire, quia uidetur illi renunciare eligendo primam electionem, ideo debet bene deliberare apud se quam electionem velit acceptare.

quis [a] duas [b] electiones de se in aliqua ecclesia celebratas prosequatur insimul, [c] & confirmationem petat ex eis (cum non nisi ex una [d] ipsarum valeat ius habere) rationi [e] consonum non putamus: Etiam si se contentum [f] esse velle altera, per quam suæ intentionis consequi possit effectum, [g] in initio protestetur. [h] Oportet ergo eum (ne cum ipsius ecclesiæ, [i] vel sui ad uersarii [k] si quem habet, discrimine in incerto vagetur [l]) eligere [m] quam prosequi velit ex illis, & confirmationem petere tantummodo ex eadem. Regressum ad aliam, cui per electionem alterius renunciare, [n] sibique ius ex ea non competere profiteri videtur, nullatenus habiturum.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Vt quis.] Non potest electus duas electiones p rosequi, petendo confirmationem ex illis, etiam si protestetur se contentum altera, per quam consequi possit suæ intentionis effectum: necesse ergo habet alteram eligere, qua electa ad alteram redire non poterit. Ioan. And.

[Glo. seq. quærit & soluit, solutioni obijcit & r̃ndet.]

b ¶ Duas.] ad quid de facto fuerunt duæ electiones factæ de eodem? Forte fuerat electus ab eis ad quos pertinebat proprio iure, & quia dicebatur iam tẽpus elapsum fuerat idem electus a superiore ex iure deuoluto: & vtrumque prosequebatur, uel forte fuerant aliqui cõtempti in prima, cum quibus postea processum est ad secundam, uel aliqua alia solemnitas omissa in prima, quæ restaurata extitit in secunda. Sed dices, ad quid ergo ista bestia prosequitur nisi secundam? Forte aliqui de his qui fuerant in prima, fuerunt contempti in secunda, unde caute faciebat, si id de iure fieri posset, vtramque prosequendo, sed esse non potest propter rationem quæ sequitur.

c ¶ Insimul.] nec etiam diuisim, ut in fine patebit.

[Glossa sequens declarat, signat contrarium, & soluit.]

d ¶ Ex vna.] Si enim prima valuit, secunda non valuit, si secunda valuit, ergo prima non valuit. In contrarium videbatur, ut supra de concess. præben. post electionem, ubi prosequebatur duplicem concessionem archidiaconatus: Sed non obstat, quia ibi non dicitur, quod fuerit admissus, sed prosequi unam electionem, quam multiplici iure poterunt facere eligentes, ut si qui eligant con suetudine præscripta, & priuilegio speciali, non est prohibitum, ut ibi, sed hic duas, uel plures electiones diuersas prosequi, prohibitum est. 1

e ¶ Rationi.] quæ idem est quod lex. 1. dist. consuetudo, & consuetudini præualet. 8. dist. frustra. & exemplis anteponenda est, 9. distin. sana quippe. & de hoc infra eo. ex eo.

f ¶ Contentum.] sim. supra eo. is qui.

g ¶ Effectum.] scilicet confirmationem.

h ¶ Protestetur.] ergo nil operatur protestatio: per con trarium 2 enim factum protestationi videtur obuiare quod dic vt 27. dist. cap. 1. de consti. cum M. de electio Cumana. cum similibus.

i ¶ Ecclesiæ.] ad quam electus est.

k ¶ Aduersarij.] coelecti, vel alias se opponentis, sup. eo. cupientes, & infra eo. cap. vlt.

[Glos. seq. allegat vii. cõcor. duo infra in contrarium, soluit & remittit.]

l ¶ Vagetur.] ꝙ non licet. ff. de iur. fisc. l. ita fidei. ff. de edẽ. le. 1. §. edere. ff. de ĩter. act. de ætate. §. nihil. sup. e. in electionib. s̃. eo. lib. de rescrip. cum in multi sup. de rescr. ad hoc, de app. c. 2. cũ sim. Arg. cõtra ꝙ liceat ĩ incerto vagari. ff. de rei vend. q̃ de tota. §. incertæ. ff. cõi. diui. & si nõ oẽs §. si ĩcertũ. sed spãlia sunt, ꝙ dic vt not. de libel. obl. c. 2. Et facit decr. ista ad quæstionem, quam hoc annno disputaui. an valeat alternatiua appellatio, scilicet appello ad archiep̃m, vel ad Papam, super ꝙ dic vt ibi dixi. infra de offi. deleg. c. si is cui.

m Eligere.] proponendo ergo non incurrit pœnam: sed sufficit ꝙ alteram eligat, & sic tenetur eligere, vt in actionibus dici solet: aut enim sum certus quæ mihi cõpetit actio, & tunc eligere debeo. ff. de trib. actio. quod in hæredem. §. eligere. aut incertus. & distingue tunc: quia aut sum incertus per iuris imperitiam, & tunc nihilominus eligere debeo: quia peritiores consulere debui, & ignorantia iuris non excusat, vt 1. qu. 4. §. notandum, infra de reg. iur. ignorantia. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. Aut per errorem facti, & tunc subdistingue: quia aut erat error proprij facit, aut alieni, aut eius in cuius locum successi; si ex errore proprij facit, eligere debeo; quia in primo facto intolerabilis est ignorantia. 3. ff. ad Velleia. l. quamquam. Si propter errorem facit aduersarij, tunc non teneor eligere. ff. quorum leg. l. 1. §. quod autem. Si propter factum eius in cuius locum successi, eligere teneor, ff. de reg. iur. q in alterius. in fi. & ĩ. de reg. iuris is qui in ius. & adde quod dixi. ĩ. de re iud. abbate. in princ.

Eligere an & q̃n dicat quis unam ex pluribus actionibus sibi cõpetentibus.

3 Si tñ esset excusabilis admitteretur ut no. in remissione quam ponit finis glo. Io. And.

ADDITIO. Facit ad hanc glos. & seq. quod dicam post Io. Mo. ĩ. de app. non solum. super ver. ante omnia. ad fi. gl. versi. ipse Ioan. Monachus. Ioan. Andr.

[Glo. seq. arguit ad quæstionem, & remittit.]

n ¶ Renunciare.] & est ratio; quia sibi sunt contrariæ vt s̃. vidisti. & est si. C. de fur. l. 1. ibi. n. agendo manda ti, approbat factum serui; agendo furti, reprobat, & ideo vna electa, fit alteri præiudicium, ad idem. C. si ser. exte. se emi. man. l. una, vbi si ex peculiaribus num mis seruus se mandauit emi, & emptus est; dominus agit ex vendito ad pretium, quia ex illo pretio non competit emptori liberatio, uel agit mandati ad man cipium, sed vna electa sibi præiudicium facit in alia ea ratione qua supra. ad idem. C. de codicil. l. ult. ff. de leg. 2. cum filius. §. uarijs. C. de pact. inter empt. & uẽd. l. commissoriæ. Quod ergo dicitur, ꝙ edita actio potest mutari, emendari, & corrigi sicut placet usque ad litem contestatam. 2. q. 8. libellorum. C. de eden. l. edita, uerum est in his, in quibus una non tollitur per electionem alterius, ut hic, & in prædictis concord. ut not. de libel. ob. c. 2. in glo. magna. in fin. De hac tamen materia plene not. ff. de trib. act. quod in hæredem, §. eligere.

Actio edita an & q̃n possit mutari.

ADDITIO. Et Anch. hic quem uide, & modernos in l. 1. C. de eden. Fon.

SI electio.] primo soluit casum, quem per quatuor exempla specificat, & rõnem interserit: Secundo solutionem moderatur ibi, Dummodo. Ioan. Andr.

Additio, domini Heliæ. ¶ Pro intellectu huius c. p̃supponitur, quod illi ad quos spectat electio ecclesiæ cathedralis siue regularis hẽnt tres mẽses ad eligendum. cap. ne pro defectu. e. tit. in ant. quia cap. 2. de conc. præb. nõ est correctum, nisi in ecclesijs cathedralib. & regularib. immo remanet incorrectum quo ad alias: nam cap. ne pro defectu. alleg. emanauit post illud. c. 2. & iura antiqua non debemus dicere correcta, nisi expresse inueniãtur correcta. l. p̃cipim⁹. C. de appe.

¶ Idem.

¶ Si electus non consentit, vel post consensum renunciat vel moritur, vel propter occultum sui vitium electio cassatur, eligentes ad eligendum ex tunc integrum tempus habebunt, nisi circa id egerint fraudulenter. Ioan. And.

CAP. XXVI.

SI electio [a] ex eo non sortiatur effectum, [b] quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat [c] † iuri suo, aut forte diem claudit extremum, seu propter occultum [d] eius vitium irritatur: electores (qui iam fecerant quod † spectabat ad ipsos infra iuris terminum eligendo) habebunt a dissensu, [e] renunciatione, [f] morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio noua esset, tempus integrum [g] ad ele-

CASVS. Vacante aliqua ecclesia cathedrali vel regulari canonici illius ecclesię conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri prælati, & quendam Titium in suum prælatum elegerunt, cui postea pręsentauerunt electionem, eũ requirendo, vt ipse consentiret vel dissentiret electioni de ipso factæ: ipse noluit consentire electioni, vel forte ipse consensit, sed ante confirmationem ipse renunciauit illi electioni, vel etiam mortuus est ante confirmationem, quæritur vtrum canonici poterunt procedere ad nouam electionem, & vtrum habeant adhuc tres menses post dissensum vel renunciationem? Rñdet ꝙ sic, ac si vacatio esset noua: tamen non est noua, quia adhuc ecclesia non habet pręlatum, ex quo matrimonium non erat perfectum; ideo canonici ad nouam electionem habebunt integrum tempus, ac si non fecissent electionem, dum tamen non commiserint aliquam fraudem. Heli. Regnier.

[Prima glossa ponit summam, & quid declarat.]

3 Et Archid. hic dicens, ꝙ lr̃a hęc loq̃tur de renũciatione post cõsensum, & de nullius licẽtia mẽtionem facit. Idẽ Io. Mo. ĩ. ut lit. pen. cap. 1. Ioan. Andr.

a ¶ Si electio.] Si electus non consentit: vel post consensum renũciat, vel moritur, vel propter occultum sui vitium electio cessatur, eligentes ad eligendum ex tunc integrum tempus habebunt: nisi circa id egerint fraudulenter. Et determinat hæc decretalis qđ tangebatur per Hostiensem & Compostellanum. s̃. eo. ne pro defectu. p. Vinc. & Abbatẽ, sup. de maio. & obed. cum. olim.

d ¶ Effectum.] confirmationem. supra. c. proxi. si eñ confirmatus esset, & cassaretur confirmatio: dic vt. ĩ. e. si confirmationem, uel consecrationem: si talis est electus supra eo. cum in cunctis. supra de acc. super his. ĩ.

[Glo. seq. circa renunciationem electi, qui consensit, ponit tres opi. & soluit.]

2 Qui tamẽ Host. fateẽ ꝙ 5ria opin. habet ęquitatẽ. Sed dicit, ꝙ id interp̃tari non est suũ sed papę, q. fil. sint le. g. uenerabilẽ. §. rationib⁹. Io. Andr.

c ¶ Renunciat.] an electus post consensum sine superioris auctoritate possit renunciare electioni de se factę, fuit cõtẽtio inter Doctores, & dixerũt Io. Ber. Inn. Pe. de Samp. & Abbas supra de transl. inter corporalia quod põt. 1 Gof. & Host. ibi tenet contrariũ. 2. Dixit igiẽ Ber & Inn. sup. de rest. in inte. c. 2. ꝙ post consensum & ante cõfirmationẽ sufficit renunciare in manibus eligentium. Tu dic ẽm Guili. qui hoc not. supra. eod. quã uis, ad fin. quod non confirmatus, aut renunciat electioni priusquam negotium ad superioris deferatur examen, aut post: primo casu hoc ei licet sup. eo. cũ inter canonicos de trasl. inter corporalia. de resti. in integ. c. 2. 7. q. 1. quã periculosum. Si delatum est, aut proponitur tale quid contra electum quod electionem nullam reddat, & eligentes potestate priuat eligendi, aut non. In primo casu licet teneat renũciatio quo ad ipsum, non tamẽ quo ad superiorẽ, quin facta renunciatione possit super propositis veritatẽ inquirere: & si de ipsis cõstiterit, eligere ac prouidere ac si pronunciatum esset, de supplen. negli. præla. licet. alias sibi posset illudi. s̃. in antiq. de postu. bonæ 2. §. nec nocebat. & criminis vndecunq;. & c. 24. q. 3. ecce. de collu. ca. 1. Sicut qñq; de iure defuncti quæritur, ut sciri possit de iure superstitis s̃. de arb. ex parte. Itẽ secundus accusator de prioris præuaricatione docẽs admittitur. ff. de præua. l. 3. C. de accus. si quis homicidij. In secundo casu tenet in totũ renunciatio, in nullo enim præiudicatur superiori corã quo quæstio pendet. puta si dicatur, ꝙ electio facta sit contra formã concilii, q̃a propter. Ego dico ꝙ etiam si non sit delatum negotiũ ad superiorẽ, uel etiã in secũdo casu distinctionis cum delatum est, scilicet & nõ opponitur id per quod sint priuati, licet teneat renunciatio quo ad electum secundum opinionem Ber. & sequacium quam credo ueram esse: tamen in nullo casu tenebit quo ad superioris præiudicium: nam etiam si peccatum sit in forma, habet superior tunc prouidere, ut supra eodem, quanquam. Dico ergo breuiter, quod in omni casu ante confirmationem tenet renunciatio quo ad electum, quo ad superiorem in nullo casu fit sibi præiudicium per iura pro hac parte inducta. & argu. inf. eod. tit. ab eo. Ioan. And.

† Idẽ in electo ad sęcula re officium. l. hæc conditio. §. 1. ff. de condi. & demon. l. filio. §. 1. illo titu; Phi. Fon.

† Nota, ꝙ diligẽtia in termino facta, & redacta ad nihilũ terminus iteratur. Bart. in l. & iõ ff. de uer. ob. ergo si in fi. mẽsis dati acta p̃dãtur, iterãdus est mẽsis. Phil. Pet. Font.

[Glo. sequens causam addit, literam exponit, quærit, & soluit.]

d ¶ Occultum.] idem si propter superueniens delictum, uel factum. Pone ꝙ peccauit in decret. supr. eod. quam sit, uel in decre. cupientes, uel in decr. inf. eo. si religiosus. redibit potestas ad electores, cum in culpa non fuerint, & ideo dicit, de occulto: quia si scienter elegissent potestas eligendi non rediret ad eos: sed ad superiorem deuolueretur secundum. distinctionem decre. sup. eod. quanquam, & sic non procederet quęstio quantum tempus deberent habere, quia nullum. Sed pone, quod scienter elegerunt indignum, ita quod priuati erãt potestate eligendi: Papa de gratia eos restituit 3 nunquid habebunt integrum tempus, uel tantum quod super erat? Dico quod integrum per hanc decr. & per decret. de maio. & obe. cum olim in antiq. quia integre restitui intelliguntur. 23. q. 3. notandum. C. de sent. pas. l. 1. & ita notant. Vinc. Inno. & Abb. in prædicta decre. de maio. obed. cum olim.

3 Non fit hic restitutio cõtra lapsum tẽporis, & [illegible] non obstat [illegible] nis vlt. glo. Ioan. And.

e ¶ A dissensu.] vt supra in primo casu.

f ¶ Renunciatione.] scilicet post consensum.

[Glo. seq. literam exponit & ampliat: secundo ponit duas opiniones, & primam approbat.]

g ¶ Integrum.] scilicet trium mensiũ in cathedralibus vel regularibus ecclesiis. sup. eo. ne pro defectu in minoribus sex menses, de concess. pręb. cap. 2. Et idem intelligo repetitum in mense, qui datur Papæ ad electionem uel collationem beneficiorum in curia vacantium infra de præben. statutum 4. Et intellige hanc decret. in his qui de iure proprio habent eligere, quia secus si ex iure deuoluto, secundum ea quæ not. Ber. Tan. & Hostien. supra eod. ne pro defectu qui dicunt negligentes esse priuatos tantum in prima electione, quæ occurrit, unde secundum hoc si archiepiscopus, ad quem ex iure deuoluto spectat eligere, eligit, & electus dissentit uel renunciat, uel moritur, ad canonicos redibit electio. Sed Goffr. intellexit negligentes priuatos in tota illa vacatione, sed prior opinio verior uidetur quia si culpa

4 Et idem in patronis q[illegible] ad tẽpus q[illegible] drimestre vel semest[illegible] de quo inf[illegible] de iure pa[illegible] c. 1. Io. An[illegible]

ex

ex delicto proueniens ; ex prima electione tantum punitur, sup. eod. cum Vintonien. multo fortius hic erit culpa, quæ prouenit ex negligentia, cum minus puniri debeat negligentia, quam dolus sup. c. nihil est. de crimin. fal. ad falsariorum.

[Glos. seq. tex. ampliat, secūdo notat diuersa tempora.]

a ¶ Aliam.] eadē rōne idem dico in tertia, & quarta: si secūdus, vel tertius dissentit, renunciat, moritur: vel occulto suo vitio cassatur: & idem in vlterioribus. Nota igitur tēpora, quæ dantur in expeditionibus ecclesiarum vacantium: Primo dantur tres 1 menses electoribus ad eligendum, vel sex menses secundum distinctionem supra eo. ne pro defectu. de conc. præben. cap. 2. & seruata forma istius decret. Ad præsentandū datur tempus quam citius fieri potest, & adhuc octo dies supra eod. tit. & lib. quam sit. & cap. cupientes. in princip. & §. ceterum. Ad consentiendum datur vnus mensis electo, si libertatem habet consentiēdi, alias quantum iudex arbitratur. Ad petendam confirmationem dantur tres menses. sup. eo. quam sit. Ad cō secrationem alij tres 100. dist. quoniam & 72. dist. cap. 2. Et si debet pallium petere, hoc faciat a tempore cōsecrationis, ĩ. alios tres menses. 100. d. c. 1. In causis autem regularium, vel cathedralium, quæ ex immediata subiectione vel appellatione deuoluuntur ad Papam, seruatur decr. Nicolai sup. eo. cupientes.

ctionem aliam a celebrandā: Dummodo nil fraudulēter b egerint in p̄missis.

¶ Idem.

¶ Si religiosus non obtenta licentia consentit electioni de se facta extra suū monasterium, non valet consensus, & irrita est electio.

C A P. XXVII.

SI † religiosus c (cuius arbitrium d non ex sua, cū velle, vel nolle non habeat: e sed ex illius, quem vice Dei supra caput suū posuit, & cuius imperio se subiecit, voluntate dependet) electioni de se ad prælationem aliquā extra suū monasterium, vel suam ecclesiam f celebratæ, sui superioris, g qui dare ipsam valeat, non petita licentia, & obtenta, h prǽsumpserit consentire: consensus sic prǽstitus non teneat: i & in pœnam prǽsumptionis illius, electio eadem ipso facto viribus vacuetur omnino.

¶ Solus superior sine conuentu dare potest suo religioso consentiendi, & transeundi licentiam hoc dicit.

¶ Quia vero vtrū religiosis k consentiendi electionibus de se factis, & ad p̄lationes, ad quas electi fuerint transeundi, 3 a suis superioribus sine fratrum † cōsilio licentia dari possit (cū iura super hoc sint varia) l dubitatur interdum: Nos

(Gl. seq. textum exponit, dubium soluit, & arguit.)

b ¶ Fraudulenter.) pone in vltima die trium mensium dixerunt canonici, eligamus talem qui dissentiet, & sic a die dissensus adhuc habebimus tres menses, & sic fraudem faciendo reperiebantur sex menses habere in cathedralib. vel regularib. vel in inferioribus annum: quod esse non debet, s̃. eo. auaritiæ. Et dico ꝙ qui fraudem allegat, eam probare debet. ff. de probat. quotiens. §. qui dolo. Nota ergo hanc decis. quæ facit pro his quæ no. per Innoc. & Hostiens. s̃. in anti. de appell. ex ratione qui ibi no. quod si vna die quis fuerit impeditus de anno appellationis prosequendæ: habebit integrum annum 2 per prædictam decr. & eo. tit. cum sit. 2. q. 6. ei qui. & in Auth. de his qui ingred. ad appellan. in pr. §. 1. 2. & 3. coll. 8. Sed si beneficio restitutionis ei subueniretur, tunc nō habebit nisi tantum tempus, quantum amisit. ff. ex quib. cau. maio. in integr. rest. l. ab hostibus. §. fi. ibi de hoc per eos plenius videre poteris.

ADDITIO. Facit Clement. ab ecclesia. de rest. in int. Io. Andr.

SI religiosus.) Sunt duo dicta: Secundum ibi: Quia vero.

C A S V S. Vacante aliqua abbatia, forte abbatia monasterii noui Pictauis, vel alio monasterio monachi illius monasterij quendam monachum alterius monasterij in suum abbatem elegerunt: & electione facta sibi eam præsentauerunt, petendo, vt consentiret aut dissentiret: quæritur vtrum iste monachus possit cōsentire isti electioni sine licentia sui abbatis: vel requiratur vt petat, & obtineat licentiam a suo prælato, siue abbate? Respondet Romanus Pontifex, quod cum monachus censeatur mortuus, & nō habeat velle, neq; nolle, non potest consentire electioni de se factæ nisi petita, & obtenta licentia a suo p̄lato: tamen si ipsius prælatus nollet ei dare licentiam, posset ipse prælatus compelli per suum superiorē. Sed quid? ponamus quod abbas bene vult ei dare licentiam: sed conuentus non vult consentire vtrum solus abbas possit ei dare istam licentiā? Respondet quod sic, etiā inuito conuentu.

[Prima gl. summat.]

c ¶ Si religiosus.] Si religiosus non obtēta licentia consentit electioni de se factæ extra suum monasteriū, non valet consensus, & irrita est electio. Secundo dr̃, quod solus superior sine capitulo dare p̄t cōsentiēdi, & trāscūdi licētiā.

d ¶ Arbitrium.] dependet ex voluntate illius, cuius imperio, &c.

e ¶ Non habeat.] 12. q. 1. non dicatis. & sup. eo. tit. quorundam. ĩ. de sepul. c. vlt.

f ¶ Suam ecclesiam.) in alijs ergo non habet locum hęc constitutio.

g ¶ Superioris.) solius etiam sine conuentu, vt inf. proximo responso.

(Glo. seq. litteram exponit, notat, quærit, & soluit, & opin. ponit.)

h ¶ Obtenta.) debito modo, & non per extorsionem, vt s̃. eod. quorundam. ad idem ĩ. de his quę vi metusue causa fi. cap. 1. Et nota casum, in quo non sufficit petere licentiam, nisi & obtineatur: interdum sufficit, vt sup. de teg. licet. 2 Sed quid si superior licentiam dare noluit? Dixerunt. Tanc. & Bern. supra in anti. de renunc. post translationem. in prin. ipsum per suum superiorem compellendum, nisi habeat iustam causam denegandi, sup. de iure patr. nullus; si habeat iustam causam, non compelletur. 63. dist. litteras. 71. dist. c. 2. & 3. Sed quia solius principis priuilegium videtur priuare aliquem re sua, dicūt quidam per superiorem, papam intelligendum: & sic loquitur illa decret. nullus. quæ in papa loquitur. Dic vt ibi dixi. Io. And.

ADDITIO. Per superiorem, papam intelligi dicit Hostiens. in decret. nullus, de iure patro. & Abb. in decret. admonet de renun. quod placet. Io. Mo. & Archid. sup. eo. quam sit. Nec obst. decr. nullus. quia illud cum est aliquod ius quæsitum: hic de mera gratia: hoc semper saluo, quod habes in extrau. Benedicti, eo. tit. si religiosus, de qua ibi feci additionem. Io. And.

i ¶ Non teneat.) sic supra eo. quorundam.

k ¶ Religiosis.) Mendicantibus, uel non.

(Glo. seq. alleg. pro & contra, & ponit opi.

l ¶ Sint varia.) Quod enim solus prælatus illam dare posset: videbatur per c. 58. d. cap. 2. ibi, abbas loci de capitulo nihil dixit, sup. de renun. post translationem, ibi, &

† Not. quod monachi dn̄t fres, c. cām. s̃ de iu. Do. all. ibi. c. pen. ĩ. e. de pri. Fō.

3 Dicit Ioan. Mona. aīus hoīs generosus de se tendit ad alta. s. honores, & officia; q̄m aīum reprimunt, iura, ut hic, & s̃. de test. ca. 2. sed non sic homo aspirat ad onera.

dq; ex de- Cōc. Lat. Inno. 3. ide Clem. concessa. elect. & r. Benedi- q̄ incipit: religiosus electio.

si alia anni sp dili notant d. c. ex egistæ th. 2. d tēp. n.

a Arch. alleg. 16. q. 1. monachi. & ca. cũ pro vtilitate. & 18. q. 2. nullã ptãtem. 20. q. 4. monachum. Io. And.

sancti Fridiani Priore, & supra eo. tit. quàm sit. 1 ibi, superioris, nil de capitulo dixit. In contrarium videbatur supra de verbor. signif. abbate. ibi, abbati & cõuentui placuit, &c. & est expressum de statu mona. cap. 2. in fin. & 19. q. 3. statuimus, & hoc secundum litteram, quæ ibi est abbatis, ac totius congregationis: sed sm̃ aliam quæ est sine actione facit in contrarium. Et prælatus non potest alienare res ecclesiæ sine consensu capituli, 12. q. 2. sine ergo nec personas, cũ maior sit alienatio personæ, q̃ rerum. ad idem 12. q. 1. præcipimus, & hãc secundam partem tenebat Io. An. 58. dist. c. 2. & Ber. in prædicta decr. post translationem in 3. glo. prima tamen hic approbatur non tam de iure antiquo, quam de hoc nouo ob celerem ecclesiarum expeditionem.

ad huiusmodi dubitationem tollendam: a & vt ordinationes ecclesiarum, ac monasteriorum, in quibus tales b electi c extiterint, celerius, & facilius valeãt expediri: Decernimus, vt iidem superiores (suis irrequisitis conuentibus) electis d huiusmodi cõsentiendi, & transeundi liberã dare valeant facultatem.

¶ Idem.

Iuriũ declaratio ad papã spectat.

a ¶ Tollendam.] Interpretatio enim, & declaratio iurium ad eum spectat. 11. q. 1. c. sicut. §. ex his. s̃. de sen. excom. inter alia. C. de leg. l. vlt. Et habes etiam de hoc s̃. in ant. de postul. cap. 1.

b ¶ Tales.] .s. religiosi, qui non habent liberum arbitriũ transeundi, vel consentiendi.

c ¶ Electi.] ex multiplicatione huius verbi, quod hic habes, not. quod religiosi possunt eligi: & dicam infr. cap. prox.

d ¶ Electis.] non dixit, eligendis: vnde non valet licẽtia data religioso, vt consentire possit electioni futuræ, vel prouisioni, etiam cum consensu sui superioris: vt in cõst. Clem. eo. tit. cum concessa.

NVllus religiosus.] Primo statuit: Secundo decernit: ibi, Quod si. Tertio excipit: ibi, Ad dignitatem, fortificationem interserens: ibi, Ad quam. Ioan. Andr.

C A S V S. Vacante monasterio sancti Cypriani Pictauis, in quo sunt plures monachi: aliqui sunt tacite professi, videlicet per relationem habitus, vel se immiscẽdo actibus professorum. alij autem sunt expresse professi: ipsi conuenerunt in vnum super electione futuri abbatis: & quendam monachum tacite professum, non autem expresse, in suum abbatem elegerunt: vtrum ad hoc, quod quis possit eligi in abbatem, requiratur expressa professio? Respondet Romanus Pontifex, quod sic: ita quod tacita professio non sufficeret, & hodie istud capitulum extenditur ad prioratus, & alias administrationes: vt in Clem. ne in agro. §. sane. de sta. regul. Ex quo dicunt Doctores, quod monachus, qui fecit tacitam professionem, potest instare, vt prælatus suus ipsum admittat ad professionem expressam, quia ipsius monachi interest admitti ad professionem expressam: vt posit vocari ad prioratus, & aliàs administrationes. Hoc dicunt ista duo vltima capitula ad longum. Nota primo ex capitulo, si religiosus, quod religiosus, per professionem abdicat a se suum proprium velle, & illud supponit voluntati abbatis, & hoc verum in licitis, & honestis. Nam si abbas sibi præciperet aliqua, quæ essent contra Deum, non tenetur ei obedire, vel etiam si præciperet aliqua, quæ sunt contra propriam conscientiam, ad omnia autem alia tenetur ei obedire.

Nota insuper ex dicto cap. si religiosus, quod religiosus potest consentire electioni de se factæ cum licentia sui prælati, & solus prælatus inuito conuentu potest dare religioso licentiam se transferendi ad aliud monasterium. Nota ex hoc c. nullus quod ad hoc, vt possit religiosus se transferre ad aliud monasterium, requiritur q̧ fecerit professionem expressam. Idem dicendum in quocunque prioratu: vt in cle. ne in agro. §. sane. sup. alle. Nota q̧ religiosus potest vocari ad prælaturam episcopalem, posito q̧ ecclesia cathedralis sit sæcularis: nec per hoc dr̃ descendere, sed potius ascẽdere: quia episcopi dicũtur religiosissimi.

¶ Monachus in abbatẽ eligi nõ potest, nisi sit expresse professus. Ad dignitatẽ autem episcopalem, & in sæculari, & in regulari ecclesia talis eligi poterit.

C A P. XXVIII.

NVllus † religiosus; e ad Abbatiam, seu prælaturã f suæ vel alterius religionis g de cetero eligat, h nisi ãtea fuerit ordinẽ regularẽ exp̃sse i professus: Qđ

† Vide Cle. cũ rõni. de elect.

[Prima glossa ponit summam, & quid declaret.]

e ¶ Nullus religios⁹.] Monachus in abbatem eligi non potest, nisi sit expresse professus: ad dignitatem autem episcopalẽ, & in sæculari, & in regulari ecclesia talis eligi poterit, hoc dicit. Declarat in prima parte decretalem. s. e. cũ causam, & reprobat quod no. Naso. & Compostellanus. sup. eo. cum in magistrum, & approbat quod ibi not. Hostiẽs. & Goffr. & Abbas in decretali, cum causam. in secunda approbat quod no. Ber. de statu regul. quod Dei timorẽ, in magna gloss. Compostell. s̃. eo. cum causam. & Host. de voto. per tuas.

f ¶ Prælaturam.] puta Prioratum, Guardianatum, 2 vel Magistratum secundum, quod diuersa sunt nomina talium prælatorum, qui religiosis præsunt. vt supra. eod. tit. c. quorundam. ad idem supra. eod. fundamenta. Sed etiã hodie in administrationibus, & prioratibus monasteriorum habet hoc locum. vt in cle. de sta. regul. ne in agro. §. sane.

2 Hic not. Do. q̧ Guardian⁹ fratrũ Minorũ est in dignitate, iõ dat delegatus. vide Fe. in c. olim. de ma. & obed. Font.

g ¶ Alterius religionis.] hodie religiosus eligi non potest ad prælaturam alterius religionis, vel habitus per cle. eo. tit. cum rationi.

A D D I T I O. Archidiaconus tenebat hic contrarium per hanc litteram respondens ad cap. 16. q. 7. in noua actione, quod non loquebatur de disparitate habitus, sed clericorum, ad laicos, & sic. 19. q. 3. monasterii, loquebatur de laicis, qui sunt in probatione, & cap. officii. supra in ant. Sed loquitur ibi de nouitio non experto. Ioan. Andr.

[Glos. sequens ostendit hic solui quæstionem, de qua ponit duas opi.]

h ¶ Eligatur.] eligere tamen potest, si tacite sit professus. j. eo. ex eo. quod, in fi. & in cap. indemnitatibus. in prin. Nota expresse, quod monachus vel religiosus eligi põt, nec habet postulari, sed post electionem postulabit, sine superioris enim licentia, qui eam dare possit, non poterit consentire. s̃. eo. cap. prox. per quod idem probatur. & per decr. s̃. eo. quam sit. & sup. eod. quorundam. De hoc olim opiniones fuerunt: & tractabant de hoc Innoc. & Host. supra de renunc. post translationem. s̃. in antiq. de uo. per tuas. Compost. sup. in antiq. de postul. c. 1. Gar. sup. eo. quam sit. & dicebant quidam [quibus fauebat. Inn. & Compostell.] monachum extra suum monasterium debere postulari, non obstante decr. per tuas. vbi dicebant abbatem electum in prælatum, aliàs in episcopum eligi posse, aliàs extra suum monasterium postulari debebat. Alii dicebant indistinctè eum eligendum. Ad decr. post translationem, respondebant, illum fuisse postulatum propter ordinem Episcopalem, hodie tene eum eligendum per hæc iura.

i ¶ Expresse.] ergo non solum secularis eligi non poterit in abbatem, vt sup. eodem, cum ad nostram, sed nec religiosus tacite professus, vt hic, & infra eo. indemnitatibus, in prin. vbi in abbatissa, vel priorissa idem dicitur, & tamen per tacitam professionem bene est quis monachus: &

ſi ſecus actum † fuerit, eo ipſo irritum a habeatur. ¶ Ad dignitatem vero epiſcopalem (ad † quam nouitij b eliguntur interdum) talem in ſæcularib. vel regularibus c eccleſiis, eligi minime prohibemus.

¶ Idem.

¶ Forma electionis tradita per decre. ſup. eo. cũ dilecti, nõ eſt ſublata per ſequẽs capitulum, quia propter, hoc dicit. Ioan. And.

CAP. XXIX.

CVM expediat d concordare iura iuribus, & eorum correctiones † (ſi ſuſtineri e valeant) euitari: Decretalem f felicis recordationis Innocentii Papæ tertij prædeceſſoris noſtri, quæ innuit ſub ea forma poſſe in electionib. licite † compromitti: vt compromiſſarii ſecreto & ſigillatim volũtatibus omnium inquiſitis g illum, in quem maior & ſanior pars capituli h conſenſerit, eligere teneantur; declaramus abrogatam non eſſe per ſubſecutum concilium i † generale: immo põt in ipſis electionib. vt

chus: & votum ſolemnizat, inf. de vo. c. vno. non autem ſolus habitus, ſed profeſſio facit monachum, ſupr. de regula. porrectum talem autem profeſſionem in ſcriptis 1 facere debent. vt obuiet illis, (ſi poſtea reclamarent) propria ſcriptura, 27. quæſtio. 1. omnes feminæ, 1. quæſt. 7. ſaluberrimum.

1 Scriptura tñ nõ eſt de neceſſitate profeſſionis, Frãcus, hic.

† al. ita actũ fuerit.

† al. ita ad etiam nouitij, &c.

a ¶ Irritum.] olim nõ erat irritum ipſo iure ſed irritandum per ſententiam. ſupr. eo. cum cauſam.

b ¶ Nouitij.] nedum tacite profeſſi: & minus ſunt obligati nouitij, quia poſſunt ad ſæculum remeare: niſi appareat eos abſolute voluiſſe vitam mutare: vt infr. de reg. non ſolum.

[Glo, ſeq. quærit, & ſoluit.]

c ¶ Regularibus.] quaſi dicat, interdum cathedralis Eccleſia ſæcularis eſt, i. ſæcularium canonicorũ, interdum regularis: vtroque caſu tacite profeſſus in epiſcopum eligi poterit. Sed quæ eſt ratio, quare in cathedrali regulari eligitur non profeſſus: in alijs non: prout dixerunt. Lau. Tancre. Goff. & Compoſtella. in prædicta decr. cum cauſam, id eſt propter excellentiam epiſcopalis dignitatis, & ordinis, vt epiſcopus etiam ſæcularis immediate præſit monachis, & probatur idem ſup. de iudi. cauſam. ſupr. ne ſede vacante. ca. 1. vbi monaſterium erat unitum cathedrali eccleſiæ, forte ſæculari. tamen Tancre. & Goff. ibi dixerunt, quòd Bathon. cathedralis eccleſia ibi erat regularis: ſicut & multæ in Anglia. ſed Ber. videtur tenere contrarium in tertia gloſ. vnde in conſecratione religioſus dicitur etiam religioſior abbate, & epiſcopus monachos ad profeſſionem recipit, vt abbas. in authent. de ſanct. epiſco. §. iubemus. colla. 9. & facit ad hoc ſupr. de vo. & vo. redem. ex multa, & quod not. ſup. de capel. monach. cap. 2.

CVM expediat.] Præmittit declarationis cauſam generalem. Secundo declarat: ibi, Decretalem. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius capit. præſupponit primo illud quod habetur in c. cum dilectus., & c. quia propter. eod. titu. in antiq. Dicitur in ca. cum dilectus, quòd canonici alicuius eccleſiæ vacantis, poſſunt compromittere in aliquem ſub hac forma: videlicet, vt ipſe exquirat vota ſingulorum canonicorum, & eligat illũ in quem conſenſerit maior pars totius capituli, & dicant illi hoc modo: Nos ſumus viginti canonici, qui damus & concedimus tibi poteſtatem, vt exquiras vota ſingulorum canonicorum ſigillatim & ſecreto; & ſi reperis aliquem, in quem maior pars totius capituli conſenſerit, illum eligas: ſed illa forma non eſt ſeruanda in electionib. aliarũ dignitatum per quas eccleſia non dicitur viduata. Dicitur in c. quia propter, alleg. quòd canonici debent eligere prælatum altera de tribus vijs, videlicet, per viam Spiritus Sancti, vel compromiſſi, vel ſcrutinij: Per uiam Spiritus Sancti, videlicet quando concorditer eligunt aliquem nullo modo habito tractatu inter ſe. Per viam cõpromiſſi, quando eligentes compromittunt in aliquẽ, ut dictũ eſt in c. perpetuæ. ſupr. eo. tit. & lib. vnde forma ſcrutinij eſt multum difficilis: in qua etiã deficiunt periti, & maxime ſi non habeant practicam, & in hoc ca. deciditur, vtrum per ca. quia propter, ſit correctum. ca. cũ dilectus. videlicet, quod ſi canonici velint transferre in aliquos poteſtatem eligendi, quòd debeant facere cõpromiſſum abſolutum, non determinatum: vel vtrum non ſit correctum illud. c. cum dilectus. videlicet vt canonici poſſint facere compromiſſum cum determinatione, & reſtrictione? Rñdet, ꝙ per cap. quia propter. non eſt correctum ca. cũ dilectus. Nam cap. quia propter. non dicit, quòd illud compromiſſum ſit ſimplex: & non ſit determinatum & reſtrictum, ſed ſolum ponit vnam formam compromiſſi: quia dicit, quòd ex altero de trib. modis eſt procedendum: & ſi aliter proceſſum fuerit, non valet electio. Forma autem contenta in c. cum dilectus. cõtinetur ſub forma compromiſſi.

† Correctio iuriũ eſt vitanda, & vbi apparet contrarietas, per diuiſionem actuum dẽt reduci ad cõcordiam, ad hoc ſupr. de teſti. ca. cum tu. & de reſtitu. ſpol. c. litteras.

† Dictio, licite, deeſt hic in antiquis codicibus.

[Prima gloſſ. ſummat, & notat, & exponit.]

d ¶ Cum expediat.] forma electionis tradita per decretalem ſup. eo. cum dilectus. nõ eſt ſublata per ſequens concilium. quia propter, h. d. Et nota ex hoc princi. inſpiciendum quid expedit. de pæn. diſt. 1. aliud ſup. de vo. & voti. redem. magnæ. Vide quod ibi dixi in gl. vt patet in fi. & proprie expedientia vtilitatem reſpicit, vt ibi patet. Ioan. And.

† Conci. Lateranñ. ſub Inno. iij. c. 24. refertur de elec. c. 42.

e ¶ Suſtineri valeant.] reprehenduntur hic illi, qui volunt ſuſtinere iura, quæ penitus ſunt correcta: vbi ergo apparet de correctione, non ſuſtineãtur: aliàs ſuſtineantur. ad idem, C. de inoff. teſta. ſi quando, & ſup. eod. eccleſia veſtra 2.

ADDITIO. Vide quod ſupra de priuil. accedentibus dixi ſuper 1. glo. in fi. Ioan. And.

f ¶ Decretalem.] ſup. eo. cum dilecti. aliàs cum dilectus.

[Glo. ſeq. declarat, & commendat hanc formam.]

g ¶ Inquiſitis.] eſt ergo forma iſta partim ex ſcrutinio & partim ex compromiſſo vt hic patet: 2 ſed principalius dicetur iſta forma compromiſſi ſed determinati. Et ſi bene aduertatur, iſta hodie eſt melior & expeditior forma iudicio meo quam hodie habemus: non enim volunt canonici libere ius ſuum in alios transferre, & dare illis poteſtatem præficiendi prælatum per formam ſcrutinij graue eſt procedere, nec omnes bene ſciunt illam formã ſeruare: immo & boni iuriſtæ practicã ignorantes in ea deficiunt: expedientius ergo ſeruabitur iſta forma.

2 Ideo nouas; quia vbi ius emanans cõſurgit ex duob9 capitulis iuris antiqui facit nouam ſpẽm. l. Gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſt. l. c. quanto. ſ. de iudi. Petr. de Anchar. Fon.

h ¶ Capituli.] nota quia ſecus ſi diceretur de maiori parte eligentium; & compromiſſarij illum elegiſſent, quem maior pars numero, nõ maior capituli nominaſſet: quia tunc electio eſſet nulla, ſup. eo. ſi cui.

ADDITIO. Cum qua hæc deberet iungi, ut ibi dixi, & hic Arch. & Ioan. And.

[Glo. ſeq. ponit motiua opinionis hic reprobatæ, & alleg. reſpondet.]

i ¶ Concilium.] ſupr. eo, quia propter dicebant enim quidam, quod forma illa ſublata erat per decret. quia propter, & hoc videbatur tenere Hoſt. in prædicta decret. in princ. qui dicebat diuerſas electionum formas, vt ſupra eod. cum dilectus. & propterea ibi tres tantum formæ, vel ſecundam alios duæ approbari videntur; & propterea ibi dicitur, aliter electio facta non valeat: ſed contrarium eſt verum, vt hic uides, & propterea iſta eſt forma compromiſſi; 3 ſed cum certa determinatione, vt ſup. dixi.

3 Idẽ Dominicus ſed Arch. & Anch. contra: ſed opin. glo. eſt cõior. Font.

a ¶ Vt

a ¶ Vt prius.] id est sicut poterat ante concilium, quia propter. concilium tamen & decret. fuerunt eiusdem auctoris.

CVM non.] Primo ponit coustitutionis causam generalem. Secundo ponit constitutionem, interserēs causam specialē: Tertio tollit obstantia. Secunda ibi. Statuimus. Tertia ibi, Non obstantibus.

CASVS. Dicitur in cs. cupientes. sup. eo. tit. & lib. quòd si in causa electionis appelletur ad Apostolicam sedem; eligentes debent mittere ad eā dem sedem duos ex ipsis instructos; similiter, quòd opponentes debent mittere duos ex ipsis. Sed q̃d si illi, qui mittuntur ad Apostolicā sedem sunt de ipsis canonicis; vtrum ipsi canonici debeant reputari residentès, hoc est, vtrum ipsi possint percipere fructus præbēdarum suarum? Respondet quòd cum ipsi canonici sint absentes pro vtilitate illius ecclesiæ debeāt censeri, & reputari p̄sentes, ita quòd ipsi percipiant fructus p̄bendarum suarū; exceptis fructib⁹ distributionum suarū quotidianarum. Sed ponamus, quòd tales canonici qñ erant in ceclesia cuius negotium tractatur, perciepiebant fructus præbendæ, quā habebant in alia ecclesia: sicut in Abbatia Ecclesiæ B. Mariæ maioris Pictauis, non potest esse abbas illius Ecclesiæ, nisi sit canonicus in Ecclesia Pictau. & percipit fructus ipsius abbatiæ? Respondet quòd tales canonici absentes pro vtilitate ecclesiæ fructus non solum suarum præbendarum quas habent in ecclesia, cuius negotium prosequuntur: sed etiā debente percipere fructus, quos perciperent, si non essent absentes: sed residerent in illa Ecclesia. Nota primo, ex hoc c. illud ad quod allegatur principium c. quòd officium suum non debet alicui esse damnosum, siue nociuum. Nota vlterius, quòd absentes pro vtilitate ecclesiæ censentur residentes quo ad perceptionem fructuum suarum præbendarū, exceptis quotidianis distributionibus, quæ tantum conceduntur interessentibus diuinis officijs. hoc uerum, nisi talis canonicus esset infirmus, quia debet etiam habere quotidianas distributiones, licet sit absēs, ut in c. 1. de cler. ægrot. in antiq. Not. insuper, quòd absentes ab Ecclesia in qua sunt præbendati, de iure cōi, non debent percipere grossos suarum præbendarum, ualet tñ contraria consuetudo, uel statucum, ut ēt in absentia percipiant fructus suarum præbendarum. c. cum omnes de consti. in ant. Nam pp officium. i. ministerium datur beneficium. i. fructus.

prius a procedi licite per eandem.

¶ Idem.

¶ *Accedens ad sedem Apostolicam pro instruendo negotio electionis per decre. Cupiētes eundo hac de causa, stando, & redeundo, integre (præter quotidianas distributiones) percipit fructus beneficiorū, quos percipere posset in ipsa ecclesia residendo. Ioan. And.*

CAP. XXX.

CVM non deceat [b] alicui suum officium esse damnosum: Statuimus, vt ij, qui iuxta [c] constitutionem [d] felicis recordationis Nicolai Papæ tertij prędecessoris nostri super hoc editam, ad Apostolicam sedē venerint, eam circa iminentium electionum negotia instructuri: (Cum tales ecclesiarum suarum † prosequentes vtilitatem, censeri debeant residentes [e]) fructus beneficiorū suorum, quæ obtinent in illis ecclesiis, quarum negotia prosequuntur; & etiam aliorum quos reciperent, vel possent recipere in† ipsis ecclesiis residendo; [f] integre (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis [g]) recipiant ad sedem propterea [h] veniendo eandem, ibidem hac de causa, [i] morando, & ad ipsas ecclesias redeundo; ac si personaliter in eisdem ecclesiis residerent: Non † obstantibus quibuslibet consuetudiuibus, vel statutis ecclesiarum ipsarum contrariis, seu priuilegiis quibuscumpue, per quæ

[Gl. prima summat & notat, allegans quo ad hoc principium sex concord.

b ¶ Cum non deceat.] accedens ad sedem Apostolicam pro instruendo negotio electionis per decret. cupientes. eundo hac de causa, stando, & redeundo integre, præter quotidianas distributiones percipit fructus beneficiorū quos percipere posset in ipsa ecclesia residendo. Et nota ex hoc principio inspici quid deceat; quod proprie honestatem respicit. sup. de uo. & vo. redēp. magnæ nec. n. honestum est officium suum alicui fore damnosum. 4. q. 3. §. item in criminali ver. uenturis. sup. de rescrip. statutum, in fi. ff. de fur. l. si seruus communis. ff. ad Velle. l. 2. §. 1. C. de admi. tu. cum quidam. sup. de fideiussor. peruenit. cum simil.

[Gloss. sequ. soluit quæstionem.]

c ¶ Iuxta.] not. quia per hanc litteram dico, quòd si talis est casus quo instruens vadat non astrictus per decre. su. cupientes, puta quia nō est ecclesia cathedralis, nec regularis; vel si est talis appellatio, vel immediata subiectio, quæ non deuoluit, his casib. cū non habeat locum decre. cupientes. ergo nec istius decret. priuilegium per istam litteram: & concor. quod dixi infr. eod. si postquam. 2. resp.

ADDITIO. Et facit ad quæstionem, quam Paduæ disputaui de Doctore disputante, qui disputare non tenebatur quam uide infr. de reg. iur. accessorium. Ioan. And.

d ¶ Cōstitutionem.] supra eodem cupientes.

e ¶ Residentes.] Concordan. supra de cler. non resi. ex parte.

f ¶ Residendo.] pone: habet ecclesia Bonoñ. priuilegium quòd canonici ipsius ecclesię percipiant fructus beneficiorum suorum, quos habent in alijs ecclesijs in Bonoñ. ecclesia residendo: vel habet ipse qui uadit pro instruendo negotio priuilegium, quòd recipiat fructus tales, supra de rescri. c. vlt. hos isto casu percipiet, hoc vult dicere littera ista.

g ¶ Exceptis.] quæ nec dantur studentibus in theologia supr. de præb. licet. nec dantur præsentibus qui non intersunt horis canonicis, infr. de cle. non resid. c. vnico. Et licet ista constitutio fingat ipsum præsentem; nō fingit ipsum diuinis officijs interessentem: habeat ergo quod præsens haberet, qui diuinis officijs non interesset, vt in prædict. ca. unico, quod etiam est contra: cum dicat distributiones quotidianas concedi ijs, qui prosequuntur ecclesiarum vtilitatem: & ibi soluitur.

h ¶ Propterea.] nota legem pro instruendo negotio electionis iuxta prædictam constitutionem, & facit ad id quod dixi in gl. 2.

[Gloss. seq. recitetur per duas quæstiones, & solutiones ipsarum.]

i ¶ Hac de causa.] Si ergo facta instructione, & finito negotio, sola uoluntate, vel pro aliorum suorum negotiorum expeditione maneret in curia: tunc cessabit priuilegium hoc. Et est huic simile quod dicit lex, quòd nō uere reipublicæ causa abesse dicitur is, qui proprij commo. causa in legatione est, ff. ex quibus cau. maior. l. non vere. sed postea ex quo redire inciperet, competeret ei hoc priuilegium: reddit enim de itinere, quod ob hanc causam fecit. [Hoc est expressum. ff. ex qui-

bus

† No. quod suum potest dici id quòd est suum in parte, & nō in toto nam ecclesia non est tota canonici, vide gl. inf. de præb. cum in illis.

† al. ita in dictis ecclesijs &c.

† al. ita: non obstantibus quibuslibet alijs consuetudinib. &c.

† Vide Concil. Trid. ses. 5. de refor. c. 1. in fi.

bus causis maio.l.si cui. §. tamdiu.] & est simile huic quod dicitur de teste, sup.eo.li.de rescri.statutum,in fi. cum suis concor.

Glo.seq.exemplificat,quærit,soluit, solutioni opponit,& respondet:In fi.arguit ad quæstionem.

a ¶ Effectus.] puta, quia est statutũ,consuetudo, uel priuilegium in ecclesia, ꝙ quacunque de causa qs absit, ēt si vtilitatem ecclesiæ prosequat̃,nihil percipiat. Quid si talē consuetudinem, uel statutũ iurauerit? Nõ credo, ꝙ tũc locum habeat hoc priuilegiũ: quia iur̃m illud põt seruari sine periculo animæ.sup.de iureiur. si vero.& quia hic non dispensat cõtra iuramẽtum, ut de rescri. cum aliquibus supra eo.li. cum suis similibus. Nec obstat, si sustulit statutum, vel cõsuetudinem, quod est principale: ergo & iur̃m 1 de illo seruãdo,quod est accessorium, tolle em̃ instãtiam. sup.de iureiur. cum cõtingat. & ꝙ ibi not.[Aliqui contra per id quod dicit, quibus libet: & subdit, quibuscunque, & quomodolibet, quæ multum videntur pro eis facere.]

præmissorum effectus [a] posset quomodolibet impediri.

¶Idem.

¶Is qui opponit euidentem defectum scientiæ vel personæ, contra promouendũ ad aliquam dignitatem, pœnitere non potest, causam reddit. Io. And.

CAP. XXXI.

AB eo, [b] qui contra electum, vel postulatum, seu promouendum ad [c] aliquam dignitatem, inter cetera, quæ obijcit, euidentem, † notorium, seu manifestum [d] scientiæ, vel alium personæ defectum opponit: ipsius defectus oppositio, vel eius qualitas [e] nequeunt postea reuocari: cum enim opponens (si quod de defectu opposuit huiusmodi, destitui veritate contingat) a prosecutione causæ debeat omnino excludi, [f] & puniri, perinde ac si in probatione omnium, quę obiecerat, defecisset: [g] iustum est, vt (postquam ad oppositionem eandem procedit) nequeat in præiudicium eius, contra quem opposuit, vlterius pœnitere. [h]

¶Idem.

¶Canonicus impubes ad electionem non vocatus, nõ agit de contemptu.

† Not. ista ęquiparari: euidens, notoriũ, & manifestum: & sic vñr ista synonyma, de quo uide text. infra de uerb. sig. c. 2.

Hæc decre.bene facit ad quæstionem, de qua quærebat olim Gar.in decre. cupientes supra eo. li. an duæ personæ de opponentibus, 2 quæ vadunt pro instruendo negotio ad curiam, contribuere debeant ad expensas: fiat quod inter eos conuenit.ff. de deposi. l.1.§.si conueniat.si nil erat conuentum. dicebat iudicis arbitrio relinquendum, pensatis labore, & facultatibus mittentium & missorum.[Idem Io.And.] cum ista decre.priuilegiet eos in fructibus percipiendis, satis arbitratur iudex eos conferre debet.

2 Glo.fin.in cle. dudum. uers. pacta: de sepult. ca. constitutus, de rescrip. in antiq. & procedit hęc gl. ... Phil. ēt ... clausula, ... non obstan-..., ponit in ...re, uide ...com.consil. ...or.Fon.

ADDITIO. Et facit ad quæstionem de damnum passo,nunquid contribuat cum alijs ciuibus ad emendam? Et dicitur,ꝙ sic,in Spec.de censi.§.2.vers. quid si damnum.facit ff.ad legem Rhod.de iac.l.nauis onustę. §.cum autem.de hoc. ff. de legatis 1.ab omnib.§.si Titio. Io.And.

AB eo,qui contra electum.] Diuiditur in duas partes,Secunda,ibi,Cum enim.Domi.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, uel alia ecclesia, puta monasterio sancti Cypriani, Pictauienses canonici uel monachi, quendam Titium in prælatum elegerunt fuerunt aliqui opponentes,qui opposuerunt ꝯ electum defectũ scientiæ uel morũ, uel defectum suorum natalium, & cũ hoc qualificabant illos defectus,uidelicet,quod illi defectus erant manifesti,opponentes pænitentia ducti uoluerunt recedere ab illo defectu, vtrũ possint? Rñdet ꝙ non. Nam ex quo appellauerunt ob illum defectum, ab illo defectu recedere non possunt: Sed ponamus,ꝙ ipsi nolunt recedere a defectu, sed solũ a qualitate,utrum sit eis permissum? Rñdet,ꝙ non, immo si recedant a qualitate defectus sunt puniendi, ac si defecissent in probatione defectuum, ideo debent persistere & in defectu,& in qualitate defectus, tamen si dicti opponẽtes recedant ab ipsis defectibus,uel qualitatibus, poterit superior inquirere de ipsis defectibus,uel qualitatibus,uel etiam opponentes,si sint, qui prætendant habere interesse.

1 Idem de ...igẽtib. eo. ...su,quo te...entur ad ex...nsas. Ioã. ...ndr.

[Prima glossa summat.]

b ¶Ab eo.] is qui opponit euidentem defectum scientiæ,uel personæ contra promouendum ad aliquam dignitatem pęnitere non potest, causam reddit.

[Secunda Gl. quæstionem soluit.]

c ¶Promouendum.] ista igitur tria sunt paria concor.sup.eo. tit.ut circa.Et not.ꝙ dicit,dignitatem: & idem dicit sup.eo. si forte & idem inf. de verborum signif.constitutionem, per qđ apparet,quod decret. ista,si forte, non habet locum in alijs beneficijs, ut ibi dixi.

d ¶ Manifestum.] ista enim quo ad casum nostrũ sunt synonyma, & idem designant ut inf. de verborum sig. constitutionem.

e ¶ Vel eius qualitas.]hoc vult dicere: is,qui opposuit, forte vult obiectũ reuocare:vnde cum opposuisset euidẽtem defectum scientiæ uel personæ,dicit ꝙ vult instare alijs obiectis & recedere ab illo,vel non reuocat obiectũ, sed qualitatem, 3 unde nunc vult simpliciter dicere, quod patitur defectum, sed reuocat id quod dixerat, quod defectus erat euidens,istud est reuocare qualitatem tantum, & neutrum.potest,ut hic uides.Io.And.

3 Et non potest,quia detractio qualitatis mutaret actionẽ: quia istæ exceptiones sapiunt actionẽ. Do.Fon.

f ¶ Excludi.]ut sup.eo,si forte.

g ¶ Defecisset.]ut sup.eo.tit.c.1.

[Glo.seq.quærit,arg.negatiue, & affirmatiue, & pro negatiua soluit.]

h ¶ Pœnitere.] ut sic sibi non liceat mutare consilium in alterius detrimentum, infra de regulis iuris: mutare. cum suis concordant. ad idem supra de electione cap. publicato.nam & quod semel placuit, non potest amplius displicere,ubi uersatur alterius interesse infra de reg. iur. quod semel nisi in casibus, in quibus iura, pœnitentiam & uariationem admittunt, quorum aliquos ibi not. 4 & est simile huic supra eodem ut quis duas. [Ioan. Monach. & Archidiaco.alleg. ff.de pact.l.fi.deposi.l.1.§.si rem.]Quid dices, pone promouendus consentit, quod opponens renunciet obiectui, uel qualitati obiectus: iudex non consentit, nunquid hoc poterit opponens?Et uidetur quod non, quia quos prætor prohibet, &c. ff. de postulan. l. quos prohibet prætor, & concord. supra de exceptionibus, cap. ultimo. maxime cum in huiusmodi electionibus exuperet iudicis officium, s̃. de electionibus cũ nobis olim, cum similibus in contrarium uidetur per hanc literam, quæ dicit, in præiudicium eius, contra quem, &c. & quilibet potest renunciare iuri pro se introducto, supra de regul. ad Apostolicam.C. de legib. quod fauore, infra de regulis iuris, quod ob gratiam. Satis uidetur (per prima iura, & maxime ea ratione, quia si probetur talis obiectus, promouendus statim debet repelli) quod ipse huic iuri renunciare non possit, 5 cum istud ius licet ei faueat, si non probatur obiectus, tamen ei nocet, si fuerit probatum, & sic uidetur renunciare non posse huic iuri inuito iudice, & facit quod dixi supra eod. si forte.

4 Adde qđ ibi dicã.uide gl.in c.si diligenti. de fo.comp. Felin. cap. cum olim. 2. đ re iud. in anti. Fon.

5 Idem Archid.all. quæ no.2.q.7. q̃rendũ, & c. alieni. Ioan. Andr.

CAP. XXXII.

Ex eo [a] qđ ad electionem episcopi, [b] quæ te in pupillari [c] constituto ætate, in tua † ecclesia [d] extitit celebrata, cū ceteris eiusdem ecclesiæ canonicis non fuisti admissus: de contemptu [e] conqueri, aut electionem eandem impugnare non potes: Cum tam iuris, [f] † quam rationis [g] existat; vt tales (cum discretione [h] careant) ad præstandum in electione suffragium [i] nullatenus admittantur.

¶ *Non professi cum professis, vel conuersi laici cum clericis, electioni interesse non debent. h.d.*

¶ In ecclesiis quoq; regularibus, vel monasteriis,

Ex eo.] sunt duæ partes, quæ patent. Et prima ponit dictum, cuius rōnem subdit ibi. Cum tam. Secunda ponit duo dicta: secunda ibi, uel conuersi. Io. And. ¶ Pro intellectu huius c. præsupponendum est illud, ꝙ hr̃ in c. quod sicut. eo. tit. in ant. ubi dr̃, ꝙ oēs habentes vocem in electione, debent uocari ad electionem faciendam. Itē ꝙ illi, qui sunt p̄sentes die electionis faciendæ, non debent uocari: quia frustra vocarentur: sed soli absentes sunt vocandi ad illam diē, qua dēt electio celebrari, si sint in loco propinquo uel remoto, secū dū statuta illius ecclesiæ: tñ si præsentes processerunt in electione absque uocando absentes, ualet electio de se: sed absentes poterunt postea facere cassari illam electionem.

† Nota, ꝙ suum potest dici, quod ē cōe cū alijs. ad hoc supra eo. cum non deceat. vide q̄ notaui ad cap. pen. inf. eod. de sent. excō. Font.

† Not. argu. qđ ad probādum decisionē dubij, sufficit ualidarè decisionē duplici argumento, uel rōne. vide Io. Andr. in c. inquisitionis. sup. de accus. Dom.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi, canonici illius ecclesia conuenerunt in unum ad electionem futuri pastoris faciendā in ecclesia ipsa erat canonicus impubes de iure communi, vel dispensatiue, qui erat tunc absens vñ qñ assignauerunt diē ad faciendam electionem: alij canonici nō vocauerunt illum impuberem. sed eo spreto ad illam electionem processerunt: vult iste impubes conqueri de contemptu, & cassare electionem: vtrum possit? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia cum talis impubes nō habeat vocem, frustra vocaretur ad electionem: quia ipsa impubes, caret discritione, quæ requiritur in electione: Sed hodie quantumcunque sint puberes, non habet uocem, nisi sint in sacris constituti: sed impubes non potest esse in sacris: ideo non habet uocē in electione? Secundum uero hæc tp̄a non requirebat, ꝙ quis esset constitutus in sacris, quo ad electione actiuā. Sed sanctissime Pater ponamus quod uacat aliqua ecclesia regularis: in qua sunt monachi professi, & alij non sunt professi: utrū non professi habeant uocem electiuam, & sint uocandi ad electionem actiuam? Respondet Roma. Pontifex, quòd non quia ad electionem actiuā requiritur professio: sed tunc in isto casu scilicet ad electionē actiuam, sufficit tacita professio: sed ad electionē passiuam, requiritur professio expressa, ut in cap. si religiosus, supra eod. tit. & in clemen. ne in agro. §. sane, de sta. regu. in clem. Sed quid de conuersis. utrū habeant uocem in electione, ut communiter in religione B. Frācisci sunt laici cōuersi. Rñdet, ꝙ tales conuersi non hēnt uocē in electione: quia illi soli habēt uocē in electionibus, qui sunt tacite uel expresse professi religiosi, ideo conuersi non habent uocē. Nota primo ex illo textu, quod impubes pōt esse canonicus ecclesiæ cathedralis. Sed quæritur, utrum istud possit esse de iure communi, uel ex dispensatione. Quidam dicunt, ꝙ de iure communi, quia in simplici beneficio & in canonia sufficit, quod quis sit egressus infantiam: Communis tamen opinio Doctorum tenet, ꝙ in beneficio requirente discretionem animi, requiritur, quod quis sit pubes, & quod perfecerit 14. annum, & attigerit 15. sed in alijs simplicibus beneficijs, in quibus non requiritur discretio animi, sufficit ętas septem annorū. De hoc latius per Panorm. in c. super inordinata de prę ben. in antiq. Nota insuper, quod in elctionib. prælatorum regularium soli ueri religiosi professi & clerici habent uocem electiuam, alij autem vt conuersi, uel non professi, non habent uocem.

[Prima Glo. ponit summam, & quid declaret.]

a ¶ [Ex eo.] Canonicus impubes ad electionē non uocatus, non agit de contemptu, non professi cū professis, vel conuersi laici cū clericis, electioni interesse nō debent: Emanauit primum dictum ad declarationē eorū, q̄ notant Vincen. Tancred. Goffre. Bernardus, & moderni, ds æta. & qual. ex ratione. Secundum ad declarationē eorum, quæ norāt Bernar. Innocentius, & Host. de instit. c. 2. & Abbas supra eod. tit. in Genesi.

[Glo. seq. quærit, arg. negatiue, & contrarium soluit.]

b ¶ [Episcopi.] quid de inferiorib dignitatibus? Ex his vulgaribus iuribus, quibus arguimus a verbis. ĩ. de priui. si Papa. 1. respon. in fi. cū sim. videretur, ꝙ in inferioribus secus, cum si de inferioribus idē voluisset intelligi, id expressisset, sup. de dec. ad audientiā. Contra puto, cum ratio. c. quæ infra sequitur, sit generalis 1 nec ibi repetatur de epo, cum dicit, ad prestandum in electione suffragium, &c. & hoc bene probatur. ĩ. eo. indemnitatibus in prin. Io. And.

c ¶ [In pupillari.] quæ est in mare minor 14. annis, in femina minor 12. nec distinguimus, an malitia suppleat, sicut nec in finienda tutela. C. qñ tut. vel cura. l. indecorā. Inst. qui. mo. finiatur tute. in prin. licet secus in matrimonio, vt supra de despon. impu. impuberes. vbi de hoc ad idem ĩ. eo. indemnitatibus, in prin.

d ¶ [In tua ecclesia.] Nota, ꝙ minor 14. annis dicitur idoneus ad beneficium, etiam ad canonicatum 2 cathedralis ecclesiæ de hoc supra de præbē. super inordinata. [Host. ibi contra, & de æta. & qua. c. 2.] & sup. eo. lib. de rescri. si eo tempore.

e ¶ [Contemptu.] quod aliàs cassationem inducit, & plus in electione nocet, quam multorum contradictio, sup. eo. venerabilem, & c. bonæ 2 in anti.

f ¶ [Iuris.] scripti.

g ¶ [Quam rationis.] quæ deficiente iure scripto allegari potest, 8. distin. frustra. & 9. distinct. sana quippe sup. eo. tit. & lib. vt quis. lex enim est omnē quod ratione consistit. 1. dist. consuetudo & Seneca in epistola 37. ad Lucillum. Si vis tibi omnia subijcere, te subijcias rationi.

ADDITIO. Aug. dicit ratione vincendum. 23. quęst. 6. videas.

[Glo. seq. quæstionem soluit.]

h ¶ [Discretione.] 3. q. 7. infamis. §. tria. & sup. de cor. uitiato, ex parte. C. de fal. mo. l. 1. 3 [De reg. cum uirum, in prin. & c. cum simus. in prin. ff. de iud. cum prætor. §. non autem.] Et per hanc literam dico idem de furioso per prædictum §. tria. & 15. q. 1. nec is. §. cum itaque, de succes. ab intest. cum dilectus. ff. de iniu. l. illud. cum nec tales matrimonium carnale contrahere possint. sup. de spon. dilectus, 32. q. 7. neque furiosus, nec religionem vouere, de reg. sicut. 1.

i ¶ [Suffragium.] ff. de iu. immu. l. 2. §. impuberes & dicit lex, indignum nobis uidetur, eum qui stabilē mentē nondum adeptus est, propter priuilegia militū, sapientū hoīum iura tractare. C. de test. mili. l. ult. & minores sportulas decurionum accipiunt, suffragium tamen inter alios non afferunt. ff. de decur. l. spurij. §. minores. & si princeps det ueniam ætatis minoribus, non uidetur concessisse, ꝙ sine decreto alienent, uel citra perfectam ætatem liberam administrationem habeant. C. de his qui ven. æta impet. l. eos 2. isti enim accusare non possunt, nec testificari. 2. q. 1. prohibentur 4. q. 4. nec testamenta facere. 2. q. 6. capit. ei qui. §. diffinitiua, & talis

1 Rō gñalis extendit legem. D Nic. Euerardus in loco a rōne legis ampla. Font.

2 Vide Cōc. Trid. sess. 24. de ref. ca. 12.

Ratio allegari pōt deficiente iure scripto.

3 An isti ob maleficia puniant, uide Doct. in l. ex cipiuntur ad Sylla. cui ad de l. si arrogati. ff. de tu. & de malo. qđ faciunt isti pueri in ludo, uide Petr. de Anchar. consil. 283. Font.

hi, qui [a] non sunt tacite [b] vel expresse professi, non debent cum professis; vel conuersi [c] laici cum clericis [d] electionibus [e] interesse.

¶Idem.

¶Si ab electione cathedralis vel regularis ecclesiæ, in scriptis ex causa probabili appelletur ad Papã, ea pendente, confirmatio facta per ordinarium non valet. Requirit decre. cupientes. nõ solum ꝙ electus veniat, sed ꝙ vsque ad finem negotiũ prosequatur, & habet locum ẽt cum appellatur a confirmatione, vel prouisione. Io. Andr.

CAP. XXXIII.

SI postquam [f] ab electione in cathedrali vel regulari Ecclesia [g] celebrata, fuerit in scriptis [h] ex causa probabili, [i] quæ probata deberet legitima reputari, ad sedem [k] Apostolicam appellatum, electionem ipsam per ordinarium confirmari contingat, huiusmodi confirmatio, nisi prius fuerit

talis ætas prona est ad malum. 12.q.1.c.1. & est hæc litera. (Et decre. indemnitatibus. in princ. inf. eo.) contra Tancr. & Barth. Brixiens. qui dixerunt in quæstione dominicali, 77. quæ incipit, Tutor cuiusdam: quod si pupillus patronus maior vij. annis præsentat vnum, & tutor eius alium: præfertur præsentatus a pupillo. pro eis facit 16. quæstione 7. decernimus.

a ¶Hi qui.] .s. fratres uel monachi; nec distinguo in his, an sint clerici, prout distinguit in conuersis, ut infra dicam in glo. 2.

b ¶Tacite.] in electis autem requiritur expressa professio. s̃. c. nullus. sic inf. eo. indẽnitatibus. in prin. Nouitij ergo nõ admittuntur. & sic tenebat Abbas in gl. in prin. alleg. ad hoc. ff. de sta. lib. l. statu liberum. licet tales gaudeant priuilegio canonis, vt inf. de sent. excom. religioso; tamen non sunt ueri religiosi, ut ibi.

c ¶Conuersi laici.] de conuersis ergo hic loquitur: monachi ergo uel fratres professi, indistincte admittuntur. ad hoc sup. de arbit. cum olim. de sent. excõ. canonica: & 16.q.j. generaliter 93. dist. a subdiacono. hodie secus; quod dic, ut in cle. de æta. & qual. ut hi, qui.

d ¶Cum clericis.] in plebibus ergo ubi sunt clerici, & laici conuersi, non admittuntur conuersi laici; ergo in hospitalibus & locis hmõi ubi sunt solum laici conuersi: isti bene eligunt sibi priorem, rectorem, magistrum, uel massarium. sup. de arb. cum olim. nec hoc hic prohibetur. ad hoc inf. eo. indemnitatibus. §. pen.

[Gl. seq. quærit, & soluit, & contrario respondet.]

e ¶Electionibus.] tale. n. ius non cadit in laicum. sup. eo. in antiq. Massana. & c. sacrosancta, ẽt conuersum ut hic. Quid dices in qõne facta in aliquo ordine; puta Humiliatorum; (vel S. Marci) uel in aliqua ecclesia sæculari præscripserunt laici conuersi, ꝙ debeant ad electionem admitti, & uocari: per hanc constitutionem clerici nolunt eos admittere; quæritur quid iuris? Dico ꝙ de iure cõi conuersi laici ad electionem non admittuntur, 1 ut hic, sed decr. ista non tollit specialium locorum ordinum, uel personarum consuetudines præscriptas supra eo. lib. de constit. licet. quare illi præscriptæ consuetudini stari debet. Non obstat ꝙ in talibus non ualeat consuetudo sup. eo. Massana, quia illud dico uerum secundum Inn. & Host. qui hoc not. de instit. c. 2. de laicis professione & habitu nõ de conuersis; cũ ergo conuersus sit ecclesiastica persona. 2 12. q. 1. cap. duo. tale ius spirituale præscribere poterit.

SI postquam.] Sunt tres partes: Secunda: ibi, Si uero electus: Tertia: Cum autem Dom.

CASVS. Vacante Ecclesia Pictauiensi, canonici quendã Titium elegerunt, a qua electione fuit appellatum ad Apostolicam sedem, quia forte unus erat contradicens, & talis solemniter appellauit; appellatione interposita, dicti canonici eligentes ipsam electionem præsentauerunt metropolitano, ut eã confirmaret, qđ fecit metropolitanus ad requisitã aliorũ canonicorũ, non curando de appellatione istius; an valeat talis confirmatio, vt electus virtute illius confirmationis receperit ptãtem administrandi? Respondet Romanus Pontifex, quod non: nã ex quo fuit appellatum ad Apostolicã sedẽ: suspensa fuit iurisdictio iudicis inferioris; ideo non potuit eum metropolitanus confirmare, & per cõsequens si iste electus se ingerat administrationi, perdit ius sibi quæsitum ex electione: cum non uideatur confirmatus. Et istud uerum, quod superior, videlicet metropolitanus, non potest confirmare istam electionem pendente appellatione: nisi appellans renunciasset suæ appellationi: quia tunc per illum recessum ab appellatione superior reassumit iurisdictionẽ, virtute cuius posset ipsam electionem confirmare. Sed sanctissime Pater dictũ est in c. cupientes supra eo. ꝙ si confirmatio, vel infirmatio ꝑtinet ad Papam: electus tenetur ire personaliter ad Apostolicam sedẽ pro obtinenda confirmatione: Ponamus, ꝙ ipse electus postquã fuit in curia Romana sine licentia Papæ, post aliquos processus recessit a curia non remanendo vsque in finem causæ, vtrum videatur satisfecisse illi constitutioni, cupientes allegatæ? Rñdet ꝙ non; Item dictum fuit in d. c. cupientes, quod cum appellatur ab electione facta: ad impediendum confirmationem, tenetur electus ire ad Curiam Roma. & etiam eligentes, & opponentes. Ponamus ꝙ electus fuerat iam confirmatus, & appellatum fuit a confirmatione? utrum electus eligentes, & appellantes teneantur mittere ad Apostolicam sedem, ſm distinctionem illius c. cupientes? Respondet quod sic.

[Prima gl. summat.]

f ¶Si postquam.] Si ab electione cathedralis vel regularis ecclesiæ: in scriptis ex causa probabili appelletur ad Papam: ea pendente, confirmatio facta per ordinarium non valet. Requirit decret. cupientes non solum ꝙ electus veniat, sed ꝙ usque ad finem negotium prosequatur, & habet locum etiam cum appellatur a confirmatione, vel prouisione. Io. And.

g ¶Ecclesia.] nota quo ad cathedralem ecclesiam bene erat statutum, ꝙ appellatio deuolueret, eo ipso quod in scriptis, & causa probabili interposita esset. supra eod. quamuis, sed de regulari non sic erat expressum: parificatæ igitur sunt regulares cathedralibus: sic sup. eod. in antiq. ne pro defectu, & sup. eo. ti. lib. & cap. cupientes. secus in casu: sup. eod. quamquam.

h ¶In scriptis.] sic. j̃. de appel. cordi. & de hoc sup. eo. tit. Quamuis.

i ¶Probabili.] Vnde istud est speciale in istis ecclesijs, ꝙ sufficit, ꝙ appellatio sit interposita ex causa probabili, licet causa sit falsa: ad hoc ut deuoluatur, & põt esse ratio, quia maiora facilius deuoluuntur, ut sup. de appell. ut debitus. in fi.

[Glo. seq. recitetur per q. duplicem. s. quid si appellatur ad inferiorem, & quid si ad legatum.

K ¶Ad sedem Apostolicã.] ergo secus si ad inferiorem, (vt ẽt dicit Archid. cum. n. ista decr. ponat suum casum specialem contra regulam. inf. de appel. non solum 2. respon. quo cauetur primo constare debere de veritate causæ antequam reuocentur attentata post appellationem ante sententiam interiectam, ob hoc igitur a casu expresso non recedam, sed antiquo, & generali iuri in alijs stabo. Et potuit esse ratio, reuerentia sedis Apostolicæ, & ut melius uisitetur. Et quia ista maiora de facili trauseunt ad Papam ut in prædicta decre.

vt

vt debitus in si. Et si appelletur ad legatum non puto hanc decre. locum habere: licet dici soleat examen legati satis esse examen Apostolicæ sedis. Sed uideo, ꝙ si appelletur ad sedem Apostolicam, non sufficit adire legatum: nisi partes concordarent, appellationi renunciando: de appellat. constitutus. de offic. lega. studuisti. & c. licet & dixi sup. eo. cu pientes. circa princ. Io. Andr.

ff. de serui. si cui & hoc tenet Gul. & Gar. in decret. cupientes.

ADDITIO. Idem Archid. & Ioan. Monac. qui tamen in additionibus hic dixit forte talem ex contemptu ligari. supra de senten. excommun. per tua. §. nos igitur. Ioan. Andr.

canonice [a] ab appellatione ipsa recessum (cum fit ab eo, qui non potuit, [b] † de facto præsumpta) nullam obtinebit† roboris firmitatem. [c] ¶ Si vero electus, [d] qui iuxta [e] constitutionem [f] felicis recordationis Nicolai Papæ tertij prędecessoris nostri, ad dictam sedem venerat pro electionis suę negotio prosequendo, de Romana curia sine licentia recesserit, antequam huiusmodi negotium sit finitum: eius electio auctoritate constitutionis ipsius (quę non solum vt quis veniat, sed etiam ex sui mente [g] exigit, quòd vsque ad finem negotium prosequatur) eo ipso viribus euacuatur † omnino. [h] ¶ Cum autem [i] ab electionis confirmatione, [k] vel facta prouisione [l] per eum, [m] ad quē propter inferiorum negligentiam fuerat deuoluta, eligendi potestas, ad sedem appellatur eandem: constitutionem prædictam inueniendo, & mittendo, & alijs, quæ perstringuntur in ea, conuenit obseruari.

¶Idem.

¶ *Dispensare possunt episcopi superiores cum habentibus parochiales ecclesias sibi subiectas, quod vsque ad septennium studendo nō teneantur ad sacerdotium promoueri; ad subdiaconatum tamen debent promoueri infra annum, alias sunt priuati; Et illo durante septennio debet in illis ecclesijs idoneus poni vicarius de fructib. Ecclesiæ sustentandus; Elapso septennio debet rector infra annum in presbyterū promoueri.*

CAP. XXXIIII.

CVM EX

† Gesta a iudice incompetenti sunt nulla vide no. in c. at si clerici supra de iud.

† In antiqs codicib. legitur obtinet.

† al. vacuat.

a ¶ Canonice.] sine aliqua prauitate, ut sup. eod. lib. quamuis & inf. eo. prouida. & primo inquiratur de recessu ut ibi.

b ¶ Non potuit.] sufficit enim quod appellatio sit interposita ex causa probabili, ad hoc ut deuoluat: & alias competentis iudicis iurisdictionem reuocet.

c ¶ Firmitatem.] simile infra eo. prouida. & c. seq. & c. ult.

d ¶ Si uero electus.] approbat: quod not. Gul. & Gar. sup. eodem. cupientes. §. quod si.

e ¶ Iuxta.] si ergo talis erat electus, qui venerat ad curiam: non adstrictus tamē illa constitutione, licet ante finem causæ recedat: cum non habeat ibi locum hęc constitutio. ergo, nec eius pœna. Et facit quod dixi in decret. cupientes, in princ. super uerbo: immediata subiectio & sup. eo. cum non deceat.

f ¶ Constitutionem. sup. eo. cupientes.

[Gl. seq. no. arg. cōtrariū, & soluit dupliciter, & ecōtrario respondet: finis recit. per qōnem, quam soluit.]

g ¶ Mente. 1] & ita punitur, qui mentem offendit, sicut qui mentem & uerba ff. de iurisd. omn. iud l. si qs versi. ꝙ si dum proponitur. ff. ad Macedo. sed Iulianus. §. mutui. immo præfertur intentio uerbis. sup. de uerb. sign. intelligentia & c. præterea. Et in contrarium uidebatur; quia constitutio pœnalis erat. & ideo restringenda. ff. de pœn. interpretatione. Sufficere ergo uidebatur, quod venerat prout constitutio dicebat. Sed contrarium est verum. Ista. n. sunt paria, non venire, & venire, & sine licentia recedere. 11. q. 3. certum. sup. de iudi. ca. 1. ff. de excu. tut. l. scire. §. aliud autem. ver. obseuabunt. in fine, (aliàs incipit, & sufficit. & C. de decurionibus, lib. 10. si quis.) uidetur etiam talis offendere uerba, secundum quod notatur sup. eodem tit. cupientes. §. qđ si per xx. super ver. executionem. Non obstat quod dicitur, constitutionem pœnalem non extendendam, quia in hoc non extenditur quod erat de mente 2 nec puto electum puniri, qui eo tempore quo non impeditur processus causæ 20. vel 30. milliaria peregrinationis, recreationis, uel simil. causa iuit extra curiam: non enim recessisse dr, qui statim est reuersurus. ff. de procu rat. præsens. & l. sequen. ff. de diuor. l. 3. Et uerba ciuili modo non captiose sunt intelligenda. 4. distinct. erit.

1 Qūo colligatur mens legis, uide Arch. & Do.

2 Vide glo. in c. 1. supra de temp. ordin. Fon.

h ¶ Omnino.] quod hic de pœna electi venientis, & recedentis sine licentia dictū est: eadem ratione intelligo repetitum de pœna opponentium, & personarum instructarum.

i ¶ Cum autem.] approbat quod no. Gulielm. & Gar. sup. eodem cupientes. in princip.

k ¶ Confirmatione.] in contrarium videbatur: ibi enim de meritis electionis: sed de iniquitate iudicis agitur sup. de appellat. interposita. ad fin. ad quid ergo uenirent personæ instructa? Sed contrarium est uerum licet enim de iudicis iniquitate agatur nihilominus & de meritis electionis: & sic est necessaria instructio personarum.

[Gl. seq. dupliciter opponit, & soluit.]

l ¶ Prouisione.] in contrarium uidebatur, quia pœnalis erat constitutio, cupientes.] & ideo non extendenda.] & quia si Papa de prouisione uoluisset intelligi, id expressisset: sicut fecit 3 de electionibus, & postulationibus de deci. ad audientiam. Sed cum quotidie iura ista parificent electiones, & postulationes, & prouisiones sup. eod. statuimus, & c. ut circa quid iuris de vno & de alio, vt hic patet sed post prouisionem non uidebatur uacare ecclesia: & sic nec habet locum constitutio, quæ prouidere intendit ecclesijs uacantibus ui ibi patet, in prin. sed per appellationem suspenditur confirmationis, & prouisionis effectus de iureiu. uenientes. vnde merito locum habet constitutio.

3 Sequuntur Dom. & Phil. & vide not. in l. si quis seruo. C. de fur. gl. in præsenti. c. de sent. excō. Font.

m ¶ Eum.] ꝙ dic, ut notatur sup. eo. ne pro defectu. & c. quamquam.

CVM ex eo.] Primo ponit constitutionis causam, in qua ponit ius antiquum, & impedimentum ex eo proueniens: In secunda constitutionem: quæ tria facit. Primo permittit dispensationem septennij: arctat ad subdiaconatum: & causam reddit: Secundo prouidet quomodo interim ecclesijs deseruiatur: Tertio post septennium eum, cum quo dispensatum fuit, reducit ad ius antiquum. Secunda: ibi, Porro. Tertia: ibi, Elapso. Io. And.

t ¶ Ecclesiasticis.] quæ in ipsa ecclesia obtinentur, vt statim sequitur.

u ¶ Concilium. [sup. eo. cum in cunctis.

x ¶ Ipso iure.] approbatur in hoc opinio. er. & Host. q hoc no. sup. eo. innotuit.] in glo. sicut ergo.] Et opinio Inno. sup. eod. cum in cunctis: & reprobatur opinio Tãc. q̃ not. Ber. in decre. innotuit, qui dicebat, ꝙ requirebatur snĩa per decr. sup eo. quisquis, sed non est verum, vt hic patet. & decre. illa in alio casu loquitur.

ADDITIO. Scilicet in his qui eligunt per secularis potestatis abusum, Io. Andr.

y ¶ Huiusmodi.] quod hic dr̃, tenebat Ho. de elect. cum in cunctis, & sup. e. tit. causam. in fi. & dic huiusmodi, scilicet pęna suspensionis per triennium a beneficijs.

z ¶ Ad eligendum.] episcopum, vel superiorem, per id quod statim sequitur.

a ¶ Compromissarius.] sup. eo. causam. & idem episcopus eligeret proprio iure. vt quia habet vocem in electione patriarchę, vel archiepiscopi, vel alterius episcopi. quia eadem est ratio.

peccante[a] (cum de iure[b] nullam sententiam suspẽsionis incurrat, nisi de ipso expressa mentio habeatur) † nec in aliorũ quam episcoporum & superiorum ipsorũ electionibus cum peccatur in ipsis, vẽdicat sibi locum.[c] ¶ Restringitur[d] etiam dicta pęna solũ ad ea beneficia, quæ sic peccans, in illa obtinet ecclesia, quam taliter[e] eligendo, specialiter[f] noscitur offendisse.[g] ¶ Et idem in illius beneficijs[h] est censendum, qui alicuius electionẽ, postulationem, aut prouisionẽ impugnans, in probatione deficit eius, quod obijcit in personam.[i]

¶ Idem.

¶ Procurator ad appellandum secundum formam capit. ut circa. non est idoneus, nisi omnia obiecta, & forma iuramẽti in procuratorio exprimantur. hoc dicit secundum Pau.

CAP, XXXVIII.

PRocurator ad appellandum[k] contra electionem, postulationem, aut prouisionem[l] alicuius † nõ aliter idoneus de cetero[m] reputetur, quam si omnia quæ in formam[n] obijcere, vel personas,[o] & propter quæ appellare intendit, singulariter[p] & clare in eius procuratorio sint expressa. Habeatque speciale[q] mandatum[r] iurandi corporaliter in eorum[s] animas, quorum

a ¶ Sic peccantẽ.].s. in eligendo scienter indignum.

[Glo.seq.recitetur per contrariũ, & solutionem.]

b ¶ De iure.] ĩ. de senten. excom. quia periculosum. Nota, quia licet hoc teneat Host. in supradictis glo. & Gar. in decre. cupientes. s̃. eo. §. ceterum. tñ olim dubitabat ideo. q̃a decr. illa, q̃a periculosum, vr̃ de sui mente intelligẽda de suspẽsionibus ab officio, uel cohęrentib. officio; puta ingressu ecclesię, & similibus ibi, p̱p̱ executionẽ Põntificalis offi. ij, &c. Sed laudetur Deus, & dñs Bonifacius, qui dubitationẽ illã mihi sustulit p̱ hanc literã: & potuit esse rõ: q̃a spũalia sine t̃palib. diu esse non posũt: q̃ hñt se vt cõn. x 1, 1.q.3. si q̃s obiecerit & c. saluator. & esset uerecundum ep̃os indicare. s̃. de renun. ad supplicationem.

c ¶ Locum.] ꝯ̃ sup. eo. c. quanquam. in fi. ibi soluitur.

[Gl.seq. signat ꝯ̃rium, & remittit.]

d ¶ Restringitur.] dicebat Host. in decre. cum in cunctis, ꝙ super hoc puncto necessaria erat interpretatio; soluebat tamen contrariam opinionem. [Idem Petrus de Samp. Io. And.] quia indefinite loquebatur concilium, & quia constitutio illa fauorabilis uidebatur ecclesiis. Concordat autem ad hunc. §. supra eod. cupientes, §. ceterum. Et nota pœnas restringendas. inf. de reg. iur. in penis, ubi de hoc.

e ¶ Taliter.] scilicet scienter indignum.

f ¶ Specialiter.] quia & generalem offendit ecclesiam quæ una sola est. 24 q. 1. loquitur.

ADDITIO. 7. q. 1. Nouatianus. Ioan. Andr.

g ¶ Offendisse.] quantum in eo fuit: licet conatus non habuerit effectum: non tamen fuit uoluntas suis terminis contenta: & ideo punienda. de pęnit. dist. 1. cogitatio.

h ¶ In illius beneficiis.] s. quæ in ipsa ecclesia obtinet. ut hic uides, & sic declara decret. primam istius tit. circa fi. & sic aliquis est suspensus a beneficio in una ecclesia, non in alia: sic sup. eo. cupientes. §. ceterum. ĩ. de offi. ordi. si canonici, & ĩ. de reb. eccl. hoc consultissimo. Quid si in his casib. eligens, uel opponens non habet in illa ecclesia beneficiũ? Dic ꝙ pœna extraordinaria puniri poterit. supra de accusa. super his. de iudæ. ad l. be: andam. C. de sepul. uio. l. ult. in fi. cum sim.

ADDITIO. Idem Ioannes Monac. alleg. ff. de pœn. l. prima, ad fin. ff. de in ius uo. l. fin. & facit supra, de male. c. 2. cum concordantiis: Io. And.

i ¶ In personam.] quia a beneficiis ecclesiasticis triennio est suspensus.

PRocurator.] Ponit duo quæ requiruntur in procuratorio ad appellandum, in casu decret. ut circa, secundum ibi, Habeatque. Dominicus.

CASVS. Habuimus in ca. ut circa, & in cap. cupientes. supra. eo. quod appellans ab electione debet p̱ponere oẽs defectus, quos ipse intendit opponere ꝯ̃ electionem, uel personam electi. Ponamus ꝙ aliquis non est sufficiens per seipsum: vult constituere procuratorem. Vtrum procurator generaliter constitutus possit appellare ab electione, uel se electioni opponere, opponendo defectus tam contra formam electionis, quam personã electi? Respondet Romanus Pontifex ꝙ non: sed debet constitui spãliter, ita ꝙ in instr̃o procurationis debent inseri omnes causæ, & defectus, quos ipse constituens intendit proponere contra electum, vel electionem. Item debet constitui specialiter ad iurandum in animam constituentis, ꝙ credit omnia per ipsum proposita esse vera, & se posse illa probare; alias non admittetur procurator. Nota ex hoc textu, argumẽtum, quod obijciens contra personas eligentium, nõ dr̃ obijcere cõtra formam: hoc probat tex. hic, qui dicit, p̱sonas, in plurali numero.

k ¶ Procurator ad appellandum.] extraiudicium. decre. enim ista in his casibus locũ habet, in quib. decre. ut circa. sed decre. illa locum non habet in appellationibus interpositis in iudiciis inf. eo. constitutio. ergo nec ista: licet alias dicamus, ꝙ procurator est qui de mandato domini aliena negotiam iudicio 1 administrat ff. de procur. l. 1. sed ad negotia constituitur. inf. de procur. qui generaliter, & quod dicit ad appellandum, intelligo ad quemcunque etiam inferiorem Papa secundũ Gar. qui in omnibus appellationibus dixit illam decr. locum habere, licet Guil. contra. ubi dixi.

l ¶ Prouisionem.] factam, vel etiam faciendam, si contra certam personam appellatur. sup. eod. qui contra certam. Idem. Archid.

m ¶ De cetero.] extenditur ergo ad futura, supr. licet canon.

n ¶ Formam.] supra eo. quia propter.

o ¶ Personas.] in plurali dixit, vt comprehenderet electum & eligentes. sup. eod. vt circa. Io. And. Idem Arch.

p ¶ Singulariter & clare.] per hoc satis reputo solutam quæstionem, quam olim formabant Gul. & Gar. in decre. ut circa. sup. eo. an scilicet sufficiat opponenti, dicere oppono homicidium, periurium, & simoniam: & dico per hanc literam ꝙ non: ad quid enim in procuratorio sic singulariter, & clare fieri deberet expressio: si in appellatione id idem fieri non deberet? & de hoc dixi in ipsa decre. ut circa. in glo. quid ergo.

q ¶ Speciale.] nota quod non tantum valet genus quo ad speciem, quantum species de hoc v. de 23. dist. quanquam & supra de offic. ordin. si sacerdos.

[Glo. seq. reci. per quæstionem & solutionem.]

r ¶ Mandatum.] non credo 2 quod in casu isto locum habeat decretalis illa inf. de procura. qui ad agendum. quia casus iste est specialis, in quo semper requiritur expressio. Idem credo in matrimonio contrahendo, ut eo. tit. c. vlt.

[Glo. seq. reddit rationem.]

s ¶ Eorũ aĩas.] bene dicit, alias enim non prouideretur malitię: posset enim esse, quod procurator credit ea vera

esse

¶ Rõ s̃m Pet. est in c. quia periculosũ. inft. de sen. excõ. & punit tñ arbitrarie, quia secundum gl. fi. hic ubi pœna statuta ĩponi rõ põt: illa mutat in aliã. l. hos accusare §. in oĩb ff de accu. cap. finem litib. de dolo & contu. Fon.

† Dictio alicuius, deest in manuscriptis codicib.

1 Istud non est in textu legis. Ioan. Andr.

2 Placet Doctoribus, [illegible] ratio est, [illegible] interest a[illegible] uersarij [illegible] fieri, ne dñ[illegible] postea dica[illegible] se non intel[illegible] lexisse, ita [illegible] text. est in [illegible] qui ita. §. [illegible] ff. ad Treb[illegible] cle. non p[illegible] test. de pro[illegible] curat.

¶ al. est.

ſſe, quæ non credit dominus: procurator ergo iurat in animam Dñi non in propriam. Super hoc dic, vt 63. diſt. tibi domino, & de iura. calum. in pertractandis. De ſacramento autem calumniæ dicam infr. de iuram. calum. cap. 2. 2. reſponſ.

a ¶ Et ſe poſſe.] repete credunt.

SI confirmationē.] Non diuiditur. Io. Andr.

CASVS. Dictum fuit in c. ſi poſtquam. ſup. eo. tit. ꝙ ſi ab electione fuerit appellatum ad Apoſtolicā ſedem: ſuperior immediatus non habet poteſtatē confirmandi electionem, pendente appellatione. Et dicitur, ꝙ ſi ſuperior electionē ipſam pendente appellatione confirmet, quod non valet confirmatio: Sed nūquid confirmatio ſuperioris facta pendēte appellatione, preiudicet ipſi electo: ita vt accipiendo confirmationem a ſuperiore perdat ius ſibi quæſitum ex electione? Reſpondet ꝙ non: & iō poterit petere confirmationem ſuæ electionis a ſuperiore. Nota primo, quod electio, & confirmatio ſunt partes totaliter ſeparatæ, vide not. per Innocent. de reſtitut. in integ. cap. 2. Nota ſecundo, in habentibus cauſam ſeparatam vtile per inutile non vitiari ad hoc regula, vtile. infra de regul. iur. Dominicus.

† Sꝺ Doct. iſte text. hēt locū ēt in aliis confirmationib. vide Fel. in c. cōſtitutus de reſcr. Fon.

procurator exiſtit, quod ipſi credunt expreſſe] huiuſmodi vera eſſe, & ſe poſſe [a] probare.

¶ Idem.

¶ Caſſata confirmatione, vel caſſa nunciata propter defectum iuriſdictionis, uel ſolemnitatem omiſſam, nō propter hoc electio caſſata dicetur. Io. And.

CAP. XXXIX.

SI confirmationem [b] electionis [c] † propter debitam iuris [d] ſolemnitatem in confirmatione ipſa omiſſam: vel ex eo, quia ipſe, qui confirmauit confirmandi non habuit poteſtatem, [e] caſſari, ſeu caſſam, & irritam nunciari, contingat: non propter hoc [f] precedēs electio (ſi aliàs ſit canonica) [g] intelligitur [h] īfirmari.

¶ Idem.

¶ Si vacante cathedrali, regulari vel collegiata eccleſia ſingulares perſonæ capituli vel conuentus occupāt bona a plato dimiſſa, vel vacationis tpe obuenientia: donec plene reſtituāt, ab officio & quibuſcūque beneficiis ſūt ſuſpēſi, nō obſtantib. priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinib. quacunque firmitate vallatis.

CAP. XL.

QVia [i] ſępe [k] † contingit, quod cathedra-

[Glo. prima ſummat, & allegat duo antiqua iura.]

b ¶ Si confirmationem.] caſſata confirmatione, vel caſſa nunciata propter defectum iuriſdictionis, vel ſolemnitatem omiſſam: non propter hoc electio caſſata dicetur, & probatur, quod hic dī ſupra de præb. cum iam dudum, maximè per integram: quia ibi confirmatus fuit electus, & caſſata confirmatio propter iuris ordinem nō ſeruatum: & iterum Papa de electione mandat inquiri per decretalem ſ̄. de re iud. ad probandum, vbi caſſata eſt confirmatio propter defectum iuriſdictionis. & iterū de electione quæritur.

ADDITIO. Et eſt huius iuris ratio ſm̄ Io. Monach. quia inſeparabile inutile adiectum, non vitiat quod erat vtile, de hoc inf. de reg. iur. utile.

c ¶ Electionis.] ſi autem caſſaretur electio, ſeruandū eſt ꝙ dicitur. ſ̄. e. quamquam, &c. ſi electio.

d ¶ Iuris ſolemnitatem.] ſ̄. e. quamuis. & inf. e. prouida. §. verum. & inf. e. e. vlt.

e ¶ Poteſtatem.] puta quia aliàs non erat iudex: vel legitime appellatum erat ab ipſo: vel Papa inhibuerat. inf. de appell. non ſolum, vel erat excommunicatus publice iudex. ſup. de re iud. ad probandum, vel ante confirmationem reſeruauerat papa epiſcopatum. inf. eod. ſi eo tēpore, vel his ſimilia, & propter hoc non valuit ipſo iure confirmatio.

f ¶ Propter hoc.] caſſationem. ſ. confirmationis.

g ¶ Canonica.] ex perſonis, & forma. ſup. eo. quia pp. & c. cum in cunctis.

[Glo. ſeq. notat, quærit, & ſoluit.]

h ¶ Infirmari.] immo iterum petitur eiuſdē electionis confirmatio coram debito iudice, & ſeruatur debitus ordo. Et ſic no. ex hac decret. ꝙ principale nō ſequitur naturam acceſſorii: licet acceſſorium ſequatur principalis naturā. inf. de offi. deleg. ſi ſuper gratia, & de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concor. Sed quid dices, prout apparet ex decret. ſi iudex caſſat confirmationem vitio electionis? Clarum eſt, ſi propter ſolemnitatem omiſſam: & hoc eſt clarum, vt hic; quid in dubio? Satis vr̄ dicendum, inſpici debere quod opponebatur; & ſi contra electionē erant obiecta: dicatur facta caſſatio vitio electionis: ſi de ſolemnitate omiſſa, tunc locū hēt hæc decret. in dubio dicatur vitio ſolemnitatis facta caſſatio confirmationis ad hoc, ff. de ſuſpect. tut. hæc. n. §. 1. & facit quod ibi. no. ad idem, ff. de except. rei iud. ſi ex teſtō. ff. de pœnis ſi præſes, & inf. de re iur. in pœnis. & facit quod not. 50. diſt. c. 1. & de conſtit. ex litteris. ſ. in antiq. Conſulte tn̄ facit iudex, ſi decernit ad inſtar eius, qui remittitur de exercitu, ff. de his qui no. infra l. 1. & 2. & facit ad hoc quod notant moder. ni. ſ̄. eod. ſuper eo. & ri iis q̄ ſæpe iudex caſſat confirmationem tantum; ſecus ſi confirmationem, & electionem: quia tunc non eſt dubitabilis hæc quæſtio. Io. Andr.

† Not. ꝙ iura dēnt adaptari hæc vera dicantur, cū contingūt vide gl. ꝺ deſp. imp. litteras.

QVia ſæpe.] Primo narrat factum reprobū. Scꝺo motiuum exprimens, illud punit: ibi. Nos ipſorum. Tertio tollit obſtantia, ibi, Non obſtantibus. Io. And.

CASVS. Certum eſt, ꝙ vacante ſede epiſcopali capitulū ſuccedit, ita ꝙ poteſt exercere per ſe illa, quæ ſunt iuriſdictionis, & ea quæ ſunt ordinis, & facere exerceri per epiſcopum. Sed quid de bonis dimiſſis per prælatum: quia ponamus ꝙ prælatus defunctus plura bona dimiſit, vel aliqua bona obuenerunt tempore uacationis, utrum ſit permiſſum capitulo illa bona ſibi appropriare, & canonicis inter ſe diuidere? Rn̄det ꝙ non: imò illa bona debent reſeruari futuro ſucceſſori, vel conuerti in vtilitatē eccleſiæ: Quod ſi contrarium fecerint, puniuntur pœnis hic contentis: & quod hic dī de eccleſia cathedrali, idem dicendum eſt de eccleſiis collegiatis, vel regularibus. Nota quod lex tollens ſtatuta, non tollit pacta, uel priuilegia, niſi de eis faceret mentionem, de quo. ſ̄. eo. lib. de conſtit. c. 1. Domin.

[Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.]

i ¶ Quia.) ſi vacante cathedrali, regulari, vel collegiata eccleſia, ſingulares perſonæ capituli, vel conuētus occupant bona a prælato dimiſſa, vel uacationis tpe obuenientia, donec plene reſtituant, ab officio, & quibuſcunque beneficiis ſunt ſuſpenſi, non obſtantibus priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus quacunque firmitate uallatis. Et aduerte ꝙ decr. iſta non principaliter facit ad titulum: 1 ſed quia uacante eccleſia cum imminet electio facienda, ſi canonici uideant bona uacantis dignitatis ſibi deberi difficultates ingerunt, & tardius eligunt, ideo hic prouidit, & ſic etiam electioni faciendæ prouidit. idē di co decr. ſ̄. e. ſciant, & c. generali, & facit, ſ̄. e. ubi periculū. §. prouiſionis. Io. Andr.

1 Quia ad nullū de his part.b. quas diſtinxi, ſup. rub. de elect. ſup. Io. And.

k ¶ Sæpe.) Debuit igitur ius ſuper hoc prodire, ff. de legib. nam ad ea. inf. de reſt. ſpol. frequens, cum ſi. & eſt ſimile inf. de præb. quia ſæpe. & de hoc ſup. de deſponſ. impub. litteras. in gl. pen.

a ¶ Collegiatis.] in alijs non habet locum hæc decr. sed illa.inf.de offic.ord. præsenti, & quæ dicuntur ecclesiæ collegiatæ,dixi,sup.e.statutum.
b ¶ Vacantibus.] principali prælato per cuius mortem dicuntur viduatæ. sup. eod. ne pro defectu. & cap. quia propter.
c ¶ Earundem.] nota quod ad extraneos & qui non sunt de collegio, non extenditur hæc constitutio, vt hic vides.
d ¶ Dimissa.] de quibus an testari potuissent,dicam.inf.de officio ord. præsenti.
e ¶ Expendi.] vt s. eod. cupientes , & de offic.ordin. præsenti. §.porro.
[Glo. seq.in princ. reci.per quæstionem, quam soluit, & remittit: secundo quærit, soluit, & solutionem reprobat.
f ¶ Reseruari.] 75. dist. quoniã quidam, 12. q.2. non licet , & c.illud. Et fiet hæc reseruatio per œconomum si eum habeat, vel in prædictis iurib. vel per visitatorem , vel administratorem ecclesiæ,si quem hẽt. sup.eo.is cui.& de supplen.negli. præla. ecclesiæ. & super hoc adde quod no.Ioa. in prædicto c.illud. 12. q.2. Sed pone, vacante sede certum est, ꝙ capitulum succedit in iurisdictionẽ. sup. de maio.& obed. cũ olim.& inf.eo. tit.c.vnico.[& de instit.cap.2. nisi esset visitator datus a Papa.inf.e.is cui.rõne istiꝰ iurisdõnis aliqua proueniũt: puta ex condẽnatione,vel sigillo, vel hmõi : nunquid in his locum hẽt decr. puto ꝙ non : quia ex quo competit eis iurisdõ.ergo & oĩs iurisdictionis fructus, qui accessorius est.de reg.iur.accessorium: cum suis concor. & hoc forte voluit dicere illud relatiuum, quæ 2 in vtilitatem, &c.Arch.contra.[Et Io.Mon.in add. cum capitulum, vt administrator legitimus alieno nomine administret, quod si suo facere vellet, malæ fidei possessor esset, qui non præscribit.j.de reg.iu.possessor.Io.An.] ꝙ est hodie approbatũ per cle.e.tit.statutum. & ibi vide in gl. hic patet.
g ¶ Earum.] ecclesiarum cathedralium , regularium, & collegiatarum.
h ¶ Maneant.] quia nõ dimittit peccatũ, nisi restituatur ablatum.inf.de reg.iur.peccatum. cum suis conc.
i ¶ Officio.] prouidebitur aũt ꝙ de ipsorũ fructibus officietur ecclesia,sup.e.tit.cum ex eo §. porro, & sup. de app.peruenit.Io.And.[idem Io. Mona.]
[Gl.seq.alle. duo iura diuersa , de diuersitatis ratione quærit,soluit,& solutionem iustificat.]
k ¶ Beneficiis quibuscumque.] aliud in casu. sup. eod. cupientes.§.ceterum. & sup. eo. si compromissarius. §. pen.& vlt.Si quæratur quæ est rõ,quare ibi solum a beneficiis ipsius ecclesiæ suspensus est:hic vero ab oĩbus, quod et extra illã ecclesiam hẽt.Breuis est solutio: quia hic ab officio suspensus est; ibi vero non , cũ ergo ab officio suspensus sit : & ab omnibus beneficiis dr esse suspensus 81.dist.eos.de cler.excom.ministratores.& grauior pœna bene debuit hic opponi,cum possit statim sibi prouidere restituendo, ibi suspensus est vsque ad triennium.
ADDITIO. Si quæratur quare grauiori pœna punitur violans hoc c.quam cap.cupientes.§.ceterum. sup. e.Respondetur violans hoc c. quam cap. cupientes. Archid. qui allegat.87.dist. irreligiosum.23. q. 2. iustum, 25.q.1. violatores. ff. de incen.rui.nau.l.3. §.senatus. Io.Monac. dicit, quod hic peccat vt iudex, vel administrator legitimus, ibi peccat. vt priuatus. Io.Andr.
l ¶ Donec.] ipsis igitur restituentib. ipso iure sine alia snia restituti erũt, vt no. Io. 81.d.si qui. 2.17.q.4. si quis deinceps. & Ber.s.de m.a. cõ.cõtra iterd.eccl.de muliere.
m ¶ Plene.] et vsque ad ouũ.3.q.1. redintegranda.
n ¶ Restituerint.] nõ credo hic cautionem sufficere,quiam.n.hoc fuisset expressum:sicut inf.de vsur.cap.2. ad hoc sup.de deci.ad audientiã.Sic etiã excõcato pro manifesta offensa, vel contumacia nõ sufficit cauere.inf.de sent.excom. venerabilibus.
o ¶ Consuetudinib.] multum vigebant hæ consuetudines in partibus Gallicanis. [Memor sum ante hanc decr.illarum partium socios habuisse, qui dicebant canonicatuum suorum redditus triplicari cum vacabant ipsorum ecclesiæ.] Et per hanc decr.& sup.eo.cum non deceat, potes exemplificare id quod dicitur sup.eo.lib.de const. cap. 1. ut ibi dixi. Idan. Andr.
p ¶ Firmitate.] puta confirmatione inferioris a papa,uel appositione penæ,uel his similibus.
q ¶ Quæ omnia.] indulgentias,priuilegia, uel statuta in aliis autem ecclesiis non sunt reuocata prædicta , seruari tamen debet,quod dicitur inf.de offi ord.præsenti.§.porro,& ideo statim sequitur,quo ad hoc.

¶ Qño puniantur collegia vide Bar.in l. aut facta , ff. de pœn. c.si ciuitas,de sen. excõ.Petr.de Anch. Font.

libus , & regularibus , ac collegiatis [a] ecclesiis vacantibus [b] capitula , conuentus, collegia, † & singulares earundem [c] personæ , bona a prælatis ipsarum dimissa, [d] vel vacationis tempore obuenientia , quæ in vtilitatem dictarum ecclesiarum expendi , [e] uel futuris deberent successoribus fideliter reseruari, [f] occupant , inter se diuidunt, subripiunt,dilapidant,dissipant , & consumunt in earum [g] graue dispẽdium, & iacturam.

¶ Nos ipsorum ausus reprimere , ac ecclesiarum indẽnitatibus præcauere volentes: Decernimus vt hi, qui præmissa de cetero præsũpserint,eo ipso sint, & tam diu maneãt [h] ab officio , & beneficiis [k] quibuscunq; suspẽsi, donec [l] plene [m] restituerit [n] quicquid de bonis perceperint supradictis. Non obstantibus quibuslibet priuilegiis , vel indulgentiis, aut cõtrariis cõsuetudinibus, [o] constitutionibus,vel statutis, iuramento , cõfirmatione sedis Apostolicæ, aut alia quacũque firmitate [p] vallatis : quæ omnia [q] quò ad hoc auctoritate Apostolica reuocamus,cassamus,& irritamus: ac nullius deinceps volumus esse firmitatis .

¶ Idem.

¶ *Decretalis,vt circa , solum in extraiudicialib. appellationibus locum habet , in iudicialibus autem antiqua iura seruanda sũt, hoc dicit. Io. And.*

CAP. XLI.

Constitutio [r] felicis recordationis Grego-

z Nec possent sm Archid. piatus remittere. Itẽ ista pœna est iuris, quod nõ tollitur nisi per imponentẽ. Dom. Fon.

a De hoc ar. tic.uide plene p Host.in c.ad abolendam. extra de hær.

a Gl.ult. sm Do. & phil. ꝙ istud relatiuũ ponat hic restrictiue uide glo. in reg. contractus.j.de reg.iur. Fõ.

Constitutio.] sunt duæ partes: Secunda, ibi, Quando uero: ibi ponit secus in iudicialibus: & causam reddit: ibi,Cum per eam.Io. And.

CASVS. Dictum fuit in cap.ut circa, alleg. quod appellans in causa electionis debet in appellatione sua inserere omnia , quæ intendit obiicere tam contra formam electionis, quam personam electi, & iurare se credere omnia esse uera , & illa posse probare : sed utrum illud sit uerum indistincte , etiam siue quis appellet in iudicio siue extra iudicium? Respondet quod non : sed tunc demum habet locum illud capitulum , cum quis appellat extra iudicium : Si autem appelletur in iudicio in causa electionis : debent obseruari iura antiqua : Nam nos non debemus iura antiqua dicere correcta , nisi expresse in nouis iuribus correcta inueniantur. cap. cum expediat. supra eod.& l.præcipimus. C. de appell.

[Prima gl.ponit summam, & dicit quid declaret.)
r ¶ Constitutio.)declarat decretalem , ut circa, dicens, quod

ꝙ solū in extraiudicialibus appellationib. locum habet Habuit ortum hæc decretalis ex his quæ not. Guil. supra eo. vt circa in gl. no. ergo. & Gar. ibidem in gl. sed nunq; d ibi dicebant ꝯrium eius quod hic dr, s. quòd vtrobiq; decretalis illa locum habeat; allegabant decretalem supra eo. quamuis. & generalem rationem 1 decretalis, s. vt via malitijs præcludatur. Sed magis habemus para ta remedia in iudicio quam extra iudiciū: 2 & ideo maior fuit extra iudiciū adhibē da cautela. & decreta lis, quamuis: in alio casu loquitur.

a ¶ Constitutionem.] sup. eod. vt circa alias constitutionem, alias constitutum.

a ¶ Negotijs.] electionum, postulationū, aut prouisionum.

b ¶ Anteriora.] infra de appel. vt debitus, & infr. de appell. cordi, & sup. eo. c. 1. cum mille fin.

ADDITIO. Hoc intendit, quòd si ī iudicio appellatur ab interlocutoria exprimitur grauamen. si a diffinitiua, sufficit dicere appello ab iniqua sententia, vt ibi. Ioan. And.

c ¶ Cum per eam.] constōnem, vt circa.

d ¶ Immutata.] not. correctionem iurium euitandam. supr. eod. cum expediat. cum suis concord.

1 Notāt Domi. & Phil. ꝙ lex exorbitās non extēditur ad inclusa sub ratione in l. expressa: sed ad comprehēsa sub verbis. Petr. de Anc. alleg. Bar. in l. si res. ff. de app. re. Fōt.

† Dictio, in, deest in manuscriptis.

† al. in iudicio.

2 Simile, ī. de sentē. excō. solet. in fi. & qā not. in c. vno. de schism. ī gl. Ioan. And.

rij Papæ prædecessoris nostri, edita in Cōcil. Lugdunensi, formam exprimens, secūdum quam ab his, qui in † electionibus; postulationibus, aut prouisionib. se opponunt, debeat appellari; locum sibi non vendicat, nisi solum cum in eis extra iudicium appellatur: Quando vero in iudiciis, † in huiusmodi negotiis [a] appellari contingit; anteriora [b] iura (cum per eam [c] immutata [d] non fuerint) obseruari oportet.

¶ Idem.

¶ Habens plenam administrationem cathedralis ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus: iurisdictionalia exercere potest, sacramentalia non, nisi Episcopus fuerit, hoc dicit Dominicus.

CAP. XLII.

IS, cui procuratio seu administratio cathedralis ecclesiæ, plena, & libera [e] in spiritualib., [f] & tēporalibus a sede Apostolica (cui soli [g] † hoc competit) est cōmissa: potest (alienatione bonorum immobiliū [h] dumtaxat excepta) omnia, quæ iurisdictionis epālis existunt, & quæ potest electus exequi confirmatus, [i] libere exercere. Illa quippe, quæ ministerium consecrationis exposcunt (nisi fuerit episcopus) per alios faciat episcopos expediri. [k]

¶ Idem.

¶ Monialis non eligit, nisi peregerit duodecimum annum: & sit tacite vel expresse professa; nec eligitur nisi peregerit xxx. annum, et fuerit expresse professa, hoc dicit prima pars vsque ibi, Sane. Ioan. And.

e ¶ Et libera.] not. arg. quòd prælatus habet liberam & generalem administrationem, & hoc no. Ioan. 5. q. 3. ca. vlt. in fi. mag. glo. alibi. not. contrarium. 12. q. 1. c. vlt. pro prima parte facit. 7. q. 1. c. 1. 16. q. 1. & temporis. 21. q. 1. relatio. & sup. eo. in antiq. cum nobis olim, in fi. Siue dicatur habere liberā, & generalem, siue generalem, & non liberam, siue econuerso, donare nō potest, nisi ita habeat consuetudo, & modica de dona. ceterum.

[Gloss. seq. recitetur per quæstionem.]

f ¶ Spiritualib.] pūt igit dare litteras commendatitias ad ordines, inf de tēpor. ordi. cū nullus. §. pe. & puto ꝙ iste administrator dispensationē decr. cum ex eo. s. eo. tit. & lib. facere possit per hanc decret.

ADDITIO. Idem Arch. alleg. C. de off. eius qui vi. ali. iudi. ob. l. 1. & 2. & ff. de tutelis. l. quæsitum. Ioan. And.

g ¶ Soli.] præterquā in casu inf. de suppl. neg. prælat. ecclesiæ cathedralis.

[Gloss. seq. reci. per quæstionem, & solutionem.]

h ¶ Immobiliū.] puto, quòd mobilia etiā pretiosa possit in casu licito alienare. 3 De ijs enim quæ seruando seruari non possunt non est dubium. C. de admi. tutor. lex quæ. si voluisset Papa quòd alia mobilia alienare non posset, hic generaliter locutus fuisset: sicut fecit sup. eod. tit. in ant. nihil est, in fi. & s. de acc. c. vlt. inf. c. prox. §. si vero. Aliquid enim debent uerba operari. inf. de priuil. si Papa s. respon. in fi. & sup. de deci. ad audientiam. C. de codic. si idem ad hoc uerbum istud quod inf. sequitur, damtaxat. Et sic not. ex hac decre. & ex prædicta decre: nihil est. & infr. cap. proxi. administratorem ecclesiæ vacantis, siue sit datus a iure, siue ab homine, immobilia alienare non posse.

[Glos. sequ. primo remittit: secundo quærit: & ponit opinionem Compost.]

i ¶ Confirmatus.] quæ sunt ista: vide no sup. eod. transmissam. Dubitari solet an istius administratoris officiū expiret mortuo Papa: & dixit Compost. sup. eo. cum nobis olim ad fi. quòd non expirat ordinariam enim potestatem habet, ad hoc. ff. de iuris. om. iud. l. & quia. & inf. de off. leg. cap. 2. Not. etiam ibi, ꝙ eo ipso quod Papa dat administratorem, vel visitatorem ecclesiæ cathedrali: si postea canonici etiam ignoranter eligant episcopum, non tenet electio: quasi Papa dando uisitatorem, ad se prouisionem reuocauerit: & sic dicit pronunciatum in curia: sed non bene probatur iure.

ADDITIO. Alleg. tamen ibi de app. vt nostrum. ff. de æqu. pos. qui absenti, infra de concess. præben. quia cunctis. Ioan. And.

k ¶ Expediri.] concordat. 7. q. 1. Pontifices. & sic mandat quod per se non potest quod dic vt sup. eo. in antiq. suffraganeis. & sup. de transla. c. 1.

Prælatus an habeat liberam administrationem.

† No. solum Papam dare administratorem ecclesiæ vacāti cathedrali, aliquos casus Papæ reseruatos uide per gl. sup. de of. leg. quòd translationem. Domi.

3 Idem Petr. de Anchar. Do. Phil. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. gl. fin. in c. 1. de clerico ęgro. pcedunt vbi vniuersalis prohibetur alienatio. Font.

IS cui.] Primo tractat de his, quæ sunt iurisdictionis. Secundo de his. quæ sunt ordinis: ibi, Illa quippe.

¶ Pro intellectu huius capituli præsupponendum est, ꝙ electus in epm post cōfirmationem potest exercere illa, quę sunt iurisdictionis, vt in c. trāsmissam, eo. ti. in anti. sicut sunt excōicare, iudicare, corrigere, &c. Illa vero quę sunt ordinis, non potest exercere, nisi post consecrationem. in c. quòd sicut. §. præterea. eo. tit. in anti.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauiensi priusquam canonici conuenissent in vnum super electione futuri prælati peruenit ad notitiā Papæ, quòd illa ecclesia erat viduate, pastore, qui uolens ipsi ecclesiæ prouidere quendam Titium non epm constituit procuratorem, & administratorem illius ecclesiæ Pictau. cum libera & plena administratione in spiritualib. & temporalib. absq; aliter specificando: quæritur vtrum ille Titius deputatus a sede Apostolica, cū plena & libera administratione, possit exercere omnia illa quæ posset facere eps? Rñdet, ꝙ non, sed iste poterit expedire omnia illa, quæ facere posset electus post cōfirmationem suæ electionis: ita quòd sicut electus potest per se exercere illa quæ sunt iurisdictionis, & illa quæ sunt ordinis facere exerceri p epm: similiter est dicēdum de isto administratore: fallit si iste administrator vellet alienare res immobiles ipsius epatus: sed bona mobilia etiam pretiosa. poterit ipse licite alienare. Sed quid si iste administrator sit episcopus: nū quid per se poterit exercere etiam ea, quæ sunt ordinis? Respondet Roman. Pontifex quòd sic.

[Gloss. seq. alleg. duas gl. contrarias: & quo ad certum casum non curat.]

Indem-

CAP. XLIII.

Indemnitatibus † a monasteriorum Monialium, quæ b frequenter propter electiones in discordia celebratas in ipsis grandia in spiritualibus & temporalibus dispendia c

Indemnitatibus.] Istud capitulum gratia breuitatis legitur vsque ad finem ipsius: Primo ꝓ intellectu eius præsupponendũ est quod hr̃ in c. quia propter. eo. tit. in anti. videlicet ꝙ circa electiones celebrãdas, siue sint electiones virorum siue mulierum, proceditur vna de trib. vijs. Aliqñ em̃ proceditur per viã Spiritus Sancti, qñ eligentes eligunt aliquẽ inter se habito tractatu. Aliqñ proceditur per viam scrutinij: & ista est difficilior, de qua vide in c. perpetuo. eo. ti. & lib. Aliqñ proceditur per viam compromissi, quando eligentes videntes se in discordia, trãsferunt potestatẽ in aliquos.

† De materia huius primi §. uide ꝙ nouissime diffiniuit Cõci. Tri. se. 25. tit. de regularib. et monia lib. ca. 7. vide Concil. Agathen. c. 19.

CASVS. Vacante monasterio Sanctæ Crucis Pictauiens. in quo erant aliquæ moniales tacite professæ, puta per delationem habitus professarum, vel cum stant in religione post annum probationis: aliæ erant expresse professæ: & etiam erant aliquæ impuberes minores 12. annorum: quæritur, quæ moniales habeant vocem electiuã hoc est, quæ moniales sint vocandæ ad electionem faciendam? Respondet quod impuberes, item non professæ, non sunt admittendæ ad electionem. sed si fuerint professæ, admittuntur: & habent vocem electiuam: & tunc in isto casu sufficit tacita professio. Sed quid de electione passiua? Respondet, quod antequam aliqua monialis possit eligi in Abbatissam, vel Priorissam, requiritur quod ipsa fuerit expresse professa: & insuper requiritur quod ipsa compleuerit xxx. annos, & attigerit. 31. Or sanctissime Pater ponamus eodem themate retento, quòd vacante monasterio Sanctæ Crucis, moniales ipsius monasterij, ad quas spectat electio, conuenerunt in vnum tractaturæ de electione futuræ priorissæ: & inter se ordinauerunt, quòd ipsæ procederent per viam scrutinij: quæritur quæ debeant seruari in electione ista, & etiam in confirmatione quid debeat obseruare superior confirmans? Respondet Rom. Pontifex cum distinctione, Aut electio fuit facta in discordia: nam cum essent 18. moniales, 12. quandam Ludouicam elegerunt: aliæ sex quandam Catharinam: sex se opposuerunt electioni de Ludouica facta: vel appellauerunt dicendo, quòd electa a 12. erat minus idonea, vel quod eligentes processerunt affectione carnali: an tunc istæ sint admittendę vel non ad proponendum ista, & se opponendum, uel appellandum? Respondet quòd non: immo superior, puta Episcopus Pictaueñ. non obstante oppositione, vel appellatione istarum sex, debet istam electionem a duodecim factam confirmare: & electæ munus benedictionis impendere: verumtamen superior confirmans poterit & debebit ex officio suo inquirere circa defectus electionis vel personæ electæ: nam si electam duodecim inuenerit indignam (forte quia esset illegitime nata) non teneretur immo non deberet electionem ipsam confirmare. Sed quid cum essent 18. moniales, nouem elegerunt unam, aliæ nouem aliam: postea publicato scrutinio aliquæ, puta tres pœnitentia ductæ, antequam se diuerterent ad alios actus consenserunt in aliam, vtrum electio illius sit confirmanda non obstante oppositione, uel appellatione alterius partis, ac si ab initio duodecim illam elegissent: Respondet quòd sic; dum tamen nõ interuenerit prauitas simoniaca. Sed quid si talis monialis electa patiatur aliquem defectum; nunquid post confirmationem & benedictionem, si sit abbatissa, poterit apud superiorem accusari uel denunciari? Respondet, quòd sic. Sed si ponamus, quòd aliqua monialis fuit electa non a maiori parte in duplo, sed tamen a maiori parte: quia cum essent 18. moniales in dicto monasterio, decem illam elegerunt in abbatissam suam: cui electioni aliæ octo, uel aliquæ earum se opposuerunt vel appellauerunt: vtrum sint admittendæ ad hoc quod possit differri confirmatio electionis? Respondet, quòd sic: Verumtamen pendente causa appellationis, ipsa electa administrabit in spiritualibus & temporalib. Et istud est speciale in electione monialium, vt ipsę administrent antequam confirmentur suæ electiones; tamen ipsa electa non poterit aliq̃d alienare de bonis ipsius monasterij. Quid si aliqua fuit electa a minori parte, an valeat talis electio? Respondet quòd non. Sed sanctissime Pater, ponamus quòd moniales nolũt procedere per viam scrutinij ad electionem: sed per viã compromissi: quia cũ viderent se in discordia, compromiserunt in aliquas moniales, quæ haberent potestatem eligendi vice & nomine aliarum: istæ compromissariæ eligunt aliquam monialem: tamen minor pars conuentus se opposuit, uel appellauit: an sit admittenda? Respondet, quòd non: immo statim fit confirmatio, contradictione, vel appellatione ipsius minoris partis non obstante, sed post possessionem adeptam & confirmationem, admittetur accusatio, vel denunciatio. Sed quid si maior pars conuentus se opponit isti electioni factę per compromissarias: vtrũ possit? Respondet, quod sic, & differtur confirmatio: sed tamen pendente appellatione, & oppositione, electa administrabit in spiritualibus, & temporalibus, & hęc sũt vera dum tamen pars quæ opponit uel appellat, non sit maior pars in duplo totius conuentus: quia tunc electa non administraret, nisi finita causa appellationis, uel oppositionis. Post Romanus Pontifex ostendit vtrum c. vt circa. & c. cupientes. eod. tit. & lib. supra habeant locum in electionib. monialium. Cõsequenter excommunicat aduocatos, & alios uocatos in electionibus ipsarũ monialium, qui uocat seminauerint discordiam inter ipsas moniales, uel etiam qui inter ipsas dutriuerint discordiam. Consequenter in fine capituli facit quandam protestationem, quòd cum in hoc casu contineantur multa specialia, quæ uidentur discrepare a regulis iuris communis, quia electiones monialium confirmãtur non obstante oppositione uel appellatione. Item secundo, quia monialis electa administrat ante confirmationem, & in multis alijs, ut potest uideri per discursum huius constitutionis, per hoc tamen Romanus Pontifex non intendit ponere aliquas specialitates in monasterijs virorum circa electiones de prælatis suis faciendas; sed vult iura antiqua circa eas disponentia obseruari. Heli. Reg. Nota primo, quòd iura debẽt fieri super his quæ frequenter occurrunt. de quo su. de despon. impub. litteras. Nota secundo duo requisita ad hoc vt moniales habeant uocem in electione abbatissæ, & sic alterum ex eis non sufficeret: unde si fecisset professionem ante 12. annum, non esset habilis ad uocem dandam. Dominicus.

Casus litteralis Dñi Heliæ.

[Prima gl. diuidit, & summat.]

a ¶ Indemnitatibus.] diuide decretalem in septem partes: 1 in prima ponitur constitutionis causa: & constitutio circa personas eligentes, & eligendas in monasterijs monialium. In secunda ibi. Sane, ponet quid iuris, cum in ipsis monasterijs plures fuerint electæ in discordia per formam scrutinij in tertia, quæ incipit ibi, Ceterũ, ponit quid iuris, cum electæ per formam compromissi aliqua pars se oppunit in quarta ibi. Porro, declarat an decretalis, ut circa, & decret. cupientes, supr. eodem titulo habeant locum in causis ipsarum electionum. In quinta ibi, Postremo, excommunicat aduocatos pro dictis electionibus, qui discordiam seminauerint, uel exortam nutriuerint. In sexta ibi, Supra dicta, fit ampliatio constitutionis ad canonicas non professas: & quæ habẽt proprium. In septima ibi, Ad hoc, fit quædam protestatio, & antiquorum iuriũ saluatio. Et prima pars hoc dicit. Monialis non eligit, nisi petegerit. 12. annum, & sit tacite, vel expresse professa, nec eligitur nisi peregerit. 30. annum, & fuerit expresse professa.

1 Idem Io. Mon. aliqui diuidunt in 8. faciendo duas partes de prima aliqui in duas, & secundam ĩ 7. posset etiã diuidi in 3ª in constõnis cãm, constitutionem, & constitutionis declarationẽ: & secunda tunc sub diuidit in sex, vel in quinque. Io. And.

b ¶ Quæ.] scilicet monasteria.

c ¶ Dispendia.] sup. eo. in antiq. quia propter.

a ¶ Affe-

patiuntur, occurrere desiderabiliter affectantes: [a] statuimus, ut cũ in eis fuerit electio facienda, nulla Monialis (nisi duodecimũ [b] annum peregerit; [c] & professa fuerit tacite, [d] vel expresse) ad eligendũ cum alijs [e] admittatur. Nec in Abbatissam, aut Priorisã [f] (vbi per Priorissam monasteriũ gubernatur [g] de cetero eligatur [h] aliqua, nisi tricesimũ [i] annum cõpleuerit: & expresse [k] professa fuerit ordinẽ regularẽ. ¶*Non obstãte cõtradictione, uel appellatione quacunque, electa a duabus partibus numero, cũ per scrutinium proceditur, examinatione præmissa per officiũ præsidentis cõfirmatur & benedicitur. Item publicato scrutinio, antequã ad actus extraneos se diuertant, eligentes possunt accedere ad illã, quæ maiorem partem conuentus numero habet: & si p accessum ad duas partes peruenerint (sicut in primo casu) confirmabitur et benedicetur: non tamen adimetur contradicentibus potestas denunciandi vel accusandi, cũ abbatissa fuerit benedicta, et possessionem adepta. Item de obiectis contra electam a maiori parte conuentus, quæ tamẽ duas partes nec a principio, nec per accessum habet; ante confirmationem sine strepitu & figura iudicij inquiretur; Ipsa tamen (alienatione bonorum, & Monialiũ receptione sibi interdictis) interim ministrabit. Itẽ a minori parte electæ nullũ ius acquiritur, nec aliæ possunt accedere ad eã: nec ibi fit collatio, nisi numeri ad numerum: h.d.*

¶Sane † [l] si ad electionem per formã scrutinii procedatur: & votis in diuersa diuisis, [m] electiones † per plures in discordia celebrari contingat, ea, quæ a duabus [n] partib. numero fuerit celebrata (exceptione, seu contradictione, aut appłone quacunq; partis alterius non obstante [o])

a ¶Affectantes.] sup. eo. tit. cupientes.
b ¶Duodecimum.] quia tunc dicitur pubes sup. de despon. impuberes, & idem est in viro; quia ante pubertatem ad eligendum non admittitur. sup. eo. ex eo quod.
c ¶Peregerit.] sic. s. eod. in antiq. cum in cunctis. j. de æta. & qual. c. vnico, sup. de offic. deleg. cũ vicesimum.
d ¶Tacite.] idem in monasterijs virorũ. s. eo. ex eo quod in fi.
e Cum alijs.] professis.
f ¶Priorissam.] idẽ si alio quocunq; nomine vocetur 1 ad hoc sup. eo. tit. & li. auaritiæ, & c. fundamenta. §. proinde.

1 Idem Phil. Fon.

[Glo. duæ sequentes soluunt duas quæstiones.
g ¶Gubernatur.] inf. de sta. reg. cap. vnico. & per hanc litteram puto quod in priorissam, uel superiorissam claustralem bene possit assumi minor 30. annis. 2 Et de talibus, supra de sta. mo. cum ad monasterium, ver. prior autem.

3 Vide hodie ꝙ statuit Conc. Trid. initio ca. citatum.

ADDITIO. Licet in ætate differant, in professione cõueniũt hodie. Nam & in illis requirit expressa. ut in cle. ne in agro. §. sane 2. de sta. mon. Io. Mona.
h ¶Eligatur.] eligi prohibet, sed nõ postulari, sic in episcopo, qui infra idem tẽpus nõ eligitur. sup. eo. cum in cũctis, sed bene postulatur. sup. eo. innotuit, in antiq. Et puto quod debebat postulari a Papa. infra. de æta. & qual. c. unico.
i ¶Tricesimum] olim abbatissa debebat esse sexagenaria. 26. q. 1. iuuenculas. Sed non utebamur illo iure; sed per decr. sup. eo. cum in cunctis. §. inferiora. eligebatur quæ attigerat. 3. 25. annum, nunc autem imposita est certa meta, quam licet in abbatissis seruemus, in abbatibus locum habere nego, ut j. in fi. c.
ADDITIO. Idem Io. Mon. & Archid. Et fit ratio specialitatis secundum eum fragilitas sexus. Nec obstat C. de ijs, qui ue. æta. l. 2. & quod ibi nota ubi uenia datur mulieri, 18. annorum, masculo, 20. quia illud in administratione proprij patrimonij, hic in ecclesiastica dignitate. Dic quod hæc depẽdent a principum uoluntate. Io. And.

2 Quidquid sit de antiqs iurib. hodie est tenendũ quod statuit Concil. Triden. sess. 25. de Regularib. & Monialib. c. 7.

k ¶Expresse.] nota ꝙ in eligente sufficit ꝙ sit tacite professa, quod fit cum maior sciens & sponte sumit habitum professorum infra annum, & triduo perseuerat, uel cum stat in religione ultra annum, his modis fit tacita professio, & hoc uerum in religionibus non mendicantibus. probatur hoc sup. de reg. ad nostram, & c. ex parte. & inf. eo. tit. constitutionem. In electa requiritur expressa professio, ut hic, & idem per omnia in monasterijs, vt sup. eo. nullus. & c. ex eo quod, in fine.
l ¶Sane.] secunda pars.
m ¶Diuisis.] quod si est, non est nouum, nec reprehensibile. 63. dist. nosse. & c. vlt. & 8. q. 1. nec nouum.
n ¶A duabus partib.] sim. sup. eo. tit. si. quando.

[Glossa. seq. prima pars recitetur per qõnem, an possit opponi nullitas voti, & hæc pars tria facit. Primo ponit tres opin. Secũdo defendit primam. Tertio illam impugnat, & ultimã impugnationẽ approbat. Scđa pars format & soluit duas qõnes.]
o ¶Non obstãte.] hoc intelligo, nisi opponatur id, ꝙ eligentis votum nullum reddat, ita ꝙ nõ remanerent duæ partes. arg. sup. eo. si qñ. Pone. n. quod opponatur, ꝙ eligentes nõ sunt tacite vel expresse professę. vel nõ sunt pubetes, supra prox. rñso; uel ꝙ in monasterijs non mendicantibus sunt aliquæ receptæ, quarũ non valet receptio, j. de sta. reg. c. unico. §. sane. Dico tales exceptiones admittendas ad hoc supra de offi. deleg. ex parte 2. & facit qđ dixi supra quorundam. Vbi ergo de duabus partibus constat, nec opponitur aliqd qđ illas minuat, aliqua nõ obstabit exceptio & sic intelligas hanc lřam. Alij contradicentes hoc speciale, in casu nostro, ꝙ excõicatæ suspensæ, & interdictæ & similes personę, & eligentes scienter indignam, admittentur & computabuntur in numero, sed q̃ non sunt professæ uel minores nõ, quia non faciunt numerũ. Quidam uero dicũt exceptionem excõicationis bene admitti cõ eligentes, quia excõicatio priuat uoce & numero 2. q. 1. nomen, ibi, de numero collegarum eius supprimere, vel delere, &c. 4 Sed scienter eligens indignam, licet priuetur voce, non numero, & idem non obstat talis exceptio, superioris tamẽ officiũ his casib. non deficiet, ut sequitur. Ego iam bis in iudicijs conabar defendere, ꝙ eligentes scienter indignam, tanquam suspensæ & irregulares repellantur, & uotorum suorum non habeatur computatio, ita ꝙ secundũ hoc electio a minori parte numero possit ualere, quo. n. ad illam electionem, dicam illas in numero non computandas, vt vitetur antiquorum iurium correctio. Si enim ita simpliciter stamus numero, quid dicemus si xij. sunt moniales vij. nolunt eligere, instat finis termini, aliæ v. eligunt, quare non valebit electio facta ab ipsis v. Quid si Papa interdixit vij. Monialib. ne eligant, quare non ualebit electio facta a v. Si hoc est in interdicto hominis, quare non erit in interdicto iuris? Non video; Item pone, ꝙ aliquæ Moniales elegerunt alter-

† De articulo huius §. & seq. uide qđ nouissime sanciuit Conciliũ Tridẽ. ses. 25. ti. de Regularib⁹ & Monialibus, c. 6.

† In antiq. codicib⁹. ita electiones plures in discordia &c. absq; dictione, per.

4 Vide ꝙ ibi no. secundũ ꝙ ibi dicunt aliqui probari cõtriũ, si excommunicati supprimãtur, depositi deleanť. Sed satis est huic opi. ꝙ nomẽ supprimitur, de numero vt. s. pro eo tpe nõ dicatur de numero. Io. And.

alternatiue, conditionaliter, uel incerte, ita ꝙ vota earũ transferantur in alias ſup. eo. c. 2. dicemus ne voces alterius partis, licet fortè ſit minor numero, non valere? Ex his & ſimilibus rationibus, videtur non haberi debere rationem votorum illarum, quæ elegerunt, ſcienter indignam. Sed contra hoc facit: quia ſi non ſit collatio in electionibus Monialium, ut inf. eo. cap. §. ut autem. ergo pœna priuationis in eis locum non habet: ſed hoc nõ eſt uerũ, vt ibi j. dicam in gl. not. ex hoc. Itẽ cõtra id facit ſi nis. cap. ubi dñr multa ſpecialia ſtatuta in his electionibus. Sed id nõ obſtat: quia præter illud ſunt ſpecialia multa, ut j. patebit. Item obſtabit qđ litera dicit, numero: Itẽ quia ſm hoc nihil eſſet quo ad hoc nouũ in electionibus Monialium: quia id erat ſtatutũ s. eo. ſi qñ s. alleg. per quod c. ex prin. & fi. & p decr. s. eo. in ant. ſcriptũ. in quãtum in illis dicitur, quod ꝯ duplo minorem partẽ numero poteſt obijci id quod votum annullat probari vr̃ qđ votum nullum computetur in numero. Et ſi dicamus vota talium computari: multo fortius vota contemptorum: Vnde iam in cauſis ſuccubui: & iudicio meo non ſolum utilis, imò & neceſſario eſſet declaratio: & idem dico circa decre. ſup. eo. quorundam. ubi hæc omnia intelligantur repetita. Recepi quod ſeruat curia, quod in iſta decre. & decre. quorundam, præciſe ſtetur numero: ita quod non habeatur ratio excommunicationis, ſuſpenſionis, irregularitatis, & aliorum, quę reddunt uotum nullum & audiui Bononiæ Papam ſic in conſiſtorio dixiſſe. vide in clem. eo. tit. quod circa, & quod ibi no. Quid dicemus ſi in concordia uel a duplo maiori parte ſit facta electio: erit ne de neceſſitate, qđ fiat proclamatio ſecundum formam decr. vlt. j. eo. tit. ita quod aliter non valeat cõfirmatio? Et procedit dubitatio iſta: quia ex eo caſu nõ admittitur aliqua exceptio, ut hic. Ad quid habet fieri proclamatio? Puto contrarium, cum illa decre. indiſtincte loquatur. Præterea poſſet eſſe. Moniales illas non eſſe profeſſas, uel non eſſe ætatis legitimæ. & iſtę ſaltem exceptiones non poſſunt negari, quin admittantur, cum numerum diminuant, ut ſupra dixi. Item forte de conſuetudine, præſcripta uel priuilegio non ad conuentum, ſed ad alios ſpectat eligere: fiat ergo citatio, vt & hoc ſciatur: vel forte tenent eligere de certo loco ſup. in antiq. de conſuet. cum dilectus. de uerb. ſign. cum abbate. item quid dicemus in monaſterijs, quæ per mares reguntur? Sũt enim quædam monaſteria Monialium, quæ per Priorem reguntur, facit 8. q. 2. qui religioſis. & c. in decima, & Moniales eligunt ſibi illum Priorem, iſta talia monaſteria ſunt mihi nota, habebit ne locum iſta decre. in talibus electionibus, & per prin. huius ca. ubi dicit, ſtatuimus, ut cum in eis fuerit electio facienda, & per finem, ubi dicit in §. ult. in princip. in quibuslibet mulierum monaſterijs, &c.? videtur quod ſic. Satis credo quod in quantum decret. iſta inſpicit eligentes, & factum earum, etiam in talibus electionibus haberet locum hæc decret. puta, quod & tunc eligentes ſint profeſſæ, ſint ætatis legitimæ, poſſint accedere, collationem, zeli & meriti omittere, & his ſimilia. Sed in quantum conſtitutio inſpicit electam: puta quod ſit 30. annorum, quod adminiſtret ante confirmationem electa a maiori parte, & his ſimilia: fortè in illis locum non haberet. Et iudicio meo circa hoc etiam eſſet neceſſaria declaratio.

per ſuperiorem (prius tamen ex officio,[a] prout ſpectat ad ipſum diligenti[b] examinatione præmiſſa) ſi alias inuenta fuerit canonica,[c] confirmetur: & confirmatæ electæ, ſi Abbatiſſa[d] † extiterit, benedictio impendatur. Si autem nulla earundem electionum[e] a partibus fuerit celebrata duabus: tunc non obſtante quod ſit publicatum ſcrutinium, & ad electionẽ proceſſum,[f] poſſint Moniales, quæ in aliam, vel in alias direxerant vota ſua: licite per conſenſum, antequam ad actus diuertant[g] extraneos,[h] omni prauitate[i] ceſſante, ad illam accedere, quæ ab alijs maiorem[k] partem conuentus numero facientibus, eſt electa. Et ſi per acceſſum huiuſmodi ad duas partes, perueniri poterit: illis, quæ ante in eam conſenſerant, computatis,[l] † confirmetur, & benedicatur,[m] ac ſi duas partes ab initio[n] habuiſſet, ut in caſu proximo eſt p̃miſſum. †[o]

a ¶ Officio.] ex quo examinare habet, & ſupplere in his caſibus, etiam de facto, ſup. eo. cum nobis olim, in antiq. & ibi de hoc ſup. de poſtu. bonæ 1. in anti. & 28. diſt. priuſquam.

b ¶ Diligenti.] s. eo. nihil & s. de præbẽ. graue nemini enim cito debet manũ imponere, ut 24. d. ca. 1. §. de his ita ſcribit. 88. diſt. quid eſt cito. ſup. eo. cum nobis, & j. eod. c. ult.

c ¶ Canonica.] ex forma debita, & perſona idonea; vnde ſi ſit illegitime 1 nata ſup. eo. cum in cunctis. de fi. presby. per totum, uel corrupta 20. q. 1. iuuenculas, uel alias indigna nõ confirmabitur.

d ¶ Abbatiſſa.] nota, quod Prioriſſæ non benedicuntur, ſed Abbatiſſę, et negligentibus recipere benedictionem infra annum a tempore cõfirmationis, imponitur pęna per Conciliũ Vienen. ſup. de ſta. reg. in c. recolentes, per totum.

e ¶ Electionum.] ad quas proceſſum fuit per formam ſcrutinij.

f ¶ Proceſſum.] hoc eſt contra iura. ſupra. eod. publicato. ſed eſt in hoc caſu ſpeciale, vt dicitur in fi. Idem in electione Summi Pontificis. ſupra eo. licet de vitãda. in antiq.

[Gl. ſeq. ponit diuerſitatem, & ipſius rationem.]

¶ Porro [b] cum vnus est procurator simpliciter cō stitutus; si is vnum suo, & alium domini sui nomine in scrutinio nominandū duxerit, nihil agit; [c] nisi de certa [d] eligenda persona sibi dominus dederit speciale mandatum: tunc enim in illam[e] eius, & in aliam suo nomine licite poterit consentire.[f]

¶ *Canonicus absens (licet nullus de capitulo eius procurator esse velit, & ipse procuratorem, qui non sit de capitnlo, nolente capitulo deputare non possit) votum per litteras exprimere non potest; cum cuiuslibet votum sit secrete, & sigillatim in scrutinio exprimendum. hoc dicit.*

¶ Absens [g] † quoque (licet nullus de collegio velit esse procurator [h] eiusdem, nec ipse, nolente [i] capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votum suū: [k] quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secrete & sigillatim tantummodo exprimendum.[l]

a ¶ Indiscrete.] nō enim dēnt stulti melioris esse cōditionis quam periti. inf. de præben. cum qui beneficium.

b ¶ Porro.] Secunda pars: Hic approbatur opinio Vincent. & Compostel x. eo. qa propter, & Abbatis eo. tit. in antiq. c. congregato tamen Gof. & Hostien. ibi notāt q̄d satis poterat dici valere, cum in diuersos consentit: dūmodo neuter sit malus; quod falsum est, vt hic vides.

c ¶ Nihil agit.] Ratio: qa qua conscientia tenetur meliorē eligere suo nomine eadem ratione tenetur ad idem nomine dñi sui, ad hoc 46. di sicut nō suo. & j. de reg. iur. q̄d alicui. & incerta videntur hæc vota. s̄. eo. tit. c. 2. q̄d dicit nihil agit: intellige, qa neutrum votū valet: & est simile quod dicimus in delegato, qui subdelegationem recepit a socio. s̄. de offi. deleg. super quæstionem. in §. si uero.

[Glo. seq. dicit quid approbat, & quid reprobat: secūdo quærit & soluit: & solutioni obijcit, & respondet. Iterū quærit & distinguendo respondet.

d ¶ De certa.] nota approbatam opinionem Compostel. & Inn. & reprobatā opinio. Vin. qui dicebat. s̄. eod. congregato. quod non poterat fieri compromissum uel mandatum procuratori de certa persona, dicebat enim, quod uidebatur singularis electio, & sic non ualebat. s̄. eo. in antiq. in Genes. Item talis commissio est contra concilium, quod requirit, quod committat uicē suam: sed iste non committit uices suas, qui dat mandatum de certo eligendo: sed falsum est ut hic patet: & de hoc per Abbatem. sup. eo. congregato. Sed nunquid procurator ad eligendum datus poterit alium? substituere? Dic secundum Compost. quod sic: 1 quia procurator est ad negotium; qui alium procuratorem dare potest. inf. de procu. c. 1. §. procurator. ff. man. si procuratorem. §. si quis mandauerit. Est tamen arg. ȝ. inf. de off. deleg. is cui. & sup. de off. deleg. c. ult. §. is autem cui. Solu. illa loquuntur in iudicibus, non in procuratore. Item quæro nunquid procurator datus ad eligendum, compromittere poterit? Dic secundum Cōpost. quod si liberum mandatum habuit compromittere poterit: quia id potest, quod dominus; si autem ad certam personam, tunc compromittere non potest: quia sola necessitatis forma; s. scrutinij, tunc intelligitur de mandata. arg. ff de pœ. licet. §. si seruus.

1 Verū est si hēt mādatū de certa p̄sona, secus si d incerta. Fon.

e ¶ Illam.] certam personam; de qua habuit mandatum expressum, & nota illam, quia aliam eligere non potest; quia faceret contra formam mandati sup. de rescrip. cum dilecta, & ff. man. diligenter & inf. de præb. cui de non.

[Gl. seq. arguit, & remittit.]

f ¶ Consentire.] not. argu. quod habens speciale mandatum, id potest quod alias non posset: ad idem. inf. de procur. c. 1. & vlt. & facit ad quæstionem, quam hoc anno disputaui: an delegatus ab alio, quàm à principe, habens speciale mandatum subdelegandi, subdelegare possit: & de hoc dicam. inf. de offic. delegati. is cui.

[Glossæ duæ seq. cum penult. dicunt q̄d approbat, & quid reprobat.]

g ¶ Absens.] hic in primo dicto approbatur glo. Ber. supr. eod. quia propter. in glos. pen. & omnium modernorum idem ibi notantium: sed in secundo puncto reprobatur eiusdē Ber. opinio in eadem gloss. & quasi Host. consentiebat, sed idem Inno. & Ber. & Compostel. cōtra. & eorum approbatur hic opinio, & intelligas: hanc literam de supradicto absente. qui compromittere potest, scilicet iuste impedito, & existente in loco, de quo &c.

† Not. quo officium p[...] curatoris principio e[...] voluntariū & sic non c[...] pellit quis lud recip[...] re, secus si lud accept[...] set, vide c[...] 1. de proc[...] Dominicu[...]

h ¶ Procurator.] dicebat Goffr. quod putabat talem canonicū indirecte contemni: Alij dicebant, quod compelli debebat aliquis de capitulo. vt ab ipso mandatum susciperet; sed non est verum, a principio enim nullus compellitur procuratorem recipere. C. de procu. inuitus. Instit. mand. §. mandatum. Ioan. And.

i ¶ Nolente capitulo.] Si enim capitulum vellet; bene tunc posset extraneum deputare, sed inuito capitulo non, & sic debet intelligi decret. quia propter. extraneum enim etiam sine mandato admittere posset, & sibi præiudicare, & in extraneum etiam compromittere. sup. eod. in antiq. causam. cum si.

K ¶ Votum suum.] Bern. contradicebat, ita tamen quod publicatio ipsius voti fieret tantum cum aliorum fiebat publicatio, sed non inspexit, quod non solum publicatio, sed etiam expressio in scrutinio tantum fieri debet, ut sequitur.

ADDITIO. Et per hoc patet, quod neque in literis aperta possit mitti schedula inclusa aperienda in scrutinio, continens nomen eius, in quem ille consentit, & licet Ioan. Mona. hoc dicat sub dubio forte, tu dicas assertiue. Ioan. And.

[Glo. seq. obijcit & soluit.]

l ¶ Exprimendum.] nota, non sola publicatio inspicitur, sed etiam expressio. Sed contra sup. prox. §. vbi exprimit votum consensus ante scrutinium, dando. s. procuratori mandatum de certa persona eligenda. Sol. falsum est, ꝙ tunc exprimat votum. sed mandatum dat de voto exprimendo, sicut aliud est inuestire, aliud mandare de inuestiendo de his quæ fiunt a maior. par. capitul. ex ore. Vnde aduerte pone, quod procurator, qui mandatum habuit de certa persona eligenda, non eligit, ille electus fuit a quibusdam alijs, nunquid vox illius absentis & mandantis augebit numerū illius ut possit dicere, ꝙ electus sit a decē: quia nouem elegerunt, & decimus mandauit de eo eligendo? Absit. Dico ergo quod aliud est dicere, consentio in talem, & hoc debet fieri in scruti-

scrutinio & secreto, & sigillatim, vt hic, & tali modo consentit in spirituale matrimonium: & aliud est dicere, do mādatum Titio de tali eligendo, quia istud non est votum, nec per hoc contrahitur matrimonium, & ideo ante scrutiniū fieri potest: vt ibi. Sic vides in matrimonio carnali, aliud est contrahere, aliud est dare mandatum de contrahēdo: hinc est, ꝙ qui ꝯtrahit, amplius non pęnitet, sed qui mandatū dedit, pęnitet ante contractum, ĩ. de proc. c. vl. sic ergo intelligas, nec similitudinem dicas, vbi nō est. Io. Andr.

QVoniam.] Hęc est solennis decretalis, & quotidie practicatur. Diuiditur aūt ĩ tres partes. Primo ponit cōfirmātium abusum, quem prohibet cum decreto: Secūdo ponit vocationis formā, ibi, Vocationem. Tertio ad electionem concordem hoc prorogat: ibi, Quæ etiam.

† Quę electio dicatur concors & q̄ nō, no. in c. quorūmdā. su. e. uide glo. in. c. 1. s. de maio. & ob. Barbatiā cōs. 1. uol. 1. & late Ale. cons. 48. in c. in causa uertente. volu. 7.

¶ Idem.

¶ Si apparet coelectus, vel se opponens ei, qui cōfirmationem petit, ille vocabitur nominatim, alias fiet in ecclesia crida generalis, quod se confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio assignato, aliter confirmatio facta non tenet. Io. Andr.

CAP. XLVII.

QVoniā [a] electione [b] non in concordia [c] † celebrata, superior, ad quē electionis ipsius confirmatio pertinet, [d] consueuit interdū suę confirmationis celeritate, [e] præferens [f] cupiditatem [g] propriam iuri, [h] & inordinatum affectum etiam æquitati, competitorem aliquando, vbi alius, vel eos, qui se volunt opponere, quando electus est vnicus [i] supplantare, dum nullis vocatis, & non discusso negotio [k] per repētinam confirmationem cito (contra doctrinā Apo-

ADDITIO. Quid autem corrigat, non dico reprobet, videbis in glossa dicebamus. & super eo. Ioannes Andreæ.

CASVS. Vacante ecclesia Pictauen. canonici ilius ecclesiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri prælati: tractatu inter se habito: quendam Titium elegerunt, & aliqui se opposuerunt isti electioni, vel fuerunt duo electi, vnus istorum electorum accessit ad superiorem, & declarauit, ꝙ ipse fuerat electus in episcopum ecclesiæ Pictauen. vtrū superior poterit illū confirmare absque causæ cognitione, non uocato coelecto uel opponente; Rn̄det ꝙ non. Sed quid si electio fuit facta in cōcordia. utrum superior illam electionem sine uocatione, & citatione illorum, quorū interest, possit confirmare? Respondet ꝙ nō: immo illi, quorum interest, sunt uocandi & citandi peremptorie. Sed quæritur qualiter sunt ipsi citandi? Rn̄det Romanus Pontifex cum distinctione, quia aut sunt aliqui opponentes uel est competitor, siue coelectus. & tales sunt nominatim & peremptorie citandi, ut ad talem diem ueniant dicturi causas, propter quas electio non sit cōfirmanda. Sed ponamus, ꝙ electio fuit facta concorditer? Rn̄det ꝙ tunc citatio debet esse generalis, uidelicet ut si sint aliqui qui uelint pretendere aliquas causas, quare electio non sit confirmanda, ꝙ ipsi compareāt peremptorie ad talem diē, & poni debet citatio ista peremptoria in ualuis illius ecclesiæ, de cuius electionis confirmatione tractatur, alias confirmatio non ualeret Hel. Reg. Nota primo, ꝙ iudex non debet esse nimis festinans, & celer ad sententiam proferendam. Ad hoc supra de restitutione in integrum, cap. cum ex literis, & infra de re iudicata, cum æterni. Nota secundo, quod actus dicitur repentinus, qui fit sine citatione, & cognitione requisita. uide text. 48. di. c. 2. Dominicus.

[Glossa prima summat.]

a ¶ Quoniam.] Si apparet coelectus, uel se opponens ei, qui confirmationem petit, ille uocabitur nominatim, alias fiet crida in ecclesia generalis, quod se confirmationi uolentes opponere, ueniant peremptorio assignato, alias confirmatio facta non tenet.

[Glossa sequens soluit duo dubia, de tertio remittit.]

b ¶ Electione.] Idem dicam de postulatione, cum eadem sit ratio: quod verum puto in admissione postulationis, quæ fit a superiore illo, qui postulatum admittendo confirmat: secus in eo, qui postulatur a prælato suo, vt monachus electus in episcopum ab abbate, quia in ea non fiet vocatio. Et idem puto in præsentatione. vt etiā ille, cui fit præsentatio, seruare teneatur hanc decr. & sic seruatur. De collationibus dicam in fine cap.

c ¶ Non in concordia.] idem si in concordia quoad vocationem faciendam, vt dicitur in fin. Ioan. Andreæ.

d ¶ Pertinet.] verbū hoc late patet. ff. de verborum signific. verbum pertinere. vnde intelligo siue pertineat iure communi, vt ad episcopum. 16. quæst. 7. nullus omnino, supra de hæretic. cum ex iniuncto siue iure speciali: puta, ex priuilegio uel consuetudine præscripta, siue iure delegato, quia omnes habebunt hanc formam seruare.

Pertinere verbum qualiter intelligatur.

[Glo. seq. de celeritate ponit quosdam casus, quibus approbatur, & quosdam quibus reprobatur.]

e ¶ Celeritate.] nota, quod hic reprobatur celeritas. & est generale in omnibus personis promouendis. 8. quæstio. 2. dilectissimi. Item propter rei nouitatem. 23. distinct. communis filius, ubi de hoc per Archidiac. 43. distinct. capit. 1. vnde Paulus. Item propter reuerentiam sacramenti recipiendi. de consecrat. distinctione 4. Iudæi. Item propter metum incommoditatis emergentis. 12. quæstio. 2. sine exceptione. [Item propter honestatem, vt res carior habeatur. 27. quæstion. 2. institutum. Item propter certitudinem habendam, vt 17. quæstion. 2. si quis incognitus. Item propter reuocandi difficultatem, ut in dandis sententijs 2. quæstio. 1. Deus omnipotens, & hic, uel in ipsarum executione. 11. quæstio. 3. cum apud. idem in legibus condendis 4. distin. in istis.] Item propter rei dignitatem. 61. distinctione miramur. Item propter periculosam sacramenti iterationem. de consecratione distinctio. 4. cum itaque. Interdum autem desideratur acceleratio propter metum contaminationis 8. distinct. mala, propter metum defectus 5. distinct. baptizari. propter metum vsurpationis 35. quæstion. 9. loci. propter magnitudinem transgressionis 27. quæstio. 1. si custos. propter inobedientiæ culpam. 12. quæstion. 2. qui & humanis, propter debitum obedientiæ. 93. dist. cap. 1. propter rectitudinem dispensationis. 45. distinct. disciplina. propter periculum imminens, ut in vacatione ecclesiæ supra. eodem in antiq. cum inter vniuersas, vnde & cautio damni infecti celeritatem desiderat. ff. de damn. infec. leg. 1. & idem in similibus, ut sup. de re iudic. capi. 2. de rescript. in antiq. ad hoc, ubi ex certa causa idem est reperiri.

Celeritas in quibusdam casib. reprobatur & in alijs desideratur.

f ¶ Præferens.] sic supra eod. tit. auaritiæ & capit. quorundam.

g ¶ Cupiditatem.] quę omnium malorum radix est. 47. dist. bonorum. de pęn. dist. 2. quia radix.

h ¶ Iuri.] quod facere non debet. 7. quæstion. 1. si quis episcopus, in fi.

i ¶ Vnicus.] sim. sup. eo. cupientes. §. si vero.

k ¶ Non discusso negotio.] male faciunt & puniuntur si promouent indignum, ut supra eod. nihil est. & supra de præben. graue.

a ¶ Apostoli.] Pauli 1. ad Tim. 5. ca. 24. dist. §. 1. 78. dist. quid est manus cito. sup. eo. in anti. cum nobis olim.
b ¶ Manus.] confirmatorias, de quibus loquimur.
c ¶ Morbo.] nam quod medicamenta morbis exhibēt. hoc iura negotijs: in auth. hęc constitutio innouat con- stit. in prin. coll. 8.

1. Tim. 5.

stoli a) imponit manus b electo: Nos volentes huic morbo c & fraudibus d obuiare: præsenti consti l tutione sancimus, confirmationes tales e viribus omnino carere, ipsasque decernimus irritas, & inanes. f

¶ Vocationem † autem huiusmodi nominatim, g vbi est coelectus, vel appareret oppositor, † alias generaliter h in ecclesia, in qua electio facta est, vt si qui sint, qui se velint opponere, i compareant assignato peremptorio k termino competenti, l faciendam esse censemus. Quæ m etiam si electio in concordia celebrata fuerit, volumus obseruari. n

TITVLVS VII.

De Renunciatione.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Romanus, Pōtifex potest libere Papatui renūciare, hoc dicit secundum Zen.*

QVoniam o † aliqui curiosi p discepantes de his, quæ non multum expediunt q.

d ¶ Fraudibus obuiare.] quod faciendum est sup. eod. auaritiæ, & ca. commissa & j. tit. proxi. c. 2.
e ¶ Tales.] scilicet factas non vocatis cōpetitoribus, vel his qui se vellent opponere, si qui essent.
[Glos. seq. ponit qd prius tenebatur: quærit, & soluit distinguendo.]
f ¶ Inanes.] dicebamus olim, & not. de hoc Inno. & Host. de appell. constitutis 2. de do. & contu. in antiq. c. cū olim. ꝙ ꝯfirmatio facta vocatis his, qui vocādi erāt, & cū causæ cognitione, habet uim diffinitiuæ: hinc est, ꝙ reuocari non poterit, & si appelletur, appellari potest ut à diffinitiua. Si autem fiat sine causæ cognitione, & non vocatis vocandis, vim habet interlocutoriæ. ibi de hoc plenius per eos videre potes. 1 Sed hodie non valet confirmatio sine vocatione huius decre. ut hic vides. Quid si sic confirmatus administrat? Satis crederem, quod si errauit in facto, quia credidit vocationem factam, quæ facta non erat, excusetur à pœna decr. sup. eo. auaritiæ & c. qualiter. maxime cum vacatio & citatio ista sit superioris officium, & non partis. Sed si errauit in iure, eum a dicta pœna non crederem excusari. ad hoc inf. de reg. iur. ignorantia. cum suis concor.
g ¶ Nominatim.] sim. inf. de sent. excom. statuimus.
h ¶ Generaliter.] & publice, quia talia edicta in publico proponi debent de postu. cap. 1. ꝙ est contra illos, qui adhuc fraudem faciunt cōstitutioni, faciendo hanc vocationem fieri coram certis amicis.
ADDITIO. Concor. quod not. in cle. eod. titu. causam, §. verum in 4. glo. Ioan. And.
i ¶ Opponere.] ne electus confirmetur.
[Glo. seq. quærit, & remittit.]
K ¶ Peremptorio.] nunquid post hunc terminum veniens audiretur? Super hoc dic ut supra qui ma. accusa. pos. cum in tua.] Vide secundam quæstionem quam posui super regula, mora. inf. de reg. iur. & scripsi in Spec. de cita. §. viso in prin. Io. And. officium tamen iudicis in his non quiescit. vt sup. eo. cum nobis olim.
¶ Competenti.] secundum locorum distantiam, personarum, & negotij qualitatem. Ioan. And.
m ¶ Quæ.] scilicet dicta de vocationibus faciendis, & quod non valeat confirmatio aliter facta.
[Glo. seq. quærit, & soluit.]
n ¶ Obseruari.] quid in prouisionibus, vel collationib. nunquid in eis habebit fieri hæc vocatio? tutum puto & in his hæc fieri, non tamen credo uerbis, uel mente huius iuris hoc esse, & facit inf. de præben. cum in illis. & optime eo. tit. licet episcopus. Ioan. And.

† Vide Romanum cōs. 342. & Barbatiam consil. vlt. vol. 4.

† Nota tex. & vide Inn. in cap. inter quattuor de maio. & obedi. & Doc. in l. fi. C. de iure delib.

1 Ita enim tenebāt prædicti Doct. ibi, & in decr. cum dilecti. eo. ti. ad fi. & c. nihil est, & vide ꝙ ibi dixi in glo. dicebat & Compost. eo. titu. ꝙ sicut, ꝙ non erat necesse vocationem fieri. & suo tempore verū dicebat & sic seruabatur pp illa loca quibus per prouincialia, uel synodalia statuta erat ꝓmissum cōtrarium ut Bono. Io. And.

DE RENVNCIATIONE.

¶ Dictum fuit supra tit. proximo de elect. verum quia nihil est sub sole adeo tam firmum, quin rumpatur, & electio rumpitur per renunciationem ideo ad nos informandum qualiter rumpatur electio, annectitur præsens rubrica de renunciatione.

QVoniā.] Diuidit in tres partes sm Io. An. In prima ponitur cā cōstitutionis Cælestini: In scda ipsius cōstitutionis mens: ibi Celestinus. In tertia ex duplici causa illam inter has cōstitutiones īterserit: ibi, Nos igitur. Ioan. Andr.

CASVS. Papa videns se impotentē ad regēdū vniuersum orbē: vult renūciare Papatui; an possit? Vr ꝙ nō, qa obtinēs ad ministrationē ecclesiasticā, nō pt illi renunciare & resignagnare nisi in manib. superior. ca. admonet. & c. quod in dubijs. eo. tit. in antiq. modo Papa nullum habet superiorē Nō obstante tn̄ ista rōne dubitandi, deciditur ꝯr. ū., videlicet ꝙ pōt renunciare Papatui: & vacat ipse Papatus, ita quod Cardinales possunt alium eligere: Et iura loquentia, quod obtinens ad ministrationem ecclesiasticam non potest renunciare, nisi in manibus superioris, intelliguntur quando talis renuncians habet superiorem. Statutum. ji. tenorem, quia ipsum statutum non inseritur hic de verbo ad verbum, sed solummodo tenor ipsius. Nota, ꝙ nimia curiositas est reprobata. 37. dist. sacerdotes. Nota reprehensibile esse sapere vltra quam expediat, & maxime in his quæ sunt fidei, in quibus simplicitas commendatur, de quo de sum. Tri. c. 1. in anti. Nota insuper, ꝙ subsistente iusta causa potest Papa renunciare Papatui. Nota finaliter ex isto textu, ꝙ beneficiatus habens superiorem, non potest dimittere beneficium, & se exonerare ab obligatione qua est astrictus, nisi in manib. sui superioris, & tunc requiritur consensus superioris ita ꝙ superior acceptet renunciationem. Nam superior posset ipsum cogere, vt resideret: quia obligatio licet ab initio sit uoluntatis, tamen ex post facto est necessitatis, & istud uerum nisi subesset iusta causa, nā tūc posset superior compelli ad acceptandā renunciationē c. nisi. de renū. eo. tit. in anti.

[Prima glossa ponit casum.]

o Quoniam.] Quia quidam plus q̃ expediret curiosi, referebant in dubium, an Papa possit renunciare Papatui: Cælestinus quintus dum præsideret ecclesię Romanæ regimini, statuit de consilio & assensu suorum fratrū, qd summus Pontifex libere possit renunciare Papatui: Quod statutum ne obliuioni daretur, & de prędicto casu dubitaretur ulterius, inter alias huius sexti libri constitutiones de fratrum suorum consilio dn̄s Bonifac. hic redegit ad perpetuā rei memoriā. Ioan. And.
p ¶ Curiosi.] qui maiores curas exhibere uolunt quam res exigat. ad hoc. 4. di. denique. de consecr. di. 5. quinque modis.
ADDITIO. Et ff. de nouatio. do. in fi. 46. dist. cap. 1. uers. paruo autem naso. & sup. eo. lib. de postul. c. 1. in prin. Io. And.
q Expediunt.] quod faciendum non est. C. de summa Trin. l. nemo. infra de hære. cap. 2. & infra de re iudic. abbate. ad fi.

† Vide Ludouicum Go mezii in regula cācel. infirmis re gnātib9 q.

a ¶ Apo-

& plura sapere, quam oporteat, contra doctrinam Apostoli,[a] temere appetentes, in dubitationem solicitam,[b] an Romanus Pontifex (maxime[c] cum se insufficientem[d] agnoscit ad regendam[e] uniuersalem ecclesiam, & summi Pontificatus onera supportanda) renunciare ualeat Papatui: eiusque oneri, & honori; deducere minus prouide videbantur:[f] Cælestinus Papa quintus prædecessor[g] noster, dum eiusdem[h] ecclesiæ regimini præsidebat, uolens super hoc hæsitationis cuiuslibet materiam amputare, deliberatione habita cum suis fratribus[i] ecclesiæ Romanæ Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) de nostro, & ipsorum omnium concordi consilio, & assensu, auctoritate Apostolica statuit,[k] & decreuit: Romanū Pontificem posse libere resignare.[l]

¶ Nos igitur, ne statutum huiusmodi per temporis[m] cursum obliuioni[n] dari, aut dubitationem eandem in recidiuam[o] disceptationem vlterius deduci cōtingat: ipsum inter constitutiones alias, ad perpetuam rei memoriam,[p] de fratrum nostrorum consilio duximus redigendū.

¶ Idem.

3 *¶ Si in fraudem expectantis primā vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem, quam habebat, non tenetur expectans illam recipere, imò illa dimissa expectabit aliam sine fraude vacantem: Et si illi renuncianti illa pinguis postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, & carebit vtraque.*

Paulus ad Ro. ca. 12.

a ¶ Apostoli.] Pauli in epist. ad Romanos, c. 12. & habes eadem verba 43. d. sit rector.

b ¶ Sollicitam,] vide infra deducere minus prouide videbantur.

c ¶ Maxime.] comparatiuum: vnde etiam si sufficiens sit, renunciare poterit, vt per inferiora patebit.

[Gl. seq. primo ponit dubium, secundo notat, dat simile, & exemplificat.]

De hoc art. qui valde est cōtrouersus, cōsulēdi sūt Doctor. tum Theologi, tū canonistæ.

d ¶ Insufficientem.] ꝓpter hoc tñ nō posset deponi: quia ꝓꝑ solā hæresim ī deponitur. 40. dist. si Papa sed alij p̄lati propter insufficientiam bene deponuntur, & ecclesiastici, & sæculares. 18. q. 2. quis abbas. 15. q. 6. alius, & propter negligentiam. 81. distin't. dictum supra de hæret. excommunicamus in fi. Et nota, quod licet omnis sufficientia esse dicatur in Papa: ita quod omnia iura in pectoris scrinio habeat. s̄. e. tit. de cōst. c. 1. tamē interdum insufficiēs esse pōt, vt hic. & interdum eū fallit obliuio. 23. dist. præterea. vbi de hoc, sic sedes ipsa aut sanctū inuenit, aut sanctū facit. quis. n. sanctum dubitet quē apex tātę, &c. 40. distin. non nos, & tñ hæreticus posset esse. 2 & propter heresim deponi. ea. dist. si Papa. & posset ex multis insurgere insufficientia hæc, ut ex defectu litteratura, ex senectute, ex infirmitate, vel similib. Io. And.

Vide Albe. ghiū Camensē. lib. 4. 3. de eccles. erarch. vbi e de hoc.

e ¶ Regendam.] ad quod ex officio suo tenetur, ut in procemio huius libri.

[Gloss. sequens ponit rationes contrarias, & eis respondet.]

f ¶ Videbantur.] & erat ipsorum ratio motiua: quia qui renunciat, renunciare debet in manibus superioris, & aliter matrimonium spirituale non dissoluitur supra eod. de renunc. admonet, sed Papa superiorem non habet, ergo renunciare non potest. Item fungitur vice Dei, quas vices sic videtur ossibus habere annexas, quod a se abdicare non possit, ad hoc de sta. mo. cum ad monasterium, in fi. Multæ aliæ rationes inducuntur, ut scilicet, quia Papatus a solo Deo est, & quæ a Deo sunt uel committuntur, ab inferiori tolli non possunt. Ergo Papalis dignitas a Deo commissa, alicuius inferioris auctoritate dimitti, vel tolli non potest. Item nullus potest auctoritatem vel potestatem auferre, quam conferre non poterit: sed Papalem auctoritatem nullus conferre potest, nisi Deus: ergo nec eam auferre; quod fieret si valeret renunciatio, multas alias rationes, vide hic per Io. And. in sua nouella. Sed contrariū verum est, ut hic uides, & probatur ex eo, quia Marcellinus renūciauit Papatum, cui substitutus fuit Marcellus 21. dist. nunc autem. Itē Clemens renunciauit Papatui, cui successit Linus, & eo mortuo, Cletus, & illo mortuo iterum successit Clemens, ut in chronicis. & vide de hoc 8. quæst. 1. cap. 1. hinc disputat hic mundus, &c. & hanc opinionē approbauit. Io. 7. q. 1. c. non autem. Ad id quod dicitur, ꝙ renunciatio fieri debet in manibus superioris: fateor id verum vbi est superior: Sed hic propter impossibilitatem ius illud seruari non potest, & facit optime, s̄. ti. prox. indemnitatibus. §. penul. & s̄. eod. licet, de uitanda discordia in fi. (Io. Monac. alleg. ff. de ijs, quæ in testa. delen. l. proxime, melius facit tit. seq. de hære. inst. l. & hoc, Tiberius.) Item inferiores p̄lati a suis p̄latis confirmantur, & instituuntur, vnde non est mirum si sine ipsorū licentia renunciare non possunt. Sed Papa a nemine confirmatur, vnde sicut sine superiore instituitur: ita sine superiore renunciat. ad hoc. s̄. de reg. iur. c. 1. Io. And.

ADDITIO. Dicit Ioan. Mona. quod sicut populus Romanus penes quem erat sūma potestas lege lata, illā trāstulit in principem. Instit. de iur. natura. §. sed & quod principi. Sic & Papa qui hēt potestatis plenitudinem, hac lege lata cedere potuit oneri, & honori. Ioan. Andr.

[Gl. seq ponit differentiam.]

g ¶ Prædecessor.] cū dignitas uacat alias, quam per mortem, successor non congrue dicitur prædecessor, sed dicere deberet præcessor. Prædecessor. n. idem quod prædecedens: nisi dicere velis, quod quomodocunque vacet prelatura, quo ad illam decessisse putatur, & est expressum. 7. q. 1. §, ecce in quib. & 33. q. 7. §. 1.

h ¶ Dum eiusdem.] postea. n. ipsius constitutio non ualuisset, quia Pontifex non erat, ut j. patebit.

i ¶ Fratribus.] Cardinales ergo fratres uocat, cum de ipsis permixtim loquitur infra de officio legati. officii.

k ¶ Statuit.] credendum est Papæ hoc referenti. s̄. de testi. cum a nobis. in fine.

l ¶ Resignare.] hoc expresse notat Ioa. 7. q. 1. non autē, in gl. magna. in fi. & facit quod no. 79. dist. si quis pecunia. 18. q. 2. quam sit.

m ¶ Temporis.] hinc est, quod antiquorum memoria, melius præscripta tenetur, & de hoc uide quod not. sup. de probat. tertio.

n ¶ Obliuioni.] omnium enim habere memoriam, & in nullo peccare, &c. ut supra. ut eccles. benefic. ut nostrum.

o ¶ Recidiuam.) quod esse non debet, ut supra de uerborum significatione ex parte, secundo cum suis concordantiis.

p ¶ Memoriam.) facit infra de re iudicata, ad Apostolicæ. in superscriptione, & quod ibi dicam in prima glossa.

Si te præbendam.] Fraudulenta renunciatio non nocet expectanti hoc dicit, secundum Zen. Prima prouidet impetrantibus contra fraudes, de quarum coniecturis ponit exempla, ibi. Vt quia. Secunda, ibi, Ceterum, conuincit, & punit fraudulentos.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius cap. ꝙ Papa aliqñ scribit pro aliquo sub ista forma, Mandamus, quatenus tali prouideas de p̃benda vacante, si qua vacet in tali collatione, alioquin de prima vacatura. Aliquoties Papa ita scribit, Mandamus quatenus tali ꝓuideas de præbenda primo vacatura in tali collatione; si ipsam præbendam duxerit acceptandam, alioquĩ de illa quam ipse acceptandam duxerit. In primo casu ille ꝓ quo scribit papa, non poterit petere nisi primo vacaturam, fallit in casu huius cap. videlicet quando vacat in fraudem impetrantis.

†Hodiæ gr̃æ quæ dñt expectatiuæ, siue ad uacatura, oĩno sublatæ sũt p̃ cõc. Trid. sess. 24. de ref. c. 19.

CAP. II.

Si te præbendam [a] † vel dignitatem in aliqua ecclesia proximo [b] vacaturam, auctoritate Apostolica [c] expectãte, aliquis præbendam seu dignitatem [d] tenuem obtinens in eadem, [e] fraudulenter ei renunciet [f] vt illa [g] primo sic vacante, præcludatur tibi [h] via per consequens ad obtinendam præbendam, vel dignitatem aliam pinguiorem, quæ per mortem alicuius, [i] vel alias [k] in ipsa ecclesia creditur verisimiliter in proximo [l] vacatura: per renunciationem huiusmodi (dummodo de præmissa fraude appareat, saltem per aliquas ꝓbabiles coniecturas: [m] Vt quia dictæ renunciationis tempore, is qui præbendam, vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat; propter quod illius præbenda, seu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur) nullum tibi volumus ob

CASVS. Papa volens mihi facere gratiam in aliqua ecclesia, mandauit alicui episcopo, vt mihi prouideret de præbenda primo vacante in tali ecclesia, si qua vacaret; alioquin de proximo vacatura: Tractu temporis cum speraretur vacare quædam præbenda pinguis, quia forte canonicus erat senex: vel fecerat tractatum de intranda religione, vel volebat redire ad sæculum, cum nondum esset in sacris. Quidam aduersarius meus prosequẽs me odio, vt me frustraret illa præbenda, quia habebat vnam præbendam modici valoris, forte vnius floreni, fecit vacare suam præbendam per renunciationem: nolo illam acceptare: postea vacat pinguis præbenda: volo illam petere, an possim? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ si appareat per coniecturas, quod illa renunciatio fuit facta in fraudem, possum illam præbendam modici valoris omittere, & acceptare præbendam pinguem. Sed ponamus, quod præbenda pinguis fuit collata illi canonico, qui renunciauit præbendam modici valoris: utrũ eo ipso, quod fuit sibi collata, sufficienter sit probata fraus? Certe sic, nec requiritur alia probatio fraudis: idõ debet ipse priuari vtraque præbenda. s. illa cui renunciauit; & illa pingui, quæ fuit ei collata. Nota primo differentiam inter præbendam, & dignitatem, & sic patet, ꝙ canonicus non dr̃ habere dignitatem ad hoc, s̃. de rescr. statutũ, in princ. de consuetudine. c. 1. eo. lib. Nota secundo, quod habens gratiam ad proximum beneficium vacaturum, non potest acceptare aliud: nisi fraudulenter introducatur vacatio primi. Dom.

[Prima gl. summat, & dubium soluit.]

a ¶ Si te præbendam.] Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis uacare; renunciet aliquis tenuem quam habebat, non tenetur expectans illam recipere, immo illa dimissa expectabit aliam sine fraude uacantem: Et si illi renuncianti illa pinguis postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, & carebit utraque. Scire debes, quod quia nemo uidetur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt, ut ff. de regul. iur. nemo uidetur, infra eod. tit. scienti. puto nec decret. istam, nec eius pœnam locum habere, ubi expectans consentit: quia hoc sciens uoluit illam tenuem habere; pone enim quod plus sibi placet; prouiso tamen, quod non committatur simonia.

ADDITIO. Et hæc quæstio inter quæstiones collatas in hoc studio fuit prima in ordine disputata per dominum Henricum Anglicum, ponebãt tamen terminos, quod renunciatio, & collatio fuerant factæ clandestine, & super hoc fundabat solutionem suã quare dicebat illas nõ valere. Io. And.

b ¶ Proximo vacaturam.] debebatur .n. sibi primo vacans, vt s̃. de præbend. si clericus, & sic per fraudes videbatur via præcludi ad aliam: secus si haberet litteras super ea, quam duceret acceptandam, quia tunc fraus ista sibi non p̃clusisset viam, quod est verum, nisi acceptasset primam, quæ vacaret, quod potest: licet certam, & nominatam talis acceptare non possit. infra. de concess. præbend. ne captandæ, quia tunc per omnia idem.

c ¶ Apostolica.] q. est etiam in casu decretal. infra, de præbend. hi qui. & capitu. si eum, & supra eodem, de rescript. cum aliquibus. cum simi. Alius enim, quam Papa ad uacaturas contra Lateranense Concilium ius non tribuit, ut supra de concess. præbend. cap. 2.

ADDITIO. De legatis, dic ut inf. de offic. lega. c. 3. & 4. Ioan. And.

d ¶ Dignitatem.] singula singulis refert.

e ¶ In eadem.] ecclesia, s. in qua expectans. & idem si expectabat in ciuitate uel prouincia, si in ea fieret talis fraus: cum eadem sit ratio.

f ¶ Renunciet.] de uacatione per renunciationem dicit: quia de illa ad titulum: sed idem credo [1] si in fraudem occideretur, uel deponeretur, scilicet, quia tenuem obtinebat, ut præcluderetur expectanti uia ad pinguem, & secundum hoc dicam, quod expectans primam uacaturam, primam si uacat in eius fraudem, recipere non tenetur.

1 Idẽ Phil. Franc.

g ¶ Illa] tenui renunciata.

h ¶ Tibi.] cui debebatur prima, & non secunda.

i ¶ Alicuius.] quia ualde senex est: uel infirmus ualde. Ioan. And.

k ¶ Vel alias.] puta quia tractat ille, qui in sacris non est, de matrimonio contrahendo: uel quia electus est, uel eligi speratur in episcopum: uel religionem uult profiteri, uel de crimine accusatur, propter quod creditur deponendus, uel his similia.

(Glo. seq. recit. per quæstionem.)

l ¶ Proximo.) Idem credo, si non in proximo, dummodo fraudulenter fiat renunciatio talis, & possit id alias constare, quia semper ratio remanet; pone enim, quod litteras habeo ad primam uacaturam, & Titius licet non speretur de prima uacatione, tamen quia odio me prosequitur, renunciat præbendæ, quæ ualet unum florenum, ut sic me impediat in pinguibus, si uacarent, certe cum eadem sit ratio, idem credo.

m ¶ Coniecturas.) Nota, quod dolus probatur ex perspicuis coniecturis. (C. de dolo. l. dolum. cum concord. Ioa. Mona. remittit ad ꝙ id plene nota. inf. de re iud. dolo.) & qui eum allegat, probare illum debet, ff. de probat. l. quoties. §. qui dolo.

a ¶ Omiſſa.] non enim debet acceptare ſi hoc ſciuit,]ſed omittere.vt hic vides.

b ¶ Aliam.]puta,non vacauit illa,de qua ſperabatur,ſed alia 1 vnde ex quo non videtur acceptare illam quæ primo vacauit propter illam fraudem, debebitur ei & tenebitur acceptare ſecundam vacantem de præb.ſi cui.& c.ſi clericus.eo.li.

1 Quę ſequũtur ab hoc loco vſq;ad finẽ huius gl. non reperiũtur in antiq. codicibus.

ſtaculum interponi, quominus (prębẽda vel dignitate prædicta ſic fraudulẽter renũciata, omiſſa a) poſſis dictam pinguiorem, cũ eam, vel aliam b ſi prius ipſam vacare contigerit: auctoritate præfata libere petere veluti tibi debitã, c & habere. ¶ Ceterum ſi prædicto renuncianti huiuſmodi præbenda vel dignitas pinguior forſitan conferatur: eo ipſo † dicta fraus intelligatur eſſe probata: & idem renuncians habita d omnino careat, & ambita. e

c ¶ Debitam.] licet enim iſta non ſit primo vacans,ſed ſecundo: tamen ratione fraudis primo vacãs fingitur,& eſt ſi.ſup. de reſcr. ſi propter. eo.lib.& in hoc præfertur æquitas rigori propter fraudem. ad idem. C.de iudi.l.placuit.C.de furt.& ſeruo.cor. ſi quis ſeruo. & infr. de re.permu. ca.vno. Et ſic nota caſum, in quo licet ſcribatur de prima vacatura: debetur ſecunda.alios caſus habes ad idem. inf.de præben.c.2. in fi.eo. tit. & ca.quia ſæpe. & c. cum in eccleſia, & c. ei cui. & infra.de rerum permu.c.vno.

¶ Ex vicinitate tẽporis aliquid pſumitur. no.l. poſt ꝯtractum, ff.de do.Bal. in l.1. C. de ſeru. fu. dicit præſumi contra illũ, qui ſecrete locutus eſt ei, qui ſtatim occidit. Phil.Fon.

d ¶ Habita.] cui ſemel renunciauit: & ſic repetere non poterit.7.q.1. quam periculoſum.cum ſim.

[Gl.ſeq.ſoluit dubium.]

e ¶ Ambita.] ſ.per cupiditatem & fraudem: & eſt ſi. ſupr.de transla.licet.& ca.quanto.7.qu.1.ſi quis epiſcopus. (Bene facit. ff. de diuor. ſi filia.ff.ſol.matrim.ſi filiæ. Io. Mon.) Suis ergo terminis ſit quiſque contentus nec vltra menſuras ſui iuris affectet augeri: vt in prædi. c.ſi quis,in fi. Ambita autem ideo carere debet: quia expectanti debetur: ſed etiam ſi non deberetur: puta quia vacauit alia ante illam, ob quam fiebat renunciatio: tamen non debebatur renuncianti, qui eam adeptus eſt: cum iſte finis non diſtinguat: & ad hoc faciunt prædicta iura.

DE SVPPLENDA negligentia prælatorum.

¶ Rubrica iſta poteſt dupliciter continuari: Vno modo ſic: viſum fuit ſup.tit.proxi. qualiter quis perdat adminiſtrationem eccleſiaſticam per renunciationem: verum quia aliquoties quis repellitur ab adminiſtratione propter ſuam negligentiam: ideo poſt rubricam præcedentem annectitur præſens rubrica, de ſupplenda negligentia prælat. Alio modo poteſt continuari ſic: quia prælati quandoque ſunt negligentes in adminiſtratione ſuorum beneficiorum: poſſet dubitari an aliquis poſſit ſupplere defectum prælatorum negligentium: ideo ad nos informandum qualiter quis poſſit ſupplere negligentiam prælati: annectit rubricam de ſupplenda negligentia prælatorum.

Romana.] Sunt tres partes ſec. Hoſt. & Io.Mo. primo reuocat edictum: Secundo cauſam reddit: ibi, Quia etiam: Tertio antipophorizat: ibi, Sed alia. Secundum Dominum Heliam Reg. hoc c.ſic ſummatur. Excommunicato epiſcopo, iuriſdictio ſua non deuoluitur ad ſuperiorem, h.d.

CASVS. Cum archiepſ Remenſis prouinciam ſuam viſitaret, non fuit receptus debito modo a ſuis ſuffraganeis, vnde eos excõicauit; Et quia excõicati non poterãt exercere iuriſdictionem: fecit proponi edictum, vt ſubditi ſuorũ ſuffraganeorũ pro cauſis ſuis dirimendis adirent ſuum officialẽ: Vnde ſuffraganei archiepĩ Remenſis conqueſti fuerunt Romano Pontifici, quòd archiepſ Remẽſis vſurpabat ſuas iuriſdictiones, quòd facere non debebat: cum iſte caſus non ſit de caſibus enumeratis in ca.paſtoralis.de off.ord.in antiq. vbi enumerantur caſus, in quibus metropolitanus poteſt exercere ſuam iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum: Vnde Papa caſſauit illud edictum: quia iuriſdictio ſuffraganeorum non poterat deuolui ad ipſum archiepm; & ſi ſuffraganei deliquerant poterat archiepſ ipſos aliter punire: ſed per hoc non eſt auferenda eorum iuriſdictio. Nota primo ex hoc ca. ꝙ metropolitanus põt totam ſuam prouinciã viſitare, & procurationem a ſuis ſuffraneis petere: qui ſuffraganei ſi nolint eum procurare, vel eo modo quo debent: poterit illos excommunicare pro illa inobedientia. No.inſuper principalem effectum, ad quem emanauit præſens c.quòd ſi epiſcopus fuerit excõicatus, iuriſdictio ſua propter hoc non deuoluitur ad ſuperiorẽ.concor.cap.quia diuerſitatem.de conceſſ. præb. in anti.vbi dicitur, ꝙ epõ excõicato metropolitanus vel capitulum non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad collationẽ ſolius epiſcopi: quia deuolutio non fit ad metropolitanum: niſi negligenti epõ per ſex menſes: modo ſi epiſcopus fuerit excommunicatus, non poteſt dici negligens: quia etiam ſi vellet non poſſet conferre, ſed metropolitanus debet expectare, quòd epiſcopus ſit abſolutus: & tunc poſt abſolutionem incipiunt currere illi ſex menſes. Et iſtud verum, niſi epiſcopus excommunicatus eſſet negligens in petenda abſolutione, quia tunc etiam illi ſex menſes incipiunt currere a tempore negligentiæ.

TITVLVS VIII.

De ſupplenda negligentia prælatorum.

¶ Innocentius VI.

¶ *Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati ad metropolitanum non deuoluitur. Ioan.And.*

CAP. I.

Romana f † eeclefia: g & infra. Edictum vero per Remenſem prouinciam pu-

† Huc ſpectant tradita per Ioan. And.in c.nouit. & p Fely.in ca. paſtoralis. ext. de off. dele.

[Prima glo.ponit caſum litteralem, & ſummarium.]

f ¶ Romana.] CASVS.2 Dum archiepiſcopus Remenſis viſitaret prouinciam Remenſem & non debito modo fuiſſet a ſuffraganeis receptus, excommunicauit eos, & fecit proponi edictum per totum prouinciam Remenſem, quòd omnes ſubditi ipſorum ſuffraganeorũ adirẽt ipſum pro ſuis cauſis dirimendis: Papa Innocentius reuocat hoc edictum 3 & dicit quòd licet ipſi ſuffraganei pro ſuis culpis excommunicati ſint, non tamen ad ipsũ archiepiſcopum iuriſdictio ipſorum deuoluitur: cum id cautum non reperiatur in iure, licet alias pro culpis ipſos poſſit debita pœna punire. In ſumma hoc dicit: Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati ad metropolitanũ non deuoluitur.

2 Hic caſus Io. And. eſt, & in ant. codicibus reperitur.

3 Si reuocauit ad petitionẽ ſuffraganeorũ, qui excõ. erant. hoc fecit ex plenitudine poteſtatis ſecundũ Boat. vel non fuit exceptũ, vel fuerant abſoluti: vel forte erant in hoc rei conuenti, quia nõ parebant edict. Io. An.

g ¶ Romana Eccleſia.] multas decret. eiuſdem nominis & auctoris, de eadem cauſa quæ erat inter Remenſem archiepiſcopum & ſuffraganeos ſuos, habebis in proceſſu huius libri.

ADDITIO. Nouem ſunt præter iſtam. & Hoſtiẽ. & Ioan. Mona. hic illas enumerant. de offic. vic. & de offi. ordi. de fo.compe. de teſtib. de app. de cenſi. de pœnis, de peniten. & remiſſ. de ſenten. excommun. Romana. Ioan. Andr.

a ¶ Publi-

a ¶ Publicatum.] ex parte archiepiscopi Remensis.
b ¶ Subditis.] in quos archiepiscopus iurisdictionem non habet: nisi in certis casibus expressis a iure. & not. sup. de offi. ordi. pastoralis. Et ideo edictum istud reuocari debuit. cum vergeret in præiudicium suffraganeorũ, & aliorum inferiorũ iurisdictionem habẽtium: & suum ius absorberet: quod esse non debet: cum non nisi per appellationẽ ad ipsum quæstiones tales deferantur: nec ipse plus iuris sibi potest vendicare, quam ei per canones sit cõcessum. de off. ordi. c. c. duo simul. 9. qu. 3. conquestus & qu. 2. ca. 2. & 10. qu. 3. quia cognouimus. & 18. q. q. 2. cap. 1.

blicatum a vt a subditis b epõrum ipsius prouinciæ, ꝑ audiendis & terminãdis eorũ causis c libere ad Remensem curiã accedatur, penitus reuocamus; Quia etiã si tenerentur d ijdem epĩ pro suis e culpis f vinculo excõicationis astricti: non tñ ex culpis † ipsis (cũ id nõ inueniatur a iure cõcessum g) ad Remensem archiepm̃ iurisdictio deuolueretur eorum: Sed alia

† No. quòd quis põt plures puniri ex eadẽ culpa, qñ persistit in eius cõtumacia, ad hoc, ut li. te. non cõte. quoniam in fi. Dom.

ADDITIO. Casus in quibus archiepiscopus iurisdictionem habet in subditos suffraganeorum, vide hic per Host. & Io. Mon. qui etiam ponunt hic versus, quos ipse Hostiẽ. ponit & exponit in summa, de offi. urd. §. quid pertinet quos quia ibi habes, hic decido prosecutionem ipsorum. Versus autem sunt hi,

Officium varium, forus, appellatio, crimẽ:
Peccans, non parens, res, consultatio, deses:
Præsul, canonici tumidi, sententia nequam:
Visitat, indulget custos, quia Papa dat usus.
Permutat socÿs suspectus; cumq; remittit;
Casibus his primas subiectos præsulis arcet.

c ¶ Causis.] quas inter se habent ipsi subditi: non intelligas de causis, quas haberent subditi: contra suffraganeos ipsos: quia tunc licitum esset edictnm. 11. q. 1. peruenit, & c. si quis cum clerico. & c. si clericus. cum sim.
d ¶ Tenerentur.] hoc dicit quia forte non constabat an iuste fuissent excommunicati.
e ¶ Pro suis.] pro alienis enim non debent excommunicari. vt 24. q. si habes.

[Gl. seq. signat, & soluit duo contraria.]

f ¶ Culpis.] Nota quòd licet ex sua culpa excõicatus sit episcopus, ita quòd iurisdictionem exercere non possit; non tamen propter hoc ad metropolitanum suũ transfertur iurisdictio supr. de conces. præben. quia diuersitatem, sed propter negligentiam bene transfertur iurisdictio 1 & præbendarum donatio de episcopo ad archiediscopum: vt ibi, & supra eodem titulo per totum. Nota ergo quod licet in negligẽtia epislopi archiepiscopus suppleat vicem eius: non tamen in delicto: & concordat optime supra eod. lib. de elect. quamquam. Sed contra inf. de temp. ordĩ. c. 2. vbi vicini episcopi supplent potestatem, quam perdidit episcopus propter delictum suum, & illud speciale propter fauorem ordinum suscipiendorum; in quorum dilatione posset esse periculum, & procedit ex concessione expressa ipsius decret. Item contra infr. de off. dcle. si is cui. ubi propter delegati excommunicationem, de subdelegato appellatur ad primum delegantem, Solutio: non sic dependet iurisdictio episcoporum ab archiepiscopo, sicut delegatorum Papæ ab ipso Papa, ad hoc supra de re iud. duob. & in appellatione, quæ habet fieri infra certum tempus, & prosequi etiam immineret periculum, si primus delegans nõ suppleret: & ideo aliud ibi.

1 Idem Phil. 9. q. 3. c. cum scimus. Fon.

Iurisdictio epĩ nõ ita dependet ab archiepõ, sicut delegatorũ Papæ ab ipso Papa.

g ¶ Concessum.] sim. infr. de sent. excom. is qui. Et not. intelligi prohibitum quod non est concessum. de temp. or. dilectus. de transla. inter. in antiq. vbi de hoc. Et facit ad ea quæ notantur de dispens. tunc episcoporũ, sup. de iud. at si clerici. & 50. dist. in snmma, & c. minor.
h ¶ Pœna.] secundum qualitatem delicti, vel causæ. supra de offi. deleg. sanc. 1.

forte pro illis pœna h ipsis canonica posset infligi.

¶ Idem Baronib. & Comitibus Regni Portugalliæ.

¶ Si ille, qui præest, est negligens, & remissus dẽt superior illi dare idoneum coadiutorem, h. d. Io. And.

CAP. II.

GRandi i non immerito: & infra.
¶ Mandamus, quatenus dilectum filium nobilem virum Comitem Bolon. præ-

GRandi.] De hac decre. facit additionem Gulielm. in spe. de feu. §. 2. in fi. Et primo ponit mandatum: Secundo dat ipsiꝰ executores: ibi, Alioquin. Tertio protestãtur: ibi, Per hoc. Et prima pars continet quatuor: nam præmissa coadiutoris commendatione, & ad quid detur: & sublatis obstantibus, mãdat illum prius recipi: Secundo sibi pareri: Tertio sibi suffragari. Quarto de redditibus illi responderi. Ioan. And.

¶ Nota primo principalem effectum huius cap. uidelicet, quod si ille qui præest alicui communitati, sit negligens & remissus, potest suus superior sibi dare coadiutorem, qui in iure uocatur curator. Nota ulterius conditiones requisitas in coadiutore, & in illo qui præest alicui cõmunitati: quia debet esset deuotus erga Deum, circumspectus, plenus oculis, & bonus mundanus. Nota insuper quod officium coadiutoris expirat per mortem illius, cui datus est coadiutor; Caueas tamen ne te fallat glossa finalis, quæ dicit. quod si iste, cui datus est coadiutor, non habeat filios: quod ipse coadiutor ei succedet in regnum: Si autem habeat filios, illi filij succedunt. Ex qua glossa voluerunt quidam dicere, quod quando datur coadiutor alicui prælato in casibus in quibus est dandus sibi coadiutor, quod prælato mortuo succedit coadiutor in prælatura: Vt si Episcopus Pictaueñ. esset affectus infirmitate lepræ uel alio morbo, & daretur sibi coadiutor: mortuo episcopo Pictaueñ. coadiutor succederet in episcopatu: sed istud est falsum: quia officium coadiutoris expirat per mortem illius qui est datus coadiutor: sed glossa ista debet intelligi, quod adiutor istius regis sibi successisset in regnum si rex ipse nullos habuisset filios: quia iste comes de quo in textu datus coadiutor, erat proximior ipsi regi & ei successisset, si rex non habuisset filios etiam si non fuisset datus coadiutor ipsi regi.

[Prima gloss. ponit casum literalem, & summarium.]

i ¶ Grandi.] CASVS. 2 Rex Portugalliæ negligens erat & remissus circa regnum & subditos eius: prodigus & dissipator erat, permittebat ecclesias, monasteria, & pia loca regni sui, & ipsas personas ecclesiasticas aggrauari: uiduas etiam & pupillos, & orphanos, & ceteros in regno suo degentes grauabat, uel grauari sinebat; quare Papa supradicto regi & regno, & omnibus ibi degentibus prouidere volens, dedit ipsi regi in coadiutorem nobilem virum Comitem Bolon. fratrem prædicti regis, deuotum, circumspectum, magnanimum & potentem; & per quem sperat futuram reformationem ipsius regni: Mandat ergo Baronibus & Comitibus ipsius Regni Portugalliæ, quatenus dicto Comiti & coadiutori, cum ad eos accesserit non obstantibus aliquibus fidelitatibus, homagijs, seu pactis uel iuramentis: si in aliquibus his sunt regi astricti, debitum honorem exhibeant, & eum cum omnibus suis recipiant in ciuitatibns, & munitionibus villis, castris, & singulis locis ipsius regni: et eius mãdatis

† Hic casus Io. An. est, et in anti. codicib. reperit.

obe-

fati [a] regis [b] Portugalliæ fratrem, [c] de deuotione, [d] probitate, ac circumspectione [e] multipliciter cõmendatum, [f] qui eidem regi (si absque legitimo [g] decederet filio) iure [h] regni succederet: quique [i] examinatæ dilectionis [k] affectu, quo vos, & prædictum regnum prosequitur (magnanimitate, ac potentia [l] sibi plurimum suffragantibus) regnum ipsum maturius reformaturus firma credulitate speratur, præsertim cum ad curam, & administrationem generalem, & liberam [m] regni eiusdem, tam † pro sæpedicti regis, quam ipsius regni vtilitate (si prouide attendatur) ac ad defendendum [n] Ecclesiarum, monasteriorum, [o] aliorumque piorum locorum regni præfati, & personarum ecclesiasticarum, tam religiosarum, quam secularium, nec non viduarum, [p] orphanorum, & ceterorum ibidem degentium, ac deperditorum [q] inibi recuperationem salubriter, vt in Domino confidimus,

† al. ita, non min⁹ pro sæpe dicti regis, quā &c. aliàs ita; tam pro spe dicti regis, quā &c.

obediant: & sibi auxilium ꝯ quoslibet violentos & repugnantes impendant: De reditibus & iuribus oĩbus ipsius regni sibi integre rñdendo: ut dicto regi ſm qđ decet excellentiam suam, & sibi & suis de prædictis, & necessitatibus regni prouidere valeat: Vult tñ quod personam ipsius regis, vel sui legitimi filiũ (si quem illum habere contingeret, debeat fideliter conseruare. Notificat autem eis, quod si ipsi prædicta non fecerint: ipse mandauit duobus iudicibus, quod eos ad id ecclesiastica censura appellatione cessanti, compellant. Protestatur in fine, quod per hoc non intendit regi p̃fato, vel suo legitimo filio (si quem habuerit) prædictũ adimere regnũ, sed solum per prouidentiam ipsius Comitis consulere ipsi regi, regno, & subditis, hoc dicit in summa hæc decretalis: Si ille, qui præest, est negligens, & remissus: debet superior illi dare idoneum coadiutorē.

a ¶ Præfati.] in decisione, sub illo infra.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Verisimiliter.] Nota inspiciendum quod est verisimile, concordat sup. tit. 2. c. vlt. & habet hoc locum etiã vbi est generalitas, vt hic, & ubi est obscuritas, vt inf. de reg. iur. inspicimus.

c ¶ Concessurus.] ad idem infra de pœn. & remis. si episcopus, & infra de reg. iur. in generali. cum suis concord. & idem in obligatione. C. quæ res pign. ob. poss. leg. 1.

[Gl. seq. ponit tres casus contra regulam.]

d ¶ Nec regulariter.] secunda ratio huius dicti, & ideo dicit regulariter: quia casualiter secus, vt si iusta ratione motus donauerit vtputa magistro, vel si donare ei permissum sit: vel ratione personæ ipsius, cui concessa est administratio, ut si sit filius senatoris, ff. de admini. tuto. cum plures. §. cum tutor ff. de tut. & ra. dist. l. 1. §. 1. & ff. de don. l. filiusfam. 1. j. respons. 2. & 3. de hoc no. ff. de pact. contra iuris, in fi.

ide Bart. filius. al in gl. in ĩ. liberã. andi. de plen. ge. co. li.

e ¶ Libera.] in conferendis beneficijs est liberalitas in cui dando: sed non in dando, secundum ea quæ no. sup. de præben. relatum. & cap. inter cetera.

[Hlo. seq. opponit de duobus capitulis. quib. rñdet.]

f ¶ Non possunt.] in contrarium videbatur per decre. sup. de instit. ex frequentibus, & supra de præbē. dilecto. sed illa iura nō obstant: quia in decre. ex frequentib. non dicitur, quòd officiales possint cōferre: sed quòd possint confirmare; & hæc sunt diuersa, vt patet in cap. sede vacante. quod bene confirmat ab episcopo confirmandos. supra de maio. & obe. cum olim infr. de insti. ca. 2. & tamen non confert beneficia ad solius episcopi collationem spectantia, supra ne se. vacan. illa. & infra eodem tit. c. unico. ad idem infr. de præben. cum in illis. Decret. dilecto. non dicit, quòd approbatio ibi facta per generalem procuratorem valuerit.

g ¶ Commissa.] nota pro his quæ no. Ioan. Ber. & Hostien. supra de concess. præben. constitutus. dixerunt enim quod episcopus non potest specialiter conferre collationem alicuius præbendæ, quæ nondum [2] vacat: quia id posset fieri in fraudem uacaturarum: quia cum non posset mihi promittere primam uacaturam, daret fratri, vel amico meo potestatem conferendi primam, & hoc esse non potest, & sic intelligitur decret. prædicta constitutus. in fi. Sed generaliter committere collationem beneficiorum ad se spectantium bene potest, ut hic & 16. quæstio. 1. statuimus (scilicet ei quem facit uicarium, super quo uide quod not. infr. titu. 2. c. penul. in fine antepenul gloss. & inf. de præben. statutum in gl. fin.) Et perpetuo etiam posset hoc ius committit alicui dignitati: vel in genere, vt supra de institu. cum uenissent. uel in specie, ut supra de dona. pastoralis. 16. quæst. 2. visis.

ADDITIO. Tene quod scripsi de censi. cum uenerabilis in antiq. super fin. 2. glo. uersi. tamen hoc puto. Ioan. And.

† In quodã manuscr. ita. Inn. IV. Concil. Lugdu.

2 Vide Concil. Tri. sess. 24. de refor. c. 19.

TITVLVS. XIV.

De officio & potestate iudicis delegati.

¶ Innocentius. IV.

¶ Conseruator a manifestis defendit iniurijs, & inditialem indaginem nō exercet.

CAP. I.



TATVI-

DE OFFICIO ET POTESTATE iudicis delegati.

¶ Superiori titu. dictum fuit de officio uicarij; uerum quia iudex delegatus gerit uices iudicis delegantis, & quodammodo dicitur eius uicarius quantum ad causam sibi commissam, ideo post rubricam præcedentem ponitur hæc rubrica, de officio, & potestate iudicis delegait.



TATVIMVS.] sunt duæ partes. In prima promissio. In secunda ibi, Nec ad alia prohibitio. Ioan. And.

CASVS. Romanus Pontifex aliquos religiosos uel alios exemit a potestate iudicir ordinarij & eos recepit in suam tutelam, & custodiam, dando eis conseruatores: Quæritur de potestate iliorum conseruatorum? Rñdetur, quod potestas eorū in hoc consistit, ut illos quibus sunt deputati, defendāt a manifestis iniurijs. Sed quid si iniuria non sit manifesta: sed requirit plenam causæ cognitionem: vtrum conseruator possit se impedire? Rñdet ꝙ non: sed pro hoc est recurrendum ad ordinarium. Et ista uera sunt, nisi in priuilegijs istorum religiosorum, uel aliorū quibus dati sunt cōseruatores, aliud diceretur, uidelicet, ut

possent

possent cognoscere de iniurijs & alijs causis etiam si requirerent iudicialem indaginem, & communiter in priuilegijs apponitur illa clausula. Not. primo, quòd officium conseruatorum est defendere illos, qui eis cōmittuntur a manifestis iniurijs, & violentijs. Nota insuper, quod cōseruatores simpliciter deputati non possunt se impedire de his, quæ sunt occulta, & dubia. Sed quid si offensa manifesta negetur, vtrū conseruator possit cognoscere an sit manifesta? Respōdet glossa, ꝙ sic: alias quilibet posset impedire iurisdictionem ipsorum conseruatorum, quia quilibet conuentus semper negaret iniuriam manifestam: Vnde quando dubitatur de iurisdictione alicuius iudicis, ad eum iudicem spectat cognoscere an cognitio ad eum spectet, vel non, l. si quis, ff. si quis in ius voc. non ierit.

† Vide Petr. de Anch. consi. 87. inci. omisso primo dubio & & cons. 132. inci. in primo dubio & Ias. cons. 145 incip. circa dn̄o vol. 4.

† Not. quòd potestas data alterū defendendi, necessario non includit cōcessionem potestatis defendendi, cū indagine iudiciali. Do.

mus,[a] † vt cōseruatores,[b] quos plerumque concedimus, a manifestis iniurijs, & violentijs defendere[c] possint quos eis committimus defendendos; Nec ad alia, quę iudicialē † indaginem[d] exigunt, suā possint extendere potestatē.

¶ Alexander IV.

[Prima gloss. summat.]

a ¶ Statuimus.] conseruator a manifestis defendit iniurijs, & iudicialem indaginem non exercet.

[Gl. seq. recitetur per sex quæstiones.]

b ¶ Conseruatores.] quia materia cōseruatorum in tit. isto hic & inf. c. proxi. & c. vlt. posita est. nota conseruatores delegatos esse 1 & vt dicebat Ber. de istis conseruatoribus per iura antiqua parū, vel nihil habebamus: Possunt tamen dici conseruatores epi, qui habent conseruare & defendere viduas, pupillos, & orphanos, & alias personas miserabiles 2 ab oppressionibus, & iniurijs de fo. compe. ex parte B. & ca. ex tenore. in anti 87. dist. c. 1. & 2. 23. q. 5. administratores sup. de censi. licet, sup. eo. c. significantibus. Scire debes (secundū Inno. & Host.) quod isti conseruatores interdum dantur, vt aliquos defendant contra latrones vel prædones, interdum contra eos qui eorum priuilegia infringunt: interdum latius, vt defendāt ab iniurijs & offensis, & in nullo dictorum casuum habent iudicialem indaginem, vt hic, & inf. eo. c. vlti. De manifestis ergo solummodo habent cognoscere. Et intellige manifesta illa, quæ notoria sunt, & ita patentia, quod nulla probabili tergiuersatione celari possunt, vt de verb. sign. ex parte, in anti. de cohab. cle. & mu. c. ulti. Sed quid si negetur offensa notoria? negatione videtur fieri res dubia. C. qui. ad li. procla. non li. l. 3. Dic quod bene probationes recipiet conseruator an factum sit notorium, vt sic uideat an sit sua iurisdictio. 3. ff. de iud. si quis ex aliena sup. de rescr. super litteris, alias enim istorum officium esset inutile & si inueniet factum notorium, procedet: alias desistet, non enim habet potestatem simpliciter defendendi iniuriam: sed qualificatam, notoriam, scilicet habet ergo conseruator reuocare reum: & si confiteatur factū, bene quidem; si neget, super notorio probationes recipiat: si autem confiteatur factum, sed dicit se id suo iure fecisse: dicunt quidam, quod ulterius se intromittere non debet. Alij contra dicentes quod probationes recipit super notoria offensa. 4 Ad hoc supra de elect. bonæ. alias facilè esset conseruatorum officium deludere: vnde si uideatur conseruatori probabilis negatio, non procedat; aliàs puniat sicut notorium. Dicebat autem olim Ber. quod sicut delegatus recusari poterat, sic & conseruator: postea mutauit dicens, quod quia in notorijs non admittitur recusatio, uel appellatio, conseruator autem non cognoscit nisi de notorijs: ergo recusari non poterit, sup. de appel. proposuit. & c. cum sit. Dixit etiam talem conseruatorem inuocare posse auxilium brachij secularis sup. de offi. ord. c. i. & ca. quoniam. 13. q. 5. administratores.

1 Item Ioan. And. & Petr. de Anch. q̄ a eorū officiū expirat quo ad nō cępta.

2 Quæ dicantur personæ miserabiles tradunt doc. in c. 1. de postu. præla. & in c. super q̄busdam. de verb. sign. & Bart. in l. cū aliæ. ff. de leg.

3 Idem Petr. de Anch. Fō.

4 Idem Pet. de Anc. Fō.

ADDITIO. A tempore Inn. hoc tenentis, & hoc placet Host. & Archid. & ex eadem ratione dicebat. Innoc. quod procedere poterit parte per contumaciam absente: remittit ad notata de cohabita. cleri. & mulier. vestra. Ioan. And.

¶ In coactionibus, & pœnis Pontificali dignitati defertur.

CAP. II.

QVia Pontificali[e] dignitate prędlitis[f] ob reuerentiam sacri officij,[g] quod exercent, plurimū deferri cōuenit, & eos plꝰ alijs honorari decet:[h]

[Glos. seq. declarat an iniuria commissa & cōmittenda, &c.]

c ¶ Defendere.] hoc intelligi potest de cōmissa, & committenda: pone enim paratos ad exercitium, & violentiam inferendam illis, quorum conseruator est: Prohibere poterit, excōmunicare, & punire de senten. excom. sacro. & inf. eo. tit. Romana. §. caueatur. In commissa defendent per districtionem ecclesiastieam, compellendo iniuriatores, ut satisfaciant læso, & etiam sæculare brachium inuocando, vt superius dixi.

Conseruato[r] p̄t defender[e] non tantu[m] ab iniuria cōmissa, se[d] etiam a co[m]mittenda.

d ¶ Indaginem.] id est, causæ cognitionem, seu ipsius examinationem: quia dubia sunt; & si de talibus se intromittant, pœnam incurrunt de qua inf. eo. c. ult. §. ut aūt, nec ualet qđ agitur, vt ea. decr. §. ult. q̄ est gl. istius.

QVIA Pontificali.] Præmissa causa ponit constitutionē in genere, quā secundo specificat, ibi, Quod. tertio excipit: ibi, Nisi. Ioan. And.

¶ Istud c. emanauit ad declarationem ca. sane, & ca. pastoralis. eo. tit. in anti. ubi dicitur, quod iudex delegatus potest rebelles cōprimere, & coercere episcopos, si non obediant in eis quæ spectant ad suam iurisdictionem, tamen deferre debet dignitati episcopali, & mitigare illas pœnas. istud c. ponit quo ordine debet mitigare illas pœnas.

CASVS. Delegatus Papæ causam subdelegauit epo Pictauien. Episcopus non vult acceptare: Certū est quod delegatus potest eum punire: sed tamen debet mitigare pœnam. Sed quæritur quam mitigationem debet ipse delegatus seruare? Rn̄det ꝙ non debet ab initio episcopū excōicare: sed debet ei primo interdicere ingressum ecclesiæ, postea si illam pœnam contemnat, debet eum suspendere ab officio sacerdotali: postea procedere ad pœnas grauiores: tamen si delegatus primo processerit ad excommunicationem, tenet excommunicatio, licet non bene faciat: quia iste tex. loquitur de honestate: verumtamen posset esse tanta contumacia, quòd delegatus inciperet ab excommunicatione. Heli. Reg. Nota primo argu. quòd illa quæ exercet episcopus ratione dignitatis episcopalis, dicuntur competere ex officio, & non ex ordine, & sic non uidetur episcopatus ordo: de quo per gl. & ibi dixi sup. in proœmio huius libri. Nota secundo, quòd appellatione iudicis non comprehenduntur conseruatores; quod nota pro iuribus loquentibus de iudicibus. Dominicus.

[Prima gl. summat, & dicit quid exemplificat.]

e ¶ Quia Pontificali.] in coactionibus & pœnis pontificali dignitati defertur. Exemplificat quod habetur supra eo. sane. 2. & c. pastoralis. in prin.

ADDITIO. Guli. hanc decretalem allegabat sub titu. de priuil. in Spec. de sent. prolat. §. vt autem. vers. quandoque. Ioan. And.

f ¶ Præditis.] id est, præ alijs dotatis.

ADDITIO. Arch. exponit id est, sublimatis & ornatis. Ioan. And.

g ¶ Officij.] concor. infr. de sent. excom. quia periculosum. & 11. q. 3. absit.

h ¶ Decet.] inspicimus quid deceat, sic supr. eod. li. de elec. cum non deceat. cum suis concor.

ADDITIO. Et decentia proprie respicit honestatē, sup. de uot. magnæ. Ioan. And.

a ¶ Iudi-

vt cum a iudicibus, [a] vel conseruatoribus a sede Apostolica deputatis cōtra eos, ad coactiones aliquas siue pœnas fuerit procedendum, gradus & modestia in huiusmodi processu seruetur: Ita quod (eis quadam condigna reuerentia supportatis) ingressus [b] primo ipsis ecclesiæ, uel sacerdotale [c] interdicatur ministerium: ac deinde ab officio suspēdātur, & subsequenter aggrauetur censura ecclesiastica contra eos. Nisi forte aliter [d] fieri suaserit nimia contumaciæ proteruitas, siue culpa.

¶Bonifacius VIII.

¶ *Delegato procedēte cum duobus subdelegatis non in totum; ad Papam non ad condelegatos appellare debet, hoc dicit. Io. And.*

CAP. III.

SI [e] duo ex tribus [f] a sede Apostolica [g] delegatis, duobus [h] alijs non in totum [i] subdelegauerint vices suas, ipsique †

a ¶Iudicib.] potest referri ad hoc quod ĩ. sequitur, deputatis, uel puncta hic, & in iudicib. quibuscunque. Io. And. Idem Archid.

b ¶Ingressus.] & si durante tali interdicto in ecclesia solemniter celebrat, irregularis efficitur. ĩ. de sentē. excom. is cui. r

r Et si moritur, non est in cœmiterio sepeliendus. Archid.

ADDITIO. Et ibi dicam quod hic dicit Arch.

[Gl seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

c ¶Sacerdotale.] sine quo Pontificale officium exerceri nō pōt sup. de exces. pla. ex literis. [Scias ꝙ suspensus a Pontificalibus tm̄, in illis celebrando non fit irregularis, ſm Guil. in Specu. de leg. §. iusta. vers. quid si quis eps. Sed vr̄ ꝙ ab ipso principio isti arctius q̄ reliqui puniri deberēt 5. q. vlt. c. quia iuxta. §. presbyteri. quæ est lex. C. de episc. & cle. l. patri. ubi dicitur, quòd multo maiori pœna sunt digni, quibus cum plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, occulto reperiantur in crimine: lex ista loquitur de illo, qui deliquit in eo, in quo honorabatur .s. in sacerdote, qui in testimonio dicendo honoratur, ut non torqueatur, & ideo uerum tacuit, uel falsum dixit. Vel dic, ꝙ minor pœna maior est in maiore, secundum ea, quæ not. de cle. vena. cap. I.

d ¶Aliter.] vt. s. non supportetur tanta modestia, vt qa iniurias, uel cōtumeliosa uerba profert in iudicem sup. de pœ. dilectus. Quid si iudex non seruata forma huius decre. statim excommunicet, uel suspendat episcopum uel superiorem, tenet ne sententia? Dic, ꝙ sic: licet reprehendendus sit iudex, ꝙ hanc modestiam non seruauit. 11. q. 3. c. I. sup. de sent. excom. sacro.

ADDITIO. Vide quod dixi in decre. sane. super verbo, interdicat. Io. Andr.

SI duo ex tribus.] non diuiditur. Præmitte ꝙ si delegatus Papæ subdelegat non in totū, facit gradū, ita ꝙ de eius subdelegato ad ipsum subdelegantē debeat appellari, ut ĩ. eod. si delegatus. & sup. eod. super q̄onum. Sed istud fallit in casu huius decr. Dominicus.

¶Secundum dominum Heliam hoc c. sic summatur: Si appellatum fuerit ab uno trium delegatorum, non appellatur ad duos delegatos, sed ad Papam. h. d.

CASVS. Papa commisit causam tribus iudicibus delegatis, uidelicet decano, archidiacono & archipresbytero: duo fuerunt impediti, unde ipsi uices suas subdelegauerunt, qui subdelegati processerunt cū tertio delegato in tantū, ꝙ deuentum fuit usque ad sn̄iam quam ꝯ te tulerunt, uis ab illa sn̄ia appellare, utrum possis appellare ad delegatos? Vr̄ ꝙ sic, quia appellare, vis a subdelegato, ergo est appellandum ad delegatos, si in totū uices suas non commiserunt, sed aliquid sibi retinuerunt? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ licet delegati subdelegauerint uices suas, & non in totum, eo tamen ꝙ illi subdelegati non processerunt soli, sed cum tertio delegato, qui est par illis delegatis, ideo non potest appellari ad delegatos. Nam non appellatur a pari ad parem, & ideo a subdelegatis est appellandum ad Papam, ac si oēs delegati simul de causa cognouissent, & sic si delegati in totū subdelegassent causam, non appellaretur ad delegatos. l. unica; C. qui ꝓ sua iurisd. iud. da. vel nō da. poss. ſm literam, quæ habet, ad nos iure iudicia remeabunt. quæ est cōis litera, licet aliqui habeant in litera: ad eos & tunc ille tex. intelligitur qn̄ delegati subdelegauerūt in parte, & nō in toto Nota. Primo ex hoc c. ꝙ delegatus Papæ pōt subdelegare. l. a iudice. C. de iud. c. pastoralis. alleg. s̄. e. l. & qa. ff. de iurisd. om. iud. Nota vlterius, ꝙ delegatus Papæ subdelegando pōt retinere aliquid de iurisdictione, ita ꝙ nō desinit oīno esse iudex rōne cuius est appellandū ad ipsum delegatū, & iste est unus casus ĩ quo non pōt appellari ad Papam omisso medio: & illud procedit siue delegatus reseruauit sibi sn̄iam siue tm̄ executionem. Nota insuper principalē effectum huius cap. ꝙ si aliqui delegati subdelegent, qui subdelegati procedūt cū uno ex principalibus delegatis, appellandum est non ad subdelegantes, sed ad Papam, propter mixturam paris respectu illorum subdelegatorum. Et ex hoc infertur aliud notabile, quod vbi duo permiscentur quorum vnū sit potētius altero, potentius attrahit ad se naturam minus potentis, etiam si minus potens in numero excedat potentius. Ad hoc sup. de consec. eccl. vel alt. aqua. Dom.

† Nota ꝙ plures diuersam iurisdictionē habētes, in una causa iudicāt & tūc ad appellationem interponendā inspicitur dignior iurisdictio l. ꝓcipimus ad fi. C. de appell. ubi autē discordant in sn̄ia stat numero c. fi. s̄. de re iu. l. fi. C. de can. largi. lib. 10. An cha. Fon.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

e ¶Si duo.] edita est hæc decretalis ad declarationem eorum, quæ notant Ber. Inno. & Host. sup. eo. super quæstionum §. si vero. ad finem.

ADDITIO. Hanc decr. prolixe glossauit Archid. de glossa decre. super quæstionū. & de expeditis, infra eo. si delegatus. quæ postea cancellauit Io. And. & Guli. in Spec. de appe. §. nunc tractemus. uersi. quid si tres. Ioan. And.

f ¶Ex tribus.] idem de uno, & multo fortius, quia maior dubitatio est quando duo ex tribus subdelegant, quam quando unus tantum, videbatur enim inspici debere maiorem numerum, quia ergo duo erant subdelegati, & tertius delegatus, quia maior pars huius iurisdictionis subdelegata erat, non videbatur appellādum ad primum delegantem, sed secus est, ut hic uides, cum enim in hoc casu diuersis respectibus emergant aduersa, eligere debemus, quod minus in se habet captionis. ff. de reg. iur. quotiens. captiosum enim esset si de pari ad parem appellaretur. ad primum ergo appellari delegantem debebit.

ADDITIO. Dicit Ioan. Monachus, quod cum hoc casu simus extra. §. porro. cap. cum plures infra eo. qui est exceptio à regula illa 2. quæst. 6. ad Romanam tenenda est regula hoc casu expresse non vitiata. Ioan. Andr.

g ¶A sede Apostolica.] ideo dictum, quia delegatus ab alio nō delegat, sup. eo. pastoralis & c. ult. C. de iud. a iudice.

h ¶Duobus alijs.] idem si subdelegarent illi collegæ: sed de hoc uidebatur dictū sup. eod. super eo. §. si uero, secundum unam lecturam, quæ ibi amplectenda est, qa si ibi quæreretur de eo qui totum subdelegauerat, non erat quæstio, quia per præcedentia decisa erat.

i ¶Non in totum.] bene dicit, quia si in totum subdelegassent, non esset quæstio, quia tunc semper appellatur ad primum delegantem. sup. eo. super quæstionum. §. porro.

a ¶Cum

a ¶Cum delegato.] nota quia si in rescripto esset clausula, quod si non omnes, & duo committerent, tertius se excusaret, nec committeret in hoc casu ab illis duobus subdelegatis, ad delegatos subdelegantes appellaretur, & non ad primum delegantem, cessat enim ratio, & 1 hoc vr voluisse hæc litera.

1 In antiqs libris ita, & hoc voluit hæc litera.

b ¶Ab ipsis.] delegato & subdelegatis.

c ¶Condelegatos.] quia appellatio est de minori ad maiorem prouocatio, &c. hic autem partim appellaretur de pari ad parem, quod esse non potest, adde quod dixi supra eod. libro de consue.c.2.

SI contra.] Sūt tria dicta quæ patent. Secundum, ibi, Cum autem. Tertium, ibi, Idē est. Dominicus.

¶Istud cap. emanauit ad limitationem iurium dicentium, ꝙ cū iudex recusatur, ut suspectus, sunt eligendi arbitri, fallit in tribus casibus hic enumeratis.

subdelegati cum delegato [a] tertio in causa processerint delegata: si appellatur ab ipsis, [b] non ad condelegatos, [c] sed ad primū delegantem tantummodo appellari debebit.

¶Idem.

¶Tres casus ponit, in quibus suspicionis causa coram arbitris non tractatur vnus ex delegatis datis cum clausula: quod si non omnes; Secundus cum recusatur delegatus Episcopi; Tertius, cum recusatur officialis. Io. Andr.

CAP. IIII.

SI contra [d] vnum ex duobus [e] iudicibus cum illa clausula: quod si ambo interesse non possunt, [f] alter eorum in causa [g] procedat: a sede Apostolica [h] delegatis, suspicionis causa legitima [i] proponatur; causa ipsa suspicionis coram nō recusato coniudice (ad quem ex vi prædictæ clausulæ debet ipsius causæ cognitio pertinere) probari, [k] & ab eo expediri debebit.

CASVS. In causa, quam eram tecum habiturus, impetraui a sede Apostolica duos delegatos, uidelicet decanum & archidiaconum ecclesiæ Pictauien. cum clausula, ꝙ si ambo interesse non poteritis, alter vestrum negotium exequatur, accidit ꝙ coram istis delegatis feci te citari & obtuli libellum, cui petij per te responderi; Tu comparens proposuisti, ꝙ habebas vnum iudicem tibi suspectum, quia erat consanguineus meus, uel cum consultus fuerat causam & opinionem suam dixerat, illa causa est probabilis, quæritur coram quo iudice debeas illam causam suspicionis probare, & utrum sint eligendi arbitri. Respondet ꝙ non, sed illam causam suspicionis debebis probare coram suo coniudice. Et hoc uerum quando illi duo delegati sunt dati cum clausula, quòd si ambo: Si autem essent simpliciter dati, tunc assumendi essent arbitri secundum iura antiqua, quia si non potest condelegatus cognoscere in principali, nec in accessorio. Sed quid si quis vellet recusare officialem episcopi, uel delegatum episcopi, utrum sint eligendi arbitri? Certe nō, sed ex causa suspicionis probanda coram episcopo, qui officialem delegauit. Nota primo, ꝙ cū causa est delegata duobus simpliciter, neuter eorum sine altero potest procedere, etiam in causis emergentibus siue incidentibus, sicut nec possunt procedere in principali, unde recusatio est causa emergēs, & tamen alter sine altero non potest cognoscere, quando sunt dati simpliciter. Si autem dati fuerint cum clausula, quod si non omnes, tunc tota iurisdictio apud alium remanet, non solum quoad principale, sed quo ad emergentia & incidentia. Nota ulterius ex hoc c. casus in quibus non recurritur ad arbitros pro causa suspicionis probanda, uidelicet cum recusatur alter delegatorum, vel officialis episcopi, uel eius delegatus, & sic officialis non est delegatus episcopi, sed habet iurisdictionem ordinariam. Not. finaliter, ꝙ causa recusationis debet exprimi coram iudice qui recusatur, probatio autem coram ipso fieri non debet. ad hoc sup. de appel. cum speciali. Dominicus.

[Prima glossa ponit summam, & quid prima pars declaret.

d ¶Si contra.] Tres casus ponit, in quibus suspicionis causa coram arbitris nō tractetur. Primus cū recusatur unus ex delegatis datis cum clausula, quod si non omnes. Secundus cum recusatur delegatus episcopi. Tertius cum recusatur officialis. Et reprobat prima pars, quod not. Innocen. sup. eod. cum super. & approbat quod ibi not. Hostiensis & Abbas. Et probatur olim per decisam ipsius decretalis & ipse Hostiensis. sup. eo. super quæstionum. §. qui uero & ꝟ. de appel. legitima, & Guil. in Spec. de recu. §. vlt. uer. quid si unus.

e ¶Ex duobus.] idē si ex pluribus, cum eadem sit ratio.

f ¶Non possunt.] est ergo necesse, ꝙ de eius impotentia pateat antequā collega procedat. s. eo. in ant. prudentiam. secus cum scribitur, vt ꝟ. eo. cum plures 1. responso.

[Glo. sequens obijcit, & soluit.]

g ¶In causa.] principali, unde non uidebatur ꝙ de impedimēto cognoscere deberet, quod sibi commissum nō uidebat, sed cognoscit an sua sit iurisdictio. ff. de iud. si quis ex aliena. s. in ant. de rescri. sup litteris. sic & hic cognoscit an collega suspectus sit, vt sic videat, an sit iudex sine illo ex culpæ uigore.

h ¶A sede Apostolica.] idem uideretur in delegatis ab alio. Nec obstat. ꝟ. §. proxi. quia ibi loquitur secundū hanc rationem, ubi vnus solus est delegatus. [Vel plures sine clausula.]

ADDITIO. Quod hic dicitur in delegatis a Papa, idem est in delegatis ab alio: Nam & ordinarius & delegatus principis opponere possunt hanc clausulam, secundum Goff. in summa huius tit. uers. item quid si ordinarius: Nam & in compromisso apponitur. sup. eod. uno delegatorum secundum Archid. punctum tamen glo. non tangit. Io. And.

i ¶Causa legitima.] recusatur iudex propter vnicā causam. s. propter suspicionem. ꝟ. cap. proxi. sed illa ex multis causis insurgit. pone exemplum sup. eo. causam quę. & c. cum R. & c. insinuante. de iud. causam quæ ut lit. non contest. accedens 1. & 2. de app. ad hæc si in vna & c. postremo. cum si. Ioan. And.

Suspicio f... la iudicē ... cusari faci...

ADDITIO. De quibus uide in Spe. tit. 1. §. superest. dicit hic Archid. quod iusta causa esset recusandi, si procurasset sibi causam committi, uel si prius per actorum consultus, rndisset eumius habere, per l. Prætor. ff. de iu risd. om. iud. alleg. quod not Inn. sup. de offi. ord. irrefragabili. vt ibi scripsi. super gl. uel per decanum. & dicam post Host. ꝟ. de app. legitima. Io. And.

[Glo. seq. quærit & soluit, & ponit opi. Inno. secundo quærit. arg. pro, & soluit contrarium, tertio obijcit, & soluit.]

K ¶Probari.] Bene dicit coram quo habeat probari, & per quem habeat expediri, sed non dicit coram quo habeat proponi. Coram quo ergo proponetur, an coram ambobus: an coram altero tantum? Satis uidetur per istam decr. ꝙ coram omnibus sit proponēda, & coram collega probanda, olim dicebat Inno. sup. eod. cum sup. ꝙ licet bonum esset, ꝙ coram omnibus proponeretur, sufficiebat tamen si proponeretur tantum coram recusando: cum arbitri deberent cognoscere, ꝙ hodie posset locum habere in delegatis datis sine clausula, vt ꝟ. sequitur. (Vel cū clausula, quod si non omnes, tu cū altero, & is ad quem sermo dirigitur, recusatur. Et idem in

Recusat... alicuius d... legatorū, ... debeat ... ni corā o... nibus, an ... rā recusā... tantum.

Vbi vero nõ eſt dicta clauſula [a] in reſcripto; debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi. ¶Cum autem [b] ipſe† delegatus epiſcopi [c] recuſatur; recuſationis cauſa coram epõ eſt probanda. ¶Idem [d] eſt ſi officialis recuſetur eiuſdẽ: licet ad ipsũ ab eodẽ officiali nequeat appellari. [e]

Idem.

¶Diſtinguit tria tempora ad ſciendum, an iudex ſuſpectus committere poſſit; quia aut non eſt propoſita recuſatio, & tunc in totũ per eum facta commiſſio tenet; Aut eſt propoſita, ſed nondum pronunciatũ ſuper ea: & tunc volente recuſatore, committere poteſt: alias non: Aut cum pronunciatum eſt illũ eſſe ſuſpectum: & tunc etiam volente recuſatore cõmittere nequit. Io. And.

CAP. X.

IVDEX [f] ab Apo- cionis, & de appell. cum ſpeciali.

in clauſula de qua ſup. eo. coram Archid. quod placet.] Sed nunquid medio tpe pẽdente probatione corã collega poterit ipſe collega in principali ꝓcedere? & vr̃ ꝙ ſic: quia medio tpe ille cognoſcere non poteſt: ergo ex vigore clauſulæ collega cognoſcere poterit. Sed dic contra: quia primo conſtare dẽt de impotentia anteq̃ ſolus ꝓcedere poſſit. s̄. eo. prudentia, ſed pendente cã ſuſpicionis ille vult intereſſe; nec adhuc apparet eum nõ poſſe, igitur collega in principali nõ procedet. Sed Ioan. Card. ſentit contra, & dicit, quòd medio tẽpore eſt locus dictæ electioni, ꝙ ſi non oẽs, &c. ſed dic, ꝙ expectari dẽt finis cauſæ. ad hoc optime ff. de excuſ. tut. l. diximus, circa princ. Sed nonne honor eſt iudicem eſſe, ut ſup. de appellat. ut debitus, & C. iqñ prouo: non eſt ne. l. omnem honorem, & maior honor videtur ſolus iudex eſſe quam cum alio, ad hoc inf. de conceſſ. præb. c. vlt. vr̃ ergo collega ſuſpectus in pronunciando facilius illũ ſuſpectum, ut ſolus iudex remaneat. Sed dic, ꝙ licet iudici debeatur honor: tamẽ id eſt onus, ut s̄. eo. paſtoralis. ibi, exonerare, &c. & ff. de mun. & ho. l. ult. §. iudicandi, vnde non eſt ibi tanta ſuſpicio: 1 quia non præſumitur quis appetere oneroſa: & iõ taciturnitas in his non habetur pro conſenſu. ff. de procu. filiusfa. §. inuitus. & dixi de hoc inf. de reg. iur. is qui tacet. Præterea ſi male pronunciat in hoc caſu, non deeſt appellationis refugium inf. eo. ab arbitris.

ADDITIO. Et ſi non appellaret grauatus, tranſiret interlocutoria in rem iudicatam, ut ſcripſi poſt Innoc. & Hoſtien. in decre. prudentiam poſt princ. ſuper ver. conſtare. Io. Andr.

a ¶Clauſula.] ex quo enim ſimpliciter dati ſunt: unus ſine altero procedere non poteſt, ſupra eo. cauſam matrimonij, & cap. uno delegatorum: impedito ergo vno, ita quod non poſſit cõmittere, alij procedere nequeũt. Io. Andr.

b ¶Cum autem.] hoc notat Ber. ſup. eo. ſuper quæſtionum. §. quem vero in vlt. gl. & Hoſt. ibidem.

[Glo. ſeq. dat ſimile: quærit de ratione, & rñdet.]

c ¶Epiſcopi.] idẽ in ſubdelegato delegati Papæ, q delegauit non in totum, ut in prædicto §. quem uero. (Vide quod poſt Inn. dixi in præalle. decr. ſuper quæſtionum. ad fi. ſuper ver. auditores. ibi tenet ꝙ ẽt ſi totum delegauit, anteq̃ ſubdelegatus citet, proponeretur: & probabitur recuſationis cã corã delegato. bene facit inf. c. 2. De materia, vide quod ſcripſi ſup. de app. cum ſpeciali. in glo. propriũ. & in Spec. de recu. §. fi. in fi.) Si aũt ipſe epiſcopus recuſaretur, eligerentur arbitri. s̄. de appe. cum ſpeciali. Sed quare tunc non aditur ſuperior ſicut & hic? Rõ, quia iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt. Item non ita de facili põt haberi ſuperior ordinarius, licet interdum poſſit: 2 ſed ad ea quæ frequentius, &c. ff. de legi. nam ad ea. ſicut nec ſic de facili poteſt adiri Papa: & ideo ſi recuſatur delegatus ipſius, itur ad arbitros: omni ergo caſu Papa laboribus, & expenſis partium voluit prouidere. 3 Io. Andr.

d ¶Idem.] .ſ. quod coram epiſcopo probabitur cauſa recuſationis, & hoc notat Hoſtien. infra de appellat. legitima.

[Glo. ſeq. not. obijcit, & ſoluit.]

e ¶Appellari. 4] nec valet conſuetudo in Ɔrium, ut s̄. eo. lib. de conſue. c. 2. Et ſic nota, ꝙ licet quo ad quædam ſit idẽ conſiſtoriũ epĩ, & ſui officialis, non tñ quo ad omnia. ad idẽ ſup. tit. proxi. c. 2. & 3. Sed nonne appellatio & recuſatio ſunt paria? vt ſupra de app. ſuper eo. 2. reſponſo. Dic, ꝙ iſtud intelligitur quo ad modum, ut ibi nor. ſicut non admittitur fruſtratoria appellatio, ita nec fruſtratoria recuſatio: vnde recuſo etſi non grauer, tamen non appello. niſi grauer: appello a iudice, in quem conſenſi, quem tamen non recuſo, in multis alijs eſt diſſimile, & quo ad caſum noſtrum eſt ratio: quia licet de natura appellationis ſit, ut eatur ad maiorem, ut dixi ſupra ca. proxi. non ſic in recuſatione, ut patet ſup. 1. reſpon. & in hoc itur ad arbitros, vt ſup. eo. ſuſpicionis, & de appell. cum ſpeciali.

IVdex.] ſunt tria dicta: ſecundum ibi, poſt recuſationem. tertium ibi, Ex tunc. Dominicus.

CASVS. Cum eſſem habiturus tecum litem, a ſede Apoſtolica impetraui delegatum, coram quo feci te conueniri iſte delegatus erat tibi certa rõne ſuſpectus; antequam cã ſuſpicionis fuiſſet per te propoſita coram eo, ipſe iudex cauſam ſubdelegauit, an poſſit? Certe ſic: Sed quid ſi cã fuerit propoſita, & fuerunt electi arbitri: ſed anteq̃ arbitri cognoſcerent de cauſa ſuſpicionis, ipſe cauſam principalem commiſit cuidam iudici, & ipſum ſubdelegauit: utrum poſſit? Reſpondet ꝙ ſic, ſi ſubdelegauit in totum te reo conſentiente. Sed ponamus quòd iudex recuſatus noluit ſubdelegare: ſed expectauit ſententiam arbitrorum, qui pronunciauerunt cauſam ſuſpicionis eſſe ſufficienter probatã, vtrum poterit ſubdelegare poſt pronunciationem arbitrorum conſentiente recuſatore? Rñdet ꝙ non: quia deſinit eſſe iudex per pronunciationem arbitrorum: & ideo nõ põt ſubdelegare, ẽt de conſenſu partium, quia priuatorum conſenſus non dat iuriſdictionem ei, qui nulli præeſt iudicio. l. priuatorum conſenſus. C. de iuriſd. omn. iudi. Nota primo ex hoc textu practicam, quã debet obſeruare iudex legatus, qñ cognoſcit ſe ſuſpectum, quia quãquam nollet facere iniuſtitiam, cautela eſt, ꝙ anteq̃ de cauſa ſe intromittat, ꝙ cãm ipſam in totum ſubdeleget: nam ſi ſemel ſe intromiſit de cã, nõ poterit amplius ſubdelegare, niſi de conſenſu recuſatoris. Nota inſuper, quod cã ſuſpicionis ſemel propoſita nõ poteſt delegatus cauſam ſubdelegare, niſi de conſenſu recuſatoris. Nota vlterius, ꝙ ſi arbitri pronuncient cauſam ſuſpicionis eſſe ſufficienter probatam, tunc iudex recuſatus deſinit omnino eſſe iudex: ideo. de cauſa non poteſt amplius ſe intromittere. etiam ſubdelegando. Nota præterea quod plus impedit exercitium actus ſententiæ prolatio, quam ſola probatio rei ſuper qua ferenda eſt ſententia. Nota finaliter, quod etiam de conſenſu partiũ non poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis, quæ non habetur in perſonam iudicis, uide ſup. eo. tit. ſignificantibus. Dominicus.

[Prima gl. ponit quid declaret, & ſummat.]

f ¶Iudex.] declarat notata per Bern. ſupra de appell. ſecundo requirit. in glo. pen. & per modernos ibidem, & de appell. l. cum ſpeciali, & per Goffre. in ſumma de appella. §. dubitari. & eod. tit. poſtremo. & Guli. in Specu. de recuſa. §. ult. verſ. ſed quid ſi iudex. Et diſtinguit tria tpa ad ſciendum, an iudex ſuſpectus committere

poſſit

possit: quia aut non est proposita recusatio, & tunc in totum per eum facta commissio tenet: aut est proposita, sed nondum pronunciatum super ea, & tunc volente recusatore, committere pōt, alias non: aut iam pronunciatum est illum esse suspectum: & tunc etiam uolente recusatore committere nequit.

a ¶ Ab Apostolica sede.] ideo dictum, q̄a delegatus ab alio non delegat, ut dixi sup. eo. tit. si duo.

b ¶ Legitime.] aliquas concordantias dedi sup. c. proxi.

[Glo. seq. obijcit quatuor modis, & trib. alle. pro & dicit hæc per distinctionē concordari.]

c ¶ Proponatur.] in contrarium uidebatur, quia inefficax est apud ipsum iurisdictio, ex quo elidi potest: quia nihil refert an aliquo ipso iure inefficax sit an per exceptionem. ff. de regul. iur. nihil interest. ff. quibus ex cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. si in diem. si ergo inefficax est iurisdictio in delegante, ergo & in delegato, qui vicibus eius fungitur. ff. de iurisdict. omn. iudi. l. solet prætor. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1. §. qui mandatam. Item pars iurisdictionis est delegare. ff. de iurisdi. omn. iudi. l. 3. in fin. Cum ergo aliàs partes iurisdictionis aggredi non possit; ergo nec istam: inspicimus enim an delegatus cognoscere voluerit, ut demum delegatio valeat. C. qui pro sua iurisdict. l. vna. hinc est quod si Proconf. committat causam antequam ingrediatur prouinciam, quia tunc cognoscere non potest: nec delegatus ab ipso, nisi tunc demum cum ingressus fuerit, ff. de offic. proconf. obseruare. §. vltimo. Item delegatus præuenire non potuit diligentiam recusantis. ad hoc sup. de appell. sæpe. & c. oblatæ. Item exceptio quæ obstat venditori, & emptori. ff. de contrahen. empt. l. doli. §. 1. [Facit Clemen. religiosus. §. primo, de procurat.] Pro ista parte facit, quia causa suspicionis personam afficit: vnde contra subdelegatum non competit. 1 ff. de diuer. & temp. præscript. l. an vitium, & personales exceptiones personas non egrediuntur. ff. de except. exceptiones: vnde mutatione personæ vitium aboletur. 1. q. 1. cito. sup. in antiq. de fil. presbyt. ex transmissa. ff. vti poss. si duo. §. non uideor. Item uidemus quod ordinarius ēt recusatus delegat. supra de foro compet. si quis contra, de appell. cum speciali. Item licet iudex sit suspectus, dum tamen nō recusetur: tenet eius processus. 2 vnde tria tempora distinguens hæc decret. altercationem determinat.

3 Idē Pet. de Ancha. Fon.

2 Nota a ꝯ̄rio, ꝙ si recusset nō tenet Bart. in l. q̄a poterat. ff. ad Treb. Phi. Do. hic, fallit tñ si procedat de consensu. text. hic: aut si recusatio noto rie est iniusta. Phil. Fō.

d ¶ Nequibit.] intellige cum incœperit subdelegatus vti iurisdictione. inf. c. prox.

ADDITIO. Idem Io. Mon. Et respicit gl. verbum recusari: non uerbum, impugnari, vt sit sensus, ꝙ si re integra subdelegatum reuocaret, quod potest ut ibi adhuc recusari posset. Item & si subdelegatus non recipit subdelegationem. Io. And.

e ¶ Quod posset.] s. recusari, & facta commissio impugnari. Io. Andr.

3 Et sic nocere posset, ꝙ cōsiderandū est. Dom. Anch. l. Labeo. ff. de sta sub. Fon.

f ¶ Aliquid.] quodcunque sit illud ad idem inf. ca. 2. ex quo enim sibi aliquid reseruauit, saltem in reseruato iudex remanet. 3 Item de suspicione subdelegati habet cognoscere. Item reuocat ad se iurisdictionem, supra eodem. super quæstionem. ff. de iudic. l. iudicium. vnde adhuc recusari potest, & commissio impugnari.

g ¶ Recusatoris.] non est ergo necessarius cōsensus aduersarij: habet. n. delegatus hoc a lege, ut delegare possit; Impeditur autem in hoc ex facto recusantis: 4 volente ergo illo, hoc poterit, etsi aduersarius contradicat, s̄. eo. tit. c. vlt.

4 Text. [...] in l. 1. C[...] qua pra[...] pote. Petr[...] Anch. Fo[...]

stolica[a] sede datus, quamuis legitime [b] recusari ualeat ut suspectus, potest licite uices suas cōmittere, antequā recusatio contra ipsum proponatur; [c] Et si in totum commiserit, recusari ulterius, aut facta per eum commissio impugnari nequibit [d] qđ posset, [e] si sibi de iurisdictione aliquid [f] reseruasset. ¶ Post recusationem quoque propositam, committere (nisi de recusatoris [g] procedat assensu) non potest: sed eo uolente hoc potest, etiam si iam recusatio eadem sit probata: dummodo pronūciatum non fuerit super ea. [h] Ex tunc [i] enim (cum omnino iudex esse desierit [k]) nulla etiam cum illius assensu [l] potest fieri commissio per eundem.

¶Idem.

¶ Delegatus subdelegans, etiam in totum, re integra causam reassumere poterit. h. d. Io. And.

CAP. VI.

QVamuis alicui [m] uices tuas in cā tibi

h ¶ Super ea.] ergo ista non sunt paria per oīa, aliquid esse probatum, & secundum probata esse iudicatum.

ADDITIO. Ad idem ff. de ijs qui not. inf. athletas. §. calumniator. & §. seq. & l. non alia. 1. resp. Io. Andr. sup. de verb. signi. ca. cum olim.

i ¶ Ex tunc.] id est ex quo pnūciatū fuerit illū esse suspectum.

k ¶ Desierit.] s̄. eod. in litteris, & c. significantb. & c. venerabili. ff. de re iudic. l. iudex.

l ¶ Assensu.] cum enim ibi desinat iurisdictio, non est quid prorogetur. 5 de quo dic, ut sup. eo. P. & G.

5 Et d[...] idem, si[...] dex se pro[...] ciat incon[...] tentem in[...] significan[...] bus. s̄. e[...] Anch. Fo[...]

QVamuis. ponit dictum, cuius rationem reddit: ibi, Cum iurisdictio. Io. Andr.

¶ Delegatus Papæ, qui in totum subdelegauit potest re integra causam illam reuocare: & alteri subdelegare. Idem si subdelegatus moritur hoc dicit. Præsupponendum pro intellectu cap. ꝙ delegatus Papæ subdelegans in totum, videtur a se abdicare iurisdōnem cum limitatione huius c. si subdelegatus incœperit vti iurisdictione ita quòd res non est integra.

CASVS. Ego iudex delegatus inter te & Titium, vices meas Caio in totum commisi, nihil retinendo de iurisdictione: & ista subdelegatio fuit præsentata Caio subdelegato: tñ non usus est adhuc iurisdictione: an potero ergo reuocare illam subdelegationem? Rñdet ꝙ sic, ex quo res est omnino integra, & non incœpit vti iurisdictione: Sed quid si subdelegatus re integra est mortuus, nunq̄d potero cām reassumère, uel alteri subdelegare? Rñdet, ꝙ sic: quia non est abdicata a me iurisdictio cum effectu: ex quo subdelegatus non incœpit uti iurisdictione sibi subdelegata: & res est adhuc integra. Nota primo ex hoc textu argumentū a contrario sensu, ꝙ delegatus qui subdelegauit in totum, pōt commissionem reuocare: & reuocando extinguitur iurisdictio subdelegati. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Nota ulterius effectum principalem huius ca. ꝙ si subdelegatus incœpit uti iurisdictione, etiam per citationem decretam, licet reus non sit citatus, ita ꝙ res desijt esse integra, delegatus non potest reuocare commissionem: & in eo non habet locum l. alle. iudicium soluitur. ff. de iudic. Et sic solus actus per quem inducitur usus iurisdictionis, perpetuat iurisdictionem, de quo hic aliquid per Dominicum.

[Prima gl. ponit quid declarat, & summat.]

m ¶ Quamuis alicui.] declarat notata supra eod. super quæstionum. §. si uero in glo. patet & sup. eo. uenerabili. in glos. penul. & ult. & ibi etiam not. per modernos, & Gulielm. in Spec. tit. 1. §. restat. ultra modum. & Gostiens. plene in summa eod. titu. §. delegari. uersicu. sed nunquid potest reuocare. Et hoc dicit. Delegatus subdelegans, etiam in totū, re integra, causam reassumere poterit.

a ¶ A sede

a sede Apostolica a delegata, in totum b commisisse noscaris: si tamen antequã ille iurisdictione vsus c fuerit, commissio huiusmodi per te reuocetur ab ipso: vel eum rebus eximi contingat humanis: causam ipsam resumere poteris: Cum iurisdictio (ex quo ipsa vsus non extitit) non censeatur in eum efficaciter d transiuisse.

¶ Idem.

¶ Si delegatus subdelegauit quotiens abesset, vel donec reuocaret, & mortuus sit, re non integra, subdelegatus procedit. Et semper de subdelegato ad delegatum, qui sibi aliquid iurisdictionis reseruauit, appellari debet: etiam post sententiam, h.d. Ioan. And.

CAP. VII.

SI e delegatus, f quotiés eum abesse g cõtigerit, tibi commiserit vices suas poteris eo rebus humanis exempto (cum & tunc cẽseatur abesse) commissum tibi negotiũ (dum tñ illo viuente iurisdictione vti h cęperis) libere diffinire. Idem i poteris quãdo tibi vices etiam sub ea forma commisit, donec eas duceret reuocandas. k Nam talis commissio per quam cẽsetur etiam sententiæ prolatio (nisi antea fuerit reuocata) committi, l ne-

a ¶ A sede Apostolica.] quia delegatus alius nõ potest.
b ¶ In totum.] quod si reseruasset, iudex remanebat: vnde non erat sic dubitandum in eo casu: videbatur enim in totum committẽdo ita esse officio suo functus, quòd resumere non posset, ad hoc supra c. prox. in fi. cum suis concordan. & hoc dixit. Tanc. & Ber. olim secutus est eum, sed postea mutauit, vt patet p supradictas glo.
c ¶ Vsus fuerit.] qualitercunque r ad idẽ s. eo. c. licet vndique.
d ¶ Efficaciter.] vides enim in casu conuerso: pone quòd moritur subdelegans re integra: certũ est quòd subdelegatus nõ procedet. sup. eo. licet ergo patet, quòd adhuc efficaciter iurisdictionem non habet: retinet delegatus etiam potestatem compellẽdi, nisi malitiose seipsum, &c. sup. ca. pastoralis. Aliud ergo est in procuratore q habet mandatum ad substituendum: quia dando substitutum, qui mandatum suscepit: amplius re integra nequit causam reassumere, aliud in delegato, vt hic vides; & est expressum. inf. de procur. is qui. & quæ sit ratio diuersitatis, ibi dicam.

ADDITIO. Et addam quod hic dicit. Ioan. Monac. Ioan. And.

SI delegatus.] Sunt tria dicta: Primo ponit primum dictum cum sua determinatione: ibi, Dum tamen: Secundo secundum: ibi, Idem, cum causæ redditione: ibi. Nam talis, Tertium: ibi, Ad eum quoque. vbi tria coniungit: quæ in fi. fortificat: ibi, Etiam si.

CASVS. In causa quæ moueri sperabatur inter te, & me, impetraui iudicem delegatum forte decanum Pictauien. qui decanus considerans quod non poterat commode causam nostram examinare, alteri vices suas commisit sub hac forma: Tibi in tali causa vices nostras cõmittimus, quotiens nos abesse contigerit, vel donec duxerimus reuocandas: iste subdelegatus incœpit vti iurisdictione, & causam examinare; postea delegatus est mortuus: vtrum subdelegatus poterit causam finire, & terminare? Respondet, quod sic: si ante mortem delegantis res desierat esse integra, hoc est. quia subdelegatus incœperat procedere in causa. Sed quæritur ad quẽ est appellandum: vtrum ad subdelegantem, uel ad Papam? Respondet cum distinctione: quia uel subdelegatus subdelegauit in totum: tunc non est ad ipsum recurrendum: sed est appellandum ad primum delegantem. aut iste delegatus subdelegans sibi aliquid reseruauit de iurisdictione, puta sententiam vel executionem ipsius causæ, & tunc appellatur ad ipsum subdelegantem: & non ad Papam. Nota primo quod delegatus Papæ potest vices suas committere: etiam sub conditione, nam ista uerba, quotiens me abesse contigerit, habent vim conditionis, id est si me abesse contigerit aliquibus assignationibus. Nota quod delegatus mortuus dicitur abesse. Et sic patet quod uerbum, abesse, uerificatur in absentia temporali, & in absentia perpetua & naturali, quod nota pro statutis, quæ faciunt mentionem de absentia. Nota vlterius, quòd morte mandantis expirat mandatum. §. soluitur. Inst. de man. l. mandati. C. man. etiã si mandans alio respectu erat mãdatarius. Nota quòd cum appellatur a subdelegato principis, appellatur ad subdelegãtem, nisi ille delegatus subdelegasset in totum: nam tunc esset appellandum ad principem, primum delegantẽ. l. vnica. C. qui p sua iuri. sm lect. quæ habet ad nos. Nota insuper vnum, in quo nõ potest appellari ad Papam omisso medio: videlicet cum appellat a subdelegato delegati Papæ, qui non subdelegauit in totũ vices suas.

[Prima glossa summat, & dicit quid approbet.]

e ¶ Si delegatus.] si delegatus subdelegauit quotiens abesset vel donec reuocaret & mortuus sit re nõ integra, subdelegatus procedit: & semper de subdelegato ad delegatum, qui sibi aliquid iurisdictionis reseruauit, appellari debet, ẽt post sñiam. h. d. Approbat primum dictũ notatum per Inno. & Host. sup. eo. licet vndique. in prin.

f ¶ Delegat⁹.] Apostolicæ sedis, et s. c. pxi.

g ¶ Abesse.] idem dicebant prædicti Doctores per l. ff. de verbor. sign. l. mulieris. §. fin. vbi dicitur abest ea res, quæ in rebus humanis non est, sed non conuertitur, est ergo de significatione uocabuli, a qua recedendum non est nisi ubi res aliter salua esse non potest. ff. de leg. 3. l. non aliter, immo tunc vere & finaliter abest scilicet non reuersus.

ADDITIO. Per hunc modum ergo si in rebus humanis est, non abest, res enim quæ in rebus humanis est, potest abesse: Sed res quæ in rebus humanis nõ est, non potest non abesse, ponderatur enim diuersus modus abessendi, ut not. ff. de procu. l. præsens. de quo hic etiam per Archid. Ioan. And.

h ¶ Vti.] qualitercunque, etiam citra litis contesta. sup. eo. relatum, & c. licet.

i ¶ Idem.] scilicet commissum tibi negotium libere diffinire.

k ¶ Reuocandas.] reuocare iurisdictionis est. ff. de iu. l. iudicium soluitur, retinendo ergo reuocandi potestatem, aliquid de iurisdictione renituit.

[Gl. seq. ponit contrariam opi. Inno. & rationem qua mouebatur, & ei respondet.]

l ¶ Committi.] reprobatur lectura Innocentij & abbatis, qui not. sup. eo. si pro debilitate, quòd per talem cõmissionem non transferebatur sententiæ prolatio, quia per illam clausulam, donec duxero. & c. uidebatur sententiam retinuisse, vt illa clausula aliquid operaretur, quod esse debet de leg. 1. l. si quando quis uxori. ad idẽ inf. de priui. si Papa 1. responso. in fi. Contrarium tenebat ibi Hostiensis, cuius opinio hic approbatur, nec obstat quod dicitur, quod clausula debet aliquid operari, satis enim operatur, quia reuocare poterit delegans, qđ simpliciter uel totum committendo non potuisset. a Item quia ex uigore clausulæ illius ad eum appellabitur, ut dicitur in fi. cap.

[Gl. seq. quærit, arg. pro, & contra, & soluit.]

a ¶ Mor-

Dic tu per ...itationem ...hil. Fon.

a Adde tu q si delegatus aliquid faciat, adhuc non vr reuocare, dũmodo prius hoc protestetur, neque protestatio illa est facto contraria. Ioan. And. in regula, in generali. Phil. Fon.

quaquam morte [a] cōmittentis expirat: ex quo res integra non existit.

¶ Ad eum quoque, qui vices suas committit, donec reuocet: vel qui executionem sententiæ † tantum, [b] aut quicquid aliud de iurisdictione sibi reseruar|; non ad delegantem primū appellari debebit: Etiam si post sententiam fuerit appellandum.

¶ Idem.

¶ Plurium delegatorum insolidum quilibet cognoscit: Et vno cognoscente, alij nisi ex causa, se non intromittunt: Et perpetuatio vnius, perpetuat quo ad omnes, hoc dicit. Zen.

CAP. VIII.

CVm [c] plures sub illa forma: [d] vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum Apostolicum exequantur, aut alia consimili [e] iudices vel executores a sede Apostolica [f] deputari contingit: ipsorum quilibet iniunctū potest liberè [g] adimplere mādatū. ¶ Porro vno [h] eorum

a ¶ Morte.] quid si delegatus vsque ad suæ voluntatis beneplacitum subdelegauerat? Videretur prima facie per decre. supr. de rescrip. si gratiose, quòd illo mortuo expiret iurisdictio. Contrarium vr̄ per hanc dec. ad hoc sup. de bap. maiores. C. de vsufr. l. ambiguitatem. Nec obstat illa decre. quę in odiosis & restringendis loquitur: hic aūt fauorabile puto: melius est enim hūc iudicem procedere, q̄ nouo, & incognito cām delegare 1 ff. de vaca. mune. l. prætor §. vlt. arg. 16. q. 3. monasterijs & sup. de renun. ca. 1. & licet hoc videatur æquum: primum videtur verius ad idem. ff. loca. l. 4.

[Glos. seq. ostendit duas opiniones reprobatas.]

b ¶ Tantum.] hic reꝓbatur opinio. Tācr. qui dicebat delegatū sibi reseruare nō posse tantum executionē sententiæ: & reprobatur opinio Ber. & Inno. qui dixerūt, ꝙ licet executionem reseruare possit, si tamen appelletur a sententia, non appellabitur ad eum, sed ad primum delegantem. Super hoc vide quod not. supr. eo. super quæstionum. §. porro in gl. 2. [Et in Spe. de app. §. nunc tractemus. ver. sed q̄d si delegatus.] & ver. seq. Approbatur autem opinio Hostien. qui hoc quod dicitur, ibi no. & sup. eod. quærenti.

† Not. quòd executio est iurisdictio. nis, ideo nō facienda die feriata de fer. Dn̄icus. Fon.

1 Notat Dn̄icus quòd facienda est benigna interpretatio ad conseruandam delega. D. & Phi. ꝓbant gl. si tn̄ clausula sonaret actum positiuū nouæ uoluntatis, per mortem non expiraret. Fōt.

CVm plures.] Sunt tria dicta: Secundum, ibi, Porro. Tertium: ibi, Iurisdictione, Dominicus.

¶ Cum causa est pluribus delegata cum clausula quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum: quilibet delegatus recipit iurisdictionem in solidum: tamen si vnus causam occupauit, alij non possunt eum impedire, nisi occupans differret procedere malitiose.

det quod sic: nam ipso facto incurrit sentētiam excommunicationis, a qua non debet absolui: nisi prius satisfacto de expensis factis ab aduersa parte. Sed quid: vtrum per mortem Papæ expiret iurisdictio conseruatorum? Respondet quod sic, quo ad negotia nō incępta, & in hoc æquiparantur conseruatores delegatis. ca. gratum. eod. tit. in ant. Sed quid sāctissime pater: dictum fuit supra de rescr. quod delegati non debēt aliquid accipere: vtrum idē sit dicendū in cōseruatore? Respōdet quod sic: & in hoc similiter æquiparatur conseruator delegato. Sed quid si conseruator fecerit contrariū in omnibus casibus pmissis, an valeat pcessus? Respondet quod non: imò suus pcessus est ipso iure nullus. Non possint.] de potestate ordinaria, sed bene de potestate absoluta: nam Papa si vellet, posset derogare huic constitutioni.

Nota quod qualitates requisitę in cōseruatore, requiruntur in subconseruatore: sicut etiā dicitur in cap. statutū. sup. eo. lib. de rescr. quod qualitates requisitæ in delegato, requiruntur in subdelegato.

Nota vlterius cōseruatores non posse se intromittere nisi de manifestis, de quo supra c. 1. supra allegato. Nota finaliter arg. quod appellatione epōrū non comprehendūtur habentes dignitates superiores, de quo inf. de sent. exc. quia periculosum. Dom.

(Gl. seq. huius c. principaliter insistunt in ostendendis differentijs inter delegatos, & conseruatores; quas demum colligit pen. gl.)

a ¶ Hac constitutione.) Quædam ex istis sumptæ fuerunt de extrau. Alex. quæ incipiebat. Quia de conseruatoribus.

ADDITIO. De qua Spec. ponit. eod. tit. §. ult. prope fi. Io. And.

b ¶ Tueantur.] de hoc sup. c. 1. in gl. 2.

c ¶ Obtinentes.) ecce una differentia inter delegatum, & conseruatorem, quia delegatus potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis, conseruator non: & in hoc constitutio Alexand. immutatur, quæ id permittebat.

d ¶ Conseruator.) ecce alia differentia: quia eius qui est mihi iudex delegatus, possum esse delegatus, saluo iure recusationis. 1 sed in conseruatore secus, vt hic, ꝙ intellige ēt si non opponatur exceptio per fi. huius c.

e ¶ Exceptis.] est sim. infra. de priuil. ne aliqui.

f ¶ Ecclesiastico.] sup. vt lit. non cont. accedens 1.

g ¶ Vel temporali.] vt lit. non cont. accedēs. l. 2. & ecce tertium: quia [saluo iure recusationis] subditum mihi bñ possum impetrare delegatū, conseruatorē nō, ut hic.

h ¶ Non psumāt.] idē in delegato, eo saluo, quia delegatus de expresso consensu partium hoc bene posset. sup. e. lib. de rescrip. statutum. §. in nullo qđ in conseruatore nō credo: quia si hoc voluisset, hoc addidisset hic sicut ibi fecit: & hoc maxime per fi. huius c.

i ¶ Nulli committere.] Gul. not. contrarium in Spec. tit. 1. ad fin. versic. sed nunquid conseruator, ibi dicebat, qđ conseruator in eo, in quo iurisdictionē habet, vices suas alijs cōmittere poterat. a Et ecce quarta differentia inter istū, & delegatum a principe, qui potest in totum, & in partem committere. sup. eod. pasto. & c. fin.

2. Abb. s. e. ti. & li. c. 1. dicebat, ꝙ cōsuetudo curię habebat, ꝙ cōmittere non poterat. I.A.

k ¶ Litterarum.] ad idem supra. eod. tit. is cui. in fine.

l ¶ Nec tunc.] scilicet cum hoc competit eis ex beneficio litterarum.

m ¶ Superius.] scilicet in primo responso, & idem in delegato: quia subdelegatus talis esse debet, cui possit delegari, sup. de rescr. statutum. §. in nullo. in fi.

† al. fatigauerit.

n ¶ Metu pœnæ.] ad idem s. de elect. cum in cunctis, de vi. & hon. cleric. vt clericorum.

Ignorantia ē multiplex.

o ¶ Scienter.) si ignorantia esset iuris, vel crassa, vel affectata, idem essent, infra de reg. iur. ignorantia, supra. eod. lib. de temp. ordin. eos. supra. de clandestin. despon. c. 3.

p ¶ Officio.) & a beneficio, quod est eius sequela. 32. d. præter hoc. 81. d. si qui.

ADDITIO. Idem Ioan. Monachus, & Archid. vide quod no. in cle. cupientes. de poe. in glos. no. nouam, in fine. Ioan. And.

q ¶ Suspensi.) ecce quintum speciale in conseruatore, quod non est in delegato, quia dato quod delegatus intromittat se de eo, quod non est suæ iurisdictionis, nō propterea locum habet pœna: cum in illo non inueniatur expressa.

Suspensus ab officio est suspensus a beneficio.

r ¶ Incurrat.) Nota nouum casum, quo quis excōicatus est ipso iure: alios no. inf. de sent. exc. eos.

s ¶ De expensis.] ad idē. j. de immun. eccl. qm̄ in fi.

t ¶ Quorumcunq;] quasi diceret, siue sint dati ad cōseruatio-

Notat Pet. / e Anc. ꝙ dī / ic ēt de cō- / eruatoribus / icorū pon- / erando istā / ceptionē / a exceptio / e regula ē l. / .§. cui dul- / a. ff. de vi. / it. & oleo / gato. Fon.

al. ita, uel / gnis.

Quæ fieri / t eo casu / Guliel. in / tit. 1. §. / ereft. ver. / si un⁹. & / m post / t. inf. de / leg. I.A.

uationem priuilegiorum, vel ad defendendum a manifestis iniurijs, vel alio modo, vt dixi. s̃. eo. c. 1. Io. And.
a ¶ Ipso iure.] vnde si postea procederet in nō cæptis processus esser nullus, ad idem ĩ. in fi. c. & sm̃ opi. Gof. Inno. & Bart. Brix. hic est alia differentia, sed sm̃ Bern. & Host. secus, de hoc sup. de test. cum venisset.

re a quoad non cœpta negotia per obitum concedẽtis volumus expirare. b

¶ Circa munera vero, & expensas, assessores, ac notarios, & personas testimonii causa vocandas, illa præcipimus in huiusmodi conseruatoribus per omnia obseruari: quę in delegatis iudicibus constitutio a nobis super his edita c obseruanda decreuit. †

¶ Quicquid autem contra pręmissa, vel eorum aliquod attentari contigerit: omnino d decernimus irritum & inane.

b ¶ Expirare.] saluo eo. quod dr̃. sup. eod. tit. & li. cum plures, in fi. s. ꝙ si plures essent conseruatores: quo ad negotiū cæptum per vnū perpetuata sit iurisdictio quo ad oēs. 1 Et nota, ꝙ licet potestas executoris, dati ad gratiam, non pereat re integra mortuo Papa, vt sup. eo. li. si super gr̃a, tamē ptãs cōseruator. spriuilegiorū, in quib. continentur gratiæ, bene perit quoad nō cæpta morte concedentis, vt hic.

1 Nō in aliis nōdū cęptis. Phil. Fon.

† al. ita, decernit.

c ¶ Edita.] sup. de resc. r. statutum. §. insuper. cū §. seq. In hoc ergo cōparãtur alij delegati, & cōseruatores: licet discrepēt in quinque superius enarratis .s. quia canonicus ecclesiæ cathedral. s. potest esse delegatus, sed non conseruator. Secundo, quia eius qui est mihi conseruator, conseruator esse non possum. 2 Tertio quia eius cui sum subiectus ecclesiastica vel temporali iurisdictione, conseruator esse non possum. Quarto, quia conseruator non subdelegat, nisi secundum formam hic positam. Quinto, quia conseruator excedēs metas potestatis suę, suspensus est ab officio. hæc patent ex textu. Sextū addidi, supra in gl. idem in delegato. Septimum secundū opin. in gl. vnde si.

2 Quia ista mutua defensio est iuri suspecta, tñ duo pñt pro se inuicē testimoniū dare. l. q testō. ff. de test. similiter duo tutores ꝓ se fideiubere, Bar. in l. Roma. Apulus. ff. de tuto. & cur. da. ab his Pe. de An. F.

ADDITIO. Octauum, quia conseruatores dãtur, ad futura delegati non, vt scripsi post Inn. supra de restit. spol. audita. in prin. Io. And.

d ¶ Omnino.] ergo sine aliqua ope exceptionis, & facit quod dixi. s̃. e. li. de rescr. c. 1. & eo. tit. statutum, in fi.

ADDITIO. Io. And. circa materiam conseruatorum ponit hic 16. quæstiones per modum summæ: quas videas per te, si tibi corde sedet.

DE OFFICIO LEGATI.

¶ Dictum fuit supra de his, qui gerunt vices aliorum in foro iudiciali, videlicet de delegato, qui gerit vices delegantis: verum quia legatus Papæ gerit similiter vices Papa: ideo, &c.

Continuatio dñi Heliæ. diuisio.

Officii nostri.] Præsupponitur pro intellectu illius capit. illud quod habetur in gloss. 3. huius cap. posita super ver. legati, quod tria sunt genera legatorum: Quidam enim sunt legati Cardinales, qui dicuntur legati de latere, & hoc ideo, quia assumuntur de latere Papæ: nam sicut Imperator, & patritii siue consiliarii faciunt vnum corpus, cuius Imperator est caput; & consiliarii, qui sibi assistunt in secretis, dicuntur esse membra, ita quod machinans in mortem ipsorum consiliariorum committit crimen læsæ maiestatis, sicut si machinaretur in mortem Imperatoris. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. ita similiter Papa, & Cardinales faciunt vnum corpus, cuius Papa est caput, & Card. sunt membra: Ideo qñ aliquis assumitur de Cardinalibus, vt mittatur legatus, dicitur sumptus de latere: & appellatur legatus de latere. Alij sunt legati nati, sicut est Archiepiscopus Cantuarien. vt in c. 1. de offi. leg. in ant. Alii sunt legati missi qui mittuntur ad aliquã prouinciã, vt in ea reformãda reforment, tamen nō sunt Card.

TITVLVS XV.

De officio legati.

¶ Innocentius quartus.

¶ Legati non Cardin. sine speciali mãdato iure legationis beneficia cōferre nō possunt, sed legati Cardin. hoc bene possunt. Io. And.

CAP. I.

Officii nostri e debitū remediis inuigilat subditorum: quia dum eorū excutimus onera, dum scandala remouemus, nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in

CASVS. Est aliquis legatus in his partibus a sede Apostolica missus: durante sua legatione vacãt aliqua beneficia, vt ponamus archiepiscopus Burdeg. est legatus: vacãt bñficia in sua diœcesi particulari, quæ non spectant ad suam collationē: vel vacãt beneficia extra suã diœcesim particularem, quæ non spectãt ad suam collationē, vtrum possit illa conferre? Respondet, ꝙ non: nisi in creatione suæ legationis fuerit sibi a sede Apostolica nominatī data ptãs, vt possit conferre beneficia. Et ista sunt uera, tam in legatis natis q̃ in legatis missis simpliciter. Sed ponamus, ꝙ est legatus Cardinalis, utrū possit conferre beneficia vacantia in sua prouincia? Rñdet ꝙ sic: exceptis aliquibus beneficiis, de quib. in c. præsenti. ĩ. e. Et istud uerum, ꝙ legatus Card. potest conferre beneficia vacantia in sua diœcesi, dum tamen præuenerit ordinarium, ad quem spectat collatio illorum beneficiorum vacantium.

Nota primo ex prin. c. quod princeps superior ex debito sui officii debet laborare circa commoda suorum subditorum: nam ad hoc fuerunt sibi constituta tributa fiscalia. Nota secundo principalem effectum huius cap. quod legatus non Cardinalis, non potest conferre beneficia in prouincia cōcessa, licet habeat iurisdictionem ordinariam in tota prouincia sibi decreta, ita quod in iurisdictione concurrit cum ordinariis, & potest adiri a subditis ordinariorum in prima instantia, & istud faciebat rationem dubitandi, quia collatio beneficiorum est iurisdictionis, sed Papa uoluit expresse suis remouere hanc facultatem. Nota tertio, quod si legatus Cardinalis potest conferre beneficia vacantia in sua prouincia etiam posset reseruare beneficia vacatura 3 certæ personæ: sed non potest dare ius ad beneficium uacaturum; Ratio diuersitatis est; quia licet reseruans fecerit mentionem de certa persona: tamen potest variare, & conferre alteri: & sic ista persona non habet certam, & indubitatam spem, & ideo non cito machinabitur in mortem illius, qui tenet beneficium, sed si haberet spem indubitatam, puta si sibi est datum ius ad beneficium uacaturum, citius machinaretur in mortem illius, qui tenet beneficium. Nota quarto, quod existens in maiori dignitate debet magis honorari in concessione priuilegiorum, ad hoc de prębend. de multa, & supra titulo proximo, cap. fi. §. 1. Dominicus.

Legatus non Cardin. licet habeat ordinariã iurisdictionem tñ beneficia cōferre nō pt.

3 Hæc cessãt hodie p cōc. Trid. ses. 24. de ref. c. 19.

[Prima gl. summat, & diuidit.]

e ¶ Officii nostri.] Legati non Cardinales sine speciali mandato iure legationis beneficium conferre non pñt. Sed legati Cardinales hoc bene possunt. Et primo ponit

nit Inno. procemium ad dicenda vsque: ibi, Proinde, secundo ponit statutum de legatis non Cardinalibus: vsque, ibi, Quod in fratribus, ibi ponit de Cardinalibus vsque in finem.

ADDITIO. Scias quòd auctor huius decretalis Inno. glossauit hanc decretalem. Io. And.

pace.[a] ¶ Proinde præsenti decreto statuimus, vt Ecclesiæ Romanæ legati[b] quātumcunq; plenā legationē obtineant, siue a nobis missi fuerint, siue suarū p̄textu ecclesiarū[c] legationis[d] sibi vendicent dignitatē; ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatē,[e] nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum. Quod in fratribus[f] nostris legatione[g] fungentibus nolumus obseruari: quia † sicut honoris prærogatiua[h] letātur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori.[i]

† In manuscriptis ita: q sicut &c.

¶ Clemens IV. S. titu. S. Cæciliæ. presbytero Cardinali, Apost. sedis legato.

¶ Legatus habet ordinariam: vnde per mortē Papæ non expirat eius officiū, hoc dicit. Ioan. And.

C A P. II.

LEGATOS,[k] quibus in certis p̄uincijs cō...

a ¶ Pace.] ad hoc procemium concordat p̄cemium huius libri, & infr. de resti. spol. frequens.

[Gle. seq. de paritatibus legatorum remittit: & ponit quatuor imparia.]

b ¶ Legati. i.] Tria genera legatorum distinguit hæc decre. & licet quo ad quędam non sit in illis imparitas, vt dixi sup. eod. lib. de rescri. statutū, 1. resp. in gl. quia verbum. tamen quo ad alia est imparitas, scilicet in excōicatos ab soluendo, vt sup. eod. c. pen. & in confirmationibus exemptorum, supr. eo. lib. de elect. si abbatem, & in cognoscendo de caussis exemptorum, & illos puniendo, inf. de verb. signi. c. 1. & in collationibus beneficiorum, vt hic. Et qui dicantur esse legati de latere Papæ, no. sup. eo. c. penul. Et quod Cardinales dicantur esse de latere patet. inf. du dicit: quod in fratrib. nr̄is, &c.

...egatorum ...es sunt spe ...es inter se ...fferentes.

Vide Anc. c Fon.

c ¶ Ecclesiarum.] suarum: sicut Cantuarien. & Eboracen. inf. eo. c. 1. & de app. c. 1. cum sim.

d ¶ Legationis.] q. d. si alio iure hoc eis competeret; legatio illud non priuat.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

e ¶ Potestatem.] contra supra in anti. de supplen. neg. præla. litteras, vbi legati, qui Cardinales non erant (vt ibi patet ex subscriptione) beneficia conferunt: Dic qd̄ illud fuit ex speciali mandato, & sic non contradicit: sed concordat ei quod statim sequitur, nisi hoc, &c. multa ergo licent ex speciali demandatione: quæ ex generali virtute legis non licent, de his vide sup. titu. proxi. is cui. in fi.

f ¶ Fratribus nostris.] nota quia cum Papa promiscue de Cardinalibus loquitur: vocat fratres illos. 2 Si specialiter, episcopus Cardinales uocat fratres reliquos filios sup. de test. licet 3.

Et sic intel...itur de ...rdinalib. non epis, c. Fon.

ADDITIO. De præb. dilecto. in prin. Ioan. And.

g ¶ Legatione.] repete Ecclesiæ Romanæ de qua supra tractauerat.

h ¶ Prærogatiua.] concor. sup. tit. proxi. c. vlt. §. 1. & infra de priuil. ne aliqui.

[Gl. seq. litteram exponit: quærit, arg. proponit. 2. opiniones contrarias: in fine ponit duo dicta.]

i ¶ Ampliori,] vnde beneficia conferre poterunt cum restrictione tamen. & determinatione, quam habes infra eod. præsenti, & cap. seq. Sed quid dices: potest ne legatus Cardinalis conferre beneficia, quorum collatio deuoluta est ad Papam per Lateraneñ. Concilium? Videtur quod sic 3 per decret. supra de præben. cap. penul. vbi legatus tale beneficium contulit. Dicebat ibi Vin, quod talis legatus hoc nō poterat sine speciali mandato: & ideo ibi institerat ipse legatus apud Papam, quod illam collationem confirmaret: & sic faceret illam valere, Goffred. ibi reprehendebat Vin. & Innoc. concord. ibi Goff. & Guli. in Specu. titu. de legato. §. nunc tractemus, circa prin. qui omnes dicunt quod legatus de latere bene potest conferre talia beneficia per prædictam decre. immo dixit Goff. quod illa præcipue potest conferre, quæ sunt ad Papam deuoluta: cuius uices gerit in prouincia. alleg. etiam decre. sup. eo. dilectus. & supr. de iure pat. c. cum dilectus, pro hoc etiam bene facit supra eo. li. de ele. si abbatem. 2. respon. vbi confirmat electiones, quarum confirmatio spectat ad Papam, & infr. de verb. sign. c. 1. j. resp. Quod ergo petijt in prædicta decre. p. ille legatus, quod Papa collationem per eum factam, prosequeretur benigno affectu: intelligatur quo ad facti executionem: quia legato non parebatur. Certum est 4 ant, ꝓ legatus etiam de latere non potest conferre beneficia vacantia in curia sine speciali mandato, ut infr. de præben. licet. in fi. ꝓ intelligo infr. mensem, ut eo. ti. statutum. Et not. ꝓ ubi est legatus Cardinalis in prouincia: vel alius habens speciale mandatum: possent tres concurrere in collatione beneficij, s. Papa, legatus, & ordinarius: 5 & si apparet quis primo contulerit, nō est dubium: si uero non apparet quis primo cōtulerit: tene quod habes inf. de præb. si a sede. Io. And.

...rā sit Dñi cum gl. ...n.

4 Idē Doct. Fon.

5 Idē Doct. Phil. vide Fely. in c. fi. s. de cōfir. Fō.

LEGATOS.] Duo facit: præmittit & probat declarationis causam, secundo declarat: ibi, Præsenti. Ioan. And.

CASVS. Papa creauit aliquem legatum in aliqua prouincia: accidit quod Papa mortuus est: vtrum sit expirata potestas ipsius legati: ita quod mortuo Papa non possit aliquid iure suæ legationis expedire? Respondet Romanus Pontifex, quod cum legatus habeat iurisdictionem ordinariam: (nam si sit legatus de latere æquiparatur, proconsuli; Si vero sit legatus natus, vel legatus missus simpliciter, æquiparatur præsidi prouinciæ) mortuo Papa poterit legatus expedire ea, quæ incumbunt sibi iure suæ legationis. Nota primo, quod legati mittuntur vt euellant vitia, & plantent uirtutes: veruntamen plura alia possunt expedire. Not. secundo, quod legati Papæ habent iurisdictionem ordinariam; & istud indubitanter uerum de his, quæ eis competunt iure suæ legationis: Sed quid de his: quę eis competunt ex speciali facultate: Dicēdum quod communis opinio doctorum est, quòd ipsi legati habent delegatam iurisdictionem: ideo illa expirat per mortem Papæ: sed non alia quæ eis competunt iure simplicis legationis. Nota tertio ex suprascriptione, ꝓ quando Papa scribit presbytero Cardinali, præmittit titulum suum, quod tamen fallit in Cardinali Basilicæ. 12. Apostolorum, vt not. Hostien. supr. de priuile. cum olim. Nota quarto, quòd legatio dicitur esse officium de quo supr. c. proxi. ubi appellauit dignitatem, Dominicus.

[Prima glos. dicit unde sumpta, & quid approbet ponit summam, & soluit dubium.]

k ¶ Legatos.] Extrauagans fuit eiusdem Clementis: & incipiebat, ex parte & approbat hæc decre. quòd not. Ioan. 7. q. 1. sicut vir & 25. qu. 2. igitur Ioan. de Deo. in quæstionibus suis, in prin. Inn. de offic. deleg. in antiq. licet Host. de restit. in integ. tum ex litteris, & sup. eod. c. ult. & Guli. in Specu. eod. titu. §. superest versic. quid de sententia, & §. finitur versi. pone ergo. & versi. sequ. Et nota quia licet decret. dirigatur legato Cardinali: tamen indistincte loquitur de omnibus legatus: 6 Ex quo infert postea solutionem ad ipsum legatum quærentem: quod etiam patet ex eo, quod infra dicit cetero-

6 Et sic dixit. Frā. sup. c. prox. fuisse seruatum post mortē istius Clem. in archiepō Rau. Io. An

ceterorumque præsidum: licet ergo quo ad quædam sit differentia inter eos, vt dixi sup. c. proxi. non tamẽ quo ad hoc, vt hic vides.

a ¶ Dissipent.] Vitia.

b ¶ Plantent.] Virtutes: & ista proprie sunt ordinariorum, sup. de offi. ordi. cap. 1.

mittitur lagationis officiũ vt ibidem euellant & dissipent,[a] ædificent atq; plantẽt:[b] prouinciarũ sibi cõmissarũ, ad instat proconsulũ,[c] ceterorumq; præsidum, quib. certæ sunt decretæ prouinciæ moderandæ, ordinarios reputãtes:[d] Præsenti declaramus[e] edicto, cõmissum tibi a p̃decessore nostro legationis officium, nequaq̃ per ipsius obitũ † expiraise.[f]

¶ Bonifacius VIII.

¶ *Finita legatione expirãt reseruationes legatorũ, & omnis processus habiturus super illis: nisi tunc illa be*

c ¶ Proconsulum.] legatos Cardinales equiparat proconsulibus, reliquos præsidibus: Nam proconsul est, qui ex consulibus ab Imperatore ad regendam certam prouinciam mittitur: [Aliter dicitur proconsul suffectus loco consulis: sic dict⁹ q̃a pro consulibus fungeretur.] Præsides autẽ illi dicuntur, qui cum non essent prius consules, mittebantur ad regimina prouinciarum. ff. de offic. præsid. l. prima. 1 vbi de hoc & l. 2. & ff. de offi. q. l. 1. §. ex his. vnde arguendo a nomine legati Cardinales qui ex latere Papæ, & ex consulibus suis (assistunt enim sibi in secretis cõsilijs supra eodem lib. de elect. fundamenta. §. decet) mittuntur ad regendam prouinciam: æquiparantur proconsulibus, supra de senten. excomm. ad eminentiam. ff. de offi. proconsu. l. 2. Reliqui autem qui secretis consilijs non assistunt, missi ad regendas prouincias æquiparantur præsidibus: sed illi habent ordinariam, ergo & isti.

1 Sic dicti q̃a præsunt & est nomen generale, vt ibi, s. q̃ñ nõ adijcit cuius. p̃uinciæ. Ioã. And.

† Intellige, s. re non integra: re uero integra. an per mortem Papæ expiret legatio distĩguit hic Pet. de Anc. Bon.

d ¶ Reputantes.] hic incipe constructum; nos reputantes legatos, &c. & merito dicuntur ordinarij: nec expirat eorum officium: faciunt enim statuta perpetua. supra de loca. c. 1. & sup. eo. ti. c. vlti. & adeuntur per querelam sup. eo. ti. c. 1. & de hoc. 2. qu. 6. c. 3. Item habent imperium. supr. eod. lib. de elect. si abbatem. ff. de offi. procon. l. & ideo. ad idem eod. titu. l. 1. & 2. & C. de offi. eius qui vicem alt. iu. ob. l. 1. & 2.

[Glos. seq. primo notat hoc ius declaratorium, & respondet contrario, rationem reddit, & interserit opinionem Goff. secundo tractat de nondum ingresso, tertio quærit, an cœtus Cardinalium illum reuocet ponit, opi. & remittit.]

e ¶ Declaramus.] non est ergo iuris noui promulgatoria: sed veteris declaratoria. quod ergo dicitur in prædicta decret. tum ex litteris, de restitut. in integ. in princi. cui etiam Alexander successor ipsius Anastasij officio legationis denuo in partibus illis fungenti, &c. illud, denuo, determinat uerbum, commisit, quod sequitur: non enim morte Anastasij expirauerat legatio: Notat tamen Goff. in summa istius titu. §. finitur, quod morte Papæ licet expiret legatio: non tamen iurisdictio quo ad excepta: sed nec expirat legatio, ut infr. sequitur: nec mirum: legatus enim Papæ dicitur legatus sedis Apostolicæ: sedes ipsa non moritur. 12. quæst. 2. l. berti. 2. sup. eo. lib. de rescri. si gratiosæ. Et nota, quod ista decret. non distinguit an ille legatus tempore mortis ingressus fuerat prouinciam, vel non: vnde sicut in reliquis ordinarijs non inspicimus mortem constituẽtis, ita nec in isto. An autem vacante sede cœtus Cardinalium reuocare possit legatum forte communiter a Papa, & Cardinalibus deputatum. not. Hostien. in prædicta decre. tum ex litteris. & Guli. in prædicto. §. finitur. versic. sed nunquid. quod ex magna, & euidenti causa hoc possent: aliàs non debent. 2 De potestate tamen Cardinalium sede vacante, vide quod dixi infr. de schisma. c. unico.

2 Idem Hu. & Do.

ADDITIO. Clemen. ne Romani. de elect. & supra eod. de elect. vbi periculum, §. idem quoque. in gl. prima. Fon.

neficia iam vacantia sint collata. Demum dicitur, quod pendente vna sua reseruatione in ecclesia collegiata, vel de beneficio spectante ad collationẽ alicuius: legatus in eadem ecclesia, vel beneficio spectante ad collationẽ eiusdẽ, aliam facere non potest; & quod fit contra prædicta irritũ decernit. Ioan. And.

CAP. II.

PRæsenti[g] declaram⁹ edicto, reseruationes † quorumcunque beneficiorum ab Apostolicę sedis legato suæ[h] legatio-

f ¶ Expirasse.] idem habes de inquisitoribus hæreticæ prauitatis: infra. de hære. ne aliquid.

PRæsenti.] Sunt tres partes: Prima in vno declarat: Secunda circa duo restringit; Tertia decernit. Secunda: ibi, Ceterum. Tertia: ibi, Quicquid. Ioan. Andr.

CASVS. Legatus Cardinalis in hac prouincia suæ collationi reseruauit præbẽdam proximo uacaturam in Ecclesia Pictauien. in fauorem certæ personæ: & illi personæ dedit executores ad prouidendum in defectum capituli: postea uacauit præbenda: exceutor tamen eam non contulit, accidit quod finita est potestas legati: vtrum expirauerint omnes effectus reseruationis: ita quod executor non possit conferre illam præbendã? Respondet quod sic, executor nondum processerit ad collationem; sed si processisset, & illam præbendam contulisset, ualeret collatio: licet persona illa certa non apprehendisset possessionem illius. Sed vtrum sit uerum indistincte, quod legatus possit reseruare beneficia, & quot uoluerit? Respondet quod non: sed in una Ecclesia unicum poterit reseruare beneficium: vel de beneficijs spectantibus ad unum collatorem: & hoc pẽdente illa reseruatione: sed illa finita posset sibi reseruare unicam aliam collationem: & hoc etiam uerum de beneficijs spectantibus ad collationem unius collatoris. Nota primo argumen. quod quando legatus facit actum pertinentem ad officium collationis: debet dicere, quòd faciat auctoritate legationis, & non auctoritate Apostolica. Nota secundo, quòd potestas data executori super gratia fienda, expirat expirante gratia, ad hoc infr. de præb. si clericus, & c. sicut. Dom.

† Vide Cõc. Trid. ses. 24. de ref. c. 19. vbi reseruationes quæ. libet ad uacatura beneficio tollunt.

[Glos. prima facit quattuor, dicit quid restringit quæ pars sit declaratoria summat, & dicit quid determinet.]

g ¶ Præsenti.] ista decretalis & sequens restringit generalem potestatem legatorum circa beneficia conferenda, de qua supra eo. c. 1. uerum est tamen, quod primum dictum huius decretalis declaratorium est iuris veteris, 3 ut in principio pãtet. Et hoc dicit: finita legatione expirant reseruationes legatorum: & omnis processus habitos super illis: nisi tunc illa beneficia iam uacantia sint collata. Demum dicitur, quòd pendente una sua reseruatione in Ecclesia collegiata: uel de beneficio spectante ad collationem alicuius: legatus in eadẽ Ecclesia, uel de beneficio spectante ad collationem eiusdem, aliam facere non potest, & quod fit contra prædicta, irritum decernitur. Et determinat hæc decretalis notata per Hostiensem supr. eod. ca. ulti. & per eum, & per Ber. sup. de iu. pat. cum dilectus. & Guli. in Spec. eo. tit. §. nunc tractemus. uer. sed ecce.

3 Vnde Gul. in uers. in fi. alle. & Arc. hic dicũt q̃ curiales hoc tenebant dicentes, q̃ sæpe sic fuerat declaratum. Ioan. And.

h ¶ Suæ legationis.] quia si ex speciali auctoritate sibi tradita a Papa hoc faceret tunc secus: ad hoc inf. de præben. hi qui. 2, respon. Et nota quia si legatus non Car-

dinalis

dinalis non potest conferre beneficia vacantia iure legationis, supra eo.tit.& lib.c.i.multo minus ergo posset reseruare in Cardinalibus ergo habèt locum hæc decretalis.

ADDITIO. Idem Ioan.Mona.

nis auctoritate factas, & decreta interposita super ipsis, nec non denunciationes, inhibitiones, & processus quoslibet per eum, vel per executores deputatos ab eo habitos circa ipsas (dummodo ad collationem [a] eorundem beneficiorum iam vacantium † minime sit processum) eo ipso quod illius finitur [b] legatio, viribus penitus vacuari; nec executores eosdem posse vlterius beneficia taliter reseruata conferre.

¶ Ceterum reseruationes huiusmodi (per quas interdum prælati & ecclesiæ nimium onerantur) restringere [c] cupientes: Prohibemus, ne postquam legatus in aliqua cathedrali vel collegiata ecclesia reseruationem aliquam duxerit faciendam: aliã (illa pendente [d]) faciat aliquatenus in eadẽ. [e] Nec etiam postquam alibi reseruauerit aliquod beneficiũ ad collationem pertinens cuiuscunque: aliud [f] quod ad illius [g] collationem pertineat (quamdiu reseruatio pendet alterius) sibi quoquomodo reseruet. Quicquid aũt contra premissa [k] contigerit attentari, eo ipso viribus non subsistat.

¶Idem.

¶Cathedrales, vel regulares, uel collegiatas ecclesias legati reseruare, vel conferre non possunt; Idem in dignitatibus ecclesiarum cathedralium, quæ sunt maiores post Episcopo, si ipsarũ prælati per electionem debent assumi, & contra hoc factum est irritum.

a ¶Ad collationẽ. ergo non sufficit, quod vacauerint: nisi priorum beneficiorũ uacantium sit facta collatio & est si.j̃. de cõcess.pręb.c.vlt.ubi nõ sufficit, quod beneficia vacauerint, & quod ab executoribus fuit petitum ut illa conferant, si ipsorum non fuerit facta collatio imò habuit locum reuocatoria.

[Glo.sequẽ. ponit quattuor modos quibus finitur legatio.]

b ¶Finitur legatio.] hoc potest esse multis modis puta, quia datus fuit legatus ad tp̃s: finito tempore finita est legatio.sup. de offic. dele. de causis. Item quando reuocatus est. ff. de in. l.iudicium. Item quñ est egressus 1 legatione animo non redeundi legationem ideo dixi, quia si esset egressus unam prouinciam, is qui est legatus in pluribus, ex quo non est egressus legationẽ, adhuc non expirauit eius iurisdictio sup.eo.tit.nouit. sic enim legatus in qualibet parte legationis existens iurisdictionem exequitur, sicut episcopus in qualibet parte diœcesis.j̃.tit.proxi.cũ episcopus. Item finitur legatio personalis morte ipsius legati, non tamen morte constituentis supra c.proxi.personalis ideo dixi, quia si esset realis, puta quæ competeret dignitati, non expirasset morte legati, ut supra eod. cap.j.& supra de offi.deleg.quoniam abbas. Et quod supra dixi his modis legationem finiri, dic uerum in sui persona, & quoad non cœpta per delegatos, sed si quas causas commisisset, & res non esset integra, durat finito eius officio illius delegati potestas supra eod.ca. ult. Et est mirabile, quia iurisdictio delegati a legato bene perpetuatur per citationem, & alium iudicialem actũ, sed notificatio, inhibitio, & decretum non perpetuant iurisdictionem executoris hos & alios processus facientis. Sed reseruationes beneficiorum sunt odiosæ propter duo, quia per eas datur ui ad uacaturas, & quia præiudicant ordinariæ potestati, igitur sunt restringendæ, sed potestas executorum datorum a Papa super gratia facta, etiam re integra, & super facienda re non integra, bene perdurat post mortem Papæ 2 quia Papa potest ius ad uacaturas dare, sed non sic legatus. supra eod.tit.proxi.si super gratia. & infra de præb. si cui.in fine, bene ergo potest legatus donec durat in officio suo impedire ordinarium in conferendo, sed finito officio non, ut hic.

c ¶Restringere.] causam huic edicto, & ei quod dicitur j̃.c.proxi.dare potuit Cardinalis S.Mariæ Nouę (scilicet D.Petrus de Biperno, de quo dixi sup.c.j.in fine. qui in pluribus prouincijs legitimus Papali fungens, officio, omnes dignitates, personatus, & beneficia in legatione sua uacantia suæ collationi reseruauit, restricta est ergo hodie eorum potestas, ut j̃.patebit.

[Glo.seq.ponit quattuor exempla, quibus non pendet, ad duo quæ solutioni obstante, respondet & remittit.]

e ¶ Illa pendente.] illa igitur sublata, puta mortuus, uel per sententiã debito modo exclusus est is pro quo facta erat reseruatio, vel iam consecutus est prębendam, uel reuocauit legatus reseruationem 3 tunc bene potest in ecclesia eadem facere aliam 4 quia illa non pendet, si uero illa pendet, aliam non potest facere. Sic & pendente dilatione quiescit officium iudicis. C. de dila. siue pars.sup.de appel. significante. sic & pendente lite contra unum electum, nõ potest alius eligi, quod dic ut j̃. ut lite penden.c.1.& 2. & sic attentata pendente appellationes reuocanẽ per modum attentari, quod dic ut j̃. de appell. non solum. sic & is qui cõtulit alicui beneficium, pendente termino acceptionis non potest illud alij conferre, ut supra de præbẽ. si tibi absenti. & sic pendente negotio reseruationi, delegatus non subdelegat causam, nisi de recusatoris assensu vt supra eodem libro de officio delega. iudex. 2. responso. sic & accusatus pendente accusatione non promouetur. supra de accusa.omnipotens nec testificatur, quod dic vt supra de testi.c.vlt.

3 Quod põt ante collationem ĩ dubio tñ nõ præsumitur. Do. Fon.

4 Nec teneẽ facere mentionẽ de prima reseruatione, ubi est clausula motu proprio si illa non est certa dẽt maxime cũ pro eadem persõna reseruet. Do.Font.

e ¶ In eadem.] quia ista littera non distinguit, non curo an illa beneficia spectẽt ad collationem vnius, an diuersorum, ex quo enim sunt in eadem ecclesia, siue ijdem, siue diuersi habeant conferre, pendente una reseruatione non fiet alia [Idem Arch.]

f ¶ Aliud.] etiam in alia ecclesia, & sic differt a proximo dicto.

g ¶ Illius.] pone, reseruauit legatus beneficium quod spectat ad collationem episcopi, hac reseruatione pendente, reseruat aliud quod spectat ad collationem ipsius Episcopi & alterius, nunquid valet reseruatio secũdi? Credo, quod non 5 quia licet spectet ad collationem alterius, tamen & illius. Et est sim. quod dixi sup. eo lib.de rescrip.statutum §.cum vero in glos.2. Et qui iurat non suum esse, iurat etiam sibi commune non esse.ff.de uerb.singi.pupillus.§.vlt. Ad hoc.ff.de leg. 3.si quis seruos, ubi testatore legante seruos suos, & qui in totum, & qui in parte sui sunt legati esse uidentur. Nec obstat infra de præben. cum in illis.in fi. quia illud induxit intentio Papæ, qui illum solum grauare intendebat, ut ibi dixi in ult glo. Nec obstat, quod dixi sup.eo. lib. de rescrip. cum aliquibus quia similitudo & identitas rationis illud indcit, ut ibi dixi.

5 Idẽ Doct. Phi.Fon.

h ¶ Præmissa.] omnia comprehendit. ad idem. sup.in ant. de rescriptis, olim. si igitur finita legationes exe-

cuor

cutor conferat, vel processus faciat, non tenet, ut in primo respon. & idem in sequentibus casibus, ut in princ. dixi.

Deliberatione.] Prima pars facit duo: Primo ponit prohibitionem in quadruplici specie: Secundo decretum: ibi, Decernentes.

CAP. IIII.

Deliberatioue[a] prouida duximus inhibendū, ne aliquis Apostolicæ sedis legatus, quantúcunque legationē obtinere plenariā dignoscatur, cathedrales, vel regulares, aut collegiatas ecclesias,[b] seu ipsarum ecclesiarū cathedraliū dignitates, ad quas hi, qui præficiuntur eisdē, maiores in earum capitulis post episcopos existentes, habent per viam electionis[c] assumi, suæ ordinationi, collationi, prouisioni, electioni, aut dispositioni, quomodocunque reseruet: nec de ipsis ordinandis, conferendis, vel disponēdis se aliquatenus intromittat: neque aliqđ, quo minus hi ad quos ꝑtinuerit eligere, aut postulare libere valeant cum vacabunt, obstaculū quomodolibet interponat:[d] Decernentes quicquid cōtra hoc actum extiterit, eo ipso irritum & inane.

¶ *Legatus non potest alicui committere, quod recipiat resignationem beneficij, & postea illud conferat, & contra factum, uel faciendum decernit irritum, hoc dicit. Io. And.*

¶ Prohibemus[e] insuper, ne legatus ipse in genere, aut in specie[f] cuicunque[g] concedat, vt ab his qui beueficia infra legationé eiusdem habētes, ea

CASVS. Dictum fuit s̄.cap.1. ꝙ legati Cardinales possunt beneficia conferre, & reseruare: vtrum sit verum indistincte, ꝙ possint conferre bn̄ficia quæcunq; siue sit ecclesia cathedralis, uel aliud beneficium? Certe nō: Sed quid, vacat abbatia, vel aliqua dignitas ecclesiæ collegiatæ, vt decanatus beatissimi Hilarij maioris Pictauis, uel prioratus beatissimę Radegundis Pictauis: an legatus Cardinalis possit illas conferre? Rn̄det ꝙ non, dum tn̄ sit principalis dignitas illius ecclesiæ aliæ autē dignitates minus principeles illius ecclesiæ cadunt sub potestate legati Cardinalis: & hoc uerum, nisi ad illas dignitates minus principales aliqui assumèrentur per electionem: Nec potest legatus dare alicui potestatem, ut recipiat resignationem alicuius beneficij, & ei committere collationem simul: sed potest committere successiue, ut dicit glossa. Nota primo, quod iura communia debent fieri cum magna deliberatione: ad hoc procém. huius lib. Nota secundo arg. quod in mandato generali, quibuscunque uerbis utatur, non includuntur requirentia speciale mandatum. ad hoc j̄. de proc. c. 2. Dominicus.

[Prima glossa ponit summam.]

a ¶ Deliberatione.] Cathedrales, uel regulares, uel collegiatas ecclesias legati reseruare, uel conferre non possunt: idem in dignitatibus ecclesiarum cathedralium, quæ sunt maiores post episcopos, si ipsarum prælati per electionem debent assumi: & contra hoc factum est irritum. Secundo dicitur ꝙ legatus non potest alicui committere, ꝙ recipiat resignationem beneficij, & postea illud conferat, & contra factum, uel faciendū decernit irritum.

b ¶ Ecclesias.] tolle quod est infra, suæ ordinationi, &c. Et conferre ecclesiam, est conferre ipsam principalem dignitatem de ecclesia 1 puta episcopatum; plebaniam, abbatiā, prioratum, uel his similia & has hic prohibet conferti non prohibet canonicatus ipsarum ecclesiarum conferri per legatos; quod ex his patet, quę sequuntur.

1 Vide ꝙ no. in cle. de prę bē. c. 1. in gl. isto. Io. And.

[Gl. seq. querit, opin. ponit. Iterum quærit, & soluit.]

c ¶ Electionis.] aduerte: iā uidi de facto hanc qōnèm: legatus contulit plebaniam, quæ ad collationem episcopi spectabat quærebatur, an collatio eius teneret, & dicebant quidam 2 quod sic, per hanc literam, ex quo non per viam electionis, sed collationis assumitur ibi prælatus. Sed hoc non est verum: quia ista litera, quæ de via electionis loquitur, tantum in prælaturis cathedralium ecclesiarum loquitur. [Alias sequeretur, ꝙ ēt cathedralem conferre posset, cui prouideretur per collationem: quod aliqui fatentur, sed non est uerum 3 Io. And.] quasi diceret archidiaconatū in ecclesia cathedrali legatus conferre non poterit si ista duo concurrunt: ꝙ ille archidiaconatus sit maior dignitas post ep̄m: & ꝙ per viam electionis archidiaconus ibi assumatur: sed si vtrumq; uel alterum desijt, tunc legatus illum conferre poterit 4 vnde non sine mysterio sic diuisim sūmaui intellectum: ad hoc facit quod sequitur, suæ ordinationi, &c. nec obstat j̄. neq; aliqd quo min⁹, &c. quia & sine illa clausula satis erat prohibitum per præcedentia, & ibi sic locutus est pro eo, ꝙ id plurimū obuenit. & potest etiam respicere quod hic dicit de dignitatibus cathedralium ecclesiarum maioribus post ep̄os. Sed cū maioritas consideretur circa multa, ut circa ordinem secundum quem archipresbyter est maior archidiacono: circa administrationem ſm quam e cōuerso: & circa alia, q̄ not. sup. in anti. de rescript. sedes. de qua maioritate intelligimus. Dic, ꝙ de maioritate prælationis loquitur, in qua licet inspicienda sit consuetudo: dicimus tamen de iure archidiaconum præ esse. Is ergo, qui præ est post episcopum capitulo, & conuocat capitulum, & similia facit: hac prohibitione inclusus est.

2 Archidia. olim, sed postea mutauit & tenet ꝙ sequitur in gl. Io. And.

3 Idē Ph Fon.

4 Hoc verissimu. Phil. & D mi. Fon.

ADDITIO. Idem concludit Phi. Fon.

d ¶ Interponat.] nota quod ordinarius ad quem collatio uel electio non spectat: non potest inhibere electoribus, ne eligant: etiam si sit legatus de latere multo minus inferior. supra de resti. in integrum, cap. 2. vbi de hoc.

ADDITIO. Et si id faciat, uidetur puniendus ut sacrilegus. 1. q. 1. sunt quidam. ad fi. quæstionis. Archid. Io. And.

e ¶ Prohibemus.] declarat notat. per Inn. & Host. supra de offi. deleg. ex parte 1.

ADDITIO. Et Io. Mona. refert hic se prius sic pronunciasse de Papæ mandato. Io. And.

ADDITIO. Ista secunda pars facit quattuor: primo ponit prohibitionem, secundo eius causam: ibi, Cum per hoc tertio decernit, ibi, Nos enim. quarto prorogat, ibi. volentes. Io. And.

f ¶ Specie.] hic genus & species parificantur, interdum differunt, quod dic, ut 23. dist. quamquam. sup. de offi. ordi. si sacerdos.

[Gl. seq. soluit dubiū de duob. delegatis, distinguens, an simul, an successiue dentur.]

g ¶ Cuicunque.] uel quibuscunq;, ut in una ꝑsona prohibitum, censeatur in pluribus repetitum, cum eadem subsit ratio, ad idem supra eodem lib. de elect. cap. penult. in princip. & ad hoc de pęnit. dist. 3. adhuc perfidi instant. 96. dist. cum ad uerum. vnde nō poterit resignationem committere vni, ꝙ recipiat, & alteri, quod demum conferat, quia qua ratione committendo hæc eidem, daretur via ad uacaturas, eadem ratione committendo hæc diuersis. Et iste est casus specialis, quod

possum

ſſum per e quod nõ r alium. s an poſ- cõmitte- alicui ſpe liter , ut nferat cer bñficium uacabit.

Hoc eſt cõ Lateran. Alexan. .cap.8.

ſta tenet l. & alle- Rot.dec. . tenere cum glo. t.

s pro- legati, ſcludat ptionẽ motus rius Pa

in illius manib. voluerint liberè reſignare, ipſorum reſignatione recepta, illa valeat idoneis cõferre perſonis. Cum per hoc aperiri poſſet via cõtra Lateranenſe [a] † Conciliũ ad beneficia vacatura. Nos. n. conceſſionem, quam contra hoc contigerit attentari: & quicquid ex ea, vel ob eam ſecutum extiterit, nullam prorſus habere ſtatuimus roboris firmitatẽ: volentes non ſolum ad futura, ſed etiam ad preterita, & adhuc pendentia [b] negotia hoc extendi. [c]

¶Idem.

¶Collatio legati per taciturnitatem peioris beneficij vitiatur. hoc dicit Zcn.

CAP. V.

Collatio beneficij per legatum [d] ſedis Apoſtolicæ tibi facta nullius momenti exiſtit: ſi in ea non fuerit † habita mentio de [d] alio beneficio, quod primitꝰ obtinebas.

TITVLVS XVI.

De officio ordinarij.

¶Innocentius IIII. in Concil. Lugd.

¶Archiepiſcopus non poteſt ſibi conſtituere officiales in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum etiam pro futuris cauſis per appellationem deuoluendis ad ipſum: niſi de cõſuetudo hoc habeat, & tunc etiam tales officiales inhibere non poſſunt, priuſquam fuerit appellatum.

CAP. I.

ROMANA Ec-

poſſum per me quod non per aliũ ꝫ regulam. ῀j. de reg. iur. poteſt. ubi hunc & quoſdam alios numeraui legatus. n. bene poteſt reſignationem beneficij recipere: & poſtea illud beneficium vacans conferre, ſed hanc commiſſionem non poteſt facere: facilius. n. per hunc modum fieret fraus ad vacaturas, quam per illum. Et eſt ſim. expreſſum ſupra de cõceſſ. præben. conſtitutus, ubi non poteſt alicui epiſcopus ſpecialiter committere, quod conferat certũ beneficium cum uacabit: licet cum uacauerit, poſſet illud cõferre. Puto tamen, quod legatus bene poteſt committere alicui, & recipiat reſignationem alicuius beneficij, & recepta reſignatione cum beneficium uacat, bene poſſet eidem, uel alteri committere, ꝙ illud beneficium conferat: & per hanc decre. 1 [Maxime ponderato princ. huius. §. ibi in genere.] attentari poſſet, ꝙ licet eps̃ poſſet generaliter tradere poteſtatem officiali uel vicario ſuo, c. cõferendi beneficia vacatura, ſup. eo. lib. de off. vic. cap. ult. non tñ alium quam officialem conſtituerer.

ADDITIO. Vide quod no. inf. de preb. ſtatutum in ultima gl. Io. And.

a ¶ Lateranenſe.] ſup. de conceſ. præb. nulla.

b ¶ Pendentia.] q. d. ſicut hæc conſtitutio non reſpiciebat præterita ita nec pendentia, ſed prorogatione eam extendi uoluit ad utramque, de hoc uide ſup. de elect. licet canon.

ADDITIO. In gl. ad futura, quam hic ponit Arch. Io. Andr.

Collatio.] Non diuiditur: quia breue eſt: Sicut taciturnitas beneficij obtenti uitiat collationẽ obtentam a ſede Apoſtolica: ita vitiat collationẽ obtentã a legato: Secus eſſet de collatione obtenta ab ordinario: quia illa taciturnitas non uitiat.

CASVS. Legatus Cardinalis in hac prouincia exiſtens contulit mihi aliqđ beneficium uacans; tacui ei aliud bñficiũ qđ obtinebã: an ualet talis collatio? Certe non nam taciturnitas bñficij obtenti uitiat collationem legati a ſede Apoſtolica impetratam. Nota primo legatum poſſe conferre beneficia, de quo ſup. eod. tit. & lib. c. 1. Nota ſecundo, quod in litteris beneficialib. quæ impetrantur a legato eadem mentio debet fieri qualitatum & circumſtantiarum, quæ requiruntur in litteris a Papa impetratis. Dominicus.

c ¶ Legatum.] Cardinalem: quia alius iure legationis conferre non poteſt ſup. eo. c. 1. in fi. niſi ex ſpeciali poteſtate, ut ibi.

d ¶ Mentio.] quid dices ſi legatus proprio motu (& hoc exprimitur in litteris conceſſionis) confert mihi bñficiũ habenti aliud de illo mentione non facta: nunquid valebit collatio ſicut & ualet eo caſu ſi Papa contuliſſet. inf. de præb. ſi motu proprio? Videtur ꝙ non: quia Papa non eſt ligatus 2 legibus, ſicut legatus. C. de leg. digna vox. de conceſ. præb. propoſuit, vnde aliud in Papa, aliud in legato: Sed contrarium credo: ſicut enĩ ſi ordinarius mihi habenti beneficium conferat aliud, bene tenet collatio hoc tacito: licet vtrũque retinere nõ poſſim. ut in clemen. de offi. ordi. c. 2. quæ in hoc reprobat quod hic not. Archidiaconus. ſic & ſi legatus cõferat, tenebit collatio: 3 non tamen vtrumq; propter hoc potero retinere, & facit ſup. eodem lib. de reſcr. gratia. hoc ergo intendit decre. quod ſicut impetrans beneficium a Papa tenetur de beneficio ꝙ habet (quantumcunque modicum ſit illud) facere mentionem; ſic & impetrãs a legato: aliàs non valebit collatio: quia impetratio eſt 4 ſubreptitia: Vbi uero nõ impetrauit, ſed legatus contulit in quo peccauit ille cui facta eſt collatio? Certe in nullo: vnde credo tenere. Sic uideo, quod impetrationem impedit facti poſſeſſio colorata, ſi de illa non fit mentio, ſup. de conceſſ. præbẽ. cũ noſtris. collationem non impedit infra de præben. licet epiſcopus. Io. And.

2 Vide Bucchar. lib. 15. decre. c. 42. & B. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 5.

† al. fuit.

3 Idem Pet. de Anchar. Fon.

4 Quæ proprie fit ab illo, ad quem primo iure non ſpectat collatio. Io. Andr.

DE OFFICIO ORDINARII.

¶ Dictum fuit ſupra de officio legati, qui eſt maior quibuſcunq; ordinarijs in cã ſibi delegata: nunc reſtat uidere generaliter de quibuſcunq; ordinarijs, ideo ponit titulum, ſiue rubricam de officio ordinarij.

ROMANA.] ſunt quinq; partes ſec. Io. Mon. Primo ponit prohibitionem: Scđo: ibi, Nec pro eo ſoluit oppoſitionem illius prohibitionis: Tertio; ibi, Quia in cauſis rationem ſolutionis ſubijcit. Quarto: ibi, Officiales, quandã moderationẽ officialibus Remẽſib. iniungit. Quinto: ibi, Et hoc illã ad alios officiales extendit. Plus mihi placet, ut ſint ſolũ duę partes. Io. And.

¶Præſupponendum eſt, quod Archiepiſcopus poteſt committere cauſam ſuffraganeo, uel ſubditis ſuffraganei: ſed quando committit ſubditis ſuffraganei, non poteſt eos compellere.

CASVS. Archiepiſcopus Burdegal. vult officialem foraneum in diœceſi Pictauien. deputare ad cognoſcendum de futuris cauſis per appellationem ad ipſum deuoluendis in futurum: vtrũ poſſit? Rñdet, quod non: licet cauſas deuolutas cõmittere, ſiue delegare poſſit in diœceſi ſui ſuffraganei: ſed non cauſas in futurum deuolendas. Ratio eſt: quia poſt appellationem iuriſdictio eſt ipſius archiepĩ: ideo cauſas poteſt committere: ſed ante appellationem non habet iuriſdictionem; ideo nõ poteſt

commit-

committere: quia nemo dat quod non habet. Sed ponamus, ꝙ archieps per tps sufficiens ad introducendum consuetudinem, constituit officiales ad cognoscendum de causis in futurum per appellationem deuoluendis, vtrum valeat consuetudo? Respondet quod sic. Sed ponamus, ꝙ illud ius sibi competit ex consuetudine: & sic constituit officialem in diœcesi Pictauiensi. vtrum possit inhibere officiali Pictauien. vt non attentet aliquid, antequam sibi cōpetat iurisdictio? Respondet, ꝙ non, vt in c. Romana. inf. de appel. & ibi latius. Sed vtrum officialis iste deputatus ab archīepiscopo Burdegalensi possit excōicare, interdicere, vel suspendere episcopum Pictauien. vel alios suffraganeos? Dicit Romanus Pontifex quod non, si archiepiscopus Burdegalens. sit præsens, uel prope locum: ne episcopo fiat quodammodo iniuria ab ipso officiali deputato, qui est humilis persona: tamen istud procedit de honestate: Nam si officialis archiepiscopi episcopum suffraganeum excommunicaret, teneret excommunicatio. Nota primo, quod archiepiscopus regulariter non potest intrare diœcesim sui suffraganei, ut aliquid agat ex auctoritate sua: fallit in aliquibus casibus, nam archiepiscopus potest uisitare totam prouinciam suam. de censi. c. 1. eo. lib.

Nota secundo ibi: Disponant, aliquidve.] iuncta glo. ꝙ archiepiscopus in diœcesi suffraganei nō pōt sibi sedem constituere, nec ordines celebrare: multo minus pōt eps particularis in diœcesi alterius episcopi. Nota tertio principalem effectum huius capituli, ꝙ licet archieps possit inhibere suffraganeis, ne procedant, uel aliquid attentent in causis ad ipsum per appellationē deuolutis, ut in c. Romana inf. de app. non tamē potest constituere officialem ad id faciendum in causis, quæ nondum sunt deuolutæ: sed si essent iam deuolutę, posset; quia nō tenetur facere inhibitiones personales, sed potest alteri committere. Nota quarto, ꝙ archieps pōt committere causam ad ipsum per appellationem deuolutam alicui de suffraganeis suis ca. pastoralis, eo. ti. in antiq. sed non potest compellere subditos suorum suffraganeorum, ut dicto c. pastoralis. Nota ulterius, ꝙ consuetudo dat iurisdictionem, c. cum contingat de foro compet. in ant. l. j. C. de eman. lib. l. j. iuncta l. more maiorum. ff. de iurisd. omn. iud. Nota insuper ꝙ archiepiscopus non potest per se uel per alium facere inhibitiones, antequam fiat deuolutio ad ipsum per appellationem: quia ante appellationem non habet aliquam iurisdictionem. Nota ulterius, quod quamdiu archieps est præsens: suus officialis principalis non dēt eps suffraganeos excōicare: sed illud reseruare debet archiepiscopo: si tamē faciat, tenet excōicatio: quia licet officialis archiepi sit minor quantū ad ordines: tñ quantū ad iurisdictionem est maior: & ei est honor deferendus sicut suo domino: tñ est puniendus, eo quod fecit contra canones. Nota insuper in §. Nec pro eo] quod officialis dicitur actum facere non auctoritate propria, sed uice & auctoritate illius, qui eum creauit. Nota finaliter ex eo §. quod iudex, qui in causis certam habet iurisdictionem, non dicitur illam habere ante ortum causæ, in qua datur iurisdictio.

clesia [a] & inf. ¶Prohibemus quoq; ne Remensis [b] archiepiscopus in diœcesibus suffraganeorum suorum foraneos [c] officiales constituat: quia cū metropolitanis, ne suorū suffraganeorum ingrediantur [d] diœceses, ut in eis auctoritate propria iudicent, [e] disponant, [f] aliquidve aliud agant [g] canonica [h] prohibeant instituta: nequaquā hoc possunt in illis per alios [i] exercere. ¶ Nec pro eo, [k] qd causas per appellationem delatas ad ipsos, possunt [l] in suffraganeorū suorum diœcesibus delegare [m]: similiter licet eis tales officiales instituere in eisdē: q eorū vice(cū ap-

[Prima gl. summat.]

h ¶ Committat.] nota quod nō potest per se, nec per alium. sup. eod. tit. & lib. c. 1. sic econuerso, quod potest per se, & per alium, ut ibi, & infra reg. iur. potest. vbi de hoc.

[Glo. seq. quærit, & arguit, & soluit.]

i ¶ De consuetudine.] sic sup. eod. cap. 1. ver. nisi aliud. Sicut ergo hic cōsuetudo potest inducere, vt alibi possit committere & audire, sic & consensus diœcesani loci, & partium consensus, vt sup. dixi sicut æquiparantur pactum & consuetudo in dote lucranda uel donatione propter nuptias, vt sup. de do. post diuor. resti. c. ult. Quid dices clericus agit contra episcopum, ad metropolitanum debet quæstio deferri. 11. q. 1. si quis cū clerico non vult, vel non potest committere in sua ciuitate, nunquid poterit audire uel committere extra ciuitatem ipsius episcopi, secundum id quod dicitur sup. eod. lib. de rescrip. statutum. §. cum uero & satis id uidetur per prædictum. §. quod uerum puto, si de consensu procedat episcopi illius, in cuius diœcesi causa auditur, ut dixi sup. in glo. 1.

Archieps pt delegare cām inter episcopum & clericum extra diœcesim ipsius epi.

K ¶ In hac parte.] scilicet in audiendo, uel committendo extra loca prædicta & sic nota q consuetudo dat iurisdictionem. nona quæstione tertia conquestus. de foro competen. cum contingat. supra. eo. lib. de consuetudine. c. 3. C. de emanicipa. libe. l. 1. & fin. & supra eo. tit. cap. 1.

SI episcopus.] Primo prouidet; Secundo prohibet, §. b, Idem. Prima subdiuiditur, quia primo prouidet circa expensas uicariorum extra uictualia, secundo, ibi. Hi tamen. circa expēsas, uictualium, & causam reddit. Dominicus.

CASVS. Episcopus Pictauien. vult suam diœcesim uisitare per alium in casu permisso, puta quia est detē-

tus infirmitate, vel quia illud habet ex priuilegio. Quæritur, quis tenebatur vicario ministrare necessaria? Rñdet ꝙ vicario visitanti tenebuntur visitati procurare in victualib. sed si indiget equis, vel conducat famulos: hoc fiet expẽsis epi: Verumtñ hodie epi hẽnt ex priuilegio, vt possint visitare per alios, & percipient integrã procurationẽ, q̃ est hodie taxata ad certã summam, vt in extraua. Benedi. q̃ incipit, vas electionis. de censi. Nota primo, ꝙ delictum est recipere tẽporalia pro administratione spiritualiũ, ꝙ est verum in casu a iure non permisso. Nota scdo, ꝙ epi, nõ visitando prosonaliter non debet habere procurationem respectu personæ suæ. Dominicus

suum debitum recipere posset arg. s. de elect. significasti. Sed prout dicebat decre. cum venerabilis. s. de censi. tũc demum episcopus procurationem habebit cũ accesserit; &c. si ergo non accedat sed mittat, non habebit ipse, sed missus. vt hic vides. 2. Non enim ferendus est qui lucrũ amplectit, &c. C. de cad. tol. l. vna. §. pro secũdo. & ad quẽ spectat onus, &c. 12. quæst. 2. charitatem, & c. quicunque suffragio & c. ecclesiasticis. Ioan. And.

1. Corin. 9.

[Prima glossa summat, & dicit quid declaret.]

pus [a] suam dioecesim, vbi ei a iure permittitur, [b] faciat per alium [c] visitari, licet ipse [d] illi [e] habeat in alijs necessarijs prouidere: [f] Hi tamen, qui visitantur, ministrare tenentur expensas victualium [g] visitanti: [h] Cum secundum Apostolum [i] non sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur.

¶ Idem tamen episcopus cum personaliter non visitat, † nihil prorsus ab his qui per illum quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit, aut debebit. [k]

† al. visitet.

¶ Idem.

¶ In quolibet loco dioecesis non exempto, per se & per alium potest episcopus pro tribunali sedere, & libere exequi quæ ad ipsius spectant officium. Ioan. And.

CAP. VII.

CVm [l] † episcopus [m] in tota sua [n] dioecesi iurisdictionem ordinariam habeat, …

CVm episcopus.] ponit dictum cuius rationem præmittit: Secunda, ibi, Dubium. Io. And.

CASVS. Episcopus Pictau. vel eius officialis vult sedere pro tribunali, & causas examinare in alio loco quã in sua ciuitate. vtrum possit? Rñdet quod cũ episcopus habeat ordinariam iurisdictionẽ in tota sua dioecesi, potest sedere in quolibet loco suæ dioecesis pro tribunali: exceptis in locis exemptis contra voluntatem exemptorum: Sed vtrum episcopus habeat capturam malefactorũ in qualibet parte suæ dioecesis? Respondet quod sic, nam ex quo habet iurisdictionem in tota sua dioecesi, videntur illi concessa illa sine quibus, & cætera. Arguitur contra textum de l. ancillæ. C. de furt. vbi dicitur, quod de casu non dubitabili non est facienda lex. Solutio, Iste textus post istam constitutionem est de casu indubitabili: sed ante istam constitutionem erat dubium, an episcopus posset exercere suam iurisdictionem in quolibet loco suæ dioecesis, & vtrum posset capere malefactores in quolibet loco. Nota primo, ꝙ eps solus habet iurisdictionem ordinariã generalem in tota sua dioecesi: vnde territorium est solius episcopi & non archidiaconi uel alterius inferioris prelati. & prodest istud: nam si quis extraneus commisit delictum in archidiaconatu: archidiaconus non habet punitionem; quia territorium est solius episcopi, & non archidiaconi: Secus est si talis delinquens esset subditus archidiacono: quia tunc posset illum punire: idem est dicendum in abbate: nam isti tales non habent proprium territorium, ut dixi. Nota secundo ꝙ episcopus potest sedere pro tribunali in quacunque parte suæ dioecesis & etiam mutato loco suorum maiorum: sed tunc deberet illud notificare parti citatæ. Nota tertio, quod episcopus habet captionem delinquentium: & illam captionem potest facere in qualibet parte suæ dioecesis. Nota vnum singulare secundum Dominicum, ꝙ locus exemptus, dr̃ de dioecesi: & sic patet, quod dispositiones, & mandata quæ fiunt in dioecesibus, includunt loca exempta; dum tamen fiant per habentem iurisdictionem in exempto, uide no. sup. de rescrip. abbatem & glo. super verbo, primo anno. in cle. frequens. de excess. præla.

2. Nec debet eo qđ plus expendisset, si personaliter visitasset illud excessiuũ exigere. arg. ff. mãda. l. si quis alicui. §. impendia. secundũ Ioan. Mona. Ioan. And.

† Vide limitationem ad hoc ca. traditam per Decium in cap. cum te de offic. deleg.

a ¶ Si episcopus.] si episcopus cum potest suam dioecesim uisitat per alium, habet illi in necessarijs prouidere: uisitati autem in victualibus prouidebunt ipsi uicario uisitanti, & non episcopo. Emanauit autẽ hæc decretalis ad declarationem eorum, quæ notat Hostiensis supr. eo. inter cetera. super uerbo, subministrẽt. & Guil. & Gar. §. de censib. exigit. super uerbo, impẽso. qui omnes tenebant, quod hic dicitur.

b ¶ Permittitur.] scilicet cum id personaliter exequi non põt. sup. de offi. ordi. inter cetera. & 10. q. 1. epm. Et semel in anno. 10. q. 1. decernimus & duob. c. seq. sup. de offi. archi. mandamus nisi ex causa, & tũc etiã, pluries id poterit, ut supra de censi. cum uenerabilis, & 18. q. 2. uisitandi & c. non semel. cum sim. Ioan. Andr.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c ¶ Per alium.] sed uisitans prædicare debet 10. quæst. 1. placuit. & j. de censi. c. 1. sed officium prædicandi non delegatur, ut supra in ant. de offi. dele. c. ult. ergo uisitatio delegari uel emendari nõ potest. sed dic secũdũ Inno. Gof. & modernos, qui hoc not. in decr. inter cetera. sup. eo. in ant. aut hoc pertinet iure ordinario, & tunc bene demandatur, ut ibi, & hic aut iure delegato. & tunc non demandatur ut in contrario, nisi haberet ad id speciale mandatum, ut sup. eodem. lib. de offi. dele. is cui, & c. ult. §. uices.

d ¶ Ipse.] scilicet episcopus.

e ¶ Illi.] uicario.

[Glo. seq. ponit opinionem.]

f ¶ Prouidere.] & sic intelligi debet decr. illa, inter cetera, ubi dr̃: epi ipsis uicarijs cũ indiguerint, necessaria congrue subministrent: s. ut parent sibi equos, uestes, familiam, & alia opportuna, [Sicut pararent sibi ipsis, si personaliter uisitarent,] preter uictualia, & sic intelligebat Host. Inno. intelligebat etiã de uictualibus, & tunc scilicet cum uictualia sine scandalo per uicarios a subditis haberi non poterant. prima uera, ut hic uides, nec per hoc secundam reprobo.

…stæ expẽsæ sunt taxatæ ĩ extrauaganti Benedicti, q̃ incipit, uas electionis. tit. de censi. Ion.

g ¶ Victualium.] in uictualibus .n. tantum debet recipi procuratio, quod dic ut j. de censi. c. 1. 2. & 3.

h ¶ Visitanti.] illi uicario Io. Andr.

i ¶ Apostolũ.] Paulũ, 1. ad corint. 9. & habes hoc idem sup. de præscr. cum ex officii, & j. de censi. c. 3. ad fin.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

k ¶ Debebit.] de hoc quærebatur in gl. de quibus in prin. c. dixi. Et uidebatur, ꝙ ex quo iure concedẽte per aliũ soluere poterat debitum, ad qđ subditis tenebat:

[Prima glossa summat.]

l ¶ Cum episcopus.] in quolibet loco dioecesis non exempto, per se & per alium põt episcopus pro tribunali sedere: & libere exequi quæ ad ipsius spectant officium.

[Glo. seq. dat duo similia.]

m ¶ Eps.] idem est in legato circa suam legationem. sup. in anti. de offi. leg. nouit. idẽ in archiepiscopo circa suã propriam dioecesim. sup. eod. vt litigantes. sed non quo ad prouinciã, ut ibi, & sup. eod. c. 1. & 9. q. 2. c. 1. 2. & 3.

n ¶ In tota sua.] ita quod nullus alius in tota sua dioecesi sub eo. iurisdictionem habeat, in parte autem bene quod dic ut not. 25. distin. perlectis. & facit quod not. Host. de offi. arch. presby. cap. vlt.

a ¶ Habere

ps quo ad iurisdictio- ... ē epale hēt intentionē fundatā de iure cōi.

... tū loc⁹ ...tus, & se- ...r⁹ esse dēt ...bus qui ...bent in iu ...cio cōpare Fel. in ca. ...cedēs el. 2. lite non ...nt. & in c. olim. in ...in. de test.

a ¶ Habere.] ita quod intentio sua fundata est de iure communi; ita quod qui se dicit exemptum, habet hoc ostendere. 100. dist. contra morem, quod dic, vt inf. de priuil. cum personæ.

b ¶ Loco honesto tñ, maxime cum tractat causas spirituales s̄. de appel. qua fronte.

...risdictionē ordinariā noscatur habere. [a] Dubiū non existit, quin in quolibet loco [b] † ipsius diœcesis non exempto, [c] per se, vel per alium [d] possit pro tribunali sedere, [e] causas ad ecclesiasticum forum spectantes [f] audire, personas ecclesiasticas, (cum earum excessus exegerint [g]) capere, [h] ac carceri [i] deputare, nec non, & cetera, quę ad ipsius spectant officium [k] libere [l] exercere.

¶ Idem.

¶ Canonici qui a diuinis cessare possunt, cū cessare uoluerint, uocabunt absentes, sicut si immineret electio facienda, cum quib. de cassatione deliberabunt, & si deliberant cessare, requirēt prius eum, contra quē cessant, vt irrogatam offensā emēdet, quod si fecerit, non cessabunt, alioquin cessare poterunt, ita quod a cessatione infra mēsem utraque pars, & cessans, & contra quem cessatur, iter arripiat eundi ad Papam, uel per se uel per procuratores sufficiēter instructos; nisi interim interuenerit concordia inter ipsos; Et continuatis dietis, quam cito poterunt se coram Papa præsentent, vt vtraque parte præsente, vel altera cōtumaciter absente, Papa diffiniat negotium, & culpabiles puniat; & si pars cessans prædicta non seruet cessatio non seruetur. Io. And.

CAP. VIII.

QVamuis [m] † super cessationibus à diuinis, quæ à capitulis, conuentibus, siue collegiis sæcularium vel regularium ecclesiarum multotiēs sine causa rationabili attentantur, manifesta satis à felicis recordationis Innocentio † tertio, [n] & Gregorio decimo [o] prædecessoribus nostris manauerint instituta. Quia tamen post illa est plerumque cōpertum, cessationes easdem irratio

c ¶ Non exempto.] ad cognoscendum locum exēptum, vide inf. de priuil. si Papa, & bene dicit, nō exēpto, quia in loco exēpto cathedram collocare non potest, vt iudicia exerceat, vt expresse probatur 18. q. 2. luminoso.

ADDITIO. De celebratione diuinorum, & benedictione populi: dic vt in clem. archiepiscopo. de priu. Io. And.

d ¶ Per alium.] quod .n. pōt per se, & per alium. inf. de reg. iur. potest. dic, vt ibi.

e ¶ Sedere.] quod requiritur in cognitione, & decisione causarum 3. q. 3. §. spaciū inf. de re iud. cap. vlt. Io. And.

f ¶ Spectantes.] vt sup. de verb. sig. super quibusdam. in fin. de for. comp. c. cum sit. ubi de hoc.

g ¶ Exegerint.] alias non debet eos detinere, si de parendo iuri dederint fideiussoriā cautionem. infra. de sent. excomm. si clericos. in fi.

h ¶ Capere.] id est capi facere: quia manus iniicere in aliquē non debet episcopus. 86. dist. non liceat. C. de episc. & cler. Auth. sed neque, & de ipsius mandato capientes excommunicati non sunt sup. de sent. excom. ut famæ. & inf. eod. lib. & eod. tit. si clericos. Io. And.

...r est i- ...us ad ...diā, ali ... pęnā,

i ¶ Carceri.] qui licet institutus fuerit ad eorum custodiam, interdum est pœna. inf. de pœ. quamuis. & sup. de verb. sig. nouimus. in fi.

k ¶ Officium.] ordines celebrare, uirgines, & ecclesias cōsecrare, & his similia.]

ADDITIO. Arch. alleg. 68. dist. quamuis, quam plura ad officium ordinarij spectātia, colligit breuiter Gul. in Spe. eo. tit. §. officium. Io. And.

l ¶ Libere.] ac si esset in propria ecclesia, uel palatio iuridico.

ADDITIO. Arch. exponit, id est, absque alicuius contradictione. Io. And.

QVamuis.] Sunt tres partes: Prima ponit in genere ius antiquum, & pro constitutione causæ ponit transgressionem ipsius: Secunda dat formam cessationibus ante factum; ibi, Nos. Tertia cessationes aliter factas, iubet non seruari: ibi, Parte insuper Dom.

CASVS. Dictum fuit in cap. si canonici. sup. eod. titulo. quam solemnitatem debent obseruare clerici in cessatione a diuinis indicenda propter iniuriam sibi, uel ecclesiæ illatam: Sed ponamus quod aliqui canonici sunt absentes, & sunt in loco propinquo, in quo essent uocandi in electione facienda, nunquid etiam sunt vocandi in facienda cessatione a diuinis? Respondet, quod sic: Et iste est vnus casus, in quo canonici absentes sunt vocandi pro negotijs capitularibus: licet regulariter soli præsentes sint uocandi; Alius casus est in negotio electionis: Alij casus ponuntur in c. præsentium. infra. de testib. Sed quid si absentes legitime fuerint vocati, comparuerunt, & deliberauerunt, quod offensa erat sufficiens ad indicendam cessationem a diuinis. Quæritur quid debent canonici facere ante cessationem? Respondet quod causam cessationis debēt in scriptis mittere illi iniurianti, & illum requirere, vt satisfaciat p iniuria commissa: Si autem non velit satisfacere, poterunt cessare a diuinis: Sed tunc ipsi cessantes & delinquentes debent mittere ad Apostolicam sedem. Nota casum, in quo recipiuntur testes lite non contestata, & in absentia partis. Nota primo argumen. differentiam esse inter capitulum, conuentum, & collegium de quo vide sup. de rescrip. c. capitulum sanctæ Crucis. Nota secundo, quod paria sunt non habere rē. uel per eum stare, quo minus illam habeat. sup. eod. lib. de elect. commissa. in prin. Nota tertio, quod Papa referens se ad collegium Cardinalium, appellat eos fratres, & non filios. de quo sup. e. lib. de offi. leg. c. 1. §. quod in fratribus, ubi gl. Domin.

† De mā cessationis a diuinis uide Pan. & alios in ... extra de appel. Cald. trac. de eccl. interd. & Gondiss. tra. de irreg. c. de interd. † Id cauit Inn. 3. in cōcil. gñali Lateran. c. 7.

[Prima gl. summat.]

m ¶ Quamuis.] canonici qui à diuinis cessare posssūt, cum cessare uoluerint, vocabunt absentes sicut si immineret electio facienda, cum quibus de cessatione deliberabunt, & si deliberant cessare, requirent prius eum, contra quem cessant, ut irrogatam offensam emendet quod si fecerit, non cessabunt, alioquin cessare poterunt, ita quod a cessatione infra mensem utraque pars, & cessans, & contra quem cessatur, iter arripiat eundi ad Papam, uel per se uel per procuratores sufficienter instructos, nisi interim interuenerit concordia inter ipsos. Et continuatis dietis quam cito poterunt se corā Papa præsentent, vt utraque parte p̄sente, vel altera contumaciter absente, Papa diffiniat negotium, & culpabiles puniat, & si pars cessans prædicta non seruet, cessatio non seruetur. Io. And.

n ¶ Innocentio tertio.] supra eod. irrefragabili. §. ceterum.

o ¶ Gregorio decimo.] sup. eo. tit. & lib. si canonici.

a ¶ Irrationabiliter.] id est sine rationabili, & manifesta causa, & illorum iurium forma non seruata.
b ¶ Regulari.] reprobata est igitur opinio domini Gul. Duran. qui not. sup. eod. canonic. quod decreta illa non habebat locum in regularibus, sed solum in sæcularibus quia dicebat canonici, vt ibi dixi.
c ¶ Conuentu.] intelligas, quod sibi vendicet ius cessandi ex cōsuetudine, vel alio iure, vt sup. e. si canonici. in princ.
d ¶ Cessationes ipsæ.] aliquatenus attententur: quod est infra.
[Gl. seq. ponit opinionem quam partim reprobat: dubium soluit, arguit, & remittit.]
e ¶ Euocandi.] scilicet de prouincia sup. de elect. coram. vbi de hoc. & 7. q. 1. fact[9] est Cornelius. In his autem vocationibus quæ in remoto loco fiunt, statur consuetudini, vt in anti. de elect. c. cum inter vniuersas. & cap. bonæ, 2 sed an vocentur vel non, nō statur consuetudini secundum quosdam: quod non est verum per decretalem. inf. de preb. cum in ecclesiis, vnde credo, quod si in ista ecclesia esset consuetudo absentes nō vocari ad electionem nec ad hanc cessationem vocari debebunt per hanc litterā, quæ dicit, prout sunt, &c. Et not. ex hac littera, quod in alijs tractatibus ecclesiarum quā electionibus, non debent vocari absentes: † alias quare dixisset; prout sunt pro electionis, &c. facit ad ea quæ not. 10. q. 2. hoc ius porrectum. & inf. de test. c. præsentium.
f ¶ Deliberatione.] nota, casum in quo præcedere debet tractatus: sic & in alienatione perpetua rerum immobilium ecclesiæ. ī. de reb. eccl. non alien. dudum.

† Idē Doct. notāt ex gl. quod vbi cōsuetudo dispo- nit in altero duorū casuū æquiparatorū, extēditur ad reliquū, & pro isto dicto est tex. hic, ibi, put sunt, &c. Fō.

nabiliter [a] esse factas: Nos ad tam perniciosum euitandum abusum, eadem statuta cum infrascripta moderatione in suo volentes robore perdurare: de fratrum nostrorum consilio districtius inhibemus, ne à sæculari, vel regulari [b] capitulo, collegio, seu conuentu [c] ecclesiæ cuiuscunque, cessationes [d] ipsæ nisi vocatis omnibus (prout sunt pro electionis negotio euocandi) [e] & deliberatione [f] habita diligenti, ac episcopo, aliove quocunque clerico siue laico (cuiuscumque dignitatis, præeminentiæ, conditionis, aut status existat) propter cuius iniuriam vel offensam eadem videtur cessatio facienda, post prædictas vocationem, & deliberationem de cessando habitam, requisito: quod irrogatam iniuriam vel offensam emendet, aliquatenus attententur: Neque tunc etiam, si emendam inde habuerint: vel per eos steterit, [g] quominus habeant competentem.

¶ Si autem præmissis seruatis capitulum, collegiū, vel conuentus alicuius ecclesiæ ad cessationem eandem duxerint procedēdū: ex tunc [h] infra vnius mensis [i] spacium pars vtraque: videlicet ij qui cessant, & illi etiam propter quorum factum a diuinis cessatur (nisi superueniente concordia inter eos cessatio illa cesset) iter [k] arripiant † per se, vel per procuratores idoneos, cum munimentis, & actis ad negotium ipsum spectantibus, ad sedem Apostolicam veniendi, & continuatis [l] dietis quam cito commode poterint, se Apostolico conspectui repræsentent, vt partibus [m] præsentibus aut vna præsente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud sedem eandem, pars quæ culpabilis inuenta fuerit in præmissis, præter aliàs pœnas a dictis canonibus institutas, si Romano Pontifici videbitur expedire, pœna docente [n] cognoscat quantum excesserit, quæ cessationi factæ rationabiliter causam dedit, vel quæ sine rationabili, & manifesta [o] causa cessauit. Parte insuper a diuinis cessante, suprascripta † tam in cessando, [p] quam inueniendo siue mittendo [q] ad sedem Apostolicam nō seruant, non seruetur cessatio, sed ea non obstante, (vt prius) in ipsa ecclesia celebretur.

g ¶ Steterit.] sim. s. eo. lib. de elect. commissa. §. annus. & inf. de preb. licet.
h ¶ Ex tunc.) idest, post cessationem.
i ¶ Mensis.) quot dies computentur in mense, dic ut dixi, sup. e. lib. de elect. quam sit.
(Gl. seq. ponit conuenientiam, & differentiam ad c. cupientes.)
k ¶ Iter arripiant.) datur ergo dilatio ad iter arripiendum; & postea tempus arbitrarium ad se præsentandum. sic sup. eodem lib. de elect. cupientes. Sed vnum nota, quia in decret. cupientes, siue arripuerit iter infra mensem, siue non, debet postea ire: & post tempus arbitrarium expectatur per 20. dies. Sed hic ex quo non arripuit iter infra mensem, habent locum pœnæ debitæ. 2 nec post arbitrarium, tempus expectatur.
[Gloss. seq. soluit dubium, & remittit.]
l ¶ Continuatis.] nō credo quod propter hoc cōpellatur omni die proficisci, & nunquam quiescere: 3 quis. n. impius iudex arbitretur, quod per 40. dietas deberet venire non quiescēdo? & hoc probatur dum dicit: quam cito poterunt. Et illud dicimus posse, quod possumus de iure, & cōmode 22. q. 2. facit. ff. de verb. signif. nepos Proculo, & de hoc dixi supra, de elect. cupientes. in prima particula. super ver. commode.
m ¶ Partibus.] quarum assertione panduntur merita causarum. supra de in integr. restit. tum ex litteris.
n ¶ Pœna docente.] 38. di. inst. qui ea. de offic. leg. nisi specialis. in ant.
o ¶ Et manifesta.] sup. eo. irretr.
p ¶ In cessando.] scilicet vt vocentur absentes, deliberent, & inquirant priusquam fiat cessatio.
(Gloss. sequens colligit x. quæ præcedunt cessationem, & tria quæ sequuntur.]
q ¶ Mittendo.] scilicet, iter arripiendo infra mensem, & dietas, prout cōgrue poterat continuando. Nota igitur in summa ad hoc quod fiat cessatio, necesse est hæc interuenire. Primo, quod qui cessant, hoc habeant de consuetudine, vel alio iure, vt cessare possint. Secundo, quod vocentur absentes ad tractandum de cessatione. Tertio, quod tractent. Quarto, quod de cessando deliberent. Quinto, quod sit manifesta offensa propter quam cessant. Sexto, quod sit rationabilis. Septimo, quod ante cessationem instrumento publico, vel patentibus litteris authentico sigillo munitis, causam cessationis exprimant. Octauo illud instrumentum, vel litteras tradant ei contra quem cessant. Nono, quod requirant illum qui emendet competenter iniuriam, vel offensam

† al. arripia[nt]
2 Et nihil[o] minus ire [te]netur, sm A[r]ch. all. s. d[e] dolo. & cō[n] cū dile. & [c] not. Host. ī de sent. ex[com.] cū medicin[a]lis, quāru[m] ergo ad de[] uolutione[m] partium, n[on] nocet, si nō fuerint t[ēpora] obseruata. Io. And.
3 Dī. n. ali[] quid conti[] nuū, ētsi [] interuallu[m] ibi. de con[] d.) sint tib[i] all. Arch. [] de aq. quo[] dicit lex in [] 1. §. 2. & [] ff. de aq. qu[o]tid. & not. [] caus. pos[] ecclesia. ī g[] ex hoc. Io. And.
† al. s. dic[]

5 Ecce deci- mũ. Io.An.

offensam propter quam cessare volunt: quod si non fecerint, 1 tunc locum habet cessatio. Post cessationẽ, pars vtraque debet arripere iter ad sedem Apostolicam infra mensem per se vel per procuratores sufficienter instructos: ex tunc continuatis dieb. hẽt tps arbitrarium, quo commode possit ire. Omnib. hic nõ seruatis. nõ seruetur cessatiõ, & habeant locũ pœnæ sup. eo. ti. si canonici, & præter illas, arbitraria Summi Pontificis, vt hic.

Principiũ ...stus c. pro...edit etiã si ...sti successo...es possẽt se ...ocari ad ...lanstrum, ...uia nihilo...inus dẽnt ...abere fru...tus perce...tos tpe u...at:õis, quos ...n epi nec ...bates eis ...etinere pos...int, multo...inus alij ...ibẽtes ius ...Ecclesia. ...al. Fon.

P Ræsenti. a] partes patent: Prima sic diuiditur in prohibitionem, exceptionẽ: & pœnã: Secũda: ibi: Nisi. Tertia: ibi, Alioquin. Io. And.

CASVS. Aliquis obtinet beneficium in ecclesia, plura bona ex fructibus prouenientia sui beneficij reseruauit: & ipse dimisit ea bona: Certũ est ꝙ iure cõi sui consanguinei non succedũt ab intestato, nec ẽt potest ipse testari de hmõi bonis: Sed vtrum fiscus vel eps erit eius hæres? Rñdet ꝙ non. sed in isto casu fiscus erit sua ecclesia: ideo illa bona debent custodiri: & reseruari futuro successori in illa Ecclesia. Idem est in canonicis ecclesiarum cathedralium & collegiatarũ: & istud verum nisi aliud habeat consuetudo. Nota primo, quòd appellatione rectorum comprehenduntur etiam habentes dignitatem vel personatum, siue prioratum. Nota secundo, quod cõsuetudo potest disponere quod fructus obuenientes tempore vacationis beneficij, applicentur alteri vsui, quam ecclesiæ: de quo in extrauaganti. Io. xxij. suscepti. Dominicus.

¶ Idem.

¶ *Primo ponit constitutionem de bonis dignitatum, vel ecclesiarum vacantiũ, non occupandis per eos, ad quos collatio, præsentatio vel custodia pertinet: nisi de speciali iure id eis cõpetat, & cõtrafacientibus pœnã imponit. Secundo ostendit de quibus bonis intelligatur; cum de speciali iure id alicui competit. Tertio decretalem quia sæpe. supra eod. lib. de elec. dicit non esse correctam. Ioan. And.*

CAP. IX.

P Ræsenti [a] prohibemus edicto, ne episcopi, vel eorum superiores aut [b] abbates, seu quiuis alij regulares; vel seculares prælati, aut ecclesiasticæ [c] quæcunque personæ: vacantibus [d] dignitatibus, personatibus prioratibus, vel ecclesijs quibuscunque [e] sibi subiectis, seu ad collationem [f] ordinationem, præsentationem, vel custodiam [g] pertinentibus eorundem, bona (morientibus eorum rectoribus, vel ministris) in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tẽpore obuenientia, quæ in vtilitatẽ eorundem, expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reseruari: [h] occupare, aut in vsus suos conuertere quoquo modo præsumant. Nisi de speciali priuilegio, vel consuetudine iam præscripta legitime, [k] seu alia causa [l] rationabili, hoc eisdem com-

[Prima glossa diuidendo summat.]

a ¶ Præsenti.] primo ponit constitutionem de bonis dignitatum, vel ecclesiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, præsentatio vel custodia pertinet, nisi de speciali iure id eis competat, & contra facientibus pœnam imponit; Secundo ostendit de quibus bonis intelligatur: cum de speciali iure id alicui competit. Tertio decretalem, quia sæpe, sup. eo. lib. de elect. dicit non esse correctam. Ioan. And.

b ¶ Superiores.] archiepiscopi, vel Patriarchæ.

ADDITIO. Dicit hic Archidiaconus, quod inter Archiepm & metropolitanum est differentia alle. 21. dist. ca. 1. post prin. & in auth. de priuileg. archiepi colla. 9. in prin. ibi: non solum metropolitanus, sed etiam archiepiscopus: Si autem habetur illa rubrica post tit. de san. epis. quæ non legitur, nec glossatur. Io. And.

c ¶ Ecclesiasticæ.] in sæcularibus non posset habere locum pœna inferius posita. Io. An.

...re dictã ...beneficia ...sint ma...ia.

d ¶ Vacantibus.] vacare etiam dicuntur si sint manualia non de mensa, sed habentia bona discreta: & in his locũ habet hæc constitutio, vt in cle. de supplen. negli. præla. quia regulares, quæ determinat, quod hic Archidiaconus prolixe no.

e ¶ Quibuscunque.] in hoc differt a decret. quia sæpe. sup. eo. lib de ele. vt patet. inf. in fine.

f ¶ Collationem.] inter hæc & sequentia magna est differentia, inf. de præb. cum illis.

g ¶ Custodiam.] sup. eod. lib. de elect. generali. & 63. distin. si in plebibus. de insti. cum venissent de appel. bonæ in antiq.

[Gl. seq. primo. dicit per quem seruentur, & remittit: secundo notat ad quæstionẽ in qua distinguit cum Hostiens. & Gar. inter clericum administratorem, & simpliciter beneficiatum.]

h ¶ Reseruari.] per œconomum si est in Ecclesia: vel eum qui custodiam hẽt: quod dic, vt dixi. su. de elec. quia sæpe. Dic quod ẽt in monasterio vacanti dare põt eps, vt dicit hic Archid. per decret. cum uos. supr. eo. & per ea quæ no. Innoc. & Host. de sta. mo. ea. quę, §. si vero. ver. ꝙ si abbas, & vide quod ibi dixi super versi. prouideatur. Et nota 3 ꝙ dicit, reseruari: per hoc. n. vr qđ de illis nõ possint decedentes testari 4 de hoc not. Gar. de reb. eccle. non alien. hoc cõsultissimo, no. & distinguebat (prout distinxerat Host. & s. de pecu. cle. si quis sane) inter clericum habentem administrationem, & non habentem: nam clericus habens administrationem quamdiu viuit, & sanus est, dare potest: moderate tñ. sup. de don. ceterum, comparatur enim vsufructuario; quia eius ius morte finitur: sicut vsufructuarij, vt in prædi. decre. si quis sane, & sup. de dona. consultationibus, sup. de pig. cap. vlt. instit. de vsufru. §. finitur. potest ergo dum viuit voluntatẽ suam facere, dummodo moderate donet. Cum incipit infirmari, comparatur usuario, & ita nihil habet nisi vsum tantum eleemosynam tamen facere potest supr. de testa. ad hoc testari non. eod. titu. cum in officijs, cum si. Si uero sit clericus non habens administrationem; sed personaliter & simpliciter beneficiatus, & in morte cõparatur usufructuario quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis potest testari: ecclesia tamen succedit ei in isti., si decedat ab intestato. sup. de testam. relatum probatur satis ista distinctio. supra de testam. requisisti. §. illud. & consuetudo generalis quasi ubique eam approbat. Et quod dictum est de clerico simpliciter beneficiato, quòd facit fructus suos, intelligendum est de perceptis, & reconditis, alij uero per iura allegata ad ecclesiam pertinebunt.

3 Testari an possint Clerici de fructib. beneficiorũ seu de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis.

4 Hic articulus ualde freqnẽs, est & difficilis de quo præter Doc. hic, uide late de in c. cum in offic. ext. de test. Panor. ĩ repe. c. cũ es ses. e. ti. Rot. decis. 87. in in nouis Barbatiã tra. de præstantia Cardinaliũ part. 1. qõ. 3. & B. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 7.

i ¶ Priuilegio.] sup. eo. li. de rescri. si propter inf. de præben. si tibi concesso. & sup. de uerb. sig. c. pen.

k ¶ Legitime.] xl. annorum spacio, supr. de consuetud. capit. ultimo.

ADDITIO. Archidiaconus remittit ad ca. nullus. 2. q. 1. & 10. q. 3. quia cognouimus. 8. q. 2. seruitutum. & infra de præsc. c. 1. & pro summa, circa præscriptionem remittit. 16. q. 3. in summa. Io. And.

l ¶ Alia causa.] puta onere imposito in fundatione. 18. q. 2. Eleutherius, & c. seruitium. supr. de iu. pat. præterea vel statuto, ut præd. decre. quia sæpe.

ADDITIO. Quod dixi post Host. ut ec. bene. c. unico. super uer. iusta causa, quod hic ponit Archi. Ioan. And.

a ¶ Eccle-

a ¶ Ecclesiæ.] ad idem sup.eod.lib.de off.deleg.c.2.& si sic suspensus celebraret in ecclesia, irregularis esset, vt infr.de sent.excomm.is cui, secus 1 si extra ecclesiam, vt ibi dicam.

b ¶ Ceteri.] inferiores episcopis.

1 Priusquam facile hoc dictum gl.recipias, consule Doctor.tum in c. is cui, inf. de sent. tum alibi.

petere dignoscatur. Alioquin episcopi, & eorum superiores ab ingressu ecclesiæ: [a] eteri [b] vero ab officio [c] & beneficio tamdiu eo ipso nouerint se suspensos: quousq; [d] restitutioné [e] fecerint de prædictis.

¶ Porro [f] vbi ex priuilegio, vel consuetudine, seu alia de causa rationabili, sibi aliquis prædictorum asserit bona competere supradicta: [g] hoc de illis bonis solum debet intelligi, quæ solutis debitis, [h] si si quæ sint, & his, quæ fuerint necessaria pro seruitoribus, & ministris, ac incumbentibus oneribus, [i] vsque ad nouos redditus supportandis congrue reseruatis, ex ipsis reperta fuerint superesse.

¶ Sane constitutionem, quam superius specialiter edidimus [l] contra capitula, collegia, conuentus, seu singulares [m] personas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiatarium ecclesiarum vacantiũ [n] occupantes: per constitutionem præsentem (quã in dignitatibus, personatibus, prioratibus, & ecclesiis aliis locũ habere censemus) nolumus in aliquo derogari. [o]

TITVLVS XVII.

De maioritate & obedientia.

Bonifacius VIII.

¶ Capitulum, vel is ad quem administratio pertinet, vacante sede eos absoluet, quos absoluere posset episcopus si viueret; nisi a sede Apostolica id fuerit interdictum. Ioan. And.




CAP. VNIC.

EPISCO-

c ¶ Ab officio, & beneficio.] dic quibuscunque, vt supra de elec.quia sæpe.sic nõ in casu supr. eod.lib. de elec. cupientes. §. ceterum.& c.si compromissarius in fi. & est ratio: quia hic ab officio suspensus est ibi nõ, vt dixi in prædicta decr. quia sępe.

d ¶ Quousque.] facta ergo restitutione nõ erit necessaria aliqua absolutio, 2 vt not. Ioan. 81. dist. si qui. & 16.quæst.7.si quis deinceps.& Ber.de matri. contract. con. interdic. ecclesi. de muliere.

2 Immo vĩ necessaria, ut ẽt notatũ est in ca. de muliere.extra de mat. 5ct.cont.interdi. ecclesiæ. uide ca. cum desideres, & c.a nobis el.ij.ext. de sen.excõ.

ADDITIO. Vide quod not.in cle.1.de decimis, in gl. sic suspensi. Ioan.And.

e ¶ Restitutionem.] & sic non sufficit cautio. Idem Archi.iam enim hic fuisset expressum: sic infra de vsuris.c.2. ad hoc supra de deci.ad audientiam.si supr.de verb. signi.ex parte, inf.de sent. excom. venerabilib. §. sane. & facit supr. de re iudi. cum aliquibus. ff. de pigno.act.l.non est.

f ¶ Porro.] sumptum fuit hoc de eo quod not. Hostien. supra de verbo. signi. cap.penult.

g ¶ Supradicta.] scilicet dimissa tempore mortis, & obuenientia tempore vacationis.

h ¶ Debitis.] ad quæ remanet ecclesia obligata, & successor, sicut hæres filius ad paterna, vt supr. de solut.c.1. sic etiam dicit lex, quòd si mulier dedit bona sua in dotem, dedisse videtur quod superest deducto ære alieno, ff. de iure do.l.mulier & bene debent prius ipsius ecclesiæ debita solui: quia agris eius sitientibus alios irrigare non debet. C.de serui.præses.

ADDITIO. Et facit ad ea quæ scripsi post Host.sup. de arbit.dilecti in prin.& de ver. sig.cum inter super 3. glo.Ioan. And.

i ¶ Oneribus.] fabricæ. hospitalitatis, receptionis legatorum, & nunciorum sedis Apostolicæ, & reliquis similibus.21.q.1.c.1.& sup.de pręb.de monachis.de præscr. accedentes.de censi.cum instantia.

k ¶ Superesse.] hodie dic vt in constitutione Io. xxij. quæ incipit, suscepti regiminis.

l ¶ Edidimus.] sup.eo.lib.de elect.quia sæpe.

m ¶ Singulares personas.] ipsarum ecclesiarum: de quibus loquitur decre.quia sæpe.

n ¶ Vacantium.] principali prælato, vt ibi dixi.

[Glo.seq.quærit, & soluit.]

o ¶ Derogari.] sed in quo poterat derogari? Sol. In eo quòd hic reseruantur consuetudines, statuta, & priuilegia: ibi vero reprobantur: & ex hoc forte credidisset aliquis derogatum fuisse.

ADDITIO. Et ideo tam varie: quia ibi læditur caput per membra: hic econuerso: & capitis læsio grauior est sup.de accusa.qualiter: ibi, nec concussis, &c.2.qu.7.sicut.2.Ioan.Mon. Vel absurdum est quod filius in parentem, vel subditus, in prælatum, vel ipsius ras habeat potestatẽ. de maio. & obe.cum inferior, plus vrget ratio ibi not. in 1.gl. Ioan.And.

DE MAIORITATE & obedientia.

¶ Superius dictum fuit de varijs & diuersis prælatis siue magistratibus, verũ quia inter ipsos iudices, siue magistratus quidam sunt maiores; quidam minores: qui minores debent maioribus obedientiam: ideo post rubricas præcedẽtes, ponit titulum de maioritate & obediẽtia.



Piscopali sede.] ponit dictum, a quo excipit: ibi, Nisi. Io.A.

¶ Præsupponendum est primo pro intellectu huius ca. illud quod habetur in c.si episcopus.11.q.3.videlicet, quòd mortuo episcopo successor eius potest absoluere excõicatos a prædecessore suo mortuo, & sic cũ illud ca. non loquatur de alijs, videt eis interdixisse ne possint absoluere: & ista fuit ratio dubitandi ad istud capit. Secundo præsupponendum est illud quod habetur in c.cum olim.eod.tit.in antiq. videlicet, quod vacante sede episcopali, capitulum succedit in iurisdictione, ita quòd potest per se examinare causas.

CASVS. Episcopus Pictauien. vel eius officialis Titiũ excommunicauit propter suam contumaciam: vel Titius incurrit sententiam excommunicationis propter leuem iniectionem manuum in clericum: antequam Titius esset absolutus, episcopus Pictauien. est mortuus; forte prouisio ecclesię differtur, & Titius excommunicatus petit absolutionem, vtrum capitulum quod succedit loco episcopi, poterit eum absoluere? videtur quòd non: per dictum c.si episcopus.11.quæst.3. Hoc tamen non obstante Roman. Pontifex hic decidit contrarium, dicens, quòd sicut episcopus si viueret, posset Titium absoluere: sic etiam capitulum quod est loco epi, poterit illum Titium excommunicatum absoluere per se vel alium. Idem est dicendum de alio, cui deputatur Ecclesia sede vacante: puta si ecclesiæ vacanti Papa deputauit aliquem. Nec obstat illud c.si episcopus, quia illud c.non negat quin deputatus a Papa vel capitulum quod succedit, possit absoluere: Vel dicendum secundum gloss. quod capitulum vel ille deputatus a Papa dicitur successor: & sic continetur sub illo ca.si episcopus. No.primo ex hoc textu, quod uacante ecclesia cathedrali capitulum succedit episcopo in administratione iurisdictionis

Cõtinuo D. Helia

nis epalis. Not. secundo magis specifice, q capitulum sede vacante pōt absoluere illos excōicatos, quos eps, cuius capitulum vices gerit, posset absoluere: & sic capitulum sede vacante, tantam habet potestatem respectu absolutionis, quantam habet eps viuens, & capitulum in hoc succedit ipsi episcopo: Absoluere .n. ab excōicatione dependet a iurisdictionali potestate, & non ordinis, ut dicit hic Dom. Nota tertio, q eps regulariter potest absoluere de omni excōicatione, nisi in casibus Papæ reseruatio. c. nuper sup. de sē. ten. excō. Nota finaliter, q capitulum est capax iurisdictionis. s. in ant. de offi. ordi. c. irrefragabili de fo. compe. c. cum contingat. Habes ēt ex hoc tex. ibi. Seu is ad quē q iurisdictio epalis potest etiā ad alium deuolui quam ad capitulum sede uacante, secundum Dom.

pali [a] sede vacante, [b] potest capitulum, seu is, ad quem [c] Episcopalis iurisdictio [d] tunc temporis [e] noscitur pertinere, ijs, quibus posset Episcopus si viueret, ab excommunicationis sententia, siue iuris, [f] siue hominis [g] fuerit, absolutionis beneficiū impertiri: [h] Nisi ei [i] fuerit a sede [k] Apostolica specialiter īterdicta potestas.

TITVLVS XVIII.

De pactis.

[Prima glossa ponit summam, & quid determinat.]

a ¶Episcopali sede.] capitulum, vel is ad quem administratio pertinet vacauit sede, eos absoluet quos absoluere posset episcopus si uiueret: nisi a sede Apostolica id fuerit interdictum. Edita fuit ad declarationem eorum, quæ not. sup. eo. his, quæ 1 & reprobat quod tenebat Goff. sup. ne sede vacante illa.

ADDITIO. Et de hoc Gul. nil approbans in Spec. ne sede vacan. in fine. Io. And.

b ¶Vacante.] idem si eps a paganis, uel schismaticis captus esset, ut sup. eo. lib. de suppl. neg. prel. si episcopus.

c ¶Is ad quem.] puta visitator datus a Papa s. eo. lib. de elect. is cui. uel ab archiepo in casu, sup. eod. lib. sup. de nego. præla. c. ult. uel electus ad hoc capitulum.

d ¶Iurisdictio.] circa tpalia & spiritualia: uel saltē circa spiritualia, ut sup. de temp. ordi. cum nullus. eod. lib.

ADDITIO. Vnde in multis ecclesijs Gallicanis reges ex regalia uendicant sibi iurisdictionem temporalium sup. eo. lib. de elec. generali, & certis dignitatibus competit ex speciali iure administratio spiritualium, facit quod dixi, sup. eo. lib. de offic leg. c. pen. super glo aduerte. Ioan. And.

e ¶Tunc temporis.] vacante sede.

f ¶Iuris.] a qualibet iuris excommunicatione absoluit episcopus, si absolutio non sit summo Pontifici reseruata. sup. de sent. excomm. nuper. & dixi sup. eod. lib. de elect. sciant cuncti.

ADDITIO. An absoluat illos, qui leuiter percusserunt clericos, not. hic Archid. q sic, & ponit id quod dixi de sent. excom. peruenit. Io. Andr.

g ¶Hominis. 2] puta ipsius episcopi mortui, uel sui vicarij, uel delegati, quod dic, vt sup. in antiq. de offic. deleg. prudentiam, uel inferioris prælati. Vel dic, vt s. de offic. ordi. cum ab ecclesiarum.

[Glo. seq. ponit quorum hæc opi. erat: & contrariam Goff. & respondet ad capitulū per quod mouebatur.]

h ¶Impertiri.] hoc tenebat Hug. Vinc. Ber. & Host. Sed Goff. s per c. 1. j. q. 3. si episcopus ante dānati. ubi dicebatur, q mortuo epo debebat successor excōicatū a predecessore absoluere: vnde dicebat q capitulum id nō poterat. Sed falsum est, ut hic vides. ad hoc sup. de hæret. ad abolendam. 3 sup. eo. cū olim. sup. eo. li. de supp. negli. præla. c. pen. & vlt. j. de inst. c. 2. cum si. Ad illud ca. si episcopus dic, q ibi dicitur, q successor poterit illum absoluere, sed nō ibi dicitur, q episcopus hoc solum facere debeat, & potest etiā dici capitulum, vel visitator vel successor: cum in iurisdictione succedat, vt per iura superius allegata probatur.

i ¶Ei.] scilicet capitulo, vel iurisdictionem episcopalem habenti.

[Gl. seq. soluit quæstionem.]


K ¶Sede Apostolica.] non credo inferiorem hoc posse. 4 Et facit q dixi supra de suppl. neg. præl. c. vlt. & in auth. de defen. ciui. §. interim. col. 3. & dixi. sup. eo. tit. prox. c. 1.

legatā iurisdictionē, in illa succedit capitulū, al. leg. j. de pb. c. j. in fi. vide q dixi in pdic. decr. ad abolendā. supra per ult. glo.

4 Idem Archid. qui ēt alleg. C. de sacros. eccle. l. omni nouatione. Io. Andr.

¶Bonifacius VIII.

¶Monachi habentes liberam a sede Apostolica sepulturam, si paciscuntur de non recipiendis aliquibus, vel certis parochianis Ecclesiæ alicuius, seruare compelluntur pactum, nec illos sepelire poterunt, licet apud eos elegerint sepeliri, cum per pactum priuilegio renunciauerint. Io. And.



CAP. I.

A-

DE PACTIS.

¶Dictum fuit supra de iudicib. & magistratibus, nunc vero est videndum de iudicijs: Verum, quia partes litigantes in iudicijs, timore iudiciorum conueniunt & paciscuntur inter se: ideo Romanus Pontifex volens nos informare di istis conuentionibus, præmisit titulum de pactis.

Nota tamen differentiam esse inter pacta & transactiones, quæ his versibus colligi potest: Incerta de re transactio dicitur esse: Sed fiunt certæ pacta fauore rei. vide l. 1. ff. de transac.

PActum.] Primo ponit dictum; Secundo soluit obstaculum: ibi, Quamquam. Tertio rationem subdit: ibi, Cum per. Io. And.

¶Quidam intelligunt, quod istud pactum de quo in litera, fuit concessum post priuilegium: alij intelligunt quod fuit factum ante priuilegium.

CASVS. Secundum primum intellectum sic figuratur, Aliqui religiosi qui habebant suum conuentum intra limites meæ parochiæ, a sede Apostolica impetrauerunt priuilegium sepeliendi quoscunque eligentes sepulturam apud ipsos, quia de iure communi non possent illos recipere ad sepulturam: Postea tractu temporis orta lite inter religiosos & me rectorem super iure sepulturæ: quia dicebam ego priuilegium eorum non valere: finaliter conuenimus inter nos, & deuenimus ad istud pactū, q de cetero ipsi non reciperent homines talis domus ad sepulturam: alios vero ipsi possent recipere: nunc in dubium reuocatur, an valeat tale pactum? Respondet q sic: nam per pactum fuit derogatum pruilegio: ideo secundum tenorem pacti tenentur recedere a priuilegio suo.

Secundum alium intellectū casus sic figuratur, retento, eodem themate: Religiosi & ego fecimus tale pactū: q ipsi non reciperent homines talis domus ad sepulturam: post impetrauerunt rescriptum & priuilegium, vt ipsi quoscunq; possent recipere ad sepulturam, & in impetratione sua nullā fecerunt mentionē de pacto inter nos inito & facto: vtrum per illud priuilegium derogetur pacto nostro? Rñdet q non: ideo priuilegiū ipsorum non seruabitur quoad homines cōtentos in nostro pacto, & si 9 fecerint, & aliquem recipiant ad sepulturam: tenebuntur restituere corpora, vna cum emolumentis inde perceptis. Nota primo q solæ ecclesiæ parochiales habent ius sepulturæ respectu aliorū eligentium sepulturas: nam ius sepulturæ est de iure parochiali, ut tenet Dominicus, sup. tit. de parochi. in antiq. Et sic est limitatio ad cap. 1. de sepult. in antiq. vbi dicitur, q liberum est cuique eligere sepulturam vbi voluerit: nam illud

Sepulturæ ius regulariter pertinet ad solas ecclesias parochiales.

est

est intelligendũ, dum tñ ille locus habeat ius sepulturæ de iure cõi, uel per priuilegium Apostolicum. Nota vlterius principalem effectum huius c. scd̃m unum intellectum, videlicet ꝙ si religiosi ex priuilegio habeant liberam sepulturam pñt priuilegio suo renunciare in toto, vel in parte. Not. insuper ẜm aliũ intellectũ, ꝙ si inter religiosos & rectorẽ alicuius parochię, intra cuius limites sũt ipsi religiosi, fuerit factũ pactũ super iuribus parochialibus: & religiosi postea impetrãt priuilegiũ gñale: per illã gñalitatẽ non derogatur pacto speciali: per hoc facit c. ex multiplici de deci. in antiq.

† Vide Ant. de But. c. sta tuimus, de transf. prælat. Fel. in c. cũ sit generale. de fo. comp.

[Prima glossa ponit summam, & qd declaret.

ctum [a] † cum rectore parochialis ecclesiæ factum a vobis, ne aliquos vel certos [b] ipsius ecclesiæ parochianos recipiatis ad ecclesiasticam sepulturam, omnino seruare debetis; Quãquam sepultura libera [c] sit monasterio vestro ab Apostolica sede indulta: & illi apud vos elegerint [d] sepeliri; cum per dictum pactum indulto huiusmodi derogetur. [e]

¶Idem.

a ¶Pactum.] Monachi habentes liberã a sede Apostolica sepulturã, si paciscunẽ de non recipiendis aliquibus, vel certis parochianis Ecclesiæ alicuius, seruare compelluntur pactum: nec illos sepelire poterunt, licet apud eos elegerint sepeliri: cum per pactum priuilegio renũciauerint. Emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Innoc. et Hostiensis de sepult. c. 1.

a ¶Pactum.] quid sit pactum, habes sup. de uerb. signi. pactum.

b ¶Certos.] puta masculos uel tales de tali domo.

ADDITIO. Archidiaconus alleg. de consec. dist. 1. certum. dicit Io. Mona. ꝙ per primum pactum abrogatur priuilegio: per hoc secundum illi derogatur. ff. de uerb. sign. derogatur. Io. Andr.

[Glo. seq. recitetur per obiect. & solutionem.

c ¶Libera.] hoc inducebat dũbitationẽ: ex quo enim habebant liberam, uidebatur ꝙ omnes sepelire possent non obstante pacto: sed non est uerum. 1 Sicut & ille qui liberam habet non donat, ut sup. eo. lib. de offi. vic. c. ult. & de elect. is cui, cum similibus & C. de inoff. testa. si quando, in prin. & est ratio huius cap. quia per pactum priuilegio renunciauerunt, ut sequitur.

1 Vnde non possent p illud priuilegiũ sepelire illos quibus est interdicta sepultura de quib. no. d̃ sepul. ex parte ẜm Arch. alle. l. si qñ. & de priuileg. ut priuilegia. Io. And.

d ¶Elegerint.] quod poterant, etiam si minus religiosus esset locus electus quam dimissus, ut inf. de sepult. c. 2. in fi. sed ex uirtute pacti huiusmodi electio prędicta caret effectu. Et nota, ꝙ licet tale pactum inter ecclesias initum ualeat, 2 non tamẽ ualet pactum ꝙ parochianus promittit, uel obligat uel iurat se sepulturã electurum, uel electam non dimissurum ĩ. de sepult. c. j. ad hoc sup. eo. plerique.

[Gl. seq. concludit per locum a diuisione.]

e ¶Derogetur.] si pactum secutum est priuilegium, non est dubium, quod non obuiat priuilegium, quo ad illa, quibus derogatum est per pactum 3. & est casus supra de præscrip. cum olim. Si autem priuilegium secutum fuerit compositionem, non ualuit contra compositionem, ex quo in illo facta non fuit inde mentio, ut supra de deci. ex multiplici, omni ergo casu seruandum est pactum.

2 Etiã sine auctoritate superioris, & si monachi lædanẽ, nõ restituũtur. Phil. & Do. Font.

Qvamuis.] Primo ponit dictum: Secundo rationem reddit: ibi, Cum non. Dominicus declarat notata. in Spec. eodem titu. in 1. colum. ubi etiam datur forma per quam etiam sine iuramento ualere posset tale pactum, quod consilium Cynus attribuit Petro de Belapert. in l. pactum dotali. C. de colla. uide etiam distinctionem, quam ibi in Spec. scripsi super vers. not. in fi. Ioan. Andr.

3 Quod facile fieri põt hoc casu, cũ p id redeat res ad suam naturam 35. dist. ab exordio. Io. And.

¶Primo pro intellectu capituli habemus præsupponere illud quod dicitur in l. pactum. C. de coll. uidelicet, quod filia quæ nuptui tradebatur, dixit patri suo, quod pro omni sua portione successionis paternæ erat contenta sola dote, & renunciauit oĩbus alijs bonis, nõ valet tale pactũ: qa est pactũ de futura successione: ideo ista filia mortuo patre suo poterit uenire ad successionẽ cũ fratrib9, dum tamen ipsa conferat dotem.

¶Pactum factũ patri a filia dũ tradebatur nuptui, quod dote contenta nullum habebit ad bona paterna regressum: si iurauerit id ipsa filia, omnino seruare tenetur. Io. And.

CAP. II.

Qvamuis † pactum [f] patri factum a filia dum nuptui tradebatur, vt dote contenta [g] nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet [h] lex [i] ciuilis; si tamen iuramentum nõ vi, [k]

CASVS. Titius pater filiæ suæ dedit dotẽ sufficientẽ, & fauore liberorum induxit suam filiã ad renunciandum oĩ paternæ successioni, s. quod esset contenta sua dote, quod fecit ista filia. Nam ipsa bonis omnibus sui patris renunciauit, & vlterius iurauit nõ venire ꝯ istud pactum. postea pater est mortuus intestatus, filia vult admitti ad successionem patris cum alijs liberis, an debeat admitti? Rñdet Romanus Pont. ꝙ ex quo ipsa iurauit nunquã uenire ꝯ istud pactum, & iur̃m suum nõ est contra bonos mores, nec illicitum, quia potest seruari sine interitu salutis æternæ, ipsa tenetur illud iuramentum seruare, & ideo ipsa debet esse contenta sua dote, nec debet admitti ad successionem cum alijs fratribus, etiam ipsa vellet afferre suam dotem. Nota primo, ꝙ quis non potest renunciare futuræ successioni. Nota vlterius, ꝙ filia non potest cum patre pacisci, vt sit contenta sola dote sibi data, vt renunciet alijs bonis patris. Nota insuper, quod iuramentum præstitum super tali pacto, non est illicitum, ideo est seruandum. Et sciendum secundum Archidiaconum ꝙ ponderari debet verbum, omnino hic positum, nam excludit dispensationem, ita quod filia non potest habere relaxationem iuramenti ab episcopo.

† Vide Matthæũ de Afflict. dec. 322. Purpuratũ consil. 100. Hippolytũ sing. 673. in ci. nonnulla de pręsentia Alex. consil. 29. lib. 3. & cons. 42. li. j. & Iasonem consil. 133. vol. 4.

[Prima glossa summat.]

f ¶Quamuis pactum.] factum patri a filia dum tradebatur nuptui, ꝙ dote contenta nullum habebit ad bona paterna regressum, si iurauerit id ipsa filia, omnino seruare tenebitur. Io. Andr.

f ¶Quamuis pactum.] tolle, lex ciuilis improbet, quod est inf. Io. And.

g ¶Contenta.] ipsa filia.

h ¶Improbet.] q; est de futura successione, quę siue sit de succedẽdo, siue de non succedẽdo, nõ ualet ẜm leges. C. de inoffi. test. si qñ §. 1. C. de pac. l. pactum quod dotali. & l. ult. C. de coll. l. pactum dotali, cum sim.

CASVS. Ponamus ꝙ ego Titiũ cõstitui meum procuratorem sub ista forma: Constituto Titiũ procuratorẽ meũ ad oĩa negotia mea, non addito, iudicialia vel extraiudicialia, vtrum virtute illius procurationis Titius poterit agere ꝯ debitores meos & an poterit experiri, hoc est, defendere contra meos creditores; vel requiratur ꝙ dicam: constituo Titium meum ꝓcuratorẽ ad lites presentes & futuras, & ad negotia? Rñdetur, ꝙ procurator constitutus ad negotia poterit expediri vel defendere ꝯ creditores agentes, & agere contra debitores. Sed quid Sãctissime Pater habemus in l. filiusfa. ff. eo. tit. quod filiusfa. potest esse procurator. Sed vtrum possit hoc facere sine licentia & auctoritate sui patris, vel vtrum requiratur licentia & auctoritas sui patris? Videtur quod sic: quia ipse filiusfa. non potest suscipere iudicium nomine suo absque auctoritate sui patris. l. non solũ. C. de bo. quæ li. ĩ pat. pote. consti. in glossa magna: ergo similiter nec nomine alieno. Hoc tamen non obstante, Respondet Romanus Pontifex, quod filiusfa. poterit agere & defendere pro alio sine licentia patris. Or sanctissime Pater, uellem informari a uobis, quæ ætas requiritur in procuratore ad lites? Respondet quod licet in procuratore constituto ad negotia sufficiat ætas. 17. annorum, tamen in procuratore cõstituto ad lites & ad iudicia, requiritur quod ipse habeat. 25. annos: & quod sit maior. 25. annis. Nota primo, quod verbum, negotia, positum in procuratorio, accipitur large, vt comprehendat negotia iudicialia & extraiudicialia, vt in c. forus de ver. sig. in anti. vbi habetur, ꝙ negotium dicitur in iudicio, & negotiatio extra iudicium. Nota vlterius, quod licet filiusfa. non possit esse suo proprio nomine ĩ iudicio sine auctoritate patris, alias iudicium esset nullum, tamen potest esse procurator in iudicio nomine alterius sine auctoritate patris. Vnde sciendum quod filiusfa. est nomen iuris, & dicitur ille, qui est in potestate alterius, quamuis habeat liberos, vel non habeat, quia nõ refert: paterfamilias vero accipitur ꝓ eo qui est sui iuris. Nota quod quis non potest esse procurator ad iudicia, nisi sit perfectę ætatis, id est maior. 25. annis. & q minorem. 25. annis constituit procuratorem, perinde est ac si nullum constituerit: fallit in casu. l. exigendi. C. eod. tit. ubi dicitur, quod filius potest suscipere defensionem pro patre suo absente.
[Prima glossa ponit quid declaret.
K ¶ Qui generaliter.] nõ eget summa ꝯ, qa satis summat

liter[a] constituitur ad negotia procurator, agere, ac experiri[b] pōt: † exceptis his casibus,[c] qui mandatū exigunt speciale.

¶ *Potest filiusfamilias esse procurator etiam absque patris consensu. Zen.*

¶ Nedum vero, ad negotia, sed etiam ad iudicia potest filiusfamilias[d] absque patris assensu fieri procurator.

¶ *Maior annis xxv. ad iudicia, maior xvij. ad negotia deputari potest procurator. hoc dicit. Zen.*

¶ Licet autē quis post decimum septimum annum procurator ad negotia[f] licite deputetur: ad iudicia tamen, nisi maior vigintiquinque[h] annis fuerit, deputari nequibit.

¶ Idem.

¶ *Ex duobus procuroribus simul simpliciter constitutis, alter solus admittit non debet: Si vero in solidum, qui primo contestatur litem admittitur, altero totaliter excluso: nisi adiectum fuerit, quod non sit melior conditio occupantis, quo casu altero non prosequente, nec aliū substituente, reliquus admittatur hoc dicit.*

CAP. VI.

SI † DVO PRO

mat sei psum. Hoc primū dictum ponebat Gul. pro quæstione. Spe. eo. tit. §. 1. & in fi. & sequente. Vbertus idem dicebat quod dicit hæc decre. & idem not. Host. de proc. petitio. in 1. glo. & satis olim hoc dicebamus per decr. dilectis. in antiq. eod. titu. vbi est hoc satis expressum: sed glo. videbatur ibi tacite consentire, ꝙ generaliter fuerit cōstitutus ad negotia, & ad iudicia.

a ¶ Generaliter.] nota ꝙ generaliter pōt fieri procuratoris constitutio: & dicit hoc sup. eo. petitio.

b ¶ Experiri.] id est defendere, s̄. de iudi. c. 1. alibi ponitur pro agere supra de caus. poss. pastoralis.

c ¶ Casibus.] exempla uide supra c. proximo.

[Glo. seq. recitat p obiectionem & solutionem.]

d ¶ Filiusfa.] t non dubitamus, quin filiusfam. posset constitui procurator, supra eodem. non iniuste. & ff. eod. l. filiusfa, §. ipse quoque. sed an sine mandato patris possit constitui, dubitatur: Et videbatur quod non: quia pro se non admittitur, ergo nec pro alio: cum interdum admittatur pro se, qui pro alio ff. de postu. l. 1. §. 2. 3. quæst. 7. c. infamis. §. tria. & not. de hoc per Accur. C. de bon. quæ lib. l. vltim. §. 1. in fin. sed quia nil deperit patri, idcirco admittitur sine mandato, ut hic, & est simile infra de iudi. cap. vlti. ubi autem deperiret patri, haberent locum iura prædicta: ad hoc. ff. ad Trebel. l. ille a quo. §. fin. ff. de in integ. restit. cum mandato. in fine.

ADDITIO. Filiusfamilias pro se non admittitur, etiam contra extraneum, nisi in casibus, quos uide nota. in Spec. tit. de actore. §. 1. vers. sed & filius. & not. inf. de iudi. c. fi. in fi. Admittitur etiam contra patrem in casib. qui not. ff. de iudi. l. lis nulla. & in Spec. præalle. §. versi. item quod est filius. & an tunc egeat consensu sui patris. in eod. §. vers. quid si filius. Ioan. And.

[Glo. seq. dat simile.]

e ¶ Decimumseptimum annum.] Institu. qui ex caus. ma. non licet. §. iustæ. sic & aduocatus peregisse debet 17. annum. ff. de postu. l. 1. §. initium 3. q. 7. c. infamis. §. tr a. vers. veruntamen.

ADDITIO. Quare minor ætas sufficiat in aduocato & teste, quàm in procuratore ad iudicia, uide in Spe. de aduocato. §. 1. vers. item ꝙ est minor. & no. in §. initium. statim allegato & C. eod. exigendi. & ratio est, quia obligatur procurator actione mandati. Item cōdemnatur; quod non est in illis. Ioan. And.

[Glo. seq. ponit dictum Host. quod recit. per quæstionem.

f ¶ Ad negotia.] not. Host. supra eod. non iniuste: in 4. glo. quod procurator datus ad negotia maior 17. & minor 25. potest agere & experiri; z nam ex quo procurator ad negotia agere potest. ut supra proxi. responso: & minor 25. annis datur ad negotia, ut hic: ergo & aget. ut ib. Ioan. And.

g ¶ Vigintiquinque.] ff. eod. titu. minor. de his qui ve ætã impe. l. fi. C. eo. tit. l. exigendi.

S ¶ duo.] Ex pluribus procuratoribus quādo unus sine alio admitti debeat. hic habetur. Zen. Diuiditur secūdū Io. And. hoc modo: quia principium, & finis: ibi, Sane. Ponit de procuratoribus simpliciter datis, distinguens inter causas spirituales: & non: Medium; ibi. Secus ponit de datis in solidum: Primo sine clausa; ꝙ non sit melior, &c. Secūdo: ibi, Nisi. quando cū clausula: Tertio moderationem subdēs; ibi. Dum est. Quarto casum dubium circa id soluens: ibi, Cætetum, secundum est.

CASVS. In causa, quam eram tecum habiturus, Titiū & Caium meos procuratores constitui, nō adiecto, ꝙ eos cōstituebam meos procuratores, & eorum quēlibet in solidū: Quæritur, an alter istorum procuratorum sine altero possit causam procurare? vel an sit necesse in omnib. actis iudicialibus, quod ambo procuratores sint p̄sentes? Rñdet Romanus Pontifex dicēs. ꝙ cum duo, vel plures procuratores sūt in vna cā constituti simplr, non adiecta clausula, & quemlibet in solidum: vnus sine altero nihil potest explicare, sed simul debēt interesse: fallit in casu posito in fine huius capituli puta in casu electionis, postulationis. vel prouisionis, secus si fuisset adiecta clausula, & quemlibet in solidum, tunc. n. alter siue altero poterit negotium explicare; nam tunc constat de mente constituentis. Sed ponamus, ꝙ vnus istorum procuratorum incœpit causam procurare, vtrum iste, qui incœpit causam, erit porior in promotione causæ & solus; ita ꝙ alius non possit de causa se intromittere? Respondet ꝙ si alter istorum causam occupauerit, solus siue alio comprocuratore, tunc solus habebit facultatem initiendi causam, & non alius, & hoc verū, nisi esset dictum in procuratorio, ꝙ melior non esset conditio primitus occupantis, vel deterior subsequentis, sed quod per vnum ipsorum fuerit incœptum, possit alter terminare, prosequi, & finire: tunc. n. isto casu uno occupante non erit alius exclusus a promotione causæ: immo poterit casum assumere in eodem statu in quo alius dimisit, & finire vsque in finem, & istud uerum nisi ille qui causam primo occupauit, aliū substituerit, quia tunc substitutus præferetur comprocuratori. Sed ponamus retento eodem themate quod si in vna causa constitui duos uel plures, vnus causam primo occupat: postea lite contestata cum aduersario meo iste procurator fuit impeditus, & non substituit, alius comprocurator comparuit pro mea causa, postea cessat infirmitas: uult primus pcurator causā reassumere, & expellere istum, an possit? Respondet ꝙ licet cesset impendimentum tñ non poterit istum procuratorē expellere. Postea Romanus Pontifex, in uers. sane, excipit casus a regula posita in princi. c. uidelicet, quod cum quis cōstituit plures procuratores simpliciter, nō adiecta clausula: & quemlibet in solidum, in causa requirente celeritatem, puta in causa electionis, postulationis, uel prouisionis, certe ualet talis cōstitutio simpliciter facta, & omnes non admittūtur ad promouendum cām, sed unus duntaxat. Sed quis admittet? Certe ma-

† Etiā in criminalibus ciuiliter motis inf. de iud. c. 1. ibi gl. secus in criminalibus criminaliter motis. ca. veniens. sup. de accu.

Phi. no. ꝙ cōstitutus ad vnū actū extendit se ad aliū, nisi natura actus uariaretur: qa constitutus ad recipiendū, non sufficienter agit & cōfitendo receptū. quia ista differūt. l. 1. §. si mutuā. ff. si qd ĩ fraudẽ pa. Pe. de An. Fon.

x Vide Bart. in l. cum nō solū §. necessitatē. C. de bon. quæ liber. Font. Aduocatus dēt peregisse annum 17.

z Falsum qa in tali nō solum requiritũ mādatū, sed etiã ætas & prin. tex. intelligitur qñ sufficit mandatum generale Phi. Fō.

† Ad hūc tex. uide quæ dicit Fel. in c. 2. ex de test. adde Socin. cōs. 11. inci. circa præsentem, lib. 1.

gis idoneus, & iſtud relinquitur arbitrio iudicis quis dicatur magis idoneus: nā dicit iudex, gratifico iſtum, & alios non admitto. Et ratio ſpecialitatis ponitur in textu, quia iſtæ cauſæ requirunt celeritatem, & ſegnius expediuntur negotia commiſſa pluribus, ideo iura cōiter dicunt, ꝙ in cauſis iſtis ſpūalib⁹ q̃ reqrūt celeritatē, eſt procedendū ſummarie, & de plano ſine figura, & ſtrepitu iudicij, clem. diſpendioſam, de iud. Nota primo, ꝙ illa verba; quemlibet in ſolidū non ſunt verba ꝯſtitutionis: nā ſi ponerentur illa verba in conſtitutione, forte nō valeret ꝯſtitutio ptāte & volūtate ꝯ̃dicentibus. c. cū ſuper in fi. de offi. & poteſt. iudi. dele. in antiq.

De occupa- one uide æ dicit La s allga. 22.

curatores [a] ſimul [b] (non adiecto, in ſolidum [c]) deputētur, vnus ſine altero nō debebit admitti. [d] Secus [e] ſi ſint ī ſolidū cōſtituti, ſed tunc illius melior erit conditio, qui per litis cōteſtationem [f] negotium primit⁹ occupabit [g] † Poſt occupationē autem huiuſmodi, alter ſe ītromittere nequibit vlterius, cum ille litis [h] domin⁹ ſit effectus: niſi dictum in conſtitutione fuiſſet, quod non fieret melior conditio occupantis: [i] tunc. n. ſi eum, qui occupauit, īfirmari, mori, abſentari, vel alias impediri cōtingat: aut ſi ꝓſequi forte nolit, poterit alter ſuſcipere ac perficere nego-

Nota vlterius, ꝙ procurator per litis ꝯteſtationē efficitur dominus litis, & ad hoc allegatur iſtud cap. Nota inſuper, quod vbi exercitium actus duobus ſimpliciter, & eodem tempore committitur, intelligitur factū vt ſimul procedant, ad hoc ſupra in anti. de offi. deleg. cauſam. Nota etiam, quod vbi duo habiles concurrunt ad exercitium actus, ille obtinet, qui alium præuenit ad hoc ſup. eodem lib. de reſcrip. cap. penul. & ſic patet, quod vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt. Dominicus. Nota finaliter quid importet clauſula, quod non ſit melior conditio occupantis, in procuratorio poſita, quia præſeruat poteſtatem procuratoris non occupantis quo ad habitum poteſtatis, non autem quo ad exercitium, niſi in certis caſibus, ſecundum Dominicum.

[Prima gloſſa dicit quid determinat.

a ¶ Si duo procuratores.] Emanauit hæc decret. ad declarationem eorum quæ not. Ioan. 2. q. 7. §. forma, & Ber. ſupra eod. tit. non iniuſte. & Accurſius, ff. eod. tit. l. pluribus, & Inno. & Hoſtien. ſup. eo. in noſtra. & Guliel. in Spe. eod. ti. §. ratione autem, verſ. quid ſi duo, & verſi. ſeq.

Glo. ſeq. recitat. per quæſtionem.]

b ¶ Simul.] quia ſecus ſi diuerſis temporib. ff. eo. l. ſi quis cum procuratore. §. fi. & ſupra eo. non iniuſte. & hoc ideo quia dando ſecundum, vr̄ primum reuocare, vt in prædictis iuribus, & hoc eſt verum, niſi exprimat ſe nolle primum reuocare. ff. de leg. 1. ſi plurib. ad hoc inf. eod. ſi quem. Et hoc verum intelligo, 1 ſi ſecundus procurator nolit ſuſcipere mandatum, arg. Inſtit. quibus. mod. teſta. infir. §. poſteriore. vbi dicitur, quod ſecūdum teſtamentum rumpit primū, licet ex ſecundo teſtamento aliquis hæres factus non ſit, vel eſſe noluerit; ſic & hic arg. prædictorum iurium. & hoc tractat Guli. in Spe. eo. tit. §. ratione autem. verſ. ſed cum dato ſecundo. Et in eod. §. ſuper verſi. item quod licet dixi, quod ſunt duo procuratoria duorum, nec apparet quod prius. 2

em Arch. px. alleg. e adi. leg. ſi tranſ. & l. le- 2. §. 1. .And.

ADDITIO. Quod quis dando ſecundum procuratorem, uideatur reuocare primum, licet ſecundus acceptare nolit: patet etiā. ff. de lega. 1. l. plane, in prin. & inſtitutio. quibus mod. tolli obliga. §. præterea, & uide quod ibi nota in gl. ſeq. quæ. & quod dicam poſt Dyn. infra de regu. iur. non præſtat. contra. ff. de reſcind. uendi. l. ſi id quod, primo reſponſo. Dic ut ibidem. Ioan. Andr.

c neu- erit ad- ndū: & tet ſibi ēs: fa no. in bus. ſ̃. er. Do.

c ¶ In ſolidum.] aliquid operatur, ſed non per omnia, quod ſonat, vt inf. patet.

[Glo. ſeq primo ponit tres caſus diuerſos ab iſto: ſecundo reddit rationem huius dicti: tertio quærit, & ponit tres opiniones, & approbat ultimam.]

d ¶ Admitti.] aliud in executoribus vltimæ voluntatis, vt inf. de teſta. cap. vlti. in fi. & in procuratorib. datis ad iudicia ſpiritualium cauſarum, vt inf. eod. cap. §. ſane. & in tutoribus. ff. de adminiſt. tutor. decreto. in fine. & in his de benignitate ſecus eſt receptum, vt ibi. Et eſt ratio dicti: quia hi duo cenſentur pro vno. ſ̃. eo. li. de elect. c. pen. §. 1. 3 Eſt ergo hic neceſſe, ꝙ vterq; admittatur, ſicut in iudicibus datis ſine clauſula, ſ̃. in antiq. de offi. deleg. cauſam matrimonij. Sed quid dices: ecce unus cōfitetur, & alter negat: q̄d erit? Super hoc fuit diſſenſio, dicunt quidam, ꝙ facta eſt litis conteſtatio, & ſtatur confeſſioni, quod ſic probatur: ſi dominus præſens eſſet, & confiteretur, & negaret, ſtaretur confeſſioni, quæ contra eum eſt ff. de interroga. act. de ætate. §. 1. ergo idem in his, qui perſonam domini repræſentant. Alij dicunt quod eligere poteſt dominus, utrum ſtetur negationi, uel confeſſioni. argūm. ſupra de re iudi. duobus. & ff. de re iudic. duo iudices. Tertij dicunt, & forte melius ſecundum Inno. quod per talem reſponſionem non fit litis conteſtatio, ſed procedendum eſt contra dominum, tanquam contra contumacem, pro eo quod non miſit procuratores inſtructos, ſupra de iuram. calum. in pertractandis. 4 Prima opinio placuit Hoſtien. ſup. eo. in anti. in noſtra. Mihi placet vltima, quia conceſſio vel negatio vnius ſolius, etiam altero non reſiſtente, non valet, ut ſupra in princip. multo minus altero reſiſtente, ad hoc ſupra eod. lib. de elect. capit. penul. §. ſi autem. Et propter euitanda hæc dicebat Ber. ſupra eod. non iniuſte, quod ſatis erat æquum quod ſiue adijceretur, in ſolidum, ſiue non: ſemper iudex eligeret idoneiorem, ad hoc ff. de accuſ. ſi plures. ff. de admi. tuto. ſi plures, ſed non eſt verum, niſi in caſu infra eod. §. ſane. Vincen. autem dicebat ob prædictam cauſam procuratores tales non admittendos. Sed uera eſt eius opinio in caſu ſupra eodem lib. de elect. cap. pen. §. ſi autem, alias non, vt hic vides.

3 ff. de ꝯd. & demonſt. cui fundus. Ioā. Mona. & facit cle. plures, de iure patr. Io. An.

4 Alias opiniones inuenies, de hoc in Spec. de cō feſ. §. fi. verſ. ſed pone. Io. And.

e ¶ Secus.] ſcilicet quia tunc vnus admittetur ſine altero.

[Glo. ſeq. alleg. quattuor concor. ponit duos alios modos occupationis, & caſum in quo nihil operatur occupatio.]

f ¶ Litis conteſtationem.] quia tunc demum agere videtur. ff. rem rat. hab. l. amplius. Ad hoc ſupra in anti. de offic. deleg. relatum. & de verbor. ſignific. ex parte 2. & concord. ff. eod. l. pluribus. 5 Interdum autem dicitur quis occupare, quia primo ad ſententiam deuenit, ut in actione de peculio, & in noxa. ff. de pecul. ſi vero. ff. de noxa. ſi quis à multis, quia non præſumitur quis aſtrictus, & ideo ibi ante ſententiam appellatione non ſuſpenſam nullus occupare videtur. argum. C. de action. & obli. l. negantes, & delegatus cum clauſula, uos uel alter veſtrum, occupat per quamlibet inchoationem iudicialem, ſup. eod. lib. de offic. deleg. cum plures. aliquando nil operatur occupatio. ff. de damn. infect. ſi finita. §. Iulianus. ff. vt in poſſeſ. leg. l is cui. §. qui prior ubi omnes æqualiter in poſſeſſionem mittuntur, licet partes ſibi faciant per concurſum.

5 Et ff. de leg. 1. ſi pluribus in fin. Sed ibi valet occupatio conſtitutionis quo ad electionē tantū faciendam de re legata, uel pretio. Io. And.

g ¶ Occupabit.] in bona ſignificatione. ſic 7. quæſt. 1. factus eſt Cornelius. alibi in mala. ſupra eod. lib. de elect. generali. vbi de hoc.

h ¶ Litis dominus.] ſup. eod. cap. 1. cum ſuis concord.

i ¶ Occupantis.] & nihilominus cōtra uoluntatem dñi melior fiet ipſius occupantis. cōditio: quia ſtatutū iuris

immutare non potuit in totum, ad hoc supra de testam. requisisti. & c. tua. ff. de leg. 1. l. nemo: si ergo non valet in totum vt agit., ualeat pro ea parte, & eo modo quo valere potest. 1. Ad idem infra de despon. impu. cap. 1. §. 1. [Et bene facit. C. de fideius. non recte l. 1. & vide quod dixi in anti. de maio. & obed. solitæ. super gl. quod quandoque. facit etiã. ff. de vsufr. leg. si alij., cuius casum vide in decret. de celebrat. Mis. in quadam super gloss. antepe.] Et determinatum est hic quod dubie tractabat Guil. in Specu. eodem titu. §. ratione autem. versiculo, quid si dictum fuit.

† al. ita ab illo.

a Nota quod uerba non ↄperantur ut sonant iure aliter interpretante. Do. & Pe. de Ancha. Fon.

a ¶ Inchoatum.] simile supra eod. lib. de offic. delega. cum plures.

b ¶ Præferri.] est enim constitutus ab eo q potior est, clausula non obstante, vt supra vidisti; excludet ergo illum cum vices potioris gerat 2. ad hoc 93. distinct. cap. vlti. & 49. distin. c. 2. infra de præben. hi qui.

† al. contigerit.

2 Neque poterit ab altero reuocari. q̃ uis ambo habeant potestatem substitutos reuocandi. Phil. Fon. Adde ex Bart. in l. si ante acceptum. §. si. ff. iudi. solui. q tunc prior satisdatio euanescit, & dñs de nouo pro isto satisdare debet. Pet. de Anch. Fon.

c ¶ Substituto.] ab occupante. Nunquid hũc reuocare possit? dic vt dixi supra eod. tit. is, qui.

d ¶ Alter.] collega datus cum eo. in solidum.

e ¶ Ipsum.] negotium.

f ¶ Cessante.] argu. contra supra eo. lib. de electione cupientes §. quod si. & infra de senten. excom. municat: eos. qui vbi cessante impedimento tenetur quis ad hoc, ad quod prius tenebatur, sed hic iam alius occupauit, & eod. casu quo potuit; unde nec uirtus clausulæ hoc operatur, vt vides.

tium ab alio inchoatum:[a] dum tamen ab † alio non fuerit alius substitutus: nam si sit, is præferri[b] debebit eidem.

¶ *Procurator datus in solidum, qui occupauerat negotium, ex impedimento exclusus, non reassumit, nisi altero impedito; hoc dicit Dominicus.*

¶ Ceterum vbi nullo substituto,[c] alter[d] suscipit negotium prosequendum is qui occupauit primitus ipsum,[e] resumere postea impedimento cessante nequibit: nisi forsan illum contingeret † impediri.[g]

¶ *In causis spiritualibus ex duobus procuratoribus simul simpliciter datis, iudex eligit magis idoneum, qui solus prosequi poterit nec alius admittitur, nisi primo legitime excluso, h. d. Dominicus.*

¶ Sane in electionum, postulationum, prouisionum, & aliorum spiritualium negotiorum causis[h] (cum talia celeriorem[i] expeditionem exigere dignoscantur) volumus specialiter[k] obseruari, vt si plures ꝓcuratores simul in eis fuerint non in solidum[l] deputati: iudex (ne propter eorum cõcursum negotia eadem intricari[m] contingat) idoneiorem[n] ex ipsis eligere valeat, & ille solummodo prosequatur, habeatque quicquid cum illo sic electo, factũ extiterit, plenam roboris firmitatem: Nec ad prosequendum alius admittatur postmodum, nisi prout eum, qui non occupat negotium, cẽsuimus post occupationem factam ab alio superius admittendum.[o]

¶ Idem.

¶ *Procurator, q renuit acceptare mandatum, pænitere potest, quamdiu constituens in eadem perseuerauerit voluntate.*

CAP. VII.

LICET †

g ¶ Impediri.] & tunc ille assumet, nec ille substitutum dare poterit, cum litem non fuerit contestatus supra eo. cap. 1. §. 1.

h ¶ Causis.] secus in negotijs etiam spiritualibus, ut patet supra. eo. lib. de elect. cap. penult. §. si autem. quod est contra, & ibi dixi.

i ¶ Celeriorem.] de hoc vide quod dixi supra eod. lib. de elect. c. vlt.

k ¶ Specialiter.] Nota ergo quod fauor aliquid inducit contra ius positiuũ, quod habuistis. in prin. decr. Et nõ. per hanc literam reprobatam illam opinionem, quæ uidebatur æqua Bernardo sup. in anti. eod. non iniuste. q siue esset clausula in solidum, siue non, iudex poterat eligere, sed non est uerum nisi in spiritualibus, ut hic uides, & facit pro illa opinio. ff. de pop. act. l. 2. sed non obstat, quia ibi plus tangitur uniuersitas, quam priuati persona, & ideo fuit electio magistratus.

l ¶ Non in solidum.] si enim in solidum, nõ esset speciale, quia omni casu iudex eligeret si ambo occurrerent, & simul occuparent. ad hoc supra. eo. lib. de elect. cap. penult. §. 1.

m ¶ Intricari.] vt ex contrariis responsionibus. Parat igitur viam expeditioni negotij, prouidet domino absenti occurrit partium laboribus & inutilib. expensis, ad quæ omnia tenetur iudex supra. eod. lib. de offic. ordina. vt litigantes de rescriptis. statutum.

n ¶ Idoneiorem.] ff. de accus. si plures [Ad idem. ff. de dãn. infect. in reficiendo. cum concordan.] ff. de administra. tu. si plures, & videtur idoneior magis honestus & qui melius merita causę nouit. supra de iuramento calumniæ. in pertractandis.

ADDITIO. Facit. C. eod. tit. l. fi. Io. And.

o ¶ Admittendum.] scilicet quando non dedit substitutum, & non potest, vel non vult, prosequi.

LIcet.] Non diuiditur, quia textus sub vno constructu pendet. Dominicus.

CASVS. In quadam causa, quam, eram tecum habiturus, Titium procuratorem meũ constitui, & ei misi litteras procurationis p aliquem nuncium meum; qui nuncius sibi Titio præsentauit litteras & eum requisiuit, vt onus dictæ procurationis in se assumeret; dixit Titius, nolo acceptare procuratorium, nec onus assumere, & renunciauit procurationi, postea pænitentia ductus, voluit illam procurationem acceptare: Opponebatur pro parte tua quod Titius non erat procurator meus, eo quod renuerat semel accipere procurationem, quæritur an possis eo prætextu eum repellere, & an possit Titius procurationem reassumere? Respondet, quod si ego constituens perseuerauero in eadem voluntate, quod certè ipse Titius potest procurationem reassumere & acceptare, & causam meam promouere, ac si ab initio non refutasset. Nota primo, ex isto capitu. quod officium procurationis est officium voluntarium, & ideo non cogitur quis accipere procurationem. l. filius, §. inuitus. ff. eodem titu. l. inuitus. C. eo. & hoc verum in officio procurationis singularium personarum: secus est in officio procurationis regiæ: nam onera publica quis inuitus cogitur suscipere. Instit. de excusat. tut. & cura. circa prin. & cum istud officium sit publicum, ideo

† Ad hũc te[xtum] vide dicit Alexa[n]der cons. 8 incip. reuoc[a]tur in dubi[o] lib. 5.

ideo quis inuitus illud suscipere cogitur. Et secundum Doct. qn̄ dr̄ quod officium procuratoris est vile officiū, non intelligatis quod reddat vilem vel infamem illum, qui exercet tale officium: sed dicitur vile, eo quod viles personæ admittuntur ad exercendum tale officium: & intelligitur de pcuratione singulariū personarum: nō aūt de procuratione regia: Nam illud officiū est dignitas: quia hēt iurisdictionē inter priuatum, & fiscum, quia iurisdictio hēt dignitatem annexā. Nota quod licet procurator renuerit acceptare procuratorium, & dixerit pcise quod refutabat: tamen est locus pœnitentiæ, si cōstituens perseuerauerit in eadem voluntate, ideo dicit glossa, quod si in constitutione procuratoris dicat dominus constituo talem: & casu quo noluerit acceptare procurationem, constituo talem tunc si primus refutauerit, non est amplius locus pænitentiæ. Nota ulterius, quod absens potest constitui procurator: concord. sunt in gl. & in c. cupientes. §. ad hæc. eod. lib. supra de electione.

is, [a] qui procurator [b] constituitur ab absente, [c] dixerit præsentatum sibi suscipere [d] nolle [e] mandatum, hoc tamen nequaquam [f] obstante, quādiu [g] constituens in eadem perstiterit voluntate, ipsum [h] acceptare poterit † quandocūque placebit. [i]

¶ Idem.

¶ *Dominus dans procuratorem, quotiens contingit eum abesse, causam tractādo, procuratorem non intelligitur reuocare, secus si simpliciter, nisi expresse protestetur, quod ipsum reuocare non intendit, vel alias hoc appareat ex probabilibus coniecturis. Ioann. Andreæ.*

Nota insuper arg. quod voluntas semel posita, semper præsumitur, nisi contrarium probetur. vide s̄. de bapt. maiores. in fi. Dom.

[Prima gl. summat.]

a ¶ Licet is.] procurator, qui renuit acceptare mandatum, pęnitere potest, quamdiu constituens in eadē perseuerat uoluntate.

b ¶ Procurator.] ad iudicia vel negotia: non curo, cum non distinguat: & eadem ratio sit vtrobique.

c ¶ Absente.] præsens igitur, & absens quis potest constitui procurator: vt hic, & ff. e. l. 1. sup. de consi. vtil. uel inut. cum dilecta.

d ¶ Suscipere.] quod si scienter illud sine protestatione recipit, dominum, qui pro eo debite cauerat, super inclusis in procuratorio defendere cogitur, ut in clem. eo. tit. cap. 1.

e ¶ Nolle.] de nolle, & velle quomodo alterum extensiuum, alterum non, uide quod no. ff. de verb. oblig. si quis stipulatus sit. 1

f ¶ Nequaquam obstante.] & sic not. speciale contra regulam inf. de regul. iur. quod semel. cum suis concordantiis.

g ¶ Quamdiu.] si ergo mutasset voluntatem, uel causā agendo, vel alium procuratorem dando: [Vel id verbis exprimendo.] secus est, ut dixi sup. cap. prox. in princ. Ad hoc inf. c. prox. Io. And.

h ¶ Ipsum.] .s. mandatum.

[Glossa seq. signat contrarium: soluit, arguit ad simile.]

i ¶ Placebit.] argum. contra, ff. de suc. edic. l. 1. §. qui semel. vbi si ille q̄ est primi gradus, dixerit se nolle succedere, statim ius deuoluitur ad eum, qui est secundi gradus. 2 Sed ibi erat ad quem ex renunciatione ius deuoluebatur: hic ad nullum alium, quam ad dominum ipsum procuratorem constituentem: Vnde satis dici potest, quod de quadam perseuerantia uoluntatis & æquitate, ille vel non desinit esse procurator: vel si desinit, [prout tenet Io. Monac.] iure permittente reassumere potest: & forte statutum fuit, ne contingat pp procuratoris defectum negotia protelari, ad hoc sup. c. proxi. Credo tamen per prædictam leg. & per hanc litteram quamdiu, &c. si dominus dixisset, constituo talem: qui si renuerit, talem constituo: non haberet tunc locū hæc decret. Et not. argum. quod si electus præsentata sibi electione renuat consentire, 3 adhuc electoribus in eadem voluntate manentibus poterit consentire, alias non quod verum est, qa a principio renuunt, & quasi inuiti trahuntur. octaua quæstione prima, qui episcopatum, & capit. in scripturis. Ioann. Andr.

3 Infra tp̄s iuris de quo s̄. e. li. de cle. q̄ sit. & vide q̄ no. & dicā j. de p̄b. si tibi abseti. super gl. pen. q̄ loquitur in prouiso, ista in electo. Io.

ADDITIO. Idem in delegato, & multo fortius cum ipsius officium sit necessarium, secundum Archidiaconum alleg. supra de rescriptis. suscitatus. ff. de officio præsid. legatus. C. de excu. mu. lib. 10. l. placuit. §. si quis. Ioan. Andr.

CAP. VIII.

SI quem sub ea [k] forma

SI quem.] Sunt duo dicta principalia: Scd̄m: ibi, Secus. Dominicus.

¶ Præsupponendum pro intellectu huius cap. quod si in aliqua causa mea constitui meum procuratorem, qui causam ipsam incœpit procurare: quia obtulit libellum, sed lis nondum est contestata: si ego dominus compaream personaliter, & aliquem exerceam actum iudicialem in causa: videor meum procuratorem reuocare.

CASVS. Constitui Titium procuratorem meum sub hac forma: Titium meum procuratorem cōstituo quotiens me abesse contigerit: quasi dicam, quod intendo causam ipsam personaliter promouere, sed Titium procuratorem constituo quotiens contigerit me abesse: non potui comparere in primo termino; sed Titius meus procurator comparuit pro me: postea in secundo termino comparui personaliter, & aliquid in causa feci nomine meo proprio: nam aliquem actum iudicialem exercui: utrum eo ipso, quod comparui, videar reuocasse meum procuratorem? Certe non: alias uideretur procurator reuocatus per comparitionem domini, & hoc verum, nisi dominus constitutus faciat protestationem, quod non intendit reuocare procuratorem, sed quod comparet citra procuratorum suorum reuocationem, tunc enim talis protestatio impedit reuocationem. Et si feci constitutionem procuratoris simpliciter, & postea in causa compaream: & aliquid in causa nomine meo exerceam: uideor regulariter reuocare meum procuratorem: fallit si faciam protestationem, quod compareo citra procuratorum meorum reuocationem. Item fallit si est talis actus, qui nō poterat exerceri per procuratorem, sed requirit præsentiam meam, quia forte est articulus ad iurandum de calumnia, vel respondendum positionibus: tunc .n. comparendo in propria persona non uideor procuratorem meum reuocare.

[Prima gl. summat, & dicit quid approbat.]

k ¶ Si quem sub ea.] Dominus dans procuratorem quotiens contingit eum abesse, causam tractando procuratorem non intelligitur reuocare, secus si simpliciter, nisi expresse protestetur, quod ipsum reuocare non intendit, uel alias hoc appareat ex probabilibus coniecturis Decretalis ista approbat, quod not. per Innocentium, & Hostiensem supra eodem, capitulo petitio, & uide quod not. ff. mand. qui mutuam. §. non ideo.

quotiens te abesse [a] contigerit, constitueris procuratorem ad causã: non ideo (licet tractes eam postmodum per teipsum) procuratorẽ ipsum dignosceris reuocare: quinimo procurator idẽ procuratoris assumet [b] officiũ quandocunq; te contigerit absentare. ¶ Secus [c] si simpliciter a te fuerit constitutus: tunc .n. siue ante litem [d] contestatam, siue post [e] ad causam ipsam venias, non vt ipsi procuratori assistas, [f] sed vt causam tractes eandem, tractando ipsam eum reuocare censeris: nisi dicas expresse, quod ipsum vis in officio procurationis (hoc non obstante) manere, [g] vel nisi quod non animo reuocandi hoc facias, ex aliquibus appareat coniecturis: † vt si forsan aliquis immineat articulus, in quo tu nosti melius veritatem, [h] aut si sit procurator ipse infirmus, vel forsitan se absentet, seu quicquid aliud accidat, [i] propter qđ ipsi causæ tua sit præsentia opportuna. [k]

¶ Idem.

¶ Tria dicit: Primo, quod procurator ad contrahendum matrimonium dẽt habere speciale mandatum: Secundo, quod talis procurator non substituit; nisi ad hoc mandatũ habeat. Tertio quod si talis procurator reuocatus etiam ignorãter contrahit, non tenet matrimonium. Ioan. And.

CAP. IX.

PRocurator [l] † non

a ¶ Abesse.] sub hac ergo forma potest dominus procuratorem dare: sic & delegatus Papæ subdelegatum. s̃. de offi. del. si delegatus. e. lib.

ADDITIO. Et vtrobique si moritur constituens reintegra, mandatum expirat tamen aliter dicitur res non integra in subdelegato, quam in procuratore. Itẽ & aliter in procuratore ad iudicia quam ad negotia. de hoc not. C. man. l. mandatum. Ioann. Andr.

b ¶ Assumet.] si. C. de cura. furt. l. penul. ff. man. l qui mutuã. §. non ideo.

c ¶ Secus.] .s. quia non assumet, & inf. declarat quare.

d ¶ Ante litem cõtestatam.] tunc reuocatur sine causa, & inuitus, vt s̃. e. tit. & lib. c. 2. cum suis cõcord.

[Gl. seq. signat cõtrarium: ponit opin. quam reprobat: demum soluit.]

e ¶ Siue post.] ad hoc s̃. eo. non iniuste. ff. e. li. l. plurib. ff. manda. qui mutuã. §. nõ ideo minus. Sed contra. s̃. eo. tit. & lib. c. 2. vbi post litem contestatam procurator non reuocatur. Sol. quidam dicunt hunc casum addendum .s. quod procuratorem post litẽ contestatã a se non reuocat dominus, vt det alium procuratorẽ; sed si causam tractat bene, sed ad hoc contradicit finis ipsius decret. quæ dicit, quod adesse potest; sed non tractare, & est expressum. C. eo. l. procuratoribus, vbi habes, quod post contestationem a procuratore factam non hẽt dominus potestatem prosequendi negotium. Dic ergo, & verius, quod decr. ista & supradicta iura loquuntur qñ domino post litem contestatam non contradicitur 1 litis assumptio, vt legitur, & no. ff. eo. tit. l. quæ omnia, & ideo illa littera, quæ est sup. eo. tit. & lib. cap. 2. ibi, ipso nolente: soluit contrarium, & ita etiam tenent prædicti Doctor. in decr. petitio, sup. eo. Si autem contradicitur, tunc locum habet decr. illa, quod causa cognita reuocabitur, alias non.

f ¶ Assistas.] quod potest eo inuito. sup. eod. tit. & lib. quamuis. in fi. ff. eo. l. Paulus. ff. de inoff. test. si suspecta. Ioan. And.

g ¶ Manere.] ad idem sup. eo. tit. & lib. si duo. & no. ꝓ protestatione; quia hæc saluat quod sine ipsa perderetur. de hoc s̃. in ant. de const. cum M. & de elec. Cumana, & 27. dist. c. 1.

ADDITIO. Io. Mon. remitrit inf. de reg. iur. in generali. Io. And.

h ¶ Veritatem, ff. eo. si actor. j̃. de iud c. 1.

i ¶ Accidat.] puta quia vinculis detinetur. supra eodem quamuis.

K ¶ Opportuna.] pone procurator non habebat mandatum iurandi de calũnia, vnde oportuit uenire dominum, & iurare j̃. de iur. cal. c. vlt.

PRocurator.] Tria sunt dicta; Secundum ibi, Et quãuis. Tertium ibi, Sane. Dom.

CASVS. Titium feci, & constitui meum procuratorem ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia: & ponamus, vt sit maior dubitatio, quod Titium meum procuratorem constitui ad omnia negotia iudicialia, & extraiudicialia, cum potestate faciendi omnia, & singula, q̃ facerẽ & facere possem, si personaliter interessem: quid fecit iste Titius procurator meus: Contraxit matrimoniũ pro me cum Berta, & forte per verba de præsenti: an sit matrimonium inter me & Bertam? Respondet quod non: quia ad hoc non habebat mandatũ spãle, & ista specialitas attenditur ẽt circa personã cum qua est contrahendũ: aliter non est mãdatũ sufficiẽs ad contrahendũ matrimoniũ, puta si dicam: constituo talem ꝓcuratorem meum ad contrahendũ matrimonium nomine meo cum tali Berta: tũc est matrimoniũ inter nos. Sed ponamus, ꝙ constitui ꝓcuratorem meum ad contrahendũ matrimoniũ cũ tali Berta: ꝓcurator meus fuit impeditus, & alium substituit: ille substitutus protulit verba apta ad contrahendum matrimonium cum Berta; quia dixit nomine procuratorio meo talis accipio te in vxorem, & econtra Berta dixit, accipio te in virum, vt procuratorem talis; an sit matrimonium? Certe non, nam procurator constitutus ad matrimonium contrahendum non potest substituere, cum agatur de maximo præiudicio. Sed ponamus, quod constitui Titium procuratorem meum ad contrahendum matrimonium cum tali Berta; reuocaui procuratoriũ; sed non notificaui procuratori, nec Berta; ille procurator contraxit matrimonium cum Berta nomine meo; an teneat matrimonium? Respõdet quod non, licet dicamus rũr, quod reuocans procuratorem, debet notificare ꝓcuratori, si fuerit procurator ad negotia; Vel debet notificare iudici & parti aduersæ, si sit procurator ad iudicia; fallit tamen in causa matrimonii; quia quamuis reuocatio notificata non fuerit procuratori; tamen non valet quod procurator egit; nec est matrimonium propter defectum consensus, qui requiritur in matrimonio. Nota primo, casum, in quo requiritur speciale mandatum; alios uide per gl. super eo. tit. & lib. qui ad agendũ. Nota secundo, ibi, §. & quamuis, quod procurator datus ad matrimonium contrahẽdum, dicitur datus ad negotia. Dominicus.

[Gl. prima diuidit, & summat.

l ¶ Procurator.] Tria dicit; primo, qđ procurator ad contrahendum matrimoniũ debet hr̃e speciale mandatũ; Scđo, ꝙ talis procurator non substituit, nisi ad hoc mãdatũ habeat; Tertio, ꝙ si talis procurator reuocatus, ẽt ignoranter contrahit, non tenet matrimonium.

[Gl. seq. ostendit de iure veteri, &c. signat contrariũ & soluit.]

† Nota Pet. đ Anch. ꝙ vna ꝓsũptio tollit aliam de ꝓs. litteras. đ in inte. rest. l. diuus. Fon.

† Idẽ Phil. Pe. de Anch. Do. intelligẽdũ non contradicit a parte, vel ab ipso ꝓcuratorẽ etsi ꝓcurator vult, pars p̃t nolle, quia principalis ẽ indiscretus horribilis. Bart. in l. fi. §. si actor male. ff. eo. Fon.

† Vide An[…] cons. 228. i[…] ci. A. duas fi[…] lias hẽbat e[…] duob. consil[…] seq. Ant. Bu[…] cõl. 64. inci[…] A. duas filia[…] habuit. Al[…] xã. cõs. 14[…] inci. in cã[…] lite & con[…] 149. inci. […] so process[…] lib. 5.

a ¶ Ido-

aliter cēsetur idoneus [a] ad matrimonium [b] contrahē dum, q̃ si ad hoc mandatū habuerit speciale. [c] Et quā uis aliàs is qui cōstituitur ad negotia procurator, alium dare possit: [d] in hoc tñ casu (propter magnum, quod ex facto tā arduo † posset periculum imminere, non poterit deputare [e] alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. [f]

¶ Sane [g] si procurator antequā contraxerit, [h] a dño fuerit reuocatus: [i] contractū postmodum matrimonium ab eodē (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxit reuocationem hmōi penitus ignorarent [k]) nullius momenti existit; [l] cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequiuit. [m]

TITVLVS XX.

De his, quæ vi metusve causa fiunt.

¶ Gregorius X. in Concilio Generali Lugdun.

¶ Excōmunicationis suspensionis, vel interdicti absolutio vel reuocatio per vim extorta, non tenet: & extorquens excommunicatus est ipso iure. Ioan. And.

a ¶ Idoneus.] an per procuratorem possit contrahi matrimonium? de hoc nō dubitatur per canonem. 32.q.2. honorantur. supr. de conuer. coniu. ex part. 2. & qui cle. vel vouē. c. veniens. ad idem de matrim. contract. c. 2. ff. de spon. sufficit. & l. ult. & ff. de ritu nup. l. mulierem, omnes enim contractus qui consensu cō trahuntur, inter absentes contrahūtur. ff. de contrah. empt. l. 1. §. est autem. Sed contra. sup. de spon. duo. c. 1. ibi, corde tñ & ore, &c. Sed dic, q̄ satis dr̄ ore consentire qui per procuratorem 1 consenit. inf. de reg. iur. qui per alium. Sed an procurator ille debeat ad hoc habere speciale mandatum, dubitat? Dicebamus aūt quòd sic, sicut & in alijs casib. quos no. sup. eo. li. & tit. qui ad agendū. §. vlt. & ad hoc facit s̄. de despon. impub. c. c. 1. & Instit. de nup. §. 1. & expresū erat. ff. de rit. nup. l. generali. & l. mulierem.

ADDITIO. Vnde dixit Phil. s̄. de restit. in integ. coram. per ius aliquod nō probari, quòd in matrimonio contrahendo per procuratorem interuenire debeat speciale mandatum. Ioan. And.

[Glossa sequens ponit dictum cui signat contrarium & remittit.]

b ¶ Matrimonium contrahendum.] nec ad causam matrimonialem agendam, vt dixi. sup. eod. tit. & lib. qui ad agendum. §. vlt. secundum. Vinc. Sed ad hoc contra sup. eo. tit. accedens sed sol. vt ibi not. Ber. in fi. vlt. gl.

[Gl. seq. quærit, arg. pro, soluit contrarium. Iterum quærit arg. negatiue contrarium soluit.]

c ¶ Speciale.] Sed nunquid si habet generale cum quibusdam expressis, clausula subsecuta, ut supr. eod. lib. & tit. qui ad agendum conttahere poterit? videtur quòd sic per illud c. Sed contrarium credo, ut ibi dixi. Dico enim quòd illa clausula generalis, quæ sequitur, specialia expressa similia includit, sed non longe maiora: 2 vt est in casu nostro: notabiliter enim tali concedi debet: & hoc voluit hæc littera. Ad hoc 12. distinct. nos consuetudinem. sup. in antiq. de rescrip. sedes, C. de diuer. rescrip. l. 1. ff. de vi. tri. & oleo leg. l. vlt. in fin. & ad hoc facit finis huius c. maxime cum requiritur speciale mandatū. & de expressa persona, 3 vt statim dicam: & sic dubitatio procedit. Sed quid dices: nunquid sufficit speciale mandatum ad contrahendum, vel requiritur speciale de certa persona & expressa? & videtur quòd non requiratur expressa persona. 4 arg. sup. eo. tit. & lib. c. 1. 2. responso. Sed dic contra per l. ff. de ritu nupt. generali, ad hoc sup. de arb. innotuit. cum suis concord. & quæ not. 29. q. 1. in summa.

ADDITIO. Idem Dom. Philipp. hic Bar. in l. fi. ff. de dona. ad quod facit glo. 30. q. 5. cap. nec illud. quam vide Fonta.

d ¶ Possit.] libere, & quandocunque sup. eo. ti. & li. c. 1. §. procurator. & ff. man. si procuratorem.

e ¶ Deputare.] & sic fallit illa regula. ad idem. ff. de ri. nup. generali. in prin.

f ¶ Commissum.] concor. supra eod. titu. & lib. capit. 1. 2. respons. sup. de offi. delega. is cui. & capit. vlt. §. vices quoque.

g ¶ Sane.] hoc quod dicitur hic notabat Io. 63. distin. tibi domino. & 30. q. 5. nec illud.

ADDITIO. De hoc. ff. de spon. sufficit per Innoc. de spon. sub rub. quæ gl. communiter habetur in c. Iudæis, per Hostièn. in summa, de spons. §. qualiter contrahatur. versi. quòd si pœniteat. Ioan. And.

[Gl. seq. ponit differentiam carnalis ad spirituale.]

h ¶ Contraxerit.] matrimoniū dicitur cōtrahi per mutuū consensum: & est uerum in hoc casu: secus in matrimonio spirituali, quia ex quo clerici elegerunt licet adhuc non sit per mutuum electi consensum matrimonium spirituale contractū, tamen penitere non poterunt sup. in ant. de elect. publicato. & e. cum inter canonicos, & facit ad hoc de transla. inter corporalia.

Matrimoniū per qd cōtrahitur.

i ¶ Reuocatus.] vel uetitus ne contraheret: Quid si iurauerat dominus non reuocare, uel penitere? Idem licet periurus sit: & de eo debeat sibi pænitentia imponi. de spon. sicut. & c. inter in fi. defuit enim cōsensus: & sic idem iuris, cum eadem sit ratio.

Procurator reuocari pōt licet dñs iurauerit non reuocare.

ADDITIO. Firmitas ergo contractus nec per iuramentum, nec per pęnæ promissionem potest haberi; sed sæpius consului, quòd post contractum procuratoris fiat ratificatio constituentis. Ioan. And.

k ¶ Ignorarent.] speciale in hoc casu cum alias reuocatio procuratoris ad negotia ad ipsum procuratorem uenire debeat: de quo dic, ut sup. in antiq. de rescri. ex parte decani. 5 De reuocatione procuratoris ad iudicia dixi sup. eo. tit. & lib. ca. 2.

5 Ibi uideas Fely. de ista materia Fō.

[Gl. seq. signat contrarium.]

l ¶ Existit.] arg. contra. ff. de diuor. l. si pænituit. Reuocatum est ergo mandatum, licet mandatarius hoc ignoret, quamquam agat, ne sine culpa sua damno afficiatur, ff. man. si uero non remunerandi, & l. si mandassem.

ADDITIO. Lex, si pænituit in prin. huius gl. allegata dicit, quòd si pęnituit me misisse deuortium, tamen nuncius ignorans pęnitentiam meam, libellum dedit, durat matrimonium: in hoc pro: nisi is qui recipit pęnitentia cognita, diuertere uelit: in hoc contra. Sol. in contrahendo requiritur utriusque consensus: quod non est in diuertendo, C. de repu. consensus. Ioan. And.

m ¶ Nequiuit.] 27. qu. 2. c. 2. & per totum. de spon. cum locum, & e. tua, & de despon. impu. c. 1. Et est ratio quare furiosus non c̄hit, quia non pōt consentire. 32. q. 7. neque furiosas. & 27. q. 2. sufficiat. & supr. de spō. dilectus.

DE HIS QVÆ VI METVSVE causa fiunt.

¶ Visum est supra de his, quæ geruntur spontanea uoluntate agentium: & sic ualent & tenēt irretractabiliter ut dicit Iurisconsultus. l. 1. ff. de pac. nihil enim est quod magis humanæ naturæ congruit, quam pacta seruare, quæ sponte fiunt: Verum quia aliquando accidit, quòd talia fiunt per metum, & dubitari posset utrum talia teneant irretractabiliter uel non: ideo post titulo præcedētes ponit titulum de his, quæ vi metusve causa fiunt.

Cōtinuatio Dñi Heliæ.

Abso-



Bſolutionis beneficium.] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi. Ne autem.

¶ Abſolutio vel relaxatio ab excõicatione interdicto, vel ſuſpenſione per metum extorta, eſt nulla ipſo iure: & extorquens abſolutionẽ vel relaxationem, incidit in aliam ſententiam excommunicationis: & ſic eſt duabus ſententijs ligatus, licet pri⁹ non eſſet ligatus niſi vna ſententia: & ſic habet verum locum illud vulgare: ſæpe iactorem ferit ſua ſagitta.

Iſtud c. limitat reg. dicẽtẽ geſta per metũ reſcindi per actionẽ quòd metus cã alias limitationes uide in c. abbas ſup. eod. Fon.

CAPIT. vnicum.



Bſolutionis beneficiũ [a] ab excommunicationis [b] ſententia, vel quamcunque reuocationem [c] ipſius, aut ſuſpenſionis, [d] ſeu etiam interdicti, [e]

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt, quòd illa quæ fiunt per metum iuſtum, qui poteſt cadere in conſtantem virum, tenent de mero iure: quia in eis interuenit conſenſus, licet coactus: modo coacta voluntas eſt voluntas: verumtamen probato iuſto metu, ille actus reſcindetur propoſita actione, quod metus cauſa, quæ accipit denominationem a capite edicti, l. 1. ff. eo. nam dicit prætor: quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo. Fallit in caſu noſtri. cap.

CASVS. Meus competens iudex ordinarius, vel delegatus (non refert) me excommunicauit iuſte vel iniuſte vt ſit maior dubitatio. Iuſte quia exigente contumacia, & precedenti canonica monitione me excõmunicauit: Iniuſte, quia non ſeruauit debitum ordinem in excõmunicatione: hoc facto aliqua die ego inueni excommunicantem ſolum in loco in quo poteram ſibi inferre violentiam, & poſito gladio ad guttur, minabar eum occidere, niſi me abſolueret, vel relaxaret ab excommunicatione. Iſte iudex ſola vita contentus, uidens meam deliberationem, fecit illud quòd volui: quia me abſoluit a ſententia excommunicationis iuſte, vel relaxauit me ab excommunicatione iniuſta: quæritur vtrum ſim abſolutus vel relaxatus? Reſpondet quod non: immo remaneo in priſtina excommunicatione, & nouam excommunicationem incurro, & ſum excommunicatus duplici excommunicatione. Si iſte caſus non eſſet caſus ſpecialis, abſolutio de mero iure teneret, ſed iudex poſſet agere contra me, ut ipſa abſolutio reſcinderetur, & poneret in priſtinam excommunicationem. Idem eſt dicendum de ſententia interdicti vel ſuſpenſionis. Nota primo ex capit. iſto caſum, in quo geſta per metum ſunt nulla ipſo iure, quod eſt contra communem regulam, quæ habetur in capit. abbas ſupra eodem in antiq. nam ſi compellas me per metum, ut vendam tibi librum, tu es dominus libri, nec librum a te poſſum vendicare, niſi talis uenditio reſcindatur per actionem quod metus cauſa: fallit in certis caſibus, in quibus requiritur cõſenſus ſpontaneus & liber, vt in matrimonio: quia cum quis compellitur ad matrimonium contrahendum: matrimonium eſt nullum: quia licet ibi ſit voluntas: quia coacta uoluntas eſt uoluntas; non tamen eſt uoluntas ſpontanea. Item fallit in abſolutione ab excommunicatione, ut hic: nam ſi excommunicator abſoluat per metum, nulla eſt abſolutio: nec eſt neceſſe quod reſcindatur abſolutio: ſed poteſt publicari pro excommunicato, ac ſi nullo modo abſolutus fuiſſet. Quæritur quæ differentia eſt inter abſolutionem & relaxationem: quia prima facie videretur quod eſſent idem: & ſic iſte text. eſſet ſuperfluus: quia in iure noſtro non debet eſſe aliqua ſuperfluitas, ut ſup. in procemio decre. ibi, reſecatis ſuperfluis, & in procemio, C. dicit gloſſa, quod iſte text. non ponit ſuperfluitatem: nam uerbum, abſolutio, reſpicit ſecundum aliquos abſolutionem præſtinam cum ſolemnitate, ſcilicet, cum Pſalmo pœnitentiali: Miſerere mei Deus: ſecundum, quod ponit Guil. Duran. Specul. in titu. de imag. ſed verbum relaxatio. reſpicit abſolutionem non ſolemnem: vt dicit gloſſ. Abſolutio reſpicit iuſtam excommunicationem: & relaxatio reſpicit excommunicationem iniuſtã, quæ tamen tenet: ſed uenit relaxanda iuxta ca. ſacro. de ſenten. excommun. in antiq. Vel abſolutio reſpicit ſimplicem abſolutionem, & relaxatio reſpicit abſolutionem ad cautelam, quando quis negat ſe excommunicatum; ſed tamen petit abſolutionem ad cautelam, vtrunque poteſt ſaluari ſec. Doctores. Not. ulterius, quòd excommunicatus poteſt iterum excõmunicari. Sed quæritur quomõ eſt hoc poſſibile: quia excommunicatio ponit aliquẽ extra eccleſiã hoc eſt extra communionẽ fidelium, & ſi ſit extra eccleſiam per primam excommunicationem quomodo poteſt poni extra per ſecundam: Nam cum ſit extra eccleſiam, non poteſt amplius poni extra. c. cum frequens de reſti. ſpol. eo. lib. Dicendum eſt, quòd excommunicatio habet duos effectus: ut dicit gloſſ. notabilis. cap. ita quorundam de Iudæ. in antiq. Primus effectus eſt, ut ponat excommunicatum extra eccleſiam: Secundus effectus eſt, ut teneat eum extra eccleſiã donec fuerit abſolutus. Secunda excommunicatio non poteſt habere primum effectum, & ſic intelligitur contrarium, ſed habebit ſecundum effectum: quia retinebit excommunicatum extra eccleſiam: & quantum ad iſtum effectum excommunicatus poteſt iterum excommunicari. Nota inſuper quòd abſolutio a ſententijs cenſuræ, appellatur beneficium.

¶ Nota finaliter textum, quòd canon loquẽs per uerbum præſentis temporis cum adiectione huius uerbi, omnino, inducit canonem latæ ſententiæ, uide gloſ. in c. quam ſit. ſup. eo. li. de elect. Dom.

[Prima gloſſa ſummat, & quod fuerit dubium, declarat.]

a ¶ Abſolutionis beneficium.] Excommunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti abſolutio, uel reuocatio per uim extorta, non tenet. Secundo dicitur, quod extorquens excommunicatus eſt ipſo iure. Huius decretalis fuit dubitatio: quia regulariter quæ per metum fiunt, ualent, & obligant, quod dic. ut not. 15. qu. 6. auctoritatem, & ſup. eod. c. Abbas fallit in caſibus ibi notatis, ad quod adde iſtum: & quia ſicut iniuſta excommunicatio ligat: ſic uidebatur de iniuſta abſolutione, de pen. di. 1. uer. uerbum.

b ¶ Excommunicationis.] etiã iniuſtæ: humiliter enim debebat abſolutionem petere, non per metum compellere: quia ſententia paſtoralis ſiue iuſta, & c. 11. q. 3. c. 1. ſecundi. Guil. & Gar.

Excõicat⁹ iniuſte, debet humiliter abſolutionem petere.

ADDITIO. Idem Io. Mon. & Archi.

h ¶ Statuimus.] hic fit interpretatio canonum antiquorum de hac materia loquentium.

[Gl. seq. dat tria similia, & unum dissimile. si. recitatur per quæstionem.]

m ¶ Proponitur.] quia dies illa non computabitur in 15. 1 sic dies in quo proponitur excõmunicationis exceptio, inf. de exceptionibus pia. sic dies in quo cautum proponitur, & in quo sistere in iudicio oportet, non cõputatur in uicena millia passuum. ff. si quis cautio. l. 1. & sic dies præsentationis litterarum, cum committitur causa infra certum tempus decidenda, sup. de app. super eo. 2. vbi de hoc. Secus in decem diebus, qui dantur ad appellandum, in quibus tempus sententiæ prolationis computatur. 2. quæst 6. biduum. vbi de hoc su. de re iud. quod ad consultationem. [Archi. Alleg. sup. eod. tit. audita. ver. mandamus. supr. de cleri. non resi. qualiter. 18. quæst. 2. pridem. uer. admonemus. 2. q. 6. propter. 88. distin. perlatum. 4. q. 5. cap. 1. 31. dist. tenere. 82. dist. proposuisti.] Et ultimo istorum. 15. dierum 2 probari poterit exceptio, sic. ff. ad leg. Iu. de adult. l. pater. §. sexaginta, & l. is cuius. §. ex senatusconsulto. Et potest peti bonorum possessio infra centesimum diem, & centesimus in eo numero computatur. ff. de succes. edi. l. 1. §. si intra versi. quod dicimus. simile. ff. de uerb. obli. qui ante kalendas. Ioan. And.

n ¶ Quod asserit.] s. se spoliatum in ciuilibus ab actore, in criminalibus a quocunque.

o ¶ Alioquin.] id est, si infra illud tempus non probauerit.

p ¶ Taxatione.] de qua dic ut supr. quod met. cau. c. vlt. in gl. quæ incipit, vltra quam. Ber.

q ¶ Puniendus.] pœna arbitraria: ex quo non statuitur hic certa pęna. de offi. del. de causis. §. 1. ff. de iu deli. l. 1.

ADDITIO. Idem Host. & Io. Mona. & Archi.

[Gl. seq. reddit causam: & dat simile.]

r ¶ Substantia.] interpretatur & exponit hic Papa canones illos. 3. q. 2. oportet & 2. qu. 2. nullus ubi sunt hæc verba:

† No. hi sũt mult sus in qu spoliato negať res vt uides no. su. eo trãsmissa illis ergo sib. in qu non agit non exci & illi cui terdictũ de vi. vel bo. rap. n tur, non c petit ẽt ceptio, d qua in te Petr. de A 1 Placet D idẽ si 15. d simp. assig quia intel gitur de l. cũ qui lendis. ff. verb. obli. de pręb. n p̃t. in dub tñ dies t mini cõpu tur. Bar. in 3. ff. si qu cau. in gl. c anteriorur 2. qu. 6. Ph Fon.

2 Sed quid ille vltim est feriatu certe tunc 14. debeba qñ enim v timus dies termini pr fixi est fer tus, debes lum præu nire. l. 2. i fin. de tem app. Petr. Anc. Phil. de per Do. c. cũ dilect de do. & co tu. Fon.

maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat, & secũdum hoc loqui canones, sano credendum est intellectu, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus: habet.n. spoliatus priuilegium ut non possit exui iam nudatus.

¶ *Excipiens de spoliatione facta a tertio, infra certũ tẽpus a iudice statuendum, debet restitutionem petere, alias accusabitur exceptione non obstante. Io. And.*

¶ Solet autem † inter scholasticos dubitari, si spoliatus a tertio, [a] de spoliatione contra suum accusatorem excipiat: an ei tempus [b] a iudice debeat indulgeri, infra quod restitutionẽ imploret: ne forte sic [c] velit existere, vt omnem accusationem eludat; [d] quod [e] satis ęquitati, & iuri consonum æstimamus. [f] † Quod si infra tempus indultum restitutionem non petierit, & causam cum potuerit [g] non ducat † ad finem, non obstante spoliationis exceptione, deinceps poterit accusari.

¶ *Agenti super rebus ecclesiasticis, nõ obstat exceptio spoliationis priuatarũ rerum, vel econuerso. Io. An.*

¶ Ad hoc sancimus, vt rerum priuatarum spoliatio agenti super ecclesiasticis vel econtrario, nullatenus opponatur. [h]

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Ecclesia quæ petit restitutionem decimarũ (quas se dicit infra parochiã alterius possedisse) non auditur, nisi probet possessionẽ legitimam. Io. And.*

† extimam⁹.

† Alias, inducat.

verba: Ridiculum enim videbatur ꝙ criminaliter accusatus accusatorem suum per exceptionem spoliationis rei modicæ, & vilis, ab accusatione repelleret: Et est simile quod dicit lex, quod tutor a tutela excusari non põt ratione controuersiæ, quæ est inter ipsum, & pupillum suum: nisi forte de omnib. bonis aut plurima parte bonorum sit cõtrouersia. ff. de excu. tut. l. propter litem. Inst. e. tit. §. Item propter litẽ. licet illud iure Aut. immutatum videatur. in Authen. vt hi qui ob. se ha. perhi. res mi. §. 2. 3. & 4. collat. 6.

ADDITIO. Vnde sumpta est Auth. minori. C. qui da. tuto. pos. tamen vt dicit Host. ratio legis abrogatæ durat, & allegari potest: de hoc de iud. nouit. ver. nec sit illud in 1. glo. Dicit autem I. Mon. quod æqua fuit hæc interpretatio: lcũ accidentia subiecta non denominẽt, nisi adsint in toto, vel in maiori parte alleg. ff. de leg. 3. l. legat. seruis, §. si vnus. & remittit ʃ. de verb. sign. sicut, Io. And.

In antiq. dicib. ita, et.n.

a ¶ A tertio.] id est ab alio quam ab accusatore. 3. q. 1. episcopi, & q. 2. cum ecclesia,

b ¶ Tempus.] arbitrarium: ex quo certum non statuitur, vt dixi. sup.

c ¶ Sic.] .s. spoliatus.

d ¶ Eludat.] malitiis autem indulgendum non est supra qui matrim. accusa. poss. significante. cum suis concord.

e ¶ Quod.] .s. quod iudex terminum statuat.

f ¶ Aestimamus.] & alii æstimare debent. supra de re iudica. in causis. Et sic compellitur aliquis agere. Ad idem Cod. de inge. ma. l. diffamari, sed non præcise, sed hoc vt excipere possit, ut hic vides. Ioann. Andr.

ADDITIO. xvij. casus, in quibus compellitur quis agere, notat hie Hostiens. quorum aliquos notat Accursius C. vt nemo inui. l. vnic. & ponit primo quattuor in personis. quibus periculum imminet, si non agant, vt tutoribus, & curatoribus. C. arbitr. tut. l. nomina. & de admi. tu. l. debitoribus. Secundo negotiorum gestores, si sint cognati domini absentis, & facile sit eis satisdare. ff. de neg. gest. si autem. Tertio, procuratores. C. manda. l. procuratorem, & l. a procuratore. Quarto, administratores ciuitatum, ff. de administr. re. ad ci. pert. l. ult. §. 4. & §. penult. Quinto, hæres qui habet necesse vindicare mortem defuncti accusando interfectores ipsius. C. ad Syll. l. 1. Sexto, quicunque litem contestatus fuerit, vel libellum obtulerit instante reo. in Authent. de lit. §. omnem. collat. 8. Septimo, venditor, qui excepit habitationem domus venditæ, quam alii locauerat: Vnde si inquilinus domum dederit: cogitur agere contra ipsum, & emptori reddere quæ fueris consecutus. ff. de act. empt. Iulianus. alias incipit, inter eum. §. penult. Octauo, magister nauis, qui in solidum reddit vectoribus non detracto damno proportionabiliter. ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. Nono, cogitur, colonus in dominum agere in casu quem habes. ff. loca. cum in plures. §. messem. Decimo. in casu. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. si quis in suo. versicu. idem Nerua scribit. Vndecimo. in casu. ff. de leg. 1. si sit legatum. §. finali. Duodecimo, supra de offic. ordinar. significauit. Tertiodecimo, in matre quæ necesse habet petere filio tutorem. C. qui pe. tu. l. matris, & l. cum a matribus. Quartodecimo, in appellatione. de appel. oblatæ. Quintodecimo, in impediẽte matrimonium. sup. de cland. despon. cum inhibitio. Sextodecimo, in nunciante nouum opus, de noui oper. nuncia. cap. fin. Decimoseptimo, cum actor malitiose tardat reum conuenire pone in scholari, de quo not. in prælle. l. unica. C. vt nemo inui. quẽ conuenire intendit actor, cum paratus fuerit ad recessum, vt sic se redimat. sup. de rescr. nonnulli, hoc ergo præcaueri debet, de ser. non ordin. ca. 1.

...e quis ...llitur in ...is casib.

Ad instantiam ergo scholaris bonus iudex assignabit terminum ciui, infra quem agat, & post quem ciuem illum non audiet, argum. hic, & l. diffamari, quam alleg. gl. supra de prob. licet, inf. de appel. legitima. C. de re. pig. si eo, ff. de op. leg. mancipiorum. ff. de cura bo. dan. l. 1. ff. de bo. auct. iudic. possi. si seruus. ff. de Car. edic. l. 3. §. causæ. Io. And.

g ¶ Potuerit.] alias non debet sibi imputari. sup. e. li. de elect. commissa. supra de appell. ex insinuatione, cũ similibus.

[Gl. seq. obiectionem dupliciter soluit, & duplicem rationem subdit.

h ¶ Opponatur.] intelligit Bernard. hoc, quando inter ecclesiasticas personas causa vertitur, ne sit contra. supra de ord. cog. cum dilectus. Vel dic, quod ibi de temporalibus contendebatur, quæ proprie priuata dicuntur: quia possunt a priuato possideri, res autem ecclesiasticæ uocantur hic, quæ non cadunt in laicum, vt decimæ, & alia spiritualia, ff. de legat. 3. l. hoc legatum, & est ratio huius dicti, quia agens nomine ecclesiastico, non agit suo iure, sed nomine ecclesiæ, vnde sicut procurator agens nomine alieno, de iure suo non excipit sic nec hic. Ad hoc. ff. de do. excep. si procurator. Item res ecclesiasticæ sunt publici iuris, sed de publico ad priuatum non fit compensatio. C. de compen. l. 1. & 3.

ADDITIO. Host. remittit ad summam eodem tit, §. qñ facienda. vers. quid si vir. vbi tenet Host. & idem Spec. de pet. & poss. §. 1. vers. quid si ago quod agenti de matrim. petit. uel posses. non opponit coniux spoliationẽ rerum. Ioan. And.

A D decimas.] Primo, casum soluit rationem subdēs, ibi, Quia eas. Et duos alios modos summandi generalius dicam super 4. gl. Et dicitur decr. hæc sumpta fuisse ex extrauag. Clem. 4. quæ incipiebat: Cum inter canonicos, sed illam non vidi. Io. Andr.

† Vide Math. de Afflict. decis. 326.

† Not. ꝙ isto verbo, canonici, venit capitulum in actu, in quo requirit capitulū, uel maior pars. Do. & Phil. An tūc describi debeāt noīa singulorū. vide gl. 2. in c. si. §. de ꝓ. F.

CASVS. Canonici sancti Nicolai percipiebant decimas de prædiis, quæ prædia erant infra meam ecclesiam parochialē, & cōstat ꝙ ipsi excedebāt fines parochię suę, & sic possederūt decimas per magna tempora: hoc facto ego rector illius ecclesię parochialis anticipaui canonicos, & percepi fructus illorū ꝑdiorū: Canonici voluerunt contra me intentare interdictū vnde vi, ꝓ recuperāda possessione, quęritur quid dēant re proba isti canonici ꝓ obtinendo in possessorio? Rňdet Romanus Pontifex, ꝙ cū ius cōe sit contra canonicos: nam ius commune dictat, quod decimæ prædiales soluantur illi parochiæ, infra cuius limites sunt sita prædia. Itē cum ius commune sit pro me rectore, quia constat illa prædia esse in parochia mea: certe antequā canonici possint obtinere in possessorio, vltra suam possessionem debēt probare titulum, medio cuius habuerunt possessionem: videlicet quod dicant, quod decimæ illæ pertinent ad ipsos ex donatione episcopi cum consensu capituli, vel ex donatione laici, qui habebat illas decimas infeudatas de auctoritate episcopi. Nota primo, quod licet vna ecclesia vel persona ecclesiastica sit capax iuris decimarum: tamen non potest decimas percipere, nisi mediante titulo: nec etiam possidere, quod plus est, nisi cum titulo, & titulus legitimus poterit esse donatio Episcopi de consensu sui capituli, vel legitima præscriptio per 40. annos, tam de iure ciuili, quam de iure canonico. De iure ciuili habemus text. in Authent. quas actiones. Cod. de sacrosanct. eccles. De iure canonico in capit. de quarta. de præscript. in antiquis. Et ideo dicit gloss. quod laicus quantocunque tempore perceperit decimas in aliqua ecclesia parochiali, si rector illius ecclesiæ spoliauerit laicum: laicus contra rectorem non potest intentare interdictum vnde vi: nisi alleget titulum id est, infeudationem ante concilium Lateranens. non autem auditur, si alleget præscriptionem: quia nō potest præscribere, cum non possit possidere. Nota vlterius quod possidens aliquid contra iuris dispositionē, præsumitur malæ fidei possessor. Nota finaliter expressum text. quod decimæ prædiales de iure communi spectant ad ecclesiam simplicem parochialem, licet non sit baptismalis, de quo supra. de decim. cum contingat. Dominicus.

CAP. II.

A D decimas, [a] † quas canonici [b] † Sancti Nicolai se asserunt infra parochiam ecclesiæ B. clerici possedisse aliquādiu, & eis per eundem [d] clericum spoliatos fuisse, nequaquā debent restitui, nisi euidenter docuerint, quod earū possessionem legitime assecuti fuissent: Quia eas occupasse [e] iniuste verisimiliter præsumuntur, [f] cum proueniant ex prædiis infra alienam parochiam constitutis: Sitque manifestum (nisi aliud ostendatur [g]) eas de iure communi ad eandem ecclesiam [h] pertinere.

TITVLVS VI.

De dolo, & contumacia.

¶ Innocentius quartus. †

† Alias in Innoc. 4. Conc. Lug

¶ *Actor contumax condēnatur in expensis, nec citatur vlterius ad sui petitionem reus, nisi caueat de veniendo, & comparendo.*

[Prima gl. summat.]

a ¶ Ad decimas.] Ecclesia, quæ petit restitutionem decimarum, quas se dicit infra parochiam alterius possedisse, non auditur, nisi probet possessionem legitimam.

b ¶ Canonici.] nomine ipsius ecclesiæ agentes, quod possunt, vt sup. de prob. ex litteris. de cōces. præb. ex parte. ubi de hoc cum simil.

c ¶ Asserunt.] ex hoc insultat præsumptio contra eos, quæ eis verisimiliter obstat, secus si hoc nō constaret, ꝙ illæ decimæ essent in alterius parochia, & facit ad ea quæ dicam ĩ. e. lib. de præscr. c. 1.

d ¶ Eundem clericum.] Nota litteram, quia hoc ius facit pro reo. & contra actorem: Si aūt spoliati essent à tertio: ius commune licet faceret contra actorem, nō tamen pro reo: vnde tunc decr. locum habere non puto, & facit quod dixi. infra de præscr. c. 1.

ADDITIO. Vnde dicebat hic Ioan. Mona. hic patere, ꝙ agēs restitutorio iudicio contra eū, qui iure communi iuuatur, debet docere de titulo. Vel dicatur ꝙ spoliatus petēs restitui cōtra illum, qui iure cōmuni probato iuuatur, succumbit, si aliud nō ostendat. Io. And.

e ¶ Occupasse.] in mala parte: alibi in bona 7. q. 1. factus. et sup. e. lib. de procur. si duo.

[Glossa sequen. argu. ad opin. Ioan. contra Brixien. & fortificat textum.]

f ¶ Præsumuntur.] Nota secundum opin. Ioann. qui not. 14. quæst. prima. capitulo primo. in glossa possideri, quod laicus restitutionem decimarum petere non poterat, per decret. supra de præscript. causam. Bartol. Brixen. not. contrarium, cum laici decimas interdum possideant de facto. Ad decret. illam causam respondebat, quod decret. ipsa dicit, detinere, non dicit, possidere. Satis puto hanc decret. facere pro Ioann. ut nisi laicus probet se legitime assecutum, cum sit contra eum prę sumptio, non auditur, qui enim restitutionem petit, habet duo probare: se possedisse, & spoliatum fuisse, supra eodē capit. olim primo. 1. & 3. Et aliud est possidere, & aliud est in possessione esse. ff. de acquir. possessio. si quis autem. Et est sim. supra eod. ex transmissa. & quod ibi not. Hic ergo est præsumptio contra actorem: & ius commune pro reo: possessio ergo & spoliatio probatæ non auocant ut fiat restitutio, petitorio ꝓbato pro reo, ad hoc de cau. posses. cum ecclesia. & capit. cum dilectus. ff. de rei vendic. officium. & idem videtur vbicunque factum est pro reo notoriū. de diuor. significasti. [& hoc tenet Ioan. Mona.] Proprietas igitur pro reo probata, ipsum in possessione defendat, ad hoc. ff. de superficie. leg. 1. §. quod ait, ff. dep. l. bona fides, in fin.

Possidere, in possessi... ne esse su... diuersa.

Spoliatus ... tra quē n... torie cō... de nō iure... dēt restit...

ADDITIO. Dicit etiam. Archidiac. hic quod propter fatuam allegationem actorum quasi super notorio, Papa sic debuit iudicare, ad hoc. ff. de dolo. lege. dolo. ff. vt in posses. l. si is a quo. ff. de action. empti. & uendit. l. emptorem. in princip. ff. de probat. circa p. in fi. Facit, quod dixi post Innocent. & Compost. de consuetud. cum inter. de priuileg. ex tenore. Ioann. Andr.

g ¶ Aliud ostendatur.] Vt compositio, titulus præscriptionis, priuilegium, uel aliud simile, de donat. apostolicæ, infra de his quæ fiunt a præl. cum Apostolica. cum simil.

h ¶ Ecclesiam.] .s. B. clerici. Io. And.

DE

DE DOLO ET CONTVMACIA.

¶ Dictũ fuit.s̃.tit.pxi.de fatigatis vi seu potẽtia aduersariorũ:nunc vero est vidẽdũ de fatigatis aduersariorũ dolo & contu.ideo annectit tit. de dolo & cõtumacia.

CAP. I.



CTOR, a qui ad terminum [b] venire, ad quem citari aduersarium fecerat, non curauit, [c] ve-

A Ctor.] Duplexẽ prouisio contra actoris contumaciam:|secunda prouisio ibi, Ad citationem.

ADDITIO.Et vt dicit Ioan.Mona.prima repetit ius antiquum:alleg.de procu. auditis.C.quomodo, & quando iudi.Authen.qui semel.C.de fruct.& lit.expen.non ignoret. Secunda adijcit ius nouum, quod vt dixit Inno.alio iure non cauebatur.Sed Hostien.dicit, quod satis est quod cauebatur alio casu, quo minus hoc videretur fieri debere,scilicet.in Authen. libellum, quæ habetur.3.quest.3.cap.induciæ.§.libellum, & C.de lit. contest.Authen.libellum,& exponit eam hic totaliter, quod proposito cõgruit:s.ꝙ sit mens eius,ex quo actor fuit contumax, nec ad libellum porrigendum, nec ad porrectum prosequendum, nec ad aduersarium citandum admittitur : nisi cauetur reo vel iudici.vt ibi de contestanda lite infra duos menses:supplet etiam ꝙ in terminis comparebit, vt hic : vel omne damnum restituet. Multum violenta est hæc expositio. Inducit etiã ipse Authen.generaliter.C.de epis. & cler. ex quibus dicit sumptam hanc decret. quasi per modum innouationis illorum iurium,quæ non seruabantur: vt etiam not.in præalleg.Authen.libellum.3.q.3.c.inducię.§.libellum,in fi.2.gl.Quicquid dicat Host. uerũ dixit Inn. hoc alio iure non caueri : vnde dicit hic Archidiaconus,illas Authen.loqui etiam nulla contumacia præcedente. Ioan. And.

CASVS. Titius prætendebat me suum debitorem in decem fecit me conueniri coram iudice meo competenti: ego reus in termino mihi assignato comparui:ipse uero actor non comparet:quæritur qua pęna ueniat actor non cõparens pro sua contumacia puniendus?Rñdet Romanus Pontifex,quod ipse actor primo est mihi condemnandus in legitimis expensis,quas pp hoc ego feci : Item est puniendus alia pœna : quoniam si uelit denuo me cõuenire per aliam citationem nouam,quia prima est perempta[l.& post peremptorium.ff.de iud. in fi.legis,ubi edictũ circumducitur.i.citatio extinguitur]& est expirata,necessaria est alia citatio. Et ideo si actor uelit impetrare nouam citationẽ, dẽt mihi cauere ubi certa pęna,ꝙ in singulis terminis comparebit:& si actor nolit præstare illam cautionem, iudex debet ei denegare citationem:& hoc uerum,si requisitus fuerit iudex,ut ei denegaret citationem,nisi præstet illam cautionem de comparendo in singulis assignationibus:Nã iudex non debet interponere officium suum ad priuatam utilitatem,nisi requiratur a partibus.l.4.ff. de dã. infect.cap.1.de iud.in ant.ibi ; quem cum petijsset aduersarius introduci.

Nota primo ex isto c.ꝙ cum reus ad instantiam actoris citatur,ut coram iudice compareat ad certum terminum, actori similiter ur̃ ille terminus assignari, licet iudex non dicat actori,ꝙ sibi talem terminũ assignat. in tm̃ ꝙ actor non comparens est tanquam contumax puniendus. Nota ulterius,quod actor non comparens est condemnandus in expensis,quas reus ꝓpter hoc fecit. Quæritur de quib.expensis intelligatur istud?Quidam dicũt vt Dominicus de sancto Gem.quod verbum, pp hoc factis, positum in hoc tex. refertur ad verbum, veniendo:ita quod reus petat expensas ab actore,quas ipse reus fecit veniendo,stando,& redeundo,sed si fecerit alias expenses, puta, pro consilio aduocatorum, illas non poterit petere per modum præiudicij, sed tñ illas poterit postea petere in fine causæ si obtineat.Cõtra tamen hanc opi.vr̃ tex.in l.eum quem temere. ff. de iud.ubi dicitur,ꝙ faciens aliquem temere vocari ad iudicium,debet soluere viatica, & sumptus litis. Item facit l.sancimus.C.de iud.ubi dicitur, ꝙ contumax dẽt soluere omnes expensas & damna, quæ fecit ipse reus vel actor comparens. Nota insuper, quod actor contumax in primo termino non debet a iudice obtinere aliam citationem pro faciendo citari reum, nisi [illegible]ita prius cautione sufficienti, ꝙ fideliter comparebit in omnibus & singulis assignationibus. Et oneratur tali cautione propter præcedentem contumaciam suam, quia præsumptio est contra eum, quod ipse actor non comparebit, sicut non comparuit in primo termino; Sed pro intellectu huius cap.& totius materiæ,quęritur primo,utrum text.iste procedat, ut quis condemnetur in expensis pro simplici citatione? Istam quæstionem formauit glo.in c.querelam,de procur.in antiq. & dicit ibi gloss.quod debet fieri condemnatio expensarum post citationem peremptoriam; ideo pro simplici citatione non est quis condẽnandus in expensis; Nam dicit illa glos.condẽnatio expensarũ est pro contumacia, modo quis non dicitur contumax pro simplici & prima citatione. Doctores dicunt contrarium, ꝙ etiam pro simplici citatione quantũ ad condemnationem expensarum est quis censendus contumax,etiam virtute unius citationis, sed non quantum ad sententiam diffinitiuam,uel missionem in possessionem. Quæritur secundo,quid si reus similiter non comparuit, vtrum actor non sit admittendus ad nouam citationem contra reum,nisi mediante cautione,de qua hic?Respondet glo ꝙ tunc non habet locum dispositio huius cap.immo contumacia contra cõtumaciam compensatur:& istud facit contra gl.l.penul.de eo per quẽ fact.erit.ff.l.1.vel 2.ff.si quis in iudic.quæ tenet, quod licet neuter compareat tamen iudex debet condemnare partes in multam pro interesse publico,& hanc opinionem tenent domini tpales.pro quo sciendũ, ꝙ contumax non cõparens coram iudice,offendit iudicem & rempublicam, pro quo venit condẽnandus in emenda; quę emenda est arbitraria.l.vnica.§.fi.ff.si quis ius dic. non obtempe. Item contumax offendit suam partem aduersam, & ratione illius debet contumax erga suam partem aduersam condemnari in expensis & interesse l.sancimus.C.de iudi.Sed tunc ad quæstionem quando neuter comparet; certum est quod contumacia cõpensatur,quantum ad partem. Sed quid quantum ad rempublicam,utrum debeat compensari ? Glo.allega.dicit quod non : Sed dicunt Doctores,quod cum impositio multæ sit regulanda secundum interesse, & damnum partis aduersæ, ut de hoc est text. notabilis, in l. 2.ff.si quis in ius vocatus, & modo quando neutra pars comparet,fit compensatio; & postquam parti non interest, nec reipublicæ,debetur multa.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Actor.]actor contumax condemnatur in expensis, nec citatur vlterius ad sui petitionem reus, nisi caueat de ueniendo,& comparendo.

[Glo.seq. recitetur per quæstionem.]

b ¶ Ad terminum.]Cum indistincte loquatur de quolibet termino, siue peremptorio, siue non, 1 intelligendum uidetur; Sicut & in reo dici solet, quod pro qualibet contumacia etiam ante peremptorium condẽnatur in expensis,licet solum post peremptorium possit excommunicari,uel missionem pati. De hoc 74.dis. honoratus.in glo.tot scriptis.4.quæst.5.in summa, & sup.de procur.querelam. maior autem est contumacia actoris non venientis,quam rei.4.q.4.c.1.

1 Et siue in pricipio causæ, siue in ꝓgressu, Fran. Hosti.allega. 19.dis.c.1.de priuil. quia circa. ad idẽ ff. de pub de ptio. Io. An.

c ¶ Non curauit.] cum potuisset: unde nota negligentiam uel contemptum.ff.de re iud.cõtumacia,ad idem sup.tit.proxi.c.1.§.solet.

[Glo.seq.unum dubium soluit, de alio remittit.]

a ¶ Venienti.]ergo non venienti non condemnabitur sed compensetur contumacia contumaciæ.ff.de dolo. si duo,ff.de compen.l.si ambo.Si autem actor non venit: & iudex fuit absens vel præsens,sed procedere non poterat : an fieri debeat condemnatio ? dic ut not. in reo, sup.eod.tit.cap.vlt.

nienti a reo in expensis † (propter hoc [b] factis legitime) [c] condemnetur : Ad citationem aliam minime admittendus, [d] nisi sufficienter [e] cauerit, quod in termino [f] fideliter [g] debeat comparere.

† intellige de expensis quas fecit cõparens ex sua comparitione Cyn. & Bald.in l. sancimus C. de iud. de lucro ꝙ cõparens amisit, dic ut notat in c.finē litibus.de do.& cõtum. Phi. Fon.

Cautio sufficiens dr̃, qñ dãtur pignora uel fideiussores.

b ¶ Propter hoc.]s. rõne contumaciæ. de procur.auditis, infra de except. pia. supra eo. cum dilecti & c. finem. Et qualiter contra contumaces procedi debeat, dic vt not.sup.eo.prout, & c.causam.

c ¶ Legitime.]quod dic ut no.2.qõn.1.in primis, supra eo.tit. finem.

d ¶ Admittendus.] & sic puniet in quo peccauit, s̃.de temp. ordi.litteras. in fine.

[Gloss. seq. recit.per quæstionem.

e ¶ Sufficienter.] vt sic pignora uel fideiussores denr̃.ff. n ã. si mandato.§.vlti. si autem hanc dare non posset,det iuratoriam,supra de do.post diuor.restit.per vestras.ubi de hoc,ad idem C. de episc.& cler.l.generaliter. Dicit autem Innoc.quod sufficit uerbo cauere : quod potest uerum esse seruata prædicta dist. Ber.

f ¶ Termino.]primo.s.ad hoc ff.de uerbor.oblig.eum qui calendis: & infra de præbend.non potest.§.1.cum suis concord. Vel dic termino quocunque quo ad eius petitiondm citabitur reus : hæc est enim indefinita legis,quæ æquipollet uniuersali , ut dixi supr.eod.lib.de elect.ut circa.sic & cautio præstatur de perseuerantia litis vsque ad fi. C.de epis.& cle.Auth.generaliter.

ADDITIO.Dicit Host.quod ideo loquitur singulariter, ut det intelligere, quod pro defectu cuiuslibet termini locus est pœnæ.Io.And.

g ¶ Fideliter.]præsumitur autem malitiose abesse,nisi contrarium probetur.s. ꝙ impeditus fuerit. de re iudicum Bertoldus,de procu. querelam, ubi de hoc.

¶Bonifacius VIII.

¶ Iudex appellantem & recedẽtem citare vlterius non tenetur, si vult in causa procedere : nisi forsitan appellationi renunciet. Ioan. Andr.

CAP. II.

EVm, qui [h] a tua interlocutoria, vel grauamine, [i] quod per te [k] sibi proponit illatum, a tua præsentia recedit appellans : [l] Cum protestari [m] videatur hoc ipso, [n] se nolle coram te de cetero litigare : citare ad alia, quæ postea in iudicio facienda incumbunt, [o] vel etiam ad sententiam [p] audiendam, [q] nisi sponte appellationi suæ renunciet, [r] non teneris. [s] Nec

a In isto casu, videatur notat Phi. ꝙ iudex nõ tenet amplius citare,quem p̃sumit nolle cõparere corã se, & p̃cessus sine citatione ualet. Clem.1. eo.tit.Font.

EVm qui.]. 1 Soluit casum dubium,& rationem interserit,ratio ibi. Cum protestari Et unum casum excipit ibi,Nisi.Ioan.And.

¶ Præsupponendum est quod habetur in gl. uidelicet, quod iudex non potest articulum in causa expedire,nisi pars fuerit citata : alias si expediret illum articulum, processus esset nullus ipso iure.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice competenti ordinario uel delegato, [non refert :] qui iudex tulit contra te aliquam sententiam interlocutoriam : quia cum lis esset inter nos contestata: & vellem producere meos testes contra te: tu opposuisti exceptionem, quæ testes repellebat ab examinatione & receptione: unde non obstante tua exceptione, iudex interlocutus est meos testes recipiendos & examinandos : a qua interlocutoria appellasti,& petisti Apostolos tibi dari, qui iudex dedit tibi Apostolos refutatorios: iudex uult procedere in cã,& examinare meos testes;utrum possit te non uocato & non citato? Rñdet quod sic:nam cum recedẽdo ab ipso per appellationem,uidearis protestari,quod non intendis coram eo comparere:frustra te citaret;& ideo te nõ uocato & non citato,poterit iudex in causa procedere , & omnes alios articulos expedire; immo poterit ferre sententiam diffinitiuam te non uocato ad audiendam sententiam. Sed ponamus ꝙ interposita appellatione renunciasti sponte appellationi; iudex processit ad alios articulos 5 te non vocatum , nec citatum forte ad sententiam diffinitiuam , vtrum valeant tales processus?Rñdet ꝙ non:quia ex quo renunciasti appellationi tuæ,videris confiteri , ꝙ coram iudice comparebis. Nota primo , ꝙ recedens a iudice appellando,vr̃ nolle coram illo iudice litigare. Nota secundo, quod qñ fit citatio ad sñiam,dẽt in ea exprimi , q̃d ad sñiam audiendam citatur, vide tex.& gl.in Clemen.sæpe. de ver.sig. Dominicus.

[Prima gl.summat, & dicit quid determinat.]

h ¶ Eũ,qui.] Iudex appellãtẽ & recedentẽ citare vlterius nõ tenetur, si vult in cã procedere; nisi forsitan appellationi renunciet. Et determinat notata per Inno. de accusat. ad petitionem , per Guil. in Spe. de citatione.§. uiso de temporum. versi.quid si quis recesserit.

[Gloss.seq.recitetur per qõnem,quia de diffinitiua.]

i ¶ Grauamine.] hoc dicit ex eo;quia si appellatur à diffinitiua , iam functus est iudex officio suo.de offic. deleg.in litteris.ff.de re iud.iudex. Sed & idem in illo videtur quo ad executionem,quæ post sententiam imminet facienda eadem ratione.

ADDITIO. Hoc intellige in casibus, in quibus appellatio non impedit executionem , quod dic vt infra de app.Romana,§.si autem.

k ¶ Per te.]loquitur iudici;sic supra de iureiu.c.vlti.

l ¶ Appellans.]& frustratorie;quia si bene appellaret ex causa & forma,tunc ille a quo appellauerit , iudex non esset;& sic appellans contumax non esset. De reuocatione attentatorum post appellationem habebis inf. de appel.non solum.

m ¶ Protestari.] Nota quod ius fingit protestationẽ.

ADDITIO.De protestatione iuris & hominis remittit Io.Mo.infra de reg.iur.in generali.Ioan.And.

n ¶ Hoc ipso.]appellando,& recedendo.

o ¶ Incumbunt. considerato eo statu, in quo tũc erat causa.

p ¶ Ad sñiam.]puta quia lis erat contestata, & liquet de cã,vel talis est cã,in qua sñiari põt lite non contestata,quod dic vt.s̃.vt lit.non contest.qm̃, & s̃.eo.prout.

q ¶ Audiendam.]si non esset contumax expresse citari dẽt ad sñiam audiendam;alias non valeret sñia parte absente.ff.quæ sen.sine appell.rescin.l. 1.§. item cũ ex edicto.& de hoc no sup.de offi.deleg. consuluit.

r ¶ Renunciet. expresse, 2 ꝙ põt.2.q.6.c.ei.qui.§.si quis libellos.C.de appell. si quis,& tacite ẽt litigando corã iudice a quo appellauit, appellationi renunciat.s̃. de offi.deleg.gratum.de testib.cum venisset , si tamen interest aduersarij , ad ipsius interesse tenetur ; quod dic vt nota.s̃.de appell.interposita, §. ille denique.

2 Dictio, expresse,quam hic hẽnt recẽtiores codices, deest in antiquis exẽplarib.

[Gl.seq.]obijcit de trib. decretalib.ad quas respondet; demum quærit,& soluit,& huic decretali respondet.]

s ¶ Non teneris.]videbatur contrarium per decr.s̃.de offi.deleg.cum olim.1. vbi iudices citauerunt appellantem,quem putabant frustratorie appellasse , ad idem supra ut lite non contestata,accedens, 1.vbi etiam iudices citauerunt,quem putabant frustratorie appellasse, ad idem sup.eod.prout.ubi Papa mandat citari eum qui frustratione appellarat. Sed dic ꝙ de necessitate

citari.

citari non debet, ut hic. Ad decret. cum olim. & decret. accedens, dic ꝙ ibi factum narratur, non ius ponitur 1 Ad decre. prout, dico, quod pro ista parte facit, cum ibi Papa mandat citari ad malitiam conuincendam: ergo id de necessitate non erat, quod s. citaretur, & de hoc consueuit recitari de accusa. accedens & c. ad petitionem. Sed quid dicemus de contumace, nũquid qui in uno actu iudicij fuit contumax, ad alios actus citabitur. Dic ꝙ sic, ut supra de testib. cũ olim in fin. vbi citatur cõtumax ad sententiã audiendam, qa licet in uno actu contumax sit: non propterea protestari videtur quod in alijs contumax esse velit, sed hoc malum contumaciæ sub colore boni, scilicet remedij, appellationis defendit, quod simpliciter contumax non facit.

1 Nota glo. & uide gl. in uerbo collationem j̃. de rerũ permu. c. r. Do. Fon.

Cõtumax in uno actu iudicij, an sit citandus ad alios actus.

Alias ita, Inn. quartus Concilio Lugd.

ꝓcesseris[a] tuus ꝓcessus validus[b] reputari debebit.

TITVLVS VII.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

¶ Innocentius quartus. †

¶ *Quãdo agitur de beneficio ecclesiastico, ob contumaciam rei, non fit missio in possessionem, sed ad sententiam lite non contestata proceditur.*

CAP. VNICVM.

EVm, † qui[c] super dignitate, personatu, vel be-

ADDITIO. Nota quod quando ad certum actum vel articulum facta est citatio, indistinctè uerum est quod dicit glos. Sed si citatus esset ad totam causam. Placet Inn. [de procu. auditis, ubi scripsi super ver. conclusum & in decre. consuluit. de offic. delega. ad fin. super verb. incumbit.] quod sine alia citatione ad vlteriora: & ad sententiam procedi possit, quod intellexit Host. quando in citatione comminatus fuit se etiam diffiniturum. ibi videas. Ioan. And.

a ¶ Processeris.] alias de iure.

[Glo. seq. quærit, arguit pro, soluit contrarium.]

b ¶ Validus.] quid de iudicibus datis cum clausula, quod si non oẽs. Omnes simul non pronunciauerunt, sed duo vnum: tertius vero aliud, illi duo volunt procedere ad executionẽ suæ sententiæ, quæritur an possint tertio non vocato? Et vr̃ tertium ipsum non debere vocari. arg. huius decr. & sup. hoc lib. de arb. cap. 1. & ff. de re iud. duo ex tribus. cum ergo ipsorum ualeat sententia, ergo & executio. Sed dic [ꝫm Io. Mon.] quod uocandus est. 2 nam licet sententia duorum teneat, tamen alius articulus qui emergit, est omnibus communis, ita quod ad illum duo [tertio non uocato] procedere non possunt. sup. de off. deleg. cãm. & c. prudentiam. §. adijcimus. alias sequeretur, quod si in aliqua termini assignatione unus ab alijs discordaret, illi duo, illo non requisito, postea procedere possent, quod est absurdũ.

2 Verũ si in executione ... sit co... tio causę, ... it sit nu... executio, ... falsa. ... Fon.

DE EO QVI MITTITVR IN POSSESsionem causa rei seruandæ.

¶ Dictum fuit supra, tit. proxi. de dolo & contumacia, uerum quia ꝓp contumaciã rei actor regulariter mittit̃ in possessionẽ, iõ post tit. de do. & cont. annectit titulũ de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

EVm qui super.] Primo ponit dictum, secundo ipsius rationem, tertio contumacis punitionem, secunda ibi, Ne per hoc. tertia ibi. Sed liceat.

CASVS. Secundum intellectum glossæ, qui approbatur per Doc. Ego existens in præsentia dñi Papæ, ipsi Papæ exposui, quod Titius erat intrusus in bñficio sine titulo & sic uacabat, & tãto tpe qđ collatio ipsius bñficij erat deuoluta ad Papã, petebã ut Papa illud bñficiũ tanquã uacãs mihi ꝯferret, unde Papa mandauit iudicibus, ut si ꝯstaret quod talis Titius fuit intrusus in tali bñficio qđ illud beneficiũ mihi cõferrẽt, Titius citatus corã iudicibus, licet fuerit citatus perẽptorie, nõ cõparuit, utrum iudices possint me mittere in possessionẽ illius beneficij? Rñdet quod non, qa cũ nõ habeã titulũ, nec institutionẽ, si mitterer in possessionẽ ipsius beneficij, haberem ingressum vitiosum. Sed iudices non obstante contumacia Titij intrusi poterunt cognoscere de defectu sui iuris, & examinate testes, & procedere vsq; ad diffinitiuam sententiã, & nihil conferre illud beneficium, si eis constet ꝙ Titius intrusus nõ habeat ius in beneficio. Alij intelligunt ꝙ istud capitulũ loquitur in bñficio iã obtento, sed a possessione ipsius aliquis fuit spoliatus, & ꝫm istũ intellectũ casus sic figuratur. Cũ essẽ in possessione alicuius beneficij, Titius me spoliauit: ago cõtra eũ interdicto vñ vi: Titius citatus est contumax, non comparet: peto me mitti in possessionem beneficij ex primo decreto, certe nõ sum audiendus, sed non obstante absentia Titij citati [lite nõ contestata.] potero informare iudicẽ, & docere de iure meo. & iudex proferet sententiam diffinitiuã lite non contestata non obstante absentia ipsius Titij citati, & si docuero de meo iure, & iudici cõstiterit, mittar in possessionẽ, vel alias iudex procedet ꝫm quod sibi videbitur. Nota ꝙ glo. pro sua opinione ponderat verbum, obtinendis, & verbum, ingressus, quæ faciunt cõtra opinionem illorũ, qui dicunt, quod istud capitulũ hẽt locũ in beneficijs iam obtentis. Nota vlterius, quod cũ agitur de beneficio ecclesiastico obtinendo, quia de isto non est difficultas, data cõtumacia possessoris, non fit missio in possessionẽ ex primo decreto, sed dẽt executor datus cognoscere de iure absentis, & facere ius isti pręsenti, & accusanti contumaciã absentis alias si iste accusans mitteretur in possessionem in primo decreto, haberet vitiosum ingressum, nã adhuc iste non habebit titulo sine institutione, ideo iudex dẽt cognoscere de iure absentis, & proferre sententiam diffinitiuã lite nõ contestata, & iste est vnus casus, in quo põt ferri sñia diffinitiua lite non contestata, contra illam regulam positam in capitulo, quoniam frequenter vt lite non cont. in antiq. Nota 3 vlterius ex primo intellectu huius capituli, quod regulariter iudex non potest articulum expedire contra absente non citatum legitime, & si aliquem processum expediat, ille processus erit nullus. l. 1. ff. quę sententiæ sine appel. rescind.

† Amplia istud cã ad fructus beneficiorum: nec fiet eorũ sequestratio, nisi in Clemẽ. 1. de sequest. posse. Phil. Font.

3 Istud notabile cum tribus sequen. debuit scribi in c. prox. s̃. eod.

Nota ꝙ vbi constat de intentione absentis, ꝙ est deliberatus non uenire, non est citandus: nam citatio fit ad istum finem, uidelicet, ad explorandũ animum citari, an uelit uenire, uel non uenire. Nota ulterius, quod iudex dr̃ esse certus de intentione absentis, quod non vult uenire, si appellet, & a iudice recedat: qa uidetur protestari, ꝙ non intendit amplius coram illo iudice a quo appellat comparere, sed coram superiore. Nota ulterius magis specifice, quod si quis appellet ab interlocutoria, iudex a quo, põt procedere non citato eo, qui appellauit Nota arg. quod personatus non est dignitas, de quo plene Arch. s̃. de consue. c. 1. eo. lib. Nota insuper, quod iudex debet supplere pro absente, quando procedi potest in causa contra eum, similis tex. sup. de arb. c. 2. eod. lib. Dominicus.

[Glossa prima summat, & ostẽdit hinc infringi duas regulas, & dicit quid declaret.]

c ¶ Eum qui.] quando agitur de beneficio ecclesiastico, ob contumaciam rei non fit missio in possessionem sed ad sententiam lite non contestata proceditur, Ponit hęc decre. duos casus speciales contra duas regulas. Regulariter enim quãdo agitur reali ob contumaciam rei, fit missio in possessionẽ causa rei seruandæ. fallit in hoc casu. Item regulariter nõ proceditur ad testium receptionem uel diffinitiuam sententiã lite non con-

testata. Fallit in hoc casu, & est ad declarationem eorum quæ not. sup. de do. & contu. contingit.

ADDITIO. Et approbat hæc decret. quæ notauit Vin. sup. vt lit. non contest. tuæ. item decre. ista ut dixit Boatinus non superfluit propter decre. quoniã. §. porro. vt lit. non cont. quia ille §. specialiter tractet de electione, ista decret. generaliter de causa beneficij. Item illa non expresse prohibebat fieri missionem: quod facit ista. Ioan. And.

neficio[a] ecclesiastico[b] obtinendis[c] cum aliquo litigat possessore:[d] ob partis aduersæ cõtumaciam, causa rei seruandæ in ipsorum possessionem statuimus non mittendum: ne per[e] hoc ad ea ingressus patere valeat vitiosus.[f] Sed liceat in hoc casu (contumacis absentiam diuina replente presentia)[g] etiam lite non contestata, † diligenter[h] examinato negotio, ipsum fine debito[i] terminare.

a ¶ Beneficio.] quocunque. [maximo, medio, & minimo secundum Host.] Ad hoc de præb. maioribus. de verb. signific. c. penult.

b ¶ Ecclesiastico.] secus ergo si super temporali præbenda, vel temporali beneficio agatur, quia cum talia possint sine institutione canonica possideri, non habebit locum decretal.

† Not. quod vbi ẽ contumacem non mittit in possessionẽ, & mora est periculosa: procedit ad diffinitiuã, dixi ꝙ mora periculosa pp capitur ut lite no contestata. Do. Font.

[Gloss. seq. querit, arg. & soluit, & solutionem impugnat.]

c ¶ Obtinendis.] quid dicemus de obtentis? pone confirmatus est qui agit, & in possessionem inductus: & tandem spoliatus est, ut sup. de cau. pos. cũ olim. & c. cũ super. vel petit ꝙ confirmatio de eo facta, uel collatio sibi facta sortiatur effectum de concessio. præben. post electionem. de appel. constitutus 2. vel petit possessionem condictione ex canone, redintegranda, ut supr. de resti. spol. sæpe Nunquid in his casibus ob contumaciã rei fiet missio? videtur ꝙ sic, per hanc literam, quæ dicit solum de obtinendis. Sed dic quod non fiet hęc missio: tum quia decreta. huius iõ adhuc locum hẽt: tum quia ago de obtinendo quod non habeo, s. detentionẽ, saltem quæ apud alium est. ff. de rei vend. officium. Itẽ missio in possessionem est quoddam auxilium extraordinarium, quod habet locum solum ubi deficit ordinarium. ff. de mino. in causæ 2. in princ. sed hic procedi potest ordinario iuris ordine, lite non contestata. ut sequitur, & apertius hodie probatur per cle. de iudi. dispendiosam. ergo non habet locum missio. Et licet doctores 1 sic teneant, tamen obstat litera hic posita, quæ dicit; ingressus, non dicit, regressus, quasi per id detur intelligi, & per verbum, obtinendis, quod in recuperandis non habet locum decretalis.

1 Recitat hic Innoc. & tñ Hostiensis, & Guil. in Spec. de contumacia. §. sequit. ver. illud aũt & ibi refert in hoc concordasse Clem. iiij. & oẽs auditores. Idẽ Io. Mon. & Cõpost. sup. de rescrip. capitulũ, in fi. vlt. gl. ubi dicit sic iudicatũ, fatetur tñ probabile ꝙ sequit in gl. & illud etiã quod sequit, tenuit hic Fr. Ver.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

d ¶ Possessore.] Quid si nullus possidet, sed duo, pone coelecti petunt? Dic idem propter eandem rationem sup. de rescrip. inter ceteras.

e ¶ Ne per hoc.] Ratio superioris dicti.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

f ¶ Vitiosus.] nõ enim possunt ex possessione haberi, sed solum ex canonica institutione. 1. q. 1. legum. de instit. ex frequentibus. j. de reg. iu. c. 1. ff. de decur. Herennius. Si uero non ageretur de ecclesia tanquam de beneficio, sed tanquam de proprietate tunc bene haberet locum missio, ut probatur sup. ut lit. non conte. c. 2. de eo qui mit. c. 1. sup. de verb. sign. dilecto.

g ¶ Presentia.] C. de iud. properandum. §. cum autem. sup. eod. lib. de arbitr. c. 2. in fine.

h ¶ Diligenter.] hoc semper est faciendum. 30. q. vlti. iudicantem.

[Glo. seq. recit. per quæstionem.]

i ¶ Fine debito.] ut si liqueat uel liquere possit de causa, procedatur ad sententiam: secundum ea quæ not. sup. de do. & cont. prout. Et est necesse, ꝙ constet de iure actoris, ad hoc vt sibi adiuidicetur; nec sufficit quod constet possidentem ius non habere, vt sup. de rescrip. olim. C. de rei. vend. l. vlt.

TITVLVS VIII.

Vt lite pendente nihil innouetur.


VT LITE PENdente nihil innouetur.

¶ Superiori titulo fuit dicti de quadã innouatione, quæ fit circa possessionem pp contumaciã rei: verũ quia possit dubitare aliquis, an lite pendente aliqua possint innouari, vel vtrũ omnia debeant remanere in eodem statu, ideo ad nos informandum de istis ponitur præsens tit. vt lit. pend. nihil innouetur. Ex quo tit. colligitur, ꝙ lite pendente regulariter nihil debet innouari: nam titu. qui habet ordinationem integram, solet facere ius, vt notant. doct. super tit. vt lite no cont. in antiq.

Bonifacius VIII.

¶ Si ex duobus litigantib⁹ electis alter decedat, renũciet, vel a prosecutione causæ excludatur, si lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.

CAP. I.



ISPENDIJS.

Ispendijs. 1] Tria facit: primo ponit constitutionis causam: secundo constitutionem prohibitoriã ibi, Statuimus. tertio decretum ibi. Alias.

1 Amplia stud c. ad postulationes pñsentationes Phil. not. quod perstes ĩ ista casũ non terit ab alia parte elig Do. Fon.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia collegiata vel regulari per mortem prælati, canonici, vel religiosi conuenerunt in vnum tractaturi de electione prælati, & diuiserunt vota sua in duos: nam vna pars canonicorũ vel religiosorum vnum eligit, alia pars alium: quilibet electorum dicebat electionem suam præualere: nam licet vnus esset electus a maiori parte alius a minori, tamen iste qui fuerat electus a minori parte, dicebat quod plures ex alia parte erant excommunicati, & sic inter istos duos electos erat controuersia de præualiditate electionis: pendente processu, vnus istorum electorum mortuus est, vtrum pars canonicorum vel religiosorum, quæ mortuum elegerat, possit alium subrogare in locum istius mortui: & facere nouã electionem? Respondet Romanus Pontifex, quod isti canonici vel religiosi non debent procedere ad nouam electionem, nisi prius constiterit, an electus superstes habeat ius in electione, vel non habeat, sed tñ ipsi canonici vel religiosi, qui mortuum elegerunt, poterunt assistere processui, & constito quod iste superstes non habet ius in electione, ipsi canonici vel religiosi poterunt licite procedere ad nouam electionem.

Nota primo ex isto casu, quod pp diuersas electiones in discordia celebratas, ecclesiæ sæpenumero patiuntur dãna & incommoda, quia nõ fit ꝯfirmatio alicuius, & pẽdente processu, nullus posset administrare: modo longæua vacatio solet afferre damnum ecclesię. cap. quoniam, vt lit. non contest. in antiq. Nota quod principes debẽt obuiare indẽnitatibus suorum subditorum, & maxime ecclesiarum. Nota vlterius principalem effectum huius ca. videlicet, quod si duo sint electi in discordia, & se opponãt ne alia fiat electio, si pẽdente controuersia alter moritur, illi qui elegerunt talem defunctum non possunt alium eligere, donec lis fuerit finita cum superstite. & si constet quod superstes nõ habeat ius, ipsi pñt procedere ad aliam electionem. Queritur quæ differentia est inter præsens cap. & cap. sequens? Responde gl. quod in isto cap. nullus istorũ litigantium

tigantium adhuc obtinebat beneficium seu dignitatē de qua litigabatur in c. vero sequenti alter litigātium habebat possessionem beneficii, postea alius mouit sibi quæstionem super possessorio: & pendente lite mortuus est.

eod. tit. cap. uno. Ioan. And.

f ¶ Mori.] sup. de arbit. ex parte.

g ¶ Renunciare.] sup. de restit. in integ. c. 2.

h ¶ Excludi.] ut sup. eod. lib. de elect. si forte. & capit. quamuis, & cap. cupientes. §. quod si per uiginti. & §. sequen.

[Prima glo summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Dispendiis.] si ex duobus litigantibus electis alter decedat renūciet, vel a prosecutione causæ excludatur: si lite pendente cū reliquo, fuerit alia electio facta, nō tenet. Emanauit ad declarationē eorum, quę no. Inn. & Host. sup. de arbit. ex parte, & de elect. dudū. 2. de restitut. in integ. c. 2. & Compost. de constit. cum M. ad finem.

ADDITIO. Et Gul. in Spec. de appell. §. pen. ver. verum. Ioa. And.

b ¶ Dispendiis quę.] dicitur dispendiū lōgum & inutile: Cōpendium breue & utile, de hoc de rescr. cap. dispendia. (sup. hoc libro.)

diis, a quæ b propter electiones diuersas ecclesiæ patiuntur interdum, occurrere cupientes: Statuimus, c vt si aliquibus apud sedem Apostolicam, vel alibi d litigantibus, e super electionibus de se, in discordia celebratis, aliquem ipsorum mori, f vel suo iure renunciare, g aut a prosecutione ipsius contigerit quoquo modo excludi: h ad electionem aliam (lite super electione superstitis electi i pendente) nullatenus procedatur. Alias attentata cōtra hoc, electio ipso iure viribus non subsistat. k

¶ Idem.

¶ Si beneficiatus, cōtra quē super beneficio litigatur; cedit vel decedit; si alius lite pēdente cum superstite fuerit electus, non ualet electio. Si vero aliqui (quorū intersit) ad defensionem litis uelint admitti; in eo statu, in quo erat causa, admittentur. Io. And.

CAP. II.

SI HI CONTRA

i ¶ Electi.] & in casu isto quærimus de iure ipsius defuncti, vt sciatur de iure superstis coelecti. Ad hoc 2. q. 1. in primis. licet. n. appareat defuncto amplius non deberi, non propter hoc sequitur superstiti uiuenti deberi, ad idem supra de rescript. olim.

ADDITIO. Dicit Archid. quod ēt ꝓpter eligentes ferenda est sententia, ut sciatur an penes ipsos, vel quos ex ipsis remaneat electio: an uero sit ad superiorem deuoluta, sup. de electio. cum Vintoniē. in antiq. & sup. eod. lib. & tit. quamquā. Sic & mortuo hoīe fertur sententia propter bona. C. si reus uel accu. mor fue. l. 2. Io. And.

[Gloss. sequens dicit hoc ius nouum: obiicit, & soluit.]

c ¶ Statuimus.] Constitutio ista noua est saltem inquantum dicit electionem nullam: maximè non interueniente aliqua inhibitione, vt supra de arbitr. ex parte. Sed dices, nonne secunda electio facta, prima non cassata, cassatur, supra de election. considerauimus. Item nonne secunda electio, facta, prima non cassata, valet interdum; secundum ea, quæ not. supra de elect. auditis, scilicet quando prima nulla erat, & eligentes erant priuati potestate eligendi. Sol. illa iura & quæ in illis not. locum habent quando secunda electio fit prima non cassata, & nondum in litigium deducta: & sic intelligantur not. in dicto cap. auditis, istud capit. & sequens loquuntur quando in litigium erat res deducta: & tunc secunda electio ipso iure sit nulla.

d ¶ Alibi.] Videbatur Hostiens. differentiam facere supra de electio. dudum, 2. in glos. numquid in hoc casu, inter causas, quæ pendebant in curia, & extra curiam. Arg. decr. de maior. & obed. per tuas. de appell. si duobus, sed quo ad casum nostrum, nulla sit differentia, vt hic vides.

Glo. seq. respondet quod quomodo, duas solutiones ponit primam approb. in fi. remittit.

c ¶ Litigantibus.) Litigiosa est res, de cuius dominio quæstio vertitur inter petitorem, & possessorem conuentione iudiciaria, uel precibus principi oblatis, & iudici insinuatis, & per eum futuro reo cognitis. Cod. de litigios. Authent. litigiosa. Dicunt tamen rem litigiosam non esse nisi per litis contestationem, facit pro eis supra de offic. deleg. relatum, in Authent. de litigiosis. §. omnem. collat. 3 & optimè supra de uerbor. signific. ex parte 2. Litis contestatio dicitur litis exordium supra de offic. deleg. super quæstionum. §. intentionis. Sed dic contra 1 per supradictam Authent. litigiosa, & probatur supra de offic. delegat. gratum, ut lit. pend. cap. 1. & ex ijs, quæ ibi not. Host. supra de testi. causam quæ 2. C. quando libel. l. 1. & 2. Quid autem quo ad hunc tit. inducat litis pendentia, habes in Clem.

Dom. ide gl. .c. fin.

(Gl. seq. format duas quæst. quas soluit.)

k ¶ Non subsistat.] Quid si postea appareat illum superstitem ius non habere, nunquid conualescit dignitas uel beneficium in isto? Dic quod non: quia qđ ab initio, &c. 16. q. 3. ca. placuit. §. potest. supra de elect. auditis. inf. de regul. iur. non firmatur. Sed nunquid de nouo poterit eligi? Credo quod sic per decr. sup. de ele. super eo.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram ordinario iudice vel delegato, qui tulit aliquam sententiam contra me, a qua appellaui non illico, sed fortè die decima: iudex a quo, aliqua innouauit post sententiam, ante appellationem, & post appellaui, releuaui, & petii ut iudex appellationis reuocaret illa attentata ante appellationem meam: vtrum possit & debeat hoc facere iudex appellationis? Respondet, quod sic: nam ad iudicem appellationis spectat reuocare attentata: etiam ante appellationem post sententiam, & non solum post appellationem. Sed quid de attentatis post appellationem ab interlocutoria: vtrum iudex ad quem, debeat illa reuocare vt attentata, antequam cognoscat de meritis causæ appellationis? Dicit quod non, sed cognito de meritis causæ appellationis, & pronunciato benè appellatum, & quod male fuit interlocutum, reuocabit attentata, & hoc verum, nisi attentata, de quorum reuocatione quæritur, fuissent attentata post inhibitiones debito modo factas: quia iudex ad quem, decreuit citationem per quam inhibitum fuit iudici a quo, ne procederet in causa, & si hoc non obstante iudex a quo processit, tunc illa attentata debent reuocari antequam cognoscatur de meritis causæ. Nota primo, ꝙ ad officiū iudicis ad quē, spectat cassare, reuocare, annullare attentata post sententiam diffinitiuā, etiā post appellationem, & hoc priusq̄ incipiat cognoscere de meritis causæ appellationis, an bene vel male iudicatum fuerit. Nota ꝙ gesta per iudicē a quo, post appellationē ab interlocutoria n̄ reuocātur, sed remanent in eodem statu, donec sit recognitum de meritis causæ appellationis, videlicet ꝙ probatum sit, ꝙ cā inserta in appellatione sit vera. Nota quod iudex appellationis non potest inhibere iudici a quo, ne in principali procedat quousq; constiterit iudici appellationis, quod negotiū sit ad ipsum deuolutum: & hoc per instrm appellatoriū & hoc verum, loquendo de interlocutoria, c.Romana, s̄.eo. tit.& lib.

[Prima glo. summat, & dicit quid declaret.]

e ¶ Non solum.] innouata per iudicem post diffinitiuā sententiam, a qua appellatum extitit, reuocātur statim per iudicē appellationis, etiā si ante appellationē fuerint īnouata. Attentata vero post appellationē ante diffinitiuam, non reuocātur, nisi primo de veritate constiterit: nisi post inhibitionē debito modo factam attētata fuissent. Ortum habuit ista decretalis ex his q̄ no. Inno.& Hostien. s̄. eo.bonæ, de offi.del.pastor.§.præterea, de excep.dilecti, de elect.dudum, 2.& plene per Gar.de elect.cupientes, §.penult.in fi.

e ¶ A diffinitiua.] distinguit igitur hęc decr. inter appellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria interpositā, vt etiam prædicti Doct. dicebant, & ratio j. patebit.

[Gl.seq.exemplificat, & rationem reddit, secundo q̄rit.& distinguendo soluit.]

g ¶ Casibus.] 2 vt quia contumax fuit in non veniendo: vel insignis latro: vel criminosus notorius, ad hoc s̄.e.tit.& lib.Romana, §.si autem, sup.eod.proposuisti, 24.q.3.de illicita, & idem in aliis casibus, quos habes 2. q.6.ei qui, §.sunt etiam quorum, C. quorum appell.nō rec.l.1.2.3.4.5.& 6.ff.de app.reci.uel non, l.pen.& vlt. sup.eod.constitutis 2.in his casibus esset iniquū, quod appellatio executionem sententiæ impediret, cum tali appellationi non sit deferendum, ut in prædictis iuribus. Sed quid dices: pars appellata dicit casum talem esse in quo appellari non potuit, & ideo talis appellationis obtentu reuocationem fieri non debere per modū attentati, appellans contradicit: pone in terminis, dicit enim fuisse vere contumacem in non veniendo, appellans negat, quid erit in dubio: fiet ne reuocatio? Dixit in hac quæstione Gar.[& Ioan.Monac.] forte distinguendum, vtrum pars appellata velit in continenti ꝓbare illam contumaciam, dicens: hodie constat, &c. an dilationes longiores expectèt. In primo casu non fiat reuocatio: in secundo] sic. Ad hoc, ff.ad exhib.l.3.§.ibidem, de restit.spol.litteras.sup.eo. lib. de except.pia. s̄. de testi.ueniens, 2.ff. ut in poss. leg. si is a quo. cum simi. alias semper contumax negaret se contumacem, & idem in similib.

[Gl.seq.signat contrarium, & soluit.]

h ¶ Ante.] & sic non expectabitur euentus litis ut in proximo casu. Scias tamen, ꝙ de hoc primo cōstare necesse est .s. quod fuerit diffinitum, & appellatum, & post attentatum: unde uides quod supra ponit pro cōstanti, scilicet quod sint innouata. Sed contra videtur dicere lex, ff.de appel. cum ex causa, quæ dicit, quod

Adde ad l.1. §.ad- ... undi. ff. qn̄ ... pp. sit. Pet. ... c Anch.F.

† De intellectu uiđ Ale. cons.89.uol.1. & Imo.in Cle.1. de cā poss. & pro. uers. nota bonum dictū.

2 Ad hāc gl. p̄ter Franch. hic uiđ Old. cōs.18.& notata p Bald. in l. addict. Co. de epali audiēt. & in l.fi.C.si a nō compet.iud.

omnia per appellationis iudicem penitus reuocari: sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam & appellationem (quæ postmodum infra decendium [a] interponitur ab eadem) contingit † innouari, [b] ac si post appellationem eandem innouata fuissent. [c]

¶ Illa vero quæ post appellationem interpositam ante diffinitiuam [d] sententiam innouantur, donec appellationis causam veram esse constiterit, reuocari non debent: nisi iudex [e] appellationis (postquam sibi constiterit per appellationem emissam, ex causa probabili fore ad se negotium deuolutum) [f] inhibeat canonicè iudici à quo appellatum extitit, ne procedat: tunc enim quicquid [g] post inhibitionem huiusmodi fuerit innouatum est (licet causa [h] eadem non sit uera) per eundem appellationis iudicē, ante omnia in statum pristinum reducendum. [i]

ex tunc reuocabitur quod factum est post appellationem cū appellans meliorem sententiam meruerit obtinere: ergo non ante. Solu. Ibi non negatur quin ēt ante reuocari possit, 1 quod conceditur per alias leges, ff. nil inn. app. pen. in rubro, & nigro, & sic vacat ibi arg. a contrario, sicut & C. de episc. & cler. l. cōuenticulam.

† Idē dicunt Io. An. Do. et Phi. tenētes, ꝙ ista attētatorū reuocatio peti ꝑt ſꝑ ante conclusionē in cā. & uide Fel. de istis attentatis in c. dilecti. de ma. & obe. Fon.

† al. contigerit.

a ¶ Infra decendiū.] secus si post q̄a tunc non teneret appellatio, nec ipsius ꝑtextu fieret attentatorū reuocatio, sup. eo. ti. & li. Roma. §. si vero. Sunt aūt isti dies vtiles a principio, & in ꝓgressu cōtinui, & fit ipsorum computatio de momento ad momentum, ꝙ dic vt plene not. 2. q. 6. anteriorum. ī gl. 1. & 2.

b ¶ Innouari.] hic repete, debent ante omnia ꝑ appellationis iudicem penitus reuocari, ac si, &c.

[Gl. seq. reddit rationem textus.]

c ¶ Innouata fuissent.] & est ratio; quia sicut post appellationem a diffinitiua nil attentari debet, vt sup. 1. rñso, sic nec pendente iure, quod competit condemnato ad appellandum. s. vsque ad decem dies. Indultum enim a iure beneficium, &c. infra, de regul. iur. indultum, 28. dist. de his, in fi. Vnde sicut ius alicui non debet auferri, ita nec spes ad ius, ff. de vsufruct. quemadmodum caue. l. si vsusfructus mihi, in princ. ff. de adult. si vxor, §. 2. Tunc enim proprie dicitur iudicatum, quando infra illud appellari non potest, s̄. de re iudic. quod ad consultationem. Et an hoc habeat locum in sentētia excommunicationis, vide quod dixi j̄. de sent. exc. venerabilibus. §. porro, & notabatur quod hic dicitur, ff. nil. inno app. pen. l. 1. in prin. in 1. gl. ff. de verb. sig. si qua pœna. circa medium.

ADDITIO. ff. de appel. constitutiones, & per Goff. de accu. ad petitionem. Io. And.

d ¶ Ante diffinitiuam.] s. ab interlocutoria uel grauamine, huiusmodi autem dicti est ratio: quia in casu isto appellatio debet interponi expressa causa probabili, vel ex alia causa, vel ex nouis, uel nouiter probandis processus impugnari non potest vt in Clem. eod. tit. appellanti. Nec sufficit causam esse probabilem, nisi sit, vera, sup. e. interposita, in prin. Est igitur necesse, quod prius constet de veritate. 2 In euentum ergo litis scietur an attentata veniant reuocanda nec ne, & est simile sup. de frigid. fraternitatis. Nec est hoc ius nouum, imo probatur expresse per antiqua iura, non enim semper Papa in appellationibus ante sententiam interiectis mandat, si est ita, reuocato in irritum, &c. sup. de resc. significante; & duob. c. seq. sup. de iud. exhibita, s̄. e. significantibus, cum multis similib.

2 Gl. sequūt Doct. & ꝓcedit ēt si iudex a quo, sciret, ꝙ iudex ad q̄m incepisset cognoscere, & ei hoc intimasset: quia intimatio sine expͣssa ꝓhibitiōe eū nō ligat.

ADDITIO. Alleg. Archid. de dilat. c. 1. sup. eod. sæpe ver. quod si. & c. ex parte, 2 & quod no. 54. d. quis aūt. Ioan. And.

[Gl. seq. addit alium casum.]

e ¶ Nisi iudex.] ponit unum casum exceptum a primo generali dicto. Alium casum posses addere, qñ s. iudex ipse detulerat appellationi, sup. e. tit. & lib. cum appellationib. Io. And. idem Io. Mon.

f ¶ Deuolutum.] alias inhibere non posset, sup. e. tit. & lib. Romana, §. si vero, & §. seq.

[Gl. seq. recita. per quæst.]

g ¶ Quicquid.] intellige, quod per ipsum iudicem attētari non possit, hoc dico, quia quædam possunt iudices a quibus appellatum est, sicut est reformare possessionem appellanti cum sibi turbata fuit; omittere tamen debet articulum super quo appellatum est, s̄. eo. titulo, cum teneamur. Vide q̄d ibi dixi, remittendo ēt ad 16. tales casus, quos colligit Guli. in Spe. 2. par. e. tit. §. pen. Itē si appellās nimis ꝓlixū terminum assignauit, pōt moderari, s̄. e. cū sit Romana, & c. consuluit. in fi.

h ¶ Causa.] ꝑꝑ quā appellatum extitit.

[Gl. seq. tractat ꝙ de attētatis a tertio: & quid de attentatis a ꝑte. In primo mēbro collige bimēbrē distinctionē: ad primum membrū obiicit, & dupliciter soluit. In secūdo distinguit hæc mēbra: aut attentatum est irreuocabile, aut reuocabile, & si reuocabile, aut illicitum, aut licitum, & si licitum, aut appellatio est extraiudicialis, aut iudicialis, in fine quærit, & soluit.]

i ¶ Reducendum.] Decretalis, ista loquitur in iis, quæ sunt attentata per iudicem, & hoc apparet ex eo, ꝙ dicit, inhibeat canonice iudici, &c. Si aūt aliquid attentaretur a tertio, id est, qui non fuit pars, vel iudex in cā illa, attentata non reuocantur per modum attentati a iudice ad quem fuit appellatum, sed per suum proprium iudicem cognito de cā, seruato iuris ordine, sup. eo. tit. & lib. Romana, §. in alium, ff. de rei uēdicatio. is a quo. non. n. præiudicat aliis res inter alios acta. supr. de re iudica. quamuis, quod est verum: nisi ille tertius per attentationem illam iurisdictionem iudicis impediret. sup. de offic. deleg. cap. 1. Non obstat sup. eod. bonæ. ubi vr̄ attentatum a tertio reuocari per modum attentati: ibi. n. fuit generaliter appellatum, ne quis super possessione, &c. & ideo molestans non potuit dici tertius, sed potius pars; appellata. Alii dicunt, quod illud reducitur in pristinum statum per interdictum vnde vi, non per modum attentati, & secundum hoc non obstat. Idē & per eadem iura intellige, si tertius aliquid attentat lite, relatione, vel consultatione pendente. Hæc tamen omnia de tali tertio intelligas, qui cum parte uel iudice nihil attentat illicitum, nec ab eis causam cœpit habere. Ad hoc. ff. de excep. rei iud. si a te, §. si. in princ. & l. exceptio. Io. And. alias secus, sup. de const. cum M. in fine, ut hic, pendente ecclesia 2. Si autem aliquid attentetur a parte, aut illud de natura sua est irreuocabile, aut reuocabile. Si irreuocabile; puta pendente appellatione, uel lite inter duos super sponsa: alius eorum cū ea per uerba de præsenti contraxit, etiam post inhibitionem non fiet reuocatio: quia ex futuro euentu patebit an ualeat matrimonium uel non. s. num perpetuum impedimentum præcessit, necne, sed bene fiet ad tempus separatio, & alia pœnitentia vel pœna imponitur, sup. de matr. contract. contra interdict. eccle. c. 1. & ult. Si uero reuocabile sit, distinguo, an sit licitum, uel illicitum: si illicitum, ut quia appe. pendente pars spoliat partem, reuocatur per modum attentati. de appellatio. bonæ. ff. de ædil. edic. ædiles. §. item sciendum, & ff. de acq. plu. arc. l. supra iter §. officium. Et fit talis reuocatio, & restitutio ex solo iudicis officio, ut lite pen-

3 Vt appa[...] hic ex Do[...] molestās[...] dici pars[...] hēt cāma[...] dice, vt si[...] nitus ap[...] let, & [...] eū offene[...] fundo m[...] per bāno[...] dicis a q[...] iō iudex[...] q̄m me c[...] pescet, B[...] in l. 1. ff.[...] hil nou[...] Phil. Fon[...]

¶ Idem.

¶ *Qui appellat extra iudicium infra decem dies (ex quo sciuit grauamen) appellare debet postea per remedium iuris cōis audietur, sed non per appellationis remedium. Ioan. And.*

C A P. VIII.

CONcertationi [a] † antiquæ finē imponere pręsenti constitutione volentes: Statuimns, vt ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, & quibuslibet extraiudicialibus [b] actibus (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis grauatum [c] se reputans,

te penden.c.1.& per totum.Fit inquam de plano, & sine libello, facit quod no.ff.de interrog.act.super Rubricam. Tenetur tñ duo probare, ꝙ innouatū fuerit, & ꝙ lite pen. vel appellatione, vt lite pen.per totum.Si verò aliquid attentetur, quod alias esset licitum, vt si quis facit quæ de iure cōi sibi competunt, vt puta app. pen. collegiū eligit, vel similia. Si extraiudicialis fuit appellatio 1 talia attentata non reuocantur per modum attentati, sed pendent ex euētu futuro.sup. de electionibus cum inter, & c.considerauimus, C.de rei vend. si fundū. Si autem in iudicio fuerat interposita: hic fuerunt opiniones no.de in integ.restit.c.2.de iure patr.ex litteris. Dic tamen secundum Gar. quòd si lite vel appellatione penden. quis vtitur possessione eo modo quo ante, nil innouās illicitum vel dolosum in præiudicium partis, non habet locum reuocatio per modum attentati: cum nil innouari videatur, 8.qu.1.nonne, immo circa ipsum fieret innouatio, quod prohibitum est, vt in prædictis iuribus. Si autem dicit aduersarius aliquid immutatum illicitè, probet hoc, supra, eo bonæ, de iure patr.ex litteris, aliàs pendent ex futuro euentu.de restit.in integ.c.2.nisi prohibitio iudicis ex causa interposita aliud inducat sup.de præben.inter cetera, supr.de despons.impub. ad dissoluendum, ff.ne quid in loco pub.l.vlti. Vnde vnum scias, quod si pars appellans aliquid illicitum attentat: eo ipso se indignam facit appellationis beneficio, & procedit iudex a quo appellatum est, perinde ac si non fuisset appellatum, supr.eod.an sit secundum casum Inn.Sed redeundo ad textum quæro, si iudex appellationis statim reuocat attentata: postea pronunciet malè appellatum, nunquid illa reuocata resumunt uigorē ipso iure? Respondeo non: quia illa reuocatio legitimè facta est ad tuitionem appellationis, cum processus in ipsius aepellationis contemptum factus fuerit, & ideo tanquam legitimè facta, firma, & stabilis perseueret. C. de adul. Grachus. Itē illa reuocatio fuit q.interlocutoria, & sic cum ab ea non fuerit appellatum, transiuit in rem iudicatam.supra de elect. cum dilectus.de re iudic. quod ad consultationem.Cum igitur talis reuocatio nō pendeat ex euentu appellationis, sed sola dependentia appellationis 2 ad reuocationem sufficiat, vt hic, & sup. de iureiu.venientes. quicquid de appellatione cōtingat factum, ipsa pendente fuit legitimè reuocatum.pronunciata igitur appellatione legitima, de nouo iterum procedetur, de accusationibus, qualiter, & quando, 1.

1 De hac plenè scripsi de maio.et obe. dilecti.in gl. ed qđ ꝓdest ū remissis, uæ ibi sūt, n si.gl. Ioā. nd.

Vide Deci. c.cum sit oma.& Pesinū in ca. onsuluit, ex a de app.

2 Simile su. d.li. vt lit. n.c.1.& 2. ꝙ dixi. s̃. ordi. cog. i. Io.And.

ADDITIO. Nam vt dicit Inno. de exceptionib.dilecte, nulla est absurditas, si quid male factum est reuocatur, & illud idem legitimè repetatur, facit supr.de elect. dudum.1.ver.tandem, de re iud. ad probandum, sup.eo. li.de elect.si confirmationem. Ioan. And.

COncertationi.] Primò ponit motiuum constituentis. Secundo: ibi, Statuimus, constitutionem, quæ distinguit an per aepellationem uel aliter petatur reuocari grauamen. Et secundum membrum: ibi, sed si cui determinationem interserit, ibi, dummodo.

CASVS. Peruenit ad notitiam meam, quòd ep̄s Pictauiensis contulit alicui beneficium tamquam vacans, qđ dicebam meum, & non uacans: & sic dico, quòd collatio est facta in præiudicium meum, uolo appellare ab illa collatione, an possim? Certè sic, dum tamen appellē. inf.decem dies numerandos a tempore notitiæ meæ, postea non possum appellare. Sed per hoc tamen non videor renunciare iuri meo, quin via iuris communis possim prosequi ius meū, uidelicet interdicto, unde vi, vel alia actione, uel etiam munutentionem ipsius beneficij petere, uel potest poni casus in electione hoc modo. Canonici Ecclesiæ Pictauien. uno excepto elegerunt quendam simoniacum, certum est, quod unus poterit appellare, & pro causa appellationis, dicere, quòd ille est incapax. dummodo appellet infr. decē dies, si uerò non appellauerit inf.decem dies, poterit se opponere ne talis simoniacus confirmetur, sed amplius non audietur per uiam appellationis. Nota primo ex principio capituli, ꝙ altercatio quæ est inter aliquos doctores super decisione alicuius dubij, potest dici concertatio: quia simul pugnant iaciendo iacula, & rationes: & de hac concertatione loquitur præsens capitulum. Nā de hoc fuit concertatio inter doctores antiquos, utrum ab actibus extraiudicialibus debeat appellari infra decem dies No ta ulterius, quod ab actibus extraiudicialibus pōt quis appellare, sed tamen propriè loquendo dicitur prouocare & non appellare, c.cum sit Romana, eo.tit.in antiquis. No. quòd ab actibus extraiudicialibus debet appellari inf.decem dies, qui currunt a die notitiæ grauaminis, & non a die notitiæ actus, ut hic tenet Dominicus de Sancto Geminiano, & ponit exemplum: Ponamus, quod ep̄s Pictau. contulit tibi beneficium, ꝙ erat mihi debitum, & ignorabam, quòd esset mihi debitum, cum sciebam collationem esse tibi factam, post sciui quòd illa collatio fuit facta in meum præiudicium: certum est, quod possum appellare inf.10.dies, qui numerātur a die notitiæ grauaminis, quo sciui, quod collatio fuerat facta in meum præiudicium.

Concertatio qñq; est inter Docto.

Appellandū est ī. decem dies ab actibus extraiudicialibus.

[Prima gl.summat, & dicit quid declaret.]

a ¶ Concertationi.] qui appellat extra iudicium inf.decem dies, ex quo sciuit grauamen, appellare debet postea per remedium iuris communis audietur, sed non per appellationis remedium. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eius quod notat Ioan.2.quæstio.6.biduum, & Hostien.de appe.ut debitus, & Inno.supr.eod. bonæ.

ADDITIO. Et Gui in Spec.de app.§.restat.uersi.sed quid dices 2.Io.And.

b ¶ Extraiudicialibus.] siue fiant a iudice, siue a priuato sup.eo.c.1.

[Glo.seq.fortificat tex.& ponit opi.Host.]

c ¶ Grauatū.] nota quòd decretalis ista locum habet in appellatione interposita a grauamine iam illato: secus si ab inferendo, cum ex probabili causa timetur, & interponitur appellatio. Vnde aduerte, quod inf.decē dies appellandum sit a grauamine extra iudicium, allegabatur talis ratio; si appellari possit undecimo die, eadem ratione & centesimo, quod esset absurdum. Præterea, si quis uelit dicere decurionem legitimè non creatura, nō auditur nisi infra legitimum tempus contradicat, ff.de decurionibus. Imperatores.§.fin.& infra id tempus infra quod appellandum est, argumentum, C.eo.hi qui ad ciuilia.& l.nominationes, 2.q.6.c.ei qui.§.nominationes. quod enim tempus in sententijs attenditur, attendi debet & in his, in quibus non profertur sententia. ff.quando appellandum sit, l.1.§.quòd in sententijs. & 2.quæstio.6.biduum. Dicebat autem Host.in decret.ut debitus, ad finem, de appellationibus, quod in electionibus ante, & post etiam decem dies poterit appellari: sed hoc modo: quia si ex legitima causa interponitur appellatio, ne fiat electio, ualet: & causa probata irritabitur electio postea secuta. supra de electio.considerauimus, & supr.eodem. constitutis.2.aliàs nō reuocabitur,

per appellationis beneficium grauamen illatum desiderauit reuocari, infra decem dies † (postquā sciuerit [a]) si velit, appellet: post decendium verò eidem aditus non pateat appellandi. ¶ Sed si per cō tradictionem debitā,[b] vel alia iuris remedia petierit reuocari grauamen; ei (dū modo medio tpe his non consenserit [c] †) lapsus decendij non obsistat.[d]

¶ Idem.

¶ *Valet appellatio in scriptis porrecta, licet corā iudice nō legatur; h.d. Zēz.*

C A P. IX.

Appellatio, [e] † quam in scriptis [f] iudici [g] (a quo appellare volebas)

cabitur: vt sup. dixi. c. prox. post electionem, & ante confirmationem appellatur ēt post decem dies ne fiat confirmatio, & sic posset intelligi quod not. Inn. in decret. bonæ, quòd extra iudicium appellatur post decem dies. 1 cum enim extraiudicialis appellatio non sit aliud quā ad cām prouocatio, sup. eo. cum sit. sicut læsus qñcunque pōt lædentem ad iudiciū vocari facere: sic eum potest prouocare ad causam extraiudiciū appellando: nō enim transit grauamen in rem iudicatam, sicut sententia, vt supr. eo. titu. & lib. Roma. 1. si verò. in iudicialibus autē actibus, vel quasi, necesse est infr. decem dies appellari 2 & sic intelligūtur leges prius inductæ; loquuntur enim in electionibus, in quibus decretum decurionum, quod est quasi iudiciale vel præsidis, interponitur, ad hoc, ff. quādo appellandum sit, l. 1. Sed decretum canonicorum eligentium non est iudiciale, vel quasi: immò omninō extraiudiciale. Expeditum ergo sit per hanc decretalem quod a grauamine, extra iudicium illato, necesse est infra decem dies appellari: & sic intelligatur sup. de electionib. c. 1. & c. vt circa, & ca. cupientes, aliàs appellatio non deuolueret. supra eodem, Romana. §. si verò. Iuris autem alia remedia propter hoc non tolluntur, vt sequitur.

a ¶ Sciuerit.] est enim tempus vtile a principio, licet cōtinuum in progressu, & de hoc plene no. 2. q. 6. anteriorum, & fit de momento ad momentum computatio, vt ibi. Et intelligo sciuerit, non solum actum illum factū: sed per illū se grauatum. Quid enim si sciui te electum, & post decem dies sciui, quod prius mihi de illo beneficio Papa prouiderat? adhuc inf. decem dies a die scientiæ prouocabo: quia modo scio me grauatum, & hoc sonat hæc littera.

ADDITIO. Ad hoc sup. eo. lib. de rescrip. ca. gratia. Ioan. And.

b ¶ Debitam.] vt si coram superiore excipiatur, vel cassatio petatur: vel his sim.

ADDITIO. Io. Mon. ponit exemplum per decre. licet episcopus infra de præben. quando. s. prouisum est tibi de beneficio quod possidebam, possum appellare: Item expectare quod vocet propter possessionem quam habeo. Sit autem secundum eum huius iuris ratio: quia habens plures vias, licet sit sibi præscriptum in vna, vt in via appellandi, non propter hoc præscriptum est in alia, vt in via contradicēdi, ff. de appellat. si expressum. Ioan. And.

c ¶ Non consenserit.] scienter 3 propter ea quæ sup. dixi: nihil enim tam contrarium consensui, sicut error. ff. de iurisdict. omn. iud. l. si per errorem, & intellige si assenserit etiam tacitè, de officio delega. gratum de his quæ fiunt a maiori parte Capituli. ex ore. cum suis concordantijs.

d ¶ Non obstat.] optime concordat, sup. eo. lib. de restit. in integ. c. 2. Idem Archid.

Appellatio.] Quia breue est, non summatur, neque diuiditur.

¶ Appellans in scriptis non tenetur legere appellationem iudici a quo: sed sufficit, quòd appellet, vt in littera continetur, hoc dicit. Et secundum aliquos non est necesse exprimere verbum, appello: sed sufficit ostendere chartam iudici a quo.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice competenti. qui tulit aliq̄ interlocutoriam contra me, a qua appellaui in scriptis, ex causa rationabili, & appellationem meam redegi in scriptis, quam infra decem dies exhibui & præsentaui iudici à quo, sed tñ eam non legi: vtrum vitietur mea appellatio? Vr̄ ꝙ sic, nā iudex tenetur legere sniam suam: aliàs sententia sua non valet, c. fi. sup. eo. li. de re iud. ita vr̄, quòd in appellatione reqratur recitatio, & vt appellās legat suam appellationem. Hac tñ ratione dubitandi non obstante, dicit Roma. Pontif. quod ego appellans non teneor legere appellationem iudici a quo: sed si petat diploma appell. debeo ei tradere: si autem non petat, non teneor illi tradere; Ex quo patet, quod non sunt necessaria ista verba, quæ ponunt communiter notarij in instrumentis appellationis, quòd ipse appellans fecit lecturam. Nota primo, quod licet iudex a quo, teneatur sententiam diffinitiuam legere partibus: ita quod non sufficit si eā tradat partibus: tamen secus est in appellatione, vt est hic tex. Nota quod appellatio est interponenda coram iudice a quo: non autem sufficeret, si interponeretur coram aduersario: & hoc verum, si possit haberi tutus accessus ad iudicem: nam secus si quis commode non habeat tutum accessum, ut in c. fi. eo. tit. in antiq. Not. ulterius, quod appellatio est porrigenda iudici, non appellato quantum ad ualidandum appellationem: sed quantum ad deuoluendum cām, an sit porrigenda appellatio: Dic, vt in Clem. Causam, de elect. Not. finaliter quòd impugnatio & exceptio, quæ non est rationabilis, non est admittenda. Dom.

[Prima gl. dicit quid approbet.]

e ¶ Appellatio.] hoc no. Guli. in Spe. eod. tit. §. qualiter autem, in princi.

f ¶ In scriptis.] sic enim est appellandum ante sententiam: & a sententia ex intetuallo, quod dic, ut not. sup. eo. tit. & lib. c. 1.

[Glos. seq. recit. per quæstionem an coram iudice necesse sit appellare.

g ¶ Iudici.] Not. appellandum coram iudice, de hoc per Io. 2. q. 6. biduum. §. adeundi. in glo. 1. & per Bern. supr. eodem suggestum. indistincte teneas (cum in iudicijs, vel extra a iudice appellatur) coram iudice appellandum, supra eodem lib. cordi. sup. eodem, ut debitus ibi, coram eodem iudice, &c. & hoc si potest ipsius haberi copia, & in publico: non in hortis, uel uilla suburbana. 2. quæstio. 6. biduum. §. adeundi. uel nisi iustus metus appellantem excusat. supr. eodem titu. cap. ulti. Si verò sunt plures iudices: dic ut in Clem. eod. tit. si a iudicib. Ioan. And.

ADDITIO. Hanc opi. gl. de appellando coram iudice, &c. tenet. Arch. qui etiam alleg. ff. quando appel. sit l. 1. §. dies. & §. si quis. C. eo. ti. in offerendis. in Auth. de app. §. 1. col. 4. Recitat tamen opin. Goff. qui dixit, quod appellatio emissa in absentia iudicis bene excusat si nō fiat fraudulenter, ut dixi in decre. suggestum. supr. eod. quòd uidetur placere Inno. in decret. dilectis. eo. tit. ad fi. ubi dicit quòd per appellationem etiam factā in absentia iudicis, appellans est exemptus ab ipsius iurisdictione, tamen ipsi Inno. placet in decret. si iustus quod sequitur in gl. Dicit etiam Arch. quod si bene videatur decr. si duobus. 1. resp. in fi. satis demonstrant, quòd appellatio non protegit appellantem a suo iudice, donec ad ipsius iudicis notitiam perducatur, & idem ibi Pet. de Samp. Ioan. And.

† Pet. de Anch. no. hic cōuenientiam inter appell. iudic. & extraiud. & ponit sex pulchras differētias. Font.

1 Docto. dn̄t verum si iudex ext. iud. iubendo uel faciendo me grauet: dicā ei ꝙ reuocet: si nolit, tunc app. infr. eo. c. si a iudice. Itē si præcipiat soluere decem, dicā ei ꝙ hoc reuocet offerēdo me iuri, si nolit app. Io. An. Font.

2 Et ēt inf. illos dies dēt fieri adhæsio ratiha. gl. in ver. ad hę. in c. ut circa. ꝫ. eod. lib. Phi. Fon.

3 Et sponte sm Arc. alle. 35. q. 5. notificasti, & ꝙ ibi no. Ioan. And.

† al. assenserit.

† De intimatione appel. uide Lapum alle. 39. inci. an ualeat, & alleg. 119. incip. quantū.

a ¶ Pro-

a ¶Proponis.]& probas sup.de conceff.præb. cum sup quæstione.ergo ut dixi sup.eo.cap.1. non est necesse, ꝙ scriptura appellationis sit authentica 1 dummodo possit probari: tutum est tamen quod per notarium de hoc fiat scriptura publica: quia quod continetur in charta difficile est probare.

1 Quia fit so lummõ ad intimandum actũ præsentẽ. Si autem scriberet̃ ad probandum actũ præteritũ, illa scriptura dẽt esse auth. Cle. ... ãm.de elec. ... nch. Fon.

[Gl. sequens signat contrariũ,& soluit.

b ¶Lecta.]Videbatur ꝯ argu. eius quod dr̃ sup.tit. prox.c.vlt.in fine, cum suis cõcor. sicut enim requirit̃ ꝙ sententia legatur per iudicem, nec sufficit quod in scriptis edatur, ut ibi: sic etiã vr̃ nõ sufficere ꝙ appellatio in scriptis edatur, nisi ẽt legat̃. Sed non tanta solennitas requirit̃ in appellando, quanta in diffiniendo; alias sequeretur ꝙ die feriato non posset appellari, sicut nec diffinitiua proferri: & quod appellans haberet sedere & nõ stare: & hæc sunt falsa, cũ ergo decret. ut debitus.& decret.cordi.hoc solum requirant, quod assignet̃ vel exponatur causa probabilis, uel in scriptis, assignare autem fit uerbis, nutu, testamento, uel codicillis, ff. de uerb.sig.assignare.[Et Institr.de assign.lib. per totũ. Ioan.Mona.]ff.de assign.lib.l.1.§.assignare, ergo.& in scriptis assignando & porrigendo iudici, satisfactum est iuri. Et facit ad hoc, sup.eo.lib de offic.ord.si canonici. 2 Sicut.n. ibi sufficit causam cessationis scribere, & scripturam assignare ei contra quem cessatur, sic & hic in appellatione. Sic & olim dabat maritus uxori suę libellum repudij, quod sufficiebat, licet non legeret, de quo dicitur in procœmio decret. probatur hoc etiam 2. q.6.c.ei qui.ver. si quis libellos appellatorios ingesserit,& l.biduum,§.adeundi.uers.si quis ipsius ibi, ut ei libellos daret. Et quod hic de appellationibus dicitur, de exceptionibus intelligo, ut sufficiat illas dari in scriptis: licet non legantur. ad hoc sup.de probat. quoniam contra. Io.And.

2 Vide Rotã ...cis.7. & de ...s.74. in no ...s.

Dicit Ioã. ...on. ꝙ ista ...cr. & illa ...obant ꝙ ...ignare & ...rrigere ...e est ꝙ prę ...ntare, præ...ntatio uel... non req... lecturã, ...c posuit ...ch. in de... ...c.Cordi.

te porrexisse proponis; [a] non potest ex eo quod coram ipso lecta [b] nõ fuerit, rõnabiliter impugnari.

¶Idem.

¶Iudex a quo compellere non potest appellantem a grauamine ipsius ueritatẽ probare, licet citare potest ad ipsius reuocationem audiẽdam: qua facta, in causa procedere poterit, eius contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset. h.d. Zenzel.

CAP. X.

SI † a iudice [c] a quo (propter grauamen [d] quod tibi proponis illatum) appellas, ad docendum te fore grauatũ, & ad audiendam reuocationem eiusdem grauaminis (si de ipso docueris) tibi terminus præfigatur. Nec coram eo (cum ipse per se [e] id videre habeat) hoc docere, nec etiam tanquam coram iudice (cum per appellationem sit suspensa ipsius iurisdictio) comparere teneris: [f] nisi ad hoc solum, vt reuocationem ipsam audias, si eam duxerit faciendam.

SI a iudice.]Gl.non summat. Diuiditur autem istud c.in duas particulas. Prima ponit thema, cuius duo dubia soluit, utriusque reddens rationem; ibi. Nec coram. Secunda particula, quæ est ibi, Nisi ad hoc solum, secundum dubium determinat,& declarat. Io.And.

¶Pro intellectu istius ca. habemus præsupponere, ꝙ licet iudex non possit reuocare suam sententiam diffinitiuam.l.2.C.de sent. ex periculo recitan. potest tamen reuocare interlocutoriam sententiam, l. quod iussu, ff. de re iud.c.cum cessante, eo.tit. in antiq. Secundo habemus præsupponere, ꝙ appellans per appellationem eximitur a iurisdictione iudicis a quo appellauit, quantum ad illam causam.c.Romana.sup.eo.tit.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram officiali Pictauien. qui tulit aliquam interlocutoriam cõtra me, a qua appellaui solemniter, & in scriptis, iuxta tenorẽ.c.1.s. eod.tit. Officialis fecit me citari ut coram eo comparerem, facturus fidem de grauamine, an tenear comparere? Respondet quod non, nam iudex debet esse certus, an me grauauerit, uel ne. Sed ponamus, quod iudex citauit me ad reuocandum interlocutoriam suam, an debeam comparere? Certe sic; & si non compaream,& iudex reuocet suam interlocutoriam, poterit contra me procedere tanquam contra contumacem, quia reuocato grauamine est extincta appellatio mea. [Reuocauerit cum effectu]& realiter, non verbo: & hoc si grauamen sit realiter illatum. Nota primo, ꝙ iudex a quo, potest suam interlocutotiam reuocare, & sic est una differentia inter sententiam diffinitiuam, & interlocutoriam. Nota ꝙ si iudex a quo, citauit appellantem ad faciendã fidem de suo grauamine, non tenetur appellans cõparere, quia iudex dẽt cognoscere vtrũ appellantẽ grauauerit: secus si appellans esset citatus ad uidendũ reuocari grauamen: quia tunc teneret̃ comparere coram iudice a quo. Et si citatio sit facta ad edocendũ de grauamine,& videndũ reuocare grauamen, tenet̃ comparere, non ad oẽs fines, sed ad uidendũ fieri reuocationem grauaminis. Nota, ꝙ cessante causa finali, cessat effectus, secus est de causa impulsiua. l. 1. §.sexũ. ff.de postulãdo. ubi turpitudo Calphurnię fuit causa impulsiua prohibitionis mulierum a postulando. Item illud intelligitur, quod cessante causa finali, cessat effectus, quando est unica causa finalis, secus si essent plures, quia tunc requiritur cessatio omnium causarum. Inst. de nup.§. affinitatis.de hoc Doctores in c.etsi Christus.de iureiu. in antiq.in fine.cap.

[Prima glo.dicit quid declaret,& exponit.]

c ¶Si a iudice.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ no.Ber.& Moderni.supra eo. cum cessante. Et dic iudice ordinario, uel delegato, & idem si esset arbiter iuris, a quo potest appellari, supra eod.lib.de offi.dele. ab arbitris.

ADDITIO. Et Gul.de excep.§. uiso.versi.sed si iudex.& seq.& corrigit, quod not.Ber.sup.eo. lib.de re iu. ad Apostolicæ.uersi.eratq; parata.

d ¶Grauamen.] secus enim si a sententia diffinitiua quam iudex reuocare non potest, functus est enim officio suo semel iudicando, siue bene siue male. ff. de re iud.iudex sup.de offi.deleg.in litteris, & c. venerabilis intellige igitur grauamen, siue per interlocutoriam siue præter interlocutoriam inferatur.

e ¶Per se.] Debet enim esse de facto suo certus. sup. de rescrip. ab excommunicato. C. de rescindenda uenditione. quisquis. ueritas enim causæ appellationis probanda est coram iudice appellationis, ut supra eo. tit.& lib.Romana.& c.cum appellationibus, ergo non corã iudice a quo appellatur; saluo eo. quod dr̃ supra eod.tit. interposita.

[Glo.seq.quærit arg.pro & contra soluit,& certis allegatis in contrarium respondet.]

f ¶Teneris.] Quid si compareat, & coram iudice ipso a quo appellauit de grauamine doceat, nunquid ab appellatione uidetur 3 recessisse? Videtur primo quod sic, per decreta. supra de offi.deleg.gratum sup. de testi. cum uenisset. in quibus dicitur, ꝙ si appellans post appellationem probationes inducit coram illo a quo appellauerat, appellationi renunciat. Item hæc litera dicit, quod per appellationem suspensa sit iurisdictio iudicis, si ergo aliquid facit coram ipso, ut coram iudice, allegat contraria, & sic non auditur. ad hoc sup.eod. sollicitudinem. cum suis concord. contra sup. eo. interposita.

3 Vide Alex. cons.130. in 5.uol.& Deci.in tit.gratum in 4.no. ext. de offic. deleg.

sita.ubi dicitur, quod appellans potest probare si vult ueritatem causæ coram iudice a quo appellat. Sed responderi potest decret. illā locum habere ante appellationem. 1 Satis credo cum per actum istum semper intendat ad iudicis iurisdictionem declinandam, 2 quod per hoc appellationi non renunciat & hoc sonat litera, quę dixit hic, non teneris:non dixit, non potes: & sic etiā soluitur, quod dicit de allegante contraria, cum ista non sint cōtraria, quæ ad unum finem tendunt. Et facit quod dixi infra de regul.iur.nullus pluribus. Ad decretal.gratum.& ca. cum uenisset.respōdetur, ꝙ illæ probationes fiebant super principali negotio: & ideo bene renunciabat appellationi,quia cōtrarius sibi:sed hic secus.facit pro hac parte ꝙ iste prouocatus est.ad hoc,ff.de condi. fur. & ideo in prin.supra de excep.cum inter priorem, & accedant quæ not.3.quæst.3.cap.induciæ 2 §.offeratur. supra de re iud.cap.inter monasterium, & utilius videtur negotia tali expediri compendio,quam per exactam subtilitatem longo prorogari dispendio. supra tit. proxi. abbate sane,in fine.præterea legitime tenetur comparere ad id quod sequitur,& tamen comparendo non renunciat appellationi.

1 Hic colligit Do.ꝙ licet p actum corā iudice a quo renuncietur appellationi interpositæ, non tñ interponendæ. Fon.

2 Hoc est uerū si per uiā simplicis informationis agat: secus si agat tanquā corā iudice constitutus, ut iuribus cōtrarijs. Do. Font.

alias si non comparueris, & ipse in termino grauamen reuocauerit cum effectu, a. poterit extunc libere in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset. b

¶Idem.

¶A collatione Capituli ad Episcopum appellatur, si vt canonicus interfuit: secus si vt prælatus. hoc dicit. Dominicus.

CAP. XI.

A Collatione beneficij, c quā cōiter per Episcopū & Capitulū in tuū præiudicium d factam esse proponis; Non † ad ipsum episcopum (si in ea vt prælatus e interfuerit †)

2 ¶Cum effectu.] effectualiter enim intelligenda sunt verba,ut supra de cler.non resid.relatum.cum suis concordan. Hinc enim est,quod non sufficit dicere separatum reuocare, nisi & reuocet. ad hoc supra de eo qui mittit.in possess.causa rei seruand. capit. 1. & ad hoc supra titu.proxim. ad Apostolicæ, uersicu. erātque parata. Item si grauamen fuit uerbale, reuocatio sufficiat verbalis, si reale, non sufficit uerbalis, nisi re etiam reuocetur.

ADDITIO. Idem Archidia. qui etiam alleg. Ioan. de Deo in suis cauillationibus,rubrica de generalibus exceptionibus.ubi not. quod non sufficit, quod iudex dicit ego reuoco,nisi recedat a grauamine interlocutionis. Ioan. And.

b ¶Non fuisset.] quia cessante grauamine cessare debet appellatio.sup.eo.cum cessante.Io.And.

A Collatione.]Duo facit,quia circa unum thema distinguit: Primum ibi,Non ad ipsum:Secundum ibi: Alias si.

¶Appellans a collatione facta per Episcopum, & Capitulum,debet appellare ad Archiepiscopum, si Episcopus interfuit ut Prælatus, secus si ut canonicus, quia tunc appellatur ad Episcopum.

¶ Præsupponendum est pro intellectu huius capituli, quod quis potest appellare etiam collatione continuata in præiudicium alterius cap.1.eo.tit. in antiq. Item habemus secundo præmittere, quod quis potest appellare post collationem factam, dum tamen appellet infra decem dies numerandos a tempore notitiæ suæ.cap. concertationi supra eo.tic.& lib.Item est præsupponendum quod habetur in cap.2.ut lit.pen. supra isto met libro,ubi dicitur,si duo litigent super beneficio, & moritur possessor,non debet alius subrogari in locum defuncti,donec sit cognitum de iure superstitis: & si fiat collatio,posset superstes appellare ab illa collatione, vel etiam continuata: sed ordinarius poterit defendere ius defuncti.

CASVS. Tu possidebas beneficium,quod dicebam ad me spectare,uel esse mihi debitum, unde feci te conuenire coram iudice cōpetenti: pendente controuersia ista tu es mortuus:Eps Pictauien. & Capitulū ad quos cōiter spectat collatio illius beneficij cum uacabat, uolebant illud ɔferre:ego hoc uidens me opposui ne facerent collationē de illo bñficio:nō obstante mea oppositione ipsi contulerunt bñficium, uolo appellare ab ista collatione, quæritur ad quem debeam appellare, vtrum ad archiepiscopū, vł ad ipsum Epm? Rdet cum distinctione,aut Eps interfuit collationi ut prælatus,aut interfuit ut simplex canonicus, si interfuit ut ꝑlatus, debeo appellare ad archiepm,vel ad Papam, & non ad Epm,quia tūc appellarē ab eodē ad eundē;si vero Eps interfuit ut canonicus, & nō ut prælatus, tunc possum appellare ad ipsum Epm tanquam ad superiorem Capituli. Nota primo,quod a collatione facta,uel facienda in præiudicium alicuius,potest appellari, sed proprie dicitur prouocatio.cap. cum sit Romana. eodē titu.in antiq. Nota,quod Episcopus potest interuenire in capitulo vt canonicus, & tunc habet vocem, & sua vox auget numerum. Item potest esse in Cap. ut prælatus, & tunc non habet uocem licet Host.dicat, ꝙ ipse repræsentat mediam partem Capituli, & ꝙ ipse & unus canonicus faciunt maiorem partem Capituli. de hoc in cap.proposuisti. de conces. præb.in antiq. Communis autem opinio Doctorum est in contrarium, uidelicet, ꝙ ipse non habet uocem quando est in Capitulo ut prælatus, sed solum habet potestatem concludendi ꝓm maiorem partem Capituli Not. vlterius, illud ad quod emanauit præsens capitulum, uidelicet quod cum appellatur a collatione facta communiter per Episcopum & Capitulum, potest appellari ad ipsum Epm, si interfuit vt Canonicus,quia tunc cēsetur simplex canonicus,modo Capitulum subest Epo,& appellandum est ab inferiori ad superiorem. Sed quomodo cognoscemus, quod Eps est in Capitulo ut prælatus uel ut simplex Canonicus? Doctores hanc materiam tractant in c.postulastis.de conces.præbcn. Et dicunt ꝙ si in Ecclesia sit statutum,quod ordinet,ut Eps sit in Capitulo, vt prælatus,uel ut simplex Canonicus,standum est illi statuto,si uero non sit statutum, tunc cognoscetur ex coniecturis: nam si Episcopus nō tenet primum locum & honorabiliorem, censetur esse in Capitulo ut canonicus: si autem præsidet & teneat honorabiliorem locū, censetur esse in Capitulo vt prælatus.

† Induceun Io.A. & Pet de Ancha. a qōnē,an do nata ambasi toribus acq rant sibi, v illis a quibu mittunt: u de Bart. in vero. ff. sol mat. l. soci qui, §. fi. fi pro socio. Font.

† al. inter fuit.

[Prima glo.dicit quid approbat.]

c ¶ A collatione beneficij.]Hoc notat Hostiensis de excessibus prælato.c.1.

ADDITIO.In c.postulastis.de conces.præb.& forte corrigitur,quod ibi not.Innoc. qui dicit de electione Episcopi & Capituli,ad Episcopum appellandum:qui licet constituunt unum Capitulum in electione, non tamen in exercenda iurisdictione.forte dixi: quia saluatur, si intellexit iuxta secūdum membrum huius distinctionis.Io.And.

d ¶ Præiudicium.] Aliàs appellare non licet 2. quæstio.6.non solent.supra de electio.cum inter R. ff.de appel.1.

[Glo.seq.soluit dubium,quærit.]

e ¶ Prælatus.] quod præsumitur, nisi aliud appareat. Et si quæratur,quomodo cōstabat an sit ibi ut prelatus, & an sit ibi ut canonicus? Recitari solet supra de conces.præben.postulastis.Si est in primo loco & ei primo scribitur,tūc apparet eū esse ut episcopum,vel vt caput. Sed quando sedet, & subscribit post archidiaconū, uel alium

alium, qui ibidem præsit capitulo, tunc patet ipsum ibi esse ut canonicum, ad hoc 17. dist. c. ult. de maio. & obed. statuimus.

a ¶Superiorē.] Papā uel proximū. s̄. eo. ti. dilecti. c. ult.
b ¶Vt canonicus.] sup. de cōces. præb. postulastis. j̄. de preb. cum in ecclesia. ne sede vac. ca. 1. cum similibus.

[Gl. seq. alleg. duo similia, & soluit duo dubia.]

c ¶Potuisti.] sim. 17. dist. multis, ubi de archiepō appellatur ad synodum, cui tamen præest archiepš. ad idem. ff. qñ appel. sit. l. 1. §. solent. vbi de ordinario, & præside appellatur ad præsidem, & quod dicit, potuisti: intelligo & debuisti, nisi appellaret ad Papā cum gradatim sit appellandum. sup. eo. dilecti. Puto tamen quòd si appellans hoc petit, ipse episcopus habeat causam delegare, 1 cum satis sit suspectus; 2 ne uelit uenire contra factum suum, licet id fecerit, ut alius, ad instar eius quod dicimus de iudice a quo fuit appellatum, qui efficitur iurisdictionis eius, ad quem fuerat appellatū, de hoc 3. quæst. 7. cap. infames. §. item si contra partē. supra de elect. querelam. in 1. glo. C. de appellat. eos. in principio.

sed ad superiorem [a] te oportuit appellare. Alias si vt canonicus [b] interfuisset in ea, potuisti [c] appellare licite ad eundem.

¶Idem.

¶Per appellationem interpositam a diffinitiua, reuocori potest interlocutoria principali negotio præiudicans, alias non. Ioan. Andr.

Concord. | n.& Host. | offi. ordi. | efragabi- | Iō. And. | Vide in si- | li Aret. | c. insuper | . de testi- | , & Ge- | .in c. aua- | æ, in 2. | posit. de | c. lib. 6.

LIcet.] sunt duo dicta, secundum ibi, ubi uero.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario, uel delegato: lite inter nos negatiue contestata, tu actor fuisti admissus ad faciendum tuas probationes de & super tuo libello: probationibus factis ego reus proposui exceptionem peremptoriam: puta exceptionem de non petendo: uel aliquam exceptionem peremptoriam, iudex noluit admittere istam exceptionem peremptoriam, & sic me grauauit, ego non appellaui ab ista interlocutoria hoc facto ipse iudex post renunciationem & conclusionem tulit sententiam diffinitiuam contra me, a qua appellaui. Quæritur nunc, vtrū in causa appellationis possim repetere illam exceptionem peremptoriam, quæ a iudice a quo fuit mihi repulsa? Videtur quod non, quia transiuit in rem iudicatam; & mihi imputetur quare non appellaui. Hoc tamen non obstante respondet Romanus Pontifex, quod illas peremptorias exceptiones possum repetere in negotio principali, & ipsis probatis obtinebo: quia per appellationem fuit causa reducta ad illum statum, in quo erat immediate post litem contestatam, sed non ante. l. ita demum. C. de procur. Sed quid: ponamus quod in causa principali. Proposui aliquam exceptionem dilatoriam, quæ fuit repulsa, uolo illam repetere in causa appellationis: utrum possim? Respondet ꝙ non; quia in causa appellationis non possunt proponi ea quæ erant proponenda ante litis contestationem, ut d. l. ita demum, sed solum illa quæ erant proponenda post litem contestatam. Et sic intelligitur illud dictum. In causa appellationis non proposita proponam, & non probata probabo. Nota primo ex isto cap. bonum argumentum, ꝙ si actor dicat exceptionem pro parte rei propositam esse impertinentem, iudex super hoc habet interloqui, an illa exceptio peremptoria sit admissibilis uel inadmissibilis. Et ideo est cautela aduocatorum peritorum, dum uolunt appellare ab interlocutoria, quod petant interloqui super admissibilitate. Sed cauti iudices obuiant isti cautelæ dicendo: admittimus istam exceptionem in quantum de iure est admissibilis. Hanc cautelam ponit glossa in capitu. cum contingat, de officio delega. in antiq. Nota quod si iudex non admisit exceptionem peremptoriam: & pars non appellet ab illa interlocutoria, sed postea appellet a diffinitiua, in causa appellationis poterit illam exceptionem peremptoriam repetere; nec dicitur repulsio transire in rem iudicatam, ut hic est textus. Nota quod exceptionem dilatoriam repulsam in principali causa non potest appellans repetere in causa appellationis.

CAP. XII.

LIcet [d] ab interlocutoria (per quam pacti, [e] vel præscriptionis, aut alia, principali negotio præiudicans, [f] vel iudicium nullum reddens, [g] exceptio est repulsa) nō [h] fuerit appellatum: [i] si tamē a diffinitiua (quæ postmodum, etiam vltra [k] decendiū promulgatur) ap-

[Prima glos. summat, & dicit quid determinet.]

d ¶Licet.] per appellationem interpositam a diffinitiua reuocari potest interlocutoria principali negotio præiudicās, alias non. Et determinatur hic altercatio Inno. & Host. notata per eos. supr. de re iud. quod ad consultationem, & sup. quod met. cau. cap. vlt. & Innocentij opinio approbatur.

e ¶Pacti.] de perpetuo non petendo, uel similis.

f ¶Præiudicans.] quod in peremptorijs regulariter est videre.

ADDITIO. De quibus uide satis sup. eo. li. de lit. cōtest. exceptionis. Iō. And.

g ¶Reddens.] sicut exceptio falsi. ff. de iud. licet supra de except. cum uenerabilis, supra de procurat. in nostra, uel exceptio contra rescriptum quod ab excommunicato fuerit impetratum, sup. eod. lib. de rescript. c. 1. cum simil.

h ¶Non fuerit.] secus si a repulsione fuisset appellatum secundo, & succubuisset appellans: quod dic, ut in cle. eo. ti. cum a repulsione.

i ¶Appellatum.] & sic uideatur transiuisse in rem iudicatam. s̄. de elect. cum dilectus, in fi. de testi. significauerunt, cum sim.

[Glo. seq. quattuor opin. recitat, quarum tertia hic approbatur.]

K ¶Vltra decendium.] hoc dicit ut maior sit dubitatio. Dicebant .n. quidam, ꝙ si non fluxerat decendium cum appellauit a die interlocutoriæ, tunc reuocari poterat interlocutoria, & repeti exceptio per ipsam reprobata, quasi intelligatur super diffinitiua, & interlocutoria appellatum. Et impugnabatur hæc opinio tali modo: Certum est quod aliter appellatur ab interlocutoria, quam a diffinitiua, & etiam a diffinitiua continente plures articulos, in uno potest appellari, in alio non, de testa. Raynaldus, cum simi. Et ob hoc dicebant secundi, quod ex quo appellatum erat a diffinitiua indistincte omnes exceptiones admissas, & non admissas, siue fuit interlocutum siue non, siue decem dies fluxerint, siue non, repetere licebit. Et uidetur hoc satis expressum. ff. de appella. l. j. §. 1. & vlt. & l. 2. & 3. & ff. quando appell. sit. l. 1. Ex quo. n. admittitur ad decendium super principali, quod est maius, igitur contra interlocutoriam, quod minus est, ueritas .n. semper est iuuanda sup. de iureiu. ex litteris, & in clem. sæpe de uerb. sig. præterea iudex appellationis succedit in locū principalis. l. cum apud. ff. iudicat. solui. sed interlocutoria non transit in rem iudicatam quo ad iudicem principalis causæ: ergo nec quo ad iudicem appellationis, quin dare possit licentiam exceptionem repetendi. Innocen. uero tenebat opinionem hic approbatam. Hostien. (Qui hoc prosequitur satis in sum. de senten. §. qualiter proferri debent. sub §. primo. uersi. uerumtamen si appellatur. Io an. Andr.) dicebat, quod cum secundum leges 3 regulariter ante sententiam non appelletur. (super eod. super eo. 2. C. quorum appell. non

3 Per quas qs deciperet si grauamen ante diffinitiuam illatū per appellationē a diffinitiua reuocari nō posset: quod esse non dēt, C. de ijs qui uen. æta. l. 2. Io. Mon.

recci-

¶ Habes hic dictum Lapi limitatū. q dixit in c.1. ſ.e. de reſcr. ꝙ ſi iudex interloquaē reſcriptū nō eſſe impetratum poſt ex cō:cationē, ualet iudiciū, quia hoc non procedit ſi appelletur a diffinitiua. Do. Fon.

reci, l. ante. Ioan. And.] omnia grauamina illata in cauſa habent releuari per appellationem interpoſitam a diffinitiua. Sed ſecundum canones a qualibet interlocutoria, & quolibet grauamine poteſt appellari, & ideo quātumcunq; a diffinitiua appellatur, firma manet interlocutoria, a qua inf. decem dies non fuit appellatum.

ADDITIO. Circa ſecundam opinio. prius tactam dicebat Io. Mona. ante ſnīam non eſt quis læſus, ſed in ſententiando, cum totus proceſſus ordinetur ad diffinitiuam, & ideo cum læſio conſummetur per diffinitiuam: appellatio ab illa interpoſita ſuſpendit non ſolum illam, ſed ēt ordinata ad illam. Argu. ff. ut leg. no. caue. l. 1. §. ſi quis ſub condōne. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. de tut. & rat. diſtrah. ſi cum. Io. And.

pellari a contingat, pōt † in appellationis cauſa ipſum grauamen per interlocutoriam eandē illatum licite per appellationis iudicem emendari. b Vbi vero interlocutoria ſuper eo profertur, ꝙ non parat c præiudiciū negotio principali, vel d iudicium nullum reddit; niſi fuerit appellatum e ab ipſa; per appellationem a diffinitiua poſtea interiectam, f grauamen illatum nequaquam poterit reuocari. g

a ¶ Appellari.] inf. decem dies. a die ſententiæ, uel ex quo ſciuit ſup. eo. concertationi.

b ¶ Emendari.] ſicut. n. concluſio facta in principali nō parat præiudicium, quo minus noua iura poſſint in appellationis cauſa produci ſupra de teſti. fraternitatis. & de fide inſtr. inter dilectos. C. de temp. appell. per hāc, ita nec interlocutoria ꝑiudiciū parat, quo minus vetera iura repeti poſſint, ut hic, alias enim quid prodeſſet ſuper illa diffinitiua appellaſſe?

c ¶ Non parat.] ſicut eſt uidere in dilatorijs vel in condemnationibus expenſarum ſuper eo. ꝙ in exceptione ſuccubuit, uel propter aliam cauſam ſimilem.

d ¶ Vel.] repete ſuper eo quod non.

e ¶ Appellatum ab ipſa.] quid ſi lata tali interlocutoria iudex ſtatim vult procedere in cauſa; petit pars contra quam lata eſt interlocutoria, non procedi infra decem dies, ut deliberet, an ab ipſa interlocutoria appellare uelit necne, quæritur, 1 an ſit audienda? & videtur ꝙ ſic: quia beneficium, &c. 18. diſt. de his. ad fi. inf. de reg. iur. indultum, cum ſuis concor. ad hoc optime facit 2. q. 6. anteriorū ubi dr̄ quod decem dies dantur ad appellandum, ut liceat, ī. ipſum ſpacium pleniſſimè deliberare an appellandū ei ſit, uel quieſcendum, ſed iſte litigando & procedendo ſuper principali, ſic pleniſſimè deliberare non pōt. Solu. dico ꝙ non eſt audienda, 2 & hoc not. Guil. in Specu. tit. appellatio, §. reſtat uidere. in fi. & eſt eius ratio; quia quo ad iudicem non tranſit in rem iudicatam ſententia, & ideo non poſſit eam reuocare, non omittat proceſſum. Et in hoc dicit in priuata ſua examinatione omnes doctores Bononiæ concordaſſe, & uide euidentem rationem, ſi contrarium diceres, nunquam eſſet litium finis, in qualibet enim interlocutoria, termini aſſignatione, uel iudicis actu, diceret pars, quieſcatis per decem dies, ut deliberem an uelim appellare, quod eſſet abſurdum.

1 De hoc ar-ticulo ui- Abbatem c. ſollicitu- nem in fi. tra de app-

2 Idem d- Do. Phil. Anch. ne- per actū p- tis vī ipſ- pars renu- ciare app- lationi int- ponendæ, bonum eſſ- ꝙ proteſt- retur. Fon

f ¶ Interiectam.] intelligo etiam ſi infra decem dies a die ipſius interlocutoriæ a diffinitiua fuerit appellatum propter rationes quas dixi ſup. in glo. hoc dicit, in prin. Io. Andr.

g ¶ Reuocari.] iudex ergo in quem ex appellationis virtute principale negotium tranſit, de ijs quæ principale non impediunt, intromittere ſe non debet.

ADDITIO. Multum ergo eſt præiudiciale impedire appellationes interponendas ante ſententiam. Io. And.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶ Superioribus libris dictum fuit de clericis & personis clericorum: nunc videndū est de eorum vita & honestate: ideo annectit titulū de vita & hon. cleri. ¶ Opponitur ꝙ titulus de vita & honestate clericorum nō fuerit bñ formatus: quia sufficiebat alterum ex istis, dicēdo, de vita clericorū, vel de honestate clericorū, quia q̃dquid attribuit vitæ, spectat ad honestatē, & q̃cquid honestati attribuit, ptinet ad vitā, quia honeste viuere respicit ēt vitam, ar. in proœ.cōpil.Greg. & sic habet titulus superfluitatē, contra id quod Papa protestatur in procœmio huius libri. Sol. dicit. Io. And. quod Host. in summa huius tit. diuisit istum titulum, per quòd intendit docere duo. Primum, qualiter clerici, viuere debeant. Secundū, in quibus consistit eorum honestas. Dominicus.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita, & honestáte clericorum.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Clericus ioculatoriam artem per annum exercens, si tertio monitus non desistat, ipso iure perdit priuilegium clericale. Io. Andr.

CAP. I.



Clerici, [a] qui clericalis ordinis dignitati [b] non modicū detrahentes, † se ioculatores [c] seu goliardos [d] faciunt, aut bufones, [e] si per annum [f] artem [g] illam ignominiosam [g] exercuerint, ipso iure: † si autē tempore breuiori, [i] & tertio

Clerici. ¶ Duo membra distinguit: Secundū mēbrū prosequitur: ibi, Si autem. Io. And. ¶ Pro intellectu huius ca. est præsupponēdum, ꝙ clerici dicuntur habere multa priuilegia, de quibus in gl. sup. de big. c. vnic.

CASVS. Certum est quòd clerici non debent intendere artibus ignominiosis, vt sunt artes mimorū, ioculatorum, & histrionum. c. clerici, sup. eo. in ant. Sed ponamus, quòd aliqui clerici exercuerunt illas artes, puta quia fecerunt in publico spectaculum sui corporis, an sint puniendi aliqua pœna? Respondet Romanus Pontifex, quòd si clerici exercuerunt illas artes per vnum annum, sunt ipso iure id est, ipso facto absque declaratione iudicis priuati omni priuilegio clericali. Sed ponamus, quod isti clerici non exercuerunt istas artes per vnum annum integrum: sed per minus tempus, forte per spacium sex mensum an ipso iure perdant priuilegia clericalia? Respondet quòd non, sed requiritur ꝙ ep̄s illos monuerit primo, secundo, & tertio, & sic canonice & competenter, & si moniti non desistant ab exercitio illarum artium, ep̄s per suam sñīam debebit & poterit illos declarare priuatos omni priuilegio clericali. Nota primo iuncta glos. quòd clericatus dicitur esse dignitas, hoc uerum, accipiendo dignitatē large pro quadam præeminentia, nam dignitas proprie dicitur quando quis habet præeminentiam supra aliquos, & cum hoc iurisdictionem. Nota ulterius quòd clerici exercentes artes istas de quibus in tex. priuantur omni priuilegio clericali, etiam priuilegio canonis, si quis suadente diabolo. 17. qu. 4. & in hoc sunt ponderanda ista uerba, omni priuilegio. Nota insuper, quòd clericatus dicitur dignitas. concor. sunt in gl. Not. finaliter casum, in quo clericus priuatur priuilegio clericali absque aliqua monitione. Dominicus de sancto Geminiano.

(Primo gl. summat, & dicit quid declaret.

a ¶ Clerici.] clericus ioculator secundo, uel tertio monitus non desistens, ipso iure perdit priuilegium clericale. Emanauit ad declarationem, & approbationem eorum, quæ de quadam æquitate dicebat Host. supra de sententia excommunicationis ca. perpendimus in summa eo. tit. §. quis possit, vers. quid, & dicebat bonum esse si Papa hoc determinaret, & tempora limitaret.

b ¶ Dignitati.] nota quòd clericatus est dignitas ad idē 4. distin. denique. vbi de hoc, & de cleric. non residen. cap. 3. Si ergo detrahunt dignitati, merito priuilegium perdere debēt, quòd non personæ, sed dignitati confertur, vt supra de foro compe. si diligenti. & de sen. excom. contingit.

ADDITIO. Idem Archi. qui etiam contra tales allegat ca. si apud. 23. quæstio. 5. Ioan. And.

c ¶ Ioculatores.] quasi ioci latores in publicum, supra eo. tit. cum decore. faciunt enim spectaculū proprij corporis, ad hoc ff. de ijs qui notātur infam. l. 2. §. fi. in occulto tamen, vel infirmitatis, vel alterius honestæ rei causa aliquid ioci facere non reprobatur, & facit quod not. Ioan. de citharistis, & ijs, qui varijs vtuntur instrumentis. 86. dist. donare in 1. gl.

ADDITIO. Et Accur. in præalleg. l. 2. §. fi. ff. de infamib.

d ¶ Goliardos.] vulgare Gallicorum.

ADDITIO. A gula forte sic dicti: solent enim esse gulosi, & leccatores. Ioan. And.

e ¶ Bufones.] vulgare Tuscorum.

ADDITIO. Canon tales vocat histriones. 4. qu. 1. c. 1. de consec. dist. 2. pro dilectione, & unde sumpserit originem illud nomen, ponit Valerius lib. 2. ca. 1. circa medium. ver. uerum. & uide quod dixi. supr. eod. clerici in prin. alias bufo idem est, quod rana terrestris. Io. And.

f ¶ Annum.] ad hoc inf. de hære. cum contuma. supr. de reg. statuimus, in Auth. de sanct. epis. §. interdicimus, coll. 9. & hoc est ius nouum cum alias nisi monitione trina præmissa fuerint incorrigibiles inuenti, non perdant priuilegium clericale, ut sup. de sent. excommu. in audientia, & c. contingit. 2.

g ¶ Artem 1] nota actum damnatum appellari artem, sic usura ars appellatur. 47. distinct. sicut 2 & cura animarum. supra de ætate & qua. cum sit. in prin. 39. dist. Petrus. & C. de malefi. artem. sic etiam officium procuratoris ars nuncupatur. 5. q. 3. quia episcopus: in fine, & magicam artem exercentes. 5. q. 1. Petrus, & C. de malefi. & Math. l. 2. & 4. & multis alijs legib. seq. eo. titu. & coqui dicuntur habere artem. de conse. dist. 5. ne tales. Archidiaconus.

h ¶ Ignominiosam.] ff. de ijs qui no. infam. l. 2. §. ignominiose. & §. fin. cum ergo talibus ignominiosis artibus clerici intendere non debeant, & mimis, ioculatoribus & histrionibus. sup. eo. clerici. 1. respon. (34. dist. presbyteri. de consecr. distinct. 5. non oportet. 1 C. de episco. & cleri. Authen. interdicimus, secundum Archid. Ioan. And.] Multo minus ea exercere debent ad hoc. 44. distinct. non liceat. ubi dicitur, quod non licet clerico tabernam ingredi; multominus temere 2. visitas ergo uitæ tales non patitur priuilegio gaudere. C. de adult. quæ adulterium in fine, supra de apostat. ca. 1. 46. distinctio. clericum scurrilem. ne cleri. uel monacap 2.

i ¶ Breuiori.] nota infra annum, dici breue tempus post annum, longum uel uetus, ad hoc. 35. q. 8. cap. 1. ubi de hoc & sup de uer. sign. quid per nouale.

† Ideo dn̄t Doct. ꝙ oēs & sing. clerici pn̄t tales accu. & extēdunt istud c. ad monac. c. duo sūt gn̄a. 12. q. 1. Fōt.

† Istud uerbū ponde. dicit Phi. ꝯrius alijs ꝙ desistentes ab istis artib. recuperāt priuil. facit tex. in Authē. de sanct. epis. §. interdicim⁹.

1 Et tales de lucris hmōi artiū gabellam soluēt. Do. Anch. tñ tex. in l. quæsitum. de fundo inst. in fi. est cōtrarius huic additioni. Fon.

2 Qualiter hoc possit ꝓcedere uide late hic per Phi. Francū.

a ¶ Moniti.]hoc de veteri iure,sed per quem monebuntur? Dic,quòd per suum prælatum vel iudicem,vt supr. de sent.excom.in audientia.ibi,si a prælatis suis &c.& c.contingit secundo ibi,si a tertio.

b ¶ Careant.]repete,ipso iure.

c ¶ Omni.] hoc dicit: quia multiplex est clericorũ priuilegium,quod dic,vt dixi.sup.eod.lib.de biga. altercationis, vbi idem est verbum.

moniti [a] non resipuerint careant [b] omni [c] priuilegio clericali.

ADDITIO. Vnde non tenent immunitatem canonis : licet etiam sint in sacris,secundum Archi.alleg. quòd littera indistincte loquitur, & quòd illi plus peccant. 5.q.6.presbyteri.40. dist. homo.de iureiu.cum quidam. Sed Io. Mona. hic contra,dicens constitutos in sacris non perdere priuilegium,licet plus peccent:non enim desinunt esse clerici, & clericaliter viuere tenentur propter characterem impressum,alleg.supr.qui cleri.vel vouen.cap.1.& 2. supra. de cleri. coniug. sane 2. prima placat. Ioan. And.

TITVLVS II.

De clericis coniugatis.

¶ Bonifacius VIII.

DE CLERICIS CONIVGATIS.

¶ Dictum fuit sup.tit.proxi.de clericis,& eorum vita, verum quia aliqui sunt clerici coniugati, dubitaret aliquis,vtrum amittant priuilegia clericalia: ideo ad nos informandum Romanus Pontifex ponit titulum de clericis coniugatis.



Lerici.] Prima pars reseruat clericis coniuhatis duo priuilegia cum certa moderatione. Secundum:ibi, Et cum.Secunda reliqua tollit, & etiam prædicta duo, si moderatio non seruetur: ibi,in ceteris.

CASVS. Aliquis Titius clericus contraxit matrimonium cum quadam Berta virgine, quæ non fuerat corrupta,& prius non contraxerat matrimonium cum aliqua, quæritur,vtrum amittat priuilegia clericalia? Respondet quod sic,exceptis duobus videlicet:quia adhuc retinet priuilegium,cap.si quis suadente.17.qu.4. Nam si quis verberaret talem clericum, manus violentas iniiciendo,incurreret sententiam excommunicationis: a qua non posset absolui nisi a Papa, si iniuria esset grauis Item aliud priuilegium retinet,vt non possit conueniri coram iudice sæculari. Sed vtrum ista sint vera indistincte,ut quilibet clericus coniugatus gaudeat istis duobus priuilegijs: dum tamen contraxerit cum vnica & virgine? Respondet quod non,sed præmissa sunt intelligẽda, si iste clericus coniugatus deferat uestes clericales & tonsuram: nam si non deferret priuaretur istis duobus priuilegijs, videlicet c.si quis suadente, & pro suis excessibus puniri posset per iudicem sæcularem. Sed quid,habemus in l.2.C.de epis.& cler.& in c.fi.sup. de vita & honest.cler. in antiq. quod clerici non debẽt vexari collectis, talijs, nec alijs exactionibus, & multa alia priuilegia habent, ut dicit gloss.in cap.unico.supra de biga. Vtrum clericus coniugatus gaudeat istis priuilegijs? Respondet quod non: etiam posito casu quod deferat habitus clericales: sed istis omnibus est nudatus. Et sic clericus coniugatus solum retinet duo priuilegia, scilicet priuilegium c. si quis suadente,& priuilegium ne cõueniatur coram iudice sæculari pro delictis. Nota, quòd clericus coniugatus amittit omnia priuilegia clericalia,exceptis duobus de quibus in littera. No. quòd clericus in minoribus constitutus potest contrahere matrimonium:secus si esset in sacris ordinibus positus. De hoc habemus rubricam specialem,qui cleri. vel vouen. matrimonium contrahere possunt in antiq. Nota, ꝙ clericus coniugatus debet deferre habitũ clericalem,qui consistit in duobus,s.in habitu & tonsura,& si non deferat, omnia priuilegia clericalia perdit,etiam ista duo posita in textu:nam tunc reputatur laicus, & ut laicus potest puniri. Nota ibi, Vestes, ꝙ coniugatus clericus non solum debet deferre habitum clericalem in ueste superiori, sed etiã in inferiori, & alijs, & istud uerum, nisi illa vestis sit latens,et non appareat & in hoc ponderatur uerbum,uestes; alias si sit indecentia in ueste inferiori cẽsetur laicus, & tanquam laicus potest puniri, ideo Tholosæ quidam clericus coniugatus, eo quod habebat caligas bipertitas,reputatus fuit laicus,& pro crimine tãquam laicus fuit condemnatus: nam fuit laqueo suspensus. Nota quòd clericus coniugatus in alijs omnibus priuilegijs reputatur laicus, ideo ut laicus uocatur ad talias, tributa,exactiones, & alia munera a quibus eximuntur clerici. Sed utrum etiam talis clericus coniugatus, possit esse uicarius epi? Rñdet ꝙ non. Nam iurisdictio ecclesiastica non cadit in laicum c.2.de iud.in ant. & iste clericus coniugatus exceptis duobus priuilegijs reputatur laicus. Not.arg.a contrario sensu(quod est fortissimum in iure c.cum Apostolica.§. pen.in glos.1.de his quæ fiunt a præla.in antiq.l.1.ff.de offi. eius cui mandata est iurisdict.) quod bigamus est priuatus omni priuilegio clericali, etiam istis duobus priuilegijs.

Nota, quòd tonsura hic accipitur pro clerica, nam pro parte tonsura est illa abscissio capillorum, quæ est in parte inferiori, ut aures pateant, sed clerica est abscissio capillorum in parte superiori, & circuitas abscissionis illorum capillorum uocatur corona.

[Prima glossa summat,dicit unde sumpta; & quid declaret.]

¶ Si clericus coniugatus ferat habitum & tonsurã, clericali priuilegio gaudet aliàs non.Ioan. And.

CAP. I.



Lerici, [d] † qui cũ vnicis [e] & virginib. [f] contraxerũt, [g]

† Vide Cõc. Trid. ses.23. de refor.c.6.

d ¶ Clerici.]si clericus coniugatus ferat habitum & tõsuram,clericali priuilegio gaudet,alias non.Et fuit tracta de fine cuiusdam extrauagantis, quæ incipiebat,ad quorundam. Et emanauit ad declarationem eorũ quæ no.23.dist.clerici.in 1.gl.& eo.tit.ca.Ioan.

e ¶ Vnicis.]quia si bigami essent, omni priuilegio clericali exuti essent, nec possent etiam portare tonsuram. sup.eo.lib.de bigamis.altercationis.

f ¶ Virginibus.] secus si cum corruptis, 1 uel uiduis contraxissent, & eas cognouissent, ut 33.dist. Valentino.& rationem quare uirginitas in mulieribus requiratur quo ad hoc potius quam in uiro,quæ re de big.debitum.in gl.pen.

1 Etiã qu... credebãt ... gines,vt n... 32.di.nem... Ioan.And.

[Glossa seq.arg.pro opi.recit.contrariam, quam approbat.]

g ¶ Contraxerunt.] Nota pro opin. Hug. & Hostien. quod mulier debeat esse desponsata in uirginitate, vnde si primo deflorauit quis mulierem,& postea cum illa contraxit, nõ videtur quod promoueri possit ad hoc 30.quæst.5.qualis.ubi de hoc.[in gloss.2.]& 33.distin. nemo. Præterea carnis commixtio conformitatem designat humanæ diuinæque naturæ, quæ per incarnationis mysterium fuit in utero uirginali contracta; oportet ergo, quod consummatio, quæ illud designat fuerit facta in utero uirginali, quod si ante illam corrupit, esse non potest, & bene facit ad hoc.33. distinct. maritum. Sed contrarium credo 2 secundum Tanc. & Goff.qui h.c no.in summa huius tit.de biga.§.itẽ quid

2 Et bñ gl... ca.debitũ... biga. & S... ibi.& in c... ne.1. de cl... coniug. u... Thol. dec... q.119.Fon...

si quis

si tonsuram, & vestes [a] deferant clericales, priuilegium retineant † canonis [b] † ab Innocentio Papa ij. prædecessore nostro editi in fauorem totius ordinis clericalis. [c]

¶ Et cum (iuxta Parisiense concilium [d]) nullus clericus [e] distringi, aut condemnari debeat a iudice seculari: Presenti declaramus [f] edicto, huiusmodi clericos coniugatos [g] pro commissis ab eis excessibus vel delictis, trahi non posse criminaliter aut ciuiliter ad iudicium seculare, nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecuniariter (ne per vnam viam concedatur eisdem iudicibus, quod per aliam denegatur [h]) ullatenus condemnari.

¶ In ceteris [i] autem, vel nisi (vt premittitur) tonsuram, vel † vestes deferāt clericales: etiam in premissis [k] eos gaudere nolumus priuilegio clericali. [l]

TITVLVS III.

De clericis † non residentibus in Ecclesia uel prębenda.

Bonifacius VIII.

¶ *Distributiones quotidianæ solum præsentibus, qui intersunt diuinis, dari debent, consuetudine non obstante. Et qui aliter illas receperint, non faciunt illas suas; & idem de distributionibus, quæ dantur pro anniuersarijs defunctorū. Io. And.*



CAP. VNICVM.

CONSVE-

---

si quis. Licet Bernar. contrarium not. de cler. coniug. sane. 1 Et Bart. Brixien. in quæstione dominicali, quæ incipit: quis cognouit virginem. Ber. s. de biga. debitū in gl. vlt. tum quia non diuisit carnem suam in plures, vt ibi: tum quia sequens matrimonium fingitur pcessisse, vt sup. qui filii sint legi. tanta.

ADDITIO. Quo modo hanc rōnē Host. impugnat, ibi dixi ī gl. per hanc.

a ¶ Vestes.] 21. q. 4. omnis iactantia [in tex. & glos. 1.] & per totam quæstionē. & sup. de vita, & hon. cler. clerici.

b ¶ Canonis.] 17. q. 4. si quis suadente.

[Glos. seq. quærit, & soluit.]

c ¶ Clericalis.] huic ergo fauori clericus renunciare non potest de sen. excomm. contingit. inf. de fo. compet. si diligenti. Sed nūquid talis clericus si habebat rescriptum ad vacaturam, antequam contraheret, mortua tali vxore, si postea vacat illa præbenda, potest illam petere? Terminauit Bar. Brixien. in principio quęstionū suarum, quæstione quæ incipit quidam impetrauit [& est 9. dominicalis,] quod non. quia contrahendo matrimoniū renunciauit per ipsū factum, 2 & animū deposuit. [Quasi diceret, habuit pro derelicto, ff. pro dereli. l. 1. & vlt.] Et hoc est certum. Nam tunc etiam perdidisset ius in re, multo fortius ergo ad rem, secundum ea quæ not. supra eod. cap. 1. ad hoc infra. de concess. præbend. cap. ult. [& in Clemen. de rescript. gratiæ.] Item contrahendo voluit perpetuo adhærere vxori. 32. quæst. 2. solet, ibi, & potest quidem. sup. de condit. app. cap. vlt. & eligendo alterum de contrariis, alteri renunciauit, supra eo. lib. de postul. præl. cap. unico, in fine de elec. vt quis duas. ad hoc infra eod. capit. vbi dicit, in ceteris, &c.

d ¶ Concilium.) s. de fo. comp. c. 2. quod hr̄ pro palea. 9. q. 1. c. 2. Io. And.

e ¶ Clericus.) cuiuscunque ordinis. 3 sup. de iud. cum non ab homine, & patet in c. de quo fit mentio sup. de fo. comp. c. nullus. Arch.

(Gl. seq. not. opin. Io, approbatam, & contrariam reprobatam, ob. & tripliciter soluit.)

f ¶ Declaramus.) Ex hoc & superioribus no. approbatam opinionem Ioan. Mo. 23. distin. clerici. & reprobatam opinionem Bartol. Brix. ibi not. qui dicebat, quod clericus coniugatus in nullo poterat priuilegio gaudere quantumcunque in habitu, & tonsura incederet, quomodo ergo respondebitur ad decre. sup. eod. Ioannes? Triplex est solutio. Prima est, φ ex sola delatione tonsuræ sine habitu (supple, & econuerso.) non retinet priuilegiū. Vel ibi cum vidua, uel corrupta cōtraxerat, vel aliam vxorem habuerat. Vel quia hoc est diuinare. dic tertio, & verius, φ de alio priuilegio loquitur, & sic concordat. vt j. e. §. in ceteris autem.

ADDITIO. Si Ioannes (cuius opinionem glos. ista in princ. dixit approbatam) intellexisset φ gauderet omnib9 priuilegiis, partim approbatur eius opinio, & partim reprobatur, in §. in ceteris. Triplicem ergo opi. in hoc notat & media hic approbatur, qđ in omnibus gaudeat incedens vt clericus, & hoc placuit Gui. in Spe. eo. tit. post prin. Secunda, quod in nullo. Tertia, φ in quibusdam. Ioan. Andr.

g ¶ Coniugatos.] đ- ferentes tonsurā uel habitum, vt j. dr̄.

h ¶ Denegatur.] j. de reg. iu. cum quid. vna cum suis cōcor. ibi vide de hoc. Ioa. And.

i ¶ In ceteris.] vt in priuilegio quod habent, ne vexentur exactionibus vel collectis. C. de episc. & cler. l. 2. s. de vita & hon. cle. c. vl. Io. An.

K ¶ In præmissis.] priuilegio. s. canonis Innocentij, & priuilegio Concilij Paris. Ioa. And.

l ¶ Clericali.] & sic intelligatur decret. sup. e. Io. And.

† Vide Cōc. Trid. sess. 6. de refor. c. 1. & ses. 21. de refor. c. 3. & ses. 24. đ ref. cap. 12.

[Left margin, cut off:] † Et ibi plenius scripsi sup vlt. gl. tões, quas inducit Hos. Io. And. † Al. retinēt. † Vid Alex. cons. 8. in 1. vol. & Rot. decis. 202. in nouis. — † al. & Et facto re nūciat quis uri suo. de is q̄ fiunt a ma. par. c. ex re. C. de iure do. ip. l. 2. — Etiam priuæ tonsuræ ut seruitio ecclesiæ deutati. ca. 2. q. Petr. de nch. Fon.

DE CLERICIS non residentibus in ecclesia, vel præbenda.

¶ Dictum fuit supra de cler. & eorum vita: verū quia clericis dantur stipendia, vt melius vacent diuinis, quæ stipendia dicuntur beneficia clericorum: dubitaret aliquis, vtrum clerici teneantur residere in suis beneficiis, ideo ad nos informandum ponit titulum de clericis nō residentibus in ecclesia, vel præbenda.



Onsuetudinem.) Primo recitat consuetudinem quam reprobat. Secundo statuit, ibi, Statuimus. Tertio pœnam apponit, a qua duos casus excipit, ibi, Qui uero. Vltimo prorogat, ibi, de distributionibus.

¶ Præsupponēdum est pro intellectu istius c. quod fructus præbendarum consistunt in duobus, s. corpore ipsius præbendæ, quod in aliquibus locis vocatur grossū, puta cum præbendæ sunt inter se distinctæ, quilibet canonicus habet certas possessiones pro sua præbenda. Secundo consistit præbenda in quotidianis distributionibus, quæ dantur interessentibus horis diuinis, & dicuntur manualia beneficia. Vlterius est præsupponendum, quod istæ quotidianæ distributiones fuerunt introductæ, ut canonici melius vacarent horis diuinis, videlicet, vt si non amore Dei, saltem cupiditate pecuniæ interessent diuinis seruitiis.

CASVS. Canonici ecclesiæ cathedralis Pictauien. per longum tempus sufficiens ad introducendum consuetudinem (si alias esset rationabilis) consueuerunt vt canonici

nonici non ſolum intereſſentes diuinis horis, ſed etiã abſentes hērent, & perciperent quotidianas diſtributiones, ac ſi interfuiſſent diuinis horis: an valeat talis conſuetudo, & ſit rõnabilis? Rñdet ꝙ non. nam Canonici etiam ſi ſint in eodem loco, dum tamen non interſint horis diuinis, nõ debent habere quotidianas diſtributiones, quæ alias vocantur manualia beneficia clericorum, eo quia dantur ad manum: puta quod intereſſentes Miſſę, habebũt duodecim denarios: in aliquibus eccleſiis non dantur iſtæ quotidianæ diſtributiones in pecuniis, ſed dantur in cibariis, puta pane, & vino. Nota primo, ꝙ quandoque alii cleclerici, q̃ canonici recipiunt quotidianas diſtributionẽ in eccleſia. Item qñque etiam diſtributiones dantur in aliis eccleſiis inferioribus cathedralibus, & pro his vide tex. in Cle. Vt hi qui, de ætate & qualit. Nota ſecundo, quod illi dicũtur præſentes, qui ſunt in ciuitate vel caſtro ſed tamen tales non dicuntur intereſſentes diuinis, niſi perſonaliter interſint. Dominicus.

† Vide Dec. cõſ. 280. ubi late de his quotidianis diſtributionibus.

† Al. participant.

tudinem, a quæ in quibuſdam partibus inoleuit, qua Canonici, & alii beneficiati ſeu clerici cathedralium, & aliarum collegiatarum eccleſiarum, diſtributiones b † quotidianas (quæ alias manualia c beneficia ſeu victualia d nuncupantur, & tantum reſidentibus tribuuntur) qualitercunque in ciuitatibus ſeu aliis locis (in quibus ipſæ conſiſtunt eccleſiæ) ſint præſentes, e licet diuinis officiis non interſint, ex integro percipiunt, † ac ſi continue ipſis eccleſiis in eiſdem officiis deſeruirent, penitus improbantes: f Statuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ, in quibuſcunque rebus conſiſtant, Canonicis ac aliis beneficiatis, & clericis eccleſiarum ipſarum g qui eiſdem officiis in ipſis eccleſiis adfuerint, h tribuantur, iuxta eccleſię cuiuslibet ordinationem i rationabilem iam factam, ſeu etiam faciendam. ¶ Qui vero aliter de diſtributionibus ipſis quicquã receperit (exceptis illis, quos infirmitas k † ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens eccleſiæ vtilitas l excuſaret) rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas: m immo ad omnium reſtitutionem, quę contra huiuſmodi noſtram conſtitutionem receperit, n teneatur.

[Prima gl. ſũmat, & dicit ꝙ iure veteri hoc ꝓbetur.]

a ¶ Conſuetudinem.] diſtributiones quotidianæ ſolũ præſentibus, qui interſunt diuinis, dari debent, conſuetudine non obſtante. Et qui aliter illas receperint, non faciunt illas ſuas; & idem de diſtributionibus, quæ dantur pro anniuerſariis defunctorum. Et probatur huius decretalis dictum in fine per decretal. ſupra. de præb. licet.

b ¶ Diſtributiones.] ſ. de præb. licet.

c ¶ Manualia.] vt inf. de verb. ſig. olim.

d ¶ Victualia.] ſ. eo. de cetero.

e ¶ Præſentes.] Quid. n. prodeſt præſentia in loco, ex quo diuinis non adſunt, propter quæ ſunt beneficia conſtituta?

f ¶ Improbantes.] Licet igitur de conſuetudine corpus præbendæ deberi poſſit abſentibus, qui diuinis non interſunt, ſ. de conſtit. cum omnes; ſecus in diſtributionibus quotidianis, vt hic.

g ¶ Eccleſiarum ipſarum.] cathedralium, vel collegiatarum.

h ¶ Adfuerint.] Nota, ꝙ ſi quis impetrat quod in abſentia percipiat prouentus ſuos ac ſi præſens eſſet, diſpenſatio hæc faciet eum reputari pro præſente, ſed non pro intereſſente diuinis officiis, ※ ſed ſi præſens eſſet, & officiis non intereſſet, has diſtributiones non perciperet, ut hic: ergo nec diſpenſationis vigore perciperet. Sed ſi diceretur in gratia quod reciperet ac ſi præſens eſſet, & diuinis officiis intereſſet, tunc ſecus, rõne prædicta. Sit igitur impetrans in hoc cautus, vt ſecundũ hanc formam impetret, ſi poteſt.

※ Hoc nõ aduertit Ber. ſ. e. cũ dilectus in gl. 2. Item nec Hoſt. ĩ c. ad liberãdã de Iudæ. I. A.

ADDITIO. Non tamen memini vidiſſe talem formam ab Apoſtolica ſede manaſſe, ſi tamen daretur, tunc haberemus quartum caſum exceptum. ſ. quando per apoſtolicum priuilegiũ illa perciperet. Exiſtens tamen in ſeruitio Papæ illas nõ percipit, vt no. ſ. eo. cũ dilectus. fructus tamen p̃bendæ percipiunt, vt ibi. Et quis intelligatur eſſe in ſeruitio Papæ, & quid de illo qui reſidet cum Cardinali, dixi poſt Hoſt. ſuper verb. circa nos. & ſuper gl. vlt. quod hic ponit. Arch. Io. And.

i ¶ Ordinationẽ.] vt puta, ꝙ tm̃ detur ei qui intererit in Miſſa, & tm̃ ei qui intererit in matutino, & ſic de ſingulis horis.

ADDITIO. Vide ꝙ no. in Cle. Vt hi q. de æt. & qual. ĩ gl. nota ꝓ cõſuetudine, & in cle. 1. de reliq. in fi. Io. And.

k ¶ Infirmitas. 2] q̃ a celebratione diuinorum excuſat, vt ſupra de pręb. ſignificatum. alias clerici ad oẽs horas tenentur, ꝙ dic, vt ſ. de celeb. Miſſa. c. 1.

[Gl. ſeq. ſignat cõtrarium, & ſoluit.]

l ¶ Vtilitas.] hęc duo ſolent diſpenſationẽ inducere: ſupra, de præb. expoſuiſti. Et ſignatur huic contra ſupra eod. lib. de ele. cum non deceat, vbi illi qui proſequuntur vtilitatem eccleſiæ diſtributiones ñ percipiunt. Sed canonici non tenentur eas talibus concedere, vt ibi: tamen ſi conceſſerint, illi nõ tenentur ad reſtitutionem, vt hic. Alii dicunt hoc loqui in præſentibus, illud in abſentibus, ut præſentes qui proſequuntur utilitatem eccleſię, diſtributiones percipiant, abſentes non, vt ibi. Primum credo.

2 Vide B…
conſ. 1. Bo…
fac. in cl. …
pientes. ď …
nis, & Io. …
in cap. vl. …
uerb. ſig. li…
† Notant h…
Do. & Ph. …
infirmitas …
priuat ſtip…
dio debit…
ſic famul…
ægrotus h…
bit ſalari…
allego. gl. …
l. arborib. …
de illo. ff. …
uſuf. Bart. …
l. ſi cũ dot…
§. ſin aũt. …
ſol. mat. u…
deciſ. Tol. …
359. Fon.

ADDITIO. Archidiaconus dicit hanc loqui in eccleſiis, in quibus eſt conſuetudo, quod abſentes iſta percipiãt. quæ toleratur in caſibus hic expreſſis: contrariũ in eccleſiis in quibus non eſt talis conſuetudo. Si intelligitur de abſente a diuinis, poteſt conuenire litteræ, alias non. Io. And.

[Gl. ſeq. ſoluit dubiũ, & remittit, ſcdo q̃rit, & ſoluit.]

m ¶ Suas.] de his ergo non poteſt fieri eleemoſyna. qđ dic ut no. 14. q. 5. in ſum. & ſ. de deci. ex trãſmiſſa. Quid ſi illi quorum lucro prædicta cedebant, remittat, nunquid eſt canonicus abſolutus? Satis vr̃ quod ſic, Inſt. de re. di. §. per traditionem, cum hic nõ ſit additum remiſſionem non prodeſſe, ut ſup. e. li. de reſcr. ſtatutum. § an rep. & ĩ. de cenſ. exigit. in fi.

ADDITIO. Arch. dicit, quod forte contrarium eſt verũ, nam ex quo non p̃t illas recipere, ut hic, ĩ nullo mõ ſuæ fieri poterunt, quin ad reſtitutionẽ teneatur, cũ illas recipiat ꝯ mentẽ, & prohibitionẽ huius conſtitutionis.

[Gl. ſeq. ponit opi. quam reprobat quadruplici rõne, ſecundo quærit, & ſoluit, & ſolutionem fortificat, Tertio quærit, arg. pro, & contra, & ſoluit.]

n ¶ Receperit.] dicunt quidam ẽt in p̃teritũ, ut ſic conſtitutio iſta præterita cõprehendat, maxime cũ uideatur ius antiquũ, ſup. de præb. licet. Sed contrarium credo. (Idem Archid.) tum ex eo quod ſupra dicit, ſtatuimus, cum ex eo quod dicit hic contra huiuſmodi noſtrã cõſtitutionem, &c. Sed qui ante hanc conſtitutionẽ recepit, contra hanc conſtitutionem nõ recepit, quia pęna legis

¶De distributionibus etiã pro defunctorum anniuersarij largiendis, idem [a] decernimus obseruandum.

TITVLVS IIII.

De prębendis & dignitatibus.

¶Clemens tertius, alias quartus. †

¶Ad præsentationē religiosorũ etiam exemptorũ, non debent in ecclesijs ipsorum rectores institui, nisi primo tantum eisdem assignetur, vnde incumbentia onera subire possint, & congrue sustentari, nec valet contraria consuetudo. Ioa. Andr.

CAP. I.

SVSCEPTI regiminis [b] nos cura solicitat, vt vtilitatibus subiectorum in illis præci-

extpe lègis.32 q.4.dixit Sara. Præterea, licet statutum esset has distributiones solũ ijs qui diuinis intersunt officiis dari; non tñ erat expresse statutũ, consuetudinem ɔ̃riam non valere. Item nec pœna addita, qđ facit constitutio hæc. Sed quid dices de ecclesijs, q̃ non hñt aliquo modo distinctas prębẽdas, sed tã tum singulis diebus dantur cuilibet pro victu totlibrę panis, tot mensuræ vini, & sic de singulis? Credo ꝙ de illis nõ loquitur decr. cum illæ potius sint præbẽdæ, q̃ distributiones, alias esset canonia sine p̃benda in talibus ecclesiis: quod esse nõ debet. 1 1.q.3.si q̃s obiecerit, s̃. de præben. relatum. Et hoc optimé probat iudicio meo decret. sup. de verb. signi. olim. certũ.n.est, ꝙ quotidianæ distributiones non dãtur absentib. etiam in theologia studentibus, uel priuilegiatis, vt in prædicta decr. Licet. & tamen in talibus ecclesiis dantur tales priuilegiatis absentibus, ut in prędicta decret. olim qui verus est decre. intellectus. alias nulla esset ibi decre. ratio, nisi quia ita placuit Papæ. Et ad hoc facit quod not. Ber. in prædicta decret. Licet. de præben. plus dico, quod in ecclesiis in quibus sunt distinctæ præbendæ, & postea est mensa communis grossa, & postea distributiones, solum in his distributionibus, & non in illa mensa grossa locum habeat hęc decre. & ita fuit consultum in ecclesia Bonon. Et hoc sonat verbũ quotidianæ, & supra dum dixit, quæ tantum residentibus, &c. [Hoc ergo tenendum, quod priuilegiati super percipiendis fructibus [vt nunc studentes Bononię, virtute priuilegij, quod facit illos censeri residentes] totum illud percipient, quod perciperent in ecclesia residendo, non interessendo horis, & facit quod not. s̃. in gl. not. ꝙ.] Sed quid dices, ordinatio est in ecclesia; qui vadit ad talem horam tantum habebit, &c. uadit canonicus ad horam principaliter pro denario 2 nunquid simoniam committit? Videtur quod sic, argu. de sim. suam nobis. & cap. sicut pro certo. Contra supra de prę bend. significatum. Sol. dic secundum Hostien. qui hoc no. supra de verb. signi. olim, quod tales non committunt veram simoniam: cum nulla expressa pactio intercedat, peccant tamen grauiter, & mentalem simoniam committunt, & per pænitentiam satisfaciunt. supra de simonia, tua nos, & c. vlt.

1 Vnde dicit Ar. s̃m Bonaguidã Cugiam tenere, quod litteræ impetratę super habẽdis distributionibus nõ extẽduntur ad illas. Io. Andr.

† In vetustioribus codicib. cõstanter legitur, Clemens iiij.

2 De hac qõne uide Bea. Tho. qđ lib. 8. qõ. 6. Dec. in c. ex parte, 1. de off. deleg. & Sũmistas, verbo, Simonia.

a ¶Idem.] i. quod hi, qui non intersunt, nil habeant, & consuetudo contraria non ualeat, & recipientes sine iusta causa ad restitutionem teneantur.

DE PRÆBENDIS ET DIgnitatibus.

Continuatio dñi Heliæ.

[Dictum fuit supra de clericis & eorum uita: uerũ quia præbendæ & dignitates & alia stipendia dantur clericis, ut melius vacent diuinis seruitijs, dubitaret aliquis de huiusmodi præbendis & dignitatibus, ideo annectitur tit. de præb. & dignitatibus.]

SVscepti.] Diuiditur in quattuor partes. Secunda ibi, Sane. Tertia ibi. Verum. Quarta ibi, Nos itaque. Ioan. Andr.

CASVS. Dicitur in c. de monachis, sup. eod. quod religiosi habentes aliquas ecclesias parochiales, puta ex donatione episcopi, cũ consensu sui Capituli possunt ad illas præsentare personas idoneas, & tenentur ipsi religiosi assignare dictis personis, quas ad ecclesias illa pręsentat, congruam portionem vnde possint sustẽtari, & onera ecclesijs incumbẽtia supportare, & hospitalitatem tenere, & iura episcopalia soluere, qui religiosi si nolint ista facere, poterit episcopus loci tales religiosos ad hoc cõpellere. Sed quid. vtrum illud c. de monachis, sit verũ indistincte, et si illi religiosi sint exempti, & subsint immediate ecclæ Romanæ? Rñdet ꝙ sic: & hoc vt possint reperiri personæ idoneæ quæ ad illas ecclesias valeant assumi pro seruiẽdo in diuinis: nec valet ɔ̃traria consuetudo.

Nota primo, ꝙ prælatus superior ex necessitate sui officii tenetur ꝓuidere necessitatibus suorum subditorum, nam sibi sunt assignati redditus, vt liberius vacet vtilitatibus suorum subditorum.

Nota ꝙ dña est inter recipere præsentatũ, & admittere. Hoc colligit Dominicus de S. Geminiano ibi, nullum recipiant, & ex hoc deciditur quæstio in facto. Nã quidam patronus præsentauit quendam clericum ad aliq̃ ecclesiam, & rogauit epm̃ vt illum admitteret: Rñdit ep̃us, & bene, notarius vero in instrumento suo posuit qualiter episcopus talem instituerat, vtrum notarius commiserit crimen falsi? Vr̃ quod sic; quia si verbum, admittere, non sit idem quod recipere, talis est falsarius: si autem admittere sit idem quod recipere, non est falsarius, cum recipere sit idem ꝙ instituere. Dicendum, ꝙ aliud est admittere, aliud recipere & sic verbum, bene, quod respondit ep̃s, solum operabatur approbationem personæ pręsentatę, non autem institutionem, & ideo instrumentum illud est falsum.

Nota principalem effectum huius capituli, qđ diœcesanus non tenetur aliquẽ instituere, immo, nec admittere ad pręsentationem religiosorum: nisi prius fuerit assignata certa portio personę pręsentatę, unde uiuere & sustentari possit, soluere episcopalia iura, & tenere hospitalitatem: tamen communiter religiosi sustinent onera, & assignant pręsentato certam portionem pro uictu & uestitu. Clem. 1. j. de iure patro. in Cle. Nota ꝙ ep̃s non tenetur recipere pręsentatum, nisi prius facta assignatione congruæ portionis. Quid si religiosi nolint assignare portionem? Dicendum ꝙ episcopus poterit illos compellere ad assignandũ congruam portionem, ut dicta Clem. 1. etiam si sint religiosi exempti, & in hoc religiosus exemptus subest iurisdictioni epi: quod uerum est, dummodo illa ecclesia & populus sint sub potestate episcopi. Nota quod rõne paupertatis ecclesia quandoque confertur non idoneo, facit c. extirpandæ. sup. eod. cum simil. Nota finaliter casum in quo exempti subijciuntur ordinarijs. alios casus uide enumeratos per glo. in Clem. 2. de pœnis.

[Prima glo. summat, & diuidit.]

b ¶Suscepti regiminis.] Ad p̃sentationẽ religiosorum et exemptorũ non dẽnt in ecclesiis ipsorũ rectores institui, nisi primo tm̃ eisdẽ assignetur, unde incumbentia onera subire possint, & cõgrue sustentari, nec ualet ɔ̃ria cõsuetudo. Et diuide in quattuor partes: in prima arengat: in scd̃a antiq̃ constõnem recitat: in tertia ipsius transgressionẽ: in quarta ponit renouationem, & extensionẽ ipsius, & ɔ̃riam consuetudinem damnat.

pue, per † quas animarum [a] saluti consulitur nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione [b] solicite prouidere curemus.

¶ Sane fuit olim per sedem Apostolicam prouide constitutum, vt diœcesani locorum ad præsentationem religiosorum [c] nullum ad aliquam ecclesiam recipiant, nisi tantum ei de prouentibus ipsius ecclesiæ coram eis fuerit assignatum, [d] vnde iura episcopalia possint soluere, [e] & congruã sustentationem habere.

¶ Verum (sicut nobis querela multorum frequens insinuat) religiosi exempti [f] de prouentibus parochialium ecclesiarum, in quibus ius obtinent patronatus, seu rectorum præsentatio pertinet ad eosdem, tantum percipiunt annuatim, ꝙ rectores ecclesiarum ipsarum non possunt de residuo commode sustentari, [g] & episcopalia iura persoluere, ac alia incumbentia eis onera [h] supportare: propter quod sæpe contingit, quod non inueniuntur personæ idoneæ, quæ huiusmodi ecclesias velint recipere: sicque frequenter minus idoneis conferuntur, ex quo pericula imminent animarum. [i]

¶ Nos itaque volentes super hoc salubre remediũ adhiberi † Præsenti decreto statuimus & mandamus, constitutionem huiusmodi quo ad omnes patronos † ecclesiarum religiosos tam exemptos, quam non exemptos, & alios [k] inuiolabiliter obseruari, consuetudine [l] contraria non obstante.

a ¶ Animarum.] sup.eo.lib.de consti.c.2. infra de sepul.cap.1.
b ¶ Innouatione.] nunc antiquorũ declaratione, sup.in proœ.huius libri ad finem exordij.
c ¶ Religiosorum.] de monachis statutũ fuerat, s̄.eo. d̄ monachis, de alijs religiosis eadẽ rõne idem dicebamus; p decre.sup.cod. auaritiæ, & capit.in Lateranen.
d ¶ Assignatũ.] q̄d per eos augeri vel diminui non poterit: dicit Archi.supra.eo. auaritiæ, & habẽt circa hæc prouidere diœcesani, etiam quo ad exemptos, vt in Cle.de suppl. neg.p̄la.quia regulares.
e ¶ Soluere.] hospitalitatem tenere. vt in præd.decr. de monachis; & dic, vt ibi; & 21.quæst.1.c.1.& 16.q.1. quoniam quicquid.
f ¶ Exempti.] ecclesia tamen cũ populo nõ erat ibi exẽpta. alias non intromitteret se episcopus, sup. de priuil. quoniã. & de sup.neg. præl. sicut hodie secus: ut in Clement. eod.tit. quia regulares.
[Gl.seq.exponit, ponit opin. & declarationes iuris noui.]
g ¶ Sustentari.] forte dimittebant quartã quartæ, id est, sextã decimam decimarũ. supra eodem tit.extirpandæ.in princip.nolebant quod eis generarentur podagræ. de consecra. distinct.5. legimus quosdam. Notauerunt autem Tan. Goff. & Ber. supra eodem, de monachis, quod si monachi hanc portionem assignare nollent, elapsis sex mensibus episcopus ordinaret ecclesiam allega. decret. de supp. negli. prælat.in antiq. sicut. Idem notauerunt Innocen. & Hostiens. Sed Archid. hic reprehendit, dicens, quod decret. sicut, loquitur de defectu personæ præsentatæ, non de defectu rerum; de quo loquimur hic. Dicit ergo quod hoc casu episcopus non ordinabit, sed coget illos ad portionem assignandam. Dic vt infra dicam in additione. Hodie diœcesanus ad hanc assignationem faciendam statuet eis terminum, infra quem si non fiat, præsentatum admittet, & postea faciet hãc assignationem, in qua taxam in pluri vel minori non debet excedere, quod dic vt in Clem. de iure patr. vt constitutio.
h ¶ Onera.] hospitium receptionis, nũciorum Apost. sedis, & simil.
i ¶ Animarum.] quarum regimẽ est ars artium, s̄.de ætã.& qualit.cum sit, in antiq. est.n. anima pretiosior corpore, 12.q.1. præcipimus. Ioan. Andr.
K ¶ Alios.] clericos intelligo; quia laici nihil percipiunt, sup.in ant.de iure patro. præterea. & sic etiam intelligitur sup.eo.tit.extirpandæ. in princ.
ADDITIO. Intellige clericos patronos; scilicet de quibus hic loquitur secundum Archid. per decret.statim alleg. hic autem intelligit de habentib. ius instituendi: sed salua pace non adaptatur litteræ, nisi dicatur per eos fieri præsentatio solũ ad curam populi de iam instituto per ipsos ad regimen Ecclesiæ: ut scripsi de præb.de monachis. super fin.2.glossæ. Io.And.
l ¶ Consuetudine.] cum.n.aĩab. sit periculosa, ut s̄. p̄batũ est, ergo extirpãda. s̄.eo.tit.extirpandæ de consu. in anti.c.vlti. & de hoc ibi plene. Io.And.

Licet.] Dicit Clericus, ꝙ secũdo anno Pontificatus Clemẽtis emanauit hoc capitulum: & simul cum hac decre. legere soleo decreta. sequentem, & decr. Si Apostolica, q̄ hãc restringunt, & decr. p̄senti q̄ hãc exponit, vt patet in gl. Io. An. Facit tria: Primo recitat antiquã ꝯsuetudinẽ: Scđo ibi, Nos itaque, illã approbat, & inhibet: Tertio ibi, Nos.n.decernit. I. A.

CASVS. Titius tenẽs beneficiũ canonicè, ꝙ spectat ad collationẽ epi Pictauiẽ. mortuus est in Curia Romana: eps Pictauien. ad quẽ spectabat collatio hui⁹ bñficij, sciuit istã vacationẽ: q̄a forte erat in Curia: vtrũ poterit cõferre istud bñficiũ ac si vacasset extra Curiam? Rñdei ꝙ nõ: & dicit ꝙ licet p̄uisio quorũcũque bñficiorũ spectet ad Papã, spãlius tñ antiqua ꝯsuetudo voluit ad ipsum spectare collationẽ bñficiorũ vacantiũ in Curia: quã consuetudinẽ approbat hic Papa, & constituit vt nullus talia bñficia vacãtia in Curia audeat conferre. Et istud verũ: dũmodo Papa cõferat infra mensem: quo elapso poterũt epi ad quos spectat electio, cõferre per se, uel per uicarios suos generales in spũalib. & tp̄alib. in sua diœcesi dimissos: Tñ si Papa inuenit illud beneficiũ vacans, ẽt elapso mẽse poterit cõferre: si nõ fuerit facta collatio per epm, vel suũ uicariũ dimissum in partib. Hoc dicit p̄sens capitulũ. Nota primo, ꝙ Papa hẽt plenã dispõnẽ beneficiorũ in quacũq; parte orbis sitorũ: nã ipse fuit vocatus in plenitudinẽ ptãtis, ut ipse cõcurrat cũ oĩbus alijs p̄latis: ideo inter ipsos est locus p̄uentioni. Nota ꝙ beneficia vacantia in curia sunt reseruata dispõni Papæ. Nota vlterius ꝙ ius cõe p̄t disponere illud q̄d ãntea disponebat cõsuetudo: & sic de ꝯsuetudiue fit ius cõe: vnde Papa ponderat hic cõsuetudinẽ ad se excusandũ, videlicet ne videretur ordinarijs collatoribus ꝙ esset cã auferendi ab eis collationẽ istorũ beneficioru; tñ cessante cõsuetudine istud idẽ potuisset ordinare. Not. casum in quo bñficium dẽt conferri, per Papã j. mensem, alias perdit qualitatẽ collationis; Nã ante nullus alius poterat conferre nisi Papa, post mensem uero alij concurrunt cum Papa, & est locus p̄uentioni. Nota quod iste mẽsis currit a die vacationis, nec computatur dies vacationis; & ideo istud non statuitur in odium negligentiæ papæ, quia tunc non curret mensis iste nisi a die notitiæ, sed statuitur istud tp̄s in fauorem ecclesiarum,

† al. per quę.

† Idem. Io. Mo. & Arch.

† al. adhibere.

† Alios c[...] sus quib[...] exempti s[...] sunt ordin[...] rijs, uide [...] eo.capi.2.[...] pęn. & [...] mis. per gl[...] ibi. Phi. Fo[...]

† No. Do. ꝙ dictio alius, nõ includit diuersa. vide Fel. ĩ c. sedes de rescr. in antiq. Fon.

rum, ne diu maneant sine plato, ideo currit iste mensis a die vacationis, vt dictum est, secus in alijs temporibus relictis ceteris prelatis in odium negligentię corũ, quia illud tempus currit a die notitiæ ipsorum.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Licet ecclesiarũ.] beneficia vacãtia in Curia, alius quam Papa conferre nõ potest, quod si fecerit, irrita est collatio.

[Glossa seq. quęrit & soluit.]

b ¶ Dignitatũ.] quid de episcopatibus, nũquid comprehendũtur hac constitutione? [Cleri. Pis. infra c. proxi. tenuit ꝙ sic, propter verbum, ecclesias. quod hic ponit, quod cathedrales comprehẽdit, supra de verbo. sign. cũ clerici. Ioan. Andr.] Satis videtur ꝙ nõ: quia ea quę speciali nota sunt digna, nisi specialiter notẽtur, neglecta intelliguntur. ff. de iniur. item apud, §. hoc edictũ. ĩ. eo. tit. quamuis, ĩ. de senten. excomm. quia periculosum. cũ simi. & facit. s̃. de procur. c. vlt. & quod ibi dixit sup. de filijs presby. c. 1. Est enim non dignitas, sed dignitatum culmẽ, s̃. eo. venerabilis, & c. cum olim, & hoc seruat Curia 1 quæ reseruationes ĩ his cũ vacant facere cõsueuit, quod etiam interdum in Abbatijs facit, vt sic per istam comprehendãtur solum prouisa per Cõcilium Lateranẽ. nõ per generale, sup. de elec. ne pro defectu. Ad hoc supra. de cõcess. præb. dilectus.

ADDITIO. Not. Ioan. Mona. infra, de hęretic. inquisitores, quod declarari vidit appellatione dignitatis Abbatiam non contineri facit. 16. quæstio. 7. si quis deinceps. Et secundum hoc dicit Archid. idem de prioratibus, per quos principaliter reguntur monasteria, sicut sunt prioratus de Bosco, & sancti Ioannis in monte, in quibus eadem est ratio, nec per uariationem nominis ius immutatur, sed quantum percipio, Curia hoc non recepit. Ioan. Andr.

† Alias ita: ...erũ etiã ius ...d ea tribue... ...e uacatura. ... Quæ facit ...e Papæ no... ...eat ordina... ...ij ꝑuentio: ...nde inferũt ...o. & Pe. de ...nch. cõsue...udinẽ forti...care ius cõ...mune: & hęc ...ortificatio ...umit sibi no... ...en a cõsue...dine, non ...iure cõi ꝑ ...ius ciuile, ...de iust. & ...re, & hic. ...n. Facit ele. ...renunc. c. ...o, & dicit ...ar. ĩ. c. ꝓx. ...c probari ...r litteram ..., conferre ...eant. de ...atibus em ...sic loque...ur, & di... ꝙ Nic. 3. ...interpre...s est in ...lesia Bra...r. Io. An.

¶ Idem.

¶ *Beneficia vacantia in Curia, alius quam Papa conferre non potest quod si fecerit, irrita est collatio. Ioan. Andr.*

CAP. II.

Licet ecclesiarum,[a] personatuũ, dignitatum,[b] aliorumque beneficiorũ ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere,[c] ita quod non solum ipsa cum vacant, potest de iure conferre, verum † etiã ius in ipsis tribuere vacaturis:[d] collationem tamen ecclesiarũ, personatuum, dignitatũ & beneficiorum apud sedem[e] Apostolicã vacantiũ, specialius ceteris antiqua consuetudo[f] † Romanis Pontificibus reseruauit. ¶ Nos itaque laudabilem reputantes huiusmodi consuetudinem, & eam auctoritate Apostolica approbantes, ac nihilominus volentes ipsam inuiolabiliter obseruari: eadem auctoritate statuimus,[g] vt ecclesias, dignitates personatus & beneficia, quæ apud sedem[h] ipsam deinceps vacare[i] contigerit, aliquis præter Romanũ Pontificem quacunque super hoc sit auctoritate munitus, siue iure ordinariæ potestat is ipsorũ electio, prouisio seu collatio[k] ad eũ pertineat, siue litteras super aliquorum prouisione generales vel etiã speciales sub quacunque forma † verborũ receperit, (nisi ei sit super conferẽdis eisdem in Curia Romana vacantibus specialis, & expressa[l] ab ipso Pontifice summo auctoritas attributa) conferre[m] alicui, seu aliquibus non præsumat.

¶ Nos enim si secus actũ seu attentatum fuerit, decernimus irritũ, & inane.

g ¶ Statuimus.] sit ergo de speciali consuetudine ius commune: sic supra de clãdest. despon. cum inhibitio. & est si. de fideiuss. quod quibusdam, de priuil. ꝙ non nullis. Allegatur tamen Romanæ ecclesiæ consuetudo pro iure, in antiq. sup. de constitut. ex litteris.

h ¶ Sedem ipsam.] non vacantem, alias parochiales ecclesiæ cõferuntur per illos ad quos collatio pertinet, quod dic vt infra eodem, si Apostolica.

i ¶ Vacare.] an beneficium dicatur in Curia vacare, cum duobus ibi super eo sibi collato litigantibus alter moritur, vel vterque? Dic vt in Clem. vt lite pẽd. si duobus.

[Glossa sequens tractat quid de præsentatione.

K ¶ Collatio.] nihil dixit de pręsentatione: vnde sępius reperitur receptum in Curia 2 Papam ꝑ hoc non conferre beneficia, quę pertinent ad præsentationem laicorum. Sed eadem ratione non conferret quæ pertinent ad præsentationem ecclesiarum, vel monasteriorum, vel monachorum, supra capi. proxi. pro hac parte facit infra. eod. titu. cum in illis, §. cum autem. ad hoc supra de iure patr. cum dilectus. Sed per litteram quæ supra dicit: quacunque auctoritate † & per id quod dicit prouisio. Et q̃a pręsentatio patroni clerici habet vim electionis, vt no. Innoc. de iure patro. cũ autem, secundum Archid. satis videntur cõprehẽdi prædicta.

† Procedit ẽẽ si hẽat clausulã, non obstãte, ꝙ oporteret expressam mẽtionẽ de uerbo ad uerbũ fieri in litteris Apostolicis. Petr. de Anc. Do. & Phil. Fon.

2 Idẽ Io. Mo. dicit tamen Arc. ꝙ Papa illa reseruare potuisset si voluisset. Ioan. Andr.

Gregor. decimus in Concilio generali Lugdunen.

¶ *Si Papa beneficia vacantia in Curia non conferat infra mensem à die vacationis, illi ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre. Ioan. Andr.*

CAP. III.

STATV-

ADDITIO. comprehenduntur ẽt illa, quæ possent laici conferre ex priuilegio Papali, secundum Archid.

c ¶ Pertinere.] 32. dist. omnes, & uide quod dixi sup. eo. lib. de elect. quanquam. Ioan. And.

d ¶ Vacaturis.] quod alius non potest, vt supra, de conces. præb. c. 2. etiam Legatus de latere papæ, vt sup. eo. tit. dilectus filius. T.

e ¶ Apud sedem.] quæ dicantur apud sedem ipsam vacare, dicetur. ĩ. eo. præsenti.

¶ Cum autem inter collationem, præsentationem, & institutionem, differentia magna esse noscatur:[a] si cui de beneficio ad alicuius collationẽ spectante prouideri mãdetur, de illo quod ad eius præsentationem uel institutionẽ pertinet, prouideri nõ poterit, † nec etiam econuerso: expresso enim vno casuum prædictorũ, mandatum super hoc factum (quod debet de sui natura restringi) ad alios extendi non debet.

¶ Mandatum simpliciter duos includens, alterum solum non adstringit: & econuerso directum vni duos non afficit. hoc dicit Dominicus.

¶ Si verò de beneficio ad aliquorũ collationem vel præsentationẽ spectante (non adiectio[b] communiter vel diuisim) prouisio iniungitur facienda: in beneficio quod ad collationem vel præsentationem alterius ipsorum tantum pertinet, admpleri nõ potest. Sicuti si de beneficio spectante ad collationem vnius prouisio iniuncta fuisset, impleri non posset ĩ beneficio, cuius collatio ad eum simul cum alio[c] pertineret.

¶ Idem.

¶ Beneficium mihi collatum ante dissensum meum alteri conferri non potest, nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus, & tunc etiã post terminum antequam alteri conferatur, potero consentire. Io. Andr.

CAP. XVII.

SI tibi[d] absenti per tuũ

† Si autẽ ad suã collationẽ spectet, & simul ad p̃sentationẽ alterius patroni clerici res ẽ dubia; quia Papa. non vr̃ cogitasse de beneficio, quò cũ altero; in fin. ca. eo. alter laicus patronus, clarum est, φ posset. de offic.deleg.dilectus.Ioan. And. Pet. de Anch. Font.

[Gl.seq. obijcit & soluit.]

c ¶ Cum alio.] absurdum .n. esset illũ grauari, de quo Papa non intellexit. In cõtrarium uidebatur: quia ad collationem suam spectat, licet & alterius: nam & qui iurat suum non esse, in iurat & sibi commucõicat ne nõ esse, ff.de ver. ut signi. pupillus.§.vlt. istius [cum sua glo.& vide & ca.fi.j. quod dicitur infr. de si autem verb.sig.c.vlti.]Et q esset legat seruos suos, & qui in totum, & qui pro parte sui sunt, videtur non detur legasse. ff.đ le. 3.l. si qs seruos. Sed hoc facit cõtraria intentio Papæ, idem est ergo dicere ad collationem talis, & solius talis.

ADDITIO. Bene facit. ff.de leg.2.legatis. ubi legatum factum uxori de ijs quæ sunt parata ad ipsius usum, non intelligitur de paratis ad communem usum ipsius, & viri. Dicebat Ioan.Monac. quod est commune mihi & alteri, proprie non est meum. ff.de ritu nup.illud. & verba generalia proprie non improprie sumi debent. allega. supra eod.tit.& lib. cum de beneficio.in fine, & remittit ad regulam, in generali.infra de regu. iuris.Ioan.And.

SI tibi absenti.] Circa beneficium collatum absenti nondum acceptatum soluit quinque dubia: Primũ, an sit illius: ibi, Licet. Secundum an possit alteri conferri: ibi, Ipse tamen. Tertium, an si conferatur, ualeat collatio ibi, Quod si. Quartum, quid si lapsus sit terminus datus ad acceptandum: ibi, Sed si. Quintum, quid si prouisus post terminum præueniat collatorem: ibi, Antequam. Ioan. And.

CASVS. Episcopus Pictauien. alicui Titio absenti & ignoranti contulit aliquod beneficium, non fuit ibi aliquis, qui acceptaret collationem pro Titio absente: an valeat collatio? Certe sic, adeo φ collator non poterit amplius uariare, nec illud beneficium alteri conferre. Sed vtrum Titio absenti & ignoranti per illam collationem sit acquisitum ius in beneficio? Rñdet quod non, nisi Titius illud beneficium acceptauerit: sed facta acceptatione, est sibi ius acquisitũ sine corporali apprehensione, licet sit secus in rebus profanis. l. traditionibus. C.de pact. Sed ponamus, φ Titius postquam sciuit illud beneficium sibi collatum, differt acceptare collationem: an eps collator possit illud beneficium alteri conferre? Rñdet quod non statim: sed poterit Titio assignare certum terminũ, ĩtra quẽ tenebitur suam declarare volũtatem, an velit istud bñficiũ acceptare: quo termino elapso, poterit collator illud beneficiũ alteri conferre. Sed ponamus φ collator elapso termino illud bñficiũ non cõtulit: vtrũ possit Titius tale bñficium acceptare anteq̃ verus collator alteri contulerit: ita φ p illã acceptationẽ acquiratur sibi ius ĩ bñficio? Certe sic Not. primo, qđ bñficium p̃t cõferri absenti, & ignorãti: nec req̃ritur ad hoc vt valeat collatio, φ ille cui confertur beneficium, illud acceptet. No. statim φ si absens sciuit bñficiũ sibi fuisse collatũ, & acceptauit: statim sibi ius est acquisitũ in beneficio: & p̃t lato mõ dicere illud beneficiũ suũ rõne cuius potest agere rei uendicatione lata. Et sic ẽt solo titulo acquiritur ius in beneficio & dñium: secus in rebus profanis: quia in illis ex solo titulo non acquiritur dñium, ideo. l. quoties. C.de rei uen. non habet locum in beneficijs. Not. ulterius, quod in iure non est aliqđ certum tempus præfixũ ad acceptandum beneficium collatum, secus in acceptatione uel repuditatione electionis: & ideo collator potest præfigere tempus ad acceptandum beneficiũ collatum. Not. insuper, quod non est necesse esse præsentem, cui beneficium confertur: nec etiam alia persona, quæ collationem eius nomine recipiat. Ad hoc supra eo.lib.de rescrip. gratia. Not. finaliter casum in quo uacat beneficium, tamen conferri non potest: Nam nõ dicitur beneficium hic istius, & tamen dicit quod non ualet collatio. Alios casus uide de constit. cum accessissent. Dominicus.

[Glo.prima summat, & dicit quid declaret, & quod erat dubium, & soluit quæstionem.]

d ¶ Si tibi.] Beneficium mihi collatum ante dissensum meum, alteri conferri non potest: nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus: & tunc etiã post terminum, antequam alteri conferatur, potero consentire, Emanauit hæc decr. ad declarationem & approbationem eorum quæ no. Inno. & Host. & Moderni sup. e.accedens. & Host. in sum. de inst. §. quis institui. sciebamus. n. quod absenti poterat beneficium conferri, & absens inuestiri, ut ibi: sed dubitatur an medio tempore posset collatio reuocari; quod hic terminatur, & qđ dicit, absenti, idem & multo fortius si præsenti, q̃ forte deliberare uelle se dixit. Io. And.

episcopum a conferatur † beneficium, licet per collationem huiusmodi (donec eam ratā habueris b) ius in ipso beneficio ut tuum dici valeat, non acquiras: c ipse tamen episcopus, vel quicunque alius d de ipso beneficio (nisi consentire recuses) in personam e alterius ordinare nequiuit. Quod si fecerit, eius ordinatio facta de beneficio non libero viribus non subsistet.

¶ Sed si episcopus (notificata tibi collatione) ad consentiendum terminū f competētem assignet, nisi consenseris, poterit eo lapso g beneficium libere (cui viderit expedire) conferre. Antequam tamen ipsum contulerit, tuum poteris (non obstante quod lapsus sit terminus) præstare consensum: h & ex tunc de ipso non poterit aliter ordinari.

¶ Idem.

¶Qui vi vel iniuste occupat secundum beneficium curatum, priuatus est primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat, est ipso iure priuatus iure, ꝙ in illo, vel ad illud habebat, hoc dicit. Ioan. Andr.

EVM † CAP. XVIII.

† Quod pōt ēt nullo mediante. Pe. de Anch. secus in alijs ꝯctibus, qui īter absentes fiūt, nam ibi intermediat aliqd not. in l. consensu, ff. de actio. & obli. Font.

Beneficiū nō acquirit mihi per cōsanguineum ante acceptationem.

a Scilicet qa priusquam agnoscat, pōt repudiare ꝙ aūt dicit, acquiri dñium, dic re uera adita hæred. Ex fictione tñ dr acquisitū post mortē, ff. de furt. si iussu. §. vl. & l. a Titio, & ff. qui. mo. seru. amit. si partē, §. vl. ff. de condit. instit. l. si quis ita hæreditatem.

Beneficiū collatū absenti, n possit alte i cōferri sub conditione si le non acceptauerit.

a ¶Episcopum.] factum ponit, non ius: quia idem si per alium. [Idem Ioannes Monachus & Archid.]

b ¶Habueris.] acceptando, uel consentiendo, uel ratū habendo, si negotiorum gestor uel procurator generalis fuerit inuestitus de ipso, sed si specialis, statim dici debuit suum ꝙ dic ut not. sup. eod. accedens. Ad hoc. ff. de neg. gest. si ego. ff. de sol. ratum. ff. de acq. possessio. qui absenti. Ioan. And

ADDITIO. Potest etiam cōsanguineus inuestiri de beneficio, sed per eum etiā ante acceptationem non acquiritur dominiū beneficij uel canonicatus, qui consensu eligentium & electi acquiritur, supra in anti. de elect. cū inter canonicos. s̄. de spon. cū locum. licet talis ꝓ tali agere possit. ff. de procurat. sed & hæ. vnde dicit Host. licet lex talem personam agere permittat, non tamen facit illum procuratorem. ff. iud. sol. l. 3. §. 1. ff. de ꝓc. nō solum. §. si de dote. Ioan. Andr.

[Glo. seq. ponit tres opin. quæ olim erant de materia.]

c ¶Non acquiras.] secus in legato speciei: quia tūc acquiritur dñium legatario ignoranti: licet commutabiliter ff. de leg. 2. cum pater §. surdo. facit ff. de condi. & demonst. l. legata. per quæ iura dicebant quidam, quod hic dicitur. Item per id quod habes sup. de elec. cum inter canonicos, & c. publicato. Ad hoc. infra de reg. iur. quod semel, cum suis concor. Alij dicebant, ꝙ si secundo prius fieret traditio, uel prius consentiret, bene tenebat collatio, per l. C. de rei ven. l. quotiens, in prin. & in fi. ubi dicitur, si res vēdita fuerit duobus, ille potior est, cui prius fuerit tradita, & uide quod dixi infra de reg. iur. qui prior. Tertia opinio erat, ꝙ aut secundus scienter recipiebat beneficium, aut ignoranter, in primo casu non tenebat collatio, in secundo sic, tenetur tamen conferens prouidere primo in æquiualenti beneficio. ad hoc sup. eo. inter cetera. inf. de iure pat. pastoralis. Facit ad hanc distinctionem inf. de conces. præb. quia cunctis. ff. de vsufr. l. si Sticho.

ADDITIO. Archid. attribuit hanc tertiam opinionem Hostiensi, & verum est quod Host. ponit illam in decr. accedens. tamen recedit ab illa inhærendo Innocentio, qui simpliciter dixerat collatorem non posse a proprio facto recedere. Io. And.

d ¶ Alius.] Puta legatus de latere, qui confert beneficia vacantia. supra de off. leg. ca. 2. istud autem conferre non poterit, quia licet uacet, non tamen est liberum, ut infra sequitur.

[Glo. seq. format, & soluit duas quæstiones.]

e ¶ Personam.] Sed nunquid poterit alteri sub conditione cōferre, scilicet si ille nō acceptauerit? ꝙ nō s̄. eo. lib. de elect. c. 2. & ī. de reg. iur. actus. sicut beneficium non uacans non confertur cum conditione quando uacabit sup. de conces. præben. cap. 2. ad hoc supra de rescript. pastoralis. Sed nunquid potest de illo ordinare non conferendo personæ: sed alias, puta, veniendo, uel religiosum locum constituendo? Non, nisi sicut posset post acceptationem, cum eadem sit ratio. sup. de eccle. ędi. ad audiētiā, 2. sup. eo. exposuisti, 12. q. 2. c. antepen. & etiam tunc secundario fit ordinatio in personam.

[Glo. seq. obijcit & soluit.]

f ¶ Terminum.] sed nonne statutus est terminus a iure infra quem consentire debet, scilicet vnus mensis. sup. eo. lib. de electio. q̄ sit. nec videtur ꝙ de beneficio iuris possit episcopus diminuere, ī. d̄ regulis iuris, indultum, cum suis ꝯcordantijs? Dic decreta. illam loqui in electis qui adhuc habēt cōfirmationem petere. istam ī iis q̄bus fit collatio, ī his autem non est statutum certum tempus & facit supra ca. proximo. Probatur, & hoc per id quod sequitur, nam in decr. quā sit, lapso termino priuatus est ipso iure, nec potest vlterius consentire, hic autem etiā post terminum consentit, dummodo res sit integra, vt sequitur.

[Glo. sequēs soluit quæstionem.]

g ¶ Eo lapso.] quasi dissensisse videatur, sic sup. e. li. d̄ appel. ab eo, vbi etiam ista ponuntur vt paria. Et per hanc literam videtur idem dicendum si dissenserit, scilicet ꝙ adhuc re integra possit consentire, quod verum est conferente in eadem voluntate manente. Ad hoc sup. eo. lib. de proc. licet, vbi de hoc dixi.

ADDITIO. Ibi tamen glo. loquitur de electo: hic loquitur de prouiso. Io. Andr.

h ¶ Consensum.] ad hoc ff de opti. leg. l. mācipiorum.

† vide Extrauag. Io. xxij. Incipit. Execrabilis e. tit. & Cōci. Tridēt. sess. 7. de ref. c. 2. & seq. & sess. 24. de refor. c. 17.

EVm qui.] Sunt duæ partes, quæ satis patent, secunda ibi, Insuper. Et prima subdiuiditur, quia ponit primo dictū: cuius postea duas rationes subdit: ibi. Nō enim. Io. Mo. dicit, ꝙ primum dictum ponit peccatum in facto, & in modo: secundo in modo tm̄, Io. Andr. Premitte quod habes in c. de multa, sup. e. in ant. Domi.

¶ Præsupponitur illud quod habetur in ca. de multa. eo. tit. in ant. & hodie in extraua. Io. xxij. quæ incipit, Execrabilis, vbi dicitur, ꝙ si alicui obtinenti beneficiū curatum, dignitatem, personatum, vel officium, conferatur aliud simile beneficium, puta si alicui obtinenti ecclesiam parochialem conferatur alia ecclesia parochialis, vel dignitas, vel personatus, aliudque beneficium acceptauerit & apprehenderit possessionē, ipso iure vacat primum beneficium: & si contendat habere, caret vtroque.

CASVS. Secundum communem intellectum huius cap. mihi obtinenti ecclesiam parochialem episcopus Pictauien. contulit aliam ecclesiam parochialem, quidā tertius intrauit in possessionem ipsius beneficij collati, ego non expectaui ꝙ episcopus me induceret in possessionem ipsius beneficij, sed mea temeritate istū tertium a possessione beneficij mihi collati expuli: vtrū per istam violentam expulsionem a possessione secundi beneficij vacet primum, ac si auctoritate Apostolica fuisset apprehensa possessio huius secundi beneficij? Rñdet ꝙ sic, alias sequeretur, ꝙ vir stultus esset melioris conditionis quā sapiens. Sed quid, sanctissime pater, ego sciens non habere ius in aliquo beneficio, me intrusi sciēter in eo, vtrū per istam intrusionē

qui[a] beneficium, cui animarum curæ [b] imminet, vi occupat, seu se scienter [c] iniuste intrudit in eo, decernimus ipso iure fore priuatum beneficio, quod cum cura simili primitus obtinebat. [d] Non enim decet vt stultus melioris, quam peritus conditionis existat, [e] vel qđ inuasor † eo, qui iuste ingreditur, priuilegio gaudeat potiori.

¶Insuper vt violenti, [f] qui auctoritate (vel verius temeritate) propria occupare dignitates, personatus, aut alia quæcunque ecclesiastica beneficia nō

vacet primum beneficium quod obtineo? Rñdet quod sic, ac si habuissem titulum in secundo beneficio, & adeptus fuissem pacificam possessionem: secus si credebam habere ius in beneficio, & tamen nullum habebam, c. si beneficia. infra eo. tit. Sed nunquid per istam violētiam uel intrusionē, debeo carere iure quod mihi competebat in primo beneficio? Certe sic, ipso facto, ſm communem opinionem, & hoc probant ista verba, eo ipso. Nota primo, quod nō est alicui licitum intrare beneficium per violentiam, in quo vel ad quod habet ius, sed debet expectare inductionē superioris, quæ inductio in possessionem beneficiorum de iure communi spectat ad Archidiaconum, qui hoc faciet auctoritate Episcopi: tamen hodie Arch. istud non obseruant nisi in magnis dignitatibus, & non in paruis beneficijs. Not. ꝙ quis sua auctoritate non debet ingredi possessionem beneficij sibi collati, sed auctoritate sui superioris, nisi esset inuestitus. Pro quo sciendum est, ꝙ institutio est tituli collatiua: postquam dixit episcopus vel superior instituens: inuestio te per traditionem huius rei, & per illam inuestituram non transfertur possessio, nisi fieret inuestitura in præsentia beneficij, sed solum per illam inuestituram datur instituto facultas, vt possit ingredi beneficium auctoritate sua. simile dicitur in l. 2. ff. de acq. vel amit. poss. vbi emptor sua propria auctoritate non debet ingredi possessionem rei venditæ. Et sic intelligit text. tamen etiam potest intelligi, si per violentiam fuit intrusus in beneficio, in quo non habebat aliquod ius. Not. ꝙ per adeptionem secundi beneficij incompatibilis vacat primum. Vnde sciendum, quod licet istud cap. non loquatur nisi in ecclesijs parochialibus, tamen communis opinio Doctorum est, quod etiam intelligitur in dignitatibus & personatibus. nam istud cap. venit limitatiue ad illud capi. de multa, alleg. ideo secundum illud ca. debet intelligi, ideo dixit Dominicus de sancto Gemi. quod constitutio declaratoria debet intelligi secundum omnes clausulas constitutionis declaratæ, nisi aliud dicatur in cōstitutione declaratoria. Not. vlterius: ex hoc tex. quod lex si quis in tantā. C. unde vi. & similia iura, etiam habent locum in eo qui expulit a beneficio, vt videlicet quod talis perdit ius quod habebat in beneficio. Not. insuper, quod iste textus in prima parte non habet locum, nisi in beneficio curato. No. finaliter, quod sicut non est possibile duo curata simul retinere quando iusto modo acquiruntur, ita ēt non est possibile quando iniusto. Et sic videtur qñ iura ponunt pœnam exercenti actum, pœna committatur etiam si actus non tenet de iure. vide. ĩ. de sent. excom. statutum. Dominicus.

¶ Prima glossa summat, & dicit quid declaret.

a ¶ Eum qui.] Qui vi, vel iniuste occupat ſm beneficium curatum, priuatus est primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat, est ipso iure priuatus iure quod in illo, vel ad illud habebat. Emanauit hæc decretalis ad approbationem & declarationem eorū, quę no. Innocentius & Hostiensis s̃. eo. tit. de multa.

ADDITIO. Quærebant enim de illo, qui propria auctoritate inuasit secundum curatum, & arguebant quod ipso iure videatur renunciasse primo. 21. q. 2. si quis, iam recitabant alios dicere contrarium, nisi auctoritate in superioris habuerint. Io. Andr.

[Glossa sequens arguit a contrario, secundo quærit & soluit.]

b ¶ Cura.] alias non haberet locum pœna decre. sup. eo. de multa. si ergo haberet ecclesiam curatā, & postea uiolenter occupat simplex beneficium, non vacat primū, sed perdit ius si quod habebat in secundo, ut infra prox. responso. Sed quid si habet curatam ecclesiam, & vi occupat præbēdā, uel simplex beneficiū cui est annexa ecclesia curata, nunqđ uacat prima? Dic ꝙ non: sed locum habebit sequens responsum. hoc dico p decre. supra eo. titu. & lib. super eo, ubi ergo esset priuatus primo per iustam receptionem secūdi. erit etiam priuatus per iniustam: alias non. Et est simile quod dicimus de bigamia [uel eius pęna quæ inducitur per matrimonium, quod non tenet eo casu quo incurreretur si matrimonium teneret: alias non [in anti.] de big. nuper. Ioan. And.

[Glo. seq. soluit dubium per contrarium literæ, sed cum distinctione.]

c ¶ Scienter.] Ignoranter igitur non tenebit pęna ad hoc. ĩ. eo. tit. si beneficia. [Idem Arch. quod de ignorantia facti uerum intelligo, secus ignorantia iuris, infra de reg. iur. ignorantia, cum suis concor.

[Glo. seq. per hoc c. soluit tria dubia.]

d ¶ Obtinebat.] eadem rōne quæ hic ponitur in pęna decr. de multa. d. cam idem de decre. cū in cunctis, s̃. de elect. s. quod si aliquis scienter & iniuste se faciat in epm consecrari, puta, lite pendente quod uacent priora beneficia sua, ac si canonice consecratus fuisset, & sic etiam iam audiui in Curia fuisse factum 1 propter rationem quæ sequitur. Et eadem ratione uř, quod si aliquis iniuste detinens beneficium, impetrat aliud beneficium, non facta mentione de illo beneficio quod occupatum tenebat, quod literæ non ualeant, ne sit melioris conditionis, &c. ut hic. Ad hoc sup. eo. tit. & lib. quamuis, & sic intelligitur ĩ. eod. si motu. & idem etiā secundum id dici potest de decr. non potest. inf. eod. s. quod si aliquis habebat plura beneficia, ex quibus unū erat occupatum, & tacito de illo super alijs impetrauit dispensationem, dispensatio non ualet.

ADDITIO. Hoc idem tenet Archi. Vnde ad propositum huius quod tangitur in princ. glos. dixit Inno. in decre. de multa. quod cum interdictum erat regnū (ut puto) Siciliæ, & oībus Capitulis prohibitum eligere, multi tñ eligebantur in episcopos & confirmabantur per Metropolitanos, & administrabāt. arguebat tñ quod elapso tempore de consecrandis, uacabant ipsorū priora beneficia, per l. 3. §. uideamus, ff. de don. inter uirum & uxo. in Auth. de restit. & ea, qua pa. §. fin. inf. de exces. prælat. tanta. sup. de transla. quanto. sed Archidiaconus dicit illam glossam non fuisse in originali Inn. Io. An.

e ¶ Existat.] 16. q. 1. legi epistolam, in princ. ff. quod ui aut clam. l. nam & si seruus, ff. de iur. & fac. igno. l. regula §. antepen. Nec ex delicto quis facit conditionem suam meliorem. ff. de don. inter uir. & uxo. l. 3. §. r. sup. de sent. excom. si uere. Nec melior esse debet contumacium quam obedientium conditio. sup. de postul. c. 1. de dolo & contu. contingit.

ADDITIO. Interdum malæ fidei possessor est melioris conditionis quam bonæ fidei, ut patet ex no. ff. de rei uen. l. in rem. §. fin. Ioan. Andr.

f ¶ Violenti.] Not. quod latius loquitur pars prima, quam hæc secunda, quia loquitur hic solum in uiolento, non in alio se iniuste intrudente, ut in prima parte. & innititur iste §. rigori illius legis C. Vnde ui, l. si quis in tantam. & 16. q. 6. placuit.

† No. hic … ad delicti p… nitionē su… ficit aliqui… fieri de f… cto. ca. cū n… per de bi… not. in c. pl… rūq; de d… inter virum… & vxorē, … Hippo. in … diuus ff. … ficar. arg. … ad sacrū … sufficeret a… quid fieri … facto l. h… conditio, … de condit. … demonstra… tradet Anc…

1 Sic refe… Io. Mon. … chidiacon… Ioan. And…

Intrusus violētus ferunt.

A D-

verentur, [a] etsi nō viriutis amore, pœnæ saltem formidine [b] a suæ temeritatis audacia refrenentur, eo ipso ius, si qđ in dignitatibus, personatibus, & beneficiis occupatis taliter, [c] vel ad ea [d] ipsis forsitan competebat, amittant.

¶ Idem.

¶ Habens potestatē Apostolicā personæ idoneæ de beneficio prouidendi, alias beneficiato sufficienter ꝓuidere nō poterit, nisi in litteris hoc exprimatur, & tūc vnicū simplex obtinēti ꝓuidebit. Si vero conceditur vt prouideat beneficia obtinenti, ad duo tantum refertur, & contra factum, est nullum, h.d. Dom.

C A P. XIX.

IS cui [e] conceditur, vt auctoritate Apostolica possit vni personæ idoneæ [f] † in sua uel alia ecclesia prouidere alicui aliud beneficiū sufficiens [g] obtinēti ꝓuidere non pōt: [h] nisi primo ille beneficiū q obtinet, omnino dimittat. [i] Vel

ADDITIO. Et vt ibi not. in re violenter possessa non iuuaret littera confirmationis, C. vnde vi. auctoritatem. Io. And.

a ¶ Non verentur.] vereri deberet cum sine iusto titulo illa detinere non possint, nec eos iuuat antiqua possessio, vt s. đ reg. iur. c. 1. cum suis concord.

[Gl. seq. tractat de triplici timore.]

b ¶ Formidine.] 62. dist. docēdus. de ele. cum in cūctis. de vi. & ho. cle. vt clericorum. Ad idem. C. de emen. ꝓpin. l. vnic. accedat qđ dr̄. Oderūt peccare, &c. 1 Et vocatur talis timor seruilis, 2 qui per se p̄mium non hēt, nisi quia solet inducere filialē, & est timor seruilis sm̄ Gregoriū, in quo viuit peccandi volūtas, & sequeretur opus si speraret impunitas: & pertinet ad seruum. Initialis respicit amissionem præmii, & pertinet ad mercenarium. Filialis respicit offensam, & proprie ad filium pertinet.

1 Vide hos versus de offic. ord. irrefragabili. in vlt. gl. I. An.

2 Vide B. Th. 2.2. q. 22. ar. 2. & ibi Caietanum.

ADDITIO. De hoc de pœ. d. 2. sicut seta. Io. An.

c ¶ Taliter.]. s. violenter, facit pro eo quod s. dixi, &c.

d ¶ Ad ea.] differentia est inter ius quod competit in re, & quod competit ad rem, ut videbis inf. de concess. præb. c. ult.

IS cui.] Primo determinat duos casus: Scđs, ibi, Si vero. Scđo decretum apponit: ibi, Prouisio quoque. Iterum prima subdiuiditur: quia primo ponit dictum, a quo duos casus excipit: ibi, Nisi: & sm determinat: ibi, Tunc enim. Io. Andr.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendum, qđ gratia de qua in hoc c. non fiebat fauore illius, cui erat ꝓuidendum, sed gratia illius ad quem dirigebatur; puta quia Papa fecit gratiam abbati S. Cypriani, vt posset ꝓuidere de beneficio spectante ad collationē vel præsentationem alterius prælati: tunc in ista gratia nō est necesse quod fiat mentio de beneficio obtēto. Itē non mādabatur prouideri certæ personæ: sed idem si etiam certæ personæ mandaretur prouideri.

CASVS. Papa dedit alicui executori gratiam siue facultatem, ut posset vni certæ personæ idoneæ prouidere de beneficio existente in sua ecclesia, uel alia; iste executor voluit mihi prouidere de tali beneficio, qui tamen obtinebam beneficium aliquod simplex, quod erat sufficiens, & ex quo poteram sufficienter sustentari vtrum possit mihi prouideri de alio beneficio simplici? Respondet quod non: quia in sua gratia sibi mandatum, vt prouideat personæ idoneæ: modo ex quo habeo beneficium ex quo possum sufficienter sustentari, non sum idoneus ad aliud beneficium: quod verum est, nisi nellem primum beneficium dimittere: nam tunc posset mihi conferri aliud beneficium. Sed ponamus quod in gratia ipsius prælati siue executorum dicitur ut possit conferre beneficium in sua ecclesia uel alia existens, etiam obtinenti aliud beneficium? Respondet quod mihi obtinenti beneficium simplex poterit prouidere: dummodo beneficium quod obtineo non sit curatum. Sed ponamus quod obtinebam duo beneficia simplicia: iste executor uult mihi conferre aliud beneficium compatibile, utrum possit? Certe non: licet in gratia sua dicatur, ut illud beneficium possit conferre etiam obtinenti aliud beneficium: nam gratia sua intelligitur in obtinente vnicum beneficiū duntaxat. Sed ponamus q Papa dicit in litteris gratiæ suæ, vt iste executor possit prouidere de bñficio alicui etiam obtinenti plura bñficia, aliquis obtinet tria beneficia, vtrum possit sibi conferre aliud bñficium? Respondet q non: nā illa pluralitas verificatur in duob. beneficiis. Not. primo id ad quod allegatur præsens c. qđ obtinens sufficiens bñficiū, non est idoneus ad obtinendū aliud beneficiū: nisi exp̄sse vt beneficiatæ p̄sonæ possit conferre, fiat cōcessio. No. magis specifice, quod si Papa mandat alicui collatori, vt ꝓuideat personæ idoneæ de bñficio, virtute illi⁹ facultatis non prouidet p̄sonæ obtinenti bñficium sufficiens, nisi illud primū bñficiū dimittat: & hoc verū, nisi aliud diceretur in grā. Not. q in litteris ad bñficia, pluralis locutio restringitur ad duo beneficia tantū, & adhuc requiritur qđ ista duo bñficia non sint curata.

† Hæc dictio determinat ly ꝓuidere: ergo si nunc nil hēt, q̄uis alias habuerit, videbit ēt de curatis, cū hic fit grā ꝓuidenti, iō ē in suū fauorē amplianda. Pe. đ A. F.

[Prima gl. dicit quid approbet, & reprobet.]

e ¶ Is cui.] approbatur hic opinio Hostiensis, quā no. sup. eo. tit. c. ult. in fine: & reprobatur opinio Innocentii ibi, not. & Compostell. not. s. de rescript. cū adeo in fi. Et fuit de facto in Mediol. archiepiscopo hæc questio. primi dicti.

[Gl. seq. dubium soluit.]

f ¶ Idoneæ.] & si non apponatur: hoc idem intelligo sup. de ele. causam quæ. sup. de rescr. cum adeo, Ad hoc de præsum. c. ulr.

ADDITIO. Ad hoc littera, inf. ibi, uel nisi in concessione huiusmodi sit expressum, & idem Host. in prælleg. decr. ult. eo. tit. Io. And.

[Gl. seq. arg. a contrario, & remittit.]

g ¶ Sufficiens.] ergo si non est sufficiens, secus est. 3 Ad hoc. s. e. de rescr. postul. [& c. cum adeo. sup. e. cū teneamur, & c. dilectus. ff. de uen. insp. l. 1. in fi.] Quid aūt ueniat in hac sufficientia, no. per Io. 21. q. 1. cap. 1. & per Ber. sup. e. tit. de monach. Io. And.

3 Idē Archid. dummō in collatiōe faciat mētionē de primo, s. eo. li. de offi. leg. collatio.

[Gl. seq. ponit motiuum. opi. contrariæ.]

h ¶ Non potest.] contrarium notabant dicti Doctores, & mouebantur illa ratione: quia hoc casu non fiebat gratia prouiso, sed prouidenti; nec poterat secundū eos prouisus hoc casu ambitiosus dici, cum ad sui instantiā nihil fuerit obtentum. sup. e. tit. & lib. quamuis j. eo. si motu proprio. Sed contrarium est uerum: quia beneficiatus idoneus non est, s. e. super inordinata. & iure cōmuni beneficiatus beneficiari non mandatur. s. eo. tit. quia in tantum. Io. And.

ADDITIO. Dicit Io. Mo. qđ genus facilius patitur debilitatem uel annihilationem quam species: quia genera sunt intelligenda ciuiliter, ff. de serui. si cui. ff. ad exh. l. pen. vnde uerbum, personæ idoneæ, debet intelligi sm̄ ius commune, de qua. sup. Io. And.

4 Io. Mo. & Arch. allegāt de ele. dudū. 2. & q ibi not. in gloss. tp̄s. Io. And.

[Gl. seq. ponit differentiam inter duas formas.]

i ¶ Dimittat.] si ergo dimittit, tunc sibi poterit prouideri, & in hoc est differentia inter istam formam, & illam quam in principio impetrauit ille, cui prouidetur; quia in illa non sufficit modo beneficium primū dimittere, si tunc tacuit. inf. eod. si motu. 4 Hic sufficit nunc dimittere, licet in concessione gratiæ nihil fuerit dictum.

ADDITIO. Quia nulla potest notari surreptio in prouiso. Dicit Io. Mon. per hoc rescriptum nihil habetur actualiter, sed potentialiter: & ideo satis est quod sit habilis persona, quando potentia explicatur ad actum. Io. And.

a ¶ Tunc enim.] Not. interpretationẽ strictam. Ad idem sup. eo. cum in illis. Io. And.

b ¶ Sine cura.] si igitur vtrumque vel alterũ sit curatũ, tali nõ poterit prouidere. Et nota ꝙ pluralis locutio nõ est vaga: immo potius arcta & restringẽda: sit ergo cõtenta duorũ numero, j. de reg. iu. pluralis, cum suis cõcordantiis.

c ¶ Non subsistat.] poterit igitur illud beneficiũ alteri conferri: sed si ille possidet non poterit sine cognitione causæ de possessione repelli. j. eo. licet.

SI beneficia.] Decre. ista succurrit ignorantię. Et primo primi gradus. Secundo secundi, & vlteriorum: ibi, Eundem. Et pars prima facit iria: quia primo ponit casum: Secundo rationem ꝓuisionis: ibi, Ne talis: Tertio prouidet parenti: ibi, Statuimus. Quarto uerò resistentis ibi, Alioquin.

† Vide Dñicū cons. 78. inc. formant, & Lap. all. 120.

CASVS. Cum obtinerem aliquod beneficium incompatibile, episcopus Pictauiens. contulit mihi aliud beneficium, & non eram dispensatus per Papã ad plura beneficia incõpatibilia, tamen Papa præuenerat episcopum Pictauiens. quia illud beneficium mihi collatum alteri contulerat, quod tamen ignorabam, ego videns quod non poteram habere plura beneficia, dimisi primum beneficium, & acceptaui secundum, postea secundum fuit euictum per illum cui Papa contulerat, an possim redire ad primum beneficium? Respondet ꝙ sic, cum statim fuit debite informatus, qđ in secundo beneficio nõ habebam ius, non expectato exitu causæ, dimisi illud secundũ beneficium possum redire ad meum primum beneficium propria auctoritate, & sic sine noua collatione, & hoc habet verbum, libere positum in tex. idem est de omnibus aliis, qui illo modo dimiserunt beneficia: nam poterunt ad illa redire sua propria auctoritate. Not. primo ꝙ collatio beneficii facta per Papam, afficit manus ordinarii collatoris etiam ignorantis illam, ita ꝙ collatio illius in contrarium facta non ualet, ad hoc, eod. tit. & lib. sup. c. si postquam. Not. secundo, quod ubi ex una cã fit decisio casus in primo gradu, eadem causa deciduntur casus occurrentes in secundo, & ceteris gradibus sequentibus. Dominicus.

[Prima glossa decretalem summat, & commendat: & glossæ reliquæ sunt textuales.]

d ¶ Si beneficia.] si quis ignorans recipiat beneficium prius reseruatum, vel alteri collatum per Papam: si ex quo sciuit, illud sine difficultate dimittit, recuꝑat priora beneficia ꝑꝑ illud dimissum alias non: Hæc decretalis summæ innititur æquitati, & iustæ ignorãtię prouidet.

nisi in concessione huiusmodi sit expressum, quod alias beneficiatæ valeat ꝓuidere personæ: Tunc .n. [a] prouidere poterit vnicũ duntaxat beneficium obtinenti: dum tamen illi cura non immineat animarum. ¶ Si vero concessum fuerit, vt prouidere illi valeat, qui alia beneficia noscitur obtinere, huiusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia sine cura [b] restringi. Prouisio quoque facta contra præmissa, eo ipso virib. non subsistat. [c]

¶ Idem.

¶ Si quis ignorans recipiat beneficium prius reseruatum, vel alteri collatũ per Papam, si ex quo sciuit, illud sine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia propter illud dimissa, alias non. Io. And.

CAP. XX.

SI † beneficia, [d] quæ per Sedem Apostolicam [e] conferuntur, aut decreto interposito reseruantur, interdum contingat ab iis [f] ad quos alias pertinet collatio eorundem, aliquibus huiusmodi collationẽ seu reseruationem ignorantibus de facto conferri, & beneficia quæ illi tenebant antea, & † post prædictorum adeptionem dimissa [g] per eos aliis assignari: [h] Ne talis ignorantia eis (cũ sint sine culpa) [i] præiudicialis existat: statuimus, vt si ipsi de collatione seu reseruatione prædicta postea certiores [k] effecti, sublata difficultate quacunque omnino dimiserint beneficia sic sibi de facto collata, ad beneficia sua priora (collatione quibuscunque personis facta de ipsis nequaquã obstante) liberè reuertantur; Alioquin redeundi ad ea (si difficultatem adhibuerint in aliis dimittendis) sit ipsis penitus interdicta facultas.

¶ Eundem quoque modum in dimittendo recepta, & recuperando dimissa quo ad omnes alios, [l] qui forsan occasione prædicta sua dimiserint beneficia, & dimissa per alios fuerint assecuti: per omnia decernimus obseruãdum.

† Dictio, ... deest ĩ an... quior. codi...

e ¶ Per sedem Apostolicam.] idem si ꝑ aliũ qui cõferre posset: puta ꝑ legatũ. j. eo. tit. si a sede. quia non ius ponit, sed factum. [Idem Archidiaconus.]

f ¶ Ab iis.] sciẽtibus vel ignorantibus, nõ curo; vnde si bñ aduertis, hæc decr. non requirit ignorãtiam in cõferẽte, sed solũ in eo cui confertur. Præsumitur autem ignorantia, nisi probetur scientia. j. de reg. iur. præsumitur [Idem Ioan. Mo. & Arch.] quod intellige vt ibi dixi.

g ¶ Dimissa.] vel iuris necessitate, vel ignorantia, vel sola voluntate. Io. And.

h ¶ Aliis assignari.] multo ergo fortius recuperabunt, si adhuc nõ sint aliis assignata, vt s. eo. tit. & lib. si tibi in fi.

i ¶ Sine culpa.] & sic deberent esse sine pęna. de constit. [in ant.] cognoscentes. j. de reg. iur. sine culpa. si ergo sciuissent, fuissent in culpa, & sic tali priuilegio nõ vterentur. Ioan. And. Hoc placet Archid.

k ¶ Certiores.] & sic cuilibet referenti credere non tenentur. de sim. per tuas, 1 Sed non debet se dicere dubitare, vbi certus 2 esse debet, de rescr. in ant. c. cum cõtingat, & est si. 33. d. habuisse in princ.

ADDITIO. Ibi, te concubinam manifesta veritate cõperimus. ad idem 2. q. 1. Deus uer. mala. not. 30. quæst. ult. nullum alibi dicitur clara probatione uel competentibus indiciis. j. de reg. non solum. alibi manifestis. inf. de hær. accusatus §. licet secundum Arch. d. Datur tamẽ dimittendi consilium, vt sibi taliter prouideat, quod clare ostendere possit beneficium dimissum ad alium pertinuisse per instrumenta publica vel insinuata; uel alio modo. Io. Andr.

1 Arch. re... tet, de el. minist. il... uers. licet Io. And.

2 Certus dr, cũ ai... p̃t aliqua... ne in ... inclinari... zad. cõs... num. 39

l ¶ Omnes alios.] hoc vult dicere, beneficia istius A. fuerunt collata B. iste B. dimisit quæ prius habebat, & fuerunt collata C. cuius C. priora beneficia fuerunt collata D. aget A. contra B. qui si dimittat in pace, aget contra C. qui etiam si sine difficultate dimittit, repetet a D. & sic de singulis.

Non

NON potest.] Diuisio patet; quia sunt tria dicta per §. diuisa. Seundum ibi, illud. Tertium ibi, Cum vero. rationem sui subdens ibi, Hoc enim.

CASVS. Cũ obtinerem aliquod beneficium simplex, impetraui a Papa vt possem retinere plura beneficia: tñ tacui quod obtinerem aliud beneficiũ: vtrũ lræ meæ dispensationis sint subreptitiæ? Rñdet Roman. Põtifex, ꝙ sic. Sed pone quod aliquis a Sede Apostolica obtinuit dispẽsationem, vt licitè possit retinere duo beneficia curã animarum habentia; accidit quod isti dispensato fuerunt collata duo beneficia curata: postea dimisit vnum illorum beneficiorum, & fuit sibi collatum aliud beneficium curatum, vtrũ possit illud recipere virtute suæ dispensationis? Respondet Rom. Pont. quod non: nam litteræ dispensationis sunt odiosæ, & restringendæ: modo dispensatio sua fuit purificata in duobus primis beneficijs: ideo non poterit virtute eiusdem dispẽsationis retinere aliud beneficiũ, nisi aliud diceretur in dispensatione: Nã in istis odiosis inspicienda & attẽdenda sunt verba gratiæ secundum eorum proprium significatum. Sed quid si mihi obtinenti aliquod beneficium Papa fecit gratiam, vt possem obtinere aliud beneficium: vtrum per hoc videatur Rom. Pontifex mecum dispensasse super pluralitate beneficiorum? Certe non. De quo ergo seruit mihi impetratio mea? Respõdet Roman. Pontifex quòd seruiet mihi de hoc: quia litteræ meæ non erunt subreptitiæ, ex hoc quia in eis fit mentio quod obtinebam aliud beneficium: sed tamen propter hoc non sum dispensatus ad obtinendum plura beneficia. Not. primo arg. ꝙ subreptitio in dispensationibus beneficiorum vitiat gratiam ipso iure. ad hoc sup. de fil. presby. ca. 2. eo. lib. Not. secundo, quod in gratijs beneficialibus taciturnitas alicuius qualitatis, qua expressa nihilominus litteras habuisset, vitiat litteras: nam si expressisset minimum beneficium, obtinuisset dispensationem; & tamen vitiat litteras, ad hoc. ĩ. eo. si motu proprio: vide quod dixi. sup. eod. dudum. Domin.

† Vide Fel. in ca. in nrã, extra de resc. & Pan. in ca. ad aures in 2. no. de resc.

¶ Idem.

¶ Taciturnitas beneficij ẽt modici vitiat dispẽsationẽ super pluralitate beneficiorum, quæ ẽt legitime super duob. obtẽta ad duo prima recepta refertur. Itẽ prouisio alicui facta de beneficio non obstãte, quod aliud habeat, dispẽsationẽ super vtroq; retinendo non inducit, h. d. secundum Zen.

CAP. XXI.

NOn † potest a dispẽsatio super pluralitate beneficiorum concessa impetranti prodesse, qui aliquod quantumcũque modicum b beneficium subticuit in eadem.

¶ Illud autem Apostolicæ Sedis c indultum, vt quis duo beneficia curam animarũ d habentia, † si alias canonicè e conferantur eidem, possit recipere, ac simul licitè retinere, f intelligitur de duobus

† Vide Conci. Tri. ses. 7. de refor. c. 2. & seq. & ses. 24. de refor. c. 17.

[Prima gl. dicit quid declaret.]

a ¶ Non potest.] emanauit hæc decret. ad declarationẽ eorum quæ no. Inn. sup. de elect. Dudum, 2. in gl. hoc intellige, in fin. & quæ ibi no. Host. & de rescr. postulasti, & de præb. super inordinata, in fine. & Compost. in decret. cap. de rescrip. ad finem gl. magnæ, versi. Item quæritur de hac, & c. in nostra, in gl. pen. & Gar. sup. de offi. ordi. ordinarij, in fi, & Guli. in Spec. tit. de leg. §. videndum, ver. illud, cum seq. ad finem.

[Gl. seq. fortificat tex. & circa duo remittit.]

b ¶ Modicum.] si enim in impetratione hoc locum habet, sup. de rescri. si proponente, inf. eod. si motu, multo fortius in dispensatione locum debet habere, cum etiã ipsæ dispensationes sint ambitiosæ, & restringendæ; s̃. de fil. presb. c. 2. eo. lib. Quis autem super pluralitate beneficiorum dispensare possit? vide 70. dis. sanctorum, & 21. q. 2. si quis iam translatus, & supr. eod. tit. de multa. An autem de iure sine dispensatione teneri possint, vide quod dixi. sup de rescr. gratia.

c ¶ Apostolicæ sedis.] nota argu. pro illa opinione, quæ habet, quòd solus Papa dispenset in curatis.

[Gl. seq. quærit, arguit pro, soluit contrarium.]

d ¶ Curam animarum.] pone, habens ecclesiam curatam, dispensationem obtinuit, vt liceret sibi recipere aliud beneficium etiam si sit personatus, similem curã non habens, & cum priori tenere: confertur sibi Archidiac. quæritur an possit illum retinere? Et vr̃ quod sic: quia licet Archid. curam habeat, non tamen curam similem curæ parochialis Ecclesiæ, vt sup. de elec. dudum. 2. ad fin. Ad hoc supr. qui fil. sint leg. per venerabilem, vers. verũ. Nec etiã potest simile, vbi est aliqua dissimilitudo, 28. qu. 1. sic enim. ff. de iniusto rup. test. l. 3. & expressa similitudo requiritur, s̃. de trãsla. inter corporalia. Item verbum simile, in indulgentia positũ, gratiose interpretandũ est. s̃. de verb. sign. olim. Sed hic ꝯ sec. Guil. q hoc not. in Spe. tit. de leg. §. videndum, ver. quid si habens Ecclestam, & supr. de offic. ordi. in fi. Similitudo enim de qua fit mentio in indulgentia, nõ ad speciem, sed agens refertur: & sufficit qualitercunque curam habeat, cum talis indulgentia velut ambitiosa sit restringenda, ut hic vides supra eo. lib. de rescrip. si gratiose. de fi. presb. c. 2. C. de Senatusconsul. l. 1.

ADDITIO. Dicit Boetius super Topica Tullij, li. 3. quòd similitudo est rerum singularium, vel differentiũ comparatio: vnde in illa non requiritur quod res tota sit toti rei similis, sed in eo ad quod confertur de consir. uti. uel inut. cum dilecta, & uide quod ibi dixi: qui fil. sint legi. per venerabilem. post princ. & uer. verum, si. ff. de admi. tut. si pupillus alterum, §. fi. ad Treb. l. recusare, §. ult. facit quod dixi de iud. causam, quæ, 2. de cõstit. translato, super ult. gl. & de transla. c. 2. super gl. ar. quod. Ioan. And.

e ¶ Canonicè. 1] concor. sup. eo. lib. de rescri. si gratiosè, & supr. de elec. dudum, 2. ad fi.

1 Qñ dicatur beneficiũ canonicè retineri, docet hic Frãc. ex Spe. quẽ uideto.

ADDITIO. Et vide quod ibi scripsi super uer. de nouo. Ioan. And.

[Gl. seq. de duobus quærit, & soluit.]

f ¶ Retinere.] quæro de duob. primo: Nunquid per talem indulgentiam videatur concessum, quòd in neutro residere 2 teneatur? Videtur quòd sic, ne inutilis sit indulgentia, & hoc uidetur tenere. Io. 7. q. 1. si quis in clero, in gl. 2. causa enim prohibitionis esse uidetur, ne qs plura beneficia habeat: quia residere tenetur: hoc ergo inducere uidetur indulgẽtia principaliter, quod ad hoc non teneatur. Dic secundum Gulielmum, qui hoc notat. in præd. §. uer. quid si indulgetur, quod tenetur in altera residere, nisi illud expresse in indulgentia caueretur, quod ad hoc nõ teneretur: ambitiosæ enim sunt tales indulgentiæ, & restringendæ, ut supra dixi: resideat ergo in altera quam vult: uel nunc in ista, nunc in illa: & sic utrique satisfiet. Sed quid dices, in indulgentia habetur hæc clausula: dummodo in beneficio, in quo non residet, faciat canonicè deseruiri: nunquid si hunc modum non seruauerit 3 ualet dispensatio & beneficiorum retentio? Respondeo secun. Innoc. & Hostien. & Compostel. qui hoc not. in dicta decret. Dudum. & de præsu[illegible] cap. ult. & Guli. hoc not. in prædicto. §. 1. uersic. sed quid si indulgentia, quod not. in Clemen. de offic. deleg. ca. unico, quod bene tenet dispensatio, illud enim, dummodo, non habet uim conditionis, sed potius admonitionis, uel comminationis, ut ff. de tute. l. muto. C. commi. epist. per totum, & uide quod dixi infra de regu. iur. actus. poterit tamen propter seruitij negligentiam eo iuste priuari sup. [illegible] non residente relatum.

2 De hoc ar. præter Doct. hic, uide Arch. in c. si qs in clero, 7. q. 1.

3 Vide duo similia, q̃ scripsi su. de ele. eo. li. licet canõ. Io. And.

Primis

a ¶ Primis.] Ita dicebant prædicti Doctores, & probababant per l.ff.de leg.3.fideicommissa, §.si quis decem de condi.& demon.l.hæc conditio, ff.de verb.sign.bones.§.1.ff.de verb.oblig.eum qui calendis.& idem erat satis expressum per decrèt.supr.eod.lib.de offic.ordin. ordinarij. ad fin.ibi dum dicitur vel ea quæ, &c. vt ibi dixi.

b ¶ Eundem.] per receptionē ergo tertij vacant duo prima, vt in Cle.e.tit.si plures. ADDITIO. quod not.hic Archi. ibi vide in gloss. si intelligas. Ioan.And.

Beneficium tertium recipiens facit duo prima uacare.

c ¶ Subreptitia.] q fieret exceptis duob. casibus, supr.de rescr. gra, & inf.eod.si motu proprio.Not.ergo, q sufficit huic clausulæ q suū consequatur effectū, & alium non poterit operari, ff.de adimen. leg.l.legata inutiliter.

primis a beneficijs, quæ cum cura post dictum indultum obtinere contingit eundem.[b] ¶ Cum verò tibi (nō obstante quòd aliud beneficium obtinere noscaris) a Sede prædicta de aliquo beneficio ꝓuideri contingit; per hoc tecum vt primum beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispensatum. Hoc enim solum prædicta operatur expressio, quod facta tibi gratia nequeat subreptitia [c] iudicari.

¶ Idem.

¶ Mandatū Legati super facieda prouisione ꝑ Papā confirmatum, Papalis gratia est censenda. Zenz.

SI Apostolicæ.] primo ponit factum continens gratiā legati, & approbationem Papalem. Secundò ibi. Certū est: soluit dubium insurgēs ex facto, rationem interserens & dubium fortificans: ratio ibi, Cum ipsa: fortificatio, ibi, Etiam. Ioan.And.

Pro intellectu huius ca. est præsupponendum quòd quando in aliqua ecclesia sunt plures expectātes, vnus auctoritate ordinaria, & alius auctoritate Legati, & ali⁹ auctoritate Apostolica, & habent similes gratias: expectans auctoritate Apostolica, licet sit posterior in impetratione, est præferendus ceteris.

CASVS. Legatus Papæ fecit mihi gratiam in Ecclesia Pictauien. quia creauit me Canonicum, & mandauit canonicis, vt me de facto reciperent in fratrem & canonicum, & præbendam si qua vacaret de præsenti mihi conferrent. alioquin proximo vacaturam: postea accessi ad Papam, & petij, vt ipse confirmaret gesta per suū Legatum, videlicet vt mihi confirmaret gratiam a suo Legato factam: vnde Papa auctoritate Apostolica confirmauit illam gratiam mihi factam, & mandauit canonicis, vt mihi assignarent præbendam si qua vacaret: alioquin proximo vacaturam. Deinde Papa fecit tibi similem gratiam; Nam contulit tibi ius Canoniæ in Ecclesia Pictauieñ. & mandauit Canonicis vt te reciperēt in Canonicum cū assignatione præbendæ: postea uacauit quædā præbenda, quæritur cui nostrum debeatur? Tu pro parte tua allegas quod tibi, non mihi debetur: quia tua gratia est a Sede Apostolica & auctoritate Papæ, mea autem est auctoritate Legati, & non Papæ. Ego autem dico quod ex quo mea gratia est confirmata per Papam, quod a tempore confirmationis dicitur gratia Apostolica, & non solum gratia Legati: quæritur an bene faciam? Respondet quod sic: & ideo si sum primus in data, & in impetratione, præbenda mihi, & non tibi debetur. Not. primo, quod Legatus in suis actibus gestis virtute legationis, non debet dicere, auctoritate Apostolicæ Sedis: sed auctoritate Legationis, quod nota: quia plures vidi in hoc errare. Nota ulterius, quòd executores deputati in litteris beneficialibus, etiam Legatorum debent esse certi, de quo per gloss. in ca. tibi qui. de rescrip. supr. eod. lib. vbi habetur quid de Apostolicis. Domin.

[Prima glossa dicit casum similem, & ponit dissimilitudinem.]

d ¶ Si Apostolicæ, quod hic dicitur, habuisti supr.eod.si eum. & emanauit ad declarationem eorū quæ ibi dixi: nec est differentia in iure: licet in facto videri posset: ibi non fuerat obtemperatum litteris legati. Item ibi Papa mandauit canoniam statim conferri, præbendam autem cum vacaret: hic canoniam & præbendam conferri mādat cum vacabunt, & sic ibi expectans iā erat in Canonicum receptus: hic non.

CAP XXII.

SI Apostolicæ [d] Sedis legatus [e] volens tibi suæ legationis auctoritate in certa ecclesia [g] prouidere, Canonicatum & præbendam, nulli alii de iure debitos proximo in ipsa Ecclesia vacaturos collationi suæ reseruet, & decernat [h] irritum & inane, si secus super hoc cōtigerit attentari, certis, qui eos [i] tibi conferant cum vacabunt, executorib. per suas litteras deputatis: nosque postmodum plena de his facta narratione, quod ab ipso legato factū extitit, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, [k] &

e ¶ Legatus.] scilicet de latere: alius enim nec conferre, nec reseruare posset, supra eodem libr. de offic. leg. ca. 1.

f ¶ Legationis.] Si enim auctoritate Apostolica speciali hoc faceret, non esset alia confirmatio necessaria, supra eodem. l. hi qui, 2. responso.

[Glo. seq. ponit dictum, quod postea moderatur.

g ¶ Ecclesia.] in qua eiusdem Legati alia reseruatio non pendebat, quod dic, vt supr. de offic. leg. ca. 3. ad fin. & quod dixi verum intelligo, nisi etiam id Papa ex certa scientia confirmaret, eius rei facta plena narratione, vt inf. dicetur.

h ¶ Decernat.] nota contra opinionem modernorum, qui dicebant, quod Legatus non poterat decretum apponere, nisi ad id speciale haberet mandatum. Ad idem sup eo. lib. de offi. leg. præsenti, & dicam infr. de conces. præb. quia cunctis.

ADDITIO. Hanc opinionem hic reprobatam tenet Hostiens. in summa. de offic. lega. §. quid pertinet. uersicu. irritat, & uide in Specu. titu. 2. §. nunc ostendens. uersi. 37.

i ¶ Eos.] s. Canonicatum & præbendam.

[Gl. seq. exponit, quærit & soluit.]

k ¶ Confirmamus.] non in forma communi, sed ex certa scientia facta fuit hæc confirmatio, supra de confirmatio. vti. vel inuti. c. penul. Quid dices de usitata quæstione. Receptus est aliquis proprio motu Capituli, impetrat confirmationem a Papa per formam, ne inane Canonici nomen, &c. in qua confirmatione Papa quod de ipso factum est confirmat auctoritate Apostolica: cum clausula, si est ita; mandans etiam executori, quod si est ita, auctoritate Apostolica præbendam, &c. post impetrat aliquis Canonicatum, & præbendam, nulli alij de iure debitam, & secundum stylum solitum, uacat modo præbenda, cui debeatur, quæritur. Super hac quæstione multotiens fuit a me petitum consilium & sigillum: & dubitans de ea plura lucra respui. Sed communiter tenent Doctores per hanc decretalē, & per decret. supra eodem titu. & lib. si eum, quod præferatur receptus & confirmatus, 1 & bene facit pro eis. sup. eod. lib. de rescri. cum aliquibus, in fi. quod satis puto. Ioan. And.

a ¶ Con-

eiſdem executoribus, vel alijs, noſtris damus litteris in mandatis, vt in huiuſmodi prouiſionis negotio auctoritate noſtra procedant iuxta ipſius legati cõtinentiam litterarum: Certum eſt, quod cũ ipſa prouiſio ipſius legati † poſt impertitam a nobis auctoritatem, noſtra cenſeatur effecta omnibus, quibus poſtea mandauimus in eadẽ Eccleſia prouideri, (etiam ſi Canonicatum ipſius eccleſiæ duxerimus conferendum [a] eiſdem) de iure præferri [b] debebis in præbenda poſtmodum [c] inibi vacatura.

¶Idem.

¶Obſtat taciturnitas obtenti beneficij licet modici, niſi conſtet prouiſionem factam proprio motu Papæ, qui demum intelligitur, ſi hoc in littera exprimatur. hoc dicit. Zenz.

CAP. XXIII.

SI motu † proprio [d] alicui aliquod beneficium [e] obtinenti conferamus aliud, de illo non habita mentione: non ob hoc [f] gratum huiuſmodi, quæ de noſtra mera liberalitate proceſſit, inualidam volumus reputari. Secus ſi ad petitionẽ illius, vel vlterius pro eodẽ oblatam, gratiam huiuſmodi faciamus: tunc enim, quantumcunque modicum [g] beneficium taceatur [h] in ea, ipſam veluti ſubreptitiam vires nolumus obtinere. ¶Motu quoque proprio tunc ſolum gratia fieri cenſeatur, cum hoc expreſſe [i] cautum fuerit in eadem.

¶ Religiosus habens prioratum vel ecclesiam curatā, si recipit secundum sine licentia Papæ, ipso iure vacat primū: quod si statim non dimiserit, efficitur ineligibilis, & priuatur vtroque. Eadem est pœna in ijs, qui habebant ante hanc cōstitutionem, nisi infra mensem alterum elegerint, & alterum dimiserint, h. d. vsque ad §. prohibemus. Io. Andr.

CAP. XXXII.

CVm † singula[e] officia sint singulis committēda personis,[f] & dissolutionis, ac euagationis materia sit religiosis prę ceteris auferenda:[g] Pręsenti prohibemus edicto, ne aliqui mo

CVm singula.] Primo ponit constitutionis causam: Secundo cōstitutionem circa religiosos: ibi, Præsenti. In qua tria facit: Primo prouidet circa futura, & pœnā apponit: Sc'do ibi, Circa. prouidet circa præterita sub eadem pœna: Tertio ibi, Prohibemus. prouidet circa administrationes vel officia vnius monasterij non committenda monachis alterius monasterij, & pœnam apponit committenti & recipienti.
CASVS. Abbas monasterij sancti Cypriani, alicui ex suis monachis habenti prioratum, uel aliquod beneficium curatum, uoluit conferre aliud beneficium curatum, utrum talis monachus possit illud secundum beneficium absque auctoritate Papæ obtinere? Respondet quod non: alias ipso iure vacat primum beneficium, & tenetur ipse monachus dimittere primum beneficium statim, ut conferatur alteri: quod si non fecerit, efficitur ipse monachus ineligibilis, & tamquam ambitiosus debet vtroque priuari: quod uerum est, siue ipsi monachi deseruiant illis prioratibus, & ecclesijs curatis per se ipsos, siue per uicarios institutos per episcopum ad præsentationem ipsorum, iuxta capit. de monachis, eodem titu. in antiquis. fallit si unum istorum beneficiorum esset alteri annexum, quia tunc non haberent locum pœnæ supradictæ, cum ista duo beneficia reputentur pro uno. capitu. dudum, supra de electione. ¶ Sed quid si solita sunt & consueta conferri solis monachis illius monasterij, utrum possint conferri monachis monasterij noui Pictauien. uel alterius monasterij, quod non subest monasterio sancti Cypriani? Respondet Romanus Pontifex, quod non: nisi cum auctoritate Apostolicæ Sedis, quod verum est si in monasterio sancti Cypriani reperiantur personæ idoneæ ad obtinendum illa beneficia, quia si non possent reperiri personæ idoneæ, possent assumi de monasterio monasterij noui, uel alterius monasterii non subiecti monasterio sancti Cypriani, etiam absque licentia Papæ: ueruntamen securius esset, quod requireretur auctoritas Papæ. Sed quid, ponamus, quod de facto factum fuit contrarium? utrum contra facientes, & non obedientes huic constitutioni, debeant puniri aliqua pęna? Respondet Romanus Pontifex, quod sic, nam prælatus, qui contulit prioratus, uel alias administrationes monachis alterius monasterij, est priuatus iure conferendi illas administrationes pro illa uice, & potestas conferendi illa beneficia pro illa uice defertur dięcesano loci, nisi monasteria sint subiecta immediate Romano Pontifici, quia tunc potestas conferendi defertur ad Papam. Quid de recipientibus, & detinentibus illa beneficia? Respondetur, sunt ineligibiles ipso iure: nec tenet collatio sibi de dictis beneficiis facta. Nota ex principio capituli, quod singula officia debent committi singulis personis, & vna persona non debet habere duo beneficia: sicut ī corpore humano, quodlibet membrum hēt suam propriam operationem, nec exercet actū alterius membri. 89. distinctio capit. 1. in princ.

casus. §. prohibemus.

Nota insuper, qđ cā. de multa. eodem titulo in anti. etiam habet locum in prioratibus, & non solū in ecclesiis parochialibus, vt hic dicitur. Nam monacho obtinenti vnum prioratum, nō potest alius prioratus cōferri: nisi ille esset annexus primo prioratui: sed tunc non dicitur habere nisi vnicum beneficium: nam isti duo pro uno reputantur. cap. Dudum, de electione. Nota vlterius, quod religiosus unius monasterii non debet assumi ad beneficium, vel prioratum alterius monasterii. Nota insuper, pęnam, quæ imponitur illis, qui faciunt contra istam Constitutionem.

† Vide Conc. Trid. ses. 7. de ref. cap. 2. & ses. 24. de refor. c. 17.

Nota etiam, quod pluralitas beneficiorū inducit dissolutionem, & uagationem in personam beneficiati. Nota finaliter, quod religiosis est prohibita vagatio. ad ꝙ 16. quæst. 1. placuit 1. Et cum hoc nota argumentum, ꝙ appellatione monachorum non comprehenduntur alii religiosi. Dom.

[Prima gl. summat, & dicit quid declaret.]

e ¶ Cum singula.] Religiosus habens prioratum, vel ecclesiam curatam, si recipit secundum sine licentia Papæ, ipso iure vacat primum, quod si statim non dimiserit, efficitur ineligibilis, & priuatur vtroque. Eadem est pœna in his, quæ habebant ante hanc Constitutionem, nisi infra mensem alterum elegerint, & alterum dimiserint. Prioratus ecclesiæ, vel administrationes unius monasterii solitæ per ipsius monachos gubernari, absque sedis Apostolicæ licentia alterius monasterii monachis non committantur, nec commissa dimittantur, qui contra fecerint, sint priuati potestate ordinandi prædicta ea uice, & defertur ad diœcesanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes uel eligentes, sunt ineligibiles ipso iure. Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Hostiens. supra eodem, de multa.
ADDITIO. Dicebat Io. Mo. quod hæc decretalis obuiat ambitioni monachorum, & eam multiplicibus pœnis astringit. Io. And.
f ¶ Personis.] 89. distinct. cap. 1. in princ. sicut singula membra corporis singulos actus habent, vt ibi. ad idem 16. quæst. 1. presbyteros. sup. eod. tit. quia in tantum. C. de asses. l. nemo.
g ¶ Auferenda.] ad hoc sup. eodem libro de electione, si religiosus, primo responso, & c. quorundam, & cap. indemnitatibus. §. sed cum eas. infra de statu reg. c. unico, sup. ne cler uel mona. c. 2. monasterium enim est eis quasi carcer. 16. q. 1. placuit 2. de sent. excom. ut famæ. [in antiq.]
[Gl. seq. soluit dubium.]

a ¶ Prio-

nachi vel religiosi alij † pluribus prioratibus; a vel ecclesijs curam habentibus animarum, etiam si eadem cura non per ipso, sed per presbyteros ad eorum præsentationem per episcopus institutos habeat exerceri, absque sedis Apostolicæ b auctoritate præesse præsumant: nisi † forte vnus ex eis ab alio dependeat, vel adinuicem sint annexi. c † Statuentes, vt quicumque ipsorum prioratum, vel ecclesiam talem obtinens alium receperit: primum, quo sit ipso iure priuatus, statim omnino dimitere teneatur, d per eum, ad quem pertinuerit libere e alteri conferendum. Quod nisi fecerit; f ex tunc eo ipso efficiatur ineligibilis, g † & tanquam ambitiosus ab vtroque penitus repellatur.

¶ Circa eos autē, qui plures prioratus, vel ecclesias huiusmodi nunc detinent: prouidemus, vt infra mensem h postquā pręsens constitutio peruenerit i ad eosdem, vnum ex ipsis, quem retinere voluerint (reliquis dimissis) eligere k teneantur; alioquin ex tunc l pęnis subiaceant supradictis. m

¶ *Prioratus ecclesiæ, vel administrationes vnius monasterij solitæ per ipsius monachos gubernari, absque sedis Apostolicæ licentia alterius monasterij monachis non committantur, nec commissa dimittantur. Qui contra fecerint, sint priuati potestate ordinandi prædicta, ea vice, & defertur ad diœcesanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis, Recipientes, vel detinentes (alias eligentes) sunt ineligibiles ipso iure. hoc dicit.*

¶ Prohibemus insuper, ne prioratus vel ecclesiæ, aut administrationes, seu officia vnius monasterij consueta per eiusdem monachos gubernari, committantur deinceps absque auctoritate sedis eiusdem alterius monasterij monachis gubernanda, n nec hactenus commissa dimittantur eisdem; sed per eos, ad quos pertinent, libere ordinentur: Cum illis non liceat habere locum in diuersis monasteriis, o quorum vnum ab alio non dependet: p nec aliorum monasteriorum (nisi canonice q transferantur ad ipsa) prioratus, ecclesias, administrationes, vel officia gubernare. Qui vero contra prohibitionem præsentem prædicta de

a ¶ Prioratibus.] potest dici etiam non curatis, & qđ infra dicitur de curatis, referatur ad proxime dictum de ecclesijs: per decre. s. eo. de multa. s. de ele. dudum. 2. & hoc approbat Concilium Vien. de supplen. negli. plat. q. a regulares, in fine. in cā aūt est dissimilitudo inter personatus, & parochiales ecclesias: quam habes j. ne cle. vel mona. c. 1. ADDITIO. Idem Io. Mona. & Archidiaconus.

b ¶ Absq; sedis Apostolicæ.] nota arg. ꝑ illa opinione, quod in duobus curatis 1 solus Papa dispenset. ad idem supra eod. tit. & lib. non potest.

c ¶ Annexi.] in his casib. nullius dispensatio est necessaria: cum hæc duo ꝓ vno reputentur. s. de ele. Dudū, 2. vbi de hoc. sup. eo. tit. super eo. & cap. extirpandæ. §. qui vero.

d ¶ Teneatur.] inquantum possidet de facto: quia de iure priuatus est.

e ¶ Libere.] sup. eo. tit. & lib. licet eps.

f ¶ Quod nisi fecerit.] i. statim omnino non dimiserit.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.

g ¶ Ineligibilis.] ad idem sup. de elect. quisquis, & j. in fi. c. exaggeratur igitur pęna in religiosis, & merito, vt s. in prin. ad hoc 16. q. 1. alia est cā. Sed nūq̄d hoc. [s. ꝙ vacaret primū. Io. An.] hoc erat statutū ꝑ decr. de multa. Dicebat ibi Host. ꝙ in prioratib. conentualib. vel curatis bene habebat locum decr. de multa, vt religiosos respiceret in ijs, a quibus ad volūtatem abbatis remouentur: 2 vr, ꝙ plures possent habere; cum potius quam custodes essēt quam priores. Indistincte autē intelligo hanc decr. etiam in omnibus prioratibus prout indistincte loquitur, & approbatum est hoc hodie per concil. Vien. de supplē. negl. præla. quia regulares. in fi. & hoc non erat ita clare statutum per decret. de multa. & pœnæ etiam sunt additæ, vt hic vides.

h ¶ Mensem.] quomodo huiusmodi mensis fiet computatio: dixi j. de ele. quam sit, sup. eo. lib.

i ¶ Peruenerit.] & sic si perueniat ante duos menses a tēpore publicationis, statim incipit eis tēpus currere: & si non peruenerit infra duos menses, ad huc tempus nō currit, & sic placuit Papæ in hoc casu religiosos adstringi: cum alias cōstitutio principis ex quo fuerit publicata post duos menses oēs adstringat. 3 in auth. vt factæ nouæ consti. circa prin. ad hoc sup. de postu. c. 1. & dicam in fi. huius. lib. super data. Ioan. Andr.

k ¶ Eligere.] ad idē supra eo. referente, & c. præterea.

l ¶ Ex tūc.] id est, post mensem.

m ¶ Supradictis.] vt s. fiant ineligibiles: & tanquā ambitiosi repellantur ab vtroque. Io. Andr.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

n ¶ Gubernāda.] qđ si ī ipso monasterio nō est aliqs idoneus. Tunc satis credo, qđ aliunde 4 posset assumi ad hoc sup. de ele. ne pro defectu. & c. indemnitatibus eo. lib. de ele. sup. in fi. & sup. de ver. sig. c. abbate. in fin. satis tñ tutum esset auctoritatem Papæ requiri per superiorē literam.

o ¶ Monasteriis.] s. de relig. do. c. vlti. in fi. sicut nec diuersorum monasteriorum abbas esse, vt ibi, & 10. q. 4. monachum, vel præesse monasterio & eccl'ę sęculari. 16. q. 1. presbyteros.

p ¶ Non dependet.] nec adinuicem sunt connexa, vt supra.

Glo. seq. recit. per quæstionem, & solutionem, cui signat contrarium, & respō det.]

q ¶ Canonice.] vt si transeat ad strictiorem 5 religionem, sufficiat licentiā sui prælati requirere, et ri. 8. & Hos. si nō obtioneatur. s. in sum. tit. d̄ de regu. licet. Sed si transiret ad laxiorem 6 sine cā. solus Papa dispensat: cum sit contra iura, sup. de cons. præb. proposuit. Si ad parem; ex causa transire poterit de licentia abbatis & conuentus. 19. q. 3. statuimus, & non obstat sup. de elect. eod. lib. si religiosus 2 Responso. quia illud locum habet cū transit ad rectoriam: & ibi de filio sit pater & ideo ibi sufficiat abbatis licentia.

ADDITIO. Inno. supra. de renun. c. filio. dicit, ꝙ quando vult religiosus transire ad parem, requiritur dispensatio & auctoritas epi. quod placet hic Io. Mo. & Archid. in decr. si religiosus, in fi. vide quod not. in Spec. tit. 2. §. sunt quoque, versi. 24. & quod dixi de reg. non est. super. 1. glo. Ioan. Andr.

† al. alijs.

1 Vide qđ de hoc articulo sācitū sit nouissime ī cōc. Trid. ses. 7. d̄ refor. q. 2. & seq.

† In quodā manu scripto codice ita nisi forte vnus, vel vna ex eis ab alio dependeat, &c.

† Alios cas 9 ꝗbus retinere plura bñficia dicit gl. 22. q. 1. ī sū. vide q̄ dixi ī ca. gratia. s. eo. de rescri. Font.

† Ergo prius erat eligibilis. vide gl. 16. q. 1. in sū. & Cle. 1. de elec. Phi. Fō.

2 Idē no. su. de statu. mo. c. 2. in glos. pe. & q̄ scripsi. s. eo. li. q of. or. ꝑsēti: in 1. gl. ver. qrit demū. Ioan. And.

3 Vide B. Tho. 1. 2. q. 90. arti. 4. Sotū li. 1. de iust. & iu. q. 1. arti. 4. Deci. & alios in ca. cognoscētes extra de cōsti.

4 Vide cōci. Tri. ses. 25. ti. de regularibus, & monial. c. 7.

5 Vide B. Tho. 2. 2. q. 189. ar. ti. 8. & Hos. in sum. tit. d̄ regularibus. 6. & qualiter

a ¶ Ea vice.]id est, in prima ordinatione. sup. de ele. cum in cunctis.&c.cum Vinton.
b ¶ Per sedem Apostolicam.]vel legatum de latere, si sit in prouincia.ad hoc sup.eo.lib.de ele. si abbatem.1. & 2.responso.Ioan. Andr.
c ¶ Ipso iure.]& collatio non tenet, vt s. eodē, ibi, & per eos ad quos pertinent, &cet.

ADDITIO.Et facit ad not. in Clement. eodem tit. si plures, in glo. si intelligas. Ioan.Andr.

Cum in ecclesijs.] Primo ponit dictum: Secundo ibi, Nisi, exceptionem, Tertio ibi, Alioquin. pœnā. partes patent. Ioan. Andr.

CASUS. Vacante Succentoria.vel alia dignitate electiua in ecclesia Pictauiē. Canonici conuenerunt in vnum, & ad Succentoriam vel aliam dignitatem quendam Titium elegerūt: veruntamen erant aliqui absentes: quæritur, nunquid debebant ipsi absentes vocari ad electionem? Rñdet Romanus Pōtifex, ꝙ sic: si ipsi cō mode poterant vocari: & hoc siue sint i prouīcia, sine extra, dummodo commode possint vocari. Sed ponamus, ꝙ ꝑ longū tempus & sufficiens ad inducendum consuetudinem fuit obseruatum, quod in electionib. faciendis de Succentoria & alijs dignitatibus ecclesiæ Pictauien. soli pñtes eligebant, nec erat necesse vocare absentes: an valeat talis consuetudo? Respondet Romanus Pontifex, & sic secus, si non esset talis consuetudo: Nam tunc Canonici absentes possent allegare, & dicere quod fuerunt neglecti, occasione cuius ipsi possent per iudicem competētem facere cassari electiones istas, verum tñ si ipsi absentes nihil opponerent contra istas electiones, nec personas electorum: ipso iure valerent electiones factæ per præsentes; Nam vocatio absentium non est de substantia electionis. c. ecclesia, 2. de electione in antiq. Nota argum. quod quādoque collatio beneficiorum, vel Canonicatuum spectat ad solos Canonicos de quo supra, de ele. cum ecclesia Vulterana Dominicus.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

d ¶ Cum in ecclesijs.] Emanauit ad declarationem eorum quę not. Ber. & moderni, supra, de re iudi. cum olim, in fine.

[Glo.seq. ponit opinionem contrariam, & eius motiuum, cui respondet.

e ¶ Facienda.]da electione eorum per quorum mortem est ecclesia viduata, tantum habebamus in decreta. quia propter. in antiquis. Sed per prædictam decretalem cum olim, in fine, ibi, plena omnium, qui præsentes fuerint, &c. dicebant quidam in minoribus beneficiis non vocādos absentes, quod hic reprobatur. vnde intelligimus ibi, præsentes, qui sunt in loco, vnde debent vocari, C. de præscri. long. temp. l. vlt. supra, de maio. & obe. c. vlt. vel ibi consuetudo erat absentes ad talia non vocari, vt sequitur.

ADDITIO. Et sic dicit Archi. se habuisse a Canonico illius ecclesiæ. Ioan. Andr.

[Glossa sequēs ponit dictū, & opinionem illi contrariam, quam improbat per hanc decretalem: adiungit tres rationes. demū quęrit, & soluit.]

f ¶ Si commode.] sic supra de electione. quia propter. siue ergo sint in prouincia, siue extra ꝓuinciam, si cōmode vocari possunt, vocabātur: alias non, de hoc supra de electio. coram. [hæc fuit opinio Hostien. quę placet Archi.] Sed de quam remoto loco vocentur, statur consuetudini, de electio. in antiq. in Genesi. & dicebant quidā, ꝙ an vocarentur vel non, non stabitur cō suetudini: quod non est verum, vt hic patet. Sed posses dicere, quod hic non loquitur de electione prælatorum, & dicit litera: ad talia, &c. Sed dico, quod consuetudo dat ius eligendi, & ita potest intelligi de causa possessionis, cum ecclesia. Item dat iurisdictionem iudicandi: ergo & sine absentibus eligendi. de foro competenti, cum contingat. [in antiquis.]cum similibus. Item vocatio absentium non est de substantialibus formæ. sup. de elect. ecclesia, secundo. Sed nunquid in alienatione & aliis tractatibus vocari debent absentes? Credo quod non, decima quæstione secunda. §. hoc ius porrectum, vbi de hoc, per decretal. supra eodem libro, de officio ord. quamuis, vbi dixi de hoc, & supra, de testibus, cap. præsentium.

g ¶ Eis instantib.] poterunt ergo contemptum prosequi, & collationem illam facere cassari; ratificare & poterunt. si volent. sup. de elect. quod sicut.

Tal. ita, & de ppās.

¶ al. ordinentur.

¶ In manuscriptis exēplarib⁹ ita: Hi aūt, q ea susceperint, vel suscepta præsumpserint, &c.

¶ No. hic esse drīā inter receptionē Canonicorū & collationem Canonicatus vel pbendæ. Et sic vr, ꝙ sola receptio non inducat collationē de resc. eam te.

1 Tā fallit in receptione facienda ad pceptū superioris, qñ maior pars, aut duæ partes pñtes sūt. Sci to tñ. quod in casu quo isti nō sūt vocā di, poterunt ꝗ rescriptū & personā obijcere. Phil. Fran.

---

cetero alienis monachis commiserint, vel dimiserint iam commissa: ea vice [a] ordinandi de ipsis sint potestate priuati, & † de eis per diœcesanos (si exempta non fuerit) alioquin per sedem Apostolicam [b] ordinentur. † Ij † autem, qui ea suscipere, vel suscepta præsumpserint detinere, reddantur ineligibiles ipso iure. [c]

¶ Idem.

¶ Contēptum possunt prosequi si ad receptionē, vel collationē absentes monachi vel canonici nō vocentur, nisi cōsuetudo habeat eos nō vocari. hoc dicit secundum Zenzel.

CAP. XXXIII.

Cum in ecclesiis[d] Canonicorum receptio, † aut præbendarum, vel beneficiorum collatio imminet facienda, [e] absentes Canonici (si commode [f] fieri valeat) sunt vocandi: Nisi consuetudo habeat eos ad talia non vocari. Alioquin quod in eorum absentia fieri contigerit: eis instantibus [g] irritari debebit.

Idem.

¶ Beneficia morientium etiam in loco vicino curiæ Romanæ per duas dietas legales, vel sede ipsa vacante, ibi cām, domicilium, vel originem non habentiū. vel etiam habentiū sed curialium, & ibi causa Romanæ curiæ morantium, vel translata curia eam sequentium, & in itinere decedentium, uel in loco unde recessit curia in quo remanserant infirmi, conferri nequeunt per alium quam per Papam. hoc dicit secundum Zenzel.

CAP. XXXIV.

PRAESENTI.

PRæsenti.]Diuisio patet: quia sunt quinque dicta, & tertium resp cit prima: dño Secundum ibi, Idem est. Tertium ibi, Loca. Quartum ibi, Sane. Quintum ibi, Porro. Dominicus.

Istud cap. venit limitatiue ad c. licet, sup. eodem tit. isto libro.

CASUS. Dicitur in cap. licet, alleg. supra, quod solus Papa potest conferre beneficia vacātia in Curia Romana. Sed ponamus, qđ Nucii Sedis Apostolicæ, vel Legati Papæ, cum mitterentur ad aliquam prouinciam in sua legatione mortui sunt in locis proximis Curiæ Romanæ, non tñ decesserunt in Curia; vtrum cōprehendantur sub. c. licet. ita qđ solus Papa possit beneficia eorum vacantia

2 Facit l. filio pterito, cūnotat. ibi in gl. in uer. tucbitur, ff. de iniusto, rup. & irri. fac. test

ti [a] declaramus edicto statutum [b] felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri, de beneficijs apud sedem Apostolicam vacantibus per aliũ, quam per Romanum Pontificem minime conferendis, locum habere in beneficijs, quæ legati, aut nuncij sedis eiusdem, vel quiuis alij [c] ad Romanam Curiam venientes, vel etiam recedentes [d] ab ipsa obtinere noscuntur, si eos in locis vicinis [e] † ipsi Curiæ mori contingat: quemadmodum si in loco vbi eadẽ Curia residet, morerentur. ¶ Idem est si aliquis Curialis (etiam ecclesia Romana vacãte) peregrinationis, infirmitatis, aut recreatiõis, seu alia quauis causa ad locum Curiæ vicinum secedens, in huiusmodi loco vicino decedat: [f] dummodo ibi (etiam si erat ad ipsam Curiam reuersurus) eius domicilium [g] seu domus propria [h] non existat. ¶ Loca vero intelligantur vicina eidem Curiæ in pręmissis, quæ remota vltra duas dietas legales [i] (quas hoc casu sic specialiter [k] volumus computari) a loco vbi moratur ipsa Curia non existunt.

¶ Sane si quis in loco vbi † degit Curia, suæ originis [l] domum habens, diem claudat extremum in ea: ipsius beneficia sub prædicto non aliter includantur † statuto, quam si Curialis esset antea, & ibidem occasione Curiæ moraretur. [m]

¶ Porro cum Curiã de loco

vacantia conferre personis idoneis? Rñdet ꝙ sic, & ideo Papa poterit illa beneficia conferre, ac si ipsi obijssent in illo loco ubi residet Curia. Idem dicendum est in Curialibus, qui proficiscuntur ad peregrinationem, & moriuntur in locis proximis ipsi Curiæ, ut etiã solus Papa possit illorum beneficia ꝯferre ſm tenorẽ illius ca. licet. videlicet, dummodo Papa hmõi beneficia conferat infra mensem: nam ipso mense elapso possent collatores hmõi beneficiorum dicti beneficia conferre. Sed sanctissime Pater, uellem informari a vobis, qualiter cognoscam ego, ꝙ aliqs sit mortuus in loco vicino Curiæ Romanæ? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ in isto casu illa loca appellamus vicina Curiæ Romæ, quæ distant a loco ubi est Papa cum sua Curia per duas dietas legales: hoc est per xx. leucas: nam dieta in iure accipitur pro decẽ leucis, l. vicena millia, ff. si quis cautionibus. Sed ponamus, ꝙ aliquis clericus habẽs domicilium Parisijs, cum curia ibi esset residens, mortuus est, vtrum beneficia sua dicantur vacare in Curia? Respondet ꝙ non & ideo solus Papa non posset illa beneficia conferre, sed si ordinarius præueniat Papam, valebat collatio. Sed ponamus, quod Curia Romana, cum esset Parisijs, vult se transferre ad Ciuitatem Romanam, postea aliquis Curialis non potuit insequi Curiam, sed remansit infirmus Parisijs, & postmodum mortuus est, utrum beneficia sua censeantur vacare in Curia Romana? Respondet quod sic, & per consequens solus Papa illa beneficia poterit conferre, dum tamen conferat infra vnum mensem, ut dictum est. Nota primo, ꝙ appellatione prædecessoris comprehenditur prædecessor etiam per aliquos mediatos. Nam inter Bonifacium auctorem huius ca. interpositus fuit Gregorius decimus vt patet in cap. statutum, sup. eod. tit. & lib, & Inno. iiij. Nota secundo, argum. differentiam esse inter Nuncium sedis Apostolicæ, & eius Legatum, ad hoc supra de præscript. accedens, de censibus in antiq. cum instantia. Dominicus.

† Not. ex loci vicinitate ꝯ-hi cõionem quandã etiã quo ad præmiũ, pęnam, mores de pę. di. 1. §. sed cõtinuo l. non tm̃ §. Illicen sib. ff. de exc. tut. & qui di cantur uicini, uide l. si tertius, de aqua plu. arc. l. 4. §. si tam uicinum, ff. de dam. inf. Pe. de Anch. Font.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

a ¶ Præsenti.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Gul. & Gar. sup. eo. tit. statutum. Io. And.

b ¶ Statutum.] sup. eod. tit. c. 2.

c ¶ Alij.] Curiales, uel non.

d ¶ Recedentes.] dicebat Gar. quod cum appellatione urbis urbs tantum & suburbia intelligantur, ff. de verbor. signif. l. 2. sic & nomine Curiæ, tantum locum vbi Curia habitat cum suis suburbiis intelligere debeamus in ijs, qui nondum Curiã intrauerint, uel illicentiati recesserint, in alijs secus. Io. And.

e ¶ Vicinis.] dicitur præsens ille qui est in hortis, ff. de proc. l. præsens. vel qui est in prouincia, C. de præscr. lo. tẽp. l. vlt. ĩ. determinabit quæ intelligantur loca vicina.

f ¶ Decedat.] hoc dicebat Guli. si recesserat animo cito redeundi, ut de pœnit. dist. 1. diuortium.

g ¶ Domicilium.] quod in pluribus locis haberi potest, ff. ad muni. assumptio. sup. de rescrip. dilectus, 2. de foro comp. ex parte.

ADDITIO. Et quod ibi not. in 3. gl. & de paroch. c. fin. in 1. gl. hic ponit Archidiac. Ioan. Andr.

[Gl. seq. notat, quærit, solutioni obijcit dupliciter, & primæ respondet. in secunda remittit.]

h ¶ Domus ꝓpria.] ergo licet sola domus possessio in ciuitate comparata non faciat quem municipem, ff. ad muni. libertus, §. sola tamen quantum ad hoc æquiparantur domus & domiciliũ. Quid dices, si est in domo sibi & alijs cõmuni? Idem credo ac si esset in domo solum propria. ad hoc s̃. de postu. c. 1. Et res communis omnium illorum est, ff. de ritu nup. l. illud. 1. Et qui iurat suum non esse, iurat & sibi commune non esse, ff. de verbor. signific. si pupillus, §. vltimo. Et cum quis legat seruos, & qui in toto & qu in parte sui sunt, legati a t intelliguntur ff. de leg. 3. si quis seruos suos. Nec obstat. 12. quæstion. 2. episcopus. §. qui manumittitur. & ff. de in ius vocan. leg. sed & si hac, §. qui manumittitur, quia ibi erat commune pluribus, vt collegio. probatur hæc solutio, ff. eo. tit. communis libertus non obstat. 12. q. 1. §. vlt. quia ibi soluitur. Io. And.

† al. ita ubi degit. ipsa Curia &c.

† al. includantur.

i Facit ff. de iud. l. Iulian⁹ si alter, ub. æquiparatur iudicẽ fieri litigatoris hęredẽ in totũ uel pro parte. Io. An.

i ¶ Legales.] secundum quas xx. milliaria computantur pro die, ff. si quis cautio. l. vicena millia, & si modicum etiam superesset, non includeretur sub loco. ff. de verb. sign. l. 3. Ioan. Andr.

K ¶ Specialiter.] si hoc est speciale: ergo ipsius contrarium est generale, & facit ad ea quæ not. supra, de rescrip. non nulli, & quæ dixi eodem lib. de rescrip. statutum. §. cum autem, de elect. cupientes, i. responso. Ioan. Andreæ.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

l ¶ Originis.] certe satis idem puto si ibi habet continuum domicilium, licet inde non sit oriundus. ad hoc 10. dist. si in adiutorium. & optime s̃. de ele. eo. lib. fundamenta. §. vlt. supra eo. lib. de temp. ordi. c. 3. 1. respon. ff. ad muni. eius. §. vlt. C. ubi senato. uel claris. l. senatores, nec rationem diuersitatis video. Et idem dico in oriundo, qui ibi propriam non haberet domum, sed forte conductam, cum eadem sit ratio. ad hoc ff. de legibus, non possunt unde quod dicit, originis suæ domum, & de domo propria, & de domo habitationis potest intelligi. Io. And.

m ¶ Moraretur.] alias enim graue præiudicium inferretur loco ubi degit Curia, si omnia beneficia tunc ibi vacantia haberent solum conferri per Papam.

ADDITIO. Et simi. quod scripsi post Vin. sup. de offic. deleg. eo. lib. c. fin. super verbo, non possint, scilicet,

ad locū transferri contingit, si curiales in itinere (dum curiam sequuntur eandem) vel in loco vnde recedit ipsa curia forsitan remanentes infirmi, rebus inibi eximantur humanis, pręmissum statutum (quātumcunque locus ubi decedunt, ab ipsa curia sit remotus) ad illorum beneficia se extendit.

¶ Idem.

¶ Mors Papæ tollit ne parochiales ecclesiæ in curia vacare dicantur. hoc dicit secundum Zen.

CAP. XXXV.

SI Apostolica sede vacante aliquas parochiales [a] ecclesias vacare de cetero contigerit apud ipsam: Statuimus, vt de eis (ne ipsarum [b] vacatio diutina periculum valeat animabus afferre) [c] per eos, ad quos pertinet, † possit libere ordinari: constitutione felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri de beneficijs apud Sedem ipsam vacantibus, per alium, quam per Romanum Pōtificem minime conferendis, vel alia [d] quauis contraria super hoc edita nō obstāte. ¶ Idem volumus, & de illis, quæ ibidem ipso Romano Pontifice viuente vacabunt, si de ipsis per eum ante ipsius obitum [e] non fuerit ordinatum.

¶ Idem.

¶ Gratia alicui concessa, vt prouidere possit personis idoneis in certa ecclesia, personis non expressis, non expirat re integra obitu concedentis, secus si personæ essent expressæ. Io. A.

CAP. XXXVI.

SI

† Vide Dec. in c.bonæ.in prin.extra de appel.

quod multum præiudiciale esset clericis prouinciæ, si percussores ipsorum possent absolui per legatos perpetuos, scilicet ratione ecclesiarum habentes officium. Ioan.Andr.

SI Apostolica.] Ponit duo dicta. Secundum: ibi, Idem, & rationem interserit; ibi, Ne ipsarum.

ADDITIO. Multum æquitatis habet hæc constitutio circa parochiales ecclesias uacātes in curia.

CASVS. Dicitur in c.3.eo.tit. ꝙ solus Papa pōt conferre beneficia uacantia in curia Romana: dum tamen illa beneficia cōferat infra unum mēsem. Sed ponamus, ꝙ Apostolica sede vacante, aliquis clericus habēs ecclesiā parochialem, uel aliud beneficium curatū decessit in curia: ytrū ad ecclesiam Romanam spectet solum collatio hūōi beneficij curati, ita qđ prouisio hmōi ecclesię parochialis, seu beneficij curati debeat differri usque ad futurū successorem, qui eligetur in Romanū Pontificem? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ cum uacatio ecclesiæ Parochialis, & beneficij curati sit periculosa animabus subditis, præcipit Papa, quod si sede Apostolica uacante uacet hmōi beneficiū curatum in curia Romana, vel in locis proximis curiæ, quod ordinarius possit hmōi beneficium conferre, non obstante dicto.c.licet. & sic istud capitulum ponit speciale in beneficijs curatis. Sed ponamus quod vacauit istud beneficium curatum, adhuc viuente & superstite Romano Pontifice, accidit ꝙ Papa est mortuus antequam prouideret alicui de isto beneficio curato, vtrum ordinarius possit illud conferre, ēt si non dū sit elapsus mensis intra quem solus Papa debeat prouidere? Respōdet ꝙ sic, qđ verum est, si Papa non contulerit istud beneficium curatum ante ipsius mortem.

Nota primo, ꝙ Apostolica sede vacante possunt ordinarij conferre ecclesias parochiales, etiam si vacauerint in curia, non obstante.c.2.sup.eo. & istud est spāle in ecclesiis parochialibus. Ratio specialitatis est fauor animarum, vt dicit principium textus. Et quod sequitur, ꝙ cum istud sit speciale in ecclesiis parochialibus ꝙ ius commune seruatur in alijs beneficiis ecclesiasticis.l.1.ff.ad municipal. Nota ꝙ mensis qui conceditur Papæ ad conferendum beneficia uacantia in curia Romana; non incurrit sede Apostolica uacante.

[Prima glossa arguit a contrario.]

a ¶ Parochiales.] speciale sit in eis propter curam, in alijs ergo ius antiquum remanet. Ad idem supra eod. lib.de electio.nemo. Et per hoc satis patet, quod in aliis non currit mensis sede uacante, curit tamen ignoranti, ut supra eodem tit.& lib.statutum.dixi. [in glo.est ergo.]

ADDITIO. Quod speciale sit in parochialibus ecclesijs quod hic dicitur, tenet Archid. unde licet posset urgere eadem ratio in alijs ecclesijs curatis non parochialibus, detractio iuris ueteris non habet locum in illis, super qua uide infra de uerb.signif. constitutionem. & quod ibi not. in 4.glo. Ioan.And.

b ¶ Ne ipsarum.] rationem hic ponit. & est simi.sup.eo.lib.de offic.delega. si is cui. & inf. ne sede uacan. c.unico.in fi.

c ¶ Afferre.] supra eod.tit.c.1.

d ¶ Alia.] ut sup.eo.titu.statutum. & sup.c.proximo.

e ¶ Obitum.] scilicet cū decessit infra mensem: alias non esset quæstio. supra eo.statutum.

ADDITIO. Quia scilicet etiam Papa uiuente posset ordinarius illa conferre. Io. Andr.

SI cui.] Sunt duæ partes Secunda, ibi, Secus. Prima subdiuiditur, quia primo ponit dictum: secundo reddit causam sui dicti: ibi. Quam cum.

CASVS. Papa concessit epō Pictau. facultatem, ut forte in ecclesia sua cum ad ipsum non spectaret collatio præbendæ, sed ad decanum & Capitulum, uel etiam in alia ecclesia, posset prouidere personis idoneis: Anteq̃ eps Pictauien. prouidisset illis personis, Papa mortuus est, vtrum illo mortuo expirauit gratia data epō Pictau. vel utrum non obstante morte papæ possit dictus eps prouidere personis idoneis? Respondet, quod si anteq̃ eps Pictauien. prouidet personis idoneis, & sic re ipsa existente integra papa mortuus sit. non expirat mandatum, ideo non obstante morte papæ poterit prouidere personis idoneis, qđ uerū est quando in gr̃a non fuerunt expressæ certæ personæ; Sed qd si gratia prouidēdi in aliqua ecclesia respiciebat fauorē certæ personę & anteq̃ eps ꝓuideret, mortuus est Papa, utrū expirauerit gratia? Respondet ꝙ tunc per mortē concedentis expirata est gratia. Nota primo ex principio.c. ꝙ gratia iam facta per mortem cōcedentis non expirat antequam ille cui facta est gratia, illa gratia uteretur, & ista fuit ratio dubitandi ad istud capitulum, secus est in gratia alicui concessa, & sic cessat contrarium glossę de c. si super gratia. de offic.deleg.eo.lib. quod uidetur contradicere secundo dicto huius capi. Dicitur enim in dicto.c.si super gratia, ꝙ mortuo papa antequā uacet ꝑbenda, non expirat potestas executoris, qa non expirat gr̃a, ergo nec potestas executoris, quæ est accessoria ad gratiā. Sed ibi iā iamq; erat facta gr̃a, hæc autem in secūdo dicto huius c.nō erat facta, sed mandabatur fieri, sed in primo dicto gratia erat facta, qua respiciebat fauorem illius cui mandabatur, ut faceret gratiam, & ideo quantum ad ipsum dicitur facta gratia. Nota argumen. quod inferior a Papa, non potest conferre beneficia ad Apostolicā sedem deuoluta, ut in Clemen.

men.s de beneficio, eo.tit. Nota, quod gratia facta nõ expirat per mortem concedentis: etiam si nondum eius effectus sit adimpletus. Dom.

[Prima gl. summat.]

a ¶ Si cui.] Gratia alicui concessa, vt prouidere possit psonis idoneis ĩ certa ecclesia, personis non expressis, ñ expirat re integra obitu cõcedentis: secus si personę essent expressæ. Io. And.

b ¶ Expssione.] multũ ergo operatur expressio personę, & facit ĩ.c. px. & s̃. đ off. del. is cui. e. lib.

c ¶ Idoneis.] vt supra eo. tit. super inordinata, & c. is cui. eodem lib.

† De hac clausula vid Zab. in Cle. 2. §. 5dictores, de relig. dom. et Fel. in c. sup eod. extra de off. deleg.

d ¶ Legitime.] s. secundum statuta Lateranensis 1 vel generalis Cõcilii. s̃. de cõces. præb. c. 2. & de elect. ne p defectu. Et talia beneficia legati de latere, q sunt in prouincia, conferre possunt. sup. eod. venerabilis.

1 Vide p̃ aliis Ph. Frã. hic.

ADDITIO. Et not. sup. eod. lib. de offic. leg. c. 1. in vltima gl. & vide quod ibi dixi. Ioan. And.

cui[a] (nulla personarum facta expressione) [b] sit gratiosè concessa facultas, vt auctoritate Apostolica possit aliquibus personis idoneis [c] in certa ecclesia prouidere, vel beneficia, (quorum collátio est ad Sedem Apostolicam legitime [d] deuoluta) conferre, contradictores † eadem auctoritate, per censuram ecclesiasticam compescendo: huiusmodi concessio (quã cum specialem gratiam cõtineat, decet [e] esse mansuram) non expirat etiam re integra per obitum concedentis. Secus, si super prouisione certæ personę facienda sit data potestas eidem, non ob suam, [f] sed eius, cui prouideri mandatur gratiam, vel fauorem: illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur. [g]

¶ Idem.

¶ Qui ex licentia circa incertos concessa absque titulo ad sacros ordines clericos promouet, eis tenetur prouidere. Dans licentiam promouenti, vel etiam promouendis: eis promotis ad sacros sine titulo, prouidere tenebitur. h.d. Zen.

CAP. XXXVII.

Si † episco-

† Vide conc. Trid. ses. 21. de ref. c. 2.

e ¶ Decet.] inf. de regul. iuris, decet. cum suis concordantiis.

f ¶ Suam.] quando ergo est gratia eius cui scribitur, non expirat, vt s̃: secus quando alterius, puta pro quo scribitur, vt hic.

[Gl. seq. amplificat tex. obiicit, & soluit: solutioni opponit, & respondet.]

g ¶ Moriatur.] vel renunciet. sup. de renunc. ca. 1. eod. lib. Ad hunc finem expresse contradicit, sup. eod. lib. de offic. deleg. si super gratia. ubi dicitur, quod executorum potestas datorum super gratia alicuius, non expirat re integra, sicut nec gratia, cum sit accessoria ad gratiam, hic contrarium dicitur. Solutio. 2 Facti diuersitas soluit contrarium. ibi loquitur de gratia iam facta: hic de facienda per executores: unde ibi dixit textus: gratia facta, &c. hic dicit prouisione facienda. si ergo Papa concedat canonicatum, & præbendam, si vacat, uel quæ primo vacauerit, nulli alii de iure debitam, & super hac gratia per se facta dat executores, habet locũ decretalis illa: quia cum iam sit canonicus, & iam sit facta gratia: potestas executorum, velut accessoria, non expirat 3 si Papa non facit gratiam, sed mandat fieri: puta prouideri mihi de beneficio: hic potestas executoris principalis est, & expirat re integra. Sed quare non expirat in supra proximo casu, cum etiam adhuc sit prouisio facienda? Solut. ibi etiam iam erat facta gratia, cũ respiceret eum qui prouidere debebat, non eum cui debebat prouideri.

2 Idẽ ibi. Io. Mo. & Arch.

3 Vide text. Io. in ca. autor. ĩ. de cõces. pb. đ mãstius gl. uiđ Phil. hic remissiue. Fõ.

Si episcopus.] Sunt tres partes, quarum prima decidit quid iuris cum per proprium episcopum data est alteri episcopo ordinandi licentia. Secunda & tertia decidunt, quando de personis data est prædicta licentia. Secunda ibi, Si vero. Tertia ibi: Eis autem, harum quælibet exprimit suam causam. Prima ibi. Cum in culpa. Secunda, ibi, Tu qui. Tertia, ibi, Cum eam. Io. And.

¶ Si ẽps alteri ẽpo dederit potestatem, ut uice sua in sua dioecesi clericos posset ordinare, & fuerunt clerici sine titulo ordinati: ordinans, & non dans ptãtem, incurrit pœnam. cap. cum secundum Apostolum, eod. tit. in antiquis. nisi dans potestatem nominauerit sibi certos clericos ordinandos: nam tunc dans potestatem, & non ordinans, pœnam incurrit. hoc dicit.

¶ Præsupponendum est, quod hr̃ in c. allegat. cum sm̃ Apostolum, videlicet, qđ episcopus nõ debet aliquem clericum ordinare ad sacros ordines, nisi constet sibi, quod talis cleric9 habeat sufficientem titulum unde uiuere possit: & si contrariũ fecerit: tenetur episcopus illi dare necessaria unde possit uiuere, donec fuerit affecut9 sufficiẽs beneficium, ne cogatur mendicare.

CASUS. Ẽps Pictauien. dedit episcopo Angolimen. potestatem, vt posset ordines celebrare in diecesi Pictauien. episcopus Angolimen. aliquos clericos pmouit ad sacros ordines sine titulo ecclesiastico: quæritur quis episcoporum tenebitur ordinario ministrare necessaria vitæ, donec habeat unde possit sustentari? Respondet Romanus Pontifex cum distinctione: aut ẽps Pictauien. dedit potestatem ẽpo Angolimẽ. celebrandi ordines in dioecesi Pictauien. non facta expssione personarum: & tunc episcopus Angolimen. tenebitur præstare necessaria uitæ tali ordinato, donec fuerit beneficium assecutus. Si autem dedit potestatem ordinandi certam personam expressam: tunc per se episcopus Pictauien. illi tenetur ministrare necessaria: qa tunc videtur dedisse potestatem ẽpo Angolimen. ut istũ ordinet; siue fuerit idoneus, siue non: sed in primo casu uidetur dedisse potestatem, vt clericos ordinet si fuerint idonei, non autem dicuntur idonei absque titulo ecclesiastico. Sed quid Sanctissime Pater, ponamus q̃ episcopus Pictauien. dedit mihi licentiam recipiendi ordines a quocunque mallem episcopo, [quia de iure communi non possum recipere ordines nisi a proprio episcopo] non habebam aliquem titulum ecclesiasticũ; unde cum istis litteris accessi ad episcopum proximũ, & ab eo recepi ordines; quis illorum tenebitur mihi ministrare necessaria? Respondet, q̃ meus proprius episcopus; quia non debet dare istas litteras, nisi prius sibi cõstiterit de titulo ecclesiastico. Hodie tamen episcopi dãt istas litteras licentiæ non facta fide de titulo ecclesiastico, sed ipsi in litteris suis faciunt mentionem; dũ tamen uobis constiterit de titulo ecclesiastico sufficienti conscientiam nostram exonerando. Nota primo iuncta glos. quod quis non potest ordines celebrare in aliena dioecesi sine licentia proprii episcopi; nec posset in sua dioecesi ordinare clericos alterius dioecesis: tamen teneret ordinatio si fieret de facto; sed ordinans esset suspẽsus, & ordinatus non haberet executionem ordinum. Nota principalem effectum huius cap. quod ordinans debet diligenter inquirere an promouendi habeant titulum ecclesiasticum; nam si ordinet absque titulo, incurrit pœnam cap. cum secundum Apostolum. alleg.

Nota ꝙ cum proprius eps committit alteri episcopo ordinationem certorum clericorum, & nominatorum: episcopus cui facta est commissio, nõ tenetur inquirere an nominati sint idonei, vel non: sed debet præsumere, ꝙ committens præsentauit sibi idoneos: & si tales ordinati reperiantur sine titulo, est imputandum committenti, & non ordinanti.

No. vlterius ꝙ eps non debet dare licentiam recipiẽdi ordines ab alio epo: nisi constet sibi, ꝙ tales habeant titulum.

pus, [a] cui nullis personis expressis in genere commisisti, [b] vt vice tua ordines in tua diœcesi celebraret, ad sacros [c] ordines promouerit quempiam titulum [d] non habentem: ei (cum in culpa fuerit [e] taliter [f] ordinando eundem) tenebitur vitæ necessaria ministrare, [g] donec sibi per eum vel alium [h] de competenti beneficio sit prouisum.

¶ Si vero certas [i] commisisti † eidem ordinare personas, tu (qui præuidere hoc casu, an haberent titulum, debuisti) taliter ordinato ad prædicta, [k] donec per te [l] beneficiatus fuerit, obligatus existis.

¶ Eis autem quibus a diœcesanis datur licentia, vt possint a quo voluerint [m] episcopo ad omnes sacros ordines promoueri: non qui ordinant, sed qui tribuunt licentiam (cum eam dare non debeant titulum non habenti) ad præmissa, [n] si titulum non habeant, obligantur.

¶ Idem.

¶ Si primo loco Papa dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad Papam deuoluta, secundo aliquod de his conferat specialiter vel conferri mandet: species generi derogat, ita quod secundo beneficium debetur. h. d. Ioan. Andr.

CAP. XXXVIII.

QVAMVIS † TI-

[Prima gl. dicit q̃d declaret.]

a ¶ Si eps.] Emanauit ad declarationem decretalis, sup. eod. non liceat, & c. episcopus, si, & c. cũ sm̃ Apostolum.

ADDITIO. Et eorũ quæ no. Inn. & Hos. de æta. & qual. c. antep. & pen.

b ¶ Commisisti.] ꝙ alias sine pœna facere non posset, vt s̃. eo. lib. de temp. ord. cap. 2.

c ¶ Ad sacros.] Ideo dicit, quia pro ordinatis ad minores nõ scribit ecclesia, vt ordinatores compellat, vt no. sup. e. tit. c. 2.

[Gl. seq. ponit duas opi. contrarias, & secundam approbat.]

d ¶ Titulum.] saltem patrimonii. [1] Vnum scias q̃d Ioan. Goff. & Inn. tenent. sup. e. episcopus: ꝙ quantumcunque clericus habeat patrimonium, nisi expresse, ordinetur ad titulum patrimonii sui, habet actionẽ cõtra ordinantem, ad ea quæ dicuntur ĩ. Tan. & Host. contra: dicentes eum si patrimonium habet tacite ad titulũ patrimonii ordinatum: ita quod deficiet actio: quib. ego consentio per prædictam decr. episcopus] si, alias illud, nisi, quod ibi ponitur, nec proprie nec exceptiue veniret, & per decr. tuis. e. tit. in antiq. Et de hoc habes per Host. sup. de rescr. postul.

ADDITIO. Vide quod dixi in dicto c. tuis. sup ∫i. vlt. gl. per quod videbis, quod licet quo ad obligationem de qua hic loquimur, sequar Tan. & Host. non tamen dico patrimonium esse titulum, nisi expresse fuerit sic actũ. Io. And.

e ¶ In culpa fuerit.] & sic esse debet in pœna, vt 38. d. qui ea, & 28. d. quia sunt. Io. And.

f ¶ Taliter.] s. sine certo titulo.

[Gl. seq. obiicit, & soluit.]

g ¶ Ministrare. Videbatur quod puniri deberet ille qui mandauit, & imputare sibi debuit quod talem elegit, & per alium fecit, vnde idem ac si per seipsum elegisset. de regul. iur. qui per alium, sed hæc uera, ubi mandauit de certo, vt statim sequitur, & facit sup. de elect. si compromissarius.

ADDITIO. §. 1. Alleg. Io. Mo. ff. de cond. indeb. si procurator. in prin. vbi generali mandato non committio ꝓcuratori, quod soluat indebitum. Io. And.

h ¶ Alium. Nota pro iis quæ dixi. sup. eod. tit. & lib. si pauper.

i ¶ Certas.] & expressas intelligo: quia si cõmisisset ei ordinare clericos talis villæ, vel loci, adhuc est hic genus & non species, vnde locum habebunt superiora: aliud est. n. certum, aliud certum, & expressum, [2] facit inf. de conc. præb. ne captandæ.

ADDITIO. Per quod patet, quod aliter sumitur hic expressio, & s̃. eod. lib. de rescr. cap. 2. q̃ sup. eo. lib. & tit. c. 2. ad fi. Io. And.

k ¶ Ad prædicta.]. s. vitæ necessaria.

l ¶ Per te.] vel per alium s̃. prox. responso. nec poterit sibi in dignitatẽ ad bñficiũ obiicere, ex quo illum dignum ad ordines reputauit. s̃. de æt. & qual. accepim⁹ quod dic, vt ibi.

m ¶ A quo uoluerint.] dũ tñ catholico, & in aperta sedis Apostolicæ rebellione non fuerit supra de præscr. veniens.

[Gl. seq. exponit, q̃rit arg. negatiue, & affirmatiue, & duas opi. ponit.]

n ¶ Ad præmissa.] s. vitæ necessaria, donec eis de cõpetenti beneficio sit prouisum: & transit talis obligatio ad successorem, vt sup. eo. tit. cum sm̃ Apostolum. Quid dices si clericus ordinatus sine titulo ad sacros promisit episcopo, ꝙ eũ super his nõ inquietaret: nũquid tali renunciatione non obstante agere poterit? Videtur quod non, ex quo renunciauit. 7. q. 1. quam periculosum. de ele. cum inter R. in ant. E contra: quia istud vr̃ ius publicum, quod remitti non potest, de fo. comp. si diligenti, de sent. exc. contingit. [ẽt in antiq.] Et bñficio quod ñ dum habebat, renunciare non potuit, sicut nec hæreditati nondum delatæ. ff. de acqu. hær. l. qui superstitis, & alimenta [3] pacto alimentarii non tolluntur [4] ff. de trã s. cum hi. dixit Da. & q̃d ualet pactũ. Bart. Brix. dixit hoc verum, si post ordinationem interuenerit, sed in ordinatione vterque simoniacus esset, & deponendus, sup. de sim. c. pen. in quæst. Veneriali, quæ incipit, Esto q̃d episcopus ordinet.

QVamuis.] Sunt duo dicta: sm̃, ibi, Simili. Et in fine primi reddit rõnem vtriusque, ibi, Nã primæ. I. A.

CASVS. Papa dedit episcopo Pictau. facultatem conferendi bñficia sex clericorum cedentium, uel decedentium, & isti clerici possidebant bñficia spectantia ad collationem alterius episcopi, q̃ episcopi Pictau. data ista facultate vacauit bñficiũ cõprehensum sub tali facultate, forte per decessum uel renunciationem illorum clericorum. vnde postea Papa fecit collationẽ de uno illorũ beneficiorum, uel dedit facultatem cõferendi spãle bñficium, licet non fieret mentio de generali ptãte episcopi, an ualeat ista spãlis collatio? Respondet Romanus Pontifex quod cum gñi derogetur per spẽm, ualet illa specialis collatio, licet non fuerit facta mentio de gñali facultate. Not. primo, quod in beneficiis conferendis Papa hẽt plenã potestatem, & iõ potest conferre bñficia in quacunque parte orbis sita, nam concurrit cũ quibuslibet ordinariis, immo posset reseruare dispositioni suæ beneficia ad alios spectantiã cũ decreto irritante. No. ad ꝙ allegatur præsens capitulum, quod generi per speciẽ dero-

† all. cõmisisses.

1 Circa hoc vid̃ quid sãciuit Cõ. Tr. ses. 21. d̃ ref. c. 2. §. patrimoniũ uero.

2 Ph. & Do. no. ꝙ ubi requirit certa, & exp̃ssa mẽtio, dẽt fieri p uerba spãlia, non generalia. Fon.

† Vide Dec. c. 1. de rescr. sup 1. glos. & eũdem. consil. 147.

3 Futura, secus in p̃teritis, C. de trã. l. de alimentis. Io. And

4 Sine p̃tori auctoritate & intelligi de relictis t[...] stõ, uel caus[...] mortis, alia[...] secus, ut ibi §. plane, & d[...] hoc in Spe. q[...] fil. sint legi. ver. sed que[...] ritur utrum,

derogatur, concordat, c. 1. de rescri. in antiq. No. principalē effectū huius ca. ꝙ si Papa alicui dederit gñalē facultatē cōferēdi beneficij: postea alteri dederit specialē potestatem conferendi certum beneficium sub generali facultate concessum: valet collatio specialiter facta.

[Prima gl. Summat, & dat concor.]

a ¶ Quamuis tibi.] Si primo loco Papa dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad Papam deuoluta: secūdo aliquod de his conferat specialiter: vel conferri mandet, species generi derogat, ita quod secundo beneficium debetur, ad hanc decreta. concordat. eo. tit. dudum.

b ¶ In genere.] si autem in specie dedisset licentiā puta Archid. Bonoñ. cum uacabit, tūc secus: quia vtrūque speciale: & sic valeret primum, nisi de primo fieret mentio in secundo; & idem est si ante secundam specialē gratiam iam erat descensum ad speciem ex virtute primæ generalis. 1 Ad hoc supr. de fil. presby. ex tua, de offic. delegati ex parte 1.

1 Idem Ioã. Mo. Io. And.

bi[a] nuper in genere [b] potestatem dederimus beneficia sex clericorum tuorum [c] cedentium vel decedentium [d] auctoritate nostra personis idoneis [e] conferendi Canonicatum tamen & præbendam, quos ĩ tua Ecclesia (in qua post [f] prædictam gratiam tibi factam mandamus cuidā specialiter prouideri) obtinebat quidam ex eisdem tuis clericis nunc defunctus, conferre non potes: cum illi, pro quo scripsimus, debeantur. Nam primæ generali gratiæ tibi factæ derogat [g] posterior specialis, licet de illa non fecerit mentionem.

¶ Simili ratione si post facultatem tibi concessam à nobis conferendi beneficia tuæ diœcesis (quorũ collatio est ad Sedē Apostolicam deuoluta) nos eorum aliquod antequam tu conferas, conferamus [h] specialiter alicui, vel cōferri mandemus, de concessione tibi facta non habita mentione: facta per nos collatio canonica est censenda.

¶ Idem.

¶ Reuocatio gratia non tollit ius quæsitũ sed quærendum, nisi ius annexionis aliud inducat: nec tamen tollit ius quærendum annexũ iuri digniori iam quæsito. hoc dicit secundum. Zenzel.

CAP. XXXIX.

S I

c ¶ Tuorum.] qui dicantur sui clerici hoc casu & similibus habes inf. de verb. sig. c. vlti.

[Glos. seq. notat, quærit & soluit: secundo quærit, argu. pro, soluit contrarium: tertio soluit, & solutionem declarat.]

g ¶ Posset.] Nota quòd aliqua præcesserat, sed nõ talis quæ impedire posset; & erat ratio, quia fuerat facta ante acceptationem, ut patet infra uersi. subiunctum.

h ¶ Præmissæ.] in decisa impetratæ per illũ D. ad Priorem executorem suum.

i ¶ Publicatæ.] vnde per hoc uidebatur dignitas affecta vt ĵ. eod. si Capitulo sed non est uerũ hoc casu, ibi dicã.

k ¶ Esset.] sic sup. de rescr. si eam te & licet hoc nõ ignoret, non tñ ignorabat collationem per Priorem factam ante uacationem & acceptationem non ualere. & ideo istę allegationes ignorantiæ, parum prosunt.

l ¶ Sine cura.] etsi hoc non fuisset adiectum, de tali intelligendum erat, ut supr. eod. lib. de præb. cum in illis, j. responso.

m ¶ Videbatur.] male intelligentibus subtiliter autem intuentibus hoc non uidebatur, supr. de translatio. inter corporalia, §. 1.

n ¶ Allegabatur.] pro parte ipsius D. ad corroborãdam exceptionem, uel defensionem suam.

1 Quartus auctor decr. dicit Host. & Boat. post eũ qui semper fuit nobilib. gratiosus, & iste Draco fuit fili⁹ Dñi de Borbonio Ioan. And.

2 Dicit Ioã. Mo. quòd hic non fuit disputatum an ad esset dignitas, uel offic. tñ ut dicit Innoc. de preb. de mul. in fi. quòd præpositura Eccl. Carno. est offic. non dignitas. Io. And.

a ¶ Non

Nam ſi alicui a ſede Apoſtolica concedatur, quod excommunicari non poſſit:[a] licet id forſan ſuus ignoret epiſcopus, non tamen propter hoc eius ligatur ſententia, ſi quam proferat in eundem. Similiter[b] ſi alicui conferendi præbẽdam aliquam tribuatur a Sede Apoſtolica poteſtas: ex hoc ipſo videtur, quod ſit epiſcopo conferẽdi tunc eam penitus interdicta facultas.

¶ Nec obſtaret ſi forte obiiceretur, quod lex ſeu conſtitutio, & mandatum nullos aſtringunt, niſi poſt q̃ ad notitiam † peruenerint eorundem, aut niſi poſt tẽpus[c] infra quod ignorare minime debuiſſent: quia in priuilegiis,[d] & indulgentiis ſeu conceſſionibus ſpecialibus ſecus exiſtit, in quibus ſufficit, quod ad illorum, quibus conceduntur, notitiam perueniant, vt patet cum indulgetur alicui, quod excommunicari non poſſit, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et quidem cum tribuitur alicui poteſtas conferendi præbendam: videtur procul dubio ei concedi aliquid ſpeciale.[e]

¶ Adiiciebatur inſuper, quod cum ſententia ſtatim arctet etiam ignorantem: quoniam ſi contra prælatũ aliquem abſentem[f] depoſitionis[g] ſententia proferatur, cõtractus, quos iniit ignoranter poſtea vt prælatus, nullum robur obtinent firmitatis, & in ſupradictis litteris irritum decernimus, & inane, quidquid ſuper huiuſmodi præbenda, vel dignitate contra noſtrum contigerit attentari mandatum, collatio, quam idem epiſcopus poſt tale noſtrum decretum (ſiue illud ignorauerit, ſiue non) de præfata præpoſitura, per ſe uel per alium fecerat, non valebat.[h]

¶ Ex parte vero tua extitit replicatum, quod hæc de illis priuilegiis, & indulgentiis (æquitate ſuadente) debent intelligi, quæ vim ſuam[i] habent mox cũ ad illos, quibus conceduntur, perueniunt, ex quorum tenore liquido noſci poteſt, quod talis circa ea fuerit intentio concedẽtis, vtpote cum alicui conceditur, quod excommunicari non poſſit, ex † hoc enim euidenter apparet aliis ipſum excommunicandi ademptam eſſe penitus facultatem: non ſic autem ſi alicui conferendi præbendam, ſiue certam,[k] ſiue incertam[l] tribuatur poteſtas. non enim tunc eſſe videtur tribuentis intentio, vt per hoc ei (ad cuius donationem præbenda ipſa pertinet) conferendi poſſibilitas adimatur,[m] niſi prius ille ſibi notificet, quod eam velit per huiuſmodi poteſtatem conferre, aut ei collationem interdicat illius, vel poſtquam illi notifi

a ¶ Non poſſit.] vt j. de priuileg. volentes, talia tamen priuilegia non extenduntur ad ſententias ordinariorũ niſi in caſibus, vt j. eo. tit. iam alleg. ne aliqui.

b ¶ Similiter.] parum valet hæc ſimilitudo, quia alia ratio reformat pactum, vt patet j. §. ex parte.

c ¶ Poſt tempus.] ꝙ eſt duorum mẽſium a tp̃e publicationis: poſtea vero non valebit ignorantiã allegare, vt in authen. vi fa. no. cõſt. coll. 5. circa prin. & ſup. ne cler. vel mo. ſug ſpecula. Et hic adde q̃d dixi in fi. huius lib. ſuper data Romæ, in vlt. gl. Io. And. ADDITIO. Facit ẽt ſup. de ſent. excom. nouerit. dicit Hoſ. ꝙ putat ibi ſpeciale in conſtitutionib. principis: alias autẽ hoc tp̃s erit arbitrarium. ff. de iure delib. l. 1. §. ait prætor, & ideo ſufficit, ꝙ ſit publice promulgata ad hoc, vt oẽs aſtringat, ſup. de poſtulatio. præl. c. 1. 16. di. quod dicitis. de cõſt. c. 2. de hac materia, & quę ſit rõ diuerſitatis, plene not. in ſum. de cõſt. §. qñ conſtitutio. in princ. Hoſt. cuius dictum ponunt. Ioan. Mon. & Archid. Opinionem autem Ioã. quam ponit Archid. vide in remiſs. quæ ſequitur in glo. Subdit aũt Archid. quod mandatum ligare ñ debet, niſi ex quo p̃uenit ad eos, quibus mittitur, ff. de acqu. poſſeſſ. qui abſenti. Et not. Inno. ſup. de elec. innotuit. in vlt. gl. ſua. & vide quod dicam ſuper gloſſa ſeq. Io. And.

† Vide Dec. & Doct. in c. cognoſcẽtes. extra. d̃ cõſt. & Turrec. in c. in iſtis. §. leges. diſt. 4.

d ¶ Priuilegiis.] Hęc allegatio intelligitur ſm̃ reſponſionẽ aduerſæ partis, j. eo. §. ex parte; & poterat eſſe ratio, quia cõſtitutiones sũt pœnales, & ſic ex ſe odioſæ: priuilegia gratioſa, & ſic fauorabilia. ad hoc j. de reg. iur. odia: ſed licet hoc probabile videatur ſm̃ prædictum §. debet intelligi. ADDITIO. Dicunt Innoc. & Hoſtienſ. quod hęc ratio. ſ. quia conſtitutiones ſunt pœnales: non eſt perpetua. declarat. Ioan. Mon. quia in multis conſtitutionibus non agitur de pœna infligenda. dicit ergo quod quia lex omnibus eſt cõmunis, & omnes aſtringit. ſup. de conſtit. cap. fi. C. de leg. leges ſacratiſſimæ, iõ ibi eſt tempus uniforme. Sed indulgentia eſt lex priuata. 3. diſt. priuilegia. quã ſola concedentis intentio contemplatur. Io. And.

e ¶ Speciale.] quaſi ſecundum intentionem allegantis litte pro D. directa priuilegiũ eſt cenſenda, & ſic nõ requiratur ep̃i ſcĩa, ſed nõ eſt ita vt ſequitur. Io. And.

f ¶ Abſentem.] cõtumaciter, alias contra 3. q. 9. per totum. ADDITIO. ſup. de maior. & obed. inter quatuor: Archid. remittit 3. q. 9. in ſum. de dolo, & contum. veritatis. in ant. Io. And.

g ¶ Depoſitionis.] idem in inhibitione, ſuſpenſione, vel excõicatione videtur. ad hoc de dolo, & contumacia. veritatis. in fi.

h ¶ Non valebat.] hoc verum eſſet, ſi de certa præbenda vel dignitate mandatum fuiſſet, vel in caſu iſto poſt acceptationem, & hoc non aduertit allegator. Io. And.

i ¶ Vim ſuã habẽt.] priuilegium .n. datũ alicui ſtatim vim ſuam habet cũ peruenerit ad illum cui conceditur, ad hoc facit lex dicẽs, quod ſi ſcripſi ſeruo meo, vt in libertate more tur, non ſtatim liber eſt, ſed tunc cum litera ad ipſum peruenerit. ff. de acq. poſſ. l. qui abſenti ſeruo. in prin. 1 Sed non ſic cum datur alicui ptãs conferendi prębendam, vt j. verſic. non ſic autem, &c.

† al. ita: ex hoc. n. euidẽter apparet aliis excõicãdi eum ademptam, &c.

1 Hoſt. datur hic aliud ſimile, ꝙ vide not. de prębend. accedens. ad fi. gl. Io. An.

K ¶ Certã.] expreſſam vel non expreſſam, puta primam, quæ vacauerit. ADDITIO. Quæ dicitur certa pro tanto, quia refertur ad vnicam: vere tamen prius eſt in certa.

l ¶ Incertam.] ſicut cum dicitur, præbendam conferas, quam duxerit acceptandã, vt in caſu noſtro.

m ¶ Adimatur.] ſup. de præb. dilectus 2.

cauerit talem potestatem fore sibi concessam, vacuũ decernat, & irritum, [a] si secus de ipsa præsumat. Quia [b] cum illi non amplior detur potestas, quã ipse Romanus Pontifex habeat in hac parte; sicut per eam quam obtinet ipse Romanus Pontifex, facultas conferendi beneficium vel præbendam (nisi suam insinuet uoluntatem) alicui non aufertur, similiter, & per eam quæ taliter illi [c] ab ipso [d] conceditur ei, ad quem ipsius præbendæ spectat collatio, priusquam insinuet ille sibi quod eam velit concedere, vel etiam conferat (si forte uacet) potestas non tollitur conferendi: nisi forsan quod ipsam cõferre non possit, exprimatur in concessione huiusmodi potestatis: tũc enim licet talem concessionem fortassis ignoret; sua tamẽ collatio, si postmodum p̃bendam ipsam conferat, nihil ualet: cum satis super hoc concedentis intentio agnoscatur, sicut cum indulgetur alicui, quod excommunicari non valeat, vt in superioribus est præmissum.

¶ Subiunctum [e] etiam extitit, quod cum memorato Priori per præfatas litteras mandassemus, ut memorato D. Præbendã vel dignitatem sine cura, quã acceptandam duceret, si vacaret, tunc, vel quã primo uacare contingeret in ecclesia prædicta conferret, idem Prior prouidendi ei de præbenda vel dignitate ipsa (nisi post [f] acceptationem ipsius) † non habebat aliquam potestatem. Vnde cum sæpedicta prępositura fuerit tibi (antequam illam idem D. acceptaret, [g]) præfati episcopi auctoritate collata, huiusmodi collatio talis [h] mandati nostri prætextu (etiam si prius illud episcopus ipse sciuisset) non poterat uacuari. Nostrum autem in hac parte decretum ad præbendam seu dignitatem, quã prædictus D acceptaret, referri [i] debebat: alioquin super incerto fuisset editum, nec aliquem astrinxisset. [k]

¶ Sed extitit ex aduerso [l] responsum, quod etsi † præfatus Prior iam dicto D. præbendam, vel dignitatem huiusmodi cum vacaret, ante huiusmodi acceptationem conferre nequiret: idem tamen D. præbendam, vel dignitatem talem licitè posset, & libere acceptare: quare prædictus episcopus præfatam præposituram (cum non prius eum requisierit, an acceptare vellet eandem) cuiquam conferre non potuit: quinimo ipsius collatio (cum idem D. præposituram ipsam postmodum acceptauerit) irritari debebat, & concessio per iam dictum archipresbyterũ [m] sibi facta debet stabilis permanere.

Executor habens p̃tãtem conferẽdi p̃t interdicere ei ad q̃m al's de iure pertinet cõferre.

a ¶ Et irritum.] nota ꝙ executor qui habet potestatem conferendi, potest interdicere collationem ei ad quem pertinet de iure, & reseruare sibi collationem, & decernere irritum, quod postea fieret sicut, & legatus. de iure patr. cum dilectus, & not. de hoc, de præben. c. vlt. & sic habes hic tres casus, in quibus præbenda afficitur, de his videbis. j. eo. si capit. &c. si soli. Ioan. An.

ADDITIO. Quod possit executor talis sibi reseruare, & decernere, &c. no. Inn. qui dicit satis hic patere, ꝙ executor suspẽdit ordinarium a collatione beneficii. Sed Hostiensis intelligit hæc verba qñ in rescripto est clausula: decernẽtes, & c. s̃. de præb. inter. & refert qđ alii generaliter intelligunt. & Archi. dicit opinionem Host. confundi. j. eo. si soli. Io. Andr.

b ¶ Quia cum illi.] optima responsio. & secundum Inno. Papa enim præbendas omnes, & dignitates conferre potest. s̃. de praben. c. 2. & tamen illi ad quos collatio spectat, possunt illas conferre: nisi Papa prius insinuet illis ꝙ non conferant, cum decreto, sic per talem potestatem datã executori non aufertur ei ad quem pertinet conferendi potestas, nisi in litteris id dicatur. s. quod conferre non possit.

c ¶ Illi.] executori.

d ¶ Ab ipso.] Rom. Pont. Ioan. And.

e ¶ Subiunctum.] ꝑ parte ipsius Andreæ, cui scribitur.

f ¶ Post acceptationem.] intelligitur autẽ acceptare petendo per executorem suum sibi cõferri beneficium, quod poterat acceptare, vel recipiendo illud sibi pręsenti collatum, vt in cle. eo. tit. cũ ei quem 2. responso.

Acceptare dr̃ quis beneficiũ eo ipso ꝙ petit illud sibi conferri.

g ¶ Acceptaret.] no. quod quando scribitur sub hac forma; quam duxerit acceptandam: decernẽtes irritum, & inane: executor tunc ante illã acceptationem nil potest facere, & si fecerit, non valebit tamquam super incerto prolatum. argum. ff. quod cuiusque vniuer. l. item eorum. §. 1. Si uero Papa mandet alicui prouideri de præbenda, quam duxerit acceptandam, sine clausula illa decernentes: tunc tenebit collatio illius, ad quem de iure pertinet, antequam ei nuntietur 1 de acceptatione, Si autem Papa mandat alicui prouideri de præbenda, quam acceptauerit, cum clausula, decernentes: tunc acceptatione facta, statim executor interponit auctoritatem suã, prohibendo ne contra prohibitionẽ suam aliquid disponatur de illa præbenda, decernendo irritum, & inane quicquid postea duxerit faciendum: cum hoc per illam formã sic ei sit concessum, nec valebit prouisio tũc facta ab eo, ad quem pertinet illius p̃bendæ collatio, ẽt ignorante huiusmodi acceptationem, & decretum. Ber.

1 Facit (in q̃t Ph.) s̃. de app. c. ap. super. eo. 2. Fon.

† Do. no. hic. ꝙ executoris ad cõferendũ b̃ñficiũ, ꝙ impetrans duxerit acceptandũ, inhibitio, ĩtimatio, collatio ante tp̃s vacationis ñ ligat ordinariũ: q̃a p̃tãs in euentũ cõditionis, non exercet̃ ante purificatã cõditionẽ facit c. si pro te, s̃. e. de rescr. F

h ¶ Talis.] scilicet quam duxerit acceptandam.

i ¶ Referri.] licet igitur dicatur in litteris decernentes, &c. nihil operat̃ decretũ priusq̃ fiat acceptatio: alias decretũ esset sup incerto, ꝓut sequit̃, Papa .n. non vult, quod statim assumat illud decretũ suum vigorẽ, sed tũc cũ acceptauerit, ualet ẽt si ille ad quẽ pertinet collatio, ignorauerit acceptationẽ: quia tunc decretũ sumit uigorẽ, & ligat ignorantes, ut hic, & s̃. de p̃b. e. lib. dudũ. Secus .n. est in casu vel decreto, qđ prohibet aliquid fieri, & ꝙ ꝯ factũ fuerit, cassat: quia statim ligat 35. q. 3. cõtradicim⁹. & s̃. de elec. q̃a pp. vers. aliter, & qñ nõ apponit̃ clausula illa, decernentes, sæpe locum hẽt regula illa. Multa fieri ꝓhibent̃, facta tñ tenent de reg. ad Apostolicam, in ant. sm̃ Bern.

† No. caut modũ alleg di, videlicet vt loquat̃ c ditionaliter ꝙ si sic esse tamẽ, &c. E hoc ẽ caut ne videat̃ fa teri intẽtio nẽ aduers rii ad hoc. ver. sig. c. ab bate, §. hoc. & sup except. cũ nerabilis. Host. & I.

k ¶ Astrinxisset.] cõ cor. cle. co. ti. cum ei quem. 2. resp.

l ¶ Ex aduerso.] .s. ex parte Draconis.

m ¶ Archipresbyterũ.] cui Prior qui erat executor Draconis cõmiserat collationẽ p̃posituræ, ut patet in integra. & dixi in princ.

ADDI-

ADDITIO. Alij dicunt, quod ille Prior factus erat arch presbyter: & sic erat eadem persona quæ prior: per hoc ius non variatur: tamen ex integra patet contrariū. Ioan. And.

a ¶ Legatur.] ponit tenorem legis, ff. de optio. legā. si cum optio. Ioan. And.

e ¶ Legatis futuris.] ut lego Titio unum fœtum nasciturum de grege, quem eligere voluerit, & fuit huius mandati forma similis huic legato: dū dicit, quæ primo uacauerit, quam duxerit acceptandam. Legatum de præsenti est, lego tibi unum de seruis meis quem elegeris, in his a tp̄e aditę hæreditatis intelligatur rei legatæ dominium fuisse legatarij: unde nec seruum legatum sub conditione hæres manumittendo facit liberum. ff. de manu mis. l. seruum.

Legatum est & de futuro & de p̄nti.

Sicut cum legatur [a] alicui vnus ex seruis, quem elegerit, [b] vel optauerit, & hęres ante optionem, vel electionem illius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profecto manumissio vel alienatio irritatur, ceditque ille [c] legato, si legatarius eum duxerit eligendum. ¶ Econtra vero pro parte tua propositum extitit, quod id in vltimis [d] voluntatibus tenet, nec præmissa in legatis futuris, [e] quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam ad optandum seu eligendum ex illis, [f] sicut ex istis potest terminus assignari. Et grauis inesset conditio, quoddamque incongruum [g] videretur, si quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua prouincia, quam primo illud vacare contingeret, prouideri: oporteret ipsum † in singulis beneficijs postmodum inibi vacantibus) prorogata non absque periculo [h] forsitan ipsorum collatione) † requiri: vnde cum sæpe præfato priori fuisset iniunctum, vt dicto D. præbendam vel dignitatem, quam acceptandam duceret, si vacaret in ecclesia memorata, vel quam cito contingeret eam vacare, sibi auctoritate Apostolica conferret, & ita eidem D. circa futuras, siue vacaturas præbendas vel dignitates tales [i] ipsius ecclesiæ optio data esset, non poterat per hoc memorati episcopi in illis quando vacarent, collatio impediri, nisi forsan cum aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipse D. (priusquam eam conferret episcopus) acceptaret; [k] vel etiam nisi ante vacationem alicuius ipsarum vacaturarum ex his primā, vel ea omissa, ex aliqua causa [l] vlteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam conferre postmodum episcopus non valeret.

¶ Nos itaque tam tuis, quam præfati D. rōnibus

† al. ita: oporteret eum.

ADDITIO. Dicit Host. ꝙ fortis est allegatio, quæ locū hēt, siue homo indistincte legatus sit, siue pluriū data sit optio q̄a singuli sub ꝯditione videnť legati. ff. q & a quibus. l. 3. arg. ff. de pecul. leg. cū domus. §. fi. ff. de optio. leg. si tibi, §. fi. & l. si optio. & si lapsi sint anni 20. vr̄ ꝙ optare possit, & ꝙ beneficiū ei debeatur. Arg. ex presſū, ff. de cond. & demon. l. fi. Ioa. And.

b ¶ Elegerit.] not. ꝙ in legato generis data optione eligendi speciem, non pōt fieri alienatio alicuius speciei ante electionem legatarij.

c ¶ Ceditque ille.] s. seruus manumissus vel alienatus, anteq̄ legatari⁹ elegerit, legatari⁹ ergo poterit illū seruū manumissum, vel alienatū vēdicare si voluerit: forsitan seruus ille alijs seruis melior erat, & hęres legatario electione auferre nō potuit. Eodem mō videbať ꝙ ep̄s nō potuerit auferre electionē isti Draconi: & sic collatio archip̄sbyteri valere debet: hoc intēdit hęc allegatio: sed nō est vera. Ber.

d ¶ In vltimis voluntatibus.] cōis responsio aduocatorum nostri tp̄is ad leges Infortiati, speciale in vltimis voluntatibus. Sed dicant quare? Vnde admirando dicebat Host. Domine dominus noster, & cetera. Si in vltimis voluntatibus hoc locum habeat, multo fortius in beneficijs, in quibus est adhunc plenior interpretatio facienda, sup. de dona. cum dilecti. Sed non aduerit, quod ista non sunt talia beneficia, quæ sic large sunt interpretanda, vt notauerat de elect. dudum, & habes sup. de præben. eo. lib. quamuis. 1.

ADDITIO. Host. qui dicebat in beneficijs pleniorem interpretationem faciendam, addebat, ꝙ princeps non debet in facto suo fraudem aliquam adhibere. sup. de donatio. per duas. nec aliquem propter bn̄ficium suum decipere. C. de ijs qui ve. æta. l. 1. nec alicui inijcere laqueum. 27. q. 1. de viduis. 2 nec verbum suum variare. 23. dist. psalmista. Nec primo impetranti præiudicare, vt no. de rescript. c. 1. & c. litteris, de iure patro. cum autem. in fi. Et dicit quod nescit si prædictis omnib. consideratis, ipse pro nepote suo iudicasset. Honeste, & iuste hoc tenuisset, si ponderasset quod ipse not. in prin. suæ summæ. Ioan. Andr.

ADDITIO. ff. qui & a quibus l. cum is. & uide quod dixi super gloss. poss. & quod ibi dixi in text. Io. And.

f ¶ Illis.] Legatis de futuro: ibi non potest ad eligendum terminus assignari vt sequitur: Sed in legatis de præsenti bene assignatur terminus legatario ad eligendum. Assignabit enim sibi prętor terminum, ut eligat quod si non fecerit, hæres poterit seruos uendere, ff. de optio. lega. l. mancipiorum, & l. si tibi, in princ. & l. si optio. §. vlt. ad hoc facit de restitu. spolia. frequens. sup. eod. lib.

ADDITIO. Facit sup. eod. si pluribus. & c. si tibi, & supra eod. lib. de consue. ca. fin. Ioan. And.

g ¶ Incongruum.] ĩ. eo. executor.

h ¶ Periculo.] In beneficijs ergo læditur respublica: ĩ legatis priuata, in quib. & testator quam vult legem sine alicuius iniuria pōt imponere. C. de sacrosanct. eccl. l. 1.

† Hic not. Phil. ꝙ ordinarius, cui mandať conferre bn̄ficiū Titio q̄d duxerit acceptandū; potest beneficiū ante acceptationē alteri cōferre, nisi in litteris esset terminus Titio pręfixus ad eligendū. cl. 1. §. secus inf. eo. Font.

Legata de futuro & de p̄senti differunt.

i ¶ Tales.] scilicet sine cura.

k ¶ Acceptaret.] No. quod ille pro quo scribitur sub hac forma potest acceptando sine præsentia & collatione executoris impedire collationem ep̄i: quod uerum est, si est ibi clausula, decernētes, &c. ut superius dictū est. Sit ergo uigil. ille pro quo sic scribitur, ut ordinarium in acceptando præueniat. Ad idem infr. eod. ne captandæ. in fi. & ff. de ijs quæ in fraud. cred. l. pupillus. in fin.

ADDITIO. Quod possit impediri collatio ep̄i acceptando sine præsentia & collatione executoris: tenent Inno. Io. Mon. & Archid. adhiberi tn̄ debent testes idonei, sm̄ Host. alleg. de offic. ord. pastoralis, in fin. melius facit de sent. excom. sacro. in princ. in anti. Sed Cōpost. vr̄ uelle, quod coram executore facienda sit acceptatio. ĩ. de rescrip. Capitulum, in gl. magna, ad fi. ver. quid si litteræ & vers. seq. Sed ut dicit Archi. hoc non est iure cautum, immo contrarium hic apparet: cum sic indistincte loquatur, non dicendo coram quo acceptet. Io. And.

l ¶ Causa.] ergo sine causa non potest, ut dixi inf. eod. ne captandæ. & una acceptata non poterit aliam acceptare. ff. de opt. leg. l. apud Aufidium. nisi fuisset deceptus

vt quia debebatur alij,& ignorabat : vel pro dignitate ſimplex beneficium acceptauit.

ADDITIO. Idem no.Innoc.& Hoſt.poſt eum alleg.ff. de opti.lega.l.2.& ſup.de prȩſum.quia veriſimile.uide quod no.ſup.de elect.cauſam, & quod ſcripſi ſup. eod. lib. de reſcri. cum in multis. ſuper vlt.gl. quod dicam inf.eo. ne captandæ. ad finem.Ioan. Andr.

a ¶ Nouimus.] ipsū ergo mouit iuſtitia, non carnalitas,& eſt hoc contra quoſdam hypocritas, q vt videantur iuſti, pronūciant contra ſuos.

†al. ita ; me morato D. ſup ea, &c.

ADDITIO. Vt dicit Hoſtiēſis de quodā Pariſienſi ſcholari, q reuerſus ad patriam, pronunciabat cōtra ſuos iuſtas cauſas fouētes pro extraneis, vt iuſtiſſimus videretur.Ioan.Andr.

b ¶ Curauimus.] qa collatio tibi facta prȩuenit acceptationem Draconis. Io.And.

†Vide cōcil. Trid.ſeſſ.24. de ref.c.19.

DEteſtanda.] Primo ponit ſm. Io.Mona.arēgam vel exordium: Secundo ius antiquum,& ſequelam ipſius: ibi,Sane.Tertio illud reuocat:ibi,Nos.

¶ Præſupponendum eſt illud quod habetur in c.accedens.eod.tit.in antiq. videlicet ꝙ licet non valeat promiſſio iſta,promitto tibi beneficium cum vacabit : uel promitto tibi beneficium uacaturum per mortem ; ualet tñ iſta promiſſio,promitto tibi de beneficio ꝓuidere,cum facultas ſe obtulerit : quia non eſt tantum uotum mortis alterius captandæ ſicut in prima promiſſione:nam multis alijs modis quam per mortem poſſunt beneficia uacare : puta cum facultates alicuius eccleſiȩ ſunt augmentatæ:iuxta c.cum M. Ferrarienſis.de cōſt. in antiq. ideo emanauit præſens capitulum ad declarationem illius capituli, accedens.

CASVS.Epiſcopus Pictauienſis ad quem ſpectat collatio præbendarum eccleſiæ Pictauienſis, promiſit mihi aſſignare p̄bendam cum uacaret , vtrum iſta promiſſio ſit obligatoria,ita qđ poſſim agere ꝯ Epiſcopum Pictauien. ad ſuam promiſſionem , & ſi non adimpleuerit, teneatur mihi ad damna & intereſſe, ſi ꝑ hoc feci aliquas expenſas?Reſpondet Romanus Pontifex , qđ illa promiſſio non eſt obligatoria.Sed ponamus ꝙ ep̄s Pictauien.fecit mihi promiſſionē ſub iſta forma: Promitto tibi conferre beneficium cum primum facultas ſe obtulerit;nunquid valet iſta promiſſio ? Reſpondet qđ olim ualebat iſta promiſſio.& uirtute illius poterat agi contra promittentem ad damna & intereſſe : ſed hodie non ualet , ne detur occaſio machinandi in mortem proximi:nec uirtute illius poteſt agi:No. primo ex hoc textu , quod abuſus eſt iuſta cauſa caſſandi illa quæ alias iuſta erant. Nam propter abuſum multoties princeps caſſat priuilegia conceſſa aliquibus.Et in hoc fundant ſe iuſtitiarij regij huius regni:qui nolunt permittere ſcholares huius uniuerſitatis gaudere priuilegiis nobis conceſſis. Not.principalem effectum huius ca.ꝙ beneficium vacaturum non poteſt promitti ſub quacunque forma verborum. Nota quod promiſſio continens turpitudinem non eſt obligatoria , & ſic promiſſio beneficii vacaturi nō eſt obligatoria; vt qui inuitat aliquem ad machinandum in mortem proximi : immo cenſetur promiſſio iſta impoſſibilis impoſſibilita-

plenius intellectis : quia ſæpe dictam præpoſituram ad te nouimus a pertinere, ipſam tibi (habito fratrum noſtrorum conſilio) adiudicare curauimus ; [b] ipſi † D. ſuper ea perpetuum ſilentium imponentes.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Omnis promiſſio per quam datur via ad beneficia vacatura , eſt reprobata. Ioan. Andr.

CAP. II.

DEteſtanda [c] † iniquorum peruerſitas abſtinere neſciens a vetitis, nec gaudere debito modo conceſſis, [d] digne plerumque officium excitat prȩſidentis,ad ea,quȩ iuſta fuerant conſideratione cōceſſa (cum in abuſum ea vergere circumſpicit) diſcretione præuia reuocanda. [e] ¶ Sane licet olim fuerit canonica conſtitutione decretum, [f] quod † hi,qui ꝓmittunt aliquibus de beneficijs eccleſiaſticis cum poterunt , vel cum facultas [g] ſe obtulerit, prouidere,ꝓmiſſiones ſuas (facultate ſe offerente) debeant adimplere ; quia tamen

te iuris.No.id quod eſt prohibitum directe , nō poteſt promitti per obliquum, vtrum, per iſtud c. ſit correctū c.relatum,de præb.in ant.Rñdet glo.& bene,ꝙ nō: immo receptus in canonicum pōt licite petere p̄bendam ex vi canonicatus:ſed non ex ui promiſſionis. Sed quid ſi conferatur prȩbenda alij: utrum teneat collatio? Reſpondeo quod ſic : ſed tamen iſte in canonicum receptus pōt agere cōtra Capitulū , ut ſibi prouideat de redditibus cōib. donec fuerit ſibi prouiſum de aliqua prȩbēda, licet hoc non ſit iure cautum:tamē Doctores cōmuniter inſequūtur Inno. q hoc no. in titu. de maiori. & obed.in antiq. Nota ulterius, qđ importunitas petentium inducit hominē ad concedendum id, quod non conceſſiſſet.con cor.ſunt in gloſ. No. finaliter quod extorqueri dicitur illud , ꝙ obtinetur per importunitatem uerborum.Dominicus.

†al.vt hi.

[Prima gl.ſummat,& dicit quid corrigit , & declarat.]

c ¶ Deteſtanda.]Omnis promiſſio per quā datur uia ad beneficia uacatura , eſt reprobata.Emanauit hæc decret.ad correctionem decret.ſup.eo.accedens, & ad declarationem,& approbationem eorum, quæ ibi tangebant Innocentius & Hoſtienſis.

ADDITIO. Et exponit Arch.deteſtanda. id eſt, abominanda,& execranda. Sic etiam ſumitur ſup.de fil. prȩſbyt.ex tranſmiſſa.in fi.& ſup.de ſepul.c.1.in fi.& ſup. qui fil.ſint legi per uenerabilem.in fin. Alibi ſumitur pro denunciatione.ff.de uerb.ſig.ſubſignatum, §. deteſtari & l.ſeq.quæ dicit , quod deteſtatio eſt denunciatio facta cum teſtatione. Ioan.Andr.

d ¶ Conceſſis.] Fuerunt hæc verba ſumpta de canone 47.diſt.virū catholicum.ibi dicit , mēs auida potentiæ nec abſtinere nouit a uetitis, nec gaudere cōceſſis , nec adhibere pietati ꝯſenſum,nam,&(vt dicit canon.) mēs cupiditati alligata cito deuiat a vero.83.diſtin. nihil.& 96.diſt.bene quidem.& alibi , Omnium malorū radix eſt cupiditas 47.diſt.bonorum. de pȩn. diſt.2. quia radix.ad hoc de conſt.nam concupiſcentiam.

e ¶ Reuocanda. ad hoc optime.63. diſt.§. verum.ſu. de conſang.& affi.non debet, de deci.ſuggeſſum,vbi & priuilegium reuocatur cum tendit ad noxam 1 [& 12. q.1.certe.ſup.eo.lib.de reſcrip.ſtatutum,in prin.]

1 Vide nota in c. qd p uale. ext. verbo. ſig

f ¶ Decretum.]ſup.eo.tit.accedens.

[Glo.ſeq.ponit dictum. Hoſt.quod improbat.]

g ¶ Facultas. antiquis iurib.generalior viſa fuit hæc forma quam illa cum vacabit ; quia multis caſibus poteſt ſe facultas offerre,quod non eſt mors canonici expectanda : ſed ut dicebat Hoſtien. in decre. accedens. etiam poteſt beneficium propter mortem vacare : puta renunciatione, depoſitione , præbendarum diuiſione, & ſimilibus modis;vnde vtrobique videbatur mala intentio eſſe poſſe , vnde voluit dicere quod voluntas ibi erat pro ratione.ſed hæc litera ſupra poſita, iuſta fuerunt conſideratione, &c. dicit contrarium ; vnde oportet dici , quod ratione generalitatis licebat olim quod ſpecialiter & expreſſe non licebat. ad hoc de offi. ordi.ſi ſacerdos in antiq.& quod ibi no. & 23. diſtinct. quamquam & inf.c. proxi,

g ¶ Ex-

(sicut experientia[a] docuit) per promissiones huiusmodi, quæ per importunitatem nimiam (per quam non concedenda multotiens cōceduntur)[b] & per ambitionem improbam vt plurimum extorquentur, aperitur via sub tali palliatione verborum, ad promittenda damnabiliter † contra Lateranense[c] Concilium beneficia vacatura, mortis alienæ votum ingeritur, & ecclesijs, ac prelatis, & personis ecclesiasticis grauamina plurima inferuntur. Nos malis huiusmodi & animarum periculis occurrere cupientes, promissiones easdem & alias quascunq; sub quouis modo, aut [d] forma verborū de cetero [e] faciendas, per quas directe vel [f] indirecte aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate Apostolica penitus reprobamus, & omnino viribus vacuamus, decernētes per eas, [g] vel ipsarum aliquā, ad prouidendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari.

¶ Idem.

¶ Habens litteras Apostolicæ sedis super primo beneficio dignitate, vel præbēda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non potest, sed primū quod vacabit, vel ex causa secūdum; vel vlterius poterit acceptare. Reseruationes, processus, & decreta contra hoc facta non valent. Io. Andr.

N CAP. III.
E CAPTAN-

a ¶ Experientia.] quę est efficax magistra rerū. de elec. quam sit. sup. eo. lib cum suis concordantijs.

ADDITIO. Et 50 dist. vt constitueretur. & sup. eod. lib. de rescrip. statutum, in principio. Ioan. And.

b ¶ Conceduntur.] supra de rescr. c. vlt. eo. lib. & sup. de pur. cano. cum in iuuētute. ꝟ. de reli. do. c. 1. C. de peti. bono. sub. l. 1. lib. 10. & est ibi īportunitas ambitiosa, & non ambitiosa, ut dixi de rescript. ca. vlt.

c ¶ Lateranense.] sup. eo. c. 2.

d ¶ Forma verborū] puta, cum in genere promittitur ecclesiasticum beneficium, ut notatur sup. eod. accedens.

e ¶ De cetero.] ad p̄terita 1 ergo nō extenditur hæc constitutio: tum quia non est iuris veteris declaratio, immo correctio; tum quia de p̄teritis non cauetur in ea. ad hoc sup. eo. lib. de consue. c. 1. de off. leg. c. penu. ad fi. ad hoc 32. q. 4 dixit Sara. de consti. capit. 2. in antiq.

[Glossa sequens quęrit, & distinguēdo soluit.]

f ¶ Indirecte.] nunquid omnia indistincte reuocata dicētur, per quæ via paretur ad vacaturas, sicut receptiones canonicorum, & sic sit reuocata decr. supra, de præbend. relatum, de conces. præb. cum super. & reseruationes. de iure patr. cum dilectus? Dico 2 ꝙ non. Vnde breuiter dic, quod aut recipitur quis in canonicum simpliciter aut recipitur & promittitur sibi de præbenda cum se facultas obtulerit prouideri, aut nō recipitur, sed solum promittitur sibi de præbenda prouideri, cum primo vacabit, aut promittitur prouideri de præbenda cum primo se facultas obtulerit, vel cum poterit, vel simpliciter. Primo casu ualet receptio, ex cuius virtute debet habere præbendam. 3 Quod est verum nisi sit ibi expectans auctoritate Papæ; supra eodem libr. de præb. hi qui. In secundo casu etiam debet habere præbendam, non ex virtute promissionis, sed ex uirtute receptionis, & sic intelligantur contraria, relatum. & cum super. In tertio casu, scilicet cum non recipitur, sed simpliciter prouideri promittitur de præbenda cum uacabit. non tenet promissio, ut supra eodem ex tenore, & cap. 2. Si uero non recipitur, sed promittitur prouideri de præbenda cum poterit, promittens secundum iura antiqua obligatus erat: secundum hæc noua non: ut hic uides: Et quod per hoc verbum indirecte, non sit reuocata expectantium receptorum prouisio, probatur ex eo, quia vitanda est quantum fieri potest iurium correctio sup. eo. lib. de elect. cum expediat, cum suis concordantijs. hic autem nil de expectantibus, sed solum de promissionibus dicitur: quod etiam quadruplicatum est in textu, & sic hoc ius correctorium non dilatemus. Secundo, quia hodie uidemus confirmationes receptionum emanare a curia sicut olim: licet a quibusdam audiuerim quod tales confirmationes non concedit Cancellaria per formam iustitiæ: nisi eas Papa concedat per formam gratiæ. Sed certe his rationibus & per formam iustitię saltem iudices cōcedere deberent, scilicet cum clausula, ne inane canonici, &c. [Vide quod dixi post Ioan. Mona. supra eo. lib. de præb. si Apostolicæ, super glo. non in forma. Ioan. Andr.] Tertio, quia eadē ratione sequeretur, reseruationes legatorum sublatas, quod est falsum. supra eo. libro, de off. lega. ca. 3. & 4. Concludo ergo breuiter, vbi ex sola promissione quis expectat, nō valet promissio, vt hic, sed vbi ex receptione vel reseruatione, secus, vt in prædictis iuribus quia casus illos non tāgit hæc decretalis.

g ¶ Eas.] scilicet p̄missiones.

NE captāde.] Præmittit constitutionis causam: Secundo subdit constitutionem: ibi, Declarādū: in qua ponit thema, de quo soluit duo dubia affirmatiue, & tertium negatiue. Primum ibi. Licet Secūdum ibi, Aut. Tertiū ibi, Certum. Tertium p̄sequitur ibi, Quod si. Ioan. Andr.

CASVS. Dictum fuit supra eod. in ca. quia cunctis, quod quando Papa mandat prouideri de beneficio, quod ille pro quo scribit, duxerit acceptādum, executor datus non recipit potestatem conferendi illud beneficium nisi facta acceptatione, sed vtrum possit acceptare certum beneficium antequā vacet dicendo, Ego accepto talem præposituram, vel talem præbēdam, & intendo illam habere virtute gratiæ mihi factæ? Rn̄det quod non, & sic istud capitulum venit ad limitationem illius capituli, quia cunctis. in §. penult. in fin. Veruntamen dicit Papa, quod ipse posset isto modo facere acceptationem, Accepto beneficium quod primo vacabit, vel quod secundo, vel tertio loco vacabit, & hoc verum, quando subest iusta causa ne acceptetur beneficium, quod primo vacabit. Nota primo limitationem ad cap. quia cunctis, supra, eo. tit. & lib. ꝙ illud capitulum intelligitur, quando ille pro quo Papa scribit, vult acceptare in genere, quia non posset acceptare certum beneficium, vt hic dicitur, quod si acceptauerit certum beneficium, quod talis tenet, tunc cassantur & annihilantur omnes processus inde facti: verumtamen si acceptet certum beneficium, & postea vacet illud, poterit petere non virtute acceptationis, sed virtute gratiæ sibi factæ.

Nota ꝙ multa licet in genere, quæ non licet in specie. Nota ulterius vnum casum, in quo excommunicatio est nulla ipso iure, uidelicet si meus executor promulgauit excommunicationem post meam acceptationem de certo beneficio vacaturo: Nam ex quo acceptatio mea est nulla ipso iure, non valent processus inde secuti: & per consequens non ualet excommunicatio Not. quod quando Papa scribit ut tali prouideatur de beneficio, quod duxerit acceptandum, manus ordinarij non sunt ligatæ ante acceptationem.

Nota ꝙ ille pro quo scribitur, debet acceptare primum

† No. ꝙ contraueniēs iuri, peccat gl. de pę. di. 1. in summa. imo incurrit notā infamiæ, cap. illud, de maio. & obe. Bar. in l. si q̄s pro eo. ff. de fideiuss. vide glo. in c. 1. de scrut. in ord. faci. Vide q̄ dixi ego in c. perpetuæ, s̄. de elec. Fon.

1 De materia huius glossæ vide gloss. & Doctores in c. licet canō, verbo de cetero, supr. de elect. hoc eo. lib. & Bartolū & Doctores in l. ita stipulat⁹, ff. de uer. obli.

2 Idem Arch. & quo ad reseruationes. idem Io. Mo. Ioan. Andr.

3 Non intelligas, ꝙ ita sit debita, ꝙ sit affecta, vt no. inf. eo. si soli: in glo. vlt. vltra me diū. uer. vtrique. Io. An.

mum beneficium, & non secundũ, nisi subsit iusta causa, puta quia dubitatur an possit illud acceptare, & an sibi debeatur, uel non: tñ (ut dictum est) manus ordinarij sunt liberæ ante acceptationem. quod verum est, nisi apponeretur ista clausula: præfigendo tibi terminum vnius mensis ad acceptandum à tempore vacationis, inhibendo collatoribus & alijs quibuscunq;, ꝙ pendente illo termino non conferant, decernentes id irritum, &c. Nota insuper, ꝙ per concessionem beneficiorum vacaturorum datur occasio & votum mortis alienæ, & sic est hic text. pro dicto Goffr. supr. eod. proposuit.

Nota finaliter, quod expectans virtute sui rescripti, potest iterato acceptare beneficium quod primitus acceptauerat, si prima acceptatio fuit nulla, de quo sup. eod. tit. & lib. capitu. I. circa fin. & de rescript. cum in multis. etiam eo. lib. Domin.

[Prima gloss. summat, dicit vnde sumpta, & quid declaret.] a ¶ Ne captãdæ.] Habens litteras Apostolicæ sedis super primo beneficio, dignitate, vel præbenda qđ duxerit acceptandũ: certum acceptare nõ potest, sed primũ quod uacabit, uel ex causa secundũ uel vlterius poterit acceptare. Reseruationes, processus & decreta contra hoc facta non valent. Et fuit tracta hęc decre. de decr. extrauaganti eod. tit. quæ incipiebat, licet alias, audiuimus. & uersi. licet in genere, additus est. [Vt sciatur quid posset facere executor, ut dicit Archid. se habuisse a domino Bittelen. Io. Andr.] Et emanauit hæc decre. ad declarationem decre. supra eod. tit. & lib. quia cunctis. §. penul. in fi. & eorum quæ ibi no. Inno. & Host. & quæ no. Compost. de rescript. capitulum. uersus finem, in §. item quæritur, qualiter fiat, & quando fiat acceptatio.

ADDITIO. Et ibi not. in versic. sequentibus. Hic not. Archid. scilicet, quod is pro quo scribitur cum priui legio acceptandi in prouincia, acceptare potest in certa diœcesi vel ecclesia, in qua Papa id facilius concessisset. Ioan. And.

b ¶ Tribuatur.] contra concilium Lateranense, & contra decr. proximam supra.

c ¶ Quem.] scilicet personatum, alias quam, scilicet præbendam uel dignitatem. Ioan. And.

d ¶ Quod.] scilicet beneficium.

e ¶ Executoribus.] siue ad prouidendum siue ad compellendum, non curo, licet alias distinguatur. infra cap. proxi.

dæ [a] alienæ mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis Apostolicæ tribuatur: [b] Declarandum duximus, quod is, cui ab eadem Sede, vt ei prouideatur de prębenda, dignitate, vel personatu, aut alio beneficio in† aliqua prouincia, diœcesi, vel ecclesia, quem [c] † seu quod [d] duxerit acceptandũ, certis sibi sup hoc executoribus [e] deputatis gratia noscit esse facta. Licet in genere [f] primum personatũ, dignitatẽ, præbendã seu beneficiũ in eadẽ prouincia, diœcesi, vel ecclesia vacaturũ: Aut secundũ seu vlterius (si rationabilis causa [g] subsit) valeat acceptare: Certum tamen & expressum priusquã vacet, acceptare non potest. ¶ Quod si fecerit, etiam si p executores eius secundum acceptationem huiusmodi facta fuerit reseruatio, inhibitio, varijque processus, ac sententię pmulgatę: tam acceptatio † ipsa, quam processus viribus careant, [h] nec aliquam obtineant roboris firmitatem: immo nisi acceptator ille dignitatem, præbendam, personatum, seu beneficium taliter [i] acceptatum & reseruatum per collationem, vel institutionem postmodum factam de vacanti iam adeptus, vel ei ius in ipso [k] fuerit acquisitum: per eum, ad quem eiusdem personatus, dignitatis, prębendæ, aut beneficij collatio, seu prouisio pertinet, (dictis acceptatione, ac executorum processibus inde secutis nequaquam obstantibus) de illo vacanti libere poterit alij prouideri. [l]

¶ Idem.

¶ Sine speciali mandato non inhibet executor generaliter collationẽ beneficiorum prouinciæ: specialiter vero reseruat primum, & inhibet vlteriorem nõ sine mãdato, nec tunc tenet collatio contra facta. h. d. Do.

CAP. IIII.

EXECV-

f ¶ In genere.] 1 & sic licet in genere, quod nõ licet in specie, & interdum est econuerso quod dic, vt supra de offi. ord. si sacerdos, 23. di. quamquam. 2.

[Glo. seq. notat, querit, & soluit.

g ¶ Causa subsit.] No. ergo ꝙ ille pro quo scribitur de pbenda acceptanda, põt primã acceptare: sed non vlteriorem, nisi ex causa. vt s̃. eo. titu. & lib. quia cunctis. circa fi. & j̃. c. pxi. Sed quæ põt esse causa: forte prima debetur alteri, vel dubitatur an debeatur? Ad hoc 23. q. 1. quod culpatur. ad fi.

ADDITIO. Idem hic Archi. & idẽ Inn. & Host. supra. c. 1. circa finẽ. alleg. Io. And.

h ¶ Careãt.] No. casum in quo sentẽtia excõicationis non ligat alios, videbis. j̃. de sen. exc. præsenti.

i ¶ Taliter.] scilicet certũ, & expressum. vel secundum, vel vlteriorem sine causa. Ioan. Andr.

K ¶ In ipso.] sup hoc vide quod habuisti sup. eo. lib. de præb. si is cui. & ca. seq. & j̃. eo. cap. vlt.

l ¶ Prouideri.] nõ ergo necesset habet expectare, ꝙ ille acceptet, vel sibi terminũ ad hoc pcedere, vt s̃. eo. qa cunctis. §. pen.

EXecutor.] Primo ponit dictum negatiuum, & ipsius casum exceptum: ibi, Nisi. Secundo: ibi, Potest. ponit affirmatiuũ cum suo decreto, ibi, Qđ autẽ. Io. And.

¶ Executor deputatus super alicuius puisione facienda sibi in certa prouincia, nõ põt prælatis, ad quos beneficiorũ spectat collatio facere inhibitionẽ generalem donec fuerit prouisum illi, pro quo scribitur. Inhibitionem aũt specialem facere potest de primo, secundo, vel tertio beneficio vacaturo, & si fieret collatio cõ hmõi inhibitionem specialem, est nulla ipso iure. hoc dicit.

CASVS. Papa mandauit Decano ecclesiæ Pictau. vt mihi prouideret de beneficio, si vacaret in prouincia Burdegalen. alioquin de beneficio proximo vacaturo. receptis litteris executor videt nullum beneficium vacare, vult inhibere archiepiscopo Burdegalensi, & quibuscunque alijs prælatis prouinciæ Burdegalensis, vt non conferant aliqua beneficia, donec de beneficio fuerit mihi prouisum, vtrum possit facere istam inhibitionem generalem? Respondet quod non. Sed ponamus, quod Papa sib mandauit, vt mihi prouideret de beneficio quod duxerim acceptandum, acceptaui beneficium primo, vel secundo loco vacaturum, numquid executor poterit reseruare illud beneficium, & inhibere prælatis prouinciæ Burdegalensis, ne tale beneficiũ conferant? Respondeo quod sic: Et si prelati fecerint

¶ Ponit differentiam inter istas prępositiones in, & de, de quare uide Bar. in l. 1. §. plures. ff de exerci. act.

¶ Alias ita: q̃, seu ꝙ duxerit &c. q̃ varietatem etiam agnouit glo. hic.

† Phi. & Do. notãt ꝙ nõ ualet actus factus tẽpore prohibito licet cõferatur in tps pmissũ faciũt no. in ca. bonæ 2. sup. de elec. rõ huius est legis prohibitio. de eo qui duxit in matr. quã polluit c. 2. & in l. per fundũ ff. de ser. rustic. præd. neque dicas (aut superãnus) sicut

dom. Phil. de principio actus qa bñficij acceptatio censet vnus & idiui duus actus. Fon.

1 Vid Clem. cũ ei de con cess. pręben. & Rotã decisio 431. ĩ nouis.

†Nota φ executor datus ad prouidendū, seu cōferendū, nō pt reseruare vel inhibere in gñe sed ĩ specie sic: & rōnē ponit hic Io.An.& In. in c. cū dilectus, s̄. de iure pat. Fran.

tor a † super prouisione alicuius a sede Apostolica, ꝑ generales litteras in aliqua prouincia b deputatus, prælatis, & aliis ad quos beneficiorum in eadem prouincia spectat collatio, ne ad prouisionem aliquorū procedant, donec illi, pro quo scribitur, sit prouisum, non potest generaliter inhibere: Nisi expresse c in ipsis litteris facultas huiusmodi d inhibitionis concedatur. Potest tamen reseruationem, & eisdem inhibitionem facere specialē de primo; vel (si hoc illi ex beneficio competat litterarum) de secundo, uel ulteriori beneficio inibi vacaturo, eidē clerico conferendo. Quod autem contra talē e reseruationem, & inhibitionē ab eo, ad quem beneficii reseruati collatio ꝑtinebat, fuerit attentatum, non tenet.

¶ Idem.

¶ Si mandetur Capitulo vt me recipiat in Canonicum, & præbendam conferat, cū id pertineret ad illud, dato executore ad prouidēdum, per solam præsentationem factam Capitulo affecta est præbenda: & executor negligente capitulo infra terminum per eum statutum me recipere, & præbendam conferre) nō vocato Capitulo id exequi poterit. I. And.

CAP. V.

SI Capitulo f alicuius ecclesiæ cū ad ipsū cano-

ferint aliquam collationem contra inhibitiones sibi factas, collatio ipso iure erit nulla. Nota primo principalem effectum huius capituli, quod executor deputatus per litteras generales, vt prouideat alicui in aliqua prouincia, non pōt ipse executor inhibere ꝑlatis generaliter ne bñficia in prouincia vacantia cōferant, sed bñ spāliter. Sed vtrum sit idē dicendum in executore deputato ad ꝓuidendū in aliqua ecclesia, vel in aliqua diœcesi, videlicet vt non possit facere inhibitionem gñalē? Rñdet gl. qđ tūc nō habet locū istud capitulū. No. φ executor deputatus potest bñficium primo vacaturū reseruare suę collationi: & hæc reseruatio, & inhibitio afficit bñficiū, & ligat manus ordinarii, vt istud bñficiū conferre non possit.

[Prima gl. dicit vñ sumpta quid additū, & quid declaret.]

a ¶ Executor.] fuit tracta hęc decretalis de extrauaganti, quę incipiebat. eod. tit. si cut ex parte. & §. potest tamen. additus fuit. Et emanauit ad declarationem eorū quæ proxime.

ADDITIO. Et eius quod not. Host. in sum. de præben. §. & a quo. ver. pen, & vlt. & eius quod no. In. & Hoh. sup. de iure pat. cum dilectus. Et uide quod scripsi post Comp. de rescr. pastot. super ult. gl. an potestas executoris qui duas inhibitiones fecit in prouincia, expiret per mortem Papæ. Io. And.

ȝ Pro hac gl. vide φ plenissime hic tradit. Phil. Franc.

b ¶ Prouincia.] idem puto de ciuitate, diœcesi, uel ecclesia propter eandem rōnem, ad hoc s̄. eo. c. prox. & ĩ. prox. responso. Sed dic contra, vt hoc verbum inferius etiam repetitum aliquid operetur. sup. de deci. ad audiētiam. inf. de priuil. si Papa. §. 1. & in fi. ad idem. sup. e. ti. & lib. quia cunctis. §. pen. nec est eadem ratio cum grauius sit totam prouinciam impediri, quā diœcesim uel ecclesiam. 6. q. 3. scitote. ad hoc. sup. e. li. de præb. quamuis. 1. & 2. responso.

c ¶ Expresse.] ratione ergo expressionis hoc tunc poterit, ad hoc sup. e. li. de offi. deleg. c. ult. §. uices, & de ꝓc. c. 1. & ult. sup. e. lib. Ioan. And.

d ¶ Huiusmodi.] s. generalis. de qua. sup. dixerat.

e ¶ Talem.] s. specialem. de qua dixit in prox. respōso: nam quod fieret contra generalem, valeret cum illa nō teneat, vt sup. dixit, ad hoc. sup. c. prox.

SI capitulo.] Hæc est notabilis decretalis, & quotidie practicabilis. Primo ponit formam gratiæ: cuius duo sunt dubia; Primum, quando afficit, secundum, qđ sit officium executoris. Primum soluit; ibi, Per solam, & solutionem exponit: ibi, Absque. Ad secundum rñdet, ibi; Immo. & incidens dubium soluit: ibi, Etiam sine. Ioan. And.

CASVS. Papa mandauit Decano, & Capitulo ecclesiæ Pictauien. ad quos pertinet collatio præbendarum, vt me reciperent in canonicum, & fratrem, & præbendam [si qua vacaret] mihi assignarent, alioquin proximo uacaturam: dato mihi executore ad prouidendum negligente Capitulo, Præsentaui litteras meas Decano, & Capitulo Pictauien. ecclesiæ: Insinuatione facta meus executor non notificauit potestatem suam, nec fecit reseruationem: nec etiam inhibitionem secundum communem opinionem; licet glossa in hoc laboret; sed solum stetit in simplicib. denūciationib. meæ gratiæ: postea vacauerūt canonicatus, & ꝑbenda: Decanus, & Capitulū hōi canonicatum cum præbenda cōtulerūt alteri: nūc requisiui decanū, & capitulū, vt mihi prouiderent sm̄ φ eis mādatum fuerat: ipsi recusauerunt: meus executor illos monuit, vt mihi canonicatū, & ꝑbendā cōferrēt: ipsi fuerunt negligētes: vtrum poterit meus executor mihi prouidere? Non est dubiū φ sic: nā per præsentationē fuit affectū mihi bñficiū, & mihi debitum, ita φ nō potuit alteri cōferri: licet meus executor nullā fecerit reseruationem nec prohibitionē. Et adhuc non vacāte ꝑbenda, poterit meus executor monere Decanū, & Capitulū ecclesię Pictauien. vt me recipiāt in fratrem, & canonicum: quod si recusent facere, poterit meus executor mihi conferre canonicatum in ecclesia Pictauien. sub expectatione præbendæ; Et cum uacabit præbenda, poterit præbendam cōferre capitulo non monito; & hoc ideo, quia capitulum fuit contumax, in prima monitione, ideo ius ꝓsumit quod adhuc esset cōtumax in secunda monitione. Nam qui semel malus, semper præsumitur malus, in eodē genere delicti. No. primo, quod de iure spāli donatio præbendarum pōt spectare ad Capitulum sine epo, & econtra. Sed quæritur ad quem de iure cōi pertinet? Communis opinio doctorum est, quod ad epm, & Capitulum simul in ecclesia cathedrali, collatio uero aliorum beneficiorum spectat ad episcopum, de cōsilio tamen sui capituli. De hoc latius per Doctores in c. cum ecclesia Vulteran. de elect. in antiq. Nota principalem effectum huius. cap. quod per præsentationem factam ordinario est affectum beneficium comprehensum sub gratia, absque eo qđ executor insinuet suam potestatem, quod verum est, dummodo in gratia fiat mentio de potestate executoris, ut quia dicitur, noueritis nos tali executori dedisse in mādatis, &c. Nota ulterius ex fine capituli, quod si ordinarius cui scribitur ut prouideat de canonicatu, & prębenda, fuit contumax in prouidendo de canonicatu, postea vacante præbenda non est necessario monendus ut ꝑbendam conferat, quia ius præsumit quod postquam semel fuit contumax, quod etiam sit contumax in assignatione præbendæ. Not. quod quandoque ad Capitulum spectat collatio canonicatuum. Ad hoc. sup. eo. lib. de præb. c. fin.

{Prima gl. dicit quid declarat, quid reprobat, & approbat, secundo summat.}

f ¶ Si capitulo.] hic determinatur decretalis. sup. e. proposuit, & corrigitur opinio glossæ. ibi no. in glo. quæ

nicorum receptio, ac præbendarum collatio pertinebat, [a] vt te in canonicum reciperet, & tibi de prębenda (si tunc vacaret) inibi prouideret: vel cum se facultas offerret, ac executori, qui eodem Capitulo negligente mandatum Apostolicum exequatur, [b] directa fuerint scripta nostra: Per solam illorum [c] præsentationem Capitulo [d] ipsi factam, [e] absque alia etiam executoris insinuatione, inhibitione seu reseruatione, beneficium, pro quo tibi conferendo [f] scriptum extiterat, adeo est affectum, [g] quod de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatem. [h]

¶ Immo si Capitulum infra terminum competentem [i] sibi ab executore p̄fixum, mandatum Apostolicum ei pro te directũ, in quantum poterit [k] non duxerit adimplendum: ex tunc [l] in ipsum executorem potestas prouisionis huiusmodi transferatur, & executor ipse canonicatum in continenti poterit tibi dare; ac præbendam) etiam sine alia Capi-

ter a † filium & filiam habens impuberes, b & vxorem, c filiam in re certa, d filium vero in ceteris bonis ſuis vniuerſalem heredem inſtituit, e

beris: Executores petierunt hæreditatem nomine pauperum à matre. Dicebat mater, ꝙ ſubſtitutio facta de filio ad filiam, & de filia ad pauperes, fuerat fideicommiſſaria: Et dicebat, ꝙ de ſubſtitutione facta de filio ad filiam, debebat modo deducere quartam debitam iure naturæ, & ſimiliter quartã Trebellianicam. Similiter à ſubſtitutione filiæ ad pauperes, eaſdē quartas volebat detrahere: Dicit executor: quod iſta ſubſtitutio erat directa: & quod non habebat locum detractio iſtarum quartarum. Super hoc conſultus Romanus Pontifex reſpondet, quod non debet fieri aliqua detractio quartarum: ſed bona debent reſtitui pauperibus. Nota primo, quod filius non poteſt priuare matrem ſua quarta: tamen ipſa priuatur ſi pater faciat teſtamentum pupillo. Not ꝙ ſubſtitutio dicitur fieri per verba directa, quando quis habet hereditatem per manum teſtatoris. Et dicitur fieri per verba obliqua, quando habet hæreditatem per manum hæredis, vel alterius. Et dicitur fieri per verba communia, quando illa verba ſunt communia ad verba directa & obliqua, vt hic, dum dicit teſtator, quo filia moreretur filio ſuo.

† De materia huius c. pter Doctores hic vide iterpretes in c.Raynutius.extra de teſt. & in l.pcib.C. de impu. & aliis ſub. & alibi.

Nota ꝙ dictio, Et cetera, ſcripta extenſe eſt apta includere omnia congruentia termino cui adiungitur. Not.arg. ꝙ appellatione ceterorum bonorum, veniunt mobilia & immobilia, de quo vide eo. tit. relatū.2. in prin. & ff.de verb.ſign.bonorum.Nota. quod ſubſtitutio pōt dici inſtitutio, ut patet hic de ſubſtitutione pauperū. Et ſic omnis ſubſtitutio dicitur inſtitutio ſub cōditione. ff.de uulg. & pup.ſubſti. qui liberis in princ. & not.ff.de lib.& poſth.Gallus in prin. ſecundum Archidiaconum. Not. quod hæredi inſtituto in re certa poteſt fieri ſubſtitutio. Not. ulterius quod hic agitur de ſubſtitutione compendioſa, unde ſi talis fiat a milite, ualet iure directo, ēt ſi filius deuenerit ad pubertatem, & poſtea mortuus ſit, niſi mater ſit in medio l.precibus.C. de impub. & aliis ſubſtit. & ibi per doctores iuris ciuilis, nam tunc ualet ſubſtitutio iure fideicommiſſi, Si autem fiat a pagano certe ualet iure directo, ſi moritur in pupillari ætate, ſed ſi deuenerit ad pubertatem expirat ſubſtitutio pupillaris, ut hic.

[Prima glo. facit tria primo dicit unde decretalis fuerit ſumpta: ſecundo ponit caſum literalem. tertio ſummarium.]

a ¶ Si pater.] Tracta fuit hæc decret. de Extrauaganti Inno.iiij. quæ incipit Ioan. Frangiapani, & forte nimis fuit deciſa. 1 Et ſic pone caſum. Ioan. Frangiapani habebat uxorem nomine Sarracenam: & ex ea filiū & filiam impuberes, Petrum & Philipam. in extremis poſitus condidit teſtamentum, & filiam ſibi hæredem inſtituit in certa pecuniæ quantitate, filiū vero in ceteris bonis ſuis, & vxori vſumfructum quorūdā bonorum ſuorum ſub certo tenore reliquit, & adiecit, vt ſi decederet filia ſine liberis, moreretur filio ſuo, & ſi filius ſine liberis decederet, moreretur filiæ, ſi autē vterque ſine liberis decederet, pauperes hæredes inſtituit & executores teſtamento reliquit: Mortuus eſt Io. ipſe teſtator: demum mortuus eſt Petrus filius ſuus adhuc impubes, & demum filia etiam impubes, ipſa ſcilicet matre ſuperſtite, contra quam agebant executores & ab illa domina. vel eius procuratore petebāt corā Papa bona, quę fuerant teſtatoris & filiæ, ſub quibus & bona filij comprehendebant: dicebat procurator dominæ, quod ſubſtitutio facta de filio ad filiā, & de filia ad pauperes fuerat fideicommiſſaria, vñ in ſubſtitutione filiæ ad filium debebat deducere tertiam iure naturæ debitam filio, & quartam Trebellianicam. item in ſubſtitutione pauperum ad filiam pro reſiduo nomine filię eaſdem tertiam & quartam habebat. Pro parte vero executorū allegabatur, quod ſubſtitutio fuerat directa & pupillaris, & cōueniebat talis ſubſtitutio perſonis & uerbis: unde non habebat locum quartarum deductio. Item quod pater in teſtō qđ faciebat impuberi filio, matrē portione iure naturæ debita priuare poterat, licet filius id ſuo teſtamento facere non poſſet. Per has ultimas allegationes pronunciauit Papa bona deferri pauperibus abſque aliqua deductione tertiæ uel quartæ partis. hoc dicit. Vnde ſic ſumma: In fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus locum habet quartarum deductio, in directis non. Et ſubſtitutiones interpretari debemus directas, dummodo conueniant uerbis & perſonis inſtitutis.

1 Inducit Io. Mon. verba Hoſt. j: Obſcu9 fio, dū breuis eſſe uolo Vide ad idē de pę. ſignificauit. poſt prin. Io. And.

b ¶ Impuberes.] ſcilicet filiam minorem xii.annis, filium minorem xiiij.annis ff.de uerbo ſign.pupillus.in princ. C.quando tu.uel cur. eſſe deſinant.l.indecoram. & Inſti.qui.mo,tu.ſi.in princ. 2 licet quo ad matrimonium non inſpiciamus ſolum annos, ſed ætatem, qua pubeſcere poſſit quod dic ut not.ſup.de deſpon.impub. puberes.

ADDITIO. Non inſpiciamus ſolum annos quo ad matrimonium carnale, in ſpirituali ſecus, ut not. ſupra eod.lib.de elec. ex eo.in 3.glo. Ioan. And.

c ¶ Vxorem.] puberem intelligas, & matrem ipſorum filiorum, alias dubitatio non proceſſiſſet. & hoc patet in fin.

[Gloſ.ſeq. recitetur per quæſtionem, an inſtitutus in certa re, &c.]

d ¶ In re certa.] inſtituit. 3 quod eſt infra. quod ſi non feciſſet, egiſſet filia de inofficioſo 4 nunc autem non poſſet agere niſi ad ſupplementum, ſi aliquid deeſſet portioni de iure naturæ debitæ. C.de inoffi.teſt.l. omni modo & l.ſeq. & l.quoniam nouella & l.ſi quando. & de hoc ſupra eo. Raynutius in princ. Scire debes, quod in certa re inſtitutus habetur loco legatarij: ita quod creditoribus non tenetur. C.de hæred.inſtit.quotiens & hoc cū eſt alius uniuerſaliter inſtitutus ſi enim nullus alius inſtitutus eſt in totum ſuccedit hæres. ff. de hæred.inſtit.l.1.§.ſi ex fundo, & l.ſi ita quis hæres. Si autē plures inſtituti ſunt in certis reb. & nullus alius uniuerſaliter, pro uiribus erunt hæredes niſi in caſu, ubi duo ſunt inſtituti coniunctim, & alter diuiſim. ff.de hære.inſtit.l.ſi alterius. & l.ſeq. Io.And.

[Glo.ſeq.quærit, ponit ſex opin. & primam dicit tutiorem.]

e ¶ Inſtituit.] Nunquid quo ad filiā ſufficeret legaſſe? De hoc fuerunt opiniones tactæ. ſupra eod. Raynutius in princ. (in glo.relinquens in auth.nouiſſima. C.de libe.præteri.in Auth.) Et dñt quidā 5 quod tutius eſt ꝙ neceſſaria ſit inſtitutio in Auth.ut cū, de ap.cog.§.aliud quoq; & §.hæc aūt. colla.8.& C.de inof.teſta.in Auth. nouiſſima, & C.de lib.pteri.in Auth.nō licet dicentes. C.de inof.teſta.l.omnimodo.& l.cū quæritur. & Auth. nouiſſima.per Authen.illam poſteriorem eſſe correctas. Alij contra, per prædictas leges, & per decr.Raynutius. ubi nihil dicit ꝙ Alterocha fuerit inſtituta. Azo.diſtinxit 6 an teſtator voluerit ſolemniter teſtari, ut quia vocauit teſtes, ſeptem ſignacula & ſubſcriptiones rogauit: & tunc eſt neceſſe, ꝙ in aliquo inſtituat, ut in Auth.ut cū, de appel.cog.colla.8. aut non ſolēniter, ſed nūcupatiue, & tunc ſufficit quocunque relinquat titulo, ut in antiq.legib. Vnde dicunt alij, ꝙ ſi relinquant in teſtō, neceſſe eſt iure inſtitutionis relinqui, ſi in codicillis, ſufficit quocunque relinquat titulo. & de hoc not.C.de inoffi.teſt.Auth.nouiſſima. Alij dicunt quod ſecundum canones ſufficit quocunque relinquat titulo, ut in decre. 7 Raynutius. ſecus ſecundum leges & hoc ibi tenet Hoſt. ut talis pernicioſa 8 ſubtilitas euitetur. Alij diſtinguunt, 9 ꝙ aut teſtator inter filios tm̄ teſtatur: aut inter extraneos & filios ſimul miſtos: In primo caſu ſufficit quocūq; relinquat titulo, ut in anti.legib. qa inter ipſos imperfecta ſimplex & plena volūtas ſufficit, dummodo

2 No. Do.& Phi.hic & i rubr.1.col. ætas nō an cipatur in t ſtamentis: ait Anch. impubes g gneret, exp rat pupilla ris. Fon.

3 Vide ꝙ no Hoſt. ī ſum huius tit. qualiter, ue ſic.datur aū & uerſi. ſeq Ioan. And.

4 Reprobar Bal.Anch. Phil.imo d xiſſet nulli Fon.

5 Placeb hoc domir meo in leg bus & plac Iac.de Rau & Pe.Io.A

6 Quod no debuit. Ph Fon.

7 Sic videt ibi tener Bat.Fon.

8 Imo eſt liſſima p ptē rōnes Phi.& Do hic poſita Fon.

9 Quod P & Bald. n placet. Fo

& vxori aliqua in suo testamento legauit, a adiiciens, vt si decederet filia sine liberis, eidem filio, b & si ipse absque liberis, c obiret, filius præfatæ filiæ moreretur, d Christi pauperes e instituendo hæredes, si vtrumque sine liberis mori contingeret filiorum: testatore mortuo, f ac deinde filio subsequenter, & filia (superstite matre) defunctis ante tempora pubertatis: Absque deductione g Trebellianicæ, h siue partis iure naturæ de-

modo de ipsa appareat. C. eod. tit. hac consultissima. §. ex imperfecto, & C. fam. erc. l. fi. & Auth. ibi signata. In secundo casu. s. cũ extraneos instituit, non sufficit quocunq; relinquere titulo, nisi fiat instõ, & sic intelligitur Auth. vt cũ de appel. cogn. Sed vt supra dixi, primum tutius: & ideo tenendũ vr̃ de pœn. dis. 7. nullus, & verbum illud, relinquit, in decr. Raynutius, nõ vr̃ poni 1 ꝓprie, vt pateret ẽt ex instõne adiectæ. Idem in decr. Raynald.

a ¶ Legauit.] de facto, vt dixi in casu: legauerat vsumfructũ quorundam bonorũ altero solum superstite ex filiis: augebat in testamento legatum, & nemine superstite adhuc augebatur, & ex hoc etiam, vt patet in integra, allegabat per pauperes, quod patebat, quod intentio testatoris fuerit vxori filiam anteferri.

[Gl. seq. obiicit, & tripliciter soluit.]

b ¶ Eidem filio.] moreretur, ꝙ est inf. Sed contra: ista filia nec exhæredata erat, nec instituta: quia in certa re, vt sup. dictum est, ergo nec ei pupillariter potest substitui. instit. de pup. subst. §. non solum. ff. de uulg. substit. l. sed si plures. Sol. licet hæc pupilla non fuerit instituta hæres in primo gradu, tñ fuit; instituta in secũdo. s. post mortẽ filii, 2 & sic ei pupillariter substitui potuit. Vel dic quod si ex liberis est vnus ex certa re: alter vniuersaliter institutus, vterque est hæres, licet alter teneatur ad credita vel legata, & sic intelligitur hic, & sup. eod. Raynutius, secus si non ex liberis: quia tunc institutus in certa re habebitur loco legatarii, 3 vt sup. dixi. & C. de hæred. instit. l. quotiens. Vel hic non quæritur an tenuerit substitutio de filia ad filium: sed econuerso: quia de facto prius decessit filius.

c ¶ Liberis.] Sufficit vnus. ff. de verb. sign. l. non est sine liberis. C. de cond. inser. l. 1. super hoc vide, quod no. de prob. in præsentia in 1. gl.

d ¶ Filiæ moreretur.] id est, ad opus filiæ. 4 Quasi dicat quod hæreditas filii directe, & immediate ad filiã perueniat, & econtra, si uero in successione mater esset media: iam non filiæ, sed primo matri moreretur, & sic allegabatur pro parte pauperum.

e ¶ Pauperes.] Licet certa persona hæres institui dẽat, & nomen specificari, tñ pauperum institutio valet, & de pauperibus loci proprii domicilii sensisse intelligit̃, vbi fomentum viuens, consolationes, & seruitia a multis recepit. C. de episc. & cler. si quis ad declinandum. l. nulli licere. de hoc dic, vt s̃. eo. cum tibi.

ADDITIO. Pauperes institui pñt: quia vniuersitas pauperum gerit vicem certę personæ, & ita ualet, sicut si instituerет collegium licitum. ff. de fideius. l. mortuo. ff. de cond. & dem. l. municip. C. de sacros. eccl. l. 1. ff. ad Treb. l. omnibus. ff. de leg. 1. l. si hæres. §. vicis. secundum Archid. Io. And.

f ¶ Mortuo.] executoribus relictis, qui petebant bona testatoris postmodum ab vxore, vt dixi in casu.

[Gl. seq. primo ponit allegationes matris: ad quas secundo rñdet, ponens distinctionem substitutionũ, & de reliquis remittendo prosequitur compendiosam.]

g ¶ Absq; deductione.] Hic decidit qõnem. Dicebat aũt mr̃, ꝙ hẽbat tertiam, & quartam in bonis testatoris ex persona filii, & sic sola dimidia restituenda fuerat filiæ. Itẽ in alia dimidia hẽbat etiam tertiã, & quartã ex persona filiæ, & sic dimidiã, & sic facta cõputatione videbat̃ sm̃ eã restõ facienda pauperibus solum in tribus unciis 5 eius partis, in qua fuerat filius institutus, & in dimidia eius partis, in qua fuerat instituta filia. Et probababat hoc ex eo, quia dicebat, qđ substitutio de filia, ad filium, & de pauperibus ad illam erat fideicõmissaria t & hoc probabat tali modo. Directa substitutio fit per hæc verba; ei hæres esto; vel ille ei sit hæres. Indirecta per uerba, rogo, uolo, uel mando ut restituas, &c. sed per ista uerba; alteri moreretur: non põt dici directa, & pupillaris substõ: imo ur̃ intellectus fuisse, quod mr̃ filio ab intestato succederet, & ab intestato hr̃ditatẽ restitueret substituto. Itẽ dicendo, sine liberis: apparebat testatorẽ puberi substituere uoluisse: unde fideicõmissariæ non pupillares intelligi debebãt substõnes, & de filiis adinuicẽ, & de pauperibus ad eos. Rñdebatur pro parte executorũ, & pauperũ, quod s̃. dixi in gl. de facto. & in gl. 1. & quod j̃. sequitur. Ad clariorem aũt intellectum nota, quod substõnum alia directa, alia indirecta siue obliqua. Directarum alia uulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua: de qua pone exemplum, ff. de uulgari substitutio. iam hoc iure. s. cum testator dicit, duos impuberes filios mihi hæredes instituo, & eos inuicem substituo: habent .n. hæc breuia uerba in personas cuiusque duas substõnes, uulgarem, & pupillarem: alia compendiosa, de his prosequere, ut no. s̃. eod. Raynutius circa prin. Sed ad ultimam, & ad propositum ueniamus: Compendiosa, q̃ fit his uerbis, quandocunque filius meus decesserit, uel sine liberis decesserit, filia sit hæres: hæc si fiat a milite, siue fiat puberi, siue pupillo, iure directo ualet quãdocunque decedat institutus, sicut uerba sonant, ff. de mil. testa. l. in fraudem. §. miles. & l. miles ita hæredem. §. 1. C. de testam. mil. l. in testõ. hoc uerum, nisi miles hanc substõnem filio fecerit, cuius mr̃ est in medio, quo casu ualebit iure fideicommissi, si iam factus pubes filius decedat. C. de impu. & aliis substit. l. precibus. Si aũt paganus eam per superiora fecerit uerba, & pupillus ille institutus in pupillari ætate decesserit, iure directo admittitur substituta, ubi autem iam pubes factus morit̃ substõ omnino extinguitur: 6 & uenientes ab intestato succedunt in totũ, ff. de uul. subst. l. uerbis ciuilibus, & in l. pupillari, & l. Centurio. Si aũt testator sic dixisset: quandocunque decesserit filius, uel sine liberis decesserit, filiam substituo, uel uolo quod ei filia succedat, tunc licet directe non ualeat, ualet tñ indirecte iure fideicommissi. ff. ad Treb. Scæuola, & l. hæredib. C. de inst. & substit. l. gñaliter §. ult. Hoc uiso satis patet, ꝙ hęc substitutio, quæ forte 7. compendiosa dici põt, admittit substitutos iure directo, ex quo instituti decesserunt in pupillari ætate. Si post pubertatem decessissent, tunc potuisset locum habere matris allegationes.

[Gl seq. reci. per qõnem, an cum hr̃ditas per fideicõmissum restituẽda sit pauperibus, detrahatur Trebellianica, & facit tres partes: In prima arg. ꝙ sic, per contrariũ huius literæ: secundo inducit unam legẽ: tertio rõnem. In secunda allegatur in contrariũ, inducens duos, §. de corpore, secundo rõnem, tertio opin de simili. Tertia pars approbat primum dictum, quod coadiuuat per simile, & respondet ad rõnem inductam in contrariũ.]

h ¶ Trebellianicæ.] Ergo quia substituti ueniunt iure directo, non fideicommissario, non habet locum deductio Trebellianica, argue per contrarium, quod si locus esset fideicommissariæ substitutioni bene detraheretur Trebellianica, licet essent pauperes substituti. Licet ergo cesset Falcidia in iis quæ legantur pauperibus, uel ad pias causas. C. de episc. & cler. si quis ad declinandam & C. ad l. Falcid. Authent. similiter 8 secus uidetur in Trebellianica per hanc litteram, ad hoc. ff. ad leg. Falcid. leg. 1. §. ad municipium, si enim conditor le-

1 Phil. notat ꝙ relinqre rẽ singularẽ, ñ ẽ instituere, secus si relinquãt oĩa bona glo. in Aut. de hær. & Falc. §. si uero nulla. hic de uerb. relinquo, late Ph. & ibi Bart. Fon.

2 Sed tũc esset instituta sub condõne casuali, qua pendente cẽset ꝑterita, & sic nullũ est testm̃. l. si pr̃. C. de cõd. inst. Petr. de Anch. & Ph. Font.

3 Idẽ de filio, nisi quo ad excludendũ q̃relã. no. l. si qs priore. ad Treb. Dom. Fon.

4 Facit, ff. de reb. dub. l. q duos, post prin. ibi, qua si utriq; ultimi sibi successisse uide An. Io. An.

5 Male uidebat̃ ei, q a filia đbuit succedere cum mr̃e Aut. defuncto, C. ad Ter. uñ legitima matris cõputari dẽbat respũ eiꝰ ꝙ habitura fuisset ab intestato. Au. nouissima. Do. & Ph. F.

6 Est ꝯria op. Bar. in l. Centu. & ibi Galiaո l. Ful. in l. ꝑcib. Solerio hic tenet cõtra. F.

7 Arc. hic dicit assertiue, sed uers. ꝑmissæ, dicit eas directas pupillares sed intelligatur sm̃ emergentiã casꝰ, cũ. s. decesserũt intra pubertatem.

8 Ibi Ludo. Rom. latissime loquens dicit hãc gl. iuridicã. idẽ Ar. cui hærẽdũ est scđm Oldr. consil. 148. Fon.

bitæ [a] facienda; ipsis pauperibus bona omnia deferuntur. Præmissæ namque substitutionis factæ de filio ad filiam, & econtra, [b] & de illis ad pauperes, directæ debent intelligi pupillares. [c] Cum in substitutionibus semper sit interpretatio facienda [d] (dummodo sicut in casu proposito, earum verbis [e] & personis [f] conueniat institutis,) vt substitutio directa intelligatur potius quã obliqua: [g] quanquam directa interdum [h] ad fideicommissum ex causa trahatur.

¶ Licet autem [i] filius testamento suo matrem portione iure naturæ debita priuare non possit: [k] pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, potest: [l] nam testamentum huiusmodi pupillare paternum, vel paterni, pars potius est censendum. [m]

¶ Idem.

¶ Superior habet consentire religiosis deputatis executoribus. h. d. secũdũ Zen.

CAP. II.

RELIGIO-

gis in Trebellianica id voluisset, sicut expressit de Falcid. ita de Trebellianica expressisset, de dec. ad audientiã, ad hoc ꝭ. de priuil. si Papa, & quod non est sanctorum patrum decreto, & c. de transl. cap. 2. §. sed neque. ad fin. §. ff. de publ. in rem actio. l. de pretio. [Et casus omissus iure authenticorum relinquatur iuri antiquo. Ad hoc ꝭ. eo. lib. de rescr. susceptũ. ff. de liber. & posth. cõmodissime. In contrariũ vr̃ ĩ Auth. de eccl. tit. §. si autem hæres. ibi omni Falcidia vacante, collat. 9. Sed dixit Azo. in sum. de hære. & fal. ꝙ Trebelliana cõtinetur sub nomine Falcidiæ: ergo nec Trebelliana detrahi poterit: 1 nã nil excipit qui omnia dicit. de ma. & obed. solitæ. §. nos autem in fin. & satis videt̃ terminari per dictũ §. si ãt hęres. si coniungatur. cũ §. si quis in nomine. vbi dicit hęreditatem vel legatum: nec occurrit inter ista rõ diuersitatis: vnde idem ius cẽsebitur. sup. de trãslat. c. 2. [§. sicut. vers. vide.] sup. de rescript. inter ceteras. ff. de legi. non possunt. ad hoc facit quod no. Ala. Bern. & alii. sup. de sepul. c. 2. vbi not. de relicto pauperibus non detrahi canonicam. Pro prima parte quæ placet, facit: quia legitima per pauperum institutionem filii nõ priuantur: 2 nam qui uult exhæredato filio ecclesiam hæredem facere, alium quærat quam Augustinum: & Deo propitio neminem inueniet. 17. quæst. ult. cap. ult. & sic etiam not. Accursius in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. Item in ipsa l. si quis ad declinandã, non erat quis institutus qui Trebellianicam detrahere posset: nec est per omnia eadem ratio in utraque: quia si rogatus restituere non detrahit Trebellianicam in vanum fuit hæres: sed si testator fecerit multa legata, & inter alia quædam ad pias causas, & si non detrahat de legatis ad pias, detrahit de aliis, & sic non erit hæres in uanum.

a ¶ Debitæ.] de his quartis dic, vt no. sup. eo. Raynut. in gl. nota ergo quod quartarum.

b ¶ Econtra.] .s. de filia ad filium.

[Gl. seq. dicit quomodo fiat pupillaris substitutio, & quomodo exemplaris, & quare fuerunt inuentæ.]

c ¶ Pupillares.] quæ expresse fit per hæc uerba, si filius meus decesserit infra tp̃a pubertatis, filia sit hæres. Instit. de pupil. substit. 1. responso. & expirat statim cũ ad pubertatem peruenerit, ut ibi. Fuit autem inuenta hæc substitutio, quia cum multum prosit hæredem habere, & pupillus testari non possit, utile fuit pupillis modũ inuenire ne decederent intestati, ut in prædicto loco. Inst. de pup. subst. in princ. Idem dicimus de exemplari, licet exemplaris differat a pupillari in hoc, quia in ea necesse est certas personas substitui. C. de imp. & aliis subst. l. humanitatis.

ADDITIO. Differt etiam exemplaris a pupillari in aliis, quæ dixi in decret. Raynutius super 2. gloss. Ioan. Andr.

d ¶ Facienda.] Vide quod est ꝭ, vt substitutio, &c. postea videas dummodo, &c.

[Glos. sequen. exponit, & fortificat tex. & dicit reprobatam. gloss. Accursii.]

e ¶ Verbis.] Dixit testator si sine liberis decedat, alteri moriatur: sed istud verbum, sine liberis, certum est ꝙ non designat certam ætatem: nam & ante pubertatẽ, & post, filius, & filia sine liberis mori possunt: ergo patet, ꝙ substitutioni pupillari bene cõueniunt verba, 3 imo maxime pupillari: cum tunc liberos habere nõ possit. Et vide qđ expressa vulgaris hẽt tacitã pupillarem: dummodo personis conueniat. ff. de uulg. subst. l. 4. multo potius verba quæ sapiunt pupillarem vt hic, ad pupillarem sunt referẽda, & sic reprobatur qđ not. Accursius. C. de ĩpub. & aliis substit. l. precibus. in gloss. penult. [& Inn. sup. eod. Raynutius. Ioã. Andr.

f ¶ Personis.] quia vterq; impubes erat: & ante pubertatis tẽpora decessit, vt sup. uidisti.

g ¶ Obliqua.] .s. indirecta, vel fideicommissaria.

h ¶ Interdum.] vt ff. ad Trebell. l. Scæuola. ff. de vul. subst. l. Centurio. §. uerbis. C. de impub. & aliis substit. l. precibus.

i ¶ Licet aũt.] Rñdet obiectioni, quæ fieri posset ex eo, quod filius nõ potest matrem priuare debita portione, ergo portio illa matri debetur, non substituto.

k ¶ Non possit.] C. ad Tertul. l. matri. & l. ult. & Auth. in testamento, ibi posita. Sed illud locum habet ubi filius testatur uel decedit ab intestato, hic istis filiis non succedebant pauperes ex testamento suo, sed potius ex paterno, ut sequitur.

ADDITIO. Quod dictum est filium non posse priuare matrem portione iure naturæ debita, verum est, nisi ex causa, vt in præalleg. Authent. & habentur hæ causæ in Auth. vt cum, de appellat. §. & hæc quidem collat. 8. Io. And.

l ¶ Potest.] Est expressum. ff. de inoff. test. l. Papin. §. 1. vbi dicitur, ꝙ mater non impugnat testamentum, quod pater filio fecit, querela inofficiosi.

m ¶ Censendum.] ut in prædicta. l. Papin. & Instit. de pup. subst. §. liberis; ff. de uulg. & pup. subst. l. qui plures liberos. in fi.

Religiosus.] Sunt duæ partes, secunda ibi, Sane. Prima ponit dictum, cuius rationem reddit, ibi, Cum uelle. Secunda uero uno themate casum diffinit trimẽbrem, & rationem reddit ibi, Ne uoluntatem, & casum excipit ibi, Nisi. Ioan. An.

CASVS. Titius ueniens ad mortem, suum ultimum cõdidit elogium, & plura legata dimisit, ad melius implẽdum suam uoluntatem deputauit executores suos aliquos religiosos, nunquid religiosi possunt suscipere huiusmodi onus, & exequi testamentum siue ultimam uoluntatem defuncti? Rñdet quod non: quia religiosus nõ habet uelle neque nolle; sed uoluntas sua est posita in potestate sui superioris. Sed ponamus quod testator deputauit simpliciter plures executores, unus moritur uel se absentat, utrum unus sine altero possit exequi uoluntatem testatoris? Rñdet Romanus Pontifex, ne differatur uoluntas testatoris, unus solus poterit uoluntatem defun-

1 Ita Bar. ĩ l. Marc. ad Trebel. Dom. & Ph. dicit hoc verũ, ẽtsi mediate solum fieret restõ arg. l. cũ dotem, ff. ad l. Falc. Fen.

2 Immo p̃re substituẽte filio pauperes qñcũq; decedat; ex quo ista substõ ẽ ꝓ aĩa p̃ris. gl. in l. si qs Titio. de leg. 2. pauperes nunq̃ hẽbũt bona filii, q̃a illa non p̃nt aĩæ p̃ris. Galia. in l. Cẽt. col. 95. adde ꝙ ista iura similitãt in legatis patris, factis ꝑ defunctũ ĩ peccato mortali. allegant. Bal. in l. 1. C. de sacrosanc. eccl. Font.

3 Nõ exp... sed interp... tiue. arg. ... Solerio ... tans ex ... gl. iũcto ... verba sui ... tura nõ d... cta interp... ri directa ... seruandã ... timã uolu... tatẽ Phil. ... clarat hic ... sit famili... gen⁹, stip... & similia ... de Bar. in ... berorum. ... uerb. sig. ... piz crotũ ... l. filius f. §. ... uus. de l. ...

defuncti exequi: quod verum est: nisi alias constaret de mente testatoris; puta quia voluit quòd alter executor sine altero non procederet. Not. primo, quòd executor vltimæ voluntatis dicitur habere officium. No. secūdo, quòd vbi in actu requiritur licentia superioris, illa debet actum præcedere.

† De materia huius ca. Vide Vitalē Nemausen. in repeti. ca. Io. ext. eo. ti. Dec. consil. 494. inci. qđ sup. & cōsi. 499. inci. in cā, & Fel. in c. prudentiā. ext. de offic. deleg.

Ad hoc de reg. licet. & cle. si. de elec. Dominicus.

[Prima gloss. dicit quid declaret.]

a ¶ Religiosus.] Emanauit ad declarationem decre. supr. eod. tua. & eorum, quæ plenè no. Gui. in Specu. de instru. edit. §. nunc vero. versi. sępè etiam quæritur.

ADDITIO. Alias est versi. sub §. compendiosè. Ioan. An.

[Gl. seq. primo soluit dubiū: secundo quærit, argu. consuetudinem inducit.]

a ¶ Religiosus.] intellige indistinctè, siue sit monachus, uel regularis canonic⁹, mēdicans, vel non. 1 Et de claustralib. intelligo, in quibus sequēs ratio locum habet. Sed quid de minore xxv. annis, vel de muliere: nunquid possunt deputari executores, & quia maior

1 Saluo qđ de fratribus. Minorib. dr̄ in cle. đ uer. sig. exiui. §. proinde. & §. verum.

sus a † executor ab aliquo b in sua voluntate vltima deputatus, non potest (cū velle vel nolle nō habeat c) hmōi officium d suscipere, vel exequi: nisi a superiore suo petita super hoc licentia, & obtenta. e

¶ Pluribus executoribus datis, vno mortuo vel in remotis existente, vel exequi nolente, vnus officium executionis exercebit, ne impediatur testatoris voluntas: nisi aliud per testatorem disponeretur, hoc dicit secundum Zenz.

¶ Sanè f pluribus a testatore simpliciter g executoribus deputatis, vno eorum mortuo, h vel in remotis i agēte, aut id exequi fortè nolente: Ne voluntatē testatoris impediri, vel nimiū differri cōtingat: k poterit alius (nisi testator aliud expresserit l) officiū executionis iniunctæ liberè adimplere. m

17. annis potest procurare negotia, vt sup. eo. lib. de procu. qui generaliter. in fine? Videtur quod possit esse executor. Contra quia non habet personam standi in iudicio. C. de procu. exigendi. Ad hoc supra de æta. & qual. indecorum. C. de legit. tut. l. ulti. Item de femina. ff. de procu. l. neque femina. C. eo. ti. de proc. l. alienam. ff. de reg. iu. l. 2. 3. q. 7. ca. 1. §. Tria. Quicquid sit de iure, consuetudo optima interpres legum habet, quod tales exequi possint. Ad hoc facit hæc decret.

ADDITIO. Et sup. de arb. dilecti. & de his Spe. præalleg. §. circa finem. versi. quid de minore. & uersi. seq. Ioan. And.

b ¶ Ab aliquo.] clerico, vel laico.

c ¶ Non habeat.] supra eod. lib. de elect. quorundam. & c. si religiosus. 12. quæst. 1. non dicatis. infr. tit. proxi. cap. viti.

ADDITIO. Allegat Archi. 12. quæst. 7. nullus. 2. & 23. q. 2. c. 1. Ioan. And.

d ¶ Officium.] hodie rationem huius officij ordinarius loci exigit a religiosis etiam exemptis, & si circa id deliquerint, illos punit, ut in cle. eo. tit. religiosus.

[Gloss. seq. rationem reddit, per quam soluit contrarium, & alleg. pro.

e ¶ Obtenta.] ergo tunc potest: 2 misericordiæ enim est tale officium. 86. dist. non satis. Sed uidebatur cōtra per ca. 16. q. 1. monachi. de postu. c. 1. ubi dicitur duo requiri, s. quod exposcat utilitas monasterij, & quod abbas imperet: pro ista parte faciebat decre. tua. sup. eo. ti. & extrauagans. Ioā. Frangiapani, de qua fuit tract. proxi. decret. ubi quidam frater Prædicator fuit executor: hoc expeditum est.

2 Vide quod per hanc gl. no. hoc loco Phil. Frācus.

f ¶ Sane.] hoc tractabat idem Guliel. in eo. §. uersi. sed si alter. cum versic. sequen. & uersi. quid si sint plures. Ioan. And.

g ¶ Simpliciter.] sine clausula, ut ipsi, uel eorum alter: & si non omnes: 3 alias non esset quæstio.

3 Vide Ioan. Cald. consi. 45. hoc e. ti.

[Glo. seq. reci. per quæstionem, quam soluit: & duas opinio. subdit.]

h ¶ Mortuo.] not. 4 ex littera, quòd mortuo executore, eius officium non transit in hæredē. (Et de hoc in præalleg. §. circa fi. ver. in super.) Vr̄ enim industria & amicitia eius electa. Ad hoc. supr. de off. deleg. ca. vlt. ff. pro soc. l. actione. §. mortē. ff. man. l. mandatum in fi. & ff. de tut. l. antepe. in fi. vbi idem. no.) Quidam dicebant tale officium transire in hæredem executoris g l. ff. de alimē. & cib. leg. l. cum vnus. & l. a filio. in princ. & l. alimenta. in prin. (vide quod ibi no. quod non transeat officiū, licet ibi trāseat onus non personale.) Alij distinguebant, an res esset integra, vel non sicut supra de elec. in causis. C. man. l. mandatum. Quod autem dixi non transire in heredē, verum est, nisi testator expresserit, sicut & de cōpromisso dicimus su. de arbi. ca. vlt. quid autē tunc fiet dixi infr. in glos. vt quia. Io. And.

4 Vide Bart. in l. a filio. ff. de alimē. & cib. leg.

TITVLVS XII.

De sepulturis.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Hic prohibetur pactum de sepultura eligenda. Nō obstante pacto de sepultura eligenda, vel electa non mutanda, sepeliendus est quis vbi alias erat de iure sepeliendus: & alias sepultus cum omnib. sepulturæ obuentib. restituendus est; alias pœna incurritur hic contenta. hoc dicit secundum Zenz.

i ¶ In remotis.] Si ergo non multum distat, uocabitur, & si in termino assignato non venerit, procedet socius sine illo: si autem remotus est, 5 nec uocabitur: sic & in electionibus, de elect. quia propter, & ca. cum inter vniuersas, & ca. quod sicut.

5 Quod terminetur arbitrio boni uiri secun. Arc. & facit quod no. su. eo. li. de tēp. ordi. cū nullus, §. pen. in gl. 2.

k ¶ Contingat.] sim. sup. eo. lib. ne Sede uacante. c. uni. ad fi. de offi. deleg. si is cui.

[Gl. seq. exponit & notat: secundo ponit & sol. duas quæstiones.]

l ¶ Expresserit.] vt quia uetuit ne alter sine altero procederet. [bene facit. ff. de exer. l. 1. §. si plures.] Aliud est ergo tacere, aliud expresse uetare. ad hoc de bap. maiores. §. sed adhuc. & §. sequ. infr. de reg. iur. Is qui tacet. [Ioan. Mon. allegat. C. de neg. gest. l. fi.] Quid ergo tunc fiet ex quo alter non vult exequi, uel mortuus est? Si testator sibi prouidet, illud seruabitur: alioquin episcopus exequatur. sup. eod. si hæredes. & ca. tua. Quid si abbas S. Proculi datus est executor, & mortuus est, nunquid hoc officium transibit ad successorem? vr̄ distinguendum, an fuerit proprium nomen expressum, nec ne, su. de off. deleg. quoniā, quòd satis posset dici in extraneo, sed in propinquo vr̄; quod licet nomen non fuerit expressum, tamen affectione personæ hoc factum fuerit: unde non transeat ad successorem, ad hoc. 12. q. 3. Pontifices de testa. requisisti. (De hoc plenius in prędicto. §. circa fi. uersi. quid erit.) Ioan. And.

m ¶ Adimplere.] est sim. sup. eo. li. de proc. si duo. §. sanè. & ff. de admi. tut. l. decreto. §. ult. & est in his speciale fauore testantium, causarum, & pupillorum.

DE SEPVLTVRIS.

¶ Visum est sup. tit. proxi. de testa. uerum quia testator in testamento quandoque eligit locum suæ sepulturæ; ideo annectitur titulus de sepulturis.

Cōtinuatio D. Heliæ.

Anima-

A



Nimatum.]Prima pars ponit inhibitionem, & decretum:ibi, Nos.n.Secunda punit eligẽtem.ibi, Statuentes. Tertia punit inducentem: ibi,Si verò,& pœnam aggrauat in non parentem ibi,Quam nisi.Ioan.And.

¶ Pone casum per te, quia textus clarus est.

¶ No.primo ex princi.tex.quod officium prælati est obuiare periculis animarum suorum subditorũ.

¶ No.ibi,sub interminatione maledictionis æternæ,quod veniens contra istam constitutionem.peccat mortaliter. Nota vlterius, quod religiosi inducentes aliquem ad promittendum, iurandum, vel vouendum, quod eligat sepulturam penes se puniuntur pæna hic cõtenta, & in cle.cupientes de pœnis.in clem.Sed quid si induxerunt solum ad eligẽdum: vtrum puniantur ista pęna? Rñdet quòd nõ; nam licet per votum, iuramentum vel promissionem tollatur libera facultas,non tamẽ per electionem:quia licet elegerit quis sepultutam in uno loco,potest postea eligere in alio. Nota si quis induxerit aliquem ad uouendum, iurandum vel promittendum, vt eligeret sepulturam in tali loco, non ualet electiò, & ideo quantum ad electionem sepulturæ decedit intestatus. idem dicendum est,si nulla promissione, uoto, uel iuramento præcedence elegerit sepulturam in uno loco: & postea iuret uel promittat non mutare: quia tunc electio sepulturæ cassatur. Nota iuncta glossa, quod si quis non eligat sepulturam, tunc est sepeliendus in loco suorum maiorum, si habeant certum locum pro sua sepultura. Si autem certum locum non habeant, tunc est sepeliendus in cęmeterio Ecclesiæ Parochialis, in qua recepit sacramenta. Nota quod sepelientes aliquem indebitè, tenentur restituere quicquid exinde receperunt etiamsi non fuerunt requisiti. Nota quod tenentur restituere ossa cadaueris, si fuerint requisiti, & moniti ab ecclesia, alter non. Nota, quod si requisiti & moniti non restituant ossa defuncti intra decem dies, ecclesia ipso facto supponitur interdicto. Nota, quod Papa potest decernere iurantem non obligari iuramento, quando causa legitima subest ad hoc supra eodem lib.de reb.eccles.non alien.ca.2.de elec.vbi periculum.§.penul. Dominicus.

† Plures modos quib.Papa præcipit, ponunt Do. & Ancha. & isti pñti contrafaciẽs, licet,nõ excõicetur grauiter peccat c.2.de maiori.& obe.8.qu.3.sciendum. Similiter ille modus in dignationẽ. B.Apost.Pet.& Pa. solum arbit. pę.no. Bal.in l.1.C.de sa. san.eccle.Superantius alle.etiã Bal. in c.3.§.porro q̃ fuit prima cã beneficij amittendi. Fon.

C A P. I.



Nimarũ periculis [a] & & scandalis,quæ frequenter ex his proueniunt, obuiare volentes,[b] vniuersis religiosis & sęcularibus clericis, cuiuscunq; status, vel conditionis existant, † in virtute Sanctæ obediẽtię, ac sub interminatione maledictionis æternæ,[c] districtissime prohibemus; ne aliquos ad vouendũ,iurãdum, vel fide interposita, seu alias promittendum [d] inducant,vt apud eorũ ecclesias sepulturã [e] eligãt, vel iam electã vlterius nõ immutent. Nos enim(si secus actum fuerit) electionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis. Statuentes, vt hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas ecclesias vllatenus sepeliri,nec alibi(ne contra votum,iuramentum, aut promissum huiusmodi a se factũ, materiã habeant veniendi [f]) possint eligere [g] sepulturã,sed contradictione quacumque cessante sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas [h] sepeliendi de iure fuissent, si alias sepultura non electa forsitan decessissent.

¶ Si verò ijdem religiosi, vel clerici,prædictos [i] in suis ecclesijs, vel cœmeterijs præsumpserint sepelire: ad restitutionem

[Prima gl.dicit quid suppleat, & declaret.]

a ¶ Animarum periculis.] Emanauit ad suppletionem decreta.sup.de pact. plerique, & propter ea,quæ in fin. not. Host.dicens,o, quot & quantorum animas constitutio hæc astringit, nam quasi omnes sibi talia attrahunt, & tales alliciunt, ut infirmare contingat medicos, qui sanare debuerant.

b ¶ Volentes.] ad hoc sup. de offi.leg.officij.

c ¶ Æternæ.] hodie transgressores excommunicati sũt ipso iure:nec absoluuntur ab alio,quam a Papa, nisi in mortis articulo, per clc. de pœn. cupientes.in fine,quæ etiam reseruat pœnas infra positas.

d ¶ Promittendum.] nõ enim Deus facit differentiam inter ista.22. q.5.iuramenti.

ADDITIO. Vide quod scripsi de iureiur. debitores. super verb.cogendi,& quod not.eo.tit.c.vlti.in ult.gl. Ioan.And.

e ¶ Sepulturam.] cũ enim hoc sit speciale pactio interuenire non debet.2.quæstione 2. quam pio.§.cauete ergo de pac. pactiones.[quod intellige cum sepeliendo. Inter duas enim ecclesias bene ualeret pactum quod dic,vt su.eo. lib.de pac.c.1. Io.And.] Sumitur autem sepultura multis modis, quod dic, vt no.13.q.2.c.clerici. §. item quæritur. & sup. eo.c. pen.

f ¶ Veniendi.] licet non teneat principale, tenet accessorium quo ad q̃d:& est speciale, ad idem de iureiur. debitores: vbi de hoc. & eo.tit.cum contingat. Io.And.

g ¶ Eligere.] punitur ergo in quo deliquit.de tempor. ord. litteras.de his quę fi. a maio. par.Cap.quæsiuit.

[Glo. seq. exponit, quærit, & ad vtramque partem arguit.]

h ¶ Apud quas.] s. vbi sunt maiorũ suorum sepulchra. 13.qu.2. Ebron cum c.seq.& supra eod. ca. 1.in prin. 1 quod de intestato debet intelligi. Quid si ecclesia ista, 2 de qua promiserat, sit illa in qua ab intestato sepeliri debebat? declarari debuisset: quia si dicamus quod ibi non debeat sepeliri, ubi ergo sepelietur: & littera dicit non apud illas, &c.unde posset dici,quod ibi sepelietur non obligatione promissionis, sed potestate iuris. sicut cum ex duabus seruitutibus remittitur altera, altera remanet,ad hoc de vsu pal.ex tuarum, ff.de ser.urb.pręd. si domus tua. In contrarium videtur quod su.dixit,nec apud electas ecclesias vllatenus sepeliri: præterea secundum hoc semper illi apud quos est sepulchrum, maiorum etiam ex electione vel promissione, quia priuati erunt potestate eligendi, habebunt obtentum: q̃d esse non debet.33.q.5.hæc imago. supra de procu,tuæ.infr. de reg.iur.cum quid.

1 Et ibi dix quid iuris de sepulchro maiorũ no apparet.de quò hic, Archi. Io.And

2 Vide Fely in ca. nõnu li.co.37.ue sed cõtra ist extr. de res

i ¶ Prædictos.]quos sic induxerunt:non ergo prohibet decre.quin possint eligere, sed prohibet inductiones & promssiiones.

ADDITIO,Et sit rõ sec.Io.Mon.quare non possum uoto firmare id quod licet facere: quia electio sepulturæ est pars ultimæ uoluntatis, cuius libertas tolli non debet.C.de sac.san.ecc,l.1.argum.de sponsa.Gemina.cum concor.Item cum prouisum sit a iure non eligenti: illa iuris prouisio impediri non debet, nisi mera liberalitate testantis.Et adde quod no.super 5.glo.Addebat ipse. Io. quòd electio sepulturæ est ius speciale inductũ contra ius commune,ut supra uersi. proxi.& tale ius solus princeps,qui supra ius est,potest inducere: quare sicut alius a principe non potest tollere ius commune: sic nec ad ius speciale adijcere, quo arctetur ius commune,& ex hoc dicat cõcludi, quare hic punitur deceptus, sicut attentans contra iura. Ioan.And.

a ¶Sepultorum corporum.] supra eo.ex parte[&c.fraternitati,&c.cum liberum.Io.Andr.]

[Glo.seq.recit. per quæstionem.]

b ¶Decendium.]istud decendiũ in restitutione corporis currit ex quo petitum fuerit, sed in restitutione rerũ credo, ꝙ statim 1 currat: & ideo in rebus non fuit additũ si petantur.Ista.n.cõstitutio non intendit minuere, sed addere ad decre.plerique. supra de pactis. Sed ibi sine aliqua petitione dicebatur eos obligatos ad restitutionẽ, ista imponit tempus & pœnam.

1 Computato die perceptionis ẽm Archi. & intelligo đ momẽto ad momentũ. Ipse aũt remittit· sup. de rest. spol.frequẽs Io.And.

tam sepultorum corporum [a] si petantur, quam etiam omnium,quæ occasione sepulturæ illorum, peruenerint quomodolibet ad eosdẽ, infra decendium [b] integraliter faciendam, [c] ipsos obligatos esse censemus. Quam nisi fecerint, Ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, necnon & cæmeteria earundem, extunc eo ipso sint & tãdiu maneant ecclesiastico supposita interdicto, [d] donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum.

[Glo.seq.recit.per quæstionem.]

c ¶Faciendam.]non dicit cui ecclesię: credo ꝙ Ecclesiæ, cui facta est iniuria, videlicet apud quam sepeliri debebat, parochialis Ecclesia iam habuit suam canonicam, & sic non obstat ĩ.c.proxi. quę in alio casu loquitur. Si ergo ipsa eadem fuerat Ecclesia dimissa, cui soluetur pœna? Vnde extincta videtur actio sicut cum creditor succedit debitori.ff.de solu. Stichus. §.a diuo.

[Glo.seq.recit.per quæstionem.]

d ¶Interdicto]ergo propter transgressionem unius fratris Ecclesia tota & cæmeterium punietur: sufficit ita scriptum esse:& potest esse ratio: quia ex quo illum sciebant suum non esse, inuestigare debebant diligenter,qua ratione ad eos deuenerit.ad hoc C.unde vi.cum quærebatur.

CVm.] Diuisio patet per paragraphos. Præmitte, ꝙ canonica debeţ Ecclesiæ, in qua defunctus cælesti pabulo refici consueuit. supra eo.c.1.Et per hoc videbatur,quod parochiali.Itẽ ei a qua corpus assumitur,sup. eo.de his,& prouidebatur, quod ei in qua sunt sepulchra maiorum.Domin.

¶ Præsupponendum est pro intellectu hujus cap. illud quod habetur in c.certificari.eo.tit.in antiq. videlicet quod quando quis eligit sepulturam in aliqua Ecclesia dimissa sua parochiali Ecclesia, illa Ecclesia debet habere canonicam portionem,quæ cessante consuetudine est quarta pars omnium illorum, quæ obuenerunt occasione funeris.

CASVS. Prædecessores cuiusdam Titij consueuerunt sepeliri in Ecclesia fratrum Minorum: quia ab antiquo habent ibi sepulturam:Titius autem elegit suam sepulturam in quadam tertia Ecclesia, non in propria Ecclesia parochiali, nec in Ecclesia suorum prædecessorum: unde illi tertiæ Ecclesiæ plura obuenerunt occasione sepulturæ ipsius Titij: Certum est,quod illa tertia Ecclesia debet canonicam portionem. Sed quæritur, cui Ecclesiæ:vtrum Ecclesiæ parochiali Titij, vel Ecclesiæ prædecessorum suorum; Respondet Romanus Pontifex, quod ista portio canonica soluenda est Ecclesiæ parochiali ipsius Titij,in qua audiuit diuina, & non alteri Ecclesiæ vbi sunt sepulti maiores:Nam ista canonica portio datur in recompensationem laborum, quos sustinuit rector Ecclesiæ parochialis in celebrando diuina,& ministrando sacramento defuncto, tempore suæ vitæ. Sed quid ponamus, quod Titius habebat duo domicilia, in vtroque se collocabat pariter, puta in æstate faciebat residentiam in vno domicilio, in hyeme in alio, quæ domicilia erant in diuersis parochijs; iste Titius mortuus est erecta sua sepultura in quadam tertia Ecclesia:dictũ fuit supra,ꝙ Ecclesia sepulturæ debet hr̃e canonicã portionem:sed quæritur quæ istarum Ecclesiarũ habebit canonicam portionẽ: utrum illa Ecclesia in cuius parochia est mortuus,uel alia? Quidam

¶Idem.

¶Ecclesiæ dimissæ non debetur canonica portio, sed parochiali: & pluribus,si sunt plures.

CAP. II.

CVm † quis, [e] cuius maiores sunt soliti ab antiquo in aliqua Ecclesia sepeliri, [f] ea dimissa eligit alibi sepulturam: canonica [g] portio dimissæ non debetur Ecclesiæ

dicũt, ꝙ illa Ecclesia in cuius parochia est mortuus: uerum tñ Romanus Põtifex decidit hic ɔ̃triũ, videlicet, ꝙ Illæ duæ ecclæ parochiales diuidãt inter se illã canonicã portionẽ. Aliqui dicebãt ꝙ quilibet poterit eligere sepulturã, dimissa parochiali Ecclesia, dũmodo eligeret in loco magis religioso, hoc est, in loco ubi magis celebrant diuina. Sed quid erit,si aliquis elegit sepulturã in loco minus religioso, & dimisit locum magis religiosum, puta quia eligit sepulturã suam in vna Capella, in qua forte semel in anno celebrantur diuina? Respondet ꝙ quis potest eligere sepulturam in loco minus religioso, dimisso loco magis religioso, licet olim esset ɔ̃rietas inter Doctores. Nota primo ꝙ quis põt eligere sepulturam dimissa Ecclesia parochiali,& etiam dimissa Ecclesia, in qua sepulti sunt sui maiores. Et canonica portio est soluenda Ecclesiæ parochiali, in qua recepit sacr̃a, & non Ecclesiæ in qua est sepultura suorum maiorum: & sic non est soluenda canonica portio illi Ecclesiæ,in qua fuisset sepultus,si non elegisset sepulturam: nam sepulchrum maiorum,non præfertur Ecclesiæ parochiali.c.proxi.s̃. eo.Nota, quod ista canonica portio non soluitur Ecclesiæ parochiali, eo quod Ecclesia est dimissa, sed soluitur in recompensationem laborum, quos sustinuit rector Ecclesiæ parochialis in celebrando diuina, & administrando sacramenta ipsi defuncto, ideo solui debet Ecclesiæ parochiali,& non Ecclesiæ, in qua est sepultura suorum maiorũ. Nota vlterius,quod quis potest habere plura domicilia,& tuuc si eligat sepulturam in aliqua tertia Ecclesia, debet solui canonica portio ambabus Ecclesijs, in quibus ipse defunctus habebat domicilia. Quid si haberet unũ domicilium solum,quod partim esset de una parochia, & partim de alia: cui Ecclesiæ est soluenda canonica portio? Dicit glossa ꝙ idem, videlicet, quòd soluatur duabus Ecclesijs per medium. Communiter tamen seruatur, quod ille est censendus parochianus illius Ecclesiæ, in qua fouet larem. Nota, quod quis potest eligere sepulturam suam in loco minus religioso:cautius tamen faciet, si eligat locum magis religiosum: nam plus proficiunt speciales orationes, quam communes, & licet in vniuerso mundo fiant orationes communes pro omnibus defunctis, tamen specialiter fiunt orationes pro benefactoribus illius Ecclesiæ.

† Vide Cõc. Trid.sess.25. de reform.c. 13.& Cardi. cons.oo.inc. Eps Feltrẽ.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

e ¶Cum quis.]Primum dictum huius decretalis emanauit ad declarationem eorum,quę not.Ber.& moderni sup.eo.de his, & approbatur opinio Innoc.& reprobatur opinio Hug.& Ber.

f ¶Sepeliri.] vnde si intestatus decessisset, ibi sepeliri debuisset,ut dixi sup.c.proxi.& sup.eo.tit.c.1.

[Glo.seq.recit.per quæstionem.]

g ¶Canonica.] saltẽ quarta,uel stetur ɔsuetudini supra eo.c.certificari. in ijs q̃ eligunt sepeliri apud Minores, vel

vel Prædicatores taxata est quarta per Extrauag. Bonif. quæ incipit: Super cathedrā. in tit. de sepul. quæ fuit reuocata per Bn̄dictū: hodie innouata p Cle. eo. tit. dudū. ADDITIO. In quarta, vt in minori, oēs canones cōcordāt. facit s̄. eo. lib. de arb. c. 1. & ibi cōcor. & vide ꝙ not. e. tit. certificari in vlt. glo. & quod super ea scripsi. Io. And.

a ¶ Dūtaxat.] q̃a ētsi apud debitā sepultus fuisset, habuisset parochialis eccl'a canonicam 1 sup. eo. c. 1.

b ¶ Domicilia.] quod esse pōt, de rescr. dilectus 2. ff. ad munici. l. assumptio. Itē posset quis esse sine domicilio, ut si relicto domicilio nauiget, vel iter faciat, q̃rens quo se collocet. ff. ad muni. l. Labeo ī prin. & l. eius. & ꝙ dicit hic de diuersis domicilijs, satis puta rē esse æquum in vno, ꝙ æqualiter esset ī duabus parochijs, vtputa inhabitat quis domū in ꝯfinio duarum parochiarū, uel duas domos ꝯiūctas habitat, q̃ sunt in duabus parochijs, vt eadem ratione illæ duæ diuidant quartam.

ADDITIO. Facit ꝙ post Inno. scripsi supra de parochijs. super eo. in gl. limes, & ꝙ not. 16. q. 3. licet in gl. pone ꝙ Io. And.

c ¶ Diuidere.] sim. s̄. de test. relatū. 2. ad fi.

1 Vide qōnē quā hic disputat Francus de decedente in monasterio inf. annū probationis: an tunc Ecclesia parochialis debeat habere canonicā.

† Not. Dn̄icus & Phil. ꝙ assignatis centum pro certo actu faciēdo & plures faciunt actū simul, diuidenē dicta centū intèr eos. exēplum primo intranti arcē promissa sūt centum, tres intrāt simul, inter se diuident illa centum. Imo. in clemen. & si principalis. de rescr. Bar. in l. hoc arti. ff. de hær. in. stit. Ang. de ag. succes. §. proxi. Fon.

sed illi duntaxat,[a] in qua ille officia consueuit audire diuina, & ecclesiastica recipere sacramenta. Cum ab eo, qui duo habet domicilia[b] se collocans æqualiter in vtroque in loco tertio eligitur sepultura: domiciliorum ecclesiæ habebunt inter se † diuidere[c] canonicam portionem.

¶ In loco etiam minus religioso potest noua eligi sepultura. h. d. secundū Zen.

¶ Si quis[d] antiqua dimissa nouam etiam in loco minus religioso elegerit sepulturam, electionem huiusmodi (licet iura super hoc videantur esse diuersa) nequaquam volumus impugnari.

¶ Idem.

¶ Trāslatio personæ ad certū locum facta ad tēpus,

d ¶ Si quis.] hic terminanē q̃ no. 13. q. 2. c. 1. §. nunc aūt quæritur & s̄. eo. fraternitatem & approbatur opi. Lau. Vin. Ioan. & Goff. reprobata opinione Hug. Ala. Tan. & Ber. quam etiam Host. magis dicebat iuri consonam.

IS qui.] partes patent. Secunda ibi, Mulier. & prima soluit dubium, & solutionem moderatur ibi, Dummodo, Io. Andr.

¶ Si ciuis alicuius ciuitatis tpe æstiuo, ut fructus colligat, accedat ad suā coloniam: & ibi mortuus est, non sepelietur in Ecclesia, in cuius parochia mortuus est, sed portandus est ad suam Ecclesiam parochialem. h. d.

CASVS. Titius huius ciuitatis ciuis, q̃ habebat mediatariā, vel coloniam, tpe æstatis ad illā accessit pro recolligendis fructibus, vel forte pp pestē, & ibi mortuus est intestatus, quantū ad sepulturā? vtrū sit sepeliendus in Ecclesia parochiali, in cuius parochia decessit? Certe nō sed est portandus ad suam Ecclesiam parochialē, si commode fieri possit. Sed quid sanctissime pater: certum est, ꝙ mulier uidua sepelienda est cum suo marito: Ponamus ꝙ aliqua mulier habuit plures maritos: quæritur, cum quo sit sepeliendū? Rn̄det cum ultimo marito: q̃a tenet honorem & dignitatem ab ultimo marito l. femina. ff. de senatoribus, ubi mulier habet dignitatem ex persona sui mariti. Et si muller quæ nupsit senatori, postea nubat plebeio perdit dignitatem primi mariti. Nota quod in iure villa accipitur dupliciter, ut in glo. de re. diui. insti. circa princ. Vno modo accipitur pro cōgregatione ædificiorum, non fortificata muris: quia si esset fortificata muris, diceretur castrum, uel ciuitas.

Nota ꝙ ex sola mora facta in loco quis non censetur parochianus illius loci: sed oportet ꝙ animo sit perpetuæ moræ, vel ad minus per decem annos faciat ibi residentiam, nisi appareat de contraria uoluntate, vt in scholaribus, qui licet moram faciant in vniuersitate, non tamen cēsentur domiciliarij illius loci. No. ꝙ cum quis decessit non electa sepultura, est sepeliendus in loco suorum maiorum: aliàs mulier est sepelienda cum viro suo: & si habeat plures viros, est sepelienda cum ultimo. Nota differentiā inter ciuitatem, castrum, & uillam, de qua ĩ. de senten. excom. si ciuitas. Nota finaliter, quod dictio potius, fiat correctiue, secundum Archidiaconum. Dominicus.

Ecclesia ius sepulturæ non aufert. h. d. secundū Zen.

CAP. III.

IS, † qui habet domicilium in ciuitate, vel castro, quādoque ad villam ruralem se transfert recreationis causa, vel vt ruralia exerceat in eadem: si non electa[e] sepultura decedat ibidem, non in ecclesia dictę villæ, sed in sua parochiali, vel in ea potius, in qua maiorum ipsius ab antiquo[f] sepultura extitit, sepeliri debebit; Dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari.[g]

¶ Mulier mortua, quæ pluribus nupsit, cum viro vltimo sepelitur.

c ¶ Sãguinis. humani & iniuriosi. [facit de priuileg. tuarum. in prin. in antiq.] Vnde si ibi occidatur canis vel humanus sanguis casu effundatur, vel si quis ibi minutionẽ faciat, 2 Ecclesia non est reconcilianda, & si sine sanguinis effusione occidatur ibi hõ. puta cũ tersorio ad collũ, bñ reconciliať pp̃ de criminis horrorẽ, sec. Hug. q notat hoc de cons. dist. 1. ecclesijs. 3 Et est casus su. e. proposuisti. vbi dr̃ ꝙ pp̃ter homicidia, & vulnera reconciliatur eccle. nõ dicit an in his fuerit sanguinis effusio nec ne, ad hoc ff. ad l. Aquil. qua actione §. 1. Et si extra ecclesiã vulneratus ad ecclesiã fugiat, & ibi sãguinẽ spargat, nõ recõciliať eccl. secus ecõtrario, 4 vel cum sanguinẽ colligit in scutella. Si aũt sup. tectum, pone cum sagitta hõ interficitur: Dixit ibi Hug. ꝙ nõ est facienda reconciliatio; quia extra ecclesiã vr̃ factũ. [Eadem rõne dr̃ idem qñ sub ecclesia in cella cauerna, vel spelunca ibi sita, ad vtrumque faciunt iura loquentia de ingressu ecclesiæ. s̃. eo. lib. de off. veleg. c 2 & inf. de sent. excom. is cui.] Sed quid si sanctus vir ibi occidatur, nunquid reconciliatur ecclesia? vr̃ ꝙ sic: quia iura indist încte loquuntur: & sceleratius est iustum & sanctum occidere, quã iniustum. 23. q 5 si non licet. In contrariũ videtur, cũ ecclesia sanctificata sit, non polluta Ad hoc s̃. eo. lib de elect. fundamenta, post prin. ver. Isti sunt & 21. d. quamuis.] Sed hoc verum est ex sanguinis effusi passione. sed ex ipsius effusi actione bene polluitur iuxta illud. Actio displicuit, passio grata fuit. 5 Vnde primum teneas; locum tamen sanguinis non lauabunt.

ADDITIO. Si vir sanæ mentis seipsum occidat in ecclesia, vel vulneret irato animo ad sanguinis effusionẽ: ex quo publicum est, reconciliabitur Ecclesia. ad hoc sufficit quod scripsi sup. de sen. excom. contingit super verb excomm. in fi. Io. And.

[Gl seq. in quæstione duas contrarias opin. recitat; secundam approbat.]

d ¶ Seminis. humani. nõ canum. Et intelligunt hic qdã de semine fornicatio: vnde si vir cognoscit vxorẽ in ecclesia, nõ recõciliabitur. hoc tenet Hug. cuius glossas posuit Io. de conse. d. 1. ecclesijs. Vin. & Gandolphus. Sed ipse Io. cõtra; quod verum puto allegabat. ff. de sol. l quod dicimus, & hoc no. 31. d. quoniã 68. dist. ecclesijs 33. q. 4 Apostolus, nam multa licita ex loco sunt illicita. 2. q. 7. accusatio de imm. eccl. c. 1

ADDITIO. Arch. ēt tenuit, ꝙ coit⁹ coniugalis nõ polluit eccl. qui dicebat, quòd licet in eccle. non debeat regulariter debitum reddi vxori, si tamen petat, & reddatur, non potest dici adulterium vel fornicatio, facit de cons. d. 1. si motum Io. And.

e ¶ Contiguum. contigua dicuntur, quorum extrema se contingunt.

ADDITIO. Fuit dictum Arist. 5 Phys. qui subdit illa esse contigua, quorum terminus est vnus, & idẽ, datur exemplum de aqua in vase, est enim vasi cõtigua sed in se contigua, & c. Io. And.

f ¶ Pollutum. concor. inf. de sent. exc. si ciuitas, vbi idem de ecclesia interdicta distinguitur. Io. And.

g ¶ Polluto. sanguinis vel seminis effusione, vt s̃. vel quia ibi fuit aliquis excommunicatus, sup. eo. cõsuluisti (Idem hic Archid.)

h ¶ Maius. ad se trahere videatur: quod est. inf. & hoc esse non debet, su. eo. quod in dubijs; vbi de hoc. ad idem sup. eo. lib. de præb. c. antepe.

i ¶ Principalis.] qood esse non dẽt, imo potius econtra-

tra-

1 Et est hoc expressum, 1. q. 1. ꝙ quidem, in fin. Io. And.

2 Idem fi[...] cidatur [...] lapide [...] ligno ca[...] te, Phi. ca. eccle[...] de cõs. d[...] Fon.

3 Et ide[...] Arc. hic [...] ibi vt re[...] tit. Io. A[...]

4 Secũd[...] Vin. qui l[...] no. s̃. e. p[...] posuisti [...] 1 gl. all[...] ff. ad leg[...] Aqu. h[...] scri ptur[...]

5 Seneca [...] 3. declan[...] ēt vbi re[...] diũ est [...] ri. scelus [...] occider[...] Io, And.

tratio. j. de reg. iur. accessorium. cum suis concord.
a ¶ Pariete.] paries igitur diuisionem inducit ad idem sup. eo. lib. de electio. vbi periculum. §. in eodem.
b ¶ Violatum.] Nota quod licet accessoriũ sequatur principale contiguum: non tñ sequitur accessoriũ ẽt cõtiguũ vt hic; multo ergo minus principale sequetur accessorium, vt s. proxi. responso.

DE RELIQVIIS & veneratione sanctorum.

Cõtinuatio. ¶ Dictum fuit sup. de ↄsecratione ecclesiæ vel altaris: verũ quia in ecclesijs cõsecratis solent poni reliquiæ sanctorum: ideo ad nos informandũ ponit titulum de reliquijs & veneratione sanctorum.

GLorios⁹.] Primo Bonifaci⁹ ponit exordiũ de diuina prouidẽtia, quæ di[...]n[...]ores extolit. Secũdo ponit imitationẽ eccl'æ militantis, ibi. Sic & almę. vbi facit tria: Primo cõmendat Apostolos, Euangelistas, quatuor Docto. eccl'æ diuisim. Secundo, ibi, ideoq; ponit pteritã prouisionẽ ecclesiæ circa ipsorum excellentiã. Tertio ibi, Nos itaq; ponit suã additionẽ de festis illorũ sub officio duplici celebrandis. Io. And.

† Vide Cassaneum in catalogo gloriæ mũdi. par. 3. consideratione 29. & multis sequẽtib.

¶ Istud capitulũ solũ hẽt quod festa principalia xij. Apostolorũ, quatuor Euangelistarũ, & quatuor Doctorũ. s. Gregorij, Augu. Ambr. & Hieronymi dẽnt celebrari sub duplici solẽnitate: Vñ dũt aliqui, quod festum alicuius sancti dr̃ celebrari sub duplici solẽnitate, qñ in principio psalmi dr̃ tota antiphona, & iterum in fine psalmi dr̃ siŕr tota añа. Et dr̃ celebrari sub simplici offõ, & solemnitate qñ ante psalmũ dr̃ solum principium añæ. Et dicit Missa celebrari sub duplici officio, qñ in Missa dr̃, Gloria in excelsis Deo, & Credo in vnum. Nota pulchrum exordium, in quo potes notare, quod Deus in retributione meritorum magis amplificat illos, qui plus meruerunt ex ipsorum operibus: & sic patet, quod in gloria paradisi est differentia dignitatis quo ad maiorem & minorem gradum.

† No. hic Pe. de Anch. quod ĩ paradiso sũt etiã ordines dignitatum. vide text. 89. dist. c. ad hoc & Ioã. Andr. hic Font.

[Prima gl. summat.]

cohærentia, pariete [a] tamẽ medio seiunguntur. Ideoque violato eorum altero, alterum (licet de vno ad aliud per portam intermediã habeatur accessus) non propter hoc reputabitur violatum. [b]

TITVLVS XXII.

De reliquijs, & veneratione sanctorum.

Bonifacius VIII.

¶ *Festa xij. Apostolorum, quatuor Euangelistarũ, & quatuor Doctorum, & Confessorum Ecclesiæ scilicet Gregorij, Augustini Ambrosij, et Hieronymi sub officio duplici debent solemniter celebrari. Ioã. Andr.*

CAP. VNIC.



GLoriosus [c] † Deus in sanctis suis, & in maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicij, cælestia pariter & terrena disponit, & si cũctos eius ministros magnificet, altis decoret honoribus, & cælestis efficiat, beatitudinis possessores, illos tamen (vt dignis digna rependat) potioribus attollit insigniis dignitatum, & præmiorum vberiori retributione prosequitur, quos † digniores agnoscit, & commendat ingentior excellentia meritorum.

¶ Sic & alma mater Ecclesia eius sacra vestigia prosequens, & exemplo ducta laudabili licet vniuersos in regnis cælestib. constitutio, studijs honorare sollicitis & sonoris et ferre præconiis non desistat: gloriosissimos tamen Christianæ fidei principes, atheletas Dei electos, iustos sæculi iudices, lumina vera mundi, videlicet Christi redemptoris Apostolos numero duodeno [d] contentos, qui viuentes in carne prædictam ecclesiam suo pretioso sanguine plantauerũt, ipsam erigendo sublimiter, & disciplinis sanctissimis dirigendo; Reuerendissimos etiam patres, virosque clarissimos quatuor [e] Euangelistas Domini, per quorũ diligentissima & fidelissima studia eidem ecclesiæ sacra Euangelia illuxerunt: Egregio quoque ipsius Doctores Ecclesiæ beatos Gregorium, qui meritis inclytus, sedis [f] Apostolicæ curam gessit, Augustinum & Ambrosiũ venerandos † antistites, ac Hieronymum sacerdotii præditum titulo, eximios Cõfessores, summis attollere vocibus, laudibus personare præcipuis, & specialibus disponit honoribus venerari. Horum quippe Doctorum perlucida & salutaria documẽta prædictam illustrarunt Ecclesiam, decorarunt virtutibus & moribus informarunt: per ipsos prætera quasi luminosas ardẽtesque lucernas super cã-

c ¶ Gloriosus.] Festa duodecim Apostolorum, quatuor Euangelistarũ, & quatuor Doctorum, & Cõfessorũ ecclesiæ. s. Grego. Aug. Amb. & Hierony. sub officio duplici debent solemniter celebrari.

[Gl. secunda ponit noĩa xij. Apl'orum.]

d ¶ Duodeno.] hoc dicit pp Paulũ, & illos, qui non fuerunt de numero: Hi aũt sunt xij. Petrus, Ioan. Iacob⁹ Zebedęi, Andreas Philippus, Thomas, Bartholomæus, Matthæus, Iacobus Alphæi, Simon, Iudas Iacobi: Et Matthias, qui fuit in locum Iudæ Iscariotis.

ADDITIO. Matthæi 10. & Mar. 3. Iudas Iacobi vocat Thadæus. Et de his oĩbus habetur Lucæ 6. Io. And.

e ¶ Quatuor.] Marcum, Matthæum. Lucam, & Ioannem.

[Gl. seq. primo pbat quinq; rõnibus, quod solus Papa canonizat; allegat duo iura in ↄrium, & soluit: secũdo tractat q̃d p canonizationẽ consequit sanctus, & an prius possit ad eum orari? Tertio, quid in canonizatione sit inquirẽdũ, ponens quatuor, quæ in miraculo requiruntur.

f ¶ Sedis Apostolicę.] solus [1] Papa hẽt non solũ certos de sanctis si alijs extollere, sed etiã eos canonizare; multiplici rõne: Primo, qa ista est vna de maiorib. causis, q̃ inter Christianos pponi possit, & sic est ad sedem Apostolicã referẽda. de baptis. maiores. Secũdo, qa miracula attribuunt fidei: hæc igitur qõ cũ sit de fide, præcipue est ad sedem Apostolicam referenda 24. q. 1. quotiẽs. Tertio, quia ad Papam spectat declarare dubia scripturarum, qui fiũ-

fiunt

+ Al. reuerẽdos.

1 Quod ad solum Papam spectat canonizatio sanctorum docet plene Turrecremata in c. 1. de ↄsecr. dist. 3. q. vlt. & Trohilus Maluetius I tract. de canonizatione sanctorum dubio 2.

delabrum in domo Domini poſitas, errorū tenebris profugatis, totius corpus Eccleſiæ tanquam ſydus irradiat matutinum. Eorū etiam fœcunda facundia cœleſtis irrigui gratia influente ſcripturarum ænigmata reſerat, ſoluit nodos, obſcura dilucidat, dubiaque declarat: profundis quoque ac decoris illorum ſermonibus ampla ipſius eccleſiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, & verborum elegantia ſingulari † glorioſius ſublimata, coruſcat. ¶ Ideoq; circūſpecta prudentia dictæ ſedis (quæ actibus intenta ſalubribus, & operib. expoſita pietatis, libēter & ſolerter exequitur, quę ſunt Dei) pręmiſſa ſolicite digneq; conſiderans, & debita meditatione perluſtrans, ad diuini nominis honorē & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, ſalutemq; fidelium, meritò cēſuit, riteq; prouidit, Apoſtolos, Euãgeliſtas, & Cōfeſſores eoſdē i vniuerſali eccleſia honorificentiæ potioris impendijs attollendos, vt ab ea tanto prepenſius honorari ſe ſentiant, quanto ipſam præ ceteris excellentius illuſtrarunt.

¶ Nos itaque piis ducti cōſiliis, dignisque ſtudiis excitari, nonnullos † prædeceſſores noſtros Romanorum Pōtificum, qui ſpecialis deuotionis proſequentes affectum aliquorum feſta ſanctorum ſub duplici ordinauerunt officio celebranda imitari ſolicite intendentes: eorundem Apoſtolorum, Euangeliſtarum, & Confeſſorū feſtiuitates pręcipuas (de fratrum noſtrarū conſilio & aſſenſu) ſub officio duplici [a] per vniuerſas orbis Eccleſias volumus, ſtatuimus & præcipimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus ſolemniter celebrari.

TITVLVS XXIII.

De immunitate † Eccleſiarum, cœmeteriorum, & aliorum locorum religioſorum.

Alexander IV.

¶Seculares poteſtas ab Eccleſiis, vel eccleſiaſticis pſonis tallias vel exactiones pro rebus vel poſſeſſionib. acquiſitis, uel acquirē̄dis exigere non præſumāt. nec eas compellere ad ipſas diſtrahendum, vel extra manum ſuam ponendum. h.d. Ioan. And.

ſint legit per veneradilem. multo fortius dubia ſanctitatis: quia circa maiora maius periculū vertitur: Iō &c. ſupra de elect. vbi periculum. (eod. lib. ſupra.) Quarto, ne propter multorum Epōrum ſimplicitatem, populū decipi cōtingat. ſup. eo. ti. c. 1. & 2. Quinto, ne in infinitū contingat ſanctos multiplicari: & ſic deuotionem refrigeſcere, & ſanctitatem vileſcere 80. diſt. Epi. vn̄ tñ ad id 5 ſupra de ferijs. cap. vlt. de conſe. diſt 3. ca. 1. vbi vr̄ ꝙ Epi hoc poſſint: ſed illud intelligitur de ſanctis iam canonizatis non. n. oīum feſta vbique colunt. Hoc autem cōſequit̄ ſanctus per canonizationem: ꝙ eccleſia pro eo ſolemniter & pro aliquibus ſolemnius dicit officium, vt hic. Itē inter alios ſanctos in litanijs nominatur & inuocat̄: & ſi eccleſia in canonizatione erraret 1 quod non eſt credendum, licet accidere poſſet, de ſnīa excō. à nobis:) nihilominus preces in honorem talis, acceptæ & gratæ ſunt: per fidem .n. Chriſti oīa purgãtur. de cohab. cler. & mulier. veſtra. & eſto ꝙ veritas canonizationis deficiat: non deficit fides. de bapt. debitū. de presb. non bapti. c. 2. & 3. Dicimus. n. ꝙ cuilibet, licet in ſecreto alicui defuncto quem ſanctum credit preces porrigere, vt pro ipſo ad Deum intercedat, licet ſolemnes preces publice emittere, vel ſolemne officium publice dicere nequeat, vt dixerunt Inno. & Hoſt. s. eo. tit. c. 1. Ad canonizandum aut ſanctos inquirendum eſt; 2 an illi, de quo canonizando quærit̄, prior vita teſtimoniū præbeat pro laboribus multis moribus caſtis, actibus ſtrenuis 61. diſtin, miramur. Oportet. n. hoc pn̄ti teſtificatione prædicari: & bonæ famæ præconis non taceri. 12. q. 2. quatuor. & maxime quæri dēt de ſimplicitate & humilitate: quia ſuperbis Deus reſtituit, humilibus autem dat gratiam. Itē debet quęri, an in vita pſecutiones paſſus fuerit, 7. q. 1. omnis qui. &c. ibi, adunati, & an paſius fuerit ex charitate 1, q. 1. vide. Quærendum etiam eſt de miraculis factis in vita & poſt mortem. Et quantum ad hoc ꝙ ſit miraculum, quatuor requiruntur. Primo ꝙ ex Deo, non ex arte contingat, nec ex diabolo; nam miracula quãque fiunt per malos 3 1. q. 1. teneamus. & c. prophetauit ne ceſſe eſt .n. martyres a Deo impetraſſe, quæ mandant. 50. diſt. ſi quis præpoſtera. Secundo, ꝙ ſit 3 4 naturam: ſicut de virga Moyſi mutata in colubrum: & de aſina loquente ad Balaam. ſup. de hær. cum ex iniuncto. Tertio, quod non ex vi verborum, ſed hoīs merito contingat, nam panis & vinum poteſtate & virtute verborum trãſubſtãtiantur in corpus & ſanguinem ſup. de cele. Miſ. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. Quarto, ꝙ ſit ad corroborationē fidei herba enim miniſterio hoīs tranſit in vitrum: ſed hoc vel ad corroborationem fidei: & iō ad canonizationem (niſi hæc quatuor concurrant) miracula non prodeſſent, ſm ſummiſtas, qui hoc no. ſupra eo. tit. [per totū] & moderni ſupra de teſta. c. venerabili.

ADDITIO. An ſit de neceſſitate miraculi, quod fiat in inſtanti, & an ſit contra rationem miraculi liberatum in liberatione dolere: tractat Archi. 36. qō. 5. nec mirum, verſ. nec ideo. Io. And.

a ¶ Duplici.] dn̄t quidam officiū duplex cum tota antiphona dicitur ante pſalmū: & tota poſt pſalmū cum aliàs non tota, ſed ſolum principiū dicatur ante pſalmū. alij aliter: clericis hoc relinquo.

ADDITIO. Remittit Archid. ad Rational. Guliel. lib. 7. Titu. de feſtiuitatib. ſanctorū. verſic. quædam autem feſta. Io. And.

DE IMMVNItate Eccleſiarum, &c.

[Dictum fuit ſup. de beneficijs & eccleſijs tam ſęcularibus, quã regularibus, & etiam dictum fuit ſup. de cenſib. & exactionibus, & procurationibus in ca. quamquam eccleſiæ. quod eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes a pedagijs, guidagijs, & alijs exactionibus ſæcularibus, verum quia poſſet dubitari, an alia immunitate gaudeat eccleſia: ideo ad nos informandum annectitur titulus generalis, de immunitate eccleſiarum. Vel poteſt continuari, Dictum fuit ſupra de conſecratione eccleſiæ, vel altaris, verum quia eccleſia poſt conſecrationem gaudet immunitate, ideo ad nos informandum, ponit titulum de immunitate eccleſiæ, Quia

† Al. ſæcularis.

1 Vide B.Th. quodlibeto 9. art. vlt. & B. Antoniū 3. par. tit. 11. cap. 8. §. 2, & Melchiorem Canum. li. 5. de locis Theo. c. 5.

2 De hoc articulo vide Troilū Maluetiū tracta. de canonizatione ſanctorum dubio.

3 Caſſanæū in catalogo gloriæ mundi, p. 2. conſidera. 49. & 60.

3 Vide … B.Th p… q. 110. a… & 2. 2. … 178. art…

† Al. ita … nullos p… deceſſorū … ſtrorum … manorū … tificum.


4 Expon… no mo… pra natu… vel pręte… dinē to… natureB… par. 1. q… artic. 4. a… arg.

† Vide C… Tri. ſeſſ… de refo. c… vbi priu… gia & im… nitates e… ſiarū, & … ſonarū e… ſiaſticarū… nouantu… confirma…

Continu… D. Hellæ…

QVia nonnulli. Tria facit secun. Io. Mo. Primo recitat in genere tyrannidem sæcularis potestatis. Secūdo ibi, Sane narrat in specie. Tertio prouidet con tra istam; ibi, Volentes.

CAP. I.



Via † nonnulli[a] habētes temporale[b] dominium, vel potestatis gerentes officium sęcularis, libertatem & immunitatem ecclesiasticam lędere ac minuere tamquā honoris & priuilegii ecclesiarum inuidi moliuntur, expedit quòd per diligentiam & auctoritatem Sedis Apostolicæ (quæ curam habet ecclesiarum omnium & tutelam) contra talium ausus & conamiua opportunum remedium apponatur: † vt Ecclesiæ ipsę plenitudine iuris sui, & libertatis integritate lętentur † ac detestabilis malignorum audacia & insolentium nefaria tameritas propulsetur.

¶ Sanè intelleximus ꝙ in regno Franciæ,[e] Cōię, Scabini, seu consules & alij domini temporales, & ij qui iurisdictionem in ipsis cōmuniis, ciuitatibus, castris, & uillis temporalem exercent, vel quibus in illis commissa est executio iustitiæ sæcularis, molesti sunt nimium ecclesiis super pluribus, & infesti; & inter cetera nituntur, & student, vt illis collectas, † & tallias, & alia huiusmodi eędem ecclesiæ prætextu bonorū,[d] quæ acquisiuerunt, tribuāt & persoluāt, vel extra manum suam ponant huiusmodi acquisita. Volentes itaque super his oībus (prout expedit) sollicitè prouidere, totque temerariis ausib. cōgruis præsidiis obuiare; auctoritate Apostolica, præhabita cū fratribus nostris diligēti deliberatione, decernimus, non licere præfatis Communiis, Scabi-

† Vide Cōc. Lat. sub Al. iij. ca. 19. & Cōc. La. sub Leo. x. ses 9 tit. de refor. curiæ. §. & cum à iure.

† al. opponatur.

† al. locētur

ADDITIO Scire debes, quod Alexāder Quartus, cuius fuit hæc decretalis, ꝓuidit 7 septē grauamina, q̄ laici inferebāt ecclesijs & clericis, & ꝙ hic dr̄, fuit primū. De secūdo formata fuit decre. q̄q̄. s. de censi quæ longe plenius ꝓuidet. Tertium fuit omissum ex cā: continebat. n. ꝙ delegatis Ecclesiæ vel ad pias causas vel pro male ablatis nil posset diminui per Cōitates occasione alicu⁹ impositionis factę post mortē testatoris vel infirmitatis, de qua decessit in fraudem. Quartū hr̄ j. de sent. excō. decernimus. De quinto, formata fuit decret. cū q̄dā, sup. de exce. c. li. De sexto. decr. licet, su. eo. lib. de iureiu. De septimo, decr. 2 sup. de fo. cōp Ioa. And. ¶ Præsupponendum est illud: quod hr̄ in l. placet C. de sacro. eccl. per quam Imperator exemit quascūque ecclesias à solutione tributorū sordidorum, & extraordinariorum, & quorumcunque superindictorum.

CASVS Certum est, ꝙ per illam l. placet. allegatā, ecclesiæ sunt immunes a quibuscunq. muneribus sordidis, & alijs exactionib. facta tali cōstitutione per Imperatorem, ecclesiæ acquisiuerut de nouo aliquas possesiones: vnde laici dicebant, ꝙ ecclesia solueret. tallias respectu illarum possessionum de nouo acquisitarū post illam l. placet. vel ꝙ illas possessiones poneret ecclesia extra suam manum. Istud fuit notificatum Summo Pontifici, qui ordinauit, ꝙ quæcunque ptātes sæculares vel quicunq. iudices laici non cōpellerent personas ecclesiasticas ad soluendum tallias pro possessionibus nouiter acquisitis, nec etiā cōpellant Ecclesias vel Ecclesiastices personas ad ponendū extra suas man⁹ possessiones de nouo acquisitas. ¶ No. primo illud, ad ꝙ allegat principiū huius c. ꝙ Ecclesia Roma. nō solū est mater aliarū ecclesi. sed ēt ipsa est tutrix, & curatrix aliarū eccles. Ex quo īfert ꝙ Papa concurrit in administratione cū quibuscunq. alijs administratoribus Idem dicēdum ī Epo respectu Ecclesiarū suæ diœcesis, & iō pōt Eps agere vel defendere ꝓ ecclesijs suæ diœcesis: q̄a sua interest licet nō immediate, sed mediate interest ipsius administratoris immediati: puta rect. Eccl. parochialis. vł alterius plati. Sed q̄ritur quis ēt erit præferendus in prosecutione iurium illarū ecclesiarū? Cōis opinio Doctorū est, ꝙ administrator immediatus erit pferēdus, & hoc qñ administrator immediat⁹ ē bonus administrator, nō suspectus. & licet eps cū eo cōcurrat; tñ est præferendus ipsi epo. Not. vlterius id ad quod principaliter emauauit psens c. videlicet ꝙ clerici ñ dēnt soluere aliquas exactiones vel tallias pro suis possessionibus de nouo acq̄sitis: quia aliquibus videbatur, ꝙ de possessionibus de nouo acquisitis post dictā l. placet allegatā, Ecclesię tenerentur cōtribuere ꝓ solido & libra. Vñ sciendum s̄m doctores, ꝙ qñ taxātur talliæ, q̄libet dēt tradere verā æstimationem rerū suarū: & si probet & possit inueniri, ꝙ res suæ pl⁹ valent, illud plus applicabitur fisco: postea distributores, & collectores īponēt cuilibet suam taxā ꝓ solido & libra: tñ istud ī his partibus nō seruat. Sic isti laici volebāt īponere tallias suas sup possessionib⁹ ecclesiarū. Alij dicūt ꝙ istud c. ñ seruatūr in hoc regno: q̄a cōpellūt ecclesię ponere extra manū bona de nouo acq̄sita. Sed ē dicēdū s̄m Io. A. ꝙ si q̄s teneat possesionē in allodiū: ita ꝙ pro illa possessione non soluat aliquid dño temporali pōt illā possessionē trāsferre in Ecclesiā, ita ꝙ dñs tēporalis ñ pt cōpellere ecclam ad ponendum extra suam manū. Sed q̄ñ est talis res, quæ dēt dño tpali aliq̄d ius reale, videlicet quia post mortē illius qui tenet illā possessionē, res dēt reuerti ad ipsum dñm. quia tunc ipsius dñi temporalis interest, quod nō ponatur inter manus Ecclesiæ, quę est immortalis: iō poterit impedire hmōi acquisitionem, vel compellere ecclesiam: vt ponat illas possessiones extra suam manum.

† Vide Anch. cōsil. 96. incip. super dicto dubio Dec. consil. 499. incip. in cā dñi. & Ias. cōsi. 83. incip. dicta prædia. vol. 3.

[Prima glo. summat.]

a ¶ Quia nonnulli.] sęculares potestates ab ecclesijs, vel ecclesiasticis parsonis tallias, vel exactiones ꝓ rebus, vel possessionibus acquisitis, vel acquirendis exigere non præsumant: nec nos compellere ad ipsas distrahendum, vel extra manum suam ponendum. hoc dicit.

b ¶ Temporale.] quod ecclesiastico minus esse, dubium non est 96. distin. si Imperator. supra de maio. & obe. solitæ.

[Glo. seq. soluit dubium.]

e ¶ Franciæ.] accidentiam facti exprimit, 1 non localem decretalem facit, vnde eā generaliter prosequitur inf. & sup. de censi. c. 1. eo. lib.

d ¶ Bonorum.] quid dices si tributarium prædium donetur ecclesiæ; numquid tenetur Ecclesia ad tributū? Dic quod sic; 2 quia res transit cum onere suo 10. q. 2. c. enim. §. sicut autem. & §. seq. 16. q. 1. si quis laicus. de decim. cum in tua. in antiqu. ad hoc sup. de censi. c. 1. vbi de hoc.

1 Idē Ioan. Mo. & Arch. 2 Idē Io. Mo. qui inducebat ēt, ꝙ cōcedēs nō vł concedere, nisi ius ꝙ hēt in re. ff. de contrahē emp. qui tabernas. &c. Io. And.

ADDITIO. Archid. alleg. inf. de hæret. accusatus §. si vero.

nis, & ijs, qui in eis iurisdictionem temporalem obtinent, vel iustitiam temporalem † exercent, tallias vel collectas, seu exactiones [a] quascunque, ecclesijs vel personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus prædijs, vel quibuscunque possessionibus ab eisdem ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiam si ipsæ ecclesiæ vel personæ, vel res huiusmodi sint infra illorum districtum vel territorium constitutæ. Nec etiam liceat illis ipsas ecclesias vel personas ad distrahendum vel alienandum, aut extra manum suã ponendum [b] † acquisita iam vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

¶ Gregor. X. in Concilio Generali. Lugd.

¶ *In ecclesiis dato humili ingressu debet orationibus insisti, exclusis clamorib. & seditionibus, consilijs vniuersitatis laicorum, & eorum publicis parlamentis, vanis colloquis, negotiationib. & nundinis ac iudicijs sæcularibus. & maximè criminalib. hoc dicit vsq; ad §. ordinarij. Dom.*

CAP. II.

DEcet domum [c] Domini sanctitudo, [d] decet vt cuius in pace [e] factus est locus, eius cultus [f] sit cũ debita veneratione pacificus, [g] Sit itaque ad Ecclesias humilis & deuotus ingressus: sit in eis quieta cõuersatio, Deo grata, inspicientibus placita, † quę considerantes non solum instruat, [h] sed & reficiat. [i] Conueniẽtes ibidem [k] nomẽ illud, quod est super oẽ nomen (à quo aliud sub cælo non est datum hominibus, in quo saluos fieri credẽtes oporteat, nomen videlicet Iesu † Christi [l] qui saluũ faciet populum suum a peccatis [m] eorum) exhibitione reuerentię specialis attollant, & quòd generaliter scribitur, † vt in nomine Iesu omne genu flectatur, singuli singulariter in seipsis implentes (præcipuè dum aguntur Missarum sacra ministeria †) gloriosum illud nomen quandocunque recolitur, flectant genua

verò in fin. Ioan. And.

a ¶ Exactiones.] ad hoc prouidetur. inf. eo. c. clericis.

b ¶ Ponendum.] dicitur de Iudæis ꝙ tenẽtur ad decimas Prædiales. quia si ipsi non colerent, alij colerẽt. sup. de decimis de terris. sic dicebãt isti laici: aut extra manum vestram ponatis hæc prædia aut exactiones soluatis, 1 vt vel à vobis, vel ab alijs collectas & tallias ꝗ ipsis possessionib. habeam⁹.

1 Vt ergo ꝙ aliquis credẽdo rei ꝑꝑ ꝗ obligat, liberetur ab obligatione de quo lati⁹ Bart. in l. is cũ quo. ff. ꝗ aq. plur. ar. Anc. Fon.

DEcet domum.] Istud capitulũ diuiditur ĩ quatuor partes. In prima ponitur constitutionis cã. In secunda parte ibi, Sit itaque: ostendit qualiter hoĩes debeant se habere in Ecclesijs. Nam instruit primo qualis debeat esse ingressus ad ecclesiam: Itẽ docet illa à quibus homines debeãt abstinere in eccles. dicens quod quis dẽt intrare ecclesia cum deuotione & humilitate. Et quod quis in Ecclesia non dẽt exercere deambulationes, & cauillationes, ne ĩ loco ĩ quo dẽt obtinere veniã peccatorũ, ipsa peccata committat. Itẽ statuit, vt iudices sęculares nõ exerceãt iudicia in eccl. nec cõtrahẽtes celebrẽt contractus in Ecclesia; tñ valent contractus, sed cõtrahẽtes peccãt. In tertia parte, ibi. Ordinarij præcipit ordinarijs locorum, vt ipsi faciant ista seruari in suis diœcesibus. Postea in quarta & finali parte: ibi, Qui vero, cõminatur pęnam contrafacientibus. hoc dicit in lõgum. No primò qualis debet esse ingressus ad Ecclesiam, quia debet esse cũ signo humilitatis & deuotionis. Et quis per exteriora dẽt ostendere signa humilitatis, ad informationem & instructionem aliorum, licet in aĩo suo non gerat deuotionem neque humilitatem. No. ꝙ homines non dẽnt conuenire in ecclesijs pro suis negotiationibus exercendis. No vlterius ꝙ homines existentes in ecclesia debent cessare à confabulationib. rerũ sęculariũ, maximè turpib. & inhonestis. Et si velint aliqua tractare de sęcularibus negotijs, qđ ipsi exeãt ecclesiam, & intrent locum profanum. No ꝙ iudex secularis non põt sedere pro tribunali in eccle. & si faciat actum iudicialem, non valet, iõ si in eccl. det preceptum de citãdo alicui clienti, nõ valet citatio. sed iudex ecclesiasticus potest sedere pro tribunali in Eccl. c. qua fronte, de appella. in antiq. Not. ꝙ volentes ꝓhere non debeat celebrare cõtractum in Ecclesia, si tñ de facto cõtrahant, tenet cõtractus, sed cõtrahẽtes peccãt mortaliter, quia ista constõ respectu nullitatis loquitur de processibus iudicũ seculariũ, & alia non annullat; iõ nõ extenditur ad alios actus. Nota vlterius, quod actus intrinseci ostẽduntur per signa extrinseca, patet hic, quia dicit, ꝙ genua flectantur cordis, & ꝑ inclinationẽ capitis illud ostẽdatur. No finaliter ꝙ appellatione causæ cõprehẽditur criminalis, & ciuilis. Dom.

† Sæcularẽ, legitur constãter in vetustioribus codicibus.

† Hoc verbũ latius patet ꝗ alienare: vũ non poterit concedere, similiter ponere in manu, latũ verbum est. Bal. cõsi. 167 2. vol. Dom. Font.

[Prima gl. diuidit.]

c ¶ Decet domũ Domini. Diuidit decretalẽ in quatuor partes. In prima ponit cõstitutionis cãm vsque ibi, Sit itaq. In ꝭa qualiter hoĩes debeant se hr̃e in ecclesijs, & à quib. abstinere, vsq ibi, Ordinarij. In tertia. qđ ordinarij per se, vel per alios hoc faciãt obseruari, vsq. ibi, Qui verò; ibi comminatur pœnam in contrafacientes.

ADDITIO. Et decẽtia propriè respicit honestatem sup. de vot. magnæ post prĩcipium. Io. And.

d ¶ Sanctitudo. sũptum ex psalmo, Dominus regnauit decorem.

ADDITIO Et composita fuit ꝭm stylũ legis. C. de ferijs. l. dies festos, secundũ Archid.

e ¶ In pace. ex psal. Notus in Iudæa.

f ¶ Cultus.] Nã erit cultus iustitię silentium 5. q. 4. in loco.

ADDITIO. & C. de ijs qui ad Ecclesiam cõfu. l. denũciamus. ex qua ẽt sumi potuerũt aliqua de ijs quæ ex textu sequuntur. Io. An.

Psal. 91.
Psal. 75.

† Al. pla

† Vid Chry. s c. I. epis Pau. ad

† Ad Ph

† al. m ria.

g ¶ Pacificus. est. n rex pacificus, & venit pacem docete. 22 q. 2. c. nisi bella. Io. And.

h ¶ Instruat. per bonum exemplum. 7. q. 1. §. cum vero. & 61. d. §. his omnib. Io. And.

i ¶ Reficiat.] per doctrinã 36. d. si quis vult, nam. anima cibo spirituali nutritur. ꝭ. de off. or. inter cetera.

k ¶ Ibidem.] attollant, quod est inf.

l ¶ Iesu Chri.) Iesu Hebraice. dr̃ Latine Saluator Christus Græce, Latine dr̃ vnctus. Christiani à Christo de Sacra vnctione. c. vnico. §. in frõte, & primo apud Antiochiam fuit nomen illud. 22. d. c. sacrosancta.

ADDITIO. Dicit Arch. secũdum Isidorum, quòd Saluator Græce dicitur Soter, vere autem dicitur Saluator qui cunctis salutifer venit. Io. And.

m ¶ A peccatis eorum.) Neminem enim vult perire,

...ue baptiſ. maiores. §. caute.

ADDITIO. 3. q. 4. qui. de poen. diſt. 1. quia diuinitatis, 23. q. 8. his a quibus. in fi. Io. And.

a ¶ Cordis.] Ad cor enim reſpicit Deus, decimaquarta quæſtione quinta, §. quid inueniſti.

b ¶ Vel.] i. ſaltem.

ADDITIO. Sic de pænit. diſt. 4. benedictus Deus, ſup. de cõſuet. c. fi. de præb. extirpandæ. Io. And.

c ¶ Capitis.] 50. diſt. in capite.

ADDITIO. Ad hoc de conſec. diſt. 1. Apoſtolica.

d ¶ Intentis.] vt nil animus cogitet quã precetur ad qđ ſacerdos populũ excitat. Surſũ corda, dicẽdo. de conſecr. diſt. 1. q̃ñ.

ADDITIO. Dantur verſus.

Non vox ſed votum non chordula muſica; ſed cor.

Non clamor, ſed amor clamat in aure Dei. Ioan. And.

† Al. conſi...

e ¶ Parlamenta.] Nota cõtra vniuerſitates Italiæ, quæ frequenter faciunt in eccleſijs talia parlamenta.

ADDITIO. Dicit Valerius lib. 1. cap. 1. quod Caius conſulatu Galliæ, & Scipio conſulatu Corſicæ, priuati fuerunt quia parlamenta faciebãt in templo. Io. And.

f ¶ Turbare.] ad hoc ſup. de ſentẽ. excom. veniens. in Auth. de ſanct. epiſc. §. ſi quis tam ſacra. colla. 9.

g ¶ Committi.] non enim debent ibi miſceri ſceleribus, vbi de peccatis eſt venia poſtulanda in Auth. colla. 8. vt licet matri, & auiæ. §. quia vero ita, ĩ. eo. tit. immunitatem. ad idem de accuſat. qualiter. & C. vnde vi. l. meminerint.

cordis[a] ſui, quod vel[b] capitis[c] inclinatione teſtentur. attendãtur in locis eiſdem intentis[d] præcordijs ſacra ſolẽnia: deuotis orationibus inſiſtatur. nullus in locis eiſdem in quibus cum pace ac quiete vota conuenit celebrari, ſeditionem excitet, cõclamationem moueat, impetum ve committat. Ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatem quarũlibet cõcilia, † conciones, & publica parlamenta.[e] Ceſsẽt vana, & multo fortius fœda & profana colloquia. Ceſſent confabulationes quælibet. Sint poſtremo quęcunq; alia, quę diuinũ poſſunt turbare[f] officiũ, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea: ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendãtur peccata committi.[g] Ceſſent in eccleſijs earũque cœmeterijs[h] negotiationes,[i] & præcipue nundinarum, ac fori cuiuſcunque tumultus: oĩs in eis ſęcularium[k] iudiciorũ ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa per laicos criminalis maxime agitetur, ſint loca eadẽ a laicorum cognitionibus aliena.

¶ Locorum ordinarij exequi debent hic contenta, et ſententiæ in eccleſiis habitæ ſunt nullæ: & contrafacientes puniri debent. h. d. Dominicus.

¶ Ordinarii locorum hoc faciant obſeruari: ſuadenda[l] ſuadeant: interdicta huius canonis auctoritate compeſcant:[m] ad hoc alios etiam in eccleſiis ipſis magis aſſiduos, & ad præmiſſa idoneos deputãdo. Et nihilominus proceſſus[n] iudicum ſæcularium, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis omni careant robore firmitatis. Qui vero præmiſſas inhibitiones animo petulanti contempſerint: præter proceſſum ordinariorum & deputãdorum[o] ab ipſis, diuinæ vltionis & noſtræ poterunt acrimoniam[p] formidare, donec ſuum confeſſi reatum a ſimilibus firmato propoſito deliberauerint abſtinere.[q]

Bonifacius VIII.

¶ Ponit exceſſus laicorum qui clericis collectas, tallias, & onera imponebant, & exceſſus clericorum, qui talibus conſentiebant.

CAP. III.

CLERI-

[Glo. ſeq. quærit & ſoluit.]

n ¶ Proceſſus.] quid de ꝓcẽſſibus initis in eccleſia, nunquid valebunt? Dic ꝙ non debent fieri; & qui faciunt, peccant per hãc decretalem: tamen contractus tenent: Nam cum tantum proceſſus & ſententias iudicum irritet; & pœnalis ſit conſtitutio, pœnam non extendam ĩ. de reg. iur. in pœnis. cũ ſuis concord. — Cõtractus celebratus in eccleſia an valeat.

ADDITIO. Idem Gul. Garz. Ioã Mon. & Arch.

o ¶ Deputandorum.] id eſt, illorum quos debet ordinarius deputare aſſiduos, & ad iſta ideoneos.

p ¶ Acrimoniam.] id eſt, acrem pœnam, & dr̃ quaſi acris monitio. Vel, id eſt, pęnam excõicationis, quaſi a gremio eccleſię expellentem.

ADDITIO. Vel ſit arbitraria, ſm̃ Guli. & idem ver. ſup. eo. lib. de ſtatu. reg. cap. vnico ad finẽ. & ibi concor. Io. And.

q ¶ Abſtinere.] hæc eſt vera pænitentia. de pæn. diſt. 3. c. 1.

CLericis.] Benedictus in ſua Extrauaganti quæ incipit: Quod olim reſtringit hanc decr. ad exigentes tantũ: ſed Clemens reuocauit hanc decretalem cum ſuis declarationib9, ita ꝙ voluit hr̃i pro non facta per ſuã Extrauagantem, quæ incipiebat: paſtoralis, quæ eſt inter Clem. eo. ti. & incipit, quoniam. & vide, quæ ibi dixi in 1. glo. Circa iſtam igitur inſtandũ non eſt & Arch. etiam nõ gloſſauit. Io. And.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt quod habetur in c. non minus, & c. aduerſus eo. tit. in antiq. Dicitur in c. non minus, ꝙ clerici propter neceſſitatem laicorum poſſunt eis ſubſidiũ ſponte conferre. In c. aduerſus. dr̃, quod laici non poſſunt compellere clericos ad ſoluendum tallias vel alia ſubſidia, ſed clerici gratis. Per modum doni gratuiti poſſunt contribuere: cum conſenſu tamẽ ſui Epiſcopi. Sed clericis per illud Capitulum nõ erat impoſita aliqua pœna: vnde eueniebat quod multi clerici plus timentes homines quàm Deum, contribuebant ad huiuſmodi tallias. In hoc Capitulo dicitur, quod ſi clerici contribuunt per modum doni gratuiti abſque auctoritate Papæ: quod ipſo facto ſunt excommunicati, ſi ſint perſonæ ſingulares: ſi autem ſit vniuerſitas, quæ facit illam contributionem: tunc eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico. Item addit iſtud cap. quod

h ¶ Cæmeterijs.] ſup. eo. cum eccleſia.

i ¶ Negotiationes.] Nam Dominus negotiatores eiecit de templo: & menſas nummulariorũ euertit. 1. q. 3. ex multis 88. diſt. eijciens. palea eſt, & eſt ratio: quia talia difficile fiunt ſine peccato: vt ea. diſt. quoniam non cognoui. & de pænit. diſt. 5. qualitas. — Negotiationes non debent fieri in templo.

k ¶ Sæcularium.] Iidem ſup. eo. c. 1. eccleſiaſtica vero iudicia ibi tractari poſſunt. 2. q. 2. c. vlt. & ſup. de appella. qua fronte. Io. And.

l ¶ Suadenda.] quæ ſcilicet dicta ſunt vſque ad verſic. nullus.

m ¶ Compeſcant.] per cenſuram eccleſiaſticam, vel aliam arbitrariam pœnam ſupra de offi. deleg. de cauſis. Ioan. And.

quod laici compellentes clericos soluere tallias, ipso facto sint excommunicati. & quia aliqui principes habēt priuilegium a summo Pontifice, vt non possint incurre re sniam Canonis. Item ꝙ non possint ab homine excōicari: Dicit Romanus Pontifex ꝙ exigentes collectas vel tallias a personis ecclesiasticis pro reb. suis vel ecclesiæ, incurrunt sniam excōicationis ipso facto: non obstante eorum priuilegio. Nota primo ad quod allegat principium huius c. ꝙ laici clericis sunt infesti, & cōiter ipsos odio prosequuntur. Nota insuper principalem effectum huius c. ꝙ clerici etiam cum auctoritate dioe cesani non pñt contribuere ad tallias laicorum, et per modū doni absque licentia Papæ; & ꝯ facientes incurrunt excōicationē ipso facto, a qua non possunt absolui nisi a Papa, præter quā in articulo mortis. Et istud fuit introductum in fauorem clericorum.

[Glossā primā sum mat simul, & diuidit.]

a ¶ Clericis.] in prima parte ponit excessus laicorum, qui clericis, collectas, tallias & onera imponebāt, & excessus clericorū, qui talibus cōsentiebant. Secūdo ibi, nos igitur, præcipit personas ecclesiasticas pro rebus suis vel ecclesiarū nihil laicis soluere debere absq; licentia Apostolicæ sedis sub quocunq; colore mutui, subuētionis, doni, vl alio quolibet, vt etiam ipsi laici talia non exigant, vel recipiant nec occupent quocūq; modo deposita ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum: Singulares ꝯfacientes excommunicat, vniuersitates interdicit, quę pœnę locum habeāt in promissionibus factis etiam ante hanc cōstitutionem, si postmodum soluantur, vel re[illegible], & ab his [illegible] solus Papa absoluit præter quam in mortis articulo

† Quærebat I. Mo. in isto c. Quid si fiat impositio talis non ecclesiasticis personis, sed eorum hoibus nūquid esset locus pœnæ huius ca. Et dicebat, ꝙ sic, quia fit fraus legi de qua j. de re. iur. c. fi. & s̄. de priuil. q̃to facit j. eo. ca. eos. ſm Lap. Abb. Do. Phi. dicit, ꝙ nullo casu habebit locū hæc constō, quia penitus est reuocata cū suis declarō nib. nec vll⁹ Doctorū eā legit. Font.

† Al. dolentes.

cis † [a] laicos infestos oppido [b] tradit antiquitas, [c] quod & præsentium experimenta temporum [d] manifeste declarant, dū suis finibus non contenti [e] nituntur in vetitum, ad illicita fræna relaxāt, nec prudenter attendunt, quā sit eis in clericos ecclesiasticasve personas & bona interdicta potestas: [f] ecclesiarum prælatis, ecclesijs, ecclesiasticisque personis regularib. & sæcularib. imponunt onera grauia, ipsosq; talliant, & eis collectas imponūt, ab ipsis suorum prouentuum, vel bonorum dimidiam, decimā seu vicesimam, vel quāuis aliā portionem aut quotā exigunt, & extorquent, eosq; moliuntur multifarie subiicere seruituti, suęque submittere ditioni. [g] & (quod dolenter † referimus) nonnulli ecclesiarū prælati Ecclesiasticæque personæ trepidantes, vbi trepidādum nō est [h] trāsitoriā pacem [i] quęrentes, plus timentes maiestatē, tēporalem offendere, quā æternam, [k] talium abusib. non tam temerarie, quam improuide ac quiescūt: sedis Apostolicæ auctoritate seu licētia non obtēta.

¶ Præcipit personas ecclesiasticas pro reb. suis vel ecclesiarū nil laicus soluere debere absque licentia Apstolicæ sedis, sub quocūque colore mutui, subuētionis, doni, vel alio quolibet: vt ēt ipsi laici talia non exigant vel recipiant, nec occupent quocunque modo deposita ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, singulares contra facietes excōicat vniuersitates interdicit, qua pœnæ locum habeant in promissionib. factis ēt ante hāc constitutionem, si postmodū soluātur uel recipiātur, et ab his sentētijs solus Papa absoluit, præterquam in mortis articulo, hoc dicit.

¶ Nos igitur talibus iniquis actibus obuiare volentes de fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate statuimus, ꝙ quicunque prælati ecclesiasticæque personæ, religiosæ vel sęculares quorumcunque ordinum, conditionis seu status, collectas vel tallias, decimam, vicesimam, seu centesimam suorum & ecclesiarum prouentuum vel bonorum laicis soluerint vel promiserint, vel se soluturos consenserint, aut quāuis aliam quantitatē, portionem, aut quotam ipsorum prouentuum vel bonorū ęstimationis vel valoris ipsorum subadiutorii, mutui, subuentionis, subsidii, vel doni nomine seu quouis alio titulo, modo, vel quæsito colore, [l] absque auctoritate sedis eiusdē; [m] nec nō Imperatores, Reges seu Princeps, Duces, Comites, vel Barones, Potestates, Capitanei vel Officiales, vel Rectores quocunque nomine [n]

b Oppido.] id est valde.
c ¶ Antiquitas.] 2. q. 7. laicos & c. laici. & antiquitati credulitas & reuerentia debetur 11. dist. catholica &c. ecclesiasticarum. sup. de transla. quanto.
d ¶ Temporum.] s̄. eo. lib. de censi. felicis. & de electio. fundamenta.
e ¶ Non contenti.] & male 5. q. 1. ca. 1. de sepul. c. 1. in antiq. j. de priuil. c. 1.
f ¶ Potestas.] 96. dis. bene quidem. de constitu. ecclesia sanctæ Mariæ in antiq.
g ¶ Ditioni.] vt prioris conditionis sit sacerdotium, quā fuerit sub Pharaone. s̄. eo. non minus.
h ¶ Non est.] de resc. cum contingat. de simo. & si qōnes. C. de fide instr. l. vlt. ad fi. Io. And.
i ¶ Pacē.] hui⁹ sęculi.
K ¶ Æternā.] & male, cū potius ꝯtiū facere debeant. sup. de hære. vergentis. cum suis ꝯcor. Faciāt plati ecclesiarum, ꝙ sint imitatores Nabuthę, qui vineā suā cruore defendit. 3. Reg. 22. c. & 23. q. 8. cōuenior. & imitentur Ambrosium idem dicētem. Si vultis corpus occidere occurrā, vultis in vincula rapere, vultis in mortem, voluntas est mihi, pro altaribus gratis immolabor, persecutionē [1] tū fugere poterit seruata distinctione, q̃ habes 7. qō. 1. §. hoc tunc. & recitari solet de renunc. nisi §. pp malitiam in antiq.
l ¶ Colore.] qui non excusat, vt sup. eo. li. de elect. auaritię. 14. q. 3. plerique. de sim. in tantum.
m ¶ Sedis eiusdē.] nū quid correcta est de cre. sup eo, nō minus quę permittebat epo & clero inspicieti necessitates, vel vtilitates laicorum eis spōte subsidiū conferre? Dic ꝙ decretalis illa moderationē & determinationem recuperat per decret. eo. tit. aduersus. vbi statutum fuit ꝙ etiam illo casu id facere nō possent præter licentiam Apostolicæ sedis: non ergo corrigit istam, sed pœnam adijcit.

Prælati sine similes Nabuthæ & Ambrosio.

[1] Vide B. Th. 2. 2. qō. 185. art. 5. ubi plene habes de hac re.

o Tertio in ver. Non obstantib. oia priuilegia derogantia huic cōstōni cassat, & irritat.
n ¶ Nomine.] sic sup. eo. lib. de elect. fundamenta.

a ¶ Inter-

censeantur, ciuitatem castrorum, seu quorumcunque locorum constitutorũ vbilibet, & qui vis alij cuiuscunque præeminentiæ, conditionis, & status, qui talia imposuerint, exegerint, vel receperint: aut apud ædes sacras deposita Ecclesiarum, vel ecclesiasticarum personarum vbilibet arrestauerint, saisiuerint, †seu occupare pręsumpserint, vel arrestari, saisiri, † aut occupari mandauerint aut occupata, saisita, † seu arrestata receperint: nec non omnes, qui scienter dederint in pręeictis auxilium, consilium vel fauorem publice vel occulte: eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Vniuersitates quoque, quę in his culpabiles fuerint, ecclesiastico supponimus, interdicto.[a] Pręlatis,[b] & personis ecclesiasticis supradictis in virtute obediētiæ, & sub depositionis pęna districte mandantes, vt talibus absque expressa licentia dictæ sedis nullatenus acquiescant: quodque prætextu cuiuscũque obligationis, promissionis, & confessionis † factarum hactenus vel faciendarum in antea, priusquam huiusmodi constitutio, prohibitio, seu pręceptum ad notitiã ipsorum peruenerint, † nil soluant, nec supradicti sæculares quoquo modo recipiant. Et si soluerint, vel prædicti receperint, in excommunicationis sententiam incidant ipso facto.

¶ A supradictis autem excommunicationum, & interdicti sententijs nullus absolui valeat, præterquã in mortis † articulo,[c] absque sedis Apostolicæ auctoritate & licentia speciali: Cum nostræ intentionis existat, tam horrendum sæcularium Potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione[d] transire.

¶ Omnia priuilegia derogantia huic constitutioni cassat & irritat.

¶ Non obstantibus[e] quibuscunque priuilegijs, sub quibuscunque tenoribus, formis, seu modis, aut verborum conceptione concessis Imperatoribus, Regibus, & alijs supradictis, quæ contra pręmissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari.

¶ Idem.

¶ Excommunicati sunt qui impediunt super causis, quæ ad forum ecclesiasticum de iure vel de consuetudine pertinent litteras a sede Apostolica impetrari, vel super ipsis coram ordinarijs vel delegatis ecclesiasticis litigari. Io. Andr.

CAP. IV.

QVoniam[f] (vt intelleximus) quorundam iustitiariorum, balliuorũ, iudicumue secularium ac temporalium dominorum in quibusdam partibus[g] pręsumptuosa temeritas sic excreuit, vt in terris eorum siue districtibus litteras Apostolicas impetrantes, vel ad iudices ordinarios ecclesiasticos recurrentes super causis, negotijs, seu quæstionibus, quæ ratione personarum aut rerum de iure aut antiqua consuetudine[h] ad forum † ecclesiasticum[i] pertinent, obtinere non possunt in eis per eosdē ordinarios iudices, vel

a ¶ Interdicto.] in vniuersitate non fertur sententia excõicationis, vt ĩ. de sen. excom. Romana §. in vniuersitatem.
b ¶ Prelatis.] huc vsque dixit de ijs, qui post constitutionem istam prouiserũt, & soluerunt, nunc dicit de ijs, qui antecõstitutionem vel eius notitiã promiserũt, & post constitutionem soluerunt, & post eius notitiam.
c ¶ Mortis articulo.] iste semper excipitur, vt 17. q. 4. si quis suadente.
d ¶ Dissimulatione.] dissimulatio est peccatũ mortale in pręlato. 44. di. si rector. & ca. Ephesis. & 47. dist. ca. vlt. & sup. de offi. ord. irrefragabili. Io. Andr.
e ¶ Nõ obstantibus,] Papa ergo potest tollere, & moderari priuilegia per se data, vt ĩ. de sen. excom. ca. vl. in fi. de priuil. ne aliqui, & sic regula illa, decet cõcessum, &c. ĩ. de reg. iur. nõ habet locum in ipso principe, vt ibi dixi.
QVoniã, vt intelleximus.] primo recitat abusum sæcularium potestatũ. Scdo ꝯ illum statuit: ibi, Nos iustitiã. Tertio trãsgressorib. pęnã imponit ibi, Si quis vero, secundum Io. Mon. Ioan. And.
CASVS. Aliqs laicus debebat mihi aliquam pecuniæ summã, ad quam soluendam se obligauerat mediante iuramēto: & sic rõne iuramenti causa spęctabat ad iudicē ecclesiasticũ. c. fi. su. de foro competēt. istomet li. vel alia rõne spectabant ad forum ecclesiasticum: quia habebam iudicem ordinariũ loci suspectum: a sede Apostolica impetraui delegatũ: volui laicum ipsum cõuenire corã iudice delegato, vel forte corã epo: Vñ laicus istud notificauit iudici sæculari, qui iudex pręstat impedimētum; quo minus ipse laicus conueniantur coram iudice ecclesiastico: forte faciendo inhibitiones, ne ipsum conueniam coram iudice ecclesiastico, vel saccando bona mea, vel parentum meorum: Quæritur, nunquid, iudex secularis aliquã incurrat pœnam, & quam? Respondet, quod ipso facto incurrit sententiam excommunicationis, & non solum ipse iudex incurrit ipso facto sententiam excommunicationis, sed etiam laicus procurans est ipso facto excommunicatus: quoniam perturbantes iurisdictionem ecclesiasticam ipso facto sunt excommunicati, a qua excõmunicatione non poterunt absolui, nisi facta prius satisfactione. Not. primo casum, in quo faciēs iniuriam laicõ, incurrit excommunicationem ipso iure. Alium vide supra de elect. sciant cuncti. eo. lib.
[Prima glo. summat.]
f ¶ Quoniam.] excõmunicati sunt, q̃ impediunt super causis quæ ad forum ecclesiasticum de iure, vel de cõsuetudine pertinent, litteras a sede Apostolica impetrari, vel super ipsis coram ordinarijs, vel delegatis Ecclesiasticis litigari. Io. And.
g ¶ Partibus.] sicut olim erat in ciuitate Pisana. sup. de sent. excommunica. grauem.
h ¶ Consuetudine.] quæ dat iurisdictionem 9. q. 3. conquestus de foro compe. cum contingat. in ant. ad idem s. eod. lib. de except. c. vlt.
i ¶ Ecclesiasticum.] de sæcularibus non intromittat se ecclesiasticus iudex, nisi in casibus supra de foro competen. licet ex suscepo.

† al. sisauerint.
† al. sisari.
† al. sisata.
† In manuscriptis cõstãter legit ita, & concessionis.
† al. peruenerit.
† In art. mortis nulla est casuũ reseruatio, & tũc oēs sacerdotes quoslibet pænitentes a q̃buscuĩs peccatis, & cēsuris absoluere possunt, ꝯcil. Trid. sess. 14. c. 7. de casuũ reseruatiõe.
† Quæ sint illæ cãæ no. in c. licet. de foro cõp. ĩ ant. Bar. ĩ extrau. ad reprimendã ĩ verbo, dnunciatione Ant. Burgus. Hisp. collegit 8. notab. casus ca. 1. de emp. & vēd. & vide aliq̃d p Old. cons. 86. & an ĩ ta lib. ecclesias. exequatr suã sniã pulchre Io. Lupus Hispa. in c. p vestras 2. no. d̃ do. inter virũ & vxo. Fon.

a ¶ Confouemus.] sic ĩ. de sup. negli. præl. licet. nam & ordinata charitas 1 a seipsa incipit. 23. q. 5. si non licet, de vsu. pal. nisi specialis.

ADDITIO. Sic & primo debet quis curare de se, & au se spectantib. quã de alijs. 1. q. 1. multi. in prin. C. de ser. & aqua. l. præses. supra eo. lib. de offi. ordinan. presenti. §. porro.

1 Vide B. Th. 2. 2. q. 26. ar. 4. & 5.

[Gl. seq. no. & dat duo similia.]

b ¶ Propinquorũ.] nota casum, in quo laico iniurians excõmunicatus est, sic su. eo. lib. de elect. sciãt ĩ. de sentent. excom. quicunque.

c ¶ Satisfactum] ergo nõ sufficit. 2 cautio. imo debet præcedere satisfactio: sicut cum quis excommunicatus est pro manifesta offensa, supra de verbor. signifi. ex parte 1. & ca. seq. vel pro manifesta cõtumacia, vt infra de sententia excommunicat. venerabilibus §. secus.

2 Vide Deciũ in c. 1. in glo. in verbo, donet. de iud. ĩ 2. lect.

d ¶ Absoluatur.] tũc demum poterit ab ordinatio absolui ex quo Papa sibi nõ reseruanit. de sentent. excomm. nuper.

EOs qui.] ponit dictum, cuius rationem interserit ibi, Cum talia. Ioan. Andr.

CASVS. Dictum fuit supra, cap. clericis. quod laici non possunt compellere clericos ad soluendũ tallias siue collectas. Etiam dicitur in ca. quoniã. su. eo. quod non possunt compellere laicos ad litigãdum coram eis, si velint litigare corã iudice ecclesiastico, vel si reus nollet litigare coram iudice ecclesiastico, sed tamẽ actor vult litigare, & causa est ecclesiastica, vel etiã mista. Sed quid, sunt aliqui dñi tẽporales, qui inhibent subditis sui, vt sunt sartores, & carpentarij, pilarij, & alij mechanici, vt non faciãt obsequia clericis, nisi ipsi clerici velint contribuere ad tallias, & sic indirecte cõpellunt clericos ad soluendũ tallias: nam sine obsequijs illorũ nõ possent clerici viuere: vtrum sint puniendi aliqua poena? Respondetur ꝙ sic: nam ipso facto sunt excommunicati. Nota ꝙ prohibitio directa ad subditos, ex qua indirecte præiudicatur clericis quo ad ipsorum libertatem, non tenet.

[Prima glossa dicit quid declaret.]

Apostolicas litteras iustitiæ complementum, quin potius super illis recurrere ad iudiciũ sæculare, vel à lite, causa seu quæstione desistere compelluntur. Nos iustitiam nostram, & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere, qui alios in sua iustitia cõfouemus: [a] statuimus districtius inhibendo, ne quis impetratores litterarum nostrarũ, vel alios in foro ecclesiastico de legato seu ordinario litigantes, seu litigare volẽtes, siue ambæ partes hoc voluerint, siue vna, super causis ecclesiasticis, siue quæ ad forum ecclesiasticum ratione personarum, negotiorum, vel rerum, de iure vel de antiqua consuetudine pertinere noscũtur, per se vel per alium, ad desistendum, vel in foro sæculari de quæstionibus huiusmodi litigandum, per eorundem iudicum ecclesiasticorum, vel impetrantiũ, aut litigantium, seu volentium litigare, aut propinquorum [b] ipsorum, seu rerum illorum, aut ecclesiarum suarum etiam captionem modisue alijs quibuscunque compellat, seu cõpelli faciat vel procuret, nec per se aliosue impediat quo minus coram iudicibus ecclesiasticis delegatis seu ordinarijs querelantes de causis, quæ (vt præmissum est) ad cognitionem pertinent eorundem, possint libere iustitiam obtinere: nec ad prædicta facienda det auxilium, consilium, vel fauorem.

¶ Si quis vero contra præsumpserit, excommunicationi se ipso facto nouerit subiacere: a qua (nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iurisdictio vsurpata, quàm parti, quæ turbata in prosecutione fuerit sui iuris: de iniuria, damnis, expensis, & interesse prius per eundem integre fuerit satisfactum [c]) nullatenus absoluatur. [d]

¶ Idem.

¶ Domini temporales prohibẽtes subditis ne cum personis ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, ipso facto excommunicationem incurrunt. hoc dicit: Dominicus.

CAP. V.

EOs † qui [e] temporale dominium obtinentes, sui subditis, [f] ne prælatis, aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumãt, aliquando interdicunt: (cum talia, in derogationem libertatis [g] ecclesiasticæ præsumantur) eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. [h]

e ¶ Eos qui.] contra hos, contra quos hic puidetur, arguebat Ber. de priuile. quanto. in glo. 1. in fine.

[Gloss. seq. recitet per obiectionem.

f ¶ Subditis.] licet solis subditis imperarent, tamen clericis competebat actio de dolo ad suum damnum cõsequẽdum: quæ competit quotiescunque aliquid dolo fit, & alia actio deficit. ff. de dolo. leg. prima.

ADDITIO. Vide quod post. Inno. dixi sup. de priuile. quanto.

g ¶ Libertatis.] Isti licet quo ad verba nõ viderẽtur infringere libertatem, tñ infringebant quo ad mẽtẽ, faciendo fraudem de persona ad personã, de quo dic vt 14. q. 1. plerique s. de priuil. quanto. ff. de legi. contra. infra de regulis iur. c. vlt. & contra tales habebas prouisum su. de sententia excõmu. grauem.

ADDITIO. Hic vt dixit glos. fiebat fraus de persona in personam. Concordat. ff. si quis aliquẽ test. prohi. l. 1. & 2. vbi prohibens notarium vel testes intrare, prohibuisse dicitur testatorem. ad idem. ff. de itin. actuque. l. veteres. vbi prohibens portari necessaria ad reficiendum iter, dicitur refectionem prohibuisse. Ioan. Andr.

† Vide Anc[...] cõsil. 11. in c[...] factũ supe[...] quo petitu[...] consi. & La[...] pum allega[...] tione 92. in[...] cipi. inspex[...] mus.

h ¶ Subiacere.] in statutarijs, potestatibus, consulibus, & scriptoribus statutorum, quæ sunt contra libertatem ecclesiæ, dic vt supra de sentent. excommu. nouerint.

ADDITIO. Et quomodo dicatur ecclesiæ libertas infringi, ibi scripsi post Innocen. Ioan. Andr.

NE CLERICI VEL MONACHI SÆcularibus negotijs se immisceant.

[Dictum fuit supra per discursum titulorum præcedẽtiũ de clericis & eorũ priuilegijs: verũ qa clerici ꝑdũt sua priuilegia immiscẽdo se sęcularib. negotijs; iõ ad nos informandũ ponit Roman⁹ Põtifex titulũ: Ne clerici vel monachi sæcularib. negotijs se immisceant.]

TITVLVS XXIIII.

Ne clerici vel monachi sęcularib. negotijs se immisceant.


¶ Bonifacius VIII.

¶ Capitulum, Super Specula. prohibens audientiam legum vel physica, non includit parochiales ecclesias habentes, nisi sint plebaniæ habẽtes sub se capellas, in quibus clerici perpetuo instituãtur. h.d. Dom.



CAP. I.

Statutum [a] † felicis recordationis Honorij Papæ Tertij Prædecessoris nostri, quod Decanis, Archidiaconis, Præpositis, Plebanis, [b] Cantoribus, & alijs clericis habentibus personatus, audire leges [c] vel Physicam [d] interdicit: ad eos qui parochiales ecclesias obtinere noscuntur, piæ memoriæ Clementis [e] Papæ quarti prædecessoris nostri vestigijs inhærentes, declaramus [f] præsentis constitutionis oraculo ratione [g] ecclesiarum huiusmodi non extendi: Nisi eædem ecclesiæ fuerint plebaniæ sub se capellas [h] habentes,



Statutum.] Ponit declarationẽ veteris iuris, primo dans regulam; secundo casum exceptum: ibi, Nisi.

CASVS. Dicitur in capitulo, super specula. eo. tit. in antiq. qđ clerici obtinentes dignitatem vel personatum, non debent audire leges vel physicam: & ibi ponitur certa pœna contra facientibus; postea emanauit constõ Clemẽtis Papæ, quæ extendit illud capitulum ad rectores ecclesiarum Parochialium: vt rectores parochialium ecclesiarum, qui audiunt leges vel physicam, incurrerent pœnam capituli super specula. Sed quæritur, vtrum illa constitutio Clementis Papæ intelligatur indistincte de quibuscunque rectoribus ecclesiarum Parochialium? Respõdet quod non, sed solum intelligitur de rectoribus ecclesiarũ parochialium, quæ sonant in nomen plebaniæ, id est, quæ sub se habent capellas, in quibus capellis instituuntur vicarij perpetui, qui non possunt ad tempus remoueri, sicut in his partibus potest poni exemplũ in archipresbyteris. Alij autem rectores ecclesiarũ, qui sub se non habent capellã, dummodo non sint sacerdotes, possunt audire leges vel physicam. Nota primo, quòd non est licitum decanis, archidiaconis, præpositis, cãtoribus, & alijs obtinentibus dignitates audire leges, vel physicam, tamen cum talibus potest Papa dispensare, & quotidie dispensat. Nota quod rectores ecclesiarum parochialium, qui sub se non habent capellas, dummodo non sint sacerdotes, licite possunt audire leges. Quæritur quare isti qui habent dignitatem, vt sunt decani, præpositi, archidiaconi, non possunt audire leges vel physicam? Dicẽdũ est, quod illud fuit ordinatum vt liberius vacent studio theologiæ & iuris canonici; quæ melius congruunt suo statui, quã leges, vel physica, vt d. c. super Specula. Nota quod rector ecclesiæ parochialis, quæ sub se non hẽt capellã pendente anno quo promoueri debet ad sacerdotium, licite potest audire leges, vel etiam durante septennio, quod habet ad sacerdotium, & non promouendi ad sacerdotium.

a ¶ Statutum.] sup. eo. super specula.

b ¶ Plebanis.] quod intellige vt dicitur.

c ¶ Leges.] non enim debent velle videri sæcularium vel forensium disceptationum periti. C. de epis. & cl. l. repetita.

d ¶ Physicam.] non debet hoc facere sub specie languentium curãdorum fratrum sup. eod. magnopere.

e ¶ Clementis.] quam non habemus, sed eius mentem hic inserit: & incipiebat, Habito cũ fratribus nostris consilio.

[Gl. seq. dicit, quorum opinionem approbat & reprobat, & rationibus, opinionis reprobatæ respondet.]

f ¶ Declaramus.] Nota approbatam opinionẽ Goff. qui hoc dicebat in summa huius tituli in fine. & concordat Pet. de Samp. & Abb. & est ratio; quia constitutio illa pœnalis erat, & iõ restringenda inf. de reg. iur. in pęnis. cum suis concordantijs. non obstat. sup. de elect. dudum 2 vbi dr̃, ꝙ idẽ iudicium, &c. quia illud habet locũ in casu ipsi⁹ decretalis; scilicet quo ad pluralitatem. Item quo ad ordines, vides. n. ꝙ archidiaconus nõ cogitur nisi quo ad diaconatum. de electio. cum in cunctis. in antiq. ergo nec habens curam aĩarum, sed hoc est falsum, vt supra eod. lib. de elect. licet canon. Reprobata est autẽ opinio. Ber. Inno. secundũ quosdam libros. & Hostiensis, qui dicebãt cõtrarium propter dictam decretalem dudum. Itẽ ex eo ꝙ quis habet curam, sacerdos fieri dẽt, sed sacerdotes prohibentur per ipsam decretalem Honorij, ergo & curam habentes. Item ex eo quod constitutio fauorabilis erat, & sic ampliãda ĩ. de reg. iu. odia. Item ex eo quod prædicare tenetur, vt in clementina, dudum. §. huiusmodi de sepul. & sic debet esse sacerdos 16. q. 1. adijcimus. sed presbyteri ex ordine, nõ ex cura, comprehẽduntur constitutione Honorij, & interdum de necessitate non habent fieri sacerdotes rectores parochialium ecclesiarum, vt supra eod. lib. de electione statutum. vel pone, ꝙ annus nõ est elapsus. Vel pone secum dispensatum per decretalem sup. eo. lib. de elect. cum ex eo.

sicut d. c. super specula. imò pp regimẽ tpaliũ, quod hẽt ecclesia, est vtile scire leges. arg. c. si in adiutoriũ. 10 dist. & gl. c. ad hoc. 38. dis. nulli sacerdotũ & quis scit canone & leges, ille vere scit iura. Bal. c. cũ cãm de test. in a. col. Fõ.

e ¶ Ratione.] quasi diceret; si haberent dispensatiue vel alio modo personatum cum illis ecclesijs, bene tenentur constitutione, vel si essent presbyteri, tenentur, non ratione ecclesiæ, sed ordinis, vt supra dixi.

[Gl. sequens quærit, arguit & soluit; contrario arg. respondet.]

h ¶ Capellas.] quid si vnicam habet capellam? Si arguamus a verbis, saltem duæ debent esse: ad hoc. infra de reg. iur. pluralis cum suis concord. ad hoc de deci. ad audientiam. tutius videtur contrarium tenere. ad hoc. ff. de vi bo. rap. l. prætor ait primo. §. homines institu. eo. tit. in princip. ad idem supra eod. [illegible] o. de elect. ca. per respon. supra de priui. vt priuilegia. ibi, aperiantur ecclesiæ, id est, ecclesia [illegible] distinct. omnes leges. cum suis concor. & 2 q. [illegible] t. 1. in primis nec obstat arg. a verbis; quia non dicit hoc, nisi fuerit plebania habes capellas, sed dicitur in plurali plebaniæ habẽs capellas, & pluralitatem capellarum ad pluralitatem plebaniarum referam. Argu. præ di decret. vt priuilegia.

Leges an sit licitum audire clerico obtinenti ecclesiã parochialẽ habẽtem sub se vnicã capellam tantũ.

ADDITIO Hoc vr̃ tenere Guli. in Spec. eod. titu. post prin. vbi dicit, ꝙ plebania est habẽs diuersas capellas in qb. &c. Io. Mo. dicit hic, ꝙ ex quo plebania habet

tinuatio
mini, He
ide do-
es & in
tis Pa--
mitanũ
non ma
pere. &
fi. extra
clerici
mona-.
& Inno.
c. firmi.
extra de
sum. tri.
fide ca--
vide do-
. eo. ti. c.
t specu
ibi Pa-
rtii. nam
gloss
tm valet

capellas perpetuas, reputatur dignitas. Archid. nil dicit de hoc. Io. And.
a ¶ Perpetui. s. eo. lib. de capel. monac. c vnico.
b ¶ Ab ipsis.] scilicet plebanijs, vel capollanijs, & melius,
c ¶ Absque causa rationabili.] de capel. mona. cap. vnico. vbi de hoc.

VT periculosa.] primo cã pmissa ponit duplicê inhibitionem. Secundo, pęnam trãsgressorũ: ibi, Si quis. Tertio ibi, Doctores. illã declarat in doctoribus locum habere.

Et dic periculosa animab. ipsorum vagantium s. de reg. c. fin. Est êt periculosa propter exempli perniciem. de elect. cum dilectus. §. nos vero. de vo. magnæ. in antiq. Ioan. And.

CASVS. Aliquis religiosus, qui erat bene dispositus ad studiũ, cupiens margaritam scientiæ inuenire: dimisit suum monasterium suã auctoritate priuata [verius magis temeritate] & iuit ad studium gñale absque licẽtia sui prælati, vtrum possit licite exercere studium? Respondetur quod non, quia religiosus nihil agere potest sine licentiã sui prelati: & prælatus suus potest ei dare licentiã cum consilio sui conuentus. Sed quid, ponamus retento eodem themate, quod religiosũ absque licentia sui prælati accessit ad studium generale, ipse autem dubitans, q nõ admitteretur nisi ostenderet licentiam sui prælati, dimisit habitum suũ, vt non posset cognosci esse monachus, vtrũ puniatur aliquã pœna? Respon. quod sic: nam ipso facto incurr t sentẽtiam excommunicationis. Et etiam doctor, qui illum admittit in auditorio suo, & illum non expellit, est ipso facto excõmunicatus. Nota primo ex isto cap. q religiosus fauore studij non potest dimittere monasterium sine licentia sui prælati. Sed quis dicetur eius prælatus, quo ad istam licentiam dandam, vtrũ suus episcopus? Dicendum q nõ: licet dicamus, quod episcopus regulariter cõcurrit cũ inferioribus platis, vt in cap. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. in antiq. & l. fi. C. de iurisd. om. iudi. vbi dicitur, q quodlibet collegium potest sibi constituere & eligere rectorẽ, qui cognoscit personas de illo collegio, tamen datur actori optio conueniendi reum coram illo rectore collegij, vel coram ordinario loci: ideo ad dandam istam licentiam abbas dicitur prælatus religiosi. Sed quid si abbas nõ[?] licentiã, an possit recursus haberi ad episcopũ? Respondetur, q sic: si abbas non sit exẽptus a iurisdictione episcopi, si autem sit exemptus recurrendum esset ad Papam, imò dicunt plus doctores, quod episcopus vel superior poterit illi abbati prefigere certum terminum, intra quem det illi religioso licentiam, vt possit studere cum comminatione: q nisi intra illud tempus sibi licentiam contulerit, quod tempore illo elapso episcopus conferet.

[Prima gl. dicit vnde sumpta.]

† Multa huc spectãtia vide per Calderinũ cõs. 2. tit. de magistris, & p Abbatẽ cõsil. 84. lib. 1.

in quibus instituantur clerici perpetui [a] nequeuntes ab ipsis [b] absque causa rationabili [c] amoueri.

¶ Idem.

¶ Excommunicatus est ipso facto religiosus professus habitum temerarie dimittens, vel ad quæcunque studia accedens, non obtenta licentia prælati & conuentus. Doctores scienter docentes, vel in scholis retinentes ad leges vel physicam tales religiosos, similiter excommunicationẽ incurrunt. hoc dicit. Dominicus.

C A P. II.

VT † periculosa [d] religiosis euagandi materia subtrahatur, districtius inhibemus, ne de cetero aliquis q̃cunque [e] religionem tacite vel expresse [f] pfessus, [g] in scholis, vel alibi temere [h] habitum religionis suæ dimittat; nec accedat ad quęuis studia litterarum, nisi a suo prælato cum consilio sui conuentus, [i] vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium licentia [k] primitus sit concessa. Si quis autẽ horum [l] temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. [m]

¶ Doctores quoque, siue magistri, qui religiosos habitu suo dimisso [n] leges vel physicã audiẽtes sciẽter [o] docere, aut in scho-

d ¶ Vt periculosa.] Tracta fuit de extrauaganti, grauis & dolore non vacua.
e ¶ Quamcunque.] dum tamen approbatam. supra de vo. c. vno. eo. lib.
f ¶ Vel expresse.] s. eod. lib. de regula. c. 1. & 3. in casu isto inter expressam professionem & tacitam non est differentia: sicut alibi est. s. eo. li. de elec. nullus. & c. indẽnitatibus. ADDITIO. dicebat Host. s. eo. c. 3. vtrumque. s. vt tacite pfessus non eligatur, & hac constitutione adstringatur introductum in fauorem religionis & animarũ salutem. Io. And.
g ¶ Professus. Nam professus non potest redire ad sæculum: quod dic vt s. de regul. consulti.
h ¶ Temere.] Ex cã enim licet habitum trãsformare, si iusta sit, puta timor supra de vita & hone. cle. clerici, in antiq. in gl. clerici arma,
[Glo. seq. recitari potest per obiect. & solutionem.]
i ¶ Conuentus.] alibi dat prælatus licẽtiam sine requisitione conuentus. sup. e. lib. de elec. si religiosus 2. respõso. sed illud fauore ecclesiarum vacantiũ. ad idem. s. de testa. c. vlt. & illud fauore vltimarũ voluntatũ: & qa piũ executionis testamentorum onus.
k ¶ Licentia. & tunc potest omnia, sine quibus in studio commode esse non posset. quod dic vt no. 1. q. 7. cũ pastoris de accu. ex parte.
ADDITIO. Et quod ibi no. in fi. pen. gl. p necessitate monachi monasteriũ obligari intelligit Arc. nisi actũ fuisset, q alius monacho sumptus inueniret: puta propinquus, vel amicus, & c. Ioan. And.
l ¶ Horum. id est, q apostatat dimittendo habitum, vel quia vadit ad studium sine licentia.
m ¶ Ipso facto.] speciale in religioso apostata: quia alias apostata non est excommunicatus, [1] sed excommunicandus, secundum qđ no Inno. & Ber 23. dist. si quis ex clericis. de vita & honest. cleri. si quis ex clericis de apost. c 3.
[Glo. seq. quærit, arguit negatiue, sol. contrarium.]
n ¶ Dimisso.] quid, si non dimiserit habitum? Videtur, qđ tũc doctores non sint excommunicati qa hæc pęna non est amplianda inf. de reg. iur. in pęnis. Dic cõtra, quia communicant in crimine, & sic eadem & non minori excommunicatione ligantur de sentent. excom. nuper. & c. si concubinæ. & in hoc poterit dici hoc potius venire ad declarationem iuris veteris, quã nouum casum ponere.
ADDITIO. Idem scilicet, quòd doctores, ipsos religiosos docentes & retinentes habitu etiam non dimisso sint excõmunicati, sequitur Arch. & hoc tenet saltem postquam monachus incidit, vt sic communicet iam excommunicato in crimine, pro quo ligatus est super quo vide quod dixi de sent. excommu. contingit. 1. Ioan. And.
o ¶ Scienter.] vbi incederetur in habitu, non haberet locum

1 Similis g[...] s. hoc. li. [...] 1. de temp[...] ord. verb[...] Apostata. [...] intellige hoc dictu[...] prout in gl. notatu[...] est.

locum ignorantia verisimiliter. Sed vbi dimiserant habitum probabiliter poterant ignorare.

ADDITIO. Bene tamen esse posset tanta multitudo scholariū, & cautela monachi tempestiue intrantis, & in occulto scholarū loco manentis, ꝙ licet in habitu intraret, excusaretur doctor, & maxime vbi de habitu in distinctissime loquemur, de quo s̄.eo. lib.de reg. cap.1.vbi in fi.Io. And.

[Gloss.seq.primo soluit vnū dubium: secundo quærit, & soluit: tertio iterum quærit, & soluit.]

a ¶ Retinere.] No. officiū doctoris scholarē de scholis expellere, & per id quod dicit, retinere, dicas, ꝙ licet doctor sciat, 1 monachū habentem domum iuxta scholas doctoris, in domo propria quam inhabitat, audire: excōicatus nō est. 2 tā enim inhibere non posset quin stet ī domo propria, & facit quod dixi j̄. de reg. iur. locupletari. Quid si monachus non vult exire scholas? Videtur per hanc. litteram ꝙ licite vi possit expelli, ad hoc de sent. excom. veniens. in ant. & hoc maxime si vera esset opinio, ꝙ excommunicatus non gauderet priuilegio canonis: ꝙ non est verum s̄m. Io. Ber. & Host. qui de hoc no. 17.q.4. si quis deinceps. de sent. excomm. contingit. 1. Quod si non potest expelli? Exeat scholas doctor ad instar eius quod dicimus, cum excōmunicatus intret ecclesiam, vt no. 11.q.3. sicut Apostoli. & per modernos sup. de sep. excom. nuper.

b ¶ Simili.] quia communicant in crimine, vt dixi, & quia conditor sibi non reseruauit absolutionem, alijs indulsisse videtur. s̄. de sent. excomm. nuper, & facit quod no. sup. eo. super specula.

...dē Io. Mō. ... Atc.

...Præter do... ...res hic ui ...notata in ...ex litteris, ...ra d̄ excess ...p̄la. & ī c. ...archiepis. ...raptorib.

...ipse doctor ...cus. n. ī mo...acho cui ꝓ ...bet audit, ...studiū. su. ...c. fi. Io. A.

lis suis presumpserint retinere: [a] simili [b] eo ipso sint sententia innodati.

¶ Idem.

¶ Clericus in loco temporalis iurisdictionis suæ super delicto, ibi commisso delegans, vt veritate inquisita iustitiam exequatur, irregularis non efficitur, licet pœna sanguinis inferatur. hoc dicit. Dominicus.

CAP. III.

Episcopus, [c] † seu quicunque alius prælatus vel clericus iurisdictionē obtinens temporalem: si homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iurisdictione sua commisso, balliuo suo, aut alij cuicunque iniungat, vt super hoc [d] veritatem inquirens iustitiæ debitum exequatur, irregularis censeri non debet, quāuis ipse balliuus vel alius cōtra malefactores ad pœnam sanguinis processerit iustitia [e] mediante. Nam licet clericis causas sanguinis agitare non liceat, [f] eas tamen (cum iurisdictionem obtinēt temporalem) debent, & possunt [g] metu irregularitatis cessante alijs delegare.

Episcopus.] Ponit dictum, cuius causam reddens soluit obstaculum: ibi, Nam licet.

CASVS. Episcopus Pictauien. vel aliquis abbas vel alius clericus Prælatus, qui habebat iurisdictionem tēporalem, deputauit aliquem balliuum vel iudicem ad illam iurisdictionem exercendam, deinde cum dictus balliuus vel iudex haberet in suis carceribus, vel vinculis aliquem malefactorem, ipse prælatus clericus dicto iudici, vel balliuo mandauit, vt de tali malefactore faceret bonam iustitiam, vnde iudex iste vel balliuus sæcularis magis excitatus ex iussione domini sui, talem reum, & criminosum condemnauit vltimo supplicio: vtrum episcopus, vel alius prælatus ex hoc incurrat aliquam irregularitatem? Respondet ꝙ non, dummodo non mandauerit, vt illum condemnaret vltimo supplicio, sed solum mandauerit, vt faceret bonam iustitiam. Nam si iudex sæcularis excessit, non est imputandum ipsi episcopo vel prelato. No. primo hic optimum textum, ꝙ delegatus inferioris à principe, potest exequi sententiam suam, si hoc in commissione exprimatur. de quo de foro competent. in antiq. si quis contra clericum. No. secundo casum, in quo quis potest per alium, quod non potest per seipsum. de quo infra de reg. iur. potest quis. Dom.

[Prima glo. dicit quid declarat.]

c ¶ Episcopus.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ notant Ber. Inn. & Moderni s̄. eo. clericis. vbi videbatur gl. & Host. sentire, ꝙ generalem vicarium vel balliuum posset dare ad talia sed nō specialem. Sed ex verbis ipsorum olim tenebam contrarium. Nam dicunt ꝙ si appelletur in tali causa, debet appellari ad ipsum prelatum, & ipse alij delegabit: ergo etiā secundum eos specialiter poterat delegare. Quid iuris ergo de prelatis temporalem iurisdictionē habentibus, habes hic, & quomodo eam committere possint. Quid iuris de clericis iniuriā passis, & quomodo de ipsa conqueri possunt, habes infr. de homi. prælatis.

ADDITIO. Conformiter ad gloriam, & Host. supr. eo. clericis, dicebat Goffr. de rapt. in archiepiscopatu, ꝙ consulebat prælato habenti iurisdictionem temporalem, ꝙ non committat in specie laico puniendum corporaliter: sed generaliter delegat causarum vniuersitatem, quæ sunt ad pœnam sanguinis. Etsi Goff. intellexit, quod non exprimat de pœna corporali inferenda in speciali concessione, hæc decretalis non resistit huic consilio. Io. And.

[Glo. seq. infert, & ponit dictum Hostiensis.]

d ¶ Super hoc. maleficio ergo, & specialiter committit: dicit Host. sup. eo. clericis, ꝙ sibi placeret, ꝙ aut daretur clericis licentia tales causas iudicandi per se ipsos, aut alium causarum potestas ipsis clericis tolleretur, cum commissio sit contra ius, ff. de off. eius cui man. est iu. l. 1.

2 Prælatus iurisdictionem obtinens tēporalē, pt ēt specialiter, cām criminalē delegare.

ADDITIO. Intelligas hoc dictum per id ꝙ no. de rap. in archiepiscopatu in vlt. gl. nam saltem vltimum supplicium & membri mutilatio non delegātur etiam iure authenticorum, & de his committendis agitur hic principaliter, vt dixi in tex.

[Gloss. seq. quærit, & soluit, & argumento contrario respondet, Io. And.

e ¶ Iustitia mediante.] Quid si contra iustitiam? Dic idem; 3 Nā episcopus, qui mandauit iustitiam fieri, nō est in culpa, si iustitiarius delinquat, & absit, quod ea quæ propter licitum, & bonum, &c. 23. q. 5. de occidendis, non obstat. j̄. de homi. is qui mandat. quia ibi culpa præcessit, & casus, qui culpam sequitur bene imputantur. de hoc plene de homi. sicut dignum, in antiq. hic nulla culpa præcessit.

3 Cōcor. Arch. alle. ꝙ in gnāli mādato n̄ venit aliqd illicitū. ꝯcord. ꝙ scrip si s̄. ti. 1. cap. vlt. circa medium magnæ gloss. Io. An.

f ¶ Non liceat.] s̄. eo. clericis, & c. sententiam.

g ¶ Possunt.] Ergo potest quis per alium, quod nō per se, de hoc dixi inf. de reg. iur. potest quis. Io. Andr.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.
DE SPONSALIBVS & matrimonijs.

Continuatio domini Heliæ.

[Visum fuit supra in tribus libris pcedētibus de illis q̄ spectāt ad clericos: nūc videndū est de illis, q̄ spectant ad laicos, videlicet de m̄rimonijs. ideo merito annectit tit. de spōsalibus & matrimonijs.

Ex spōsali. Sunt duæ partes. Prima tractat de spōsalibus puris: Primo ī genere: Secūdo in specie, ibi, Quare. Secūda tractat de conditionalibus illi vero. Ioan. And.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De sponsalibus, & matrimonijs.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Sponsalia pura, & certa ex consensu valida, licet alias nulla, inducunt publicam honestatem, quæ habet dirimere sequentia sponsalia, sed non præcedentia.

CAP. VNIC.

Ex spōsalib.[a] † puris[b] & certis,[c] etiā si consanguinitatis,[d] affinitatis,[e] frigiditatis[f], religionis,[g] aut alia qua-

Pro intellectu huius cap. præsupponendum est, quid sit publicæ honestatis iustitia. Vnde iustitia publicæ honestatis est quoddam impedimentum, q̄ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractū, quod oritur ex consensu præstito in sponsalibus, vt si monachus contrahat cum aliqua, tunc consanguineus monachi non poterit contrahere cum illa, publice enim honestum est, ex quo monachus consensit in illam, quod aliquis consanguineus eam habere non possit, & fuit introductum hoc impedimentum propter honestatem duntaxat. De hoc per Panor. in c. iuuenis. eo. tit. in antiq.

CASVS. Aliquis Titius contraxit sponsalia cum aliqua Berta dicendo. Promitto, & iuro, q̄ ego accipiam te in vxorem: & econuerso illa Berta promittit, & iurauit illum Titium accipere in virum: tractu temporis Titius contraxit secunda sponsalia cum consanguinea Bertæ: & sic orta fuit iustitia publicæ honestatis inter Titium, & consanguineas ipsius Bertæ, & inter Bertam, & consanguineos Titij, quæritur vtrum Titius poterit contrahere matrimonium cum ista secunda sponsa? Respondetur quod non obstante impedimento iustitiæ publicæ honestatis, quod est sufficiēs impedimentum ad impediendum matrimonium contrahendum, & si de facto contraheret cum secunda, dirimeretur istud matrimonium vigore istius impedimenti, & non obstante ista secunda sponsa poterit, & debebit Titius contrahere cum Berta. Sed quid, ponamus, quod Titius contraxit sponsalia cum Berta sub aliqua conditione: postea pendente conditione contraxit matrimonium de præsenti cum consanguinea Bertæ: vtrum per istud matrimonium de præsenti fuerint soluta priora sponsalia? Respondetur quod sic, quia per sponsalia conditionalia non contrahitur iustitia publicæ honestatis: Secus si sponsalia essent certe, & pure contracta, quia cum ex illis oriatur iustitia publicæ honestatis, non frangerentur priora sponsalia, imo Titius compelleretur contrahere cum Berta, cum qua primo contraxit sponsalia, vt dictum fuit in prima parte huius capituli. Nota primo, quod publica honestas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum.

Nota quod antequam ex sponsalibus oriatur iustitia publicæ honestatis, requiritur, quod sponsalia sint pura, & certa. Nota quod ex sponsalibus nullis, dummodo non sint nulla ex defectu ɔsensus, oritur publica honestas, ideo si monachus vel presbyter cōtraheret aliquis ex consanguineis monachi vel presbyteri non posset eam habere in vxorem: ex quo illa sponsalia non fuerunt nulla ex defectu consensus: quia monachus habet consensum: quia consensus est de iure naturali. in l. 1. ff. de pact. ideo illa sponsalia non sunt nulla ex defectu consensus, sed sunt nulla propter susceptionem sacri ordinis. Nota q̄ si quis contraxit sponsalia de futuro, & postea contrahat per verba de præsenti cum consanguinea primę spōsæ: debet remanere cum prima. Sed quid si ipse cognouit secūdam? Dicendum q̄ neutram debet habere, non primam propter affinitatem subsecutam: quia contrahendo cum secunda, & eam cognoscē do cōtracta fuit consanguinitas cum prima. Et licet affinitas superueniens nō dirimat matrimonium, tamen dirimit sponsalia, nec habebit secundam propter impedimentum publicæ honestatis. Nota vlterius ibi, Ille vero, quod si quis contrahat sponsalia conditionalia, quia promisit aliquam accipere in vxorem sub aliqua conditione honesta, & licita, (quia si esset conditio turpis, tunc sponsalia remanerent puta) ista conditio honesta, & licita suspendit effectum. Si ergo suspensus contrahat per verba de præsenti cum consanguinea primæ sponsæ habebit secundam, puta consanguineam primę sponsæ, quia fuit contracta publica honestas. Sed quid si contraxit cum consanguinea primæ sponsæ per verba de futuro, quia si contraxisset per verba de pręsenti cum ista secunda, non est dubium, quin debeam habere istā secundam & non primam? Respondet glossa, q̄ idem esset, sicut si contraxissem cum secunda per verba de præsenti, quia ex quo inter me, & secundam non est impedimentum, sum obligatus secūdæ, & non primæ. No. quattuor impedimenta, quæ inducunt nullitatem sponsaliorum respectu vinculi matrimonialis. hæc sūt expressa in textu. Not. quòd affinitas inducit nullitatem, sicut consanguinitas. de quo de consan. & affin. non debet. Dominicus.

† Vide conci. Trid. sess. 24. de ref. matr. ca. 3. confert enim multū pro textu, & glossis.

[Prima glo. dicit, quod declaret.]

a ¶ Ex sponsalibus.] Emanauit ad declarationem eorum, quæ no. 27. q. 2. si quis desponsauerit 2. supra eo. tit. ad audientiam.

b ¶ Puris.] conditionalia non inducunt publicæ honestatis iustitiam, ut dicitur in fi.

c ¶ Certis.] vt si promisit ducere Bertam filiam Titij. incerta sunt, quando promisit ducere vnam ex filiab. Titij ad hoc sup. eo. c. ex litteris. 2.

d ¶ Consanguinitatis.] scilicet intra gradum quartum. su. de consan. non debet, & iste erat casus sup. eod. ad audientiam.

e ¶ Affinitatis.] in primo genere, & quarto gradu, vel citeriori. sup. de consan. & affi. non debet, & tunc talis affinitas annullat matrimonium, quando præcessit, secus si secuta fuerit. de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. discretionem.

f ¶ Frigiditatis.] sup. de frigi. per totum.

ADDITIO. Et vide distinctionem, quam scripsi eo. tit. de frig. c. fraternitatis. in fi. Io. Andr.

g ¶ Religionis.] præcedentis. sup. de vo. & v. vnico. quia tunc nullum est matrimonium, vel sponsalia. si sequitur, tunc dissoluit sponsalia, vt sup. de conuer. coniu. ex publico, & c. 21.

a ¶ Alia

a ¶ Alia quauis.] sicut dicebat pdictus canon.27.q.2.si quis dispõsauerit. Et multę aliæ causæ reperiũtur puta votum solenne, cognatio spiritualis, & legalis, & reliqua impedimenta, vt dixi in summa.4 lib.

b ¶ Consensus.] puta cõtracta ab infante vel furioso. s.eod. dilectus. & de despon. impu. litteras & c. accessit

ADDITIO. Vel per iocũ, vbi iocus ē potēs, fm Vinc. qui sic no. eo. tit. ad audientiã. & Archid. hic. ad hoc 22 q.2. ne qs versi. illud ēt facit. s. de sen. excõ. c.1. & quod scripsi de despõ. impuber. duo pueri. super 5. glo. Io. And.

c ¶ Dissoluendum.] bene ergo 1 dicebãt Hug. Io. & sui sequaces, qui dicebãt monachũ, sacerdotē, frigidũ, & similes personas ɔhēdo cũ aliqua impedire oēs ɔsãguineos ɔhere cũ eadē, vt no. in prædi. ca. si quis desponsauerit.

d ¶ Publicæ honestatis.] s. eod. sponsam. publicæ. n. honestatis est, ex quo cõsanguineus meus viuēs vel mortuus cõsēserit in Bertã. q ego illã habere nõ possũ.

ADDITIO. Vide qđ scripsi de hoc impedimento publicæ honestatis in tractatu super ipso habito in concilio Lugdunēsi. in decret. non debet. de consangui & affin super glo. vt melius.

Sequitur ...et. de An...cha Font.

De impe...imento iu...itiæ publi...e honesta...s qd sit, & ...i proue...at, vide B...ho. qõni...us additis ...d tertiam ...artem: q. ...5. artic. 4. ...c docto. ...cholasticos ...4. sen. di...1.

uis a ratione sint nulla, dũ modo nõ sint nulla ex defectu consensus; b oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequētia spõsalia vel matrimonia, non autem ad præcedētia dissoluēdum, c impedimētum iustitiæ † publicę honestatis. d Quare ille, qui sponsalia pure ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idem e fecit, ex priorum sponsaliorum vigore (quibus per publicæ honestatis iustitiam ex secundis sponsalibus subsecutã minime derogatur) f ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus. g

¶ Publicam honestatē non inducũt sponsalia conditionalia ante conditionis euentum. h. d. Ioan. And.

Sponsalia quid sint, vide p Theologos lib.4. sen. dist.27.

e ¶ Idē fecit.] s. qa spõsalia cõtraxerit. sponsalia vero sunt futurarum nuptiarum promissio. ff. eo tit. l.1.30. q 5. nostrates vnde aduerte si cum prima ɔxerit de futuro, & postmodum cum secunda consanguinea in phibito gradu eodē mõ contraxit, & secũdã cognouit nec primã habere poterit pp affinitatē superuenientē: quæ soluit sponsalia de futuro, vt s. de eo. q cogn. cõsang. vxo. suę. veniens & c. ex litteris. secũdam habere non poterit: quia publicæ honestatis iustitia illum contractum impedit, & dirimit, vt s. prox. responso.

[Glo. seq. reci. per obiectionem.

f ¶ Derogatur.] no. q licet superueniens affinitas dissoluat spõsalia de futuro: superueniens tñ iustitia publicæ honestatis ipsa non dissoluit, & merito: secũda. n. sponsalia tollũtur per publicæ honestatis iustitiã ex primis inductam: non ergo ex secundis potest esse honestas, quæ tollat primam: & est. si. 57. dist. si quis.

g ¶ Obligatus.] nisi cum alia non ipsius consanguinea contraheret per verba de pręsenti. sup. eo. si iter. vel superueniret aliquod de ijs impedimentis, quę dixi in summula, circa principium.

[Gl. seq. dicit quid approbat & reprobat illę. §.]

h ¶ Ille vero,] reprobatur opinio. Inno. no. de spon. duorũ c.1. vbi dicebat, q per sponsalia sub contradictione cõtracta inducitur publicę honestatis iustitia. Host. contra sup. eo. ad audientiam Ioan. And.

i ¶ Ante.] secus si post: quia tunc non deesset consensus. sed esset pinde ac si a principio pure cõtraxisset.

[Gl. seq. quærit, & soluit.

k ¶ Præsenti.] qđ si ɔhit cũ cõsanguinea primæ, de qua loquitur littera per verba de futuro: nunquid soluta sunt prima sponsalia conditionalia? Credo q sic: si n. prima sponsalia inducũt publicæ honestatis iustitiã,

¶ Ille verò, h qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante i conditionis euentum cũ alia prioris consanguinea per verba contraxerit de præsenti; k cum secunda remanere debebit: Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionē l extantem, sicuti † consensum non habētibus, & incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oriatur.

TITVLVS II.

De desponsatione impuberum.

Bonifacius VIII.

¶ Sponsalia amborum infantium vel alterius tantum, per superuenientiam maioris ætatis non validantur; nec publicam ho-

per iustitiam publicæ honestatis superuenientē ex secũdis nõ soluũtur. vt j. pro xi. rñso. sed si p prima nõ inducit iustitia, puta q p iustitiã supuenientē ex secũdis bene soluantur prima, licet in veritate prima spõsalia dicēda non sint, ex quo consensus defecerat, vt hic, sic. n. est ĩ alijs impedimentis. s. de eo, qui cog. consang. vxo. suæ. veniens cũ si. vnde si post fm ɔtractũ superueniat conditio: dico q primũ matrimonium consumare non põt: publica. n. honestas nõ insurgit a die ɔtus, sed a die conditionis, & ideo publica honestas, quæ pręuenit conditionem, hēt matrimonium impedire, & dirimere, vt s. 1. respon. cum per hoc reddatur inhabilis primæ de iure iu. quemadmodum.

[Gl. seq. primo soluit duo dubia: demũ ponit opi. Host. q recitatur per qõnem.]

l ¶ Conditionem.] hęc vera intelligas, nisi interueniat carnis copula: 2 qa tũc recedit a cõdõne. de cõdi. ap. de illis. Et de hoc sat. s eo tit. p tuas. Et sic eēt ibi ɔsēsus & mrimoniũ: vnde tũ pp affinitatē, tũ pp iustitiã nõ teneret matrimoniũ postea cũ cõsãguinea ɔctũ: & intellige de cõdõne honesta, non de tali, q habeatur pro non adiecta s. de cond. c. vlt. quia illa inducerēt publicam honestatē, ac si pure cõtracta fuissent, 3 & no. Host. sup. eod. ad audientiam, q si qs tali cõdõne contrahat cũ aliqua, promitto, q te ducã in vxorem, si Deo & Ecclesiæ placuerit: postea cõperto impedimento, & solutis sponsalibus contrahat cũ cõsanguinea illius: tenet cõtractus, & licet hęc cõditio intelligatur etiã si non apponatur: tñ qñ non exprimitur, cõsensus purus remanet; conditiones enim tacitæ non faciunt obligationem conditionalem. ff. de cõd. & demon. l. conditiones extrinsecus. & no. de iureiu. quemadmodum, tacitum tñ si exprimatur, facit rē conditionalem. 4 ff. de leg. 1. si ita legatum. § 1. vbi cõditio si volet, posita in persona legatarij facit cõditionale legatum vide quod no. ff. de cond. & demõst. l. aliquãdo. Et expressa noceat, quæ non expressa non nocerent. ff. de reg. iur. expressa.

† In manuscriptis exēplarib ac vetustiorib. ēt impressis ɔstãter legit ita: sicuti cõsensum non habentib. &c.

2 Si tñ spõsalib. fuerit renũciatũ aut spõsa publice fornicata cum alijs fuerit, tũc sequēs copula non inducit matrimoniũ. c. quemadmodũ. de iureiu. Feli. c. cũ M. de cõsti. col. pen. idē si cõdõ. ista ponatur, ducãte in vxorem, vel dato tibi centũ. post copulã liberatur dando centũ. Asta. in suasum. 2 parte lib. 7. argu. 2. 11. 3. circa si. F.

3 Idē intelligas de cõdõne de futuro, non de pſenti, vel præterito quod pbat Io. Mo. per hanc litterã quæ dicit, ante condõnem, &c.

4 Sequũtur doc. legistæ tractãt in l. item aliqñ. ff. de cond. & demõ. gl. in l. itē qa ff. de pact, Fon.

DE DESPONSATIONE impuberum.

¶ Dictũ fuit sup. tit. prox. de quodam impedimēto, q impedit mrimonium contrahendũ, & dirimit iã contractũ, scilicet impedimento publicæ honestatis, nũc

nestatem inducunt; nisi fuerint ratificata tacite vel expressè. hoc dicit vs. ad §. idem quoque. Dominicus.

CAP. VNIC.



I infantes[a] † ad inuicem vel vnus maior septē nio[b] & alter minor, sponsalia contraxerint, ipsi, vel parentes pro eis:[c] nisi per cohabitionē eorum mutuā, seu alias verbo[d] vel facto[e] ipsorum liquido appareat eosdem in eadem voluntate factos maiores septennio perdurare: spōsalia huiusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime conualescūt;[f] & ideo cum sint nulla ratione defectus consensus, publicæ honestatis iustitiam non inducunt.[g]

† Vide B. Th. in qōnibus additis ad 3. par. q. 47. ar. 1. & 2. & Docto. li. 4. sent. dist. 37. & Domi nicom. cōn. 24. incip. Quia diffu tè.

videndū est de impedimento ætatis: Nam impuberes nō possunt contrahere matrimonium de præsenti, siue sponsalia de præsenti: ideo ponitur titulus, de desposatione impuberum. Vnde sciendum quod spōsalia dicūtur a spondeo spondes, quod est promitto. l. 1. & 2. ff. despon. ideo qn̄ quis pmittit aliquā accipere in vxorem dicuntur proprie spōsalia: sed matrimoniū impropriе appellatur spōsalia, sed iō appellat spōsalia: qa sponsus promittit ōhere matrimonium carnaliter.



I īfantes ad inuicē] Sūt tres partes. Prima tractat de sponsalib. ōtractis p infātes ambos vel alterū. Secunda: ibi, Idem quoq; de matrimonio contracto p impuberes. Tertia ibi, Porro de spōsalibus contractis per parentes pro filijs, & istud sufficiat pro diuisione & sūma; quia summaria non potest breuius recitari.

ADDITIO. Realem enim & pulcherrimam formam habuit hæc decretalis. determinat autem principium nota. 30. quæst. 2. cap. vnico. & supra eodem litteras. aliæ diuersæ determinationes inf. ponuntur in glos. Ioan. And.

CASVS. Duo infantes contraxerunt sponsalia per verba de futuro: puta masculus promisit, quod feminam acciperet in vxorem, & femina promisit, quod masculum acciperet in virum: certū est, quod non tenent sponsalia propter defectum ætatis. Sed quid? ponamus quod ipsi infantes sic steterunt vsque ad octauum annum; vtrū ex cursu temporis validentur sponsalia? Respondetur, quod ex solo cursu tēporis sponsalia nō assumūt vires, nisi verbo fuerint validata, vt quia masculus vocat eam sponsam, & econuerso illa vocat masculum sponsum, & tunc verbo validantur sponsalia; vel etiā facto validantur; quia in illis partibus sponsus consueuerat dare aliqua iocalia sponsæ; & istud faciebāt isti iuuenes; tunc enim ratificantur sponsalia & assumunt vires. Idem dicendum est de impuberibus, respectu matrimonij, quādo isti impuberes sunt tales, in quibus ætas non supplet malitiam; nam solo cursu temporis nō ratificatur matrimonium; nisi verbo fuerit validatum matrimonium, puta quia masculus vocabat eam vxorem, vel osculabatur, vel alia faciebat, quæ solent facere vir & vxor; tunc ex illo actu matrimoniū assumit vires. Sed quid? ponamus quod pater Titij cōtraxit sponsalia pro filio suo; vtrum filius sit obligatus, & vtrū ex illis sponsalibus oriatur ius publicæ honestatis, ac si filius contraxisset in eius ppria persona? Respondet Romanus Pontifex cum distinctione; aut filius ratificauit illa sponsalia, & tunc oritur ex illa ratificatione impedimentū publicę honestatis, ac si idē filius personaliter contraxisset; aut filius nō ratificauit illa sponsalia, & sic non consensit expressè nec tacite, & tunc non est obligatus, nec oritur ius publice honestatis. Not. primo, quod minores septēnio, & sic infantes non possunt contrahere spōsalia per verba de futuro; multo minus matrimonium contrahere possunt. Et ratio huius est; quia in spōsalibus requiritur consensus; modo infantes non habent cōsensum; quia ætas illa quid videat, ignorat. l. 1. C. de fal. moneta. Not. sponsalia nulla ex defectu consensus, non conualescunt per diuturnitatē temporis, nisi fuerint ratificata verbo vel signo. Not. quòd impuberes nō pñt contrahere per verba de præsenti, fallit si malitia supplet ætatem. Quæritur qualiter potest cognoscit quod malitia supplet ætatē? Dicit Hostiē. quod requiritur quod se cognoscant carnaliter. sed istud n̄ placet glossæ nec doctoribus: quia potest esse, quod aliquis iuuenis intra 14. annum cognouit aliàs mulieres carnaliter. & ista sponsa fuit cognita ab alijs masculis: & sic constat, quod isti iuuenes sunt potentes ad coitū, nec refert, an spōsa fuit cognita p spōsum, vel nō. Not. quod matrimonium nō assumit vires adueniēte pubertate, nisi p aliquod signum appareat de ipsorū cōsensu. Not. quod si pater contrahat matrimonium pro filio præsente & non cōtradicente, videtur consentire. Et sic tacens vr̄ cōsentire licet agatur de actu oneroso. Regulariter aūt in actu oneroso tacēs non hr̄ pro consentiēte. l. filiusfamilias. ff. de pcu. sed tñ hic licet agatur de actu oneroso, tacens hr̄ p consentiente. Vnde sicut existēs in mari exponit se infinitis periculis; similiter cōtrahētes matrimoniū exponunt se infinitis periculis. Not. quod pater non potest filium ignorātem vel inuitum obligare, nec ex illo contractu orit aliqua actio ōtra filiū. No. quod vbi datur permistio habilis cum inhabili, vitiatur actus, q̄do requiritur concursus habilitatis in vtroque, de quo ĩ. in reg. vtile. de reg. iur. No. tres modos quibus probātur minores ratificare sponsalia, quæ non tenuerunt. Dom.

a ¶ Infantes.] 1 hi sponsalia contrahere non pñt; cum ætas illa quid videat, ignoret C. de fal. mone. l. 1. ad hoc sup. eo. lib. de tempo. ordi. nullus. C. de iure deliberandi. si infanti. & 30. q. 2. §. 1. Ioan. And.

1 De ętate infantili, seu de prima hominis ętate vide Ioan. Ananiā in Rubrica de delictis puerorū. Baldū in repetitio c. si pater. de testa. li. 6. & Cyn. in l. si infanti. C. de iure delib. Sponsalia contracta ante septenniū ratificantur verbo vel facto.

[Gl. seq. notat dñiam inter infantē & impuberem.]

b ¶ Septēnio.] no. quod licet quoad pubertatem sit in sexu differentia in numero annorū. sup. c. puberes & ca. continebatur, quo ad infantiam secus; quia a vterque infans minor septennio, vt hic & s. eod. litteras. & c. accessit.

ADDITIO. In sexu est differentia quo ad pubertatē inchoandā. In finienda enim non est in sexu differentia. In vtroque. n. sexu finitur 25. anno, C. si mi. se ma. dixerit. l. 1. si ma. fac. alien. sine decr. ratam habe. l. fi. insti. de cura. in prin. Io. And.

c ¶ Eis.] ignorantibus vel scientibus non curo; sed aliter in maioribus, vt inf. §. porro. Ioan. And.

d ¶ Verbo.] quia est s. ptennium adinuicem vocant se sponsos.

e ¶ Vel facto.] vt quia post septennium secum iacet, vel eā osculatur vt sponsus, vel his similibus, & hic non refert, an qd fiat verbo vel facto, de ap. dilecti. 1. & c. nostrum. & ad hoc concor. de rest. spo. ex parte.

f ¶ Conualescunt.] ĩ. de reg. iu. non firmatur. & intellige per hoc absolutionem, quam dixi ĩ. de reg. iur. non firmatur. eo. lib. scilicet quod solo tēporis tractu nō firmatur, quod a principio non valebat, sed nouo subsequenti consensu interdum tacito, interdum expresso. Bene vides; & ibi plenius dixi.

ADDITIO. Ioan. Mona. dicit, consensu uero uel præsumpto allegat. ff. loca. item quæritur. §. fina. & l. seq. Ioan. And.

g ¶ Non inducunt.] sup. eo. cap. proximo.

[G. q.

[Gl.seq.no,pro opin.Gof.contra opi.Tancr.quam etiam improbat per rationem.

a ¶ Supplebat.]sup.de spon.veniens,&c.ad id quod sup.e.puberes,& c.de illis,Et sic no.ꝙ si malitia suppleat ætatem,contrahere poterunt matrimonium,& concor.sup.eo.cap.vlt.& cap.de illis,& est hoc contra opin. Tra. & Hosti.[1] qui dixerunt in prædic. decreta.d̄ illis.ꝙ ad hoc vt teneat matrimoniũ contractũ inter minores,in qb. malitia supplet ætatem,requiritur,ꝙ ī nicē se cognouerint cũ de hoc aliter constare non possit;ex quo sunt minores. Sed Goffr. ibi.s̄.cui concord Ber. Inn & Abb.& hoc verũ,& hic approbatur. Qd̄ si puer minor 14.ann. multas mulieres cognouit,& mulier minor 12. annis à pluribus est cognita ? Hi contrahunt mr̃imonium.[Simul vel diuersis,non curo.] Quis habes diceret tale matrimoniũ prætercarnalem adinuicē copulam non tenere.Io.And.

[Gl.seq.dist.quid approbat,& illud coadiuuat.]

b ¶ De futuro.]ap̄pbatur quod no.Ala. Tan B. Gof Inn.& Host.s̄.eo.à nobis. Probat olim hoc p decre.ca.attestationes,& c.vlt.& s̄.de condi.c sup.e.Sepe enim extra id,quod agitur tacita nascitur obligatio.ff.cõ mo.si tñ qui commodatum.§.vlt.

Quæ ad- hic pla Archi. And.

¶ *Sponsalia per verba de præsenti contracta inter impuberem & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati, valet vt sponsalia de futuro: nec in matrimonium transeũt ex sola perseuerantia etatis,nisi aliter approbentur: inducunt tamen publicam honestatem, hoc dicit Do.*

¶ Idē quoque si pubes, & impubes, vel duo impuberes nõ proximi pubertati, & in quib. ætatem malitia non supplebat,[a] per verba contraxerint de præsenti, sponsalia.n.illa, quæ iuris interpretatione tñ fuerũt spõsalia de futuro;[b] (licet verba cõsensum exprimentia de præsenti haberēt, & matrimonium[c] contrahere † intenderent contrahẽtes) per aduentum pubertatis in matrimonium non transeunt de præsenti; nec matrimoniũ (quod vt matrimonium ætate non tenuit ꝓhibēte) per lapsum dicti tēporis conualescit: nisi per carnis copulã subsecutam, vel aliquem modum[d] alium contrahentes eosdem cum eiusdem perseuerantia voluntatis ad pubertatis[e] tempora peruenisse constiterit euidenter, per dictum tamen contractum, qui valuit vt potuit, non sicuti agebatur, publicæ honestatis iustitia est inducta.

¶ *Sponsalia pro absentib. filijs non tenent; nisi ipsis præsentibus,vel nisi approbauerint tacite vel expresse ex post facto; h.d. Dom:*

¶ Porro[f] ex sponsalibus, quæ parentes pro[g] filijs puberibus vel impuberib. plerumq; contrahunt, ipsi filii si expresse consenserint, vel tacite, vt si præsentes fuerint nec contradixerint,[h] obligantur: & ex eis oritur iustitia publicæ honestatis. ¶ Et est idē si filij tempore sponsaliorum absentes, & etiã ignorantes eadem sponsalia[i] post scientes ratificauerũt tacitē † vel expresse: alias ex sponsalibus contractis a parentibus pro filijs nec ipsi filij obligantur, nec publicæ honestatis iustitia inde surgit.[k]

plexus,& similia interuenientia post tēpus pubertatis,vt hic,vtroq.enim casu consensus fortificat, qd̄ agebatur.Io.And.

e ¶ Pubertatis.]statim ergo fugere dēt q̃ cito p̄t,quod dic vt s̄.de spon.ad id qd̄,& reprobatur opi.Per.de Sãp.not.sup.eo.tit.c vlt.per Abbatem. ADDITIO. Vt ibi scripsit in fi.Io.An.

f ¶ Porro.] declarat notata per Inno.& Hosti.super de rest.spol.ex parte.

g ¶ Pro filijs.] non eis mandantibus; quia tunc idē est ac si ipsi cõtraherent. sup.e.lib.de procurat cap.vlt.

h Cõtradixerint.] ergo qui tacet, hoc casu nõ cõsentit. j. de reg.iu.qui tacet. cum suis concord. ADDITIO.Cum hic agatur de re naturaliter appetibili. Io. Mon.

[Gl.seq.recitatur p̄ q.& ponit opinionem Hosti.& cõtrarium Inno.& primum approbat.]

i ¶ Spõsalia.]cõtracta per parentes,& idē ead.rõne intelligas de quolibet alio s̄.de spõ.ad id ꝙ & sup.de matrim.contract.ʒ interdi. eccl.ca.1.quod huic bene cõcord.& hoc ibi tenet Host.sed Innocen.ibi not.contrarium dicens speciale in patre.vt nomine filiæ presentis & non cõtradicētis possit sponsalia ʒhere,ff.de spõsa.l.sed ea q̃ patris,& l.seq.C.de nupt.viduæ.se cus in tutore.ff.de spons.si puellæ,& non obst.de spon.ad id qd̄[2] quia ibi interuenit carnis copula:aliàs secundum eũ,sed uerius uidetur,quod dicit Host.licet Bernar uideatur ibi tenere opinionem Innoc.& quod decretalis illa non loquatur de expresso consensu probatur;quia quare posuisset Papa ibi uerba quæ sapiunt tacitum consensum.Item nõ inuenimus,quod paternus consensus aliquid in contractu matrimoniali impuberis operetur, alias quam in præcedentibus casibus.

† Intellige tñ si aliud factũ cõcurrat cum illa taciturnitate, s.copula aut aliud simile: Io.An.de Anch.ad de notata Bar.ī l.quo n.ff.rē.rat.hab.Fon.

2 Hæc loquitur in uitrico,sequens in fratre,decre.ex parte superius allegata ī patruo.Io.An.

ADDITIO.Ad supradicta inducitur,quod non semper verba de presenti habent consensum de præsenti.Io.And.

c ¶ Matrimoniũ.]& non spõsalia,vñ non videbantur sponsalia,ad hoc s̄.de eff.dele cum super in anti.ff.de spon.quasitum.C.si quis alteri vel sibi.l.multũ interest.nec matrimonium:quia ætas prohibebat,sed primũ falsum,vt hic vides.Et sic no.istud generale: Si nõ valet vt ago,ualet ut valere põt.s̄.eo.à nobis.

d ¶ Modũ aliũ.] vt quia simul cohabitauerunt,vel se coniuges nominabant,& amplexabãtur,vt coniuges. ADDITIO.Hic patet sponsalia de futuro transire in matrimoniũ præter carnalē copulã,cõtra de matrim.contr.st.c.1 Archi.signat,sed nõ soluit.Tu dic,vt ibi scripsi super uerbo,amplexata ꝙ sponsalia de futuro uerbis & mēte cõtrahentiũ per amplexus,oscula,& hic similia,nõ transeunt in mr̃imoniũ,ut ibi,Nec mirũ,quia nec per nixũ carnalis copulæ transeũt ut s̄.de spon.c.si.Sed illa q̃ uerbis,& mente ʒhentiũ sunt de p̄senti,tñ iuris interpretatione sunt de futuro,bñ transeunt in mr̃imoniũ præter copulã per oscula,am-

Spõsalia de futuro quoq. ne copula trãseunt in matrimon.

CASVS. Titius vſurarius manifeſtus veniens ad mortem, in teſtamento ſuo ante mortem præcepit hæredibus ſuis, vt ipſi reſtituerent vſuras illis perſonis, a quibus eas acceperat: deinde mortuus eſt: eo mortuo hæredes ſui voluerunt eum tradere ſeu tradi facere eccleſiaſticæ ſepulturæ: dicebant creditores vſurarij, a quib. ipſe Titius acceperat vſuras, ꝙ erat ſibi deneganda eccleſiaſtica ſepultura, donec & quouſque ipſi hæredes reſtituiſſent vſuras, quas Titius defunctus acceperat, dubitatur, quid iuris ſit: Vnde conſultus Papa rñdet, ꝙ ipſe defunctus non debet ſepeliri neque tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec ſui hæredes tradant, & reſtituāt vſuras illis perſonis, a quibus fuerunt extortæ: vel præſtēt cautionē cum fideiuſſorib. vel pignoribus: & ſic reddāt creditores certos de pecunijs recuperādis & habendis. Sed quibus p̄ſtabitur iſta idonea cautio? Rñdet, quod illis, a quibus fuerunt extortæ vſuræ, ſi ſint præſentes: ſed qd ſi ſint abſentes? Rñdet, ꝙ tūc præſtabitur iſta cautio Epō, vel eius vicario: vel rectori Eccleſiæ parochialis, qui ſtipulabitur pro abſente de vſuris reſtituendis: ita ꝙ abſenti acquiretur actio, ac ſi ipſe præſens ſtipulatus fuiſſet vſuras ſibi tradi. Sed vellem informari, quam ſummam debebit continere iſta cautio? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: Aut certum eſt, quantum a quolibet eſt receptum pro vſuris: & tunc illud debebit continere iſta idonea cautio. puta promitto reſtituere tali decem ſcuta, quæ talis, pro quo fideiubeo, accepit pro vſuris. & tali quinque ſcuta: & ſic de ceteris: Aut non eſt certum, quantum a quolibet fuit receptum pro vſuris: tunc cautio iſta debet continere ſummam ad arbitrium Epiſcopi, vel uicarij, vel rectoris eccleſiæ parochialis: & debet ſcribi, quot annis ipſe exercuit vſuras, & quantum ſingulis annis potuit accipere pro uſuris. Saluo, quod ſi appareat plus, uel minus receptum fuiſſe pro uſuris, illud plus, uel minus reſtituetur. Poſtea ſtatuit, quod nullus uſurarius poſſit teſtari: nec aliquis interſit eorū teſtamentis, niſi facta fuerit ſatisfactio uſurarum, ut dictum eſt. Seruo publico, id eſt, notario. (Arbitrio.) ſi male arbitrentur dictæ perſonæ, tunc tenentur de malo arbitrio, & male arbitrantes de ſuo reſtituere tenentur. Subiacere.) non intelligitur, quod ſi religioſi admittant uſurarium ad eccleſiaſticam ſepulturam, quod ipſi ſunt priuati communione altaris: ſed ipſi incurrūt pœnas ſuſpenſionis, & excommunicationis editas per cap. quia in omnibus eod. titu. in antiq. ut iſtud cap. addat ad illud cap. quia in omnibus. uidelicet, ꝙ ſi uſurarius ordinauerit uſuras reſtitui, non debet ſepeliri, niſi prius præſtita cautione cum fideiuſſoribus, uel pignoribus. Nullus interſit in teſtamento uſurariorum. Not. primo, quod hæc decre. non habet locum niſi in manifeſtis uſurarijs. Not. ſecundo, quod indiſtincta dicitur diſpoſitio, quæ fit in genere, non expreſſa certa ſpecie. ad hoc de reg. iur. c. 1. eo. lib. Dominicus.

¶ Idem.

¶ Manifeſtis vſurarijs licet mandauerint vſuras reſtitui eccleſiaſtica ſepultura negabitur, niſi primo ſatiſfiat, vel ſecundum formam huius decr. idonee caueatur. Sepelientes eos contra hanc conſtitutionem Lateran. Cōcilij pœnam incurrunt. Teſtamenta ipſorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis intereſſe, vel eos abſoluere, vel ad confeſſionem admittere. h. d.

CAP. II.

Qvāquā [i] vſurarij ma-

[Prima gloſſa ſummat.]

i ¶ Quamquam.] manifeſtis uſurarijs licet mandauerint uſuras reſtitui, eccleſiaſtica ſepultura negabitur, niſi primo ſatisfiat: uel ſecundum formam huius decreti, donec caueatur. Sepelientes eos contra hanc conſtitutionem Lateran. Concilij pœnam incurrunt. Teſtamenta ipſorum aliter facta non ualent, nec debet eis aliquis intereſſe, uel eos abſoluere, uel ad confeſſionem admittere. hoc dicit. Io. And.

[Glo. ſecunda de q. remittit, & ſoluit.]

a ¶ Mani-

nifesti [a] de vsuris, quas receperant † satisfieri [b] expressa quantitate, vel indistincte [c] in vltima voluntate mandauerint: [d] nihilominus tamen eis ecclesiastica sepultura denegetur, [e] donec de vsuris ipsis fuerit (prout patiuntur facultas [f] eorũ) plenarie satisfactum: vel illis, quibus [g] facienda est restitutio: si præsto [h] sint ipsi, aut alijs, qui eis possint acquirere, [i] vel eis absentibus loci ordina-

a ¶ Manifesti.] qui dicantur vsurarij manifesti, dixi supra ca. proxi. Tamen quo ad casum nostrum satis posset etiam dici manifestus, si coram sacerdote 1 & testibus publice fatetur 2 se vsurarium, & vsuras restitui mandat. forte libros rationum tradens secundum Guli. ad quos edẽdos cum de vsuris agitur, hodie cogi potest per cle. ex graui. eo. tit. §. ceterũ. vide quod dicam. inf. super gloss. antepen. Ioan. And.

1 Idẽ si corã notario. Phi. Fon.

2 Quia aliud si clãdestine. Phi. Font.

ADDITIO. Vsurarius potest dici manifestus, si fatetur se vsurarium publice corã testibus, & sacerdote, qui est iudex illius, quo ad respiciendum forum animæ. de pœn. distinct. 1. quem pænitet. vltra medium. versi. quare qui & dist. 6. cap. 1. vltra medium versi. caueant. 11. q. 3. absit.

† Supple, cũ effectu: ideo sit cautus di-cunt Io. An. Do. aduocat⁹ ne ĩ isto casu simpliciter formet articulum. quod mutuauit ad vsuras, quia in mutuantibus tm̃, nisi ꝓbentur recepisse, text. nõ loquitur faciunt no. ĩ simili. s̃. tit. proxi. c. 1. & §. eos. promissio de dando nõ cõcludit dationem. 1. qõ. 1. eos. Font.

b ¶ Satisfieri.] debet autem satisfieri ei. a quo pecunia est extorta, vel eius hæredi, illis non extantibus, uel nõ petentibus, uel non curantibus pauperibus erogabitur. sup. eodem, cum tu. & capit. Michael. dicit tamen Guil. quod hoc casu debet publice proponi edictum in locis. a quorum incolis sunt extortæ, quod omnes a quibus extortæ sunt, veniant. & si aliqui appareant, quibus fides est adhibenda, potius restituetur illis, quam pauperibus erogetur. ad hoc facit de homicid. sicut dignum.

c ¶ Indistincte.] idest non expressa aliqua quantitate: quia mandauit in genere restitui quæcunque extorserat per vsurariam prauitatem.

[Glo. seq. primo ponit, quid dedit causam constitutioni: secundo de vsurario non mandante notat duo.]

d ¶ Mandauerint.] dicebat Lateranen. Concilium sup. eod. c. 3. quod vsurarij si in hoc peccato decedebant: nõ admittebantur ad ecclesiasticam sepulturam: ex quo autem mandauerant de restituendo, non decedebant in illo peccato: & sic non habebat locum pœna constitutionis: huic ergo elusioni 3 prouidit hic Gregorius. Et scire debes, quod dato, quod vsurarius de restituendo non mandet: hæres nihilominus restituere tenetur. sup. eod. tua nos. ubi de hoc: etiam si ad hæredem de vsuris nihil peruenerit: tenetur tamen in quantum se extendunt vires hæreditatis, quod dic, ut 12. quæst. 2. Episcopus qui filios. sup. de sepul. c. vlti. si autem vsurarius restitui non mandet, licet hæres paratus sit restituere: denegabitur illi sepultura, cum in peccato decesserit: nisi alias de mortui contritione appareret. 26. q. 6. qui recedunt. sup. de sent. excom. a nobis. 2

3 Dicebat hic Gul. ꝙ isti fęneratores de Tuscia dicebant, ꝙ solũ vltimus de genere damnabit. ex quo oẽs ꝑdecesso res mandauerant vsuras restitui. Io. And.

ADDITIO. Hæres vsurarij tenetur secundum vires hæreditatis, & non vltra: si fecit inuentarium. C. de iure delib. scimus, & in auth. de hære. & fal. §. hinc nobis. secundum Guli.

[Glo. seq. notat, inducens duo iura: secundum dupliciter obijcit. & soluit.]

e ¶ Denegatur.] est ergo hic opus facto: scilicet restitutione vsurarum in cautione, nec satis est hic bene velle. 86. dist. non satis, quia & verba sunt cum effectu intelligenda. sup. de cle. non resid. relatum. Sed nonne, qui mandat, soluere videtur. ff. de solut. l. qui mandat ergo mandatum hoc sufficere deberet? sed illud locum habet facta solutione per mandatarium, qui enim per alium facit, per se facere videtur inf. de reg. iur. qui per alium. sed uidetur, quod ex quo iste, de quo loquitur tex. qui scilicet mandauit vsuras restitui, peccatum confessus est, & sic diuino iudicio iam relictus, sepultura priuandus non sit. 50. dist. ponderet: ibi, peccator in quacunque die, &c. sed imponitur hæc pœna, non quod de salute ipsius desperetur propter hoc, quia sepultura nec prodest 4 nec nocet, quo ad Deum. sup. de sepult. sacris & est sim. sup. de rap. super eo.

4 Similis gl. in cap. felicis de torneam. & in cap. su-

[Gl. seq. declarat textum, secundo quærit, opinionẽ ponit, & soluit.]

f ¶ Facultates.] paupertas igitur excusat. quod verum est, si sit nota, sup. eo. cum tu. vnde si nihil potest restituere, nihil restituat, si partẽ, illam restituat. [Et totam non habita rõne ne egeat, vt not. eod. tit. cum tu. in gl. antepe. & ibi dixi, qui cõcordant illi gl. quod hic Archid.] Vnde prius deducentur vsurę tã[t]am æs alienum, quam soluãtur legata, & alia: quę relicta sũt titulo lucratiuo, intelligitur enim hæreditas ęre alieno deducto. C. de leg. l. si vniuersæ. Quæri solet an hæres vsurarij, quando hæreditas non sufficit satisfacere debeat primo venientibus? Dixit hic Gul. 5 ꝙ non, imo fiet eis & alijs satisfactio pro rata vnumquemque contingente, arg. sup. de test. relatum 2. in fi. ff. de pact. l. si plures satis. videretur hoc casu haberi debere considerationem temporis, vt ille, qui prius soluit vsuras, recipiat, ꝙ suum est integraliter, & sic de singulis secundum regulam. j. de reg. iur. qui prior cum istorum pars sit causa, vt ibi dixi. & in hypotheca hoc consideramus. C. qui pot. in pig. hab. l. si fundus, sed videntur esse bona usurarij hypothecata. sup. eod. cum tu. Et not. sup. eod. tua. in prima gl. Ioan. And.

per eo. de rapto. intellige tñ eam ꝑ ut docet B. Aug. in lib. de cura pro mortuis gerenda, & B. Th. li. 4. sen. dist. 45. q. 2. ar. 3. q. 3.

5 Idem Clericus Pisan⁹. & Archi.

g ¶ Vel illis quibus.] tolle hic litteram, quæ est j. bene per 12. lineas: ibi, idoneæ de restitutione facienda sit cautum illis, quibus, &c. vsque, de ipsa parochia, postea accipe, quod est infra, aut seruo publico de ipsius ordinarij mandato. deinde redeas, super quibus quidem, &c.

h ¶ Si præsto.] id est præsentes.

[Glo. seq. primo exemplificat, secundo quærit, argu. pro, & contra, & sol. distinguendo.

i ¶ possint acquirere.] ut serui proprij, filij in potestate patri, serui in quibus habemus usumfructum, serui alieni bona fide possessi, & liberi homines, quos bona fide possidemus ut seruus. instit. per quas perso. nobis acqui. per totum. ff. de acq. rerum do. l. acquiritur. Sed nunquid procurator domino absente hanc personalem obligationem acquiret? Et uidetur, ꝙ sic, quia procurator, quod ex re domini acquirit, domino acquirit, ff. de procu. l. procurator. In contrarium uidetur. Si enim procurator pro pecunia domini, quam mutuat, fideiussores recipit, domino non acquiret personalem contra fideiussorem, nisi dominus sit priuilegiata persona. ff. si certum peta. l. pecunia. Item si procurator stipulatur de euictione, non acquirit. ff. de acquir. posses. l. possessio quoque, §. & si possessio. Dixit Gar. sic distinguendum, aut procurator stipulatur in iudicijs, aut in contractibus, Si in iudicijs, semper acquirit domino absenti utilem, ff. de procura. l. si procurator. Si in contractibus, aut præsente domino, aut absente. Si præsente acquirit utilem. ff. de uerbo. obligat. procuratori præsenti. Si absenti aut ex re domini, ut quia stipulatur pensionem domus dominui, & tunc acquirit domino utilem. ff. de procur. §. quod procurator. Si autem extra rem domini, aut domus est persona priuilegiata, ut milles, pupillus, uel adultus, & tunc acquirit utilem, ff. si cert. peta. si pecuniam. Aut non est dominus persona priuilegiata, & tunc domino nil acquirit, sed tenetur per actionem mandato cedere actionem. ff. de acqui. posses. l. possessio quoque. §. & si possessio. Et dicitur procurator tunc ex re domini stipulari, quando accessoria ꝓuenientia ex re domini stipulatur, ut pensionem domus, fructus, & similia. Extra rem, quando stipulatur ipsam rem, uel aliquid extraneum non proueniens ex re. in hoc ergo casu secundum eum cum stipuletur

6 Et post eã Io. Mon. Guliel. remittit ad not. in ꝓdi. l. ꝙ procur. ff. de ꝓcur. & ĩ Spe. de procura. §. vt autem. uersi. & not. quod large. Io. And.

puletur rem ipsam principalem dño debitam, scilicet vsuras: quæ licet sint accessoriæ quo ad recipientē, quo ad absoluentem & postea repetētem sunt ipsa res principalis, quæ sunt ipsa res debita repetenti: procurator non acquiret domino, per d.l. possessio quoque. §. fina.

rio, [a] aut eius vices gerenti, siue rectori parochiæ, [b] in qua testator habitat coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia [c] (quibus quidem [d] ordinario, vicario, & rectori prædicto modo, cautionem huiusmodi eorum nomine liceat presentis constitutionis auctoritate recipere: ita quod illis [e] perinde [f] actio acquiratur) aut seruo [g] publico de ipsius ordinarij mandato [h] idonee [i] de restitutione facienda sit cautum: Ceterum si receptarum vsurarum sit quantitas manifesta, illam [k] semper in cautione prædicta exprimi volumus: alioquin [l] aliam recipientis cautionem huiusmodi arbitrio moderandā: ipse tamen scienter nō minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur: & si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. [m]

¶ Omnes autem religiosos, & alios, qui manifestos vsurarios contra præsentis sanctionis formam ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepultu-

ADDITIO. In fructibus, de quibus loquitur hęc gl. quin procurator possit illos stipulari dño, nō dubitatur. Sed de pensione, q̄ non germinat, sed ex ꝯtractu dbet, cōiter legistæ ꝯtra: nisi in subsidiū, alleg. ff. de īst. l. 1. & de exer. l. 1. §. sed ex contrario. & idem Frāc. Accursius in l. Iulian⁹. aliàs, inter eum. §. si procurator ff. de act. emp. simile ꝙ scripsi de deci. pastoralis. super 1 glo. Io. And.

[Gloss. seq. soluit duo dubia: scilicet de quo loco, & quo ordinario.]

Ordinarius quis dicatur. a ¶ Loci ordinario.] intelligas de loco in quo degit vsurarius. Et per ordinariū intelligas episcopum de iure: licet idem in Decano, archipresbytero, vel abbate: quia aliàs de consuetudine iurisdictionem haberet in spiritualibus, secundum Guli. & vide quod scripsi de testam. capit. Ioannes. super ver. diœcesanum. Et non est mirum si per ordinarium vel eius vicarium actio acquiratur, cum etiam si ipse det aliquem, qui recipiat cautionem, vtilis actio acquiratur per illum. ff. rem pup. sal. fo. l. 3.

[Glossa sequens allegat concord. reddit rationem, & prorogat.]

Rector parochialis dr̄ publica pſona. b ¶ Parochiæ.] sic supra de conuer. coniug. dudum. Est enim illa publica persona 1. dist. ius publicum, & quod dicit de rectore parochiæ, in qua testator habitat, intelligas idem multo fortius de rectore parochiæ illius, cui facienda est restitutio: ei. n. acquirit, cum quasi iudex & minister suus sit, secundum Gar. Io. Mo. & Archid. ff. de in ius voc. l. eum pro quo.

c ¶ Parochia.] quia magis creditur indigenis notis, quā extraneis ignotis. in auth. collat. 6. de testib. §. si vero ignoti. sup. de elec. postquam, & erunt saltem duo j̄. de reg. iur. pluralis. vt per eos, si opus fuerit, cautio probari possit.

ADDITIO. Dicit. Archid. ꝙ sint de parochia, non putat de substantia, sed de bene esse: vnde sufficiet, ꝙ sint idonei allegat ad hoc 4. q. 3. ca. si testes. §. ad fidem. 3. q. 9. c. testes. §. si debitum. & quod no. 3. q. 5. canonica. in 1. glo. Ioan. And.

d ¶ Quibus quidem.) interpositio est, quæ circa tabellionem non ponitur, quia de illo non dubitabatur.

e ¶ Illis.) a quibus scilicet vsuræ fuerunt extortæ, vel eorum hæredibus, vel successoribus.

f ¶ Perinde.) id est, ex tali stipulatione, alias perinde, scilicet ac si ipsi idem stipularentur.

Tabellio dr̄ seruus publicus. g ¶ Seruo publico.) id est, tabellioni, sic dicto, quia publicum exercet officium, non ꝙ sit seruus. C. de tab. l. generaliter. lib. 10.

ADDITIO. Concor. ff. de adop. non aliter. & ff. de mag. con. l. 1. §. pen. cum concord. Io. And.

h ¶ Mandato.) ergo tabellio hoc casu non acquirit actionem extraneo ex sua stipulatione, nisi eam faciat de ordinarij mandato, & idem videtur dicere antiqua lex. ff. rem pup. sal. fol. l. 2. ibi profecto dicemus seruū publicum apud prætorem stipulare debere.

[Gl. seq. primo soluit duo dubia, quæ cautio sit idonea, & quid si idoneam dare non potest: secundo soluit: tertio soluit alia duo dubia.]

i ¶ Idonee.] nomine idonee, pignora vel fideiussores intellige. ff. manda. si mandato Titij. §. si. aliàs verbum, cautionis, nudā promissionem designat. C. de verb. sig. sancim⁹: si autem pignora vel fideiussores dare ñ potest, iuret se pignora vel fideiussores dare nō posse, & se facturum, quod cauet C. de episc. & cler. in authent. generaliter supra de dona. inter virum & vxo. per vestras, inst. de satisda. §. sed hodie. infr. de sent. excom. c. vlt. §. illis etiam hoc maxime quando sic est verisimile, cum scilicet aliam dare non posse. Sed cum soluētes vsuras habeant actionem ad repetēdum, quare sic solicit⁹ fuit hic Papa prouidere illis per cautionis remedia? Sol. ideo vt haberent plura auxilia. ff. de libe. lega. l. 3. Item quia magis sunt securi per fideiussores, vel pignora. ff. qui satisd. cogan. l. 1. & fit hoc non tantum in fauorem illorum, quantum in odium vsurariorum. Et scire debes, quod si recepta huiusmodi cautione nomine eorum, quorum interest, vsurarius manifestus vsuras repetit, non audietur sup. eod. quia frustra. Et posset in animarum fauorem episcopus istas vsuras recipere, & soluere illis, a quibus iste petitor extorserat. (Alleg. Io. Mo. ff. de neg. gest. si liber homo. in fi. de pign. act. l. solutum. §. solutam.) Et idem secundum Guliel. & Gar. 1. nisi non esset manifestus, & hoc probare posset, petitorem scilicet vsurariū: si autem iste vsurarius, qui sic satisdedit, conualuit, tenebitur ex satisdatione secundum eos, quia & si non satisdedisset, tenebatur supr. eo. cum tu & si petitor esset notorius vsurarius, etiam si hæres non exciperet, dixerunt prędicti doctores, qđ ex officio suo iudex eum repellet supr. de excep. exceptionem. ff. de post. l. quos prohibet. secus si notorius vel manifestus non esset.

1 Idem Bet. eo. ti. ga frustra. ad finē 2. gl. Io. An.

K ¶ illam.) scilicet quantitatem manifestam.

(Glo. seq. exponit, quærit, & soluit.)

l ¶ Alioquin.) id est, si quantitas manifesta non appar et. & repete, exprimi volumus aliam. Sed quomodo fiet expressio & moderatio, de qua loquitur iste versiculus? Respondeo considerabit iudex, quanto tempore ille vsuras exercuit, & quantum nunc habet in bonis, & quantum habebat tempore, quo fœnerare incepit, & super hoc considerabitur fama viciniæ, & an alias mercationes exercuerit, & an in eis fortuna ei prospere cesserit, & an fuerit improbus exactor, an curialis fœnerator hæ & similes circūstantię sunt circa hoc considerandæ, & secundum eas magis vel minus arbitrandum. C. de bonis quæ libe. cum oportet. §. 1. 22. q. 5. hoc videtur.

m ¶ Teneatur.) Propter sui malitiam parti læsæ resarcire tenetur. C. si tut. vel cur. inter. l. etiam. & facit litem suam supra eodem lib. de re iudc. cum æterni. insti. de oblig. quæ ex quasi delic. in princ. Et si nullam quantitatem moderatur, tunc tenetur, in totum nam & residui commemoratio totum admittit. C. de hære.

insti.l.2.ff.de verb.sig.l.ceterorum.caute ergo faciet si in cautione certam, & verisimilem exprimit quantitatem, & adijcit ꝙ etiam vltra illud satisfiet, in quantum constabit eum vsurarum ratione teneri.

ADDITIO. Idem consuluit Guli.Cleri. & Archid.

Vsurarij.quã diu ñ rest iu unt usuras, ñ debẽt ab aliquib. peccatis absolui.

a ¶ Pœnæ.] supple statutæ in Lateranẽsi concilio edito suple cõtra vsurarios: hoc dico, quia hic ñ habet, locum pœna contra vsurarios statuta; sed habet locũ pœna statuta in recipientes eos ad oblationes & ecclesiasticam sepulturam.

b ¶ Subiacere.] hodie sunt excõmunicati ipso facto, non obstãtibus exceptionibus vel priuilegijs per cle. de sepul.eos qui.

† al. satisfactione.

c ¶ Absoluat.] etiam ab alijs peccatis.24. q.2. legat.qd patet: quia nec ad cõfessionem debẽt admitti, vt supra d.xi. Nec dimittitur peccatũ, & c. infra de reg.iu. peccatum, caueant ergo religiosi qui interdũ de preda, plus quàm de anima soliciti sũt

ram, pœnæ [a] Lateranensis concilij contra vsurarios promulgatæ statuimus subiacere. [b]

¶ Nullus manifestorum vsurariorum testamentis intersit, aut eos ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat: [c] nisi de vsuris satisfecerint vel de satisfaciendo † pro suarum viribus facultatum præstent (vt premittitur) idoneam cautionem.

¶ Testamenta quoque manifestorum vsurariorũ aliter [d] facta non valeant, sed sint irrita ipso iure.

TITVLVS VI.

[Glo. seq. exponit litteram: secundo quærit arg. pro: & soluit contrarium. tertio soluit obiectionem: quarto quærit: ponit opin. sed aliter soluit.]

d ¶ Aliter facta.] scilicet non facta satisfactione, nec præstita idonea cautione. Quid dices de codicillis? Vr ꝙ valeant, diuersa enim sunt. C. de codicil.l.si idem. & hæc constitutio est pœnalis, ergo est restringenda. sup.eo.lib.de elect.statutum, & prohibitis maioribus, minora petere non prohibetur.ff.de seruis expor.l.cui. qui filij sint legi. per venerabilem circa princ. Dic contra secundum Gul. & Gar. (Io.Mon. & Arch.) Et hoc patet ex principio, vbi dixit, in vltima voluntate, & arg. sup. de testam. cum esses. quia large codicilli sunt testamentum: quia mentis testatio.13.q.2.c.placuit.§. sed aliud inst.de test.in prin.ff.de iure codicil.l.conficiantur.& l. ab intestato. alias facile esset constitutionem hanc in hoc eludere, & dic idem 1 de qualibet vltima voluntate, & quia istud crimen ecclesiasticum est, potuit Papa irritare testamenta laicorum 2 per quæ in alios transferebantur bona, & fiebat durior cõditio exactorum; erit ergo, quod euincere valebunt, & habere sup. vt lite pend. ecclesia. 1. in fin. habet. n. ratione huius criminis iurisdictionem in talibus. sup.de iud.nouit.sup.qui filij sint legi per venerabilem. sup. eo.lib de fo.comp.ca.vlt. Quid si primo testamentum fecit, postea cauit? Dixit hic Gar. (& etiam Ioan.Mon.) ꝙ non firmatur per hoc testm̃: quia ab initio non valuit vt j.de reg.iur. non firmatur cum suis concordan. 3 Satis videtur sufficere, si ante mortem cauit: cum testamentum morte firmetur sup.de celeb.Mis.cum Marthæ. Nec obstat regula, non firmatur, quæ de solo tractu temporis loquitur.

1 Placet. Ioã. And. Phi. & alijs. Font.
2 Secũdũ Guli. & Gar. & idẽ. Io.Mon.
3 Specialiter allegat Gar. & Io. Mo. ff. de test.l.3.& l.eiusq apud hostes.& l.si filiusf. Ioan. And. Vide q̃ nor.Clem.1. de App Fon.

ADDITIO. Communiter legistæ non reciperent hoc dictum per leges. ff. de test. superius alleg. & hoc est in testamentis; in codicillis bene. ff.de leg. 3. l.1.§.1.& vide quod ibi not.& ff. de bo. posses. secundum tab.l.1.§.exigit.Io. Andr.

DE EXCESSIBVS PRÆLATORVM & subditorum.

[Dictum fuit supra per discursum titulorum præcedentium de varijs delictis subditorum, sed ne prælati superbirent ponit nũc gñalem ti.de delictis tã prælatorũ, quàm subditorum.]

De excessibus prælatorum († & subditorum.)


† Hæc duo uerba, & subditorũ; desũt ĩ antiquis codicib.& in recẽtiorib. magis emendatis.

Bonifacius Octauus.

¶ Mendicantes non possunt acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare vel mutare absque speciali licentia Papæ, quæ de hac probibitione faciat mentionem: In acquirentibus tamen loca pro eremitica vita ducenda, cessat probibitio. hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. VNI.

CVM EX



[C]Vm ex.] Tria facit. Primo ponit proœmium: Secundo, prohibitionem cum decreto: ibi, Nos super hoc. Tertio, prohibitionis determinationẽ: ibi, Per hoc.

CASVS. Significatum fuit domino Papę, ꝙ fratres Prędicatores vel Minores, vł alij Mendicãtes plura loca de nouo acq̃rebant, recipiendo illa titulo donatiõis a dñis locorũ, & ĩ illis locis nouos cõuẽtus ædificabãt, mittẽdo religiosos aliorũ cõuentuũ ad illũ locũ vnde insurgebãt magna scandala. Ea ꝓꝑ supplicatũ fuit domino Papæ, vt de remedio dignaretur prouidere opportuno: Qui Papa volens obuiare futuris scandalis, ordinauit, ꝙ mendicantes nõ acq̃rerẽt noua loca nec mutarent: sed essent cõtẽti suis locis acq̃sitis; & ædificatis ante istam constitutionem, nisi obtẽta licentia à Papa, & ꝙ in licentia Papæ ponat̃ ista clausula, non obstante constitutione, cum ex eod. de exce.præl.& subdit, ita ꝙ apponat clausulam derogatoriam ad istam constitutionẽ. Et hoc locum hẽt, qñ isti Mendicantes vellent locũ acquirere in locis populosis, puta in ciuitatibus: si autem in eremo vellent ducere vitã eremiticam: tunc ista constitutio non extenditur ad illa loca: & sic Mendicantes sine licentia spãli ipsius Rom. Pontificis possunt de nouo acquirere loca in eremo ad habitandum, & ibi ædificare oratorium (Scandala.) inter ipsos & rectores ecclesiarũ parochialium, ideo dum erant prope ecclesiam parochialem, infligebant damna ecclesiæ parochiali quantũ ad cõmodum bursale: & ꝓꝑ ista damna insurgebant magna scãdala inter rectores ecclesiarum parochialium, & ipsos Mendicantes: ideo supplicatum fuit dño Papæ, vt de remedio dignaretur prouidere opportuno; qui Roman. Pontifex prouidit vt sequitur. (Loco) populoso alias obstaret vers.seq. (Mutare.) Sed vtrũ possint mutare loca acq̃sita cum licentia Papæ; quia Mendicantes diu obtinuerunt a sede Apostolica, vt possent in hac ciuitate ædificare conuẽtum, cum ibi nullus esset conuentus fratrum mendicantium; nunc volunt mutare ad alium locum forte extra ciuitatem; vtrum respectu mutationis requiratur noua licentia Papæ? textus iste dicit, ꝙ non; sed de hoc dicam statim (In eremo) & in locis non populosis. No principaliter, ꝙ mendicantes licet eorum religio sit approbata, tñ non pñt nouum conuentum ædificare sine speciali licentia Papæ, nec noua loca acquirere; & hoc ꝓꝑ scandala, quæ ex huiusmodi noua acquisitione oriebantur inter ipsos & rectores ecclesiarũ parochialium quibus appropinquabãt. No. ulterius quod Mendicantes non possunt antiqua loca sibi à Se-

de

eo a quòd Prædicatores, Minores, & religiosi alij Mendicantes [b] in ciuitatibus, castris, villis, aut alijs locis ad habitandum [c] domos vel loca de nouo suscipiūt, seu olim suscepta dimittunt, se ibidē ad alia transferētes, diuersa scādala [d] quandoq; proueniāt, & frequentes clamores ad sedem Apostolicam perferantur: Nos super hoc prouidere volentes, hoc perpetuo ꝓhibemus edicto, ne deinceps [e] aliquis, vel aliqui de prędictis quibuscunq; super hoc priuilegijs muniti existant, quæ ipsis contra tenorem cōstitutionis præsentis nullatenus volumus suffragari) [f] † in aliqua ciuitate, castro, villa, seu loco quocunque ad habitandum domos, vel loca quæcūq; de nouo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis [g] titulo quocunque in alios transferre præsumant, absque sedis Apostolicæ licentia † speciali, plenam & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem: [h] si secus egerint irritum decernentes. [i]

¶ Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint Eremiticam seu solitariam eligendam, [k] de maiorum suorum licentia, [l] quin cellas. mansiones, seu habitacula in eremo, siue locis, vbi non sit hominum habitatio de propinquo, [m] possint acquirere, ac mutare, non intelligimus interdictum.

TITVLVS VII.

De Priuilegijs.

¶ Innocentius quartus in Concilio generale Lugdunensi.

¶ Exempti vel priuilegiati, vt nō teneantur nisi sub certo iudice respondere, ratione delicti, contractus,

de Apostolica cōcessa mutare, transferendo de vno ad alium absq; speciali licentia Papæ, nō est dubium de locis acquisitis ante istam. Sed qd de locis acquisitis post istā constitutionem? Hæc constitutio fuit disputata Bonon. nam Bonon. habent de more, ꝙ quādo insurgit aliqđ dubium super aliqua re, tenētur illud dubium disputare publice: nam fratres Minores đ obseruantia incœperūt ædificare ad latus cuiusdā montis, qui dicitur mōs beatæ Mariæ: iuxta Bononiam: & incœperūt ædificare in parte mōtis vbi vigebat vētus Australis, & ideo voluerūt transire ad aliam partem montis: dubitatum fuit an possent: Dicit Dominicus de sancto Geminiano, ꝙ ille q disputauit illā quæstionē, tenuit ꝙ ipsi Minores đ obseruantia nō poterāt transire ad illam partem montis sine speciali licētia Papæ. sed tamē iste tex. facit ꝯ: quia dicit Hactenus id est, vsque ad hanc constitutionem: & cū ista constitutio sit pœnalis, debet intelligi in suis ꝓprijs terminis: ideo putat Dominicus de sancto Geminiano, ꝙ absque licentia Romani Pontificis ipsi Minores possunt mutare locū de vna parte montis ad aliam partē [Eremiticam.] & sic Mendicantes possunt eligere vitam eremiticam, de consensu tamē suorum prælatorum, nec requiritur consensus cōuentus, & in eremo possunt acquirere nouum locū; nec requiritur licentia Papæ, quia in eremo non est multitudo populi, ideo cessat scandalum in littera.

Not. etiam ꝙ ille qui est prohibitus nouum locum acquirere, non videtur prohibitus antiquum cum nouo permutare. Textus tamē posset induci in contrarium cum hic ista æquali prohibitioni subiaceant.

Nota finaliter hic tres titulos, qui concludunt alienationem rei. vide de rebus ecclesiæ non alien. nulli. Dominicus.

Dñicus ... o. hic qđ nō valet priuilegium ꝯ ... us cōe, nisi adiecta de[ro]gatoria Fel. sup. de rescr. nonul[l]i. col. [u]l[tim]a. Fon.

[Prima gl. summat, & dicit quid determinat.]

a ¶ Cum ex eo. Mendicantes non possunt acquirere noua loca ad habitādū, vel antiqua alienare, vel mutare absque speciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mētionem, in acquirentibus tamen loca pro eremitica vita ducenda, cessat prohibitio. hoc dicit. Determinat autem hęc decr. no. sup. eo. nimis. 2. in ver. ad hoc.

b ¶ Mendicantes.] hi dnr mendicantes quibus victum tribuit incerta mēdicitas & q redditus aut possessiones ex regula, vel cōstitutionibus habere non possunt sup. eo. lib. de reli. do. c. vnico. & quo ad casum decret. nostræ in omnibus Mendicantib. idem ius cōcor. sup. eo. lib. de Regular. cōstitutionem: qui. n. similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam supra de sta. mo. recolentes.

[Glo. seq. notat, quærit, & remittit.]

c ¶ Ad habitandum.] Not. quia de locis acquisitis ad habitandū tm̄ fit hic ꝓhibitio: ergo alias quam ad habitandū bene possunt loca acquirere. Sed quō, ex quo sunt Mendicantes? Dic vt dixi. s. eo. lib. de reli. do. ca. vnico in gl. veterem.

† Per istud excluditur hic legatus de latere. Phi. Fon.

d ¶ Scandala.] bene ergo fecit hic ꝓuidēdo, q a sui officij est scandala remouere. sup eo. li. de offi. leg. cap. I.

e ¶ Deinceps.] futura igitur cōprehēdit hæc cōstitutio: olim enim hic prohibitū licebat, vt sup. eo. nimis 2. ver. ad hoc.

f ¶ Suffragari.] ergo Papa priuilegiū suū reuocare, moderari, & in totum tollere potest: licet deceat eius priuilegium esse mansurum. infra de reg. iur. decet, vbi de hoc.

Alienatio qd cōtinet.

g ¶ Alienationis.] intelligo etiam ꝑ quē non transferatur dominium; cum sic large loquatur, dicēdo cuiuslibet ad idē. s. de reb. eccl. non alie. nulli. & C. de rebus alie. nō alie. l. sancimus. licet interdū sumatur solū ꝓ eo contractu, quo tranfert dominium. C. de fundo. l. I. Io. And.

h ¶ Mētionem.] ergo necesse est de iure communi in rescripto fieri metionem. de quo dic vt sup. eo. lib. de const. c. I. in glo. quæ īncipit, Est contra.

ADDITIO. Ibi etiam de hoc no. Archi. ponens ad literam qđ dicit in Spec. de instru. edi. § nunc aūt. vers. & scias. vbi de priuil. loquitur & de rescri. vide de rescrip. præsenti. § ratione causæ. ver. item ꝙ est contra ius. Io. And.

i ¶ Decernentes.] Hodie transgressores sunt ipso facto excommunicati per cle. de pœnis, cupiētes I. respōso.

K ¶ Eligendam.] isti sunt digni conuenienti honore. 16. q. I. q vere & pure, & an tales subsint episcopo, ibi nota, & possunt eremitæ alias non religiosi habere proprium 19. q. 3. [§. econtra Paulus.

Religiosus mēdicās de licentia sui prælati pōt vitā eremiticam eligere.

l ¶ Licentia.] ergo nota ꝙ religiosus Mendicans de licentia prælati sui potest vitam eremiticam eligere.

ADDITIO. Vide] qđ dixi in antiq. ad reg sane in fine in vlt. gl. Io. And.

m ¶ De propinquo.] De hoc inf. de verb. sign. cap. pen. Io. And.

DE PRIVILEGIIS.

¶ Dictum fuit supra de excessibus Prælatorum: ve-

sum quia multotiens excessus prælatorum præstant causam, vt subditi obtineant a Papa priuilegium exemptionis, eo quod prælati grauant subditos: ideo post tit. de excessibus prælatorum, annectit titulū de priuilegijs.

Vnde hic titu. non solum tractat de pri uilegijs exēptionis, sed de plurib. alijs, sed occasione sumpta a priuilegijs exēptionis, tractat generaliter de omnibus priuilegijs.

aut rei, si hæc sint inita, vel sita ĩ loco nõ exēpto, cõueniūtur corā ordinario: sed ratione domicilij non.



Volentes. Primo præmisso proœmio vel exordio ponit declarationē circa priuilegiū exēptionis, & declarationi obijcit, & soluit, & ꝓtestat. Secundo declarationē prorogat ad priuilegium de certo iudice. Tertio determinat quid iuris de priuilegio, quod eximit a pœna censuræ. Secūda: ibi, Et idipsum. Tertia: ibi, In eos. Sed Io. Mon. qui diuidit in quinq; partes de exordio facit primam, de obiectione, & solutione tertiam.

CASVS. Canonici ecclesiæ beatissimi Hilarij maiores Pictauien. obtinuerūt priuilegium a sede Apostolica, vt essent exempti a iurisdictione episcopi Pictauiēsis sed immediate essent subiecti ecclesiæ Romanæ, datis sibi certis conseruatoribus: isti exempti perpetrauerūt delictum in diœcesi Pictauiensi in loco non exempto, sed extra locum exemptum; pro quo fuerūt conuenti corā epō Pictauiensi, vel eius officiali habente ad hoc spālem potestatem. Nam ex gñali commissione non posset officialis epi inquirere de criminibus, nisi haberet ad hoc specialem potestatem ab epo: iste conuētus coram officiali Pictauiensi proposuit, quod nō tenebatur litigare corā officiali Pictauiensi, eo & pro eo, quod erat exemptus a iurisdictione epi Pictauiensis & ideo petebat remitti ad suum iudicem & conseruatorem suorum priuilegiorum. Pro parte promotoris causarū officij fuit propositum, quod non debebat remitti ad suum iudicem: quia cessabat priuilegium pp delictum in loco non exempto perpetratum: Dubitatum fuit, an deberet remitti ad suum iudicem. Vnde Papa cōsultus rñdet, quod non: sed tenetur litigare coram epo, & puniri secundum ordinationem epi. Idē si exemptus conueniatur pro contractu celebrato, vel pro re existente extra locum exemptū. Sed qd sanctissime pater, vtrum ex istis tribus modis priuilegium exemptionis de nihilo sibi seruiat? Rñdet ꝙ nō erit priuilegium inutile, sed de multis sibi seruiet. Nā posito quod exemptus deliquit vel contraxit in loco exempto, q. locus est intra limites diœcesis episcopi loci, & exemptus habet domicilium intra diœcesim Pictauiēsem, & ita tamen deliquit vel cõtraxit in loco exempto licet ratione domicilij posset aliās cōueniri coram ordinario: tamē non poterit propter priuilegium suum. Item ponamus ꝙ exēptus deliquit, vel contraxit, vel possidet rem extra locum exemptū, & etiam extra diœcesim illius episcopi, intra cuius limites habet domicilium: tunc ratione domicilij posset coram illo episcopo conueniri, intra cuius limites habet domicilium, & posset eum punire, nisi iudex delicti eum requirat: sed tamē quia est priuilegiatus, non poterit coram isto episcopo cōueniri ratione domicilij. Idem dicendum est ratione contractus, vel rei existētis extra locum exemptum, & diœcesim intra quā habet domicilium. Sed si deliquit extra locum exemptum, s. in diœcesi, in qua habet domicilium, si ista duo concurrant, cessabit priuilegium exemptionis. Sed ponamus quod aliquis impetrauit priuilegiū a sede Apostolica, vt non posset conueniri nec teneret respondere, nisi sub certo iudice, vtrum in trib. dictis casibus possit cōueniri coram alio iudice? Respondet quod sic, videlicet concurrentibus duobus: videlicet domicilium & delictum; vel domicilium & contractus, vel domicilium & res: tunc enim in his duobus casibus poterūt cōueniri coram iudice domicilij. Sed ponamus quod aliqua ecclesia obtinuit priuilegium, vt religiosi illius ecclesiæ non possent a quocūque iudice suspendi, interdici, vel excōicari: vtrum possint suspēdi, interdici, vel excōicari ab ordinario, si cōueniātur pro delicto, contractu vel ꝓ re? Respondet Romanus Pontifex, ꝙ non, ad quemcūque locum se transferant, nisi se transferrent ad certū Prioratū, tūc possent ab ordinario suspendi, interdici, vel excōmunicari quamdiu in tali Prioratu tolerentur: licet illi prioratus sint renouabiles ad nutum prælati.

CAP. I.



Volentes a† liber

† Vide conci. Tridē. sess. 7. de refor. ca. 14. vbi hæc decretalis innouatur.

[Volentes] Textus exigit, vt si delictum habeat certā pœnam, imponatur illa pœna, si autem nō habeat certam pœnam, imponatur pœna extraordinaria, vel sicut ius exigit, vt si contumaces fuerint, excōmunicentur, vel mittantur in possessionem; iuxta illa quæ habentur in cap. quoniam frequenter, supra vt lit. non contest. [Non vtique.] id est, non carent omni commodo exemptionis, & respōdet tacitæ quæstioni, quasi dicat, non carebit omnino commodo exemptionis, vt dixi in casus positione: videlicet si domicilium sit in diœcesi, & deliquit alibi, non posset cōueniri in loco domicilij, licet aliās cessante priuilegio ibi posset conueniri. Item si deliquit extra diœcesim & extra locum exemptum, si domiciliū sit in diœcesi, non poterit ibi ratione domicilij conueniri. Item si exemptus deliquit extra locum exemptum, & extra diœcesim domicilij, si iudex delicti petat fieri ad ipsum remissionem, iudex domicilii nō poterit in eum exercere suam iurisdictionem, id est, non poterit talem capere nec mittere ad iudicem delicti: quod facere posset, si iste non haberet priuilegium exemptionis. Item si iudex contractus requirat iudicem domicilij, vt faciat citari talem, vt compareret coram iudice contractus, non poterit iudex domicilij istud facere obstante priuilegio exemptionis, & in omnibus istis habet commodum priuilegij exemptionis.

Nota primo, ꝙ si exemptus delinquat extra locum exemptum, potest conueniri coram ordinario, dū tamē delinquat in diœcesi ordinarij, & istud verum, nī si aliud diceretur in priuilegio exemptionis. Nam iste text. intelligitur. quādo Papa dixit in priuilegio suo, Talem ecclesiam cū ministris suis eximimus a iurisdictione ordinarij. Sed vt dicit Ioan. Andr. in nouella plures ecclesiæ habent ampliora priuilegia, videlicet vt non possint conueniri coram ordinarijs, nisi coram certo iudice etiā pro delicto vel contractu, vel re existēte in diœcesi ordinarij, tūc valerent talia priuilegia; dum tamē apponatur clausula derogatiua ad istā constitutionem. Sed adhuc est quæstio vtrum sufficeret, si Papa diceret, nō obstante constitutione Innocētij quarti? Quidam dicunt ꝙ non: quia illa cōstitutio alias prohibuit illud quod ista prohibet, sed illa fuit declarata per istam. Communis opinio est sufficere dicere non obstante cōstitutione Innocentij quarti in concilio Lugdunen.

[Prima gl. summat, & subdit quid declaret.]

a ¶ Volentes.] Exempti vel priuilegiati vt non teneant nisi sub certo iudice rñdere ratione delicti, ɔ̄ctus, aut rei, si hęc sint inita vel sita in loco nō exēpto, conueniūtur corā ordinario, sed rōne domicilij non. Monasterio priuilegiato vt eius monachi a quocūq; iterdici, suspēdi, vel excōicari nō possint, cessat in illos ordinariorū iurisdictio quo ad illa, nisi illi monachi mittērentur ad prioratus subiectos ordinarijs; qa tūc et licet vtrobiq; sint monachi, ordinarij et quoad prędicta

tatem, quam nonnullis Apostolica sedes priuilegio exemptionis [a] indulsit, sic integram obseruari, vt & illam alij non infringant, [b] & ipsi eius limites non excedant: : [c] † Declaratione irrefragabili diffinimus, quod quantumcunque † sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, siue contractus, aut rei [d] de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum ordinarijs conueniri, & illi † quo ad hoc [e] suam in ipsos iurisdictionem, prout ius exigit, exercere: Nunquid [f] ergo caret omnino in his commodo libertatis? non vtique: quia nec coram ordinarijs ipsis, dummodo sit in loco exempto [g] commissum delictũ, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec vbi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, conueniri possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum prætextu locorũ diœcesani (si vbi deliquerunt vel contraxerunt, aut res ipsa consistit, illi conueniantur) remittendi eos illuc, vel ipsis vt illic respondeant, iniungendi habent aliquam potestatem: saluis nihilominus casib. aliis, in quibus eos episcoporum iurisdictioni subesse canonica pręcipiunt instituta. [h] Et idipsum [i] decernimus circa illos, [k] quibus vt non nisi sub vno certo [l] iudice teneantur de se conquerentib. respondere, Apostolico priuilegio est concessum.

Monasterio priuilegiato, vt eius monachi à quocunq; interdici, suspẽdi, vel excommunicari nõ possint, cessat in illis ordinariorum iurisdictio quo ad illa: nisi illi monachi mitterentur ad prioratus subiectos ordinarijs: quia tunc etiam licet vtrobique sint monachi ordinarij etiam quo ad prædicta illos iudicant, quamdiu ibi manent. hoc dicit.

¶ In eos [m] † autem, qui bus ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à sede Apostolica est indultum: sicut sunt religiosi quamplures, in quorum priuilegiis continetur, ne quisquam Episcopus, vel archiepiscopus monasteriorum suorũ monachos pro vlla causa, vllo ve loco interdicere; suspendere, vel excommunicare præsumat: iidem ordinarii iurisdictionem suam quantum [n] ad ista vbi-

& illos iudicant, quamdiu ibi manent. hoc dicit. Determinat autem hæc decretalis, diffuse no. 6.q.4.c.vlt. & sup.eod.tit., ex tuarum.

ADDITIO. Et quæ no. Innoc. sup. eod. recipimus & Host. in summa huius tit.§.fi. sub.§. sed & dici posset. & eius excusat prolixitatem ibi positam: dicens, quod ante hanc constitutionẽ, totũ illud scripserat: & se extollit, quod iura noua pro magna parte suas opiniones approbant. Io.And.

[Glo. secunda reci. per duas q. in quarũ prima remittit.

† Not. quod priuil. nõ dẽt excedere metas priui. ad hoc s.eo. c. sanc. & c. porro.

† Al. ita: quod quãtacunq; &c.

† Al. ita, & illi quoad hęc.

a ¶ Exẽptionis.] Per quæ verba dicatur data exemptio, videbis inf. eod. tit. si Papa & proprie Apostolicæ sedis est eximere. 16. q.1. frater. 9. quæ. 3. nunc vero.

ADDITIO. Vnde legatus etiam de latere hoc non posset. s. de confir. vti. c. fi. vt dicit Abbas. Nec episcopus. de excess. pręlat c.2. nec archiepiscopus. eo. tit. sicut vnire. Io. And.

b ¶ Infringant.) isti seueritate ecclesiastica coercentur. s. eo. quãto. & Papa solet taliũ priuilegia decurtare. sup. eo. dilecti.

c ¶ Excedant.] s. eo. porro. & c. patentib. ne priuilegiũ amittere mereãtur 11. q.3. priuilegiũ s. eo. tuarum. limites. n. transgrediendi non sunt. sup. de sepul. c. 1.

ADDITIO. Arch. allegat. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. & 9. q.2. ca.1. Io. And.

d ¶ Aut rei.] hæc vera, si contractus sit initus, vel maleficiũ factũ in loco non exẽpto, & res litigiosa non exẽpta, vt j. patebit.

e ¶ Ad hoc.) tria superius enarrata. Io. Andr.

[Glo. seq. declarat ob. & sol. quam facit textus.

f ¶ Nunquid ergo.] quia videretur aliquibus, quod per hoc exempti æquiparentur non exemptis, vt indistincte possent corã ordinarijs conueniri, ideo de hoc obijcit, & soluit: & hoc dicere intendit, quod indistincte ratione domicilij [1] sunt exempti, vt iudex domicilij nec potestatem habeat cognoscendi, nec remittendi; & tamen ille est vnus modus sortiendi forum, supra de foro compet. c. vlt. Item si delictum, contractus, aut res litigiosa sint in loco exempto, gaudebunt exemptione: si enim Anglicus delinqueret Bonon. nõne puniretur per iudicem Bonon. Fingamus ergo, & æquiparemus Anglicum exempto [2] vt sicut ille, qui aliàs non est de iurisdictione, ratione delicti efficitur de iurisdictione: sic exemptus, qui aliàs de iurisdictione non est, ratione delicti de iurisdictione efficitur. idem in cõtractu, & re.

[1] Hoc & quod sequit declaraui in tex. super versi. nec vbi.

[2] In quo tamen plus hẽt diœcesanus Bon. quam in Anglico. propter causas speciales, quib. sibi subest, vt inf. gloss. 2. Io. Andr.

[Glo. seq. reci. per q. & solutionem.

g ¶ Exempto.] dicit hic Ber. quod monasterio exẽpto ecclesia, cœmeteriũ, domus monasterij, atria, hortus areæ, quæ sunt iuxta ecclesiã, intelligunt exẽpta. 12. q.1. necessaria, & c. nulla. 17. q.4. diffiniuit. & c. id cõstituimus. su. de immu. eccl. c. 1. & de cens. c. 1.

Exempto monasterio ecclesia, cœmeteriũ hortus, area intelligũtur exempta.

h ¶ Instituta.] vt s. de hær. ad abolẽdã. in fi. s. eo. lib. de pb. c. 1. de sta. reg. c. vnico. in fi. Idẽ si capellas haberẽt nõ exẽptas. j. eo. ex ore. & c. cũ capella. sic s. de cõsue. c. cũ inter vos s. de sent. excom. nõnulli. & j. eo. tit. auctoritate. [vide quod no. in cle. de sepult. dudum, in glo. multotiens, & de pęn. & rem. c. 2. in glo. pen.

ADDITIO. Bene facit ad propositũ huius gl. decr. veniẽs. s. de pręscri. ver. chrisma. per quã patet, quod chrisma, oleum sanctũ, consecrationes basilicarũ, & ordinationes clericorũ, & his similia, sũt à diœcesanis epis postulanda: nisi aliud ipsorũ priuilegijs cõcedat, & allegat ẽt Host. q. 1. ĩterdicimus. Io. An.

† De intellectu vide Dec. ĩ c. tuarũ. nu. 49. extra de priuil.

i ¶ Et idipsum.] s. quod dictũ est de exẽptis.

ADDITIO. Tã circa cõuentiones, quam circa remissiones. Io. An.

K ¶ Illos.] nõ exemptos, sed priuilegiatos tm̃, vt sequitur.

[Gl. seq. reci. per obie. & duplicẽ solutiõẽ.

l ¶ Certo.] istud soluit contrarium de decr. s. de rescri. ad hæc, quia hic certus iudex datus fuerat à Papa, ibi incertus, quẽ imperator duceret eligẽdũ: pterea ibi per modũ rescripti, & iuris cõis facta fuit interptatio, hic in modũ gratiæ, & priuilegij, quod ẽt apparet ex titulo, & ex lrã quæ seqt, Aplico priuilegio.

m ¶ In eos autem.) Istud quod sequitur intelligas sane, secundum determinationẽ decr. j. eo. tit. ne aliqui.

n ¶ Quantum ad ista.) s. interdictum, suspensionẽ, & excõicationem: ergo quantum ad alia salua manet iurisdictio. licet ergo ista exercere non possint ordinarij, possunt tñ causam eorum audire, & iudicare: si non pareãt, poterunt in possessionẽ mittere, & similia facere.

cunque illi fuerint, penitus exercere non possunt; Nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorum Prioratus ordinarijs eisdem subiectos (vt vel gerant eorum † regimen, vel in eis tanquam proprij locorum ipsorum monachi resideant [a]) fuerint destinati: tunc enim & si libere possint ad eadem monasteria reuocari, ac tam illorum, quàm ipsorum Prioratuum monachi reputentur, (cum non sit inconueniens aliquem † vtrobiq; locum habere monachicum †) vnum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere: [b] ratione tamen eorundem Prioratuum dicti ordinarij sua iurisdictione in ipsis, etiam quo ad præmissa, [c] quamdiu [d] morantur in illis, licite vti possint.

† Al. illorū.

† Al. ita, aliquē sic vtrobiq;, &c.

† Al. Monachum.

¶ Idem.

¶ Curia Romana habet studium generale, & eius priuilegia: hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. II.

Cum de diuersis [e]

ADDITIO. Dicit Host. ꝙ etiam deponere illos poterunt, & in arctum monasterium detrudere, si causa talis fuerit: potestati. n. ordinariorum non detrahitur: nisi in quantum est expressum: sicut & de præscriptione dicitur, supra de præscriptionibus, audiris, & cap. cum olim. Io. Andr.

a ¶ Resideant.] ad idem supra eod. quoniam. & cap. cum capella. & nota literā: quia si irēt illuc causa visitandi, vel causa solatij, vel vt viatores: illos quo ad ista non coercent ordinarij. ff. de iud. l. hæres absens.

ADDITIO. ver. nam vbi, & procedit hoc etiā si ibi delinquāt tunc vel contrahant secundum Innocen. [Glo. seq. alleg. duas concor. soluit contrarium. finis reci. per quæstionem.]

b ¶ Dependere.] concor. supra eod. lib. de preb. cum singula. & si su. de pre. extirpādæ. §. q vero. nec obstat decr. de elec. constitutis, quæ loquitur cum monasteria non sunt annexa, nec pendentia. Et talis habebit vocem in vtriusque prelati electione, si est consuetudo: alias conuentus eligeret. 16. q. vlt. c. vlt. sup. de elect. ca. 1.

Priores n̄ habēt ius eligē di p̄latū ī maiori monastetio, à quo prioratus eorū dependent.

ADDITIO. secundum Host. Idem. Io. Mo. & Arch. Vide quod dixi post Innoc. de reli. do. c. fin. §. vlt. qui distinguit, an habeat electionem superioris: & an prioratus bona sint distincta. Io. And.

c ¶ Quo ad præmissa] scilicet suspensionem, excommunicationem, & interdictum, & intelligas hoc quando prioratus ille tale priuilegium non habet nec ex se, nec ex superiori monasterio: quia si maius monasterium haberet priuilegium, ꝙ monachi sui, & prioratuum sibi subiectorum à quoquam excommunicari non possent &c. tunc secus.

d ¶ Quamdiu morantur.] ergo post reuocationem eorum episcopus quo ad prædicta in eos iurisdictione vti non poterit, nisi preueniatur, de foro comp. proposuisti, secundum Host. & Io. Mon.

1 Cui resistere nō p̄nt. de sta. mo. cū ad monasteriū. versi. tales. Ioā. Andr.

Cum de.] Premissa causa, prouidetur, & prouisionem declarat: ibi, Vnde. Hic priuilegiatur locus studij, de priuilegijs doctorum habetur. C. de profes. & medi. l. medicos. lib. 10. ff. de exc. tut. l. sed & reprobari. §. vl. Io. Andr.

¶ Pro intellectu huius ca. est præsupponendum primo illud, quod habetur in c. super specula. de magi. in antiq. videlicet, ꝙ clerici præbendati, & beneficiati existentes in studio gn̄ali, de licentia suorum prelatorum (quia hoc est necesse) percipiant fructus beneficij, & grossum præbendæ, sed non distributiones quotidianas, quia existens in studio, licet reputetur præsens, vt percipiat fructus beneficij sui, & grossum præbendæ, non tn̄ reputatur interesse diuino officio. Secundo est præsupponendum, ꝙ habere studium generale dependet à potestate principis concedentis priuilegium.

CASVS. Aliquis clericus beneficiatus est in curia Romana, & studet in iure diuino vel humano, i. in iure canonico vel ciuili, vtrum possit percipere fructus beneficij quasi studens in studio generali? Rn̄det Romanus Pontifex quod iustis de causis ad hoc animum suū mouentibus iamdiu disposuit, quod in curia esset studium generale, sic, quod studens in curia Romana perciperet fructus beneficij sui, quasi studeret in studio generali. Vnde curia Romana non accipitur pro ciuitate Romana, nisi tamdiu quamdiu est ibi curia: nam regentes sequuntur curiam. (Quasi) aliqui exponunt quasi, pro, vt: quia re vera Ecclesia Romana est mater Ecclesiarū omniū. Alij dn̄t ꝙ stat proprie: quia Ecclesia Romana nō est vera mater, sed quasi mater: qa mater proprie dr̄ illa, q̄ peperit filium: Ecclesia aūt re vera nō parit, sed dr̄ quasi mater: qa quasi parit, videlicet spiritualiter ī regeneratione, quæ fit per baptismū. [Ciuilis.] ista verba veniunt expositiue ad duos terminos seq̄ntes s. diuini, & humani. Alij dicūt ꝙ veniunt expositiue ad vocabulū humani: ita, ꝙ ius canonicū vocet ius humanū: vel ius ciuile dr̄ ius humanū. Vnde ius humanū dicitur ius factū ad conseruationē humani generis.

Not. primo ex princip. cap. secundum vnam expositionem, quod quando dictio, quasi, iungitur qualitati veræ, accipitur prout hic intelligitur ex isto cap. si dicamus, quod Ecclesia Romana sit vere mater: sed quando dictio, quasi, iungitur qualitati, non vere diminuit.

No. vlterius, quod studentes non solum dicuntur sibi proficere, sed etiam omnibus alijs, id est, ad profectum omnium aliorum: nam Ecclesia vniuersalis indiget viris litteratis ad sui regimen. Nota, quod licet ius canonicum sit extractum à iure diuino, tamen dicitur ius humanum: quia fuit factum ad politiam humani generis: sicut exponitur in procemio decretalium: ibi. Humani generis. Nota principalem effectum huius ca. ꝙ studentes in studio generali percipiunt fructus siue redditus suorum beneficiorum, ac si residerent, id est, percipiunt fructus, quos percipere deberent ratione præsentiæ. Glos. fina. dicit, ꝙ non omnes studentes in studio generali percipiunt fructus suorum beneficiorum, sed soli Theologi ca. super specula. ne clerici vel monachi sæcula. nego. se immisceant, quod loquitur de studentibus in Theologia, nec obstat iste tex. quia debet interpretari secundum illud c. super specula. Istud non placet modernis doctoribus: imo dicunt, quod studentes in quacunque facultate debent percipere fructus beneficiorum, quos perciperent in præsentia: maxime si studeant in iure canonico vel ciuili. nec obstat ca. super specula, quia dicit specialitatem in Theologis respectu contrarij statuti, ideo valeret statutum, quod studentes in iure canonico vel ciuili non perciperent fructus beneficiorum: sed in Theologia non valeret tale statutum.

Nota etiam, quod sedes Apostolica appellatur quasi mater omnium. Nota finaliter, quod curia Romana habet priuilegium studij? & sic locus vbi studium deputatur, habet certa priuilegia. De priuilegijs vero Doctorum habetur. C. de profes. & medi. l. medicos libro decimo, & ff. de excusat. tuto. sed & reprobari. §. fi. Dominicus.

[Prima glo. summat.

e ¶ Cum de diuersis.) Curia Romana habet studium generale, & eius priuilegia. h. d.

a ¶ Mundi,

a ¶ Mundi] bene dicit. quia Apostolicus totius orbis est dominus. sup. de fo. comp. c. vlt. & sup. in procemio huius lib. cum suis concord.

b ¶ Quasi matrem. 12. q. 6. ad Romanam 19. dist. in memoriam, & quasi, ideo dicit: quia Ecclesia 1 iam genitum natura, gignit per gratiam: vnde debet dici renatus: ideo dicit, quasi: quia mater proprie, dicitur quæ parit.

1 Cur ecclesia dicatur mr fidelium luculenter docet Turrecremata in summa de ecclesia. lib. 1. c. 40.

ADDITIO. Idem Io. Mon. qui dicebat q ecclesia de nō esse [cum essemus natura filij iræ. ad Ephesi 2.] ducit ad esse spūale per sacramentum baptismi. vnde ille iā natus est auctus per gratiam, quæ gratia non destruit naturā, sed perficit, secūdum Augusti. Io. And.

c ¶ Communem.] debet enim lex esse communis. 4. distinctio. erit autem. & supra in procemio huius libri.

[Gl. seq. ponit duas lecturas.]

mūdi [a] partibus multi cōfluant ad sedem Apostoli cā quasi [b] matrem. Nos ad communē [c] tam ipsorū, q̄ aliorum oīum commodū & profectum paterna solicitudine intendentes, vt sit eis mora huiusmodi fructuosa, prouidimus, quod ibidem de cetero regatur, & vigeat studium iuris diuini & humani, canonici [d] & ciuilis. Vnde volumus & statuimus, vt studentes in scholis ipsis penes sedem [e] eandem talibus priuilegijs omnino, libertatib. & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, vbi generale regitur studium ac recipiant integre [f] prouentus † suos ecclesiasticos, sicut illi.

Alexander IIII.

¶ *Dicit quomodo intelligatur priuilegiū, quod habent quidam Abbates de populo benedicendo, & qui bus possint Abbates cōferre tonsuram. Io. And.*

CAP. III.

ABBA-

d ¶ Videlicet.] Istud posset venire expositiue ad vtrumque quasi dicat diuini. id est, canonici: humani, id est ciuilis: sed melius est. Idem Ioan. Monac. quod veniat expositiue tantum ad verbum, humani, id est, positiui scilicet canonici & ciuilis. & quod diuini, intelligatur proprie de sacra pagina.

[Gl. seq. quærit & soluit secundum & tertium dictū reci. per duas quæstiones.]

e ¶ Sedem eandem. Nunquid intelligimus, quod hic de sede Apostolica dicit, late, vt comprehendat etiam loca vicina per duas dietas legales: prout dicitur sup. eo. lib. de præben. psenti? Non credo, sed intelligam per sedē, ciuitatem, vel locum, vbi est curia cum suis suburbijs: tamen ad hoc inf. de senten. excommuni. si ciuitas, aliās sequeretur, quod curia vel studio existente Bonon. studentes Imolæ vel Mutinæ gauderent priuilegio; quod esset absurdum, supra de cleri. non resid. tuæ: prorogatio igitur illius decret. præsenti suū specialem casum contingat, & puto quod Viterbien. studēs Viterbij, veniente curia & permanente, gaudebit hoc priuilegio; sed curia recedente cessabit gaudere; sicut & ego studēs Bonon. gaudebo priuilegio studij; & si cras tolleretur Bonon. studium, vel eius priuilegium, gaudere cessarem. Nō obstat prædicta decr. præsenti § sane quia ibi odium; 1 hic fauor. & horum diuersa est ratio. inf. de reg. iur. odia, cum suis concord. Si vero aliquis existens in curia pro impetratione facienda, vel ibi procurator vel aduocatus existens, in fraudem scholas intraret, vt huius constitutionis beneficio gauderet, fraus sibi non proderit, 2 supra de renunc. c. 2. cum suis cōcord. Sicut nec vere causa rei publicę abesse dicitur, qui causa proprij commodi in legatione est ff. ex qbus cau. maio. l. non vere. & facit quod ibi not. & quod not Moderni. de magistris. c. vlti. in antiq.

1 Per q̄d præiudicaretur ordinario collatori fauor. n. respicit studētē; vt hic in princ. Ioan. And.

2 Idem Io. Mon. qui dicit q talem denominabit ab eo, in quo se plus occupat, & remittit. ff. de verb. sig. c. fin. Io. An.

[Gl. seq. recit. per duas quæst.]

f ¶ Integre.] quotidianis distributionibus exceptis, supra de magistris, c. vlt. s. de præbend. licet illæ enim non dantur etiam præsentib. qui nō interfunt diuinis. sup. eod. lib. de cler. non resi. c. vnico. Nec intelligās quod de iure communi existentes in studio percipiant corpus præbendæ, saluo quod de sacra pagina diximus, sed hic intendit dicere, quod si ex dispensatione, cōsuetudine, vel statuto ecclesiæ existens in studio potest percipere præbendam, hoc poterit studendo in curia.

ADDITIO. Pro existentib. in studio quod percipiant corpus prębendæ, est argumen. 82. distinc. proposuisti. in gloss. sufficit. & 37. distinc. de quibusdam. Contra eos est quod not. 12. q. 2. Vulteranæ. & 16. quæstio. 1. generaliter.

† Vide cōcil. Tridē. sess. 5. refor. c. 1. in fi.

† In manuscriptis ita; Alex. iiii.

A Bbates.] Sūt duę partes. Prima tractat de benedictione sup populo fiēda, & per abbates super hoc priuilegiatos. Secūda; ibi, Nec eis. De collatione tonsuræ. Iterū prima dicit qd eis liceat determinādo locum & tēpus. Secūda; ibi, Alibi, ponit quod non liceat, & exceptionem sub dit; ibi, Nisi. Secunda principalis miscēdo quid liceat, ponit quid non liceat, a quo excipit; ibi, Nisi. Io. And.

¶ Si Abbas a sede Apostolica obtinuit priuilegiū, vt possit impertiri solemnem benedictionem; istud priuilegium restringit quamdiu est in monasterio, vel in capella sibi pleno iure subiectis hoc dicit. Præsupponendum est, quod simplex sacerdos licet possit populum benedicere benedictione non solemni; soli tamen episcopi possunt impendere benedictionem solemnem, quæ fit dicendo; Sit nomen Domini benedictum. Humilitate vos ad benedictionem 95. distin. c. ecce ego dico.

CASVS. Aliquis Abbas obtinuit a sede Apostolica priuilegiū, vt posset impertiri solemnem benedictionem, & non fuit dictum in quocunque loco; sed simpliciter fuit ei cōcessa facultas, vt posset impertiri solemnem benedictionē. Iste Abbas inuitatus ad funus cuiusdam defuncti, voluit impertiri istam solemnem benedictionem, aut cum esset in aliqua processione voluit impertiri benedictionē solemnem, vtrum possit? Respōdet Romanus Pontifex dicēns, q nisi aliud fuerit dictum & nominatim expressum in priuilegio suo, non poterit impertiri benedictionem solēnē, nisi in monasterio suo, & in capellis sibi pp̄etuo iure subiectis; in quibus ipse Abbas est tanquam episcopus. Sed vtrum sit permissum abbati conferre primā tōsuram extraneo, nō suis conuersis? Rńdet q non, etiam si illi extranei conuolarent ad monasterium animo cōuertendi se, vt fierent monachi [Insigniuit.] s. simpliciter. [Elargiri.] quia in his tribus consueuerūt episcopi benedictionem solemnē impertiri populo. No. primo, q benedicere populū benedictione solemni, ptinet solis epis, q tenēt locum Apostolorū, & alij inferiores prælati, puta rectores ecclesiarū parochialium tenēt locum 72. discipulorū. Not. q Abbates de iure communi non habent facultatem impertiendi benedictionem solemnē, sed possunt a sede Apostolicā obtinere priuilegium, vt illā benedictionem solēnem possint impertiri. Nota tres horas, in quibus eps pōt benedicere populū benedictione solēni, videlicet post laudes, post Missarum solēnia; & post vesperas.

No. ꝙ Abbates possunt conuersis suis conferre primam tonsuram, per quam confertur ordo clericalis.
No. ꝙ si Papa dedit alicui abbati priuilegium benedicendi populum benedictione solemni: istud priuilegium non extenditur extra monasterium ipsius abbatis, & loca sibi pleno iure subiecta: nam istud priuilegium tēdit in diminutionē auctoritatis ep̄alis. nō debet stricte interpretari, vt minus lædat. Et si abbas daret benedictionem populo extra monasteriū vel loca sibi pleno iure subiecta ipse delinqueret, & posset eum ep̄s punire non obstāte priuilegio exēptionis: quia priuilegia tantum valent, quantum sonant.
[Prima gl. summat.]
b ¶ Abbates.] dicit quomodo intelligatur priuilegiū, quod habent quidam abbates de populo benedicendo, & quib. possint abbates conferre tonsuram Io. And.

† Aliàs, expresse.

[Secunda gloss. recit. per quæstionem.]
a ¶ Abbates.] licet hic de abbatibus exprimat. idem intelligo de Prioribus, archipresbyteris, vel alijs, quibus hoc priuilegiū concessum esset, cum eadē sit rō: ista autem decr. olim inter extrauagantes incipiebat? Quoniam nōnulli. [De qua loquitur. Guil. in Spec. eo. tit. Io. An.]

† Vide cōci. Trid. ses. 23. de refo. c. 10.

ADDITIO. De æta. & quali. cum contingat: datur consilium, ꝙ hoc nō fiat intra annum probationis: quia certū est, ꝙ postea exire posset, & fraus fieri, quæ præcauenda est de ser. non ordi. c. 1. pro & contra. sup. de sent. excom. religioso. Io. And.

tes,[a] quos Apostolica sedes in exhibitione benedictionis super populum speciali priuilegio insigniuit in ecclesijs, quæ ad eos pertinent pleno iure,[b] quando in eis diuina officia celebrant, possunt post Missarum solemnia, & vespertinas ac matutinas laudes, benedictionem solemnem[c] super populum elargiri. Alibi[d] autem publice, aut per vias, ciuitates, castra, & villas, populis, & plebibus benedictionem facere, vel impartiri non valeant: Nisi hoc eis expresso[e] † Apostolico priuilegio sit concessum. Nec eis † licitum sit alijs, quàm monasteriorum suorum conuersis, & qui ad illa conuolauerint,[f] & in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem[g] iurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram:[h] Nisi eis id competat ex pleno præfatæ sedis indulto.

¶Idem.

¶Exempti in locis nō exēptis oratoria vel capellas sine diœcesanorum licētia cōstruere non possunt: nec in exēptis sine licentia Papæ.
Nec possunt exempti assumere causas proprias suorum liberorum hominū in se; ēt si illi sint sui censuales. h. d. Ioan. And.

CAP. IIII.

AVCTORITA-

g ¶ Quasi ep̄alem.] Hoc dixit: quia vere ep̄alē habere nō posset. s. vt posset chrismare, & alia facere. q̄ sūt ep̄alis ordinis; si igit̄ abbas in parochia sua, vel alio loco hēt iurisdictionē in spiritualib⁹: quòd alias de iure dēt habere episcopus: etiā puros laicos nec conuersos, nec conuertēdos poterit clericare: aliàs non: sicut. n. ep̄s laicū non suæ iurisdictionis ordinare nō pōt absq; licentia sui epi. sup. eo. lib. de temp. ordi. ca. vlt. sic nec iste abbas talem poterit ordinare.
h ¶ Tonsuram.] Confertur 1 enim per ipsā clericalis ordo. s. de æta. & qualit. cum contingat & hoc intellige secundum determinatione illius de abbate benedicto & presbytero: saluo eo ꝙ habes de suppl. negli. prælat. cap. 1. & possunt tales abbates conferre etiam superiores ordines vsque ad lectoratū inclusiue. 69. dist. c. 1. in prædi. ca. cū contingat. Vide quod ibi dixit; vbi etiam tenet Boa. & hic Archid. quod alteri conferens imprimit characterē. Ioan. And.

1 Videoīno Turrecrematā in c. cler. 23 dist. vnde intelliges, an prima tōsura sit ordo.

ADDITIO. Opinionem gl. tenet Archi. propter identitatem rationis alleg. sup. de consti. translato. bene facit inf. eo. vt Apostolicæ Io. And.
b ¶ Pleno iure.] s. in spiritualibus & temporalib. sup. eo. cū & plantare. §. in ecclesijs. & sup. c. quoniam per confessionem.

Ecclesia qn̄ dicat̄ spectare pleno iure ad monachos.

ADDITIO. Dicit hic Archid. Alanum scripsisse, quod tūc ecclesiæ pleno iure pertinent ad monasteria, quādo in eis sacerdotes instituūt, & omnes obuentiones percipiūt præter stipendia ministrorum de prēb. auaritiæ. & c. de monachis. vbi de hoc in antiq. & 16. q. 2. in summa. Ioan. And.

Bn̄dictio solemnis qualiter fiat.

c ¶ Solemnem.] s. quam faciunt episcopi solemniter dicēda: Sit nomen Domini benedictum, &c. quia priuatam benedictionem exhibent etiam presbyteri simplices. 95. dist. ecce ego dico.
ADDITIO. Non tamen præsente episcopo. 21. dist. denique. Io. And.
d ¶ Alibi.] scilicet extra ecclesias sibi pleno iure subiectas.
ADDITIO. Dicit Archi. ꝙ multi priuilegiati hoc male obseruant, propter quod esset eis priuilegium auferendum. 74. dist. vbi ista, & c. seq. Io. And.
e ¶ Expresso. Quantumcunque ergo generaliter loquatur priuilegium: hoc non poterit: nisi id in priuilegio sit expressum, & cap. si. sup. eod. lib. de hæret. inquisitores.
f ¶ Conuolauerint.] vt ibi conuertantur, & fiant monachi.

ADDITIO. Faciunt hæc, quæ tetigit glo. pro abbatibus, qui benedicūt calices, patenas, vestes sacerdotales, cruces, & similia, de quib. sup. de sacra vnctio. ca. vnico. ante finem, de cons. dist. 1. vestimēta. nam si benedicūt & consecrant personas, fortius & res. 12. q. 1. præcipimus. A cōsecratione calicis, in quo fit vnctio, vt in præ. cap. vnico. abstinere debent in alijs superioribus & similibus, vbi fit solum verbalis benedictio, sustineri pt̄, qn̄ ad opus suarum ecclesiarum id agūt, alias abstinere debēt, cum nec solemniter benedicāt populum vt hic, nec aquam etiam benedicant solemniter. sup. de consecr. eccl. vel alta. aqua. maximè quia eorū benedictio simplex est, vel ad plus mista; vt no. in cle. de stat. monach. attendentes. §. statuimus. De mitratis dicam infra eodem vt Apostolicæ. supra 2. glo. Ioan. And.
i ¶ Indulto.] puta quia habent priuilegium; quia quoscunque etiam nō subditos volentes ab eis ordinari, clericare, & ordinare possint: tenor etiam priuilegiorum seruabitur. sup. eod. porro.
AVctoritate.] Sūt tres partes. Prima ponit triplicē prohibitionem contra exemptos. Secunda contra faciētes iubet compesci per ordinarios; ibi, Quod si. Tertia prouidet ordinarijs contra conseruatores, ibi, Et si quas. Secunda, principalis, ibi, Inhibemus. ponit inhibitionem & exceptionem. Tertia; ibi, Causas, ponit illam inhibitionem, quam declarat; ibi, Etiam. Ioan. And.

¶ Præ-

te a † Sedis Apostolicæ de fratrum nostrorum cō silio statuimus, quod oratoria, b vel capellas in locis non exemptis, c sine diœcesanorum locorum ipsorum licentia exēpti construere non præsumant, neque in sic cōstructis, d nec tempore interdicti e (casibus expressis in iure dumtaxat exceptis f) celebrent vel faciant celebrari diuina. Quod si talia præsumpserint, ab his per locorum ipsorum ordinarios compescantur; g Et si quas propter hoc exemptorum ipsorum conseruatores in eos sententias protulerint, illas penitus reuocamus. h inhibemus insuper, ne in locis etiā exemptis hoc ipsi exempti facere audeant; nisi super his licentiam vel priuilegium habeant Sedis Apostolicæ i spāle. Causas k quoque siue lites proprias l suorum hominum liberorum, m quæ videlicet tantum ad ipsos homines pertinēt, n ijdem exempti suo nomine, siue vt actores, siue vt de

† Vide Ro consil. 409 Lapū alleg. 92. Cald. cō ..Fely. cōs. 30. ex qui- 9 cognosces ...n liceat ...oratorij ędificare diœcesano inconsulto.

¶ Præsupponendum est illud, quod habetur in c. cū olim § insuper. e. tit. in antiq videlicet, quod nullus debet ędificare nouum oratoriū, vel capellā, aut eam dotare, vel altare nouum erigere sine licentia diœcesani, & si quis ɔ̄trium fecerit, tam capella seu oratorium, vel altare, quā fructus sui cedunt diœcesano, non vt percipiat fructus tā quam suos, sed vt in tali Ecclesia, vel oratorio possit instituere clericum absque consensu fundatoris.

CASVS. In diœcesi Pictauiensi est monasteriū exēptum, vel ecclesia exēpta: isti exēpti ædificauerūt vel dotauerunt de nouo aliq̄ capellam aut oratoriū sua propria auctorit. vtrū licite fecerit? Rñdet ꝙ non, si sine licētia diœcesani illam capellam de nouo ædificauerūt in loco nō exempto. Sed vtrū in loco exēpto possint capellam erigere sua auctoritate propria? Rñdet quod non absque auctoritate Papæ, qui habetur loco diœcesani, alioquin perderent capellam cū fructib. ita quod si patronus diceret, ex quo nō vultis, vt habeamus ius patronatus in tali capella, recuperabo doté, non est audiendus, immò illam dotem iamq. assignatam non poterit recuperare. Sed quid sanctissime Pater, sunt aliqui homines, qui tenēt ab exemptis possessiones, sed tñ ipsi homines sunt dñi directi, quia illas possessiones tenent ad aliquem cēsum annuum, isti homines conueniuntur coram ordinarijs, vtrū exempti possint petere, vt isti sui homines remittantur ad suos conseruatores? Respondetur. qđ non: si causa, super qua fuerunt conuenti, sit cōmodum ipsorum hominum, secus si esset cōmodū exemptorum, & tangeret ius suorum exēptorum, & dominium directum illarum possessionum esset apud exēptos, quia tunc pro hominibus cōuentis posset suscipere defensionem, & petere remissionem ad suos cō seruatores, sed quando commodum possessionū spectat ad ipsos homines, non possunt exēpti pro eis suscipere defensionem, nec petere, vt causa remittatur corā suis conseruatoribus. (Causas.) Et dicuntur causæ suorū hominū, qñ commodum, & incommodum spectat ad ipsos homines: ita quod ex sine litis non sunt exempti consecuturi aliquod cōmodum, vel incommodum. No. primo, ꝙ exempti delinquentes in locis nō exemptis, puniri possunt per ordinarios ad hoc eo tit. & lib. c. 1 No. secundo, ꝙ legati excōicatio lata in casu non sibi commisso, est nulla, ad hoc sup. de præb. c. si. Domin.

Prima gl. summat.

a ¶ Auctoritate.] exempti in locis non exemptis oratoria, vel capellas sine diœcesanorum licentia construere non possunt, nec in exemptis sine licentia Papæ. Nec pñt exempti assumere causas proprias suorū liberorum hominum in se, etiam si illi sint sui cēsuales, hoc dicit, Io. And.

b ¶ Oratoria.] oratoria debent esse id, quod verbum sonat. 42. dist. c. vlt. & penul. & ista publica oratoria sine diœcesanorum licentia non construent in loco non exempto, & de his oratorijs habetur su. de cēsi. c. vlt. sup. eo. patentibus: priuatim autem orare in domo sua cuilibet licet, non erigendo ibi altare, 1 nec missam celebrando.

1 Intellige de altari cū ara cōsecrata. nō n. phibet alias erigi altaria cū imaginibus sanctorum ad orandū.

ADDITIO. Nisi hæc duo faciat de auctoritate diœcesani. quod dic. vt de cons. d. 1. vnicuique. & duobus. c. seq. 10. And.

c ¶ Nō exemptis.] sicut. n, si Anglicus in ciuitate Bono, vellet ecclesiā erigere hoc non posset sine diœcesani licētia. sic nec exēptus habita cōparatione, vt dixi supra c. 1. ad idē de cō se. di. 1. nemo ædificet. in Auth. de eccl. titu. §. si quis autem voluerit. colla. 9. in aut. vt nullus fa. orato do. collo. 5.

ADDITIO. vide eo. tit. cum olim 2 super gl. nota ꝙ & idem §. seq. Io. And.

d ¶ Constructis.] tolle quod est inf. celebrent, vel faciant celebrari.

e ¶ Interdicti.] hodie religiosi et exēpti violātes generale interdictum, quod seruat mater Ecclesia, ipso iure excommunicati sunt per cle. de excess. prælato. ex frequentibus.

f ¶ Exceptis.] sup. eo. vt priuilegia, & c. ꝙ nonnullis. sup de sen. excom. permittimus, hodie dic, vt inf. de sent excom. c. vlt.

g ¶ Compescantur.] Ecce ergo quod exemptus propter delictum in loco nō exempto commissum, sub est ordinario sup. cap. 1.

ADDITIO. Probat etiam decre. ista idem de exēpto quo ad tertium membrum, quod de celebrantibus loquitur. Io. And.

h ¶ Reuocamus.] cōseruatores. n. priuilegiorū ad hūc casum iurisdictionem suam extendere nequeunt, cū se ad hunc casum priuilegia non extendant. s. c. primo, nec se intromittere possunt, nisi de manifestis iniurijs supra eo. libro, de officio delega. ca. primo, & vltimo.

i ¶ Sedis Apostolicæ.] quia 2 sicut episcopus est diœcesanus in loco nō exēpto, vt sup. sic & Papa est diœcesanus in loco exempto, puto tamen, ꝙ hoc casu sufficeret licentia legati de latere. arg. j. de verb. signi. veniens in prin. & s. de elect. c. si abbatem. & ad hoc facit quod dixi sup. eo. lib. de elect. cupientes. circa prin. in gl. in hoc casu.

2 Hinc notāt Doct. Papā esse diœcesanū, & iudicē ordinariū exemptorū. vide gl. not. in ca. nulla. 93. dist.

k ¶ Causas quoq.] & facit iste §. ad ea, quæ no. Inn. & Host. sup. de app. dilectis.

l ¶ Proprias.] palam est illam propriam causam esse, cuius damnum vel emolumentum ad aliquē suo nomine pertinet. ff. quando app. sit. l. 1. 2. q. 6. biduum vers. palam.

m ¶ Liberorum.] in seruis enim secus; & in hoc nulla dubitatio.

[Gl. seq. reci. per tres quæstiones. Secunda ibi, de furto. Tertia ibi, & illud.]

n ¶ Pertinent.] dicebant Inn. & Host. in prædi. decr. ꝙ si aliquis turbat cultorē agri mei, vel colonos meos, contra illum datur mihi vtile interdictum, Vti possidetis, & ēt actio iniuriarum, si in iniuriam meā illud factū sit arg. ff. de vi. & vi. arm. l. vim facit. ff. de actio. emp. & ven. qui pendente. & ff. de posi. l. 1. §. si quis tabulas. De furto tamen eis facto dominus nō agit, sibi enim subditi imputent, qui non bene custodierūt

nec

i Dicit tñ hic Arch. ꝙ dñi agere pñt, ne eorũ subditi molestẽtur.

nec iniuriarum, si non sit factum in iniuriam i dñi, sed propter speciale odium subditi. Et istud habuerunt pro indubitato, quod dominus in iudicio nomine subditi agere nõ potest, vt eis satisfieret, cum nec istud eius principaliter intersit, nec sit eius procurator, alioquin e ad. ratione ius subditi remittere posset, isti aũt exẽpti, forte vt duriorẽ causam aduersariorum illorũ suorum hominum redderẽt assumebãt in se causam, vt actores vel rei, quod nõ licet eis, etiamsi illi sint eis censuales, id est, certum censum soluentes, quia non propter id sunt ipsorum serui.

NE aliqui.] Præmittit duplicẽ constitutionis causam, & constitutionem subditi: ibi Omnes in qua exceptionem interserit: ibi, Illis.

† De dña inter indulgẽtias, & priuilegia vide ĩ ca. cũ personæ. inf. eo. Arch. & Do. 2. q. 1. §. fin. Bal. in c. 1. & c. at si clerici. de iu. & Io. de Ana. ĩ c. ex insinuatione. de simonia.

¶ Dicit Fran. sup. e. cap. 1. quod priuilegium de quo hic loquimur, Innoc. iiij. concesserat multis laicis, clericis & religiosis. Sed Alexander oĩa illa priuilegia renocauit preter concessa regib. reginis, regum filijs, & fratribus, vel similibus ꝑsonis, quæ antiquitus talem gratiam à Sede Apostolica habuissent, & ĩcipiẽbat illa cõstitutio, ad perpetuã rei memoriã Clemẽs cuius fuerat hæc cõstitutio clemẽtior Alexandro, sic temperauit. vt. s. preter exceptos non extenderetur ad sententias ordinariorũ, &. temperationis causa pulchra fuit, & formosa, quã ponit exordium, & eiusdem Cle. fuit decre. nẽ aliquis, sup. eo. lib. de hær. Io. And.

ẽt ab ordinario, sed personæ particulares possunt, nisi essent leges, vel reginæ, vel eorũ filij; qui ẽt tales personæ particulares non possunt excõmunicari, suspẽdi, nec interdici à suis ordinarijs. Not. primo, qđ qnq; priuilegia tribuunt priuilegiatis materiã alijs iniuriandi. Et hæc est legitima causa reuocandi talia. Nota secundo, differentiam esse inter indulgentiam, & priuilegium, vide de sepultu. in nostra. vide Io. And. de ver. sign. cũ olim. Dom.

[Prima gl. summat dicens, quõ olim incipiebat.]

...fensores aliquatenus non assumunt: Etiam si sint ipsis dicti homines censuales: cum id nequaquam licitum sit eisdem.

¶ Clemens IV.

¶ Priuilegium Papæ, quod quis excommunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sententias ordinariorum, nisi tale priuilegiũ sit concessum regibus, reginis, vel ipsorũ filijs, vel religioso loco, vel ordini. h. d. Io. An.

CAP. V.

NE aliqui [a] de indultis Apostolicis confidentes, alios confidentius in suo iure molestent, & ordinariorum iurisdictionem contemnant pariter & eludant: Omnes indulgentias, † & priuilegia, quibuscumque singularibus personis ecclesiasticis, vel sæcularibus cuiuscunque [b] sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut status, quod interdici à quocunque, [c] vel excommunicari non possint: nec terræ vel ecclesiæ ipsorum ecclesiastico ĩterdicto supponi, sub quacunque forma verborum concessa, [d] (illis per quæ regibus, & reginis eorumque filijs, [e] necnõ & religiosis quibuscunq; non personarum tantum, sed ordinum priuilegiatorum, vel locorũ ratione, [f] in hoc immunitas huiusmodi conceditur duntaxat exceptis) de fratrum nostrorum consilio ad ordinariorum sententias, & processus edicto perpetuo prohibemus extẽdi.

¶ Idem.

¶ Inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vsus mitræ, si sunt exempti in prouincialib. & episcopalibus concilijs, vti possunt mitris aurifrisiatis, non habentib. laminas aut gemmas. Et si nõ sunt exempti, albis & planis utẽtur, in alijs locis utãtur vt indulta permittũt.

CAP. VI.

VT APOSTO-

a ¶ Ne aliqui.] Priuilegium Papæ, quod quis excõmunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sentẽtias ordinariorum, nisi tale priuilegium sit concessum regib. reginis. vel ipsorum filijs, vel religioso loco, vel ordini, hoc dicit. Et olim decretalis ista extrauagãs erat, & incipiebat, quia pro qualitate, alias quoniam.

b ¶ Cuiuscunque.] ĩ. moderabitur istud verbum.

c ¶ A quocumque.] intelligas nisi à Papa, vel legato de latere, inf. de verbor. signi. veniẽs. 1. respõ. & hoc idem priuilegium intelliguntur habere hi, qui sunt recepti in speciales filios Romanæ Ecclesiæ, vt ibi, si autẽ in speciales subiectos, tunc sunt exempti, infra eodem si Papa. §. similiter.

d ¶ Concessa. tolle quod est infra de fratrũ nostrorum, &c. redeas sup. illis, & tolle quod est ĩ. duntaxat exceptis, per quæ &c.

e ¶ Filiis. est simile quod habes sup. eo lib. de off. de lega. cap. vlt. 2.

ADDITIO Et in Clemen. de baptis. præsenti Est tñ etiam dissimilitudo, quia decr. vlt. nil dicit de filijs. & decre. præsenti. dicit de liberis, & addit de principibus. Io. And.

f ¶ Ratione. sic ergo intelligatur sup. eo. tit. & lib. c. 1. §. ĩ alios, & sic nulla correctio, vt ille §. loquatur de priuilegio concesso religiosis, non propter personam, sed propter locũ, vel ordinem, vt si ordo Prædicatorum, vel Minorum sit in hoc priuilegiatus, vel monasterium Sancti Proculi. Si autem religiosus aliquis suæ prærogatiua personæ haberet hoc priuilegium. secus esset.

z An priuilegiũ cõcessũ vxorib. vel filijs regũ, duret rege mortuo tra. d. t hic Io. And. Frãcus & alij. faciunt no. ĩ c. ex partes. de foro cõp.

CASVS. A sede Apostolica fuit mihi cõcessum fauore meæ personæ, Vt a quoquam non possem excõmunicari, suspẽdi, vel interdici & ponamus ꝙ ĩ priuilegio meo nõ fuit facta expressa mẽtio de meo ordinario, quia nõ fuit dictum, concedimus tali priuilegiũ vt non possit excommunicari, suspendi, aut interdici a quocumque etiam diœcesano suo: sed simpliciter fuit dictum, vt non possem a quocumque excommunicari, suspendi, vel interdici: vtrum per huiusmodi priuilegium adimatur meo diœcesano potestas, vt nõ possit me excommunicare, interdicere, vel suspendere? Respondet Roman. Pontif. quod non, quia meum priuilegium nõ extenditur ad ordinariũ, sed ad alios iudices. Et ista sunt vera, quando priuilegium tale fuit cõcessum certæ personę particulari, secus si esset concessum alicui ordini vel loco religioso, puta tali monast. tunc. n. religiosi illius monasterij nõ possunt excõicari, suspendi, aut interdici à quocumque iudice

VT Apostolicæ.] Primo præmittit constitutionis cãm. Secundo constitutionem ponit: ibi, De fratrũ, & hęc duo facit: quia primo prouidet de locis cõciliorum, secundo de alijs, ibi. In alijs. Iterum prima

ma statuit de exemptis: Secunda de non exemptis: ibi, Non exempti.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendũ, ꝙ Eps, dr̃ celebrare in vestimentis ep̃alibus, qñ est indutus ornamentis Pontificalibus, quæ sunt quattuor. s. mitra, baculus pastoralis, annulus, & compagus: Vñ mitra, quę habet duo cornua designat duo testamenta, vetus. s. & nouum. Et fuit ordinatum, quod Ep̃i haberent mitram ad instar Moysi, qui reuersus fuit cornutus a monte, vbi accepit legem Dei, & ignorabat, ꝙ eẽt cornutus. Aliud vestimentum est baculus pastoralis: q dr̃ crossa. Aliud est annulus, qui dat̃ Ep̃is in signum mr̃imonij inter ipsos, & Ecclesiam. Aliud dr̃ compagus, siue callıgæ Episcopales, quæ alio nomine dicuntur sandalia.

† Abbates an dicãtur esse prælati. uide Gem. in ca. præsenti. de offic. ordin. lib. 6.

† Vide Barbatiam in c. volentes extra de offic. deleg.

CASVS. Aliquis abbas a sede Apostolica obtinuit, vt posset vti mitra, & alijs ornamentis Episcopalib. iste abbas comparuit in synodo episcopali, vt tenebatur: quia non erat exemptus, vel erat exemptus, tamen habebat populum nõ exemptum, ratione cuius tenebatur comparere in synodo: & certum est, ꝙ iste abbas debet esse in eodem statu, in quo celebrat missam, & ipse fert mitram pretiosiorem mitra episcopali, puta quia sua mitra in medio habet lapides pretiosos. Item habet laminas aureas, vel argenteas: vtrum possit vti ista mitra? Respondet, quod non poterit vti tali mitra, quantumcunque sit exemptus. Vtrum autem exemptus possit vti mitra aurifrisiata, non habente laminas aut gemmas? Respondet, quod sic; si autem non sit exemptus, vtetur mitra alba, & plana non aurifrisiata, quamdiu erit in synodo, & in concilio. Et istud ordinatum fuit, ne detrahat̃ auctoritati, & honori episcopali, quia ignorantes putant, ꝙ ille, qui habet maiores ornatus sit maioris auctoritatis, iuxta illud, Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant. [Ecclesiarum suarum.] vnde matrimonium ꝯhitur solum inter episcopum & ecclesiam, ideo ep̃s debet portare annulum. Ex quo sequitur, quod alij inferiores prælati non debent portare annulum. Ideo dicit Io. An. quod clericus annulatus aut est Episcopus, aut fatuus, quod verũ est, nisi habeat aliam dignitatum, vt quia est doctor, tunc enim in signum matrimonij inter ipsum, & scientiam potest deferre annulum. [Aurifrisiatis.] id est, non habentes laminas, neque lapides pretiosos. Nota primo, quod de iure communi abbatibus, & alijs inferioribus prælatis ab Episcopis non competit vsus mitræ ratione suæ dignitatis. Nota secundo, quod priuilegium licet sit stricte interpretandum: tamen debet taliter intelligi, vt totaliter non frustretur suo effectu. Domi.

[Prima glossa summat decretalem, & illam commendat.

a ¶ Vt Apostolicæ.] inferiores prælati, quibus per priuilegium conceditur vsus mitræ, si sunt exempti in prouincialibus, & episcopalibus cõcilijs vti possunt mitris aurifrisiatis, non habentibus laminas aut gemmas: & si non sunt exempti albis, & planis vtãtur: in alijs locis vtantur, vt indulta permittunt. Æquissima fuit huius decre. prouisio, vt infra patebit.

licæ [a] sedis benignitas, quæ nõnullis Abbatibus, † alijsque prælatis, quib. nõ competit [b] ex propria dignitate, concessit in ecclesiarum [c] suarum gloriã, & honorem, quod mitra † & aliis pontificalib. vti possint: prouideat, ne inde scandala oriantur; sic tñ, [d] quod ipsi priuilegiati suorum priuilegiorũ non frustrentur effectu: & ex maioritate, ac decore maiori ornatuũ, maioritas appareat dignitatum: [e] De fratrum nostrorum consilio præsenti decreto statuimus, vt Abbates & alii, q. bus mitræ vsus est ab eadem sede cõcessus: Exempti quidem in prouincialibus cõciliis, (& episcopalibus synodis) quibus nõnulli eorum interesse tenentur [f]) mitris tantummodo aurifrisiatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus vti possint: Non exẽpti vero simplicibus, [g] & albis ac planis vtantur. In alijs [h] vero locis exemptis, & non exemptis, mitris liceat illis vti, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt. [i]

Bonifacius VIII.

¶ *In prima parte demonstrat, quid iuris, cum quis solo priuilegio se dicit exẽptum. In secũda ibi: Si autem, quid iuris cum super hoc præscriptionem allegat. In tertia ibi: Quod si tales, quid iuris cum allegat vtrumque. Io. And.*

CAP. VII.

CVM † PER-

b ¶ Non competit.] quia sunt ipsi prælati inferiores Ep̃is.

[Gl. seq. sol. quæstionem.]

c ¶ In ecclesiarũ suarum.] Idem puto 1 si alicui inferiori prælato. personaliter pp ipsius personæ prerogatiuam fuerit priuilegium tale concessum: quod interdum contingit. vt sup. de præsum. cum in iuuẽtute. vbi propter prærogatiuam personæ, concessum fuit episcopo ornamentum archiepiscopale.

1 Et merito cum fortiora sint priuilegia data personis contẽplatione ecclesiarum, q̃ cõtemplatione ipsarũ. s̃. c. proxi. Ioã. And.

d ¶ Sic tamen.] concor. sup. eo. c. in prin.

e ¶ Dignitatũ.] 100. dis. rationis. hoc vult dicere, veniebat Abbas ditissimus ĩ hoc priuilegiatus ad Concilium episcopale habens pulchriora ornamenta, & mitram episcopalem: ita ꝙ ipse per inspectionem ornatuum videbatur episcopus. idẽ in prouinciali. ibi enim in ornamentis præcellebat alios Episcopos, ꝙ satis erat indecens, & scandalizabantur Episcopi, prouidere ergo æquitet voluit, ita quod scandalum tolleret, & priuilegium aliquod conferret. Et nota, quòd non est pompositate respuendum, imo ratione defendendum, quod Doctores togati, variati, & ornati incedant, vt per illa dignitas doctoratus 2 appareat, sed sunt scholastici reprehendi, qui sibi vestes doctoribus solum congruentes assumunt.

† Vide Antonium Capycium decisione Neapol. 209.

2 Quæ sint insignia doctoratus uel militiæ uide per Signor. de Homodeis Consilio. 2 :. & cons. 129.

f ¶ Tenentur.] forte propter capellas nõ exemptas, vel propter populum non exemptum.

g ¶ Simplicibus.] vt non solum non habeant laminas, vel gemmas, sed etiam nec aurifrisiatas.

h ¶ Alijs.] a prouincialibus, & episcopalibus, synodis, & concilijs, puta cum celebrant in ecclesijs suis, vel alienis.

i ¶ Permittunt.] Inspiciendus est igitur tenor priuilegiorum, & seruandus, infra capitulo proximo, supra eodem porro.

CVm personæ.] Hæc est prima Bonifacij in titulo. Diuiditur in tres partes, & vltima pars potest sub diuidi, quia primo tractat, quando priuilegium sufficit vel dat causam prascribendi, Secunda ibi, Si vero. quando neutrum horum occurrit.

CASVS. In diœcesi Pictauien. sunt aliqui: qui dicunt se habere priuilegium, vt sint exempti a potestate ordinarij, prætextu quorum priuilegiorum plura nefanda committunt, confidentes de suis priuilegijs, ita quod sæpissime exinde oriuntur plura scandala, vtrum Episcopus potest eos compellere, & monere, vt sibi ostendant sua priuilegia, vt videat an sint taliter exempti a sua iurisdictione, quod non possit eos punire pro suis

crimi-

criminibus? Reſpondet, ꝙ poteſt Epiſcopus tales exemptos compellere, vt oſtendant ſua priuilegia ſibi Ep̃o, vel ſuis ꝯmiſſarijs, & ꝙ Ep̃s, vel eius cõmiſſarius poſſit legere priuilegia integraliter: etiam ſi petatur, ꝙ priuilegia illa exhibeãtur occaſione articuli ſuper quo eſt controuerſia: ſed tũc habita lectura integrali omnium priuilegiorum non habebit copiã oĩum, ſed ſolũ illius articuli, de quo eſt cõtrouerſia. Sed quæritur vltra, nunquid Ep̃s pẽdente iſta exhibitione, an priuilegia ſua ſint ſufficiẽtia ad impediendum ſuam iuriſdictionem, poterit in eos exercere ſuam iuriſdictionem? Rñdet Romanus Pontifex cum diſtinctione: Aut enim iſti priuilegiati ad fundandam ſuam intentionem, id eſt, ad probãdum ſuam exẽptionem allegant priuilegium exemptionis tm̃, aut priuilegium, & præſcriptionem ſimul: aut allegant ſolũ preſcriptionẽ, & ſunt in poſſeſſione exemptionis: tũc pendẽte litigio ſuper exhibitione priuilegiorum ſuorum: non poterit ep̃s eos turbare in ſua poſſeſſione exemptionis, neque in eos poterit exercere ſuam iuriſdictionem: Si autem allegant ſolum præſcriptionem, quia dicunt præſcripſiſſe libertatem, nõ extinctiue, ita ꝙ nulli ſubſint: quia non poſſunt eſſe acephali, ſed dicunt præſcripſiſſe libertatem translatiue: hoc eſt, non ſubſunt ordinario naturali, ſed alteri. & in iſto caſu quãdiu probabitur præſcriptio, reputabuntur ſubditi Ep̃i ita ꝙ Ep̃s poterit in eos exercere ſuam iuriſdictionẽ. Ratio diuerſitatis inter priuilegium & præſcriptionem; quia priuilegium eſt plus fauorabile, quam ſit præſcriptio, quæ eſt mere odioſa: ideo pendente iudicio ſuper præſcriptione, Ep̃s vtetur iuriſdictione ſua ordinaria? quamquam tenera talis non ſit ſibi ſubditus. [Infamiam] q̃nque infamiam iuris: nam quædam ſunt delicta, quæ ipſo iure irrogant infamiam, id eſt ipſo facto de quibus in l. 1. ff. de ijs qui notantur infamia. Alia ſunt delicta, quæ non irrogant infamiam ipſo facto, ſed per ſententiam iudicis. [Loco ſecuro.] vbi ep̃s non poſſit exemptis inferre violentiam: quia forte ep̃s ſibi remoueret eorum priuilegia, & illa non poſſent recuperare ſine magnis laboribus, & miſerijs. [Integraliter.] Licet pro præſenti non ſit controuerſia de omnib. articulis, ſed de vno ſolo tantum. Not. primo, ꝙ exemptus a iuriſdictione ordinarij dicitur habere libertatẽ. ad hoc ĩ. eo. tit. & lib. c. 1. Nota ſecundo arg. differentiã eſſe inter priuilegium & indulgentiam. ad hoc ſ̃. eod. tit. & lib. cap. ne aliqui. vide not. 22. q. 2. in ſumma & de ſepult. in noſtra, in prin Domi.

† Supplẽt Domini, & Phi. ſeu alij, quorum iuriſdictio fundata eſt iure cõi, aut ſtatuto, priuilegio notorijs, q̃a notorium facti, ut late Anch. hic, operatur idẽ, ꝙ notorium iuris. Font,

[Prima gloſſa diuidit, & ſummat.]

a ¶ Cum perſonę.] in prima parte demonſtrat, quid iuris cum quis ſolo priuilegio ſe dicit exemptum in ſecunda: ibi. Si autem, quid iuris cum ſuper hoc præſcriptionem allegat. In tertia ibi. Quod ſi tales, quid iuris cum allegat vtrumque.

ADDITIO. Et hæc vltima pars ſubdiuiditur: quia prima tractat, quando priuilegium, vel ſufficit, vel dat cauſam præſcribendi. Secunda ibi. Si vero, quando neutrum horum occurrit. Et pro parte ſumi potuit ex extrauaganti Alexandri IV. quæ incipit, quia perſonæ. de qua etiam mentionem facit Gul. in Spec. de appell. §. reſtat. verſic. ſi autem iudex, & hoc eod. tit. verſic. fin. & not.

ſonæ [a] eccleſiaſticæ tã religioſæ, quam ſęculares plura præſumãt, quę ipſis infamiam [b] pariunt, & alijs inferunt læſionem [c], prætextu exemptionis, vel libertatis, quam aſſerunt ſe habere: ordinariorum correctiones, & ordinationes ſubterfugientes, ac eorum forum ſiue iudiciũ declinantes: Nos volentes ſuꝑ hoc de ſalubri remedio ꝓuidere, ſtatuimus, vt hi, q̃ ſe aſſerunt per priuilegia, ſeu indulgentias Apoſtolicæ ſedis exemptos, a locorum ordinarijs † requiſiti, huiuſmodi priuilegia, vel indulgentias, quibus ſe dicunt fore munitos, ipſis ordinariis in loco congruo & ſecuro, [d] aut aliq̃bus prudẽtibus [e] viris oĩ ſuſpicione carẽtibus, [f] ad hoc per dictos ordinarios deputatis, infra terminũ competentem [g] pro facti qualitate ipſorum ordinariorum, vel delegatorum ſuorum arbitrio moderãdum, [h] iuſto impedimento [i] ceſſante oſtendere, ac ad legẽdum integraliter [k] † exhibere, nec non de articulis, de quibus controuerſia fuerit, trãſcriptum tradere [l] teneantur.

¶ Si autem ad fundandam intẽtionem ſuam ſu-

b ¶ Infamiam.] ſuꝑ. tit. prox. c. vnico. prouidendum fuit: quia crudelis erat negligẽdo famam ſuam. 12. q. 1. nolo.

c ¶ Læſionem.] metas enim priuilegiorum ſuorum ſeruare debent ſupra eodem tit. & lib. c. 1. in principio.

d ¶ Securo.] ad idem ſ̃. de fide inſtr. accepimus. vñ ſi locus non eſt ſecurus, licet parti appellare, ſupra vt lit. non conteſt. accedens 2. ſup. de app. ex parte 1. & inf. de ſenten. excom. venerabilibus, §. & hoc ipſũ. alia littera eſt ſecreto. 1.

ADDITIO. Sed prima verior, ſecundum Ioan. Mona. & Archid.

e ¶ Prudentibus.] ſupra de conſanguinitate, & affinita. cap. 1.

f ¶ Carentibus.] 3. q. 5. quod ſuſpecti. vnde bonum eſt, quod de ipſorum conſenſu aſſumantur. de offic. deleg. ſuper quæſtionum.

g ¶ Competentem.] ſupra de dila. ca. 1. alias poſſet appellari, vt ibi. conſideranda ſunt circa hoc, quæ habentur ſup. de appel. cum ſit.

h ¶ Moderandum.] ſic ſup. eod. libro de appellatio. legitima.

i ¶ impedimento,] ſic ſup. eo. lib. de ele. quam ſit & c. cupientes §. quod ſi. & c. commiſſa. §. 1.

[Glo. ſeq. rationem reddit, dicens opinio. Innoc. approbatã, & Hoſtien. reprobatam, ad ipſius rationem reſpondens.]

K ¶ Integraliter.] ne præcedentia, vel ſequentia arctẽt articulum, de quo contendit. ff. quemad. teſta. ope. l. 2. §. diem. & a capite edenda eſt ratio. ff. de eden. l. argentarius. §. 1. & l. 1. §. editiones. & §. edere non videtur, & approbatur hic opin. Inn. qui hoc, quod hic dicitur, notabat ſupra de fid. inſtr. contingit. in fi. 2. Et reprobatur opi. Hoſtien. qui ibi not. contrarium. ſ. ꝙ priuilegium erat legendum, & exhibendum ſolum in iſto capitulo, de quo erat quæſtio: nam ſi totus tenor legeretur, poſſet lectio dare litigandi materiam, ſicut editio, quod eſt contra mentem ipſius dectet. contingit, quæ debet verbis præferri. de verb. ſig. intelligentia, ſed non ſtatur huic, ſed primæ rationi: nec ita ex ſimplici lectura oritur litigandi materia ſicut ex tranſcripto, ꝙ pluribus diebus, & noctibus videntes & prælegentes aduocati litigia inde ſumunt, vt ibi: & licet vtraque opinio ſatis habeat æquitatem: prima tamen magis ratione & illo textu fulcitur, & ideo hic approbatur.

[Gl. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

l ¶ Tradere.] ſed quare reus probare cõpellitur, & edere propria inſtrumenta contra ſe: contra id ſup. de proba. ca. C. de eden. l. qui accuſare? Dic, quod iſte priuilegiatus ſiue agat, ſiue excipiat, habet probare ex eo, ꝙ de iure communi intentio epiſcopi eſt fundata: & q̃d dicit de editione, locum habet in priuata, vel propria ſcriptura.

† Tñ nõ eſt danda copia totius ſed illius ſolũ articuli, ſuper quo contenditur. c. contĩgit. de fid. inſtr. Pet. de Anch. alleg. Bart. in rub. ff. de nou. oper. nũc. vñ legatario petenti copiã inſtr̃i tradet ſola particula ad ipſũ faciens l. prætor. ff. de edẽ. Fon.

1 In oĩb. codicib. quos videre licuit conſtãter legitur, ſecuro.

2 Vide, ꝙ ibi not. in vlti. glo. & ꝙ ibi dicã. Io. An.

ſcriptura, qua quis vſurus non eſt, porro in cõi, vel propria ſcriptura, qua quis vſurus eſt, locũ non hẽt, quòd dic, vt no. in prædicto c. 1. de prob. & ſup. de fi. inſt. G. perpetuus. ff. de eden. l. 1. §. editiones. & in cle. de vſu. ex grani. in glo. vide quod ibi. Io. And.

poralia. §. ſed neque. ff. ſolu. matrimon. ſi ab hoſtibus. Io. And.

[Gl. ſeq. allegat vnam concor. ſignat vnum contrarium. & remittit.]

per huiuſmodi libertate ſolummodo [a] præſcriptionem canonicam [b] duxerint opponendam: eiſdem ordinarijs [c] vel delegatis ab eis viris prudentibus non ſuſpectis, de præſcriptione huiuſmodi [d] facere debent fidem.

¶ Quòd ſi tales priuilegio & præſcriptione afferant ſe munitos [e] priuilegium quidem ipſum exhibeant vt ĩ primo huiuſmodi cõſtitutionis articulo ſuperius eſt expreſſum. Et ſi priuilegium exhibitũ nõ ad plenum per ſe [f] ſufficiat ad exemptionẽ ſeu libertatem huiuſmodi cõprobandam, ſed tale eſt, quod ſaltẽ cauſam præbeat præſcribendi: coram perſonis prædictis [g] annorum [h] quadraginta præſcriptionem teneantur probare; præſcriptioniſque probatione pendente, licet ordinariorum intentio de iure cõi fundetur: tamen quia de priuilegio (quod ſaltẽ cauſam præſcribendi præbet) faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis poſſeſſione, non violenta, [i] non clandeſtina, nec conceſſa precario, [k] de qua fidem coram eiſdem fecerint non turbentur. [l]

¶ Si vero priuilegium per ſe ſufficiens quando ſolo priuilegio ſe defendunt, vel ſaltem tale, quòd præſcriptioni canonicæ cauſam præſtet, cum præſcriptionem allegant, non exhibuerint, ut eſt dictum: cum de iure cõi [m] ordinariorum intentio ſit fundata. ſua iuriſdictione vti poſſint libere in eoſdem, [n] donec de præſcriptione canonica (vt præmiſſum eſt) fecerint plenam fidẽ.

¶ Idem.

¶ Interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ regularibus, vel ſæcularibus, quamuis exẽptis, qui ſcienter celebrãt, vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus, vel locis interdictis, niſi ſecundum permiſſionem iuris, vel excommunicatos vel interdictos, publice ad diuina officia ſacramenta vel ſepulturam admittũt, hoc dicit. Io. And.

CAP. VIII.

EPISCOPO

a ¶ Solummodo.] q a non ſimul allegant priuilegium, & præſcriptionem, de quo in ſequen. §. tractabit.

b ¶ Canonicam.] xl. annorum, vt inf. ſequitur cum titulo ꝙ dic, vt ſup. eo. lib. de præſcri. c. 1. Io. And.

[Gl. ſeq obijcit, & dupliciter ſoluit.]

c ¶ Ordinarijs. Mirũ eſt, quomodo ordinarij cognoſcũt in cauſa ſua; contra id 4 q. 4 c. 1. C. nc quis in ſua cauſa. ĩ rubro & nigro. Solu. ordinarius bene cognoſcit de cã eccleſię 1 licet nõ de propria quod dic, vt no. 2. quæſt. 7. ſi quis erga. de cler. male. cap. 1. & inf. de pœn. Romana. Item ordinarius dicit ſuam eſſe iuriſdictionem, & ſubditus hoc negat, & bene cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. 2 ſupra de reſcrip. litteris ff. de iud. ſi quis ex aliena. Sed ad omnẽ ſuſpicionem vitandam melius vr̃ id expediri per delegatos, ut ſequitur ſup. de fo. comp. ſi quis contra. & ff. de iuriſdict. omni. iudic. prætor.

1 Placet Phi. et ſi allegeĩ præſcriptio. Do. Vide tamen Innoc. c. venerabili de ver. ſign. Font.

2 Hoc verũ ſi qõ tm̃ inter iudicẽ & partem; & hoc p̃t; quia ius ſuũ defẽdit. c. dilect. & ibi Inno. de ſen. excõ. ſi autẽ eſſet qõ inter partes iudex tãquã alteri fauens non ſe pronũciabit cõpetentem. ſec. Dom.

ADDITIO. Idẽ Io Mona. Archid. remittit ad no, per Inno. de, dila. præterea de cẽſib. venerabili. de uerb. ſig. ex part. Io. And.

d ¶ Huiuſmodi.] canonica, ſ. nec poteſt ſubditus obedientiam præſcribere contra prælatum, quod dic, vt ſup. de præſcr. cum non liceat.

e ¶ Munitos.] & ſic allegans hæc duo ſimul, auditur, vt s̃. de præſcrip. auditis. (Vide de hoc de verb. ſigni. Abbate.) Contra e. tit. veniens dic, vt dixi inf. de reg. iu. nullus pluribus.

ADDITIO. Arch. remittit ad no. 23. diſt. quamquam. in gl. ſic ergo. Io. And.

f ¶ Per ſe.] ſine præſcriptione.

g ¶ Prædictis. ſup. 1. & 2. reſponſo.

h ¶ Quadraginta annor.] quia minori non currit contra eccleſiam. 16. q. 3. c. placuit 2 ver. quas actiones s̃. de præſcr. de quarta.

i ¶ Violenta.] ſic poſſidentes cum pari debent pęnã, ergo non præmiũ, inf. eo. licet. ſup. eo. lib. de præben. cum qui. 15. q. 1. legi.

ADDITIO. Ioan Monac. allega. de traslat. inter cor-

k ¶ Precario.] ſic ſu. de reſtit ſpol. olim. 1 dicet. n. iſta ſit iuſta cauſa poſſidendi: non dat tñ titulũ pręſcribẽdi, ne ille, qui precario cõceſſit, ex liberalitate ſua illiberalitatẽ recipiat ꝯ naturã ꝯtractus. ff. de preca. l. 1.

l ¶ Turbentur.] hoc idem ſi ſolum priuilegium allegarẽt, vt probatur in ſequẽti §. in prin.

m ¶ Iure cõmuni.] 16. q. 7. omnes baſilicæ.

n ¶ In eoſdem.] no. quantus fauor priuilegio debetur; eſt enim priuilegiũ ex ſe fauorabile, ſed p̃ſcriptio odioſa, ſup. de deci. tua. & ca. ex parte, & dixi de hoc inf. de reg. iu. odia.

EPiſcoporum, & aliorum.] Primo ponit quadruplicem prohibitionem: Secundo pœnam adijcit pęnis antiquis: ibi, Qui vero.

a ¶ Romana.] De veteri iure poterit archiepiscopus cum in prouincia sua iurisdictionem suam exequitur punire notorios iniuriantes sibi, nuncijs, & familiæ suæ, si per id sua iurisdictio impeditur: aliàs non: nisi consuetudo amplius tribuat: sed hodie tales iniurias tunc punit, etiam si iurisdictionem non impediant. hoc dicit.

b ¶ Licet] id est, licitum est.

c ¶ Visitanti.] Quod singulis annis facere potest seruata forma decret. sup. eodem lib. de censi Romanę etiam si episcopi non sint negligentes. eod. tit. ca. vlt. Et tolle hicq̃d est inf. propria auctoritate punire eos, qui tunc, &c.

d ¶ Alijs.] quibuscunque, etiam si de familia sua non sint.

e ¶ Illo.] Transmittit quod infra.

f ¶ Debita] quod dic vt no. 9. q. 3. c. 2. supr. de offic. or. pastoralis.

ADDITIO. Host. remittit ad decret. Romana. sup. eod. lib. de sup. neg. prel. Io. Andr.

[Glossa sequens allegat vnam concordan. obijcit per quattuor iura; remittit: & soluit distinguendo.]

g ¶ Punire.] Et sic est iudex in causa sua. ad idem 23. quæst. 4. Gulisarius. Sed contra: quia nemo sibi vel suis ius dicere debet. C. ne quis in sua causa. l. vnica. 33. quæst. 4 inter querelas, & quæst. 5. de occidendis, & 4. quæst. 4. cap. 1. de hoc vide 2. quæst. 7. si quis erga. su. de cleri. maled. cap. 1. (Hostien. allegat. C. de his qui ad eccle. confu. l. denunciamus. ff. de iud. l. Iulianus. quorum leg. 1. respon. de iuris om. iud. qui iurisdictioni. de offic. pręsid. senatus.) Dixit hic Bernard. quod

si iniuria illata prælato, ipsum tantum contingit: non potest aliquem pro iniuria illa punire: si vero tangit ecclesiam, vel publicam vtilitatem: potest iniurantes punire: imo nec talem iniuriam remittere posset 63. dist. Salonitanæ, ad instar filijfamilias, qui potest remittere iniuriam sibi factam in quantum ipsum tangit: sed non in quantum tangit patrem. ff. de iniur. l. 1. §. vsque adeo. iniuriam igitur sibi vel suis illatam, per quam eius iurisdictio impeditur, poterit punire archiepiscopus, si notoria fuerit, aliàs non de veteri iure: nisi consuetudo amplius tribueret, puta quod etiam notorias, 1 & eas quæ iurisdictionem non impedirent, punire possent: consuetudo enim iurisdictionem tribuit. supra de foro competent. cum contingat. sed modo Innoc. iurisdictionem ipsorum prorogando huius decr. beneficio concedit, quod tales iniurias, etiã si iurisdictionem non impediãt punire possint.

Prælatus põt iniuriã ecclesiæ illatã punire.

1 Imo & etoccultas, dummodo de illis ꝯstare possit secũdum Host. & Archid.

h ¶ Alijs) ad idem supra eo. lib. de offi. ord. c. 1. in fine.

i ¶ Et.) pro id est. Vel secundum alios 2 proprie, vt s. etiam manifestos per publicam famam. extra de accu. qualiter 2. punire possint.

2 Scilicet Hosti. Io. Mo. & Archid.

K ¶ Exinde.) id est, ex iniurijs supradictis.

DEgradatio qualiter.) Duo facit principaliter. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, Super quo. Et hæc duo facit. Primo tractat de verbali: Secundo de actuali: ibi, Actualis. Iterum secunda duo facit. Primo dans simile, ponit formam substractionis insignium. Secundo formam verborum: ibi, Poterit autem. Et determinat not. per Gulielm. in Spec. de accus. §. secundo loco. ver. & nota, & versic. sequent. & §. quarto per totum. §. & per Frãc. Vercel. supra eod. lib. de re iud. ad Apostolicæ. sumpta occasione à depositione Imperatoris, de qua ibi Ioan. Andr.

¶ Istud capitulum ponit formam: quam debet obseruare episcopus in degradatione actuali.

CASVS. Iure cautum reperitur, quod clericus etiam sacerdos potest non solum deponi verbaliter ab ordinibus pro certis criminibus, & delictis, sed etiam degradari actualiter, vt in crimine hæresis: in homicidio per insidias pensatas: nam si clericus aliquem per insidias pensatas occiderit, cum ab altari euelles, vt in cap. 1. de homicidio, in antiq. secundum veriorem intellectum huius capituli. Sed quæritur qualiter debeat fieri degradatio actualis? Respondet Romanus Pontifex, quod fit eo modo, quo princeps sæcularis consueuit exauctorizare suos milites exigentibus eorum delictis. Nam de more quando exauctorantur milites, traduntur eis insignia militaria. & postea deponuntur gradatim secundum quod eis tradita fuerunt. Similiter est dicendum in sacerdote degradando vel alio clerico: quia debent ei tradi ornamenta sibi tradita in promotione; & postea debet il-

la gradatim remouere, dicendo in remotione cuiuslibet vestimenti verba contraria verbis prolatis in promotione[Ordinibus.] Vnde ecclesiastici ordines dicuntur gradus: quia volens ordinari debet per gradus: non per saltum ordinari. Vel ideo dicuntur gradus: quia ordo confert ordinato gradum honoris.

c ¶ Præsentia.] Requiritur tamen præsentia capituli 2. s. de accus. qualiter 2. de exces. prælat. c. 1. 15. q. 7. episcopus nullius. nisi de consuetudine sine ipsis hoc facere posset. sup. eo. lib. de consue. c. 3.

d ¶ Idest clerici.] sup. de cleri. ægro. cap. 1. [& ibi concordantiæ. Io. Andr.

† Qualiter hodie fieri possit degradatio vide Cõc. Tri. sess. 13. de refor. ca. 4. Adde citatos in c. 1. sup. de hæ. eo. libr.

[Numero.] sex in degradatione episcopi, & tres in degradatione presbyteri vel subdiaconi. [Castris.] id est, exercitio seu collegio aliorum militum, vt dicit Ioannes Andreæ in nouella. (Vas.) idest, calicẽ. (Tunc) id est, remotis vestimentis. (Poterit.) tamen non est necesse.

Nota primo quod verbum, degradatio, in genere sumptum, potest comprehendere degradationem, & depositionem.

Not. secundo, quod licet Papa simpliciter cõsulatur: nihilominus respondet quandoque distinguẽdo: tamen quandoq; nõ vult respõdere, vt in c. de muliere. de spõ. Dominicus.

[Prima glos. ponit cõstitutionis causã, & summat.]

a ¶ Degradatio.] Bene sciebamus, qualiter clericus degradatus tradẽdus erat curiæ sæculari. sup. de ver. sign. nouimus: sed prius erat sciendum qualiter deberet degradari, & hoc docet hæc decretalis, dicẽs in sũma quibus assistẽtibus fieri debeat degradatio, quibus vestibus, ornamẽtis libris & instrumentis in degradatione fiat hæc spoliatio, & quibus verbis vtatur ipse degradans.

b ¶ Canonibus.] 15. q. 7. felix. & § si aũt. & c. s. q. adiũget cũ sibi episcopus in causa presbyteri sex s. episcopos, in causa diaconi tres, vt ibi: & dicamus quod eod. iure censebitur subdiaconus, supra de ser. non ordi. miramur, & hæc vera præterquam in casu supra eodem libro de hær. capit. 1. & sic verum est dicere, quod spiritualia facilius construantur, quàm destruantur: quia solus episcopus dat ordinem, quem solus tollere non potest 15. quæstio. 7. episcopus sacerdotibus, supra de translat. inter corporalia.

3 Tene hodie quod nouissime sanciuit Cõci. Tridẽ. initio huius c. citatum.

tio† [a] qualiter fieri debeat, à nobis tua fraternitas requisiuit. Super quo tibi, taliter respondemus, quod verbalis degradatio seu depositio ab ordinib. vel gradib. ecclesiasticis est à proprio episcopo, sibi assistente in degradatione clericorum in sacris constitutorũ ordinibus, certo episcoporum numero diffinito canonibus [b] facienda: quamquam proprij episcopi sententia sine aliorum episcoporum præsentia [c] sufficiat in degradatione eorum, qui minores dumtaxat ordines receperunt. ¶ Actualis vero siue solemnis cælestis militiæ militis, id est, clerici [d] degradatio, cum ad eam fuerit procedendum, fiet vt exauctorizatio eius qui militiæ deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia, [e] sicque à militia remotus castris reijcitur, priuatus consortio, & priuilegio militari.

¶ Clericus igitur degradandus vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum seu ornamentum ad ordinem suum spectans, [f] ac si deberet in officio suo solemniter ministrare, ad episcopi præsentiam adducatur: cui episcopus publice singula, siue sint vestes, calix, liber, seu quæuis alia, quæ illi iuxta morem ordinandorum clericorum in sua ordinatione ab episcopo fuerint† tradita, seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimẽto seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat vltimo, inchoando, & descendendo gradatim degradationem continuet vsque ad primam vestem, quæ datur† in collatione tonsuræ: tuncque radatur caput illius, seu tõdeatur: ne tonsuræ seu clericatus, vestigium remaneat in eodẽ [g]. ¶ Poterit autem episcopus in degradatione huiusmodi vti verbis aliquibus ad terrorem, illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, dicendo presbytero hæc vel similia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali priuamus: sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtens. In ablatione vltimi, quod in collatione ordinum fuit primum infrascripto vel alio simili modo pronunciet siue dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio [h] clericali.

e ¶ Insignia.] ff. de ijs. qui not. infa. l. 2. §. 1. ignominiæ causa. Et talis est infamis, vt ibi. Ad idem ff. de re milit. l. 3. §. pœna, &c. Auth. vt clerici apud proprios episcopos. §. vlt. collat. 9.

ADDITIO. Talis, cui militaria detrahuntur insignia, est infamis, etiam si non exprimatur causa, ex qua exauctoratur, secus si simpliciter mitteretur, vt ibi. Io. Andr.

f ¶ Spectans.) super quo vide. 24. di. episcopus cum c. seq.

ADDITIO. Ioan. Mon. & Arch. remittũt ad quartum sen. dist. 24. & ad librum pontificalem, quem allegare licet, vt scripsi de ser. non ord. consuluit. Io. Andr.

g ¶ In eodem.) Ita faciunt monachi apostatæ. faciunt. n. se in totum tondere, ne appareant vestigia monachatus.

(Glossa. seq. ostendit quæ opi. approbata, & quæ reprobata: secundo arg. ad opin. & 3 opinionẽ.

h ¶ Priuilegio clericali.) Approbata est igitur opinio Alani, & Bart. Brix. & reprobata opinio Hug. Ioan. & Be. qui dixerunt, quod percutiens degradatum incidit in canonem propter characterem, quem ille retinet: & in memoriam etiam pristinæ dignitatis. ff de cap. l. vlt. de consecr. dis. 3. ostenditur, no. autem hoc 50. distin. accedens. & 54. dist. cap. 2. 81. dist. c. dictum. supr. de hære. ad abolendam. §. 1. supr. de sen. excom. contingit quæ opinio adhuc forte est vera in verbaliter deposito, de qua loquitur principiũ, & in actualiter degradato habet locũ iste finis: sicut & in ipsorum restitutione est distinctio inter eos, vt no. 2. quæst. 6. ideo 2. facit etiã hæc littera pro opinione Bart. Brix. nona quæst. prima, in summa, & contra opinionem Ioan. ibi positam: & contra opinionem Lau. Ala. Tan. & Be.

2 Arc. remittit ad id, quod post eũ dixi su. eo. lib. de hæret. cap. 1. super vlt. gl. Ioan. And.

† Al. fuerũt.

† al. traditur.

1 Hæc sententia est vera & catholica, & contraria est error, vt docẽt Theologi vno cõsensu li. 4. sen. dis. 13. & B. Th 3. par. q. 82. art. 8. degradatus enim vere cõficit, neq; hic textus est in contrarium vt hic vr sentire glossa; q̃ oĩno est respuenda.

& Ber. no. s. de cle. excom. mini. c. 2. qui dixerũt degradatum conficere 1 verum sacramentum Eucharistię.

QVamuis. Præmittit causam inuentionis carceris. quam secundo ampliat, ibi, Nos tamen. Vel præmittit quid de ciuili iure, cuius cõtrariũ submittit de iure canonico. Et secũdũ. Io. Mon & Archi. sic ratio: q̃a Deus nõ vult mortem peccatoris, &c. Ezech. 18. & 3. q. 4 q 25. q. 8. his a quib in auth. vt non luxu. cõ na. in princi. coll. 6 Ioan. And.

CASVS. Aliquis clericus perpetrauit aliquod delictũ, pp q si esset laicus esset sibi imponẽda pœna mortis Episcopus videns non potest eum punire pœna mortis, q̃a non habet sententiã sanguinis: & dr q tale delictũ non est dignum degradatione: vult talem clericum condemnare ad ppetuos craceres, vel ad tps: vtrũ possit? Videt q non: q̃a carcer fuit inuẽtus ad custodiã reorum, non autem ad pœnã. l. 1. & 2. C. de custo. reor. nõ obstãte ista ratione determinat Romanus Põtifex in contrarium, videlicet q eps vel iudex ecclesiasticus hbẽs merum imperium potest aliquẽ cõdẽnare ad perpetuos carceres, vel ad tps. Nec obstat, q carcer fuit inuẽtus ad custodiam: quia illud est verum in iudice, qui põt condemnare ad mortem: sed eps vel alius iudex ecclesiasticus loco illius pœnæ poterit cõdẽnare ad perpetuos carceres, vel ad certũ tempus, puta ad septem annos, vel aliud tempus; quia iudex ecclesiasticus nõ põt aliquem condemnare ad mortẽ Reorum. non conuictorum, sed suspectorum de crimine. Vnde reus conuictus de crimine, quod exigit mortẽ, debet detineri in carceribus: & causam debet dicere in vinculis, nec admittitur cum fideiussoribus vel pignoribus. Not. primo, q licet carcer de iure ciuili sit introductus ad custodiam reorum pendente accusatione: tamen de iure canonico est introductus ad pœnã. Not. magis specifice, q iudex ecclesiasticus põt subditos suos condemnare ad agendum pœnitentiã in pane tristitiæ, & aqua doloris ad perpetuos carceres, vel ad tempus. tamẽ communiter boni prælati in præcipuis festis consueuerunt captiuos suos visitare, & pinguius nutrire. Quæritur qui iudices possunt imponere istam pœnam? Dicendum q omnis iudex habens merum imperium.

1 Vide Ioan. Ananiã in c a nobis, de aposta. & Felinum in c. cũ sit de foro comp.

(Prima glossa summat.)

a ¶ Quamuis.] quamuis inuentio carceris fuerit ad custodiam: tamen potest quis puniri pœna carceris perpetui, & ad tempus hoc dicit.

b ¶ Noscatur. C. de custo. reorum. l. 1. & vlt. vbi dicit de ijs, quos carcer tenet inclusos, aperta definitione sancimus, vt aut cõuictus velox pœna subducat: aut liberandos custodia diuturna non commaceret. 2 ad idem. ff. de pœ. l. aut damnum. §. solent.

2 Quia ista mansio est mala. l. si hominẽ. ff. de post. & est curis ibi seuere, q̃ toto die in agro

ADDITIO. Ad idem 19. dist. in memoriam. 2. q 5. Mennam vide satis de hoc per Hos. in sum. de accu. §. qualiter. & in Vlt. col. Io. And.

[Gl. seq cum sequentibus duabus reci. possunt per tres quæstiones.]

c ¶ Tibi.] cui loquatur non apparet; vnde intelligatur nõ solum in episcopo, sed etiam in quocunq; qui iurisdictioni præest, & delicta punire potest ad idem inf. de senten. excommu. si clericos; & quod ibi dixi Idem. Archid.

d ¶ In perpetuum.] si hoc exprimatur, an in perpetuũ, an ad tempus, stabitur expresso: si simpliciter damnet, ppetuo intelligitur. non tẽporaliter dãnatus. C. de pen. l. seruus, de quo dic vt 50. dist. c. 1. sup. de constit. ex litteris. ff. de postu. l. puto. §. 1.

ADDITIO. Archi. remittit. 81. distinct. dictum. 20. q. 1. sicut g. Ioan. And.

e ¶ Expedire.] sicut in carcere quoad custodiã non debet fieri mistio sexuum, vt C. de custo. reo. l. 3. sic dico q in carcere quo ad pœnam non fiet mistio & est simile, q dicimus de monasterijs, q non debent esse duplicia. 18. q. 2. diffinimus. periculosa est. n. talis commistio s. eo. lib. de statu. reg. c vnico.

fodere. l. in seruorũ. ff. eo. & cõdemnatus carceribus ad tps, intelligitur ad ro. annos. Pe. de Anch. alleg. l. si sine ff. eo. de carceribus late Guli. Lerouille li. 3. tit, de cõmentariis sib in cõpedio suo de iust. & iniust. Font.

¶ Idem.

¶ *Quamuis inuentio carceris fuerit ad custodiam; tamen potest quis puniri pœna carceris perpetuo & ad tempus. Io. And.*

CAP. III.

QVamuis [a] † ad reorum custodiam, non ad pœnam carcer specialiter deputatus esse noscatur: [b] Nos tamen non improbamus, si subiectos tibi [c] clericos confessos de criminibus, seu conuictos (eorum excessibus & personis, ceterisque circunstantijs prouida deliberatione pensatis) in perpetuũ, [d] vel ad tẽpus prout videris expedire, [e] carceri mancipes ad pænitentiam peragendam.

¶ Idem.

¶ *Pœna alicui imposita, et eius posteris, non extẽditur ad posteros lineæ femineæ, nisi aliud in iure vel sententia sit expressum. h. d. Zẽ.*

CAP. IIII.

VBicunque † alicui & eius filijs seu posteris [g] vsque in certam generationem pœna imponitur ab homine vel a iure, pœna ipsa eos tantum afficit, qui per masculinam [h] non per femininã

† Præter doctores hic, vide aliqua p Deciũ in c. nouit. de iud.

f ¶ Peragendam] hoc idem probatur sup. de hæret. c. pen. in fi. sup. de verb. sig. nouimus in fi.

VBicunque. Ponit regulã cum sua exceptione: ibi, Nisi. Nec vr ibi dictum incõgrue vbicunque quasi, vbi, sit aduerbium loci, & interrogans de loco. 13. q. 2. vbicunque sepeliamur. est enim etiam aduerbium temporis: tamen vbicunque, id est quandocunque. facit sup. eo. lib. de ele. vbi periculum. §. pen. cũ concor. & est etiã qualitatis, quantitatis, & similitudinis, quę non prosequor, & dato quod dicamus, vbicunque, in quocunque loco iuris scripti vel non scripti, nil absurdum Ioan And

CASVS. Iure cautum reperitur in pluribus locis, qđ pro certis criminibus & nõnullis excessibus imponitur pœna non solũ delinquenti, sed etiam eius posteritati vsq; ad tertiam generationem, quæritur de qua generatione sunt illa iura intelligẽda? Respondet qđ intelligitur de posteritate descendente per lineam rectam masculinam, non autem per lineam femininã. Et istud verum, nisi aliud esset expressum in constitutione: quia tunc tenor constitutionis esset obseruandus. Not. primo differẽtiam esse inter filios & posteros. Vide de pœn. in quibusdã. Not secũdo differentiã non esse in dispositione iuris vel hominis quo ad interpretionem verborum. Dom

g ¶ Posteris.] pone exemplum supra eod. titu. in quibusdam.

h ¶ Masculinam.] & merito; quia immunitas alicui & eius posteris concessa, non comprehendit feminas. ff. de muneri. & honor l. vacatio. ff. de iure in munit. l. 1. § 1. Vult gloss. quod tales non gaudeant priuilegio; ergo non arcentur pœna. Præterea ex quo quis de nuptijs natus est, patrẽ sequi debet, & non matrem, ff. de sta ho. l. cum legitime. quod omnino verum est, & quãdo agitur de dignitatibus & honoribus, & pœnarum immunitatibus, vt C. de decur. l. eos indulserũt. & l. exẽplo. & l. nullus & l. si ille. lib. 10. & C. de pœn. l. decurionũ filij, & ff de pœ l. mortis. §. fi. ff de decu. l. fi. §. in filijs. & est ratio, quia filii sequuntur agnationem patris, & non matris de hoc sup. de cõuer. in fi. c. 2. super

a super 3. glos. Et nobilitantur ipsi filij radijs patrum, sicut & vxores radijs maritorum, in Auth. de cõsu. circa medium. coll. 4. ff. de sena. l. 1. & l. feminæ. & l. liberos & adde quod dixi sup. eod. lib. de heret. statutũ 2. Et quod dixi in cle. de bapt. ꝓsenti. in gl. cõprehendit.

lineam descendere digno scũtur: Nisi aliud in iure [a] vel sententia [b] sit expressum.

¶Idem.

¶Primo punit insequẽtes, ꝑcutientes, aut capiẽtes Cardinales, & eius criminis socios. Secũdo, eorũ filios & nepotes Tertio ipsis insectatorib. pœnã addit. Quarto pœnã satisfactionẽ cum absoluentur facere debeãt: & quid per absolutionẽ consequantur. Quinto, de nudis cõsiliarijs, uel simpliciter fauẽtibus huic crimini. Sexto ad collaterales permittit pœnas extẽdi. Septimo ponit de insequẽtib. clericos, vel religiosos familiares Papæ, uel Cardinalium. Octauo ponit de occidentib. Cardinales. Nono dicit Potestates sæculares nihilominus pœnis legalibus; contra tales vti debere, & hanc constitutionem etiam facere obseruari, & cõtra facientibus pœnam imponit. Ioan. And.

CAP. V.

FELI-

Et bñ facit. ff. de vẽ. in poss. mit. l. 1. § t. a ¶ Iure.] sup. eo. li. de hære. cap. 2. & c. statutum. 2

[Glo. seq. quærit, & opi. ponit, quã determinat, ad quod reci. per contrarium, & soluit.]

b ¶ Sententia.] supra eod. li. de schismat. c. vnico. Sed pone, vsq; ad tertium vel alium certum gradum iure vel sententia damnata ẽ vtraq; linea masculina & feminina; ego non dãnatus cum filia sic damnati contraho matrimoniũ, quæritur an filij sic suscepti de tali matrimonio sint damnati? hanc quæstionẽ formauit Hostien. sup. eo. tit. in quibusdam & dixit distinguendũ, Aut talis mulier sciẽter ducta fuerit: & tũc damnati sunt filij. vsque ad expressam lineam: aut ignoranter, & tunc filij non sunt damnati propter patris ignorantiam: sicut & ignorantia alterius parentum facit prolẽ legitimã: alias de illegitimo complexu genitam, si banna præcesserũt. s. de clan. despon. cũ inhibitio. s. qui filij sint legit. ex tenore. ff de ritu. nup. l. lege. Iuli. & sic etiam posset intelligi secundum eum. c. 32. q 4. liberi. vel loquatur aliud secundum leges Lombar. quod dic vt no. s. de fer. non ordi. c. vlt. quod dicit de sciẽte, vt præcise sit verum, sed quod dicit de ignorante, posset esse verum in ignorãtia facti, s. ꝙ nesciebam illum talem esse: sed in ignorantia iuris, quia sciebam illum talem esse, sed ignorabam qđ ius posteros eius damnaret, secus ad hoc inf de reg. iur. ca. ignorantiã. sed in ignorantia facti videtur contra, sicut si qs credens contrahere cum libera, contrahat cum serua, tamen filii sunt serui domini ancillæ. 1 Sed ibi non est mirum si ignorantia non excusat, per quam ipsi domino fieret præiudicium si excusaret: sed hic nulli ĩfert præiudicium, & ideo sustineri potest illa solutio.

1 Vide quod dixi. s. q. fil. sint legi. ex tenore. sup 2. gl. Io. An.

FElicis. Diuiditur in nouẽ partes, quę satis patent. Secunda in §. Quod si quis. Tertia. ibi, Præsenti. Quarta: ibi, Cum autem. Quinta: ibi. Illud, Sexto: ibi, Ceterum Septima: ibi. præmissis. Octaua: ibi, Si quis. Nona: ibi, Per hoc. Sed Io. Mo. diuidebat in quatuor; de primis septẽ faciẽs vnam partem, dicens quod tractat de insecutoribus Cardinalium, & eorum cõplicibus citra mortem: & hanc subdiuidebat in septem: de vltima parte faciebat duas secundam; ibi, Quapropter. Dicit Archi. ꝙ sic incipit decre. 1. de torne. addere poterat sup. eo. lib. de cen. felicis Ioan. And.

CASVS. Aliquis concepit odium contra aliquem Cardinalem, illum cepit, detinuit inuitum, forte incarcerando, sed forte in loco honesto, vel insecutus est eũ hostiliter licet non cepit, nec incarcerauit, quæritur, qua pœna sit puniendus? Respõdet ꝙ ipse committit crimẽ lęsę maiestatis, & ipso facto est infamis, & bona eius confiscantur. Item non potest facere testamẽtum, nec aliquid accipere ex testamento, & sic efficitur intestabilis actiue & passiue. Item habitationes eorũ siue domus debẽt destrui, & nullo tẽpore debent postea reædificari. Item si conueniãt suos debitores, ipsi debitores non tenentur eis respõdere, nec debita sibi soluere. Itẽ si ab ecclesia obtineant aliqua beneficia; ipso facto ipsi sunt priuati ipsis beneficiis; ita ꝙ ille, ad quẽ spectat collatio illorũ beneficiorum, talia beneficia conferre poterit. Sed quid sanctissime pater. ponamus quod iste qui detinuit inuitum aliquẽ Cardinalem, vel eũ persecutus fuit hostiliter, habet aliquẽ nepotem vel filium, ꝗ in ecclesia obtinet bñficiũ vel dignitatẽ, an pro delicto patris dẽat puniri ipse filius vel nepos? Respondet quod sic; Nã dicit Romanus Põtifex, quod ipse filius vel nepos ipso facto est priuatus ꝗbuscũque beneficiis & dignitatibus, etiam si esset præfultus dignitate episcopali, vel alia maiore aut minore dignitate: & vlterius factus est incapax cuiuscunque beneficii ecclesiastici de cetero obtinẽdi in ecclesia, & non solum efficitur talis filius vel nepos icapax bñficiorũ ecclesiasticorũ sed etiam quorumcunque officiorum publicorum vel sæcularium, nec potest admitti ad testimonium. Postea dicit Romanus Pontifex, ꝙ nõ solum persequentes & detinentes vel insecutores Cardinalium puniũtur ꝓdictis pœnis, sed vltra has pęnas incurrunt ipso facto sñiam excõicationis, a qua non possunt absolui, nisi a solo Papa. Et hoc verum, nisi in casu necessitatis, puta in articulo mortis; nam tunc possent absolui etiã a simplici sacerdote, præstita tamen prius sufficiẽti cautione & idonea, ꝙ ipsi facient pęnitentiã, quæ eis imponetur pro huiusmodi excessu. Sed qd si aliquis nõ ꝑpetrauit istos excessus circa personas Papæ, vel Cardinalium, verumtamen dedit consiliũ, vt Cardinalis detineretur in vinculis, an ẽt aliqua pęna puniẽdus? Respondet ꝙ sic; quia erit puniendus pęna arbitraria ad arbitrium iudicis secundum exigentiã criminis Sed ponamus, ꝙ aliquis nõ cepit Cardinalẽ, neq; illum fuit insecutus, sed in odiũ ipsius Cardinalis detinuit & incarcerauit aliquem de suis familiaribus, vel etiã fuit aliquis, qui hostiliter insecutus est aliquos clericos; nunquid est puniendus aliqua pęna? Certe sic; nam iudex illos punire debet secundum sui criminis exigentiam. Postea Romanus Pontifex in fine ostẽdit, quas pęnas debent pati illi, qui occidunt Cardinales, & ꝙ iudices sęculares vltra istas pęnas in hoc capitulo cõtentas debent istos maleficiatores occidẽtes Cardinales, vel detinentes inuitos, vel incarcerãtes punire pęnis legalibus secundum ꝙ leges ciuiles disposuerunt. Itẽ præcipit Papa hanc constitutionem obseruari, & contrafacientibus pęnam imponit. sequitur textus. Lęsæ maiestatis. Crimen læsæ maiestatis committit non solum machinãs in mortẽ principis, sed etiam machinans in mortem suorum consiliariorũ sibi assistentium. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiestatis ideo machinans in mortem Cardinalium, est reus istius criminis. Diffidatus & sic auctoritate istius ca. constituitur iustum bellum inter ipsum criminosum, & Christianos respectu Christianorum, nõ autem respectu sui. Intestabilis actiue & passiue, id est, nõ possit facere testamẽtum, nec aliquid accipere ex testamento, vt sequitur. Desertæ, id est. debet manere in perpetua ruina, vt sit ꝑpetua memoria de ipso vt sequitur. Postulãdi. Nam aduocatus esse non potest infamis. quia aduocãdi officium, est laudabile officium

ſciā.l.laudabile.C.de aduocatis diuerſorum iudicū Secus eſt de officio procuratoris. Nā infamis poteſt eſſe procurator, Diſpenſationis.quædam cōminatio: nam Papa nō pōt ſibi imponere legē. Incurrat. Et iſte eſt caſus ſpecialis, in quo quis incurrit ipſo facto ſen tētiam excōmunicationis: licet nō iniecerit manus in clericos, regulariter ꝰ.c. ſi quis ſuadente. 17. q.4. Accenſis & extinctis, ac in ſignū maledictionis æternæ, q̃ Deus dedit: Dathan & Abirō ī terrā proiectis, In mortis articulo cōſtituti Nā in artic. mortis poſsēt abſolui a ſimplici Sacerdote. Idonee, id eſt, cauere deb nt, ꝙ æquo animo ſuſtinebūt pœnā ſibi imponendā. Nō negetur licet dictū ſit, ꝙ nullus debet ſibi in iudicio reſpondere: tñ impleta pœnitentia poterit proſequi iniuriā ſuā, vel ſuorum, vel pro contractib. poſt pænit. celebratis poterit cōuenire ſuos debitores Suadebūt. Dictū fuit ſ. quod nō ſolum cōmittētes p̄dicta puniuntur iā dictis pœnis, ſed etiam eorū poſteriores deſcēdētes per lineam ſemineam? Sed quid de linea trāſuerſali, vt ſunt filij fratrum, verum Papa poterit illā pœnā extendere ad collaterales? Dicit, quò ſic: ſed collaterales nō incurrunt pœnā ipſo facto. Ediderūt. l. ſi quis in hoc genus ſacrilegij. C. de epiſ. & cle. Priuata, vult dicere ſi delictū ſit perpetratum: immediate debent epꝭ & rectores ciuitatis inſurgere contra tales, ſm̄ quod leges ordinauerūt, vt in d. l. ſi quis. allega. Et ſi nō fecerint, incurrunt ipſo facto ſn̄iam excommunicationis, & vltra debent priuari ſede Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, & nihilominus ſit interdicta ciuitas.

† Vide peeſſū bullæ in Cęna Dñi. § 1., & de materia tex. Hier. de tor tis cōſi. quodā, ꝙ reperies in fin. conſil. Ant. de But.

† Vide Deci. c. 2. de offi. deleg.

† Diffidare, bannire, q̄d ſignificet do cēt Ange. de Puru. cōſ 13 Gemi. in c. 1 de hom. li. 6 & Pet. Go do. in Auth. Gazaros. de hære.

[Prima gl. ſummando diuidit.]

a ¶ Felicis.] in prima parte punit Bonifacius inſequētes, percutiētes, aut capientes Cardinales, & eius criminis ſocios vſq; ad §. Quod ſi quis, vbi punit eorum filios & nepotes, & hoc vſq; ad §. præſenti. ibi ipſis inſecutoribus, pœnā addit vſq. ad §. Cum aūt, ibi ponit quā ſatisfactionem cū abſoluentur facere debeāt, & quid per abſolutionem conſequantur vſque ad §. illud: vbi tractat de nudis conſiliarijs, vel ſimpliciter fauentib. huic crimini, vſq. ad §. Ceterū, vbi ad collaterales permittit has pœnas extendi vſque ad §. Præmiſſis, ibi ponit de inſequentib. clericos, vel religioſos familiares Papæ, vel Cardinaliū vſq. ad §. Si quis, vbi ponit de occidentib. Cardinales vſq. ad § Per hoc vbi dicit, nihilominus poteſtates ſeculares pœnis legalibus contra tales vti debere, & hāc conſtitutionē et facere obſeruari, & cōtrafacientib. pœnā imponit,

cis [a] † recordationis Honorij Papæ III. prædæceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes,[b] quibuſdam additis & detractis [c] de communi fratrum noſtrorū cōſilio, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus: Vt ſi quis deinceps in hoc ſacrilegij [d] genus irrepſerit, quòd Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalem [e] fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, [f] aut ceperit, vel ſocius [g] fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit,[h] aut conſilium † dederit, vel fauorem, [i] aut poſtea receptauerit, [k] vel defenſauerit ſciēter eundem: ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuo ſit infamis, diffidatus † nihilominus, & bānitus, ſit īteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur; quatenus ab omni ſucceſſione repulſus, publicaque repulſa confuſus minus inueniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem: fiant † habitationes eius deſertæ, & vt nō ſit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam, & vt perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita reddere, nullus reſpondere in iudicio teneatur, quidquid etiam in bonis inuenitur ipſius, fiſci, vel reipublicæ dominio applicetur, vt ex illis nil tranſmittat ad poſteros, ſed potius cum ipſo quodammodo damnentur & ſua. [l] Si qua vero feuda, locationes, officium vel beneficium ſpirituale, vel temporale ab aliquibus eccleſijs obtinet, ſit eis ipſo iure priuatus; quæ ſic libere ad eccleſias reuertantur, quod ec-

b ¶ Inhęrentes.] ad idē ſup. de iur. calum. c. 1. cum ſim.
c ¶ Detractis, ad idem ſup. in procœmio huius lib.
d ¶ Sacrilegij.] quod tanto maius eſſe cenſetur, quanto persona, quæ patitur, maior eſt. de pæniten. diſt. prima. aut facta. C. de epiſcop. c. cler. l. ſi quis in hoc, & j. e. §. præmiſſis. Allega. Archidiacō. quod not. 22. quæſt. quinta capit. ſecundo. & quod habetur ea. cauſa. q. 1 mouet. De multiplici ſacrilegio tractatur. 17. quæſt. 4. capi. ſacrilegium, & cap. ſequētibus

† Pſal. 68.

ADDITIO. Et notatur ſup. eo. c. ſacrilegiū, & quamplures ipſius ſpecies ponit hic Arch. quē vide. Io. And.

e ¶ Cardinalem.] contra percutientes capientes, & bāniētes epiſcopos prouiſum eſt hodie per cle. de pœnis. ſi quis ſuadente.

f ¶ Percuſſerit.] hoc intelligo in illo, qui non iure hoc facit, quia non ſe defendendo; tunc. n. ceſſaret pœna. ſup. de homic. ſignificaſti 2. de ſent. excom. ſi vero, non enim tunc peccat, cum auctoritate legis id facit. 23. q. 4 qui peccat.

g ¶ Socius.] cum. n. cum comittetur per facinꝰ, pari pœna punietur, C. de epiſc. & cleric. l. ſed quē quā in fi. & de hoc. 2. q 1. notū, & ſup. de off. deleg. ca. 1. ſup. de ſent. excommun. quantæ. 23. q. vlt. cap. vlt.

[Gl. ſeq. ponit duas lecturas, & primam approbat.]

h ¶ Ratum habuerit.] intellige hoc, ſi eius contēplatione, vel nomine ſit factum, vt inf. de reg. iur. ratum quis, & inf. de ſenten. excom. cum quis 2. reſpon. Alij 1 contra, dicentes hoc ſpeciale. ꝙ pœna locū habeat in ratificante, licet non fuerit ſuo nomine geſtū, ſed credo ſtandum regulæ. 1 Vt Io. Mo.

ADDITIO. Idem Archidiac. qui hoc prolixe proſequitur.

i ¶ Fauorem.] non nudum nec ſimplicem, quia de illis oſtendet inf. §. illud. Idem Arch.

k ¶ Receptauerit.] pari. n. pœna ſunt puniēdi peſſimi receptatores. ſine quib. delinquentes diu latere non pñt. ff. de recep. l. 1. C. de ijs qui la occul. l. 1 & 2. niſi 2 eſſent conſanguinei vel affines ff. eo. tit. l. 2.

2 Excipit à paritate pœnæ. nā vt dicit lex illa nō abſoluūtur, nec tam ſeuere puniūtur extranei. Io. And.

[Gl. ſeq. recitetur per contrarium.]

l ¶ Damnentur & ſua] regulariter contra: quia bona damnatorum tranſeunt in hæredes, & non in fiſcū. C. de bonis damnatorū. Authen. bona, ſed hic fallit in hoc crimine læſæ maieſtatis, C. ad legem Iuliam maieſtat. l. quiſquis. & eſt canonizata ſexta quæſtione, c quęro ergo §. verum. & in crimine hæreſis ſup. eo. libro de hæreticis. cum ſecundum, & in caſibus ibi poſitis.

ADDI-

ADDITIO. Dicit. Io. Mo. quod propter immēsitatem criminis non putat locum esse distinctioni. l 3. ff. de interdi. relega. quæ distinguit inter paterna, & acquisita Io. And.

a ¶ Disponant.] illis non vocatis, etiam si de facto possiderēt. sup. eo. lib. de præb. licet 2. & hoc sonat. versi. liber. s. posit⁹.

b ¶ Per rectā lineā.] de collateralibus. n. tractat, infra §. ceterum.

c ¶ Pontificalē.] aliàs enim tales non includebantur, nisi fuisset de ipsis expressum, s. de cōces. præb. dilectus ad idē s. eo. libro de hær. Inquisitores. & inf. de sent. excom. quia periculosum. Io. And.

† In vulgaris codicib. legitur notorie.

d ¶ Virili.] intelligebatur nisi aliud fuisset expresšū. s. c. px.

e ¶ Beneficium.] de dignitate. s. dixerat, hic de beneficio dicit idem.

f ¶ Insecutione.] de percussione & captione non erat dubium sed de insecutione hic specialiter statuitur hæc pęna.

ADDITIO. Et facit ad no. de pęn. distin. prima. si quis pulsatus cum enim in specialem pœnam hoc inducatur, quod insequens sit excōicatus; eius contrariū est regulare. q insequens, & vibrans nō tñ percutiens clericum excommunicatus non fit, & idē Archid. 16. q. 4. sicut qui. Io. And.

† al. ascēsus.

† al. omnino

[Gl. sic q. quęstionem soluit.]

g ¶ Vicinarum.] quę sint loca vicina, dico iudicis arbitrio quo ad hoc relinquendū, & possēt dici vicina non distantia vltra duas dietas vulgares s. de resc. nonnulli. vel legales. s. e. li. de præben. psenti. §. locati. vel non distātia vltra vnam dietam sup. eod. lib. de rescrip. statutū, vel inf. prouinciam, su-

clesiarū rectores de ipsis pro sua voluntate disponant. [a]

¶ Quod si quis prædictorum filium vel filios hēat, nepotem vel nepotes per rectam lineam [b] descendentes, beneficiatum seu beneficiatos quouis beneficio, etiam si pontificalē [c] adeptus vel adepti fuerint dignitatem, sint eis ipso iure priuati: spe promotionis omnino sublata. Nulli præterea talium filiorum atq; nepotum ex virili [d] sexu descendētiū ab eisdem, alicuius, aperiatur ianua dignitatis, aut honoris ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen sit ascensus. Sit eis postulandi negata facultas, sit notarie † iudicatus, & quodlibet aliud officium seu ministerium publicum interdictum. In iudicijs eorum assertio cōtra quemquam nihil fidei nihil credulitatis inueniat, vt ad testimonium prorsus reddantur indigni, sit eis ad ordines ascēsus inhibitus, sit ad beneficium [e] vel officium ecclesiasticum denegatus accessus: † & (vt magis famosa sic eorum infamia) ad actus legitimus nullus eis pateat aditus; nulla porta pandatur eisdem super aliquo præmissorum, omni † spe dispensationis adempta.

¶ Præsenti nihilominus adijcimus sanctioni, vt ex insecutione [f] prædicta, sicut ex iniectione manuum violenta, ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat, & tam insecutor, quam alij supradicti tanti mali participes, quamdiu in sua contumacia perdurarint, singulis diebus Dominicis & festiuis, pulsatis cāpanis, & candelis accensis, per omnes illius loci ecclesias, in quo tantum facinus fuerit attentatū, nec non ciuitatum, & dięcesum vicinarum [g] † excommunicati publice denuncientur, † nec ab alio quam à Romano Pontifice possint absolutionis beneficiū obtinere, nisi dūtaxat in mortis † articulo [h] constituti.

¶ Cum autem fuerint absoluendi: primo sufficienter, & idonee [i] caueant, quod inferendę pœnę parebunt, & auxiliante Domino pęnitentiam peragent iniungendam. Deinde per omnes illius loci ecclesias principales, vicinorumque locorum, diebus Dominicis, & solemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & ferulas deferētes in manibus; cum quibus per easdem ecclesias publice fustigentur, ituri postmodum vltra [k] mare, & ibidem acturi pęnitētiam per tres annos ad minus, nec exinde postmodum reuersuri absque Sedis Apostolicę licentia speciali. Verum cū talis gratiam reconciliationis meruerit, beneficio absolutionis obtento, indulgeatur ei licentia, vt suam, & suorum iniuriam prosequatur, [l] & debitorū illorum, quę cōtracta fuerint † de postmodum acquisitis [m] repetitio non negetur.

¶ Illud autem non duximus omittēdum, quòd si quis fuerit in pręmissis nudo consilio, aut simplici [n] fauore culpabilis, iudex in talem

pra de elect. coram arbitretur ergo in hoc bonus iudex.

ADDITIO. vel infra finitima, & propinqua, secūdum Archi. facit pro eo de pęn. si quis suadente. versi. quod si terra. in cle. ipse, autē, alleg. 2. q. 5 si episcopus 65. d. c. si. Io. And.

† Loca vicina q̄ dicātur vide p Ale. cōsil 57. li. 3.

h ¶ Articulo. simile 17. q. 4. si quia suadente, de offi ord. c pastoralis. cum similibus. Io. And.

† al nuncietur.

i ¶ Et idonee.] scilicet p pignora, vel fideiussore ff. mād. l. si mandato §. Paulus respōdit. aliàs verbum cautionis nudā promissionem continet. C. de verb. sign. sancimus, sed si hoc casu sufficientem cautionem dare non posset dabit iuratoriam, vel cauebit sub hypothecas suarum rerum. (Idem Ioann. Monachus.) C. de episc. & cler. in auth. generaliter, & ff. vt leg. no. caue l. filio. in fine. & facit quod dixi sup. eo. lib. de vsu cap. secundo, & quod not. sup. de dote post diuot. resti. per vestras. Io. And.

† Qm̄ ī mortis ar nulla est reseruatio, atque iō oēs sacerdotes quoslibet pęnitentes à quibusuis peccatis & censuris absoluerem pñt. ita cōc. Trid. ses. 14. c. 7. tit. de casum reseruatione.

K ¶ Vltra mare.] & si Christiani nihil haberēt vltra mare: esset hæc pęna in aliam commutāda ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. 1. responso. ff. ad l. pompe. de parri. l. pęna.

ADDITIO. Idem Archidiacon, allegat. not. 82. distin. presbyter de vo. c. Io. Mon. dicit idem, & allega. ff. de admini. re. ad ciuit. perti. legatum. Io. And.

l ¶ Prosequatur. 4. q. 6. omnibus,

m ¶ Acquisitis.] quia prius acquisita erant confiscata.

† al. fuerūt.

ADDITIO. Ad hoc ff. man. l. si mandauero §. si is cuius. Ioan. Mona.

n ¶ Simplici fauore.] nudum cōsilium, vel simplex fauor intelligitur illius, qui ad maleficium faciendum nihil adijcit.

† al. ita nihil adducit.

a ¶ Possit

pœnam metiatur ex culpa; vt secundum, quod excessus exegerit, vindicta procedat.

¶ Ceterum, quia dignum est, vt nefandi rōne flagitij, vltionis seueritas amplius extendatur, & propter enormitatem culparum, plagarū modus exuberet, nec pœnis solitis contentetur: Statuimus, vt ad collaterales, fratres videlicet, nepotes, & pronepotes talium possit [a] extendere pœnas in huiusmodi nostra constitutione contentas circumspectio Romani Pontificis prout circumstantiæ rationabiles suadebunt.

¶ Præmissis etiam dignū censuimus annectendū, vt si quisquam aliquo prędictorum [b] excessuum quēquam de clericis, vel religiosis nostræ familiæ, vel Cardinalium afficere forte præsumpserit, proportionetur pœna delicto: ita quod vindicta ex æquo excessu respōdente, ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei, vel nostra seu fratrum nostrorū reuerentia non coercet. [c]

¶ Si quis vero per se, vel per alium occiderit Cardinalem, quod absit) vel dederit causam [d] mortis, vltra quam præmissa contineant, sic in eum potestas iurisdictionis insurgat sic rigor vltionis insiliat, quod contra vitæ subsidium, mortis solatium innocet, viuens pœnę nō culpæ, vindictę speculum non offensæ.

¶ Per hoc neque sæcularibus Potestatibus non adimimus [e] facultatē vtēdi legibus contra tales, quas aduersus sacrilegos catholici principes ediderunt. Quis enim locus regiminis poterit esse tutꝰ: quis rector securitate gaudebit, si Romana ecclesia (quæ omnium ecclesiarū disponente Domino caput est & magistra) casib. istis subijcitur? si eius filij speciales huiusmodi periculis exponuntur? Quem ecclesię filium, quem fidei zelatorem contumelia tāta non tangeret, & confusio tam aspera non moueret? Porro si filius est, dolebit, si fidelis, matre fidei læsa, lędetur: Qua propter si Princeps, Senator, Consul, Potestas, vel alius dominus siue Rector contra præsumptores prædictos præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari; tam ipse, quā officiales ipsius infra mēsem, postquam res ad notitiam eorum peruenerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Ciuitas vero quæuis alia præter vrbem, quæ talia faciēti, vel facientibus seu pręsumentibus, in his consilium, vel auxilium dederit aut fauorem, vel infra mensem saltem taliter delinquentes (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendos Pontificali, & supra sit eo ipso dignitate priuata, [f] & nihilominus remaneat interdicta.

TITVLVS X.

De pęnitentijs, & remissionibus.

¶ Innocentius quartus in Concilio Lugdunensi.

¶ Questores non citant aliquos, licet eos monere possint. Et in concedendis indulgentijs non excedant Archiepiscopi statutum Concilij generalis. hoc dicit. Zenz.

Romana

a ¶ Possit extēdere,] quædā iudicatio si. sup. eo. li. de rescrip. cap. fi. nam & præter hanc permissionem, Papa eo modo id poterat, cū non habeat imperiū par in partē, sup. de electio. innotuit. Io. And.

b ¶ Aliquo prędicto rum.] scilicet in secutionis, captionis, aut percussionis, aut societatis horum criminum.

c ¶ Coercet.] s. de vita & honest. cleri. vt clericorum.

d ¶ Causam.] proximam, nō remotam: quod dic: vt sup. de hom. de cetero de testibus sicut. [Idē Archidiaconus.]

[Glo. seq. alleg. vnā ꝯcor. obijc. & soluit, & arguit.]

e ¶ Adimimus.] concor. C. de sacros. eccl. l. placet. [canonizata 16. q. 1.] vbi primo ꝑ ecclesiasticum iudicem, secundo per sæcularē quis punitur, & sic in casu nostro ꝑꝑ criminis horrorē: 1 est .n. regulariter secus, vbi criminaliter agitur, sup. de accusat. de his vbi de hoc. & secunda. q. 5. habet hoc proprium. sunt enim paria. aliquem esse absolutū, vel condemnatum, & soluisse ff. de except. rei iudic, si quis cum totum. §. plane. & facit hæc decret. ad id, quod not. sup. de iudi. at si clerici. in gl. penult.

[Gl. seq. alleg. duas concor. & specialiter duas rōnes reddit.]

f ¶ Priuata.] simile. 75. di. 2. ite nos, & s. eo. lib. de elect. vbi periculum. §. ciuitas. 2 excipitur autem ciuitas Romana ab hac pœna: si enim ipsa in hoc puniretur, priuarentur etiam inferiores ecclesię: cū totius orbis Eps sit Romanus Pontifex. & ꝑterea ibi promptiorem habemus iudicem. s. Papam, qui huic rei potest adhibere remedia, & pœnas imponere. ad hoc optime. C. de ijs, qui ad eccl. confug. l. vlt. in principio.

DE PÆNITENTijs, & remissionibus.

¶ Dictum fuit. sup. ti. prox. de pœnis imponendis in foro contentioso: nūc autem dicendum est de pœnis imponēdis in foro pęnitentiali: verū quia pœnæ in foro pęnitentiali remittūtur per pænitentias, & remissiones: ideo post titulum præcedentem annectitur titulus de pænis & remiss. Quæritur, quæ pęna veniat imponēda pro quolibet peccato mortali? Dicendū, quod licet olim illa pœna esset taxata a canonibus: tamē hodie istud est relictum arbitrio cōfessorum, seu presbyterorum in cap. Deus, qui. eod. tit. in antiq. temen non debet cōfessor esse nimis arctus: nec nimis largus in imponenda pęnitentia: quia pænitentiam debet imponere ad arbitrium boni viri, & non pro libito suæ voluntatis, vt dicit Panor. in cap. ex parte de constit. in ant. & c. Quintauallis. de iureiurā. in antiq.

Cōtinuatio D. Heliæ.

Roma-

...al. loq: en-
... de laicis
... esse ordo
...uertēdus.
... q. 4. de
...esbytero-
...m 23. q. 5.
...nt quædā.
...o. And.

Allega. de
...æret. ad ab
...lendam. in
... sed ibi nō
...st priuata:
...d priuari
...betur. Io.
...And.

C A P. I.

ROmana ecclesia; & infra. ¶ Quæstoribus † aūt fabricæ [a] Remen. Ecclesię, Remensis Archiepiscopus, seu eius officiales citandi suffraganeorū ipsius Ecclesię subditos (quos iidem quæstores sibi resistere, aut nolle parere dixerint,) vt super hoc [b] compareant coram ipsis, nequaquam tribuāt potestatem. [c] Super benigna vero ipsorum [d] receptione, ac subuētione ipsi fabricæ facienda, possunt eosdē suffraganeos, & alios Christi fideles Remensis prouinciæ [e] charitatiue monere. [f] In concedendis quoque indulgentijs nō excedat Remēsis [g] Archiepiscopus statutum Concilii † generalis. [h]

Bonifacius VIII.

¶ Concessio generalis confessoris non tangit Episcopo specialiter reseruata, nec obtentu consuetudinis potest quis sibi eligere confessorem. hoc dicit. Zen.

C A P. II.

SI EPISCOPVS suo



ROmana.] Sunt tria dicta: Primum & tertiū inhibitorium. Secundum commissorium ibi, Super benigna. Tertium: ibi, In concedendis. Io. And.

¶ Licet Archiepiscopus possit remissiones seu Indulgentias ɔcedere nō solū ijs, qui sunt in diœcesi sua particulari, sed ēt illis, qui sunt in tota sua prouincia: nō tñ potest excedere numerum indulgentiarū sibi a iure taxatū.

† Prædicatores quæstuarios oīno sustulit Conc. Tridē. sess. 5. refor. c. 2. in fi. & sess. 21. de refor. c. 9.

CASVS. Cum Ecclesia Rauē. magnis ędificijs & structuris indigeret: archieps̄ Rauen. videns, ꝙ fruct⁹ Ecclesiæ Rauen. non sufficerēt pro isto ædificio cōplendo, voluit mittere quæstores per totā suā prouinciam pro colligēdo eleemosynas fidelium: & vt Christi fideles essent magis īclinati ad dādum, & contribuendū illi Ecclesiæ, voluit ipse ep̄s eis impertiri de thesauro Ecclesiæ, remittendo partem pænitentiarū iniunctarum omnibus, & singulis porrigentibus manus adiutrices ad ipsum opus complēdum; sed timens, quod suffraganei sui nollent admittere istos quæstores ad officium quæsturæ, dedit quæstoribus potestatem citandi suffraganeos nolentes eos benigne recipere in suis diœcesibus, vtrum possit? Respondet, quod non: sed potest eos monere charitatiue, vt inducant populum ad porrigendum manus adiutrices pro isto opere pio complendo. Sed quæritur quas indulgentias siue quem numerum dierum poterit indulgere archiepiscopus, vtrū possit dare indulgentias pro libito suæ voluntatis? Respondet ꝙ non sed solum ſm ꝙ est statutum in concilio generali in cap. cum ex eod. tit. in antiq. videlicet remissionem 40. dierum. & in hoc æquiparantur Episcopi, & Archiepiscopi: nam Episcopus potest similiter concedere 40. dies indulgentiarum. Not. quod carens iurisdictione, non potest committere potestatem citandi sibi non subditos: nam hic Archiepiscopus non est iudex subditorum suffraganei: ergo non valet talis cōmissio. Not. ꝙ licet archiepiscopus non habeat iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum in foro contentioso, & hoc in prima instantia tamen in foro pænitentiali potest exercere iurisdictionem, eis concedendo remissiones, & indulgētias. Nota, quod licet subditi suffraganeorum archiepiscopi admittant quæstores ipsius archiepiscopi non propter hoc efficiuntur de iurisdictione archiepiscopi. ita ꝙ eos poterit punire: secus si mitteret nuncios pro exercendo iurisdictionem suam contentiosam: quia tunc posset punire impedientes iurisdictionem suam. ī tit. prox. c. 1. Nota si quæstores veniant ad Ecclesias parochiales pro petendo, & colligendo charitatiua subsidia fidelium, si rectores ecclesiarum parochialium nolunt eis permittere, vt declarent indulgentias suas, & vt conuocent populum ipsi sunt puniendi: & hoc verum, dūmodo isti quæstores compareant debito modo cum litteris Apostolicis, vel diœcesani loci: & hoc quando faciunt quæstum pro alijs, secus si pro se. ca. cum ex eo. ti. in antiq. Not. quod archiepiscopus non potest indulgentias concedere vltra numerum taxatum in Concilio generali, videlicet in dicto cap. cum ex eo. Sunt tamen aliqui archiepiscopi, qui habent speciale priuilegium & indultum, vt possint concedere indulgentias vltra 40. dies: Nam archiepiscopus Tholosanus potest concedere indulgentias vsque ad centum dies. Et dicit Panor. in dicto cap. cum ex eo, eod. tit. in antiq. quod quando quis lucratus fuit indulgentias, est in arbitrio suo, an velit interpretari istas indulgentias in hoc sęculo, vel reseruare in futuro, vt ponamus, ꝙ pro excessib. meis est imposita mihi pęnitentia, vt ieiunarē 40. diebus: episcopus contulit 40. dies indulgentiarum omnibus porrigētibus manus adiutrices ad tale opus: possum in hoc sæculo accipere istos 40. dies, vt non ieiunem: sed consuluit Panor. vt fiat reseruatio in purgatorio: quia ibi pœnæ sunt multo grauiores, quam sint pœnæ huius sæculi.

† Scilicet cōcilij Lateranen. sub Innoc. III. c. 62. refertur ī c. cum ex eo. extra de pœ. & remis.

[Primæ glossæ principium & finis respōdet per quæstio. vel obiectionem.]

a ¶ Fabricæ.] quia conferentibus ad opus fabricæ dari solēt remissiones, ideo de his quæstoribus in hoc tit. posuit. Quis autem teneatur ad opus fabricæ, dic vt sup. de eccl. ædi. ca. 1. & c. de his, sed cum quarta fabricæ, & clericorum subsidia non sufficiunt: fieri solet ad prædicta, sicut & alia pia loca eleemosynarum collectio. ad hoc sup. eod. lib. de sta. reg. c. vno, ad fi.

ADDITIO. Quarta fabricæ pertinet ad ordinationem Episcopi 12. q. 2. vobis. & c. vulteranæ. 10. q. 3. vnico. vbi de hoc secundum Archid. Io. And.

b ¶ Super hoc.] s. quod resistunt, vel parere nolunt.

c ¶ Potestatem.] sicut nec possunt foraneos officiales statuere propter citationes faciendas, vt sup. eo. lib. de offic. ordin. Romana.

d ¶ Ipsorum.] quæstorum.

e ¶ Prouinciæ.] quasi velit notare, quod indulgentia non prosit ijs, qui subiecti non sunt, quod dic, vt supra eo. tit. quod autem.

f ¶ Monere.] & remissionum & indulgentiarum litteras concedere, vt sup. eo. nostro. Et est casus in quo archiepiscopus iurisdictionem habet in subditos suorum suffraganeorum. alij not. de offi. ord. pastoralis, & 19. q. 3. cap. 2.

ADDITIO. Dicit hic Archid. quod confirmatus in Episcopum non sacerdos, istas indulgentias concedere non potest, nec capitulum vacante sede. In contrarium alleg. sup. eo. lib. de sup. negl. præla. si episcopus, & c. ecclesiæ. vbi dicitur, ꝙ capitulum vacāte sede administrat in spiritualibus. vide quod scripsi de exces. præla. accedentibus, in antiq. Io. And.

g ¶ Remensis.] vel alius quilibet. sup. e. lib. de offi. ord. Romana in fi. sup. tit. prox. c. 1. in fine.

h ¶ Generalis.] sup. eod. cum ex eo. & si excesserit, nō valet ī. eod. c. vlt. Io. And.

SI Episcopus.] Primo ponit dictum, cuius rationem subdit: ibi, Cum in generali. Secundo consuetudinē reprobat: ibi, Nulla quoque. Io. And.

mus,[a] † vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis [b] ab eo in locutione & alijs, [c] quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem [d] canonicam excommunicare maiori excommunicatione præsumat: saluis cõstitutionibus [e] contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præsumunt participare damnato. ¶ Quod si ex locutione & alijs, quibus participãs labitur in minorem, excommunicatus fortius induresc at: [f] poterit iudex post monitionem canonicam huiusmodi participantes [g] con simili [h] damnare censura. Aliter autem in participãtes excommunicatio prolata non teneat: [i] & proferentes pœnam [k] legitimã poterunt formidare.

¶ Idem in eodem.

¶ Episcopi nullam interdicti vel suspensionis incurrunt sententiam, nisi in sententia sint expressi. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. IIII.

QVIA †

† De participantibus cũ excõicatis vide ca. sicut Apostoli. 11. q. 3. & ibi latè Turrecre. & B. Tho. in qõ. additis. ad 3. par. q. 23. arti. 1. 2. & 3.

participatione nõ plene constaret: ideo ad refrenandũ istud, fuit ordinatũ, ꝙ monitio nõ solum esset de iustitia excõicationis, sed de substantia. Dicitur hic ꝙ participãs cum excommunicatis, non debet excõmunicari maiori excommunicatione, nisi monitione præmissa, vtrum excommunicator possit facere monitionẽ generalẽ hoc modo: Monemus per pñ̃tes oẽs & singulos Christi fideles, ne cũ tali excommunicato cõicẽt, seu participare ꝑsumant, edendo & bibendo, loquẽdo sedendo. ambulãdo, aut alia vitæ necessaria ministrando, sub pœna excõicationis quã elapsis sex dieb. in his scriptis ꝓferimus, quorũ sex dierũ duos pro primo, duos ꝓ scd̃o, & reliquos duos dies pro tertio & perẽptorio termino eisdem assignamus. Vel vtrũ ad hoc ꝙ participantes cũ excõicato maiori excõicatione sint excõicati, reqrat, ꝙ fuerint particulariter moniti videlicet, ꝙ moneat Petrũ: & si monitione facta non desistat, ꝙ illum excõicet. Cõis tñ opinio doctorũ est, ꝙ si iudex intẽdit excõicare gñaliter oẽs participantes cum excõicato debet esse monitio gñalis: si vero intẽdat excõicare particulariter, debet fieri monitio specialis. No. qđ est dare duplicem speciem excõicationis. s. maioris & minoris, vide de excep. a nobis. Not. finaliter hic tex. expressũ. qđ faciẽs actum ꝯ legem, puniri debet: licet actus per eũ gestus non teneat. ad hoc sup. de reg. non solum. eod. lib. de reli. do. c. vnico eo. lib Dominicus.]

[Prima gloss. tria facit, ponit summam, declarationem, & prorogationem.]

a ¶ Statuimus.] Excommunicatio lata in participantes excõicatis in locutione, & similibus, canonica monitione non p̃missa, non tenet. Declaratur autem hęc decret. inf. eo. constitutionem. Et ad sententias interdicti & suspensionis extenditur. inf. eo statutum.

ADDITIO. Et illæ duæ sunt in scholis cum ista legendæ; quæ & cõiuncta fuissent, nisi obstitisset diuersitas auctorum. Ioan. And.

b ¶ Excommunicatis.] maiori excommunicatione.

c ¶ Alijs.] puta osculo, salutatione, mensa, choro, & similibus] Dabat Host. versum.

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.)

Sic enim scienter communicantes excõicato, sunt excõicati minori excõmunicatione ipso iure 11. q. 3. cũ excommunicato & c. qui excommunicauerit, & a quibus repellãt hæ excommunicationes, habes 3. q. 4. Engeltrudam. & de exce. a nobis. de cler. exco. mini. si celebrant. Sunt autem quædam personæ exceptæ, quæ si ñ hac pœna excõmunicato communicant. vt 11. q. 3. quoniam multos. de senten. excom. quod in dubijs. & ea. inter alia.

ADDITIO. Plenius per Host. in remis. quas dedi. in c. cum desideres in 4. gloss. eo. tit. in antiq. ad sum. eo. tit. §. fi. sub §. vtile. Ioan. And.

d ¶ Monitionem canonicã.] hoc est regulare in excõmunicatione hominis, vt semper præcedat monitio, vt sup. eo. tit. de sent. excom. sacro. 24. q. 3. de illicita; & dicitur quo ad hoc monitio canonica, vt moniti exprimantur nominatim, & tribus monitionib. moneãtur, vel vna pro omnibus cum interuallo dierum; nisi necessitas aliud suadeat inf. eo. constitutionem.

[Gloss. seq. allegat tria iura; tractat quæstionem de episcopo cõicante excommunicato perse; ponit opinionem Ber. & contrariam in fin. alleg. pro prima.]

e ¶ Constitutionib.] supra eodem nuper & c. si concubinæ. & interdum, qui communicat in diuinis excommunicato, excommunicatus est excõmunicatione maiori, vt sup. eo. significauit, quod verum est, si quinq; ꝯcurrãt, quæ ibi in textu notantur. Notat autem hic Ber. ꝙ si episcopus communicat in crimine cum excommunicato a se, quod non incurrit maiorem excommunicationem, quia sic communicans peccat in eũ, qui damnauit, & ab eo est absoluẽdus sup. eod. nuper. sed ista sua sentẽtia se ligare nõ potuit. ff. de arbi. l. pen. ff. de iud. Iulianus. tñ dicit, quòd minori excommunicatione ligatus est, 2 q a iure cõtrahit. Alij contradicentes, ꝙ & minor & maior excommunicatio s. per communionem in crimine & in locutione contrahitur a iure, non ab homine, & hoc tenet Host. 3 s. eo. nuper. probat hoc ꝑ verbum quamuis enim & tũc, & c. quod bene facit ꝓ prima parte, quia absoluitur ab excommunicatione communicans in crimine, ergo non est sententia canonis; quia tunc absoluetur a proprio ordinario.

f ¶ Induresc at,] quia videt se habere communionem hominum, quam non haberet, & inter homines esse est grauis pœna. C. de aposta. hi qui sanctam

g ¶ Participantes.] scilicet in locutione & similibus.

h ¶ Consimili.] scilicet maiori.

ADDITIO. Vt sic contumacia crescente crescat & pœna 31. dist. quoniam in fi. vt lit. non conte. quoniã. §. vlt. Io. And.

i ¶ Non teneat.] not. casum, in quo non tenet ipso iure excommunicationis sñia, & fuit hoc statutum propter episcopos, qui statim excommunicabãt cum participibus: alios dicam inf. eo. præsenti.

K ¶ Pœnam.] sup. eo. sacro, vbi puniuntur, qui admonitione non præmissa excommunicat subditos.

ADDITIO. Host. & post eum Io. Mo. & Archid. dicũt ꝙ tenitur iniuriarum. 11. q. 3. illud. & c. temerarium. Et de sacrilegio. 24. q. 3. non in perpetuum, & carebit ad tempus arbitrarium communione hominum & ingressu ecclesiæ. ea. q. de illicita. & ad has pœnas cõtra eum agetur coram ipsius superiore. inf. eo. venerabilibus. §. 2. Io. And.

QVia.] ¶ Tria facit. Primo præmittit constitutionis causam. Secundo constitutionem ponit priuilegiãtẽ episcopos: ibi, Nos. Tertio excipit: ibi, Nisi. Et istud verbum, Quia, est redditiuum rationis, & causæ. Io. And.

CASVS. Dictum fuit supra eo. tit. proxi. c. 1. ꝙ iudex volens suum subditũ excommunicare, debet caute & discre-

1 Ita cauit cõci. Later. sub Inn. iij. c. 47 qđ refert in ca. sacro. de sent. excõ. hic citato ꝑ gloss.

† An dispositio huius ca. habeat lo cũ in Cardinali nõ epõ vide Fel. in ca. cũ in iure. ext. đ off. deleg.

2 Non sic in Papa, vt no. sup. eod. nu li. Io. And.

3 Et Inn. ibi, & eo. ti. ꝙ in dubijs, & hoc mihi placet, vt scripsi super gl. colligit idẽ hic Ioã. Mo. & Arch Host. remit tit. ad sum eo. tit. § & sit pęna sub §. qđ si eps Ioan. And.

discrete procedere, quia debet proferre sn̄iam excommunicationis in scriptis, non verbotenus, & in excommunicatione debet exprimere causam rationabilem, & dare copiam ipsius excommunicationis intra mensem excōmunicato, si fuerit requisitus: aliàs est suspensus à diuinis: Sed vtrū illa cōstitutione ligetur ep̄s, q excōmunicauit suū subditū sine scriptis, vel tñ in scriptis, excōmunicauit sine causa rōnabili, vel noluit dare copiam excōmunicationis excōmunicato? Rñdetur, ꝙ nō, quia in constitutione pœnali ponit, vt aliquis faciat tale quid: & ꝙ nō faciēs incurrat pœnam suspēsionis vel interdicti, aut excommunicationis: ep̄s non incurrit illam pœnā, nisi de ipso fiat expressa mentio in cōstitutiōe pœnali, puta si dicat, ꝙ faciēs tale quid, vel nō faciēs, incurrit sn̄iam excōica ionis vel suspēsionis, ēt si fuerit ep̄s, nō tñ negat, quī sententia illa fuerit iniusta, & debeat ep̄s excommunicator cōdemnari in expēsis, & non possit declarari nulla, vel relaxari, per superiorē. sed ep̄i non incurrunt pœnam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, nisi de ipsis fiat expressa mentio. Nota primo periculosum esse episcopos impeditos fore circa illa, quæ concernunt pontificale officium. Nota secundo, quod in generali suspensione non includuntur episcopi, si non exprimantur. Domin.

¶Etiā si essēt verba gñalia quisquis, qui libet. Io.An. Phi.ď quo vide no. c.2.de ib. s̄.eo.lib. lia tñ pœna is cōstitutio igaret epi. l.c. sciāt. c. upientes. §. eterū. ī ver. uspēsos. su. o.de elec. F. † Al. ita: Idē in eo.a!. ita: Innoc.4. in conc.Lug.

periculosum [a] est episcopis, & eorum superioribus [b] propter executionem pōtificalis officij, [c] quod frequenter incumbit, vt in aliquo casu interdicti vel suspensionis [d] incurrant sententiam ipso facto: Nos de liberatione prouida duximus statuendum, vt episcopi & alij superiores prelati, nullius constitutionis [e] occasione, sententiæ [f] siue mandati, [g] prædictam incurrant sententiam † vllatenus ipso iure. Nisi in ipsis [h] de episcopis [i] expressa mentio habeatur.[k]

¶ Idem.

¶ Huius decretalis quinque sunt dicta: Primum, quod archiepiscopus sententias latas à subditis suorum suffraganeorum, nisi hoc habeat de consuetudine, nō relaxet. Secundum, quod generalis sententia archiepiscopi ligat tantum subditos. Tertium quod pro præteritis vel præsentibus culpis, monitione non præmissa, ab eis lata sententia est iniusta. Quartum, quod pro futuris culpis vel iam commissis, scilicet nisi satisfaciant, excōmunicare non debent, nisi mora, culpa, vel offensa, vel alia iusta causa subsit. Quintum, quod in vniuersitatem vel collegiū non feratur excommunicationis sententia: sed in illos, qui culpabiles extiterunt. Ioan. Andr.

quia in illa priuilegiati non sunt, & noluit Papa eos in tātum priuilegiari, quod tolleret quo ad eos canonem, si quis suadente, & alios similes. [vt sup. eod. lib. de homic. pro humani.]

ADDITIO. Idem tenent Innocen. Hostien. Ioan. Mona. Franc. & Archid. Io. Andr.

e ¶ Constitutionis.] s̄. eo. sacro. & c. cum medicinalis. eod. li. de solut. c. 2. de elec. cum in cunctis. cum similibus.

f ¶ Sententiæ.] aliud est constitutio, aliud sentētia, vt ī. ca. ꝓx. § caueant. si ergo Papa vel legatus, vel alius ferat aliquā sententiam suspendendo contrafacientes: hæc non comprehendet episcopos.

g ¶ Mandati.] vbi si mandat Papa, ꝙ omnes prelati, & clerici, soluāt tāntā pecuniam, suspendendo non soluentes infra terminum assignatū per tales ergo constitutiones, sententias, & mandata episcopi non comprehenduntur, neglecta enī huiusmodi maiora videntur, quæ specialiter non designātur. ff. de iiu. item apud Labeonem. §. hoc edictum.

CAP. V.

ROMA-

[Prima glossa exprimit periculum, de quo dicit textus.]

a ¶ Quia periculosum.] Et ideo vitandum. 42. distinct. quiescamus. sup. eod. lib. de elect. vbi periculum. ff. de Carbo. l. 1. §. 2. [vel 3. vide de iuramen. calum. c. 2. super glo. 1.] Quia igitur officium episcoporum, & superiorum communius & generalius est, & plures grauarentur, si illud impediri contingeret, ideo Papa non tam episcopis quàm subditis per hanc constitutionem voluit prouidere, consistit enim istorum officiorum in chrismatis confectione, in frontis chrismatione, ordinum collatione, ecclesiarum, & altarium consecratione, & sic multum periculum in suspensione ipsorum.

b ¶ Superioribus.) archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus.

De Car. vide Fel. ī c. ꝙ sup his. ext. de fi. instru. Vide Dec. ī ca. ꝑterea. In vlt. no. ď off. deleg. & Fel. in c. ꝙ super his ď fi. istr.

Glo. seq. recit. per q. ponit opinionem antiquam, & modernam contrariam, & pro ratione remittit.

c ¶ Officij.) per hanc literam non credebam olim quod constitutio ista haberet locum in pœnis suspensionum à beneficio, licet Host. contra sup. de ele. cum in cunctis, & Gar. eo. tit. cupientes s̄. eo. lib. tamen hodie non dubito, quod etiam in suspensionibus a beneficio, non solum ab officio, ingressu ecclesiæ, vel similibus locum habet hæc constitutio, hoc probatur supr. eod. libr. de elect. si compromissarius. §. huiusmodi. & quæ potuerit esse ratio ibi dixi.

d ¶ Suspensionis.) secus 2 in excommunicatione,

ADDITIO. Vide de rescri. sedes. super tertia glossa. in antiquis. Io. Andr.

h ¶ Ipsis. constitutione, sententia, vel mandato.

(Gloss. seq. ponit antiquam litteram, & opinionem Host. quam improbat.)

i ¶ De episcopis.) Nota, ꝙ caute puto remotam literā, quæ olim hic erat, quæ sic dicebat, de episcopis, & eorum superioribus expressa, &c. per quam dicebat Hostien. quod licet in sententia diceretur de episcopis, ꝙ non comprehendebantur archiepiscopi: plus dicebat, quod si dicebat de piscopis & superioribus, nomine superiorum intelligebantur archiepiscopi, sed non patriarchæ. Ad hoc de rescri. sedes. & omnia iura, quæ inducuntur, ad pœnalia iura restringenda. Sed dic contra 3 quia non est superiorem ordinem episcopo reperire, & ob hanc causam Papa se vocat episcopum, vnde eo ipso, quod de episcopis exprimitur, veniunt superiores, quia non inspicimus dignitatem; sed officium Pontificale, vt in prin. c. 3 Idē Io. Me.

K ¶ Habeatur.) hic erat olim plus de textu, & erat quædam declaratoria illius decret. solet. quæ non habebat rationem, vnde fuit sublata.

ADDITIO. Dicebatur ibi, quod id quod dicit finis illius capituli, solet. non extenderetur ad sententias episcoporum, vel archiepiscoporum, vt ibi etiam dixi in fine. Ioan. Andr.

ROmana.) Partes patent per §. Io. Andr.

CASVS. Archidiaconus Pictauen. vel abbas monasterij sancti Cypriani, vel alius prelatus subditus episcopo Pictauen. protulit in aliquem subditum sententiam excommunicationis, qui subditus excommunicatus dixit excommunicationem iniustam, & per hoc adiuit metropolitanum omisso medio, videlicet ep̄o

Pictauen. utrum archieps Burdegalensis, qui est metropolitanus, possit cognoscere de iustitia, vel iniustitia ipsius excōicationis? Dicit ꝙ non, quia non est iudex excōicantis, nec excōicati in prima instantia: nisi sit consuetudo, vt possit adiri metropolitanus omisso epō. c. cum cōtingat. de foro cōpe. l. more maiorū. ff. de iurisd. om iu. l. 1. C. de emā. li. Sed quid sanctissime Pater, ponam⁹ ꝙ archieps fecit statutū ꝓferēdo snīā excōmunicationis generaliter in quoscunque violantes illud statutum: Queritur, ad quos se extendit illud statutum: vtrū ad illos, qui sunt de sua particulari diœcesi tantum, vel ad alios? Respōdet ꝙ se extendit solum ad illos, qui sunt de sua particulari, & propria diœcesi: quia non potest facere statuta astrin- gentia subditos totius suæ prouinciæ, & diœcesim suorum suffraganeorum, nisi in negotio communi, & de consensu suorum suffraganeorum. Sed vtrum episcopus vel alius iudex possit ferre sententiam excommunicationis in aliquem non præcedente canonica monitione, vt aliquis perpetrauit aliquod crimen: vtrum possit iudex ecclesiasticus illum excommunicare absq; monitione? Respondetur, quod non: & si de facto excommunicet, illa excommunicatio est iniusta, & relaxabitur per superiorem: tamen tenet excommunicatio. Et hoc verum, quando lata fuit pro criminibus seu excessibus præsentialibus, sed pro futuris culpis non poterit ferre excōicationem, nisi culpa vel mora præcesserit: vt iudex in actione personali condēnauit aliquem reum ad soluendum actori aliquam pecuniæ summā, infra certum tempus, reus non satisfecit: certum est, quod episcopus poterit illum excommunicare ex tunc, nisi soluat intra tale tempus: vel videt, quod clerici sunt negligentes, & remissi in diuino officio, vel si est alia iusta causa vt excommunicator datus in defectum ordinarij, potest excōmunicare hoc modo: Moneo vos, vt tale beneficium non conferatis infra tale tempus: alioquin, i si contrarium feceritis: vos ex nunc, prout extunc, & econuerso, extunc prout exnunc vos excommunico. Sed vtrum iudex possit excommunicare collegium vel vniuersitatem? Rñdetur ꝙ non. sed si sint aliqui in vniuersitate culpabiles sunt excommunicandi nominatim: aliàs si vniuersitas esset excommunicata, quicunq; subrogati postea essent excommunicati: licet non essent culpabiles, quod esse non debet. Nota primo ex isto ca. ꝙ archieps non potest relaxare snīam excommunicationis latam à subdito sui suffraganei, etiā si notorie appareret iniusta: quia non est iudex excōicatoris. Nota quod valet consuetudo, vt posset adiri superior omisso medio: & illa consuetudo dabit excommunicato ptātem adeundi superiorem omisso medio. Nota quod iudex non debet subditum suum excōicare pro delicto, nisi prius ipsum monuerit, vt desistat: si nolit desistere vel satisfacere, poterit illum excōmunicare: & tunc excōicatio erit iusta, & tenebit: alias esset iniusta, & debebit relaxari per superiorem sine difficultate. Nota quod pro futuris culpis non debet quis excommunicari, nisi ex causa rationabili, quæ debeat mouere iudicem. Nota, ꝙ non pōt ferri snīa excōicationis in corpus uniuersitatis uel collegij. Sed quid si de facto excommunicetur collegium uel uniuersitas, utrū uniuersitas sit excommunicata, uel collegium excōicatum? Aliqui dñt, ꝙ non, quia collegium non est capax istius censuræ, ut hic dñ. Sed dicit glossa, tenendum est, quod collegium, vel aliud corpus est excommunicatum: & omnes de collegio sunt excommunicati: quod verum est quantum ad istam ecclesiam militantem: & illi qui erunt postea surrogati, debent se tenere pro excommunicatis: & petere relaxationem à dicta excommunicatione.

na [a] Ecclesia: & infra.

¶ Ceterum interdicti, suspensionis, vel excommunicationis sententias latas ab officialibus archidiaconorum, [b] seu quibuslibet alijs iurisdictionem habentibus suffraganeorum Remensis ecclesiæ subditis, Remen. archiepiscopus, & eius officiales (omissis ipsis excommunicatoribus) non relaxent: [c] salua contraria super hoc consuetudine, [d] si quam habent.

¶ Porro excommunicationum snīæ, [e] à Remensi archiepiscopo suisque officialibus generaliter promulgatæ, subiectos [f] eiusdem iurisdictioni archiepi tantum ligant. Sed nec in specie, [g] nec in genere [h]

[Prima glossa diuidendo summat.]

a ¶ Romana.] Huius decret. quinque sunt dicta. Primum quod archiepiscopus sententias latas à subditis suorum suffraganeorum, nisi hoc habeat de consuetudine, non relaxet. Secundum quòd generalis snīa archiepi ligat tm̄ subditos Tertium, quod pro præteritis vel præsentibus culpis, monitione non præmissa, ab eis lata sententia est iniusta. Quartum, quod pro futuris culpis, uel iam commissis, si nisi satisfaciant, excommunicare non debent, nisi mora, culpa, uel offensa, uel alia iusta causa subsit. Quintū quod in uniuersitatem, uel collegium, non feratur excommunicationis sententia, sed in illos, qui culpabiles extiterunt. Ioan. Andr.

b ¶ Archidiaconorum.] uel ipsis archidiaconis, & sic nota inferiores episcopo iurisdictionem habere de hoc 25. distinctio. perfectis. supra de offi. ord. cum ab ecclesiarum.

ADDITIO. Et hic per Archidiaconum.

c ¶ Non relaxent.] quod si fecerint, non tenet relaxatio, cum nec excommunicantium, nec excommunicatorum sint iudicis, ut j. eod. titu. uenerabilibus. 1. responso. Ioan. Andr.

d ¶ Consuetudine.] & sic consuetudo in talibus iurisdictionem dat ad idem sup. eod. lib. de offic. ord. Romana, & de foro compet. Romana. §. 1. [Io. Mo. alleg. de no. oper. nunc significantibus. magis proprie facit de præb. referente. quæ loquitur de Remen.] Idem intelligas si haberet priuilegium super hoc à Papa, ista enim sunt ad hoc paria, priuilegium, & consuetudo 3. quæstio. 3. conquestus. sup. de offic. ord. duo simul. cum similibus.

(Glo. seq. ponit differentiam inter canonem archiepiscopi, & eius sententiam.)

e ¶ Sententiæ.) canon, quem facit archieps in concilio prouinciali, iste ligat subditos totius prouinciæ. 18. distinct. c. ult. ad hoc de præb. graue. de accu. sicut olim. 1. sententia autem lata ab archiepiscopo, puta quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus, ista non comprehendit subditos totius prouinciæ, sed solius diœcesis suæ. & de hac loquitur hic: nec etiam ipsi subditi probabililiter ignorantes ligantur, ut s. eo. lib. de cōst. c. 2. intelligo tm̄ delinquētes in diœcesi ipsius archiepi sciēter illa sententia ligari, quia iam per delictum effecti sunt subditi de fo. comp. c. ult. de rap. ca. 1. Ratio autem huius dicti est, quia sicut in specie nō potest ligare subditum suffraganei sui, sic nec in genere, imò multo minus. arg. de rescrip. pastoralis.

1 Idē In. Hos. I. M. Ar. & Frā. Fa. S. d. ꝙ ... ubi uide g... eū ꝙ hic ponit circa hoc Arc. & ī Spe. de ꝯsti. uer. & no. de hoc & hoc eo. ti. a nobis. 1. Io. Andr.

f ¶ Subiectos.) & de hoc demum cum in sua diœcesi delinquunt, ut sup. de const. c. 2. 2. responso.

g ¶ Specie.) Excommunico P. quia furtum fecit, uel sacrilegium commisit.

ADDITIO. Vel dicit, excommunico P. quia ædificat uel ædificauit in cœmeterio ecclesiæ, secundum Innocen. qui idem repetit de generali, de qua in seq. glo. Ioan. Andr.

h ¶ In genere.) excommunico omnes, qui sacrilegium commiserunt.

¶ Com-

pro culpis, & offensis præteritis, vel præsentibus, excommunicationum sententias absque competenti [a] monitione præmissa promulgent: & si contra præsumpserint, iniustas [b] nouerint esse illas.

¶ Caueant etiam, ne tales sententias excommuuicationis, † siue specialiter, siue generaliter in aliquos pro futuris [c] culpis, videlicet si tale quid fecerint, vel etiam pro iam commissis sub hac forma: si de illis infra [d] tale tempus minime satisfecerint, proferre præsumant; nisi mora [e] in exhibenda satisfactione, vel culpa, [f] seu offensa [g] præcesserit, quibus meritò ad iniungendam satisfactioné huiusmodi, & taliter prohibenda similia inducant: aut alia rationabilis (quæ in ipsis sententijs exprimãt) cã [h] subsit.

¶ In vniuersitatem vel collegium [i] proferri excommunicationis sententiam penitus [k] prohibemus; volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam cõtingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri: [l] sed in illos duntaxat de collegio vel vniuersitate, quos culpabiles [m] esse constiterit promulgetur.

¶ Idem in eodem.

¶ *Prælatus contra potentiam temporalem, etiam spirituali gladio, scilicet ecclesiastica censura se tueri potest. hoc dicit Ioã. And.*

CAP. VI.

DILE-

a ¶ Competenti.] supra eod. sacro. & cap. statuimus: ADDITIO. Et inf. eod. constitutionem & ibi dicam ꝙ hic no. Host. de non ferenda sentẽtia, quam iudex credit non proficere. Ioan. And.

b ¶ Iniustas.] non dicit nullas. ligat ergo excommunicatio lata non præmissa monitione. fallit in casu. s. eod. statuimus, incurrit ergo excommunicator pœnam cõstitutionis supra eo. sacro. saluo eo quod habuisti supra c. prox.

[Gl. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit. Iterum signat contrarium, & soluit.]

c ¶ Futuris 1] quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem. ff. de vsu l. 1. cõtra. ff. si serui. ven. l. egi. cũ si. ff. de libe. agno. l. si quis. §. alimenta Dic quod tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, ita ꝙ statim detur exactio. Vel dic, ꝙ lex loquitur in vsuris, quæ sunt odiosæ, s. quod nõ condemnabit ad futuras vsuras quæ committuntur ex mora: alias bene prouidet iudex in futurum C. de vsur. l. in bonæ fidei. sicut in alimentis, vt in prædicto §. alimenta. Vel loquitur lex, cum nõ est obligatus: si vero est obligatus in cõtinenti, tũc iudex prouidet in futurum; vnde & propter præsentem contumaciam condemnat ad futuras expensas, vt supra de procur. vbi de hoc & supra de sepul. in nostra. & sup. eod. lib. de homi. c. 2. sed quantum ad casum nostrum expresse contra dicit de sent. excommu. a nobis. 1. vbi fertur sententia excommunicationis pro futuro delicto. & sup. eo. li. de cõstit. c. 2. Solu. dic ꝙ aliud est, statutũ, & aliud sententia; statutum enim bene potest fieri pro futuris delictis hoc modo; statuimus, vt nullus hoc faciat, & qui fecerit, sit excommunicatus ipso facto aliud est sententiã, quæ sic profertur: excommunicato Tan. si furtũ fecerit, ꝙ hoc hic prohibetur. aliud ergo est statutum, & aliud sententia, vt probatur sup. c. prox. & dixi sup. eo. c. §. porro.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

d ¶ Infra tale tempus.] estne ergo correcta decret. sup. de appe. præterea 2. Non: sed declaratum est, quo casu possit hoc modo proferri sententia.

e ¶ Mora.] condemnatus in actione personali, si non soluit infra quattuor menses, vt debuit, postea poterit iudex præcipere vt soluat infra certum tempus, aliàs sit excommunicatus, hic enim mora præcessit.

ADDITIO. Ian. & Host. idem ponunt, cum primus terminus fuit hominis, vt quia præceperat iudex, quod infra 10. dies solueret. Ioan. And.

f ¶ Culpa.] quia negligentes fuerunt clerici in diuinis officijs dicendis, poterit iudex dicere, excommunico omnes, qui nõ interfuerunt horis canonicis; hic enim culpa præcessit casum.

[Glo. sequens ponit exemplum: quærit obijciendo & soluit.]

g ¶ Offensa.] vt in coniugato, qui tenuit concubinam, separetur ab ea. & excõmunicetur, si vlterius redeat ad ipsam s. eo. si concubinæ. Sed dices quãdo erit reperire casũ. in quo nõ intercedat mora, culpa, vel offensa? Sol. si statim post cõdẽnationẽ factam 2 in personali iudex præcipit, quod soluat infra certũ tẽpus ferẽdo sniam excõmunicationis: hic non præcessit mora: vadit ad ecclesiam, inuenit clericos solicitos circa horas: hic nõ intercessit culpa: vel inuenit clericos bene continẽtes; excommunicat eos, qui non seruant continẽtiã: hic non præcessit offensa.

h ¶ Causa.] pone exemplum sup. de testa, cõstituris sed ibi præcesserat offensa pro parte. sed potest poni in executorib. qui excommunicant conferẽtes beneficia: qa præiudicari posset ei, qui debet acceptare secundum formã decret. de conces. præb. quia cunctis.

ADDITIO. Vel pone p decr. ad nostram 2. de iureiu. & per decre 1. & vlt. de eo qui fur. Inn. dicit. & Host. ꝙ iusta cã esset, si excõicaret cruce signatos, non portãtes publice crucem, non. n. debet subtrahere bonũ exemplum, supple nec se celare, vel sm eos excommunicat tolerantes hæreticos vel consimiles su. de here. excommunicamus. §. credentes, &c. Ioan. And.

i ¶ Collegiũ] an vniuersitas vel collegiũ possint accusari de crimine, not. 12. q. 2. eps qui mancipium, & supra de simo. dilectus 2.

ADDITIO. Ibi dedi aliàs remissiones: vbi ẽt scripsi, an possit vniuersitas de publico crimine p syndicũ accusari & vide qđ dixi sup. tit. 2. c. vlt. super gl. pen. de singulari an puniri possit vniuersitate punita. Io. An.

[Gl. seq. recit. per q. & ponit duas opi.]

k ¶ Penitus.] per hanc litteram dicunt quidam [scilicet Host. Io. Mona. Arch. & Fran.] ꝙ non tenet sententia, & potest esse ratio; quia vniuersitas vel collegium non est materia capax ad recipiendum talem sententiam. Ber. contra, dicens, quod si sententia fuit lata, bene tenet, & hoc est tutius.

l ¶ Irretiri.] Intelligas quo ad ecclesiam, secus quo ad Deum, cuius opinio nec fallit nec fallitur. de sent. excom. a nobis 2.

m ¶ Culpabiles.] sicut prælatus, vel consules, & huiusmodi maiores, vt sup. de simo dilectus.

DIlecto. Primo ponit allegationem, & conclusionem generalem, ex qua secundo infert specialẽ, ibi. Et quoniam, quam in tertia fortificat per argumẽtum a minori; ibi, Et quidem.

1 Vide Alex. in l. filiusfamil as. §. diui ff. de leg. 1 & Abb in c. P. & G. de off. deleg & in c. ex lrĩs de spons.

Dictio, ex cõcationis, de est in antiquioribus exẽplarib. etiã impressis.

2 De nõ moroso, puta promisit restituere centũ, qñ creditor peteret, quæ prius in iudicio petijt, & confessus fuit. Io. An.

† Dicendo sm Io. An. & Phi. excõico oẽs illius vniuersitatis, quæ meo mandato rebellauerũt, & nota hic excõicationẽ differre ab interdicto, quo iuste Innocentes suspenduntur, non est s. de spõ. vide Ioan. Cald. in trac. de te eccle. interdicto. Fõ.

† In manuscriptis desunt hęc duo verba, in eodem.

¶Et dixit Hoſt. ꝙ hæc decr. dirigebat̃ cuidã fratri Minori, & pęnitētiario Papę, qui legatus erat in illis partibus. & vocabat̃ frater Io. Lemouicēſis, qui ſuper hoc Papã cōſuluerat, an Decano liceret vtroque gladio ſe tueri. Cōſequeſtus n. fuerat ſm Hoſ. & Boa. balliuˀ corã eo, ꝙ ipſe decanus, ꝑ oĩa Cæſar erat: qa vt presbyter, & vt miles, nunc cenſura, & nũc armis ꝓcedebat cōtra ipſum, & eius terram. Io. And.

CASVS. Eṗs Pictauien. quendam Titiũ dominum tp̃alē puta balliuũ, vel alium dñm temporalem ꝑꝑ aliqđ crimen vel cōtumaciam excommunicauit: ipſumq; pro excōmunicato in tota ſua diœceſi fecit publice denunciari: vnde ipſe balliuus videns ſe a populo vitari, vt leꝑſus, in corde ſuo fuit ira cōmotus ꝯ eṗm Pictauien. & ipſum epiſcopũ Pictau. ĩ odiũ huiuſmodi excōmunicationis ſpoliari fecit aliquib. bonis ſuis, & illa bona violenter occupauit tanquam ſua. Eṗs Pictauien. videns ſe ſpoliari bonis ſuis & illa ꝑ violentiam occupari, ſuppoſuit interdicto eccleſiaſtico totam terram illius domini temporalis, & mandauit illud interdictũ ſeruari, vtrũ licitum fuerit eṗo Pictauien. pro iniuria ſibi illata circa bona tēporalia ſupponere interdicto terram dñi temporalis bona occupantis? Reſpōdet Romanus Pontifex ꝙ ſic, nam cuicumque eſt permiſſum a iure ſe poſſe defendere vt in l. vt vim atq; iniuriã. ff. de iuſt. & iure, & q̃a eṗs nō erat potēs ad ſe defendendũ defenſione temporali contra poteſtatem illius domini tēporalis: ideo potuit licite ſupponere interdicto eccleſiaſtico totã terrã ipſius domini. Et ponit Romanus Pontifex, quia permittitur cuilibet [imò tenetur] defendere ſuum proximũ cum ſibi infertur iniuria: aliàs ſi negligenter ipſum proximũ defenderet, videretur eſſe particeps & fautor iniuriantis. ergo multo magis permittitur alicui ſe defendere, cum iniuriatur in perſona ſua vel in bonis ſuis. Nota primo ex hoc c. effectũ principalē huius c. ꝙ p̃latus eccleſiaſticus gladio ſpirituali p̃t ſe defendere ꝯ potentiam temporalem: ideo ſi aliquis iudex eccleſiaſticus iniurietur ab aliquo ſæculari, p̃t ipſe iudex eccleſiaſticus talē iniuriantem excommunicare, vel terrã ſuam ſupponere interdicto eccleſiaſtico, vt hic textus, & ad hoc allegatur ſemper præſens capitulum. Nota vlterius ex principio c. illud, ad quod allegatur, vim vi repellere licet. No. ꝙ excommunicatio, interdictum, & aliæ cenſuræ dicuntur eſſe propria arma eccleſię. Nota ꝙ eccleſia hēt apud ſe gladiũ temporalem & ſpiritualem, ſed habet gladiũ ſpiritualem actu & habitu, gladium autem temporalem habet ſolum in habitu. Not. ꝙ quilibet tenetur defendere ſuum proximũ ab iniuria eidē proximo illata. Nota inſuper, ꝙ negligētes defendere proximum iniuriatum, vñr eſſe participes criminis, & fouere ipſum iniuriãtem. Nota vlterius, ꝙ ſocijs & vicinis licet de iure defendere iniuriam cōſocij & vicini. Nota finaliter ꝙ licitum eſt ſpiritualem poteſtatem iuuari temporali, & ſic ecōuerſo temporalem ſpirituali. Dominicus.

[Prima gloſſa ſummat.]

† Vide Dec. in c. cũ non ab hoſte. ini. no. de iu. & in c. ſignificaſti de off. de leg.

…cto [a] filio Decano [b] Aurelianenſi: & infra.

¶Præterea cum omnes leges omniaque iura vim [c] vi repellere, cunctiſque ſe ſe defenſare permittant, licuit † vtique ipſi Decano (ſi prædictus [d] balliuus eum bonis [e] ſuis mundanis iniurioſe ſpoliare, vel ea violenter occupare [f] præſumpſerit, vt ſuperius [g] eſt expreſſum) contra illius uiolentiam iniuriamque ſe tueri. Et quoniam aduerſus eius nimiam [h] potentiam ſufficiens temporalis defenſio ſibi forte non aderat, potuit ſe etiam ſpiritualiter, gladio videlicet vtendo eccleſiaſtico, [i] defenſare, ac recurrere propter [k] hoc ad arma ſpiritualia, quæ ſunt eccleſiæ propria, & pro ſuo munimine [l] illis uti; præſertim cum dictus balliuus poſt latas in eũ (ab † eodem Decano) ex alijs cauſis excommunicationis ſententias, ſicut idem Decanus aſſeruit, ipſum tanquam exinde prouocatus [m] ſententijs ipſis contemptis, bonis ſpoliaſſet eiſdem: [n] & propter hoc poſtmodũ ipſe Decanus ſententiam tulerit interdicti tanquam ſpirituali ſe mucrone defendens contra illius iniuriam & violētiam ſibi ab eodem occaſione prædictarum ſententiarum, & in ipſarum contemptum illatam.

¶Et quidem cũ liceat cuilibet ſuo vicino [o] vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum imperti-

† Hęc verba: ab eodē Decano: deſũt in manuſcriptis.

a ¶ Dilecto.] Prælatus contra potētiam temporalem, etiã ſpirituali gladio, ſcilicet eccleſiaſticæ cenſuræ ſe tueri poteſt, hoc dicit.

[Glo. ſecunda reci. per obiectio. de cap. quæſiuit.]

b ¶ Decano.] decanus iſte de conſuetudine vel priuilegio, hēbat ordinariã vel ſaltem poteſtatē fulminandi cēſuram, & concor. ꝯ. de app. dilectus. de off. ordi. irrefragabili. §. exceſſus. ſup. de verb. ſign. ex parte 1. aliàs ſecˀ. de his quæ ſi. a maio. par. cap. quæſiuit de hoc ſupra de offic. ordin. cum ab eccleſiarum.

c ¶ Vim vi] ſupra de homicidi. ſignaſti. ſecundo vbi ſunt hæc verba: & ibi de hoc in glo. magna, q̃ poſſet hic repeti. 1 Et vniuerſalis ꝓpoſitio, omnes leges, &c. reſtringitur ad particulares: ac ſi diceret, q̃dã leges & q̃dam iura. ſ de hac materia loquētia. Ber.

1 Quod facit Hoſ. & ſi qđ addit, vide vbi ꝯ. remiſimus. Io. An.

d ¶ Prædictus.] in parte deciſa ſub illo infra.

e ¶ Bonis.] ergo licet defendere non ſolum perſonam ſed bona: tñ pro defenſione bonorum non licet ſic ſæuire, ſicut pro defenſione perſonæ. ſup. de homi. ca. 2. ibi, te tuaque eo. tit. ſuſcepimus & dic vt eo. tit. ſignificaſti 2 & 23. q. 1. § 1. & q. 3. in prin.

f ¶ Occupare.] vt non ſit geminatio verborum, ſpoliare referatur ad mobilia, occupare ad immobilia.

g ¶ Superius.] in parte deciſa.

h ¶ Nimiam.] reſpectu temporalis potentiæ ipſius decani: nam potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iur. mut. cau. fa. l. 3.

i ¶ Eccleſiaſtico.] dicit Ambroſius 2 & ex nimia humilitate loquitur, ꝙ arma ſua ſunt lacrymæ. 23. q. vlt. conuenior. gladius autem hic cōtinet quod cenſura, ſupra de verb. ſig. quærenti.

2 Epi. 33. ad Marcellinã ſororem.

k ¶ Propter hoc.] ſcilicet quia temporalis defenſio ſibi non aderat.

l ¶ Munimine.] nota, ꝙ non loquitur hic de prælato, q̃ vlciſcitur, qđ vtiũ facere poſſit, no. ſup. de maled. c. 1. 2. q. 7. ſi quis erga. ſed ſolum de eo, qui ſe defendit

m ¶ Prouocatus.] i. turbatus vel commotus. ad idem ſup. de offi. deleg. ſuſpicionis, aliter ſumitur ſupra de appe. cum ſit Romana.

ADDITIO. Scilicet prouocatione ad cauſam. Alibi ponitur pro imitatione boni exempli. vnde cãtat eccleſia in feſto martyrũ Marcelli & Petri: quorũ gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Io. Mo. & Archi.

n ¶ Eiſdem] contra tales prodita eſt pęna per cōſtitutionem. inf. eo. quicunque, q̃a excommunicati ſunt ipſo iure, niſi infra octo dies reſtituant, vt ibi.

o ¶ Vicino.] ergo quilibet tenetur vicinum ſuum & amicum.

amicum suum defendere, vt 23.q.3.non in inferenda &c.fortuito.83.d.error.& sup.eo.quantæ, vbi de hoc (& C.de commer.& mer.l.2. vbi plures concord. de hoc)multo ergo fortius seipsum, vt sequitur.

| Gl.seq.obijcit & soluit per diuersitatem vsus.

1 Vid B Th. 2.2.q.26 ar. 4.& seq.

ri auxilium; imo si potest & negligit, videatur iniuriātem fouere, ac esse particeps eius culpæ, licuit profecto ipsi Decano proprio sibimet [a] subuenire subsidio, & suammet tpalem iniuriam sua propria spirituali defensione tueri, sicq; vtrumque [b] quodāmodo gladium & tpalem, & ecclesiasticum, alterū videlicet altero adiuuare: maxime quia hi duo gladij cōlueuerūt exigente necessitate sibi adinuicem suffragari, [c] & in iuuamen alterius subuentione mutua frequentius exerceri.

a ¶ Sibimet quia ordinata 1 charitas à se incipit.22.quæst.5.si non licet.Sed videtur, quod hoc nō licuerit isti Decano excessit enim moderamē inculpatæ tutelæ: quod facere nō debuit supra de restitut.spoliat.olim.2,ĩ.eo. si vero,& de hō. significasti 2.ad fi.maior. ẽm est pœna spiritualis, quæ ligat animā, quam temporalis, quæ ligat corpus: sicut anima ꝓtiosior est corpore.12.quæst.1.precipimus adidem.11 q.3.corripiantur,& hæc forte fuit dubitatio decretalis, sed Papa hic approbat hanc defensionē, & ita quocunq; modo licitum est se defendere, dummodo corporalis læsio non inferatur; maxime quia huiusmodi sententiæ sunt medicinales.ĩ.eo.c.1.2.q.1.multi.& 24.q.3. notandum.in fi.

b ¶ Vtrumque.] ergo duplici defensione, potest quis vti, vt infra de reg.iur.nullus pluribus, cum suis cōcordantijs.

a Vide Tur recre.in c.cū ad verum 96.dist.

ADDITIO. Dicit Io.Monac. quod ista non sunt aduersaria, sed sibi mutuum subsidium præstantia, vt hic.Io.And.

c ¶ Suffragari.] 23.q.5.prodest.sup.de offi.ord.c.1.tñ 2 vř quod temporali gladio vti non potuerit: quia post aduentum Christi fuerunt gladij, & potestates diuisæ.10.d.quoniam.96.d.cum ad verum Dic illud verum de executione gladij temporalis in modum iustitiæ: sed hic loquimur de executione ipsius gladij, non in modum iustitiæ, sed defensionis, quo gladio cuilibet priuato licet vti, primo non nisi iudici, & sic non obstat.

VEnerabilibus.) alias incipit. Ceterū, & sic alleg. eam. Io.Mon. Decretalis ista habet multa dicta. Et primo vsque ad §. Porro ostendit quando habeat vel nō habeat archiepiscopus iurisdōnē absoluendi excōmunicatos à subditis suffraganeorū, vel ab ipsis suffraganeis. Secundo vsq; ad §. Sed si. ostendit eo casu quo iudex est, absolutionem ante omnia fiendam nisi in casibus. Tertio. ibi, Sed si. & §. pen. & vlt. tractat de absolutione ad cautelam dand., qñ de nullitate snīæ dubitatur. Quarto: in §. Sane. quid qñ, non de nullitate, sed de iniustitia quæritur. Quinto inde in §. Denique. quandam consuetudinem approbat. Summabitur aūt sm̄ has partes, dicūt Io.Mo. & Archi. ꝙ inter Archiepis. Rothoma. & eius suffraganeos grandis suit qō coram Innoc. iiij. & vt dicunt ex registro patere. Primo proponebant suffraganei cōtra archiepiscopū querelā super multis articulis. Secūdo pars archiepiscopi respondebat ad illa: & hæ duæ partes sunt decisæ. Tertio per ipsum Inn. fuit snīatum, & cōstitutum, vt hic, & quam plura et de hac parte tertia sunt decisa. Et de eadem materia absolutionis & de eo. Rothomageñ. & suffraganeis loquitur decr. ad reprimendam, de offi. ord. Dicit autem Arch. se de libro domini Inno. quasdam glossas habuisse, quæ hic ponūtur ad litteram, Per hoc patet ꝙ Gul. in Specul.

de compe.iud.ad §.sequitur.in fi. maledicebat hanc decre. fuisse Alex.iv. Suspicor autem, ꝙ hic in principio decisum continebat id, qđ ibi habetur ante finē ver.item no.& propter id allegabatur pro tit. de foro compe. Et prima pars hoc intendit Archieps non est cōpetens iudex, cum excommunicatus ad petitionē partis sine appellatione petit absolui; vel alias de parte cōqueritur, cū nō suffraganeus, sed is, pro quo lata est snīa, illam defendere debeat. Si vero petat suffraganeum pro iniusta excommunicatione puniri, tunc est iudex idoneus. Idem si petat absolui à sētētia lata per suffraganeū procedentem ex officio. Io. And.

¶ Idem.

¶ Excommunicatos a subditis suffraganeorum, archiepiscopi non possunt absoluere, sed excommunicatos à suffraganeis vel officialibus bene, si ad eos appellatū fuerit h. d. Io. An.

CAP. VII.

VENERABILI-

¶ Istud c. legit vsq; ad §. porro.

CASVS Archidiaconus Pictaueñ vel archipresbyter, vel Abbas Monasterij Sancti Cypriani subditus Episcopo Pictauien. protulit in subditum suum snīam excommunicationis: excommunicatus dicit sententiam excommunicationis iniustam, vel non dicit iniustam, sed adiuit metropolitanum Archiepiscopū Burdega. vel eius auditorem omisso episcopo Pictau. vtrū possit metropolitanus cognoscere. an. snīa sit iusta, vel iniusta, vel absoluere ipsum excōicatum? Respōdet quod non, quia non est iudex, nec excōicatoris, nec excōicati. Idē si eps Pictauien. vel eius officialis excōicauit aliquem subditum suum, nam tunc archiepiscopus Burdega. non posset talem subditū absoluere, & hoc verum est, nisi fuerit appellatum ad ipsum archiepiscopum: nam tunc posset eum absoluere. Et iste est vnus casus in quo archiepiscopus hēt iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum. Sed quid si non fuit appellatum ad superiorem, vtrum possit metropolitanus cognoscere de iustitia, vel iniustitia excōicationis? Rñdet ꝙ non: nisi in duob. casib. qñ aliquis subditus suffraganei fuit excōicat⁹ ad instantiam partis, sed coram archiepiscopo Petit suffraganeum puniri de iniustitia iuxta c.sacro. eo. tit. in anti. Alius casus est, qñ episcopus suffraganeus nō processit ad instantiam partis; sed ex suo officio; in his .n. casibus potest excommunicatus conqueri de iniusta excōmunicatione suffraganei coram archiepiscopo. Not. primo, ꝙ archiepiscopus nō potest absoluere excōmunicatum a subdito suffraganei: quia non est iudex nec excōicati, nec excommunicatoris. No. insuper tres casus, in quibus metropolitanus cognoscit inter subditos suorū suffraganeorū. Primus, qñ fuit appellatum a suffraganeo, vel eius officiali. Secundus est, qñ subditus suffraganei fuit à suffraganeo excōmunicatus, & conqueritur de iniustitia excommunicatoris apud metropolitanū, vt metropolitanus illum puniat, iuxta c. sacro. e. tit. in antiq. Tertius casus est, qñ subditus suffraganei fuit excommunicatus ex offi. iudicis, & non ad instantiam partis. No. vlterius, quod archiepiscopus non potest adiri per viam querelæ, à subditis suffraganeorum, & sic patet, quod aliud est via querelæ, aliud via appellationis, de quo de offi. leg. ca. 1. No. finaliter quod Archiepiscopus non est iudex subditorum suffraganeorum, quod intellige per viam querelæ, & sic proprie loquitur iste textus. Dom.

[Prima

bus: a & infra. ¶ Ceterum Rothomagenſi b archiepiſcopo vel eius officiali, non licet excommunicatis ab archidiaconis vel alijs ſubditis c ſuffraganeorum ipſius archiepiſcopi (cum nec excommunicantium, nec excommunicatorum ſint iudices) abſolutionis beneficium impertiri, d excommunicatos autem ab ipſis ſuffraganeis, vel eorũ officialibus poſſunt abſoluere, ſi ab ipſis litigantib. ad eos † fuerit prouocatũ. e Neutra vero partium appellante, ſi qua ipſarũ per archiepiſcopum, vel eius officialem ab excommunicatione cõtra eam lata pro reliqua poſtulet ſe abſolui, vel alias coram eis de parte f aduerſa querimoniam ſine appellationis g interpoſitione deponat nõ eſt in hoc ab ipſis h (cum ſui nõ ſint iudices) audienda. Sed ſi excõicatus deponat apud eos đ ſuffraganeo, vt imponatur ei pęna, i & ꝓ ſuo intereſſe ſuper iniuſta excommunicatione querelam, audire vtique debent k eum: ſecus autem ſi conqueratur de ipſo, vt relaxetur huiuſmodi ſententia contra ſe ab eo pro alio l promulgata, quoniam tueri hanc cauſam non ad ipſum ſuffraganeum, ſed ad eum, pro quo eſt ſententia lata, ſpectat. Attamen ſi ſuffraganeus, vel extra iudicium pro ſuorũ defenſione m † iurium, vel etiam in iudicio ex ſuo procedens officio, † inquirendo videlicet, vel ſimile quid agendo aliquem excommunicet: in hoc caſu conueniendus eſt ipſe ſuffraganeus coram Archiepiſcopo, vel eius officiali; quia ipſius intereſt defendere cauſam ſuam. n

¶ *Archiepiſcopus in caſibus, in quibus iuriſdictionem habet, ante cognitionem cauſæ abſoluit excõmunicatum ad petitionem partis; uel ex officio, niſi dicatur excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel contumacia, & contumaciæ præſumptæ, & manifeſtæ ponit exempla. h. d. Io. And.*

¶ Porro archiepiſcopus vel eius officiales excommunicatos à ſuffraganeis, ſemper antequam audire cauſam incipiant, in caſibus in quibus, eis iuriſdictio cõpetit, iuxta Eccle-

[Prima gl. ſummat principium.]

a ¶ Venerabilibus.] Excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, archiepi non poſſunt abſoluere; ſed excõmunicatos à ſuffraganeis, vel officialibus bene, ſi ad eos appellatum fuerit, hoc dicit principium.

b ¶ Rothomagẽſi.] idem in alijs archiepiſcopis, ſup. eo. lib. de pœnis, Romana, & ſupra. eod. libro. de offi. ord. Romana in fine.

c ¶ Subditis.] ergo inferiores epiſcopis bene poſſunt excõmunicare, quod dic, vt 2. q. 1. nemo. ſup. de offi. ord. cum ab eccleſiarum.

d ¶ Impertiri.] niſi hoc habeat de cõſuetudine. ſup. eo. tit. & lib. Roma. 1 reſpon. in fine.

e ¶ Prouocatum.] ſeruato tamẽ eo, quod habes, inf. §. ſed ſi ex cauſa, & §. ſeq.

f ¶ De parte aduerſa.] non dicit de iudice; quia tũc ſecus, vt patet per ſequentia.

g ¶ Appellationis.] ſi enim appellaſſet. archiepiſcopus tũc eſſet competẽs iudex: eſt enim vnus de caſibus, in quo iuriſdictionẽ hẽt in ſubditos ſuffraganeorum no. ſup. de offi. ordi. paſtoralis.

h ¶ Ipſis.] Archi p̃o, vel officiali eius.

i ¶ Pœna. ſup. eo. ſacro. & c. cum medicinalis (eo. tit. & lib. ſup.)

ADDITIO. Vide quod dixi ſup. e. ſtatuimus. ſuper vlt. gl. Io And.

K ¶ Debent eũ.] quia tunc archiep̃s eſt cõpetens iudex, ſcilice rei. & ſic vna via permittitur, qđ alia prohibetur: quod dic vt infra de regulis iur cum quid.

l ¶ Pro alio.] ſecus. n. ſi ex officio, vt patet in prox. §.

m ¶ Defenſione.] vt s̃. c. proxi. & eſt ſimilis diſtinctio ſup. de appel cum ſpeciali.

ADDITIO. Vide. quòd ibi no. in gl. ſed qualiter. & s̃. eo. ſacro. ver. cumq; eo in .gl. Io. And.

n ¶ Cauſam ſuam.] & ante omnia illa abſoluetur, inf. §. 2. niſi in caſu. ibi poſito.

¶ PORRO. Iſte §. hoc dicit. In caſibus, in quib ſupra fuit dictum, iuriſdictionem deuolui ad archiep̃um, archiep̃s abſoluit excõicatum, anteq̃ de cã incipiat cognoſcere, & hoc niſi dicat̃ excõicatus pro manifeſta offẽſa, tũc nõ abſoluitur niſi facta ſatisfactione, hoc dicit. Iſte. §. legitur vſq. ad §. ſed ſi cauſa legitima, & in eo caſus ſic figuratur; Dictum fuit ſupra, quod ſi ſuffraganeus ſubditum ſuum excõmunicauit iniuſte iſte excommunicatus põt conqueri de iniuſtitia coram ſuperiore excommunicatoris in aliquib. caſibus videlicet cum ſit appellatum ad ſuperiorem, vel q̃n non fuit appellatum, ſed epiſcopus procedebat ex offõ ſuo non ad inſtantiam partis, vel ſi ad inſtantiam partis, ſed petit excommunicatorẽ puniri de iniuſtitia, iuxta c. ſacro eo. tit. in antiq. Sed queritur, vtrum Archiepiſcopus antequam excõicatum abſoluat, debeat inquirere de iuſtitia, vel iniuſtitia excommunicationis, puta ſi iudex à quo dicit excõmunicationem iuſtam: ita quod pẽdente litigio ſup iuſtitia vel iniuſtitia excõicationis remaneat excommunicatus, vel vtrum pendente illo litigio ſit abſoluendus? Reſpondet Rom. Pontifex, quod archiepiſcopus in omnibus prædictis caſibus ante ingreſſum debet excõmunicatum abſoluere recepta prius ab eodem cautione idonea de ſtando, & parendo iuri, & hoc verum, niſi excommunicator, vel actor diceret excommunicatũ pro manifeſta offenſa, quo caſu differt̃ abſolutio vſq. ad octo dies, ĩ. quos probaretur, quod eſt excõmunicatus pro manifeſta offẽſa, tũc enim nõ abſoluitur, alias abſolueretur, & hoc q̃n fuit appellatum à diffinitiua, vt meus epiſcopus condẽnauit me, & monuit ſub pęna excõmunicationis, vt ſoluerem. Titio aliquam pecuniæ ſummã inf octo dies. Certum eſt, quod epiſcopus debet expectare decem dies antequã me excommunicet, tamen ſi lapſis octo diebus me excommunicet, tenet excommunicatio, lapſis octo diebus appellaui, volo dicere, quod iniuſte fui condemnatus, & iniuſte excõmunicatus, peto corã archiepiſcopo me abſolui: Certe archiepiſcopus debet me abſoluere in principio litis. vel q̃n fuit appellatum ab interlocutoria ante diffinitiuã, vt epiſcopus me excõmunicauit pro ſuo iure defendendo, vt in capit. proxi. vel me monuit vt ſoluerem peccatori meo aliquam pecuniæ ſummã, adeo ſuperiorem, peto abſolui, certe ſum abſoluẽdus in principio cauſæ. Idem ſi fui excõicatus pro cõtumacia

† Amplia ĩ alio caſu not. vt per Abb. in c. ĩ litteris, de off. deleg. vbi vide omnino Deciũ.

1 Vide Abb. & Felin. in c. dilectus. cle. 1. ext. de reſcr.

† No. tex. ſcḋm Dom & Phi. facit. s̃. c. ꝓx. & no. in c. venerabilis s̃. de cenſi. vñ inferunt, qđ tunc poſſet excõicare ext. territoriũ, vide no. in c. nouit đ off. leg. & Innoc. c. ex pa. s̃. de ver. ſigni. Font.

† No. ꝙ q̃n agit̃ de iniuſtitia actus geſti ꝑ iudicẽ ex off. ꝓcedẽte, tũc ipſe, cũ eius principaliter interſit, citãdus eſt. gl. circa. fi. c. cũ ſpeciali. s̃. de app. vide Inn. c. hum lis. de maio. & ob. Bart. in l. 2. ff. de adult. Font.

siæ formam [a] debent absoluere: vtpote si post diffinitiuã fuerit excõicationis sententia promulgata, & ad eos † fuerit appellatũ: [b] exceptis casibus, [c] in quibus iura prohibent post sententiam appellare. Similiter si suffraganeus extra iudicium excommunicet aliquem pro eius offensa, vel pro sui defensione iuris, & sup hoc querimoniã ille ꝓponat, est ille primitus iuxta formam Ecclesiæ absoluendus; nisi suffraganeus probaturum se offerat, quod pro manifesta offensa excommunicationis eũ vinculo innodauit. [d] Idem est [e] etiam si quemquam

† al. ipsos.

macia dubia: & appellaui a sententia ad metropolitanum tanquam a sententia iniusta: quia volo probare, quod fui detentus iusto impedimento, nec potui venire ad iudicium, & sic non fui contumax: peto, vt iudex appellationis me absoluat in principio litis: certe sum audiendus. Secus si pateret, me esse ꝯtumacem: vel mea contumacia esset manifesta: tunc.n. non essem absoluendus, nisi solutis expensis, & præstita cautione de stãdo iuri. Sed quid ponamus, quod iudex fecit me citari, vt cõparerem in certo loco: sum certus, ꝙ inimici mei sunt absentes: sed tamen sunt de proximo reuersuri: vnde misi procuratorem ad me exonerandum, quod locus non est mihi tutus: vnde iudex assignauit mihi terminum ad illud probandum, quia in termino non comparui iudex me excõicauit. ego appellaui ab excommunicatione: nunc volo adire metropolitanum pro obtinendo absolutionem, & peto absolui, non sum audiendus. Sed ponamus, ꝙ iudex habuerit in se istã cautelam, quia pronunciauit illum locum esse tutum: non appellaui ab interlocutoria infra decem dies, postea reputauit me contumacem, & vt contumacem me excommunicauit: volo nunc adire metropolitanum pro obtinenda relaxatione ab excõicatione: & dico ꝙ locus non erat mihi tutus. Certe nõ sum audiendus: quia per interlocutoriam, a qua nõ appellaui, fuit decisum & terminatum principale. s. ꝙ locus est mihi tutus, & etiam accessorium, & teneor soluere expensas, anteq̃ sim absoluendus. [Formam, quę olim erat, vt excõicatus veniret ad Ep̃m ante fores Ecclesiæ, qui Ep̃s haberet secum duodecim sacerdotes: & debet excõicatus se prostrare ad terrã: Postea dicit ep̃s psalmum pęnitentialẽ, Miserere mei Deus, &c. Huiusmodi psalmo dicto, & totaliter finito Ep̃s accipit excõicatum per manum, & ponit eum infra ecclesiam, a qua fuerat expulsus: quia fuerat expulsus a cõione fideliũ. Nam Ecclesia dr̃ cõio fidelium in gratia existentium. Hodie autem nõ seruatur hæc forma, sed sufficit si ep̃s dicat, Ego te absoluo ab ista excõicatione absq; aliqua alia solemnitate. [Appellatum.] vt in notorijs, quia si in casu prohibito appellaretur, non fiet absolutio ante examinationem causę. (Offerat) infra octo dies, sup. eo. c. solet. in antiq. & durantibus illis octo diebus debet differri absolutio. (Protinus.) id est, prius cognoscatur, an sit contumax, vel non. (Minime.) Nam quis non dr̃ verus contumax, licet citatus dixerit nuncio, non comparebo. Sed si in iudicio dixerit, non comparebo, tunc est verus contumax. Not. primo, ꝙ cum excõicatus dixit excõicationem iustitiam. & pro relaxatione excõicationis adiuit superiorem, antequam probet excõicationem iniustam est absoluendus in principio causæ, nisi excõicator, vel aduersarius offerat se probaturum intra octo dies, ꝙ ipse fuit excõicatus pro manifesta offensa, & si probet qđ fuit excõicatus pro manifesta offensa, nõ relaxabitur nisi prius satisfecerit. Not. ꝙ citatus nõ comparens dicitur contumax præsumptus, qa præsumptio est, ꝙ spreuit venire ad iudicium, ex quo non venit, non tamen dicitur contumax manifestus, quia admittitur ad probandum contrarium, videlicet, quod fuit impeditus, & probato legitimo impedimento relaxabitur sine difficultate, Not. quod ille dicitur manifestus contumax, qui in iudicio dixit iudici, quod non compareret, & ideo non est amplius citandus, quia citatio fit, vt habeatur coniectura de animo citati, an velit comparere vel non. Secus si diceret extra iudicium, puta nuncio, ꝙ non cõpareret. Sed quæritur, quia certum est, ꝙ nuncio iurato creditur, si referat aliquem citasse: Sed quid si est dubium de mandato iudicis: quia dicit nuncius, quod habuit præceptum a iudice viua voce super p̃cepto iudicis, an credatur nuncio? Dicit Ioan. And. in nouella, ꝙ non: nam ponderare debemus illa super quibus iurat: quia iurat fideliter exequi mandata iudicis, & illa referre: non autem iurat aliud: ideo nõ est iuratus, nisi iudex dederit sibi præceptũ. Et ideo cautela est, quando quis impetrat citationem viuã voce, quod faciat illã redigi apud acta. Itẽ ponamus, quod nuncius siue executor dixit, quod citatus eum verberauit, vel citatus dixit, ꝙ non compareret, vtrum de istis credatur nuncio siue executori? Dicit Ioan. And. quod non, quia quantum ad ista non est iuratus, & sic regulariter creditur nuncio in ijs, quæ concernunt executionem suam, super qua est iuratus: in alijs autem non ei crederetur, ideo cautela est, quando citatus infert iniuriam nuncio citanti, quod vocentur testes. & petat instrumentum sibi fieri. Not. quod si alicui assignetur terminus ad probandum aliquam exceptionem dilatoriam, & infra illum terminum non probauit, & fuit excommunicatus, poterit coram iudice ad quem probare illam dilatoriam. Et sic habet locum etiam in interlocutoria illud commune dictum, non allegata in causa principali, allegabo in causa appellationis, non probata probabo. & non solum quando appellatur a diffinitiua.

a ¶ Formam.] sup. eo. cum desideres.

[Glo. se. quærit, ponit opinionem contrariam.]

b ¶ Appellatum.] post diffinitiuam sñiam, & post excommunicationem. 1 Et hic terminari puto dubitabilem quæstionem, qua quæritur ex decret. non solum s̃. eo. lib. de appel. an appellatio interposita post diffinitiuam infra decem dies reuocet per modum attentati excommunicationem medio tempore inter sententiã & appellationem latam, sicut reuocat alia attentata? Et per istam litteram est dicendum, quod non, imo est necessaria absolutio 2 de tali enim sententia loquitur ille §. & quod ita sit verum, patet quia excommunicatio aut statim valet, aut statim non valet; sed pone, ꝙ post latam diffinitiuam sententiam infra decem dies iudex excommunicat partem non parentem, postea illa pars non appellat, non est dubium, quod bene ligat si uero post sententia, speciale ergo fit in illa, ꝙ per appellationem sequentem nõ annulletur, licet male fecerit iudex exequendo infra decem dies, & excommunicando, cum tolleret ibi beneficium iuris s. appellandi, quod esse nõ debet, j̃. de reg. iur. indultum. Alij dicunt 3 hoc esse immutatum per decret. non solum, quæ est posterior, quod non credo ratione prædicta.

1 Quia per appelationẽ non suspenditur excõicatio. sup. de off. ord. ad reprimẽda. Io. And.

2 Idem Gul. in Spe. de ap. §. de off. uer. si uero post Io. And.

3 Io. Mona. hic & inf. eo. tit. is cui. §. fina.

c ¶ Casibus.) quos uide sup. eod. lib. de app. Romana §. si autem.

ADDITIO. dicit Io. Mona. ꝙ licet illis casibus non relaxeretur excommunicatio, iudex tamen appellationis postquam cognoscere incępit, an sit recipienda appellatio, inhibere poterit, ne dicta excõmunicationis sententia executioni mandetur, ut ibi.

d ¶ Innodauit.) sup. eo. solet & dabitur terminus octo dierum ad hoc probandum, ut ibi.

e ¶ Idem est.) s. ꝙ primitus debet absolui, ut dr̃ in fine.

(Gl. seq. reci. per q. an captus a priuato, &c.)

a ¶ Captus.)

a ¶ Captus.] sic sup.de pig.c.significante, & quod dicit captus, intelligere possumus etiam a priuato: quia ex quo venire non potuit, non fuit contumax: ergo nec ex communicandus, 11.q.3. nemo episcoporum, sed quo ad restitutionem expensarum bene distinguitur, an a iudice, an a priuato captus fuerit, vt in primo casu non condemnetur ad expensas: secundo sic: quia habet regressum ꝯ illum priuatum capiētem. ff. si quis cau.l.2. in fi. & l.3. & intelligas, captus, non sui procuratione, & dolo: vt in d.l.2. ad fi. ADDITIO. Et probatur per clemen. de pæn. multorum. ver. illis. Io. And.

¶ Per viā supplicationis, restōnis in integrū, appellationis. Dom. Font.

b ¶ Impedimento.] puta valetudine, tempestate, vi fluminū. [sicut fuit quarta die Ianuarij, & pluribus sequētibus in flumine Rheni currentibus annis Domini MCCCXXXV. quod ita creuit, quod pluribus diebus transiri non potuit.] Multa impedimenta videre potes. ff. si quis cautio l.2. & 4. Et quod dicit de impedimento: idem dic si alia rationabilis causa p̄ter impedimentum subesset: puta quia ꝓbabiliter credebat terminum prorogatum supra de in integrum restit. ex litteris.

c ¶ In iudicio. 1] quia si extra iudiciū hoc dixerit, secus, sicut nec nocet cōfessio extra iudicium facta, quod dic, vt s. de confes. ca. vlt. vnde per hoc videtur, quod si nuncio citanti dixerit se nolle 2 venire, & nuncius sic retulerit: non propterea dicatur vera contumacia, & facit qđ dixi supra de confes. cap.2.

1 Pet. de Anc. remittit ad nota. cle. 1. de do. & cōtu. nō. n au thē. q semel. C. quo & qn iudi. gl. probat Fel. c. cōsuluit. 5. col. de off. deleg. Fon.

2 An negans velle ꝯparere semper dicatur ꝯtumax, vide Dec. in ca. consuluit de of. dele. & Abb. & alios in c. cū parati. de appell.

d ¶ Offensa.] supra de verb. sig. ex parte, & c. cum olim.

e ¶ Tutum.] iusta erat excusatio, si vera fuisset, supra de appell. ex parte. sup. eo. lib. de priuileg. cum personę. cum sim. [s. eod. lib. de off. deleg. statuimus. 2. Io. An.]

f ¶ Decendium.] sic sup. de elect. cum dilectus. ad fi. transit igitur interlocutoria in rem iudicatam, si ī. decem dies non fuerit appellatum quo ad partem: sed nō quo ad iudicem, quod dic, vt sup. de appel. cum cessante. Io. And.

pro præsumpta contumacia (videlicet, quia citatus præfixo sibi termino non comparuit) excommunicatione constringat, quia si sic ligatus ꝓposita querimonia † petat ab Archiepiscopo se absolui, siue quando suffraganeus ex suo processit officio, siue quando est ad ipsum Archiepiscopum ante sententiam diffinitiuam appellatum, & ab aduersario proponatur, quod absoluendus non sit, nec pandi ei debeat iudicij aditus, nisi prius expensas restituat, & iudicio sisti exhibeat cautionem: Ipseq; respondeat, quod recte cōtumax reputari non debet, pro eo, quod in itinere captus,[a] vel etiam alio impedimento[b] detentus in termino comparere nequiuit: tunc protinus sibi iuxta formam ecclesiæ beneficium debet absolutionis impendi. Secus autem si se contumacem confiteatur, vel alias de contumacia sua constet: quia forte prædixerat in iudicio,[c] quod minime cōpareret: tunc enim (cum manifesta sit contumacia, & manifesta reputetur offensa)[d] nō est ei) nisi primo expēsarum satisfactione, ac de stādo iudicio cautione p̄stita) absolutio impēdēda. ¶ Et hoc ipsum est in similibus obseruandum: sicut si aliquis ad certum locū citetur, & ille proponat ipsum non esse sibi tutū,[e] & iudex postea in eum (quia non probauit hoc, nec comparuit) sententiam excommunicationis promulget: nam tūc si excōicatus ipse ad superiorem appellet, & ante omnia se ab eo petat absolui, (cum probare corā eo velit ipsum locum non existere sibi tutum) in hoc est procul dubio audiendus: cum pręsumpta solummodo eius contumacia videatur. Sed si iudex pronunciasset locū illum esse idoneum & securum, & ille non comparuisset, ac ideo excommunicasset eū dem: ipse postmodum sup hoc (nisi post latam interlocutoriam infra decendium[f] prouocasset) nullatenus audiri debet.

¶ Excommunicatio lata post appellationem interpositā ex causa probabili, non statim pronunciatur nulla, sed fieri potest relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat de veritate causæ cognoscere. Idē si dicatur lata per intolerabilem errorem: & in contrarium error ille probabiliter defendatur. Io. And.

¶ Sed si ex causa legitima seu probabili quis appellet: puta quia locus nō est tutus, & post appellationem huiusmodi excommunicatione ligetur, ac deinde constet superiori, quod ad ipsum, ex tali causa extitit prouocatū, non tamen illico[g] pronunciare debet excommunicationis sententiā fore nullam, sed potest eam ad cautelam iuxta formam Ecclesiæ relaxare.

¶ SED SI. CASVS. Dictum fuit sup. §. proxi. quod si quis dicat excommunicationem iniustam, & petat absolui a superiore, est statim absoluēdus. Sed ponamus, quod iudex me citauit, vt cōparerē in aliquo loco mihi non tuto, quia ibi sunt inimici mei capitales: Vel si sint absentes, tamē scio veraciter, ꝙ statim sunt reuersuri: misi procuratorem meum ad me exonerandum, & proponēdum istam exceptionem declinatoriam, ꝙ locus non est mihi tutus: iudex assignauit mihi in personā procuratoris mei terminum perēptorium ad probandum illam dilatoriā: produxi aliquos testes, & probaui meam exceptionem: hoc non obstante iudex pronunciauit illum locum esse tutum: ab ista sententia appellaui legitime: post illam appellationem iudex me excōicauit vel forte me excōicauit ante appellationem, sed in excōicatione sua expressit errorem intolerabilē: ego adiui superiorē, & corā eo petij sententiam excōicationis declarari nullā: vtrū iudex superior debeat statim me absoluere, & dicere sententiam nullam; Respondet ꝙ non, sed debet me absoluere ad cautelā: & si quatenus absolutione īdigeam. No. quod excōicatio lata post appellationē legitimā, est nulla. Not. cum quis dicit sentētiam nullam, debet hoc probare, pendente tñ probatione pōt excommunicatus absolui ad cautelam.

g ¶ Illico.] ante. ꝗ de nullitate pronunciet, oportet ꝙ doceatur de veritate causæ appellationis, nec sufficit ad hoc pronunciam-

¶ Si certū est excōicationē esse iustam, fit remissio, si certū est eam iniustā, non fit, si est dubium, fieri pōt relaxatio, sed honestius est remittere, tenet tamen relaxatio vbi archiepiscop⁹ est iudex, licet non fiat remissio. h. d. Io. And.

¶ Sane si certum est excommunicationis sententiam esse † iustam, velut cum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata, superior iudex (nisi periculum sit in mora (excōicatum ad excōicatorem prorsus remittere debet, nec debet [a] eū absoluere, nisi excōmunicator requisitus malitiose illi absolutionis beneficiū deneget exhibere [b] Si vero cōstet huiusmodi sententiam esse iniustam, nequaquam remittendus est ad suum excommunicatorem excommunicatus: sed dēt sine difficultate aliqua mox absolui. Quòd si dubitetur, vtrum iusta sit, vel iniusta, superior (nisi excommunicatori deferat) relaxare iuxta formā Ecclesiæ potest illam, quā quam honestius, & conuenientius agat, si ei deferat in hoc casu. Vbi autem superiori competit [c] de excommunicatione cognoscere, absolutio seu relaxatio, quam ipse fecerit, tenet, licet forsitan sit iniusta: quoniam etsi contra ius litigatoris, non tamen contra ius cōstitutionis [d] absoluit.

† al. fore.

¶ Archiepiscopus in casibus, in quibus excommunicare potest, si consuetudo habet, emendas pecuniarias exigere potest. hoc dic. Io. And.

¶ Denique à subditis suffraganei emendas pecuniarias † potest archiepiscopus secundum consuetudinem regionis exigere in casibus, in quibus ei licet eos excommunicationis vinculo innodare. [e]

¶ Summatur sup. in §. Sed si ex causa, ibi videas.

¶ Potest quoque archiepiscopus beneficium absolutionis iuxta formam Ecclesiæ nonnūquam impendere ad cautelam, vtpote si asseritur in excommunicationis sentētia in-

eiandum, quòd ostendat se ex causa legitima appellasse, ad idem sup. de appel. interposita. in prin.

Casus litteralis domini Hel.

¶ SANE. CASVS. Iste §. Legitur vsq; ad finem c. & in eo casu sic figuratur, Episcopus Pictauien. excommunicauit aliquem suum subditum, & excōicatio est iusta: quia fuit excōicatus pro manifesta offensa, excōicatus vult adire archiepiscopum Burdega. pro obtinenda eius absolutione, vtrū archiepiscopus Burdegalen. possit talē absoluere. ac si excommunicatio esset iniuria? Rñdet q non: sed dēt eum remittere ad excōicantem episcopum. vt eū absoluat, facta prius satisfactione. Si autem cōstaret archiepō, q dicta excōicatio eēt iniusta, tunc statim deberet absoluere, & remittere ad excōmunicatorem; quod verum est, nisi talis remissio fieret ad cōfutationē excōicatoris, quia aliqui iudices malunt sententiam suam iniustam retractari per alios, q̄ per se. Sed si dubitet, an sit iuste, vel ī iuste excōicatus, debet eū relaxare: nec tenet remittere ad excōicatorē, nisi velet deferre excōmunicatori: quia posito, q aliquis est cōtumax, iudex potest illum excōmunicare. Sed vtrū poterit eum multare, & punire pœna pecuniaria? Respōdet, quòd sic, & iste est verior intellectus: licet aliqui dicant, q iudex ecclesiasticus nō debet imponere multā nisi id habeat cōsuetudo, sed cōsuetudine nō potest aliquē multare. Communis tamen opinio doctorum est, q iudex potest contumacem multare; siue id habeat cōsuetudo, siue non tñ non debet esse facilis ad imponendam multam, sed illam debeat conuertere in pios vsus Sed ponamus, q excommunicatus dixit archiepiscopo, quod sententia excommunicationis à suo suffraganeo lata est nulla: quia continet errorem intolerabilem, vt si dicat excommunicator, qui talis noluit talem occidere, vel dedit eleemosynā tali pauperi, eum excōmunicamus, excōmunicator vero asserit illam excommunicationem esse iustam, vtrū Archiepiscopus statim debeat excōmunicatū absoluere priusquam sibi constet de nullitate snīæ? Rñdet q non, sed eum potest absoluere ad cautelam. Idē dicendum, si excommunicatus dixit se excommunicatum post appellationē legitime interpositā, tunc archiepiscopus illum absoluet ad cautelam, si & in quantum absolutione indigeat, priusquam cognoscat de meritis causæ. [secundum consuetudinem.] istud non refertur ad emendam, sed ad casus, in quibus iurisdictio pertinet ad archiepiscopum, siue de iure, siue de cōsuetudine. [tribuebat.] puta si dicat excommunicator cū alias monuerimus sub pęna excommunicationis canonice, & competenter talem Titium, ne tali pauperi daret eleemosynam: hoc tamen non obstante dedit eidem pauperi eleemosynam: ea ꝓpter ipsum Titium ob hanc causam in his scriptis excommunicamus. Verumtamen licet istud prima facie appareat iniustum, potest tamen esse iustum; quia iste pauper forte est rebellis, & non potest cōuinci nisi illo modo, scilicet necessitate famis.

a ¶ Nec debet.] tamen si absoluerit, tenet absolutio, vt inf. §. vbi autem.

† Pet. d Anc. hic remittit ad 23. q. 5. cō si vos. 21. q 5. si quis cum f liber. q non est ī li. meo. & an Eccla possit exigere pęnas conuētionales š de arbi. cle. dilecti. For. 1 Vide Peru. in c. qōne de app. & Fe li. in c. qd̄ su p his, de fide instru.

b ¶ Exhibere.] sup. eod. per tuas, sup. de offi. delega. cum contingat, & c. prudentiam.

c ¶ Competit.] Si igitur non competeret, non teneret absolutio propter defectum iurisdictionis, vbi competit, tenet licet iniusta, 1 sicut & iniusta excommunicatio. 11. quæstio. 3. cap. 1. par enim ius dominus esse voluit ligandi, & absoluendi. de pęniten. d. 1. verbum.

d ¶ Constitutionis.] ad idem. 2. q. 6. diffinitiua. & sup. de re iudi. cum inter.

ADDITIO. Io. Mo. alleg. ff quæ sen. sine appe. re. l. 1 §. Item cum, & ff. de tuto. & cur. dat ab his, l. scire ꝯ. Io. And.

e ¶ Innodare.] excommunicatio enim non est pœna sed medicina quædam, supra eodem capitulo 1. ante ergo quam excommunicet pro satisfactione delicti in absolutione vel post pęnam pucuniariam imponere poterit, quod facit ad ea, quæ no. sup. de pœnis. licet. Io. And.

ADDITIO. Pęnam pecuniariam imponere post absolutionem est honestius, quam id facere in absolutione, ne obstet decr. ad aures. de simo. & vide quod ibi dixi super verbo, contrarium, vbi etiam allego. 49 constitutionem Concilij generalis, cuius mentē posui de accus. sicut olim. Io. And.

a ¶ Inter

tolerabilē[a] errorē fuisse patenter expressum, id est, aliquid sub vi præcepti vel mādati aperte ī ea cōtineri, quod cōiter, vel in suo genere est peccatū, veluti si dicat forte aliq̃s se a suffraganeo excōmunicatum fuisse pro eo, q̃d eleemosynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in se bonum est, aut quia non operabatur id, quod suo actu illicitū est & prauū: & suffraganeus ipse asserebat, quod pro digna, & rationabili causa, vel pro conseruanda vel exequenda iustitia[b] hoc illi prohibuisset, vel etiam iniunxisset: nam tunc archiepiscopus ad cautelam † absoluere[c] potest eum.

¶ *Summarium habes sup. in §. Sed si ex cā, ibi vide.*

¶ Similiter[d] si aliquis proponat se ante diffinitiuā sententiam in iudicio, vel extra, post appellationem ex causa legitima interpositam, vinculo excommunicationis astrictum; potest archiepiscopus postquam[e] sibi de hoc constiterit (etiam priusquam[f] incipiat de veritate causæ appellationis cognoscere) absolutionis illi beneficium ad cautelam iuxta formam Ecclesiæ impertiri.

¶ Alexander IV.

¶ *Iudex ecclesiasticus cōpellit iudicem laicum repellere excommunicatos ab actibus iudiciarijs sibi prohibitis, h. d. Io. And.*

CAP. VIII.

DEcernimus, † vt iu

a ¶ Intolerabilem.] 11. q. 5. si is qui præest. & quomodo hoc intelligatur. Vide sup. eo. per tuas.

b ¶ Iustitia.] sicut si præcepisset, vt hominem percuteret, & dicit se hoc fecisse pro exequēda iustitia; vel propter delictum suum prohibuerat eū dare eleemosynam, sicut etiam interdum ob hoc q̃s prohibetur ab oblationibus 17. quęst. 4 c. miror. vel propter delictum illius, cui eleemosynā tribuere volebat; quia vtilius panis esurienti tollit, quā & c. 5. q. 5 non omnis. Io. And.

c ¶ Absoluere.] alias vbi ita replicaretur denunciaret sententiam nullam, sup. e. per tuas.

d ¶ Similiter.] quod hic dicit, dixerat s̃. eo. §. sed si. ex causa. ADDITIO. Scilicet duo addit, quæ dixi in tex. in vlt. gl. Io. And.

e ¶ Postquam.] De hoc not ꝙ necesse est prius constare appellatum, quādo fieri hēt relaxatio ad cautelā de excōīcatione, quæ dicitur lata, & post per hoc iam obtinui ī causa, quo petebatur absolutio ad cautelā excōmunicationis, q̃ dicebatur lata post appellationē legitimam, & eod. die lata fuerat excōicatio, & interposita appellatio: nec apparebat, quæ primo dicebant enim quod petens habebat hoc necesse probare. s. q̃d prius appellatū fuerat, licet non habeat necesse probare veritatē causæ quia illa probata nō absolueretur ad cautelam, imo pronunciaretur nulla sententia, s̃. eo. per tuas, de off. deleg. cum contingat & ita est verum per hanc litteram, tunc ergo iudex appellationis absoluet ad cautelam, quando constat, quod post appellationem lata est sententia excommunicationis, nec adhuc constat de veritate causæ.

ADDITIO. De hoc per Innoc. & Host. eo. tit. per tuas Io. And.

f ¶ Priusquam incipiat. Plus ergo potestatis habēt in hac absolutione ad cautelam, quam in inhibitione, quam facere non possunt, nisi prius incipiant cognoscere de veritate causæ appellationis interposi, tæ ante diffinitiuā, quod dic, vt sup. eo. lib. de appell. Romana. §. quod sim.

DEcernimus. Commode non diuiditur sec. Ioan. And. Decernit tñ qui sunt cogēdi, qua pœna, per quem, qua forma, & ad quid, & hoc trimembre est.

¶ Et de hac decr (eam tñ non allegādo) fecerat mētionem Abb de excep. pia. dicens ꝙ Alex. iij. statuerat etiā in sæculari foro tales repellendos, & hæc decre. fuit pars illius, quia nonnulli. sup. de immu. eccl. eo. lib vt ibi dixi. in prin. Io. And.

¶ Iudex Ecclesiasticus per censuram ecclesiast. pōt iudicem sæcularem compellere, vt in materia peccati ius canonicum obseruet, & faciat obseruari. h. d.

¶ Pro intellectu huius c. est præsupponendū, ꝙ cum excōicato maiori excommunicatione nō est communicandum, & peccant excōicantes q̃nque mortaliter, q̃nque venialiter. mortaliter, quando excōicatus fuit publicatus: venialiter, quando nondum fuit publicatus. Item repellitur excommunicatus a iudicio, inquantum actor, cap. intelleximus, de iudi. in antiq. ī ca. pia. de exce. eo. lib. Item repellitur a testificādo ab officio aduocationis, & alijs actib⁹ quibuscunq; tendentibus ad suum honorem & commodum. CASVS. Titius excōmunicat⁹ maiori excōmunicatione; fecit me conueniri coram iudice sęculari (qui forte eram laicus), coram quo iudice sæculari mihi obtulit libellum in scriptis cōcludentē cui ꝑ me petijt tñ de, ri die aduenie te. ego excipiendo proposui, ꝙ eidem libello non tenebar respōdere eo, & ꝑ eo q̃ Titius actor erat excōmunicat⁹ maiori excōicatione. Titius excommunicatus replicando proposuit quod ista exceptio excommunicationis nō erat admittenda in foro sęculari: vnde iudex sæcularis nō curat de ista exceptione; Sed nō obstāte ea vult me compellere ad respondendū libello ipsius excommunicati, nunquid est mihi prouisum de aliquo remedio? Rñdetur ꝙ sic; nā debeo adire iudicē ecclesiasticum, s. epm loci, vt ipse moneat sub pęna excōicationis dictum iudicem sæcularē, vt admittat istā exceptionē in foro sęculari, & si nō admittat monitione præmissa, ipsum excōicabit. Idē de aduocato, vt si aduocatus mei aduersarij sit excōicat⁹ maiori excōicatione, possum ꝯ eū proponere exceptionē excōicationis, & si iudex sęcularis nolit illā exceptionem admittere, possū adire epm, vt illū moneat, quatenus in suo foro sęculari admittat istā exceptionē. No primo ex hoc c. ꝙ excōicatus nō pōt esse in iudicio, vt actor, de hoc in dictis c. intelleximus, & c. pia. alleg. In aliquib. tñ casibus pōt esse in iudicio tamquam actor, vt q̃n dixit se iniuste excōicatum. No. ꝙ excōicatus non pōt esse aduocatus c. possessionē. sup. de proba. nec procurator, nec notarius, & in effectu ī quibuscunq; actib. iudicialib. repellitur. No. ꝙ excōicatus nō pōt ferre testimoniū. No. ꝙ exceptio excōicationis pōt ēt proponi in foro sæculari, nō solū ī iudicio ecclesiastico. Et istud nō solū procedit de iure canonico, sed ēt de iure ciuili, vt no. Bart. in l. placet. C. de sacros. eccl. sed tñ hodie in foro sæculari istud non seruatur. Sed nō video, q̃uo iudex secularis, qui potest repellere actorē excōicatum ab agendo, & nō repellit, sed cū eo cōicat, possit euitare maculā peccati mortalis. Glo. hic quærit vtrū excōicatus possit facere testamentū; gl. arguit ꝑ & ꝯ, & postea inclinat in hanc partem, ꝙ excōicatus non potest facere testamentum. quæ decisio glossæ non placet: Doctoribus

† Et q̃n quis deat absolui ad cautelā, vide ꝑ Abb. ī c. veniēs de testib.

† Et quod ille qui dicit se excōicatū post appellatiōnē, deāt hoc tp̃s probare, vide ꝑ Areti. & Feli. ī c. cū tu de testib. Not. primo, ꝙ iudex ecclesiastic⁹ p̃t cōpellere iudicē laicū vt seruet iura canonica cōtra laicos disponentia in materia peccati: quia peccatū ē cōicare excōicatis. Not. secundo hic tres act⁹ iudiciales, q sunt prohibiti excommunicatis. Do.

† Vide Feli. in c. vlt. ext. de except.

bus. Sed communis opinio Doctorum est, quod excõicatus maiori excõicatione potest facere testamentum, quia speciale est in aliquibus casibus a iure cõi expressis, vt quis non possit facere testamentum: ergo ius cõe est in ɔtrium. Vtrum notarius excommunicatus possit conficere instrumentum testamenti? Rñdetur, quod non.

¶ Glo. prima fortificat textũ, & allegat trisa similia.

a ¶ Sæculares.] certũ est, quod potestas sæcularis minor est ecclesia stica sup. de ma o. & obedien. solitæ & ei subesse: vt ibi. & 96. di stin. duo sunt. [& clemen. de iureiur. Romani. de re iu. pastoralis. ad fi. ver. nos tam.] & ideo cẽsura ecclesiastica coerceri potest, vt sequit. Et quid cõtineatur noĩe censuræ, habetur sup. de verb. sig. quærenti. & concor. ad hanc decre. sup. eo. lib. de fo. cõpe. c. 2. & de iureiu. licet, sup. de excep. c. 2. Io. And.

b ¶ Canonica.] 24. q. 3. de illicita. 12. q. 2. c. indigni. ʃ. de senten. excom. sacro. & illa recte dicetur canonica de qua cauetur ʃ. c. proxi. 2. responso.

[Gloss. seq. ampliet tex. in vno, in secundo remittit.]

c ¶ Agendo.] & reconueniendo, quia sicut nec agere, sic nec recõuenire potest supra de excep. cum inter prio rem. A defendendo autem non repellitur, vt supra de iud. Intelleximus. ratio ibi patet. Et quid de impetrando. vidisti sup. eo. lib. de rescrip. c. 1.

d ¶ Patrocinando.] ecclesia ergo priuat aliquem (interdum perpetuo, interdum ad tempus) officio postulandi & concord. supra de hæret. si aduersus, & c. excommunicamus. §. credentes, supra eod. lib. de pœnis. felicis. §. quod si quis ad fi. & procedit hoc etiam interdũ ex alieno delicto, vt ibi. & sunt isti partim de ordine non postulantium, quia etiam pro se postulare nõ possunt in agendo. de quo dic, vt 3. q. 7. §. tria. Est autem postulare desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere, vt ibi. & ff. de postul. l. 1. & intellige hoc non solum in aduocatio, sed etiam in procuratore. sup. de prob. post cessionem si enim non auditur pro se, multo minus pro alio 4. q. 6. omnibus. ad hoc sup. eo dilecto.

[Gl. seq. primo tex. coadiuuat, secundo quærit, & circa id dat quatuor remissiones, arg. pro opi. ponit ad quã inducit textum pro, & contra, tertio quærit, & ponit opinionem pro & contra, & tertiam distinguentem.]

e ¶ Et testificando.] excommunicatus ergo (maiori intelligas) testificari non potest 1 sup. de testi. veniens in 2. in fi. vnde si dicatur excõicationis sententia nulla, in defectum probationum consueuerunt absolui ad cautelam, At ibi vides, quod non potest testificari. Sed nũquid excõicatus poterit testari? 2 De hoc per Innoc. de do. & contu. veritatis per Host. (& Archi.) de excep. pia per Gar. & (Io. Mona.) de vsur. quamquam per Gul. in Spe. de instru. edi. §. compendiose. cir. a prin. & videtur, quod licet ista iudicialia prohibeantur, extra iudicialia non sicut sup. eod. solet. ad fin. secundum Host. & Gar. testari non potest, quia separatus est a communione ecclesiæ, & separato a communione Ecclesiæ omne beneficium ex legibus descendens interdicitur. & Guli. sequens Innoc. & Pet. de Samp. tenet sup. de excep. pia, quod potest testari, & Pet. de Vndalla tenuit opinionem Host. & Gar. & hoc propter periculum cõionis cum excommunicato, cui communicandum nõ est, denegatur. in Auth. de priuileg. do. hære. mu. nõ præstan. §. antepe. & actus legitimi eis interdicuntur. vt hic, & est similis ʃm eos deportato, qui est intestabilis. ff. de testa. eius cui. §. 1. arg. pro & contra. supra de hære. excommunicamus. §. credentes. Quid dices de tabellionatu: nunquid instrumentum confectum per excommunicatum valet? Vr valere. argu. prædi. §. credentes vbi dr de excommunicato, quod si satisfacere cõtempserit infra annũ, ex tunc instrumẽta per ipsum confecta non valent: ergo a contrario prius, id est, ante annum confecta valebant, licet esset excõicatus. Alij contra pro quibus optime. 3. q. 4. nullus. ibi, nullus anathematizatorum suscipiatur: nec a quoquã credantur quæ ab eis dñr, vel conscribuntur. supra eod. nouerit. Al j, vt Host. & Gul. dicunt, quod quãdiu eius excommunicatio est occulta, valet instrm ab eo confectum, vel si sit manifesta: nec potest probari, argu. ff. de offi. presi. Barbarius. 3. q. 7. §. tria. C. de test. l. 1. sup. de re iud. ad probandum de excep. pia. §. si vero secus si sit notoria. de excep. exceptionem, de cohabita. cler. & mu li. vestro. sicut enim ibi notorius concubinarius suspensus est quoad se, & quoad alios: ita notorie excõicatus tabellio, & prætor publice nunciatus, repellitur etiam ab extra iudicialibus. inf. eo. licet. Io. And.

ADDITIO. Excommunicatus an post absolutionẽ testificari possit, prolixe tractat hic Archi. de quo satis. 4. q. 1. in fum. & dixi plene post Innoc. sup. de testi. testimonium, cuius Innoc. opinio hic placet Archi. ibi. vide, quod hic dixit. Io. And.

dices sæculares [a] per censuram ecclesiasticam ab ecclesiasticis iudicibus, canonica [b] monitione præmissa, repellere excommunicatos ab agendo, [c] patrocinando, [d] & testificãdo [e] in suis curijs, & iudicijs compellantur.

¶ Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi.

¶ Non valet excommunicatio lata in participãtes, nisi fuerint moniti nominatim. Et canonica monitio dicitur, quæ habet dierum interualla: nisi necessitas facti aliud suadeat. hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. IX.

CONSTITVTIO

Onstitutionem.] Sunt duæ partes. Prima declarat constitutionem Innoc. secunda ibi: Statuimus. dat formam monitionem, & vnum casum excipit ibi. Nisi. Io. And.

¶ Emanauit præsens cap. ad declarationem cap. statuimus, sup. eod. tit. & lib. vbi dicitur, quod licet participãtes cum excommunicatis maiori excommunicatione, incurrant minorem excommunicationem, & peccent mortaliter tamen non possunt ratione illius peccati ex communicari, nisi prius fuerint moniti canonice, & debite, vt desistant a participatione.

¶ Istud capitulum declarat, quæ dicatur canonica, & debita monitio.

CASVS. Dictum fuit in d. c. statuimus, quod antequam excõicator excõicet participantes cum excommunicatis a se, debet illos monere canonice: alias nulla esset excõicatio. Sed quæritur, quæ dicatur canonica, & debita monitio? Respondet, quod illa monitio dr canonica in illo casu, quando fuerunt participantes moniti nominatim, vt desisterent a participatione, & sic non valeret monitio generalis: Nam dicit textus, quod monitio debet fieri nominatim. Item debet esse trina, idest facta tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus, & illæ trinæ monitiones debent habere interualla aliquorum dierum, & non in continenti, nisi causa rationabilis suaderet, vt illa fieret absque aliquo interuallo dierum, vt si quis moneatur, vt restituat vxorem alicuius, vel desistat a participatione ipsius, si daretur interuallum dierum iste detinens vxorem interim teneret eãdem licet iniuste, & infra illud tempus non posset excommunicari ideo debet arctari tempus, vt infra diem vel tempus restituat, forte intra 24. horas, vel alium diẽ vel tempus. [Non tenere.] huc vsque durat tenor illius constitutionis. [In hoc casu.] ponderetis ista verba in hoc casu, quia facit ad multa, vt dicam statim. Not. primo

Iurisdictio sæcularis minor est eccle siastica.

Etiam quod excõicatum hoc in Spe. de teste l. ver. sed nunquid excõicatus & er seq. Io. And.

Vide Ant. Gabrielium 4. cõtum. sup. n. tit. de testa. conclu sio. 1. Excõicatus an pos sit instra cõ ficere.

mo ex hoc, vt dicatur monitio canonica in casu c. statuimus, alleg. debent moniti nominatim exprimi in monitione. Sed qualiter intelligitur illud? Respondet Hostien. ꝙ intelligendum est, quando monens intendit aliquos excōicare nominatim, debet etiam illos monere nominatim, vt si iudex intēdit excōicare Petrum, debet illū nominatim monere, sed si iudex nō intendit excōicare nominatim, sed solum in genere: sufficit monere in genere hoc modo: Monemus sub pœna excōmunicationis oēs parochianos talis Ecclesię: ne tali excōicato maiori excōicatio ne participent seu cōmunicent. Si postea inuenio Petrum participasse cū ipso, non possum excommunicare nominatim, sed solum generaliter, & in confuso. Veruntamen glos. tenet contrarium: & mouetur per hæc verba hic posita: in hoc casu, quia textus intendit inducere specialitatem in hoc casu, & tamen non esset aliqua specialitas in hoc casu, si prædicta opinio esset vera, ideo dicunt moderni, quod in hoc casu, siue excommunicator intendat excommunicare generaliter siue nominatim; debet nominatim monere hoc modo. Moneatis tales, vt desistant a participatione. Not. ꝙ tres monitiones, quæ debent præcedere excommunicationem, debent habere interualla, nec possunt fieri continue, & ad minus inter quamlibet monitionem debent esse duo dies: ex quo iste textus loquitur in plurali, & si fiat vna monitio peremptoria, pro minori debet continere sex dies, pro hoc est glos. in l. properandum. C. de iudicijs. l. ad peremptorium. ff. de iud. potest tamen excommunicator ex causa abbreuiare illud tempus: vnde potest dicere: Moneo te, vt infra tres dies desistas a tali participatione: & hoc pro primo edicto & si non desistas, moneo te secundo, vt desistas: & elapso termino poterit dicere, Moneo te tertio, vt desistas. Quibus tribus terminis elapsis, poterit illum excōmunicare, vel si velit se expedire vnico contextu, poterit dicere: Monemus omnes, & singulos parochianos vnica monitione canonica, & peremptoria pro omnibus, vt desistant infra sex dies a participatione. Quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio, & peremptorio termino assignamus.

¶ Etiam litteris, vt vult gl. hic, & vide Frā. Aret. l. 1. ff. de uerbo. ob. c. lex. diuina. 27. q. 2. & nutu dicimus loqui ēt ubi lex expresse meminit de uerbis. ca. cum apud de spon. Fō.

Not. arg. ꝙ allegans statutum in iudicio, debet totū illud edere. sic facit hic Greg. de decret. Innoc.

Not. effectum declarationis; quia tollit dubium, qđ erat in dispositione præcedenti, & sic declarans nihil addit. Dominicus.

11. q. 3. quoniam multos sup. eo, quod in dubijs. & cap. seq. Et sm Guli. & Gar. [& Io. Mon. & Hug. in d. c. quoniam multos.] incurrit quis minorem excommunicationem mittendo nuncium, vel litteram excōicato, ac si ille personaliter loqueretur. ad hoc supra eo. lib. de elect. vbi periculum. §. nulli. 1 Ipse. n. loqui videtur, nūcium mittendo, vel litteras. ff. de constitu. pecu. l. & licet.

ADDITIO. Fac. 27. qō. 2. lex diuina. in princ. palea est. Ioan. And.

1 Iste §. loq... tur de excōi... catione maiori: sed sic... æquiparātur loqui, vel nū... cium mittere, vel litterā, Io. And.

nem [a] felicis recordationis Innocētij [b] Papæ IV. prædecessoris nostri, quæ prohibet participātes †ex communicatis ea participatione, [c] quæ solam minorem [d] excōmunicationem inducit, monitione canonica nō præmissa, maiori excōmunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis sententiam non tenere: [e] ad tollendum omnem ambiguitatis scrupulum [f] declarantes; Decernimus, ita demum esse monitionem canonicam in hoc [g] casu, si alijs rite seruatis [h] eos, qui monētur, exprimat nominatim.[i]

¶ Statuimus [k] quoque, vt iter monitiones, quas (vt canonice promulgetur excommunicationis sententia) statuunt iura præmitti: iudices siue monitionibus tribus vtantur, siue

[Prima glos. summat.]

a ¶ Constitutionem.] Non valet excommunicatio lata in participantes, nisi fuerint monitij nominatim, Et canonica monitio dicitur, quæ habet dierum interualla, nisi necessitas facti aliud suadeat. h. d.

b ¶ Innocentij.] sup. statuimus.

[Gl. seq. distinguit duplicem participationem, & soluit quæstionem.]

e ¶ Participatione.] denotat, ꝙ est quædam participatio, quæ inducit maiorem. s. quę in crimine fit sup. eod. si concubinæ. & c. nuper. & alia, quę inducit minorē, vt cum quis participat scienter excōmunicato maiori in locutione, osculo, mensa, & similib. Et ab hac excipiuntur certæ personæ: vxor, filius seruus, & alij, de quibus

d ¶ Minorem.] de ipsius effectu habetur 3. qō. 4. Engeltrudā. & sup. de except. a nobis. Ioan. And.

e ¶ Non tenere.] idē in suspensione, & in terdicto. ĵ. eod. statutum.

f ¶ Scrupulum.] hoc dicit: quia ante istam constitutionem si iudex monebat in genere, ꝙ nullus communicaret, dicebant quidam talem monitionem canonicam, alij contra, quod dubium hæc constitutio declarat.

g ¶ In hoc casu.] s. quando propter participationē vult participantes excommunicari maiori.

ADDITIO. Quasi diceret, ꝙ alias bene potest fieri monitio generalis. sup. de off. ordin. si sacerdos. sup. de Iudæ. & si Iudæos. in fi. de vsu post miserabilem. vide concor. s̃. eo. tit. & lib. Romana. §. caueant. super gl. pone exemplum. Io. And.

h ¶ Seruatis.] s. ꝙ inseratur causa super qua fit monitio: & ꝙ sint pręsentes, per quos possit probari: & quod sint ibi interualla sup. eo. sacro. & ĵ. eo. c.

[Glo. seq. dicit primo, quæ sit nominalis monitio secundo ponit opinionem, quam non approbat: tertio quærit: arg. pro, & soluit contrarium.]

i ¶ Nominatim.] s. proprijs nominibus expressis, vel alijs indubitabilibus circumstantijs, quæ habeant vicem proprij nominis. ff. si cert. pet. l. certum sup. testib. licet 2. sup. eo. lib. eo. tit. c. 2. Idem si dicat, moneo filium Petri: cum ille vnicum filium habeat. ff. de lib. & posthu. l. 1. & instit. de exhære. liberorum. §. nominatim. secus si duos haberet, quia tunc neuter eorum monitus videtur, vt ibi. Dicunt tamen quidam, 2 ꝙ hæc decretalis locum habet qñ singulares, & nominatę personæ excōicantur, quia tunc requiritur monitio specialis: si aūt generaliter ferretur sententia tunc dicunt sufficere generalem: & sic adhuc remaneant antiqua iur. sed tutius est dicere, ꝙ hodie in genere excōicatio in participātes ferri non possit, & sic sit sublatum, ꝙ dr̃ s̃. eo. quod in dubijs, in fi. Sed valebit ne monitio, si iudex generaliter monet omnes de collegio, vel vniuersitate? Et vr̃ ꝙ sic: quia tantū valet generalis monitio quoad omnia, quātum specialis quoad quædam ff. de admin. tut. si duo in fi. & quia semper generalibus specialia insunt. vt ff. de reg. iur. semper in generalibus, sed contrarium est verū Guil. hic per hanc constitutionem, & secundum eum si ignorat nomina illorum de conuentu, cogat rectorē conuentus, vel vniuersitatis ad indicandum sibi illa nomina. ff. de cond. ob tur. cau. l. 4. §. fi.

Monitio ... do dicatu... nominatim facta.

2 Scilicet Ho... stiē. sup. eo... tit. & lib. st... tuimus. qu... excuso, qui... nō vidit ha... decretalem... Sed Gar. cti... super hoc... dicit hāc op... nionem iu... consonā. li... cet ꝯria sit... curior. Ioa... And.

ADDITIO. Simile, quod no. sup. eo. li. de conces praeb. si capitulo in prin. 6. gl. Io. And.

K ¶ Statuimus.] Sic cōstrue: statuimus quoque, vt iudices siue monitionibus utantur, siue vna pro omnibus, obseruent aliquorum dierum competentia interualla inter monitiones, quas iura permitti faciunt, vt sentētia excommunicationis canonice promulgetur.

a ¶ Vna

a ¶ Vna pro omnibus.]dicit ergo iudex interdum: monemus te pro prima: qua finita monet pro secunda: qua finita monet pro tertia, &c. Interdum vna monitione facit tres: monemus te, ꝙ vsq; ad diem talem pro primo: talem pro secūdo: talem pro tertio, &c. Interdū vnam tantum dat dilationē, vt monem⁹ te, ꝙ vsque ad talem diem ꝑ primo, secūdo, & tertio perēptorio a cōmunione talis &c. & hoc vltim. casu est interuallum inter monitionem, & sententiam.

Ponit tres formas trinę monitionis.

†Tex. pro Inno. c. 1. de cōsti. dicēte, ꝙ ob cas⁹ emergentes, licet trāsgredi leges, ꝙ dictū allegauit Bal. l. 1. de prec. Imper. offert Do. Fon.

ADDITIO. Secundum Guli. & Gar. & Arch. d. Sed Io. Mon. dicit, quod hoc non consonat litteræ. Io. Andr.

vna [a] pro omnibus, obseruent aliquorum dierum cōpetentia [b] interualla; Nisi facti necessitas [c] aliter ea suaserit moderanda. †

Idem in eodem.

¶ Relaxatio ad cautelam in generali interdicto non habet locum hoc dicit. Domin.

b ¶ Cōpetentia.) hoc iudex moderabitur pro personarum, & negotij qualitate, sup.]de app. cum sit Romana. de offi. deleg. de causis.

c ¶ Necessitas.] vt quia partes sunt ad rixam vel arma paratæ: nec curāt monitiones epi. ff. de vsuf. l. æquissimū. interdum. n. nec locus, nec tps patit plenius deliberare consilium. ff. de exer. act. l. 1. 1. responso.

ADDITIO. Et quandoque res celeritatem desiderat. ff. de dam. infec. l. 1. Io. Andr.

PRæsenti.]Breue est, nec eget diuisione vel summa: licet multum egeret notione rationis, vt in glo. Et est sciendum, ꝙ Guli. hic quasi viderit integram, & Archid. post eum dicunt, ꝙ quidam asseruit se post appellationem excommunicatū, & interdictum in vxorem, familiam, & terram suam prolatum, petijt ad cautelam absolui ab excommunicatione, & prædictum interdictum relaxari. Respondetur: quod generale interdictū in loca vel terram, non relaxatur ad cautelam. Et ex hoc not. Gui. speciale in vxorem, & familiam relaxari posse, vt in gl. pen. Io. And.

CASVS. Dictum fuit sup. c. venerabilibus, isto tit. & lib. ꝙ quādo quis dixit excōicationem ꝯ se latam esse nullam, & petit relaxari ab excōmunicatione ad cautelam, quod ipse est audiendus. Sed ponamus, quod aliquis fuit interdictus, non autem excommunicatus: & dixit interdictum nullum, petendo relaxari ad cautelam: vtrum sit audiendus? Respondet quod non: quia relaxatio ad cautelam non habet locum in interdictis, sed solum in sententia excommunicationis: sed differetur relaxatio interdicti vsq; ad finem causæ. Not. primo, quod relaxatio ad cautelam appellatur beneficium, & sic non videtur, ꝙ iudex necessitetur ad hanc relaxationem, de quo sup. eo. solet. No. secundo, quod interdictum dicitur generale, quando refertur ad locum generalem. vide de ver. sig. cum in partibus. Dom.

[Glossa prima obijciendo quærit: tres opiniones ponit, quas reprobat, & soluit.]

d ¶ Declaramus.] Not. quod quidam olim contrarium dicebant, & pro eis faciebat: quia excommunicatio, & interdictum paribus passibus ambulare videbantur ad hoc supra de appel. ad hæc quoniam. sup. eo. cum medicinalis sup. eod. Romani. in princ. & c. venerabilibus in princip. isto eo tit. & lib. ī. eo. statutum. & cap. is cui cum similibus vnde sicut excommunicatio potest tolli ad cautelam, vt supra ca. solet & ca. venerabilibus. §. sed, & si. §. penult. & vltim. sic de interdicto videbatur: imo multo magis: quia per interdictum plurimum puniuntur non obnoxij: sed per excommunicationem non sic sup. eo. tit. & li. Romana in fi. unde potius uidebatur in eo, quam in excommunicatione subueniendum: quia ēt plures ligat, & plura bona tollit: & quia alias sunt paria, ī. eo. is cui. supra eo. c. 1. Quæ ergo fuit huius iuris ratio? Reprobatis aliorū solutionibus: quorum quidam dixerunt, sic placuit Gregorio, q̄ reprobatur per hoc verbum, declaramus. Alij dixerunt hoc factum, vt magis timeret censura ecclesiastica. Tertij, ne finis vnius negotij alterius sit exordium. C. de fruct. & lit. expen. terminato. (Vide de do. & contu. cap. finem in fi. glo. sed nūquid.]cum hęc ratione non roborentur: Dic 1 quod hoc statutum est propter cōmunionis periculū in excōmunicato, ergo ad aliorum cautelā fit hęc absolutio. sed in participatione interdictorū non est tantū periculum, & ideo secus: vnde etiā interdicti tempore quædam sacramēta ministrātur, & īterdum celebrantur, sup. de sponsa. non est uobis, de pœnit. & remi. ꝙ in te. supra eod. responso. & c. permittimus. ī. eod. quoniam. & ca. ult. Sed contra supra de appel. ad præsentiam, ubi ad cautelam excommunicato datur absolutio. Vnde dic, ꝙ ideo aliud in excōmunicatione quam in interdicto, quia excōicatio est mortis æternæ damnatio, & ideo festinare debemus, ut mortuus & à Christo separatus per excōmunicationem, redintegretur Christo per absolutionem. Maioribus. n. malis debet syncera charitas subuenire 50. dist. ut constitueretur. In interdicto autem non traditur quis satanæ, nec est ibi tantum periculum, & ideo nec tantum festinandum. Et etiam ratione, quia in interdicto uolunt iura unum pati pro reliquo, in excommunicatione secus, ut supra dixi. Præterea excommunicatio non potest suspendi, nisi in totum relaxetur, & ideo in ea locum habet absolutio ad cautelam; interdictum potest suspendi, & ideo non est necessaria relaxatio ad cautelam. sup. de app. ad hæc quoniam.

Relaxatio interdicti ad cautelā quare nō hēt locū, sicut relaxatio excōicationis.

1 Vide Fel. in c. Apost. extra. de excep.

CAP. X.

PRæsenti generali declaramus [d] edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, [e] quo ad interdicti sententias, in ciuitates, castra, vel quælibet alia loca siue terras aliquas generaliter [f] promul-

[Glo. seq. ponit 12. casus in quibus est excommunicatio nulla.]

Excōicationis sñia ī quibus casib. dicatur nulla.

e ¶ Ad cautelam.] quod fit in excommunicationis sententia tunc, quando dicitur nulla, ut si post appellationem legitimam. Secundo, si continet intolerabilem errorem, ut sup. eod. tit. & lib. venerabilibus. cum si Tertio in casu supra eo. tit. & li. statuimus. Quarto si dicat, quod iudex non erat is, qui tulit sententiam. de cōsue. c. 3. de priuileg. cum olim, Quinto, si a iudice suo lata est, sed excōmunicato. 24. q. 1. audiuimus, & ca. aperte, Sexto, cum qs excommunicatur a delegato contra delegantis intentionem, sup. de præbend. cap. ult. & supra de priuileg. auctoritate. eod. lib. Septimo, si ab intruso, uel a iurisdictione suspenso, 12. quæstion. 2. c. alienationes. Octauo, si feratur a uiolante interdictum hominis. supra de exces. præla. tanta 1. Nono ubicunque prælatus subditum excommunicat contra priuilegij sui tenorem. supra de priuileg. cum capella. & ca. quanto. Decimo, secundum quosdam, quos sequor in casu supra de exces. prælat. cum ad quorundam. Plures ex his casibus comprehenduntur sub quarto. Vndecimo, si feratur a delegato impetrato ab excommunicato in casu non permisso supra eo. lib. de rescrip. cap. 1. Et adde nouum casum supra eo. lib. de of. ord. quia plerique.

2 Istos octo notauerat Host. s̄. eod. solet. duos sequētes posuerat hic Gar. Io. Monac. & Frā. addebat casū. s̄. eo. li. de of. or. Roma. in fi. Sed dic ut ibi no. Io. Andr.

(Glo. seq. remittit, quærit, & soluit.)

f ¶ Generaliter.) quid sit generale, habes sup. de uerb. sig. cum in partibus. Quid si feratur non generaliter in loca, sed specialiter in personam? 3 D. c, quod bene poterit fieri relaxatio ad cautelam. Argumen. a contrario istius literæ, quia specialiter interdicto omnia sacramenta negantur ante absolutionem, & sic idem, quod in excommunicato.

3 Idē si gñaliter, puta ī uniuersitatē, uel collegiū, secūdū Fon.

ADDITIO. Idem scilicet, ꝙ tunc possit fieri absolutio ad cautelam, tenent Guli. Gar. Cle. Pi. Boat. Ioan.

Mona. & Archidia. Ad hoc ſup. eo. venerabili. per quam decre. hoc tenuit Innoc. ſup. de appel. ad hæc quoniã. in 1. gl. ſcilicet ꝙ fiebat abſolutio ad cautelam in interdicto. ſicut in excommunicatione: quod intellige de interdicto perſonæ, non loci per hanc decre. Io. And.

a ¶ Non habere.] vnde ſi id fiat, nõ valebit relaxatio, p hanc literam, & eſt ſimile ſupra de ijs quæ vi, metuſue, cauſa fiũt. cap. vnico. eo. li. Idẽ Gar. Ioan. Mon. & Archid.

QVicunque.] Iſta decretalis, vt dicit. Io. A. habuit breuiloquũ dictatorẽ, ita, quòd multa ipſius mẽbra vix poſſunt breuius ſummari: propter, ꝙ gloſsã nõ ſummauit, tamẽ ipſam diuidendo poteſt dici vt in rubro.

ADDITIO. Et dicit. Fran. ꝙ quia multi prælati timebãt quãdoque exercere cenſuram propter grauamina, q̃ eis vel ſuis inferebantur: ideo edita fuit hæc conſtitutio. Io. And.

¶ Dans licentiam occidendi, vel capiẽdi, vel grauandi excommunicatorẽ, vł illũ, ad cuius inſtantiam fuit lata excõicatio, incurrit ſentẽtiã excommunicationis ipſo facto, niſi re integra licẽtiam datã reuocaret: & ſi excõicationẽ ipſam p duos menſes ſuſtinuerit: ab ea abſolui non poterit, niſi a Papa. h. d.

gatas, locum aliquatenus non habere.[a]

Idem in eodem.

¶ *Primo excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in perſonis, vel rebus ſuis, vel ſuorum exercentes contra aliquos eccleſiaſticam cenſuram, vel exerceri facientes, vel illam ſeruantes. Secundo ibi. Eãdem pœnam prorogat ad vtentem, vel motu proprio id agentem. Tertio ibi, Qui autem pœnam aggrauat. hoc dicit. Io. Andr.*

CAP. XI.

¶Nec per hoc,quod proprietatem vsus, & rei cuiusque dominium à se abdicasse videtur simplici vsui omnis rei renunciasse conuincitur:qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum,in vtendo prȩbet vtentibus nihil iuris; quinimo necessariarum rerum,tam ad vitę sustentationem, quam ad officiorum sui status executionem(excepto quod de pecunia infra subiungitur)moderatus vsus, sed secundum eorum regulam & veritatem omnimodam cōcessus est fratribus : quibus rebus fratres licite vti possent durante concedentis licentia,& iuxta id,quod in prȩsenti serie continetur : Nec his obuiare dignoscitur, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humane constituit; videlicet non posse vsum, vel vsumfructum a dominio perpetuo † separari: quod ne dominium dominis (semper abscedente vsu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit. Retentio namque dominij ta-

†l.omnium ff.de vsufru. l. antiquas C.cod.Fon.

nij talium rerum cum concessione vsus facta pauperibus, non est infructuosa Domino: cum sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna, quæ tanto sibi censetur vtilior, quāto commutat temporalia pro æternis. Profecto non fuit confessoris CHRISTI regulam instituentis intentio: quinimo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium viuendo seruauit: cum & ipse temporalibus ad necessitatem vsus fuerit, & in pluribus locis in regula vsum talem licere fratribus manifestet.

Dicit namque in regula, quòd clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt Breuiaria: ex hoc patenter insinuans, quòd fratres sui habituri essent vsum Breuiarij, & librorum, qui sunt ad dininum officium opportuni.

In alio quoque capitulo dicitur, quòd Ministri, & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales solicitam curam gerant secundum loca, & tempora, & frigidas regiones, sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad otium euitandum, dicit, quòd de mercede laboris pro se, & suis fratribus corporis necessaria recipiant.

In alio quoque capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemosynis confidenter. Habetur † etiam in eadem regula, quod in prædicatione, quam fratres faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi, annunciando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam. Sed constans est, quod hæc præsupponunt scientiam; scientia requirit studium, exercitium vero studij conuenienter haberi non potest sine vsu librorum. †

† Vide conc. Trid. ses. 5. de refor. c. 2

† Libri sunt ad scientiā necessarij vide Old. cōs. 84. incip. An expediat habere multos lib.

Ex quibus omnibus satis claret ex regula, ad victum, vestitum, diuinum cultum, & sapientiale studium, necessarium rerum vsum fratribus esse concessum.

Patet itaque sane intelligentibus ex prædictis regulā quo ad abdicationem huiusmodi, non solum obseruabilem, possibilem, & licitam, sed meritoriam, & perfectam, & eo magis meritoriā, quo per ipsam professores ipsius magis à temporalibus propter Deum (sicut prædicitur) elongantur.

¶ Ad hæc cum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint, etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipsis offertur, conceditur, vel donatur, ea (si secus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter credatur intentio, vt rem huiusmodi oblatā, cōcessam, vel donatam perfectè concedat, donec aufērat, à se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum, nec sit persona, in quam loco Dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat, quam sedes præfata, vel persona Romani Pontificis CHRISTI Vicarij, qui pater est omnium, & Fratrum Minorum nihilominus specialis. Ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium, cum patri filius suo modo, seruus domino, & monachus monasterio res sibi oblatas, concessas, vel donatas acquirant omnium vtensilium, & librorum, ac eorum mobilium præsentium, & futurorum, quæ & quorum vsumfructum, scilicet ordinibus, vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem, & dominium † (quod & felicis recordationis Innocentius Papa. Quartus prædecessor noster fecisse dignoscitur) in nos, & Romanam Ecclesiam plene, & libere pertinere hac præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus.

† De hoc dominio, vide extra. Io. 22. inci. ad cōditorē canonū tit. d̄ ver. sig. & extrau. Quorūdam eod. tit.

¶ Præterea loca empta de eleemosynis diuersis, & oblata, seu concessa fratribus sub quacumque forma verborum (licet fratres sibi cauere debeant, quòd huiusmodi verbis statui suo incompetentibus nō vtantur) à diuersis, seu pro indiuiso possidētibus, seu certas partes in ipsis locis habētibus, in quibus ipsi possidentes pro indiuiso, seu certas partes habentes, nihil sibi in oblatione, seu concessione huiusmodi reseruarint; similiter, & in ius, & dominium ad proprietatem nostrā, & Ecclesiæ prædictæ eadem auctoritate suscipimus.

Loca verò, seu domos pro habitatione fratrum à singulari persona, vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda, seu etiā offerenda (si talia de voluntate cōferentis fratres inhabitare contigerit) perseuerante tantum voluntate concedentis inhabitent.

Ac illa libere, præter Ecclesiam, & oratoria ad Ecclesiam destinata, & cœmeteriū (quæ tam ad præsentia, quàm ad futura in ius, & proprietatem nostram, & prædictæ Romanæ Ecclesiæ simili modo, & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittant, in quorum locorum dominio, seu proprietate nihil nobis, vel præfatę Romanę Ecclesię retinemus omnino: nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanę Ecclesię recipian-

cipiantur assensu, & si in eisdem locis reseruauerit dominium sibi in concedendo concedens pręter inhabitationem fratrum, speciale † dominium in ius Ecclesiæ sæpe dictæ non transeat, sed potius plene liberum maneat concedenti.

† al. tale.

¶ Insuper nec vtensilia, nec alia præter eorum vsum ad necessitatem, & officium sui status executionem (non enim omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est) ad vllam superfluitatem, diuitias, seu copiam, quæ derogat paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo, vt ea distrahant, siue vendant, recipiant, nec sub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occasione: quin immo in omnibus appareat in eis quo ad dominium omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas.

Hoc autem secundum exigentiam personarum, & locorum, Ministri & Custodes simul, & separatim in suis administrationibus, & custodijs cum discretione disponant; cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circumstantię plus minusve, ac aliter prouideri requirant.

Ista tamen sic faciant, quòd semper in eis, & eorum actibus paupertas sancta reluceat; prout ipsis ex eorum regula inuenitur indicta.

¶ Ceterum cum in eadem regula sit sub præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se, vel per alios, denarios, vel pecuniam vllo modo; idque fratres in perpetuum seruare cupiant, & velut iniunctum necesse habeant adimplere, ne ipsorum puritas in huiusmodi obseruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulentur: Articulum istū propter detrahentium morsus profundius, quam nostri prædecessores fecerint, assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes: Dicimus in primis, quod fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere (ipsorum statu considerato) non liceat, † possunt tamen ipsis pro satisfactione facienda pro eorum necessitatibus, quę pro tempore occurrerint (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri cōmode tunc non posset) citra cuiuslibet obligationis vinculum dicere, quod per eleemosynas, & alios amicos fratrum ad solutionem huiusmodi faciendam intendant fideliter laborare.

† Quia ibi dr̃ meo sittuū, q̃ pronomē fratri Minori nō cōuenit, & hāc d uisionē, circa pecunia apprebat. cle. exiui. ibi vide a §. porro vsque ad §. proinde. Fen.

Quo casu procuretur à fratribus, quòd ille, qui dabit eleemosynam, per se, vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit: Sed ab eo potius iuxta suum beneplacitum assumendum, huiusmodi satisfactionem faciat in totum. vel in partem, prout sibi Dominus inspirabit.

Si tamen ipse hoc nollet facere, vel nō posset, vel quia recessus eius immineat, aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habet fidelium personarum, seu quacumque alia occasione, vel causa, declaramus, & dicimus, quod in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius obseruantia maculatur, si fratres ipsi alicuius, vel aliquorum sibi curent dare notitiam, vel aliquos, seu aliquem nominare, aut etiam præsentare, cui vel quibus: si eleemosynam facienti placuit, committi possit executio prædictorum, ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infrascriptis. Ita tamen, quod penes ipsum dantem, dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ, cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, plene, libere, ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem, seu dispensationem, nec contra personam nominatam, vel non nonatam ab eis, cuiuscumque conditionis existat in iudicio, vel extra, actionem, persecutionem, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercumque persona prædicta in commissione huiusmodi se habeat, licet tamen fratribus suas necessitates insinuare, ac specificare vel exponere personæ prædictæ, ac eam rogare quod soluat.

† Possint etiam personam eandem exhortari ac inducere, quod fideliter in re commissa se habeat, & animæ suæ saluti in commissa sibi executione prouideat. Ita tamen, quod ab omni eiusdem pecuniæ administratione, seu dispensatione, & contra prædictam personam actione, seu persecutione (vt prædictum est) fratres abstineant omnimodo.

† Quid de hr̃dib. talis psonæ, vide j. eo. §. eo. casu Fon.

Si verò personam huiusmodi nominatā, vel nō nominatā à fratrib. (quo minus per se possit exequi, quod pędicitur) contigerit per absentiā, infirmitatē, voluntatē, seu locorū distā tiā, ad quæ ipsa nollet, accedere, in quib. esset solutio, seu satisfactio facienda, vel per occasionē aliā impediri, liceat fratribus cū cōsciētiæ puritate quandam aliā personā subrogandā ad præmissa in nominando, & alijs (si ad pri-

primum dantem non possint vel nolint habere recursum) cum ista persona facere, sicut supra proxima declarauimus eis licere cum prima. Duarum enim personam ministerium per viam subrogationis (vt dictum est) communius & generalius videtur posse in prædictorum executione sufficere: cum prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamen (vt interdum dictum est) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, & conditiones seu circumstantias alias, casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotij qualitatem (seruato modo prædicto) plures personas assumere, nominare, seu præsentare ad istud ministeriū exequendum.

¶ Et quia oportet & expedit fratrum necessitatibus, non solum illis, pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda (vt superius proxime dictum est) sed etiam imminentibus siue tales necessitates ingruentes immineant, quæ breui tempore expediri valeant, siue tales (licet paucæ comparatiue) quarum prouisio ex sui conditione necessario tractum temporis habet, vt in libris scribendis; ecclesijs seu ædificijs ad vsum habitationis ipsorum construendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & alijs similibus, si quæ occurrerint, cum moderamine supradicto salubriter prouideri. Sic in istis necessitatibus clare distinguimus: sic in eis fratres posse tute, & salua conscientia procedere declaramus: videlicet vt ingruenti, vel imminenti necessitate, quæ breui tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circumstātijs non sic breui (vt supra in proximo casu dictum est) valeat expediri, tam quo ad dantem eleemosynam, quam quo ad nominatum vel substitutum, in omnibus & per omnia (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus præteritis faciendæ supra proxime declarauimus) procedatur.

In ea vero necessitate quantumcunq; pręsentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate sui (vt prædicitur) tractum temporis habet annexum: † quia in eo casu verisimile est, quod tum ratione distantiæ locorum, quę expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret: tum etiam circumstantiarū ipsius necessitatis ratione pensata, frequenter casus acciderent: in quibus ad exceptionem necessitatis huiusmodi oporteret, quod per diuersas manus, & personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata: quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutum ab eo, & tertium etiam ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatū, habere notitiam: declaramus, & dicimus, qđ in hoc articulo, præter dictos duos modos in necessitatibus pręteritis, & ingruentibus, quę possint breui tempore, vel interdum non breui (vt supra exprimitur) expediri (vt pręduximus) obseruandos, ad obseruandam ipsius regulę, ac professorum eius omnimodam puritatem.

† al. innexum.

Quod si pręsto sit eleemosynæ huiusmodi elargitor, vel eius nuncius, qui possit hoc facere, & velit: expresse illi prædicatur a fratribus, quod sibi placeat (vt dominio talis pecuniæ cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam, penes ipsum semp̱ vsq; ad cōuersionem † ipsius in rem deputatam libere remanente, vt in alijs duobus casibus superius dictum est) per quorumcunque manus pecunia seu eleemosyna ipsa tractetur, siue personas ab eo, vel a fratribus nominatas, totum suo consensu, voluntate ac auctoritate procedat; quo assensum suum prębente pręedictis, secure fratres re empta, vel acquisita de illa pecunia, per quemcunque (iuxta modum annotatum superius) vti possint.

† Quo probatur illa, vide Bart. in l. ciuitas. ff. si certū pet. Doctores authen. hoc ius porrectū. C. de sacrosanc. eccle. Font.

¶ Ad maiorem autem pręedictorum omnium claritatem, hac in perpetuum valituræ prouisionis serie declaramus, quod fratres (pręfatis modis, vt pręedicitur, circa pecuniā in supportandis eorum pręteritis, & ingruentibus necessitatibus obseruatis) non intelligantur nec dici possint per se, vel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam, vel professionis sui ordinis puritatem: cum manifeste pateat ex præmissis, ipsos fratres non solum a receptione, proprietate, dominio, siue vsu ipsius pecuniæ: verum etiā a cōtractatione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitus alienos.

In eo vero casu, quando (antequam ipsa pecunia in licitum rei habendæ, vel vtendæ commercium sit conuersa) concedentem pecuniam mori contigerit, si concedens in concedendo dixerit, vel expresserit, quod persona deputata pecuniam ipsam in necessarium vsum fratrum expenderet, quicquid de ipso concedente, viuendo, vel moriendo cōtingeret, siue concedens huiusmodi hæredem relinquerit,

querit, siue non possint fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro ipsa pecunia expendenda recurrere, † sicut poterãt ad ipsum dominum concedentem.

† Obseruatis modo & forma. §. ita tñ. §. eod. Font.

Quia vero puritatem ipsius ordinis intima cordis affectione zelamus: cum in prædictis casibus ad determinatã necessitatem (vt prædicititur) per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari possit a fratribus, quod si quid de pecunia ipsa (habita necessitate determinata) supererit, consentiat ipse concedens, quod residuum præfatæ pecuniæ in res alias pro alijs ipsorũ fratrum prædictis necessitatibus conuertatur: quo non consentiente prædictis; ipsum residuum (si quod fuerit) restituatur eidem. Caueant tamen fratres, quod solicite se coaptẽt, vt non plus scienter cõcedi consentiant, quã verisimiliter æstimari possit rem necessariam, pro qua pecunia ipsa conceditur, valituram.

† Al. ita: Et quia in prædictorũ, &c.

Et quia † prædictorum seriosa expositione a dante, vel recipiente de facili posset errari, vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, simplicitati aliquorum simplicium, saluti animarum hinc inde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu a sane intelligente percipitur, præsentis ac in æternum valituræ constitutionis serie lucidamus: volentes illum ad communem deduci notitiã, videlicet, quod semper quando pecunia fratribus ipsis mittitur, vel offertur (nisi expresse permittentem, vel offerentem aliud exprimatur prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa: Non enim verisimile est aliquem eleemosynæ suæ sine expressione modum illum præfigere, per quem & donãs merito, vel † illi, quorum necessitatibus intẽdit per donum huiusmodi prouideri, † vel effectu doni, vel suæ conscientiæ puritate fraudentur.

† Al. & illi.
† Al. prouidere.

Legata sibi relicta an posśit fratres agnoscere. Vide §. ad nostram. in cle. exiui. & quæ ibi dicat Cardi. in sua gl. in verbo. Secundo q̃ro & Bart. in suo tract. Mino. Font.

¶ Ad hæc, quia fratribus ipsis interdum in vltimis voluntatibus sub diuersis modis nõ nulla legantur, nec expresse, quid de his agendum sit, in regula, vel prædecessorum nostrorum declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterum, prouidendo legantibus, & fratrum conscientijs præcauendo; Declaramus, ordinamus & dicimus, quod si testator modum secundum quem fratribus (eorum conditione inspecta) recipere non liceret, exprimat in legando, vt si legaret fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquẽdo seruaret: a tali legato, & ejus receptione per omnem modum fratres abstineant.

Si vero modum licitum fratribus in legando testator expresserit, vt si diceret: lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc quod per certam personam, vel personas idoneas distrahantur, pecunia de rebus ipsis accepta, in ædificia, vel alia fratrum necessaria conuertatur: aut in legando similibus modis, vel verbis vtatur.

In hoc casu illud in omnibus, & per omnia (consideratis eorum necessitatibus, & moderaminibus supradictis) quantum ad fratres seruari decernimus, quod per nos est superius in concessis pecuniarijs eleemosynis declaratum. Ad quæ legata soluenda tam hæredes testatorum, quam executores se liberales exhibeant: † Et etiã prælati & sæculares, quibus de iure, vel consuetudine prouisio ista cõpeteret (cum expedierit) se ex officio suo prõptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum regulæ congruos intendimus prouidere, quod hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorũ destituatur intentio: ac ipsi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur: Si vero fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur, in hoc legato sic indeterminate relicto, in omnibus, & per omnia intelligi ac seruari volumus, & in perpetuũ præsenti constitutione iubemus, quod supra in pecunia seu eleemosyna fratribus indeterminate oblata, vel missa, voluimus, ac expressimus obseruari: videlicet, vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita quod nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

† No. q̃ iudex sæcularis interponit se circa legata pia Font.

¶ Quia vero libros, & alia mobilia, quib. tam ordo quam fratres vtuntur, quorum dominium (cum non sint dominij aliorum) ad præfatam Ecclesiam specialiter spectare dignoscitur, interdum cõtingit seu expedit vendi: vel etiam commutari, fratrũ vtilitatibus. & eorum conscientijs prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vsum fratribus licet habere, de Generalium, & Prouincialium Ministrorum in suis administrationibus coniunctim, vel diuisim auctoritate procedat, quibus etiam de dispositione vsus talium rerum concedimus ordinare.

Si

Si vero res huiusmodi æstimato pretio vendi contingat, cum fratribus ipsis per se, vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus, & volumus, quod talis pecunia, seu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vsum fratribus licet habere, per † procuratorem à prę fata sede, vel à Cardinali gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis, & ingruentibus ordinatum.

† Tales procuratores reuocantur per extr. ad conditorem. §. rursus. Fon.

De vilibus † autem mobilibus vel parum valentib. liceat ex pręsenti nostra cōcessione fratribus (pietatis, seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta, & rationabili causa) obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia, iuxta quod inter fratres in Generali, vel in Prouincialibus capitulis, tā de ipsis rebus vilibus, seu parum valentibus, & earum valore, quam præfata licentia, s. à quibus, & qualiter sit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem alijs elargiri.

† Quō cōsideratur vilitas rei, gl. est in verbo, vilitas, in cl. exiui, co. Fon.

Licet † autem contineatur in regula, quod fratres habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse instituentis intentio, quod necessitate cessante pluribus nō vtantur: declaramus quòd possint fratres de licentia Ministrorū, & Custodum coniunctim, & diuisim in administrationibus sibi commissis, cum eis videbitur (pensatis necessitatibus, & alijs circumstantijs, quæ secundum Deum, & regulam attendendæ videntur) vti pluribus: nec per hoc videantur à regula deuiare, cū etiam in ipsa dicatur expresse, quòd Ministri, & Custodes de infirmorum necessitatibus, & fratrib. induendis solicitam curam gerant, secundum loca, & tempora, & frigidas regiones.

† Vide cle. exiui. §. pterea & extr. quorūdā. §. 1 primis. Fon.

Et quamquam prædicta regula contineat, quòd de fratribus induendis, & necessitatibus infirmorum Ministri tantum, & Custodes solicitam curam gerant: & dictio illa, tantum, † adeo Ministros, & Custodes in hac cura perstringere videatur, quod ab ea ceteros prima facie excludat; quia tamen solicite considerare nos conuenit, & tempus regulæ institutæ, quo fratres isti ad comparationem præsentem numero pauci erant, & forsan Ministri, & Custodes videbantur tunc ad ista procuranda posse sufficere: ac nihilominus multiplicationes fratrum, & moderni temporis qualitatem, nec sit verisimile Beatum Frāciscum institutorem regulæ, vel ipsis Ministris, & Custodib. impossibilitatis iugum voluisse præfigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere, concedimus, quòd ipsi Ministri, & Custodes possint per alios huiusmodi curę solicitudinem exercere. Debent etiam, & alij fratres curam huiusmodi, quæ præfatis Ministris, & Custodibus præcipue incumbit, ex hac regula, cum sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter.

† No. ꝙ constō ex rōne superuenienti ampliatur. No. secundo illud, cōcordat pa, & mores: & cōcordabis scripturas: facit ꝙnos, & statut. [illegible] 60, Fo.

¶ Continetur quoque in regula, quod fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & deuote; Ita quòd (excluso otio animæ inimico) sanctæ orationis, & deuotionis spiritum non extinguant. Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitæ, & de regulæ transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati; nos morsus huiusmodi nefarios reprimentes; Declaramus, quod consideratis verbis prædictis, & forma, seu modo loquendi, sub quibus fratres ad huiusmodi exercitiū inducuntur, non videtur ea fuisse instrumentis intentio, quod vacantes studio, vel diuinis officijs, & ministeriis exequēdis, manuali labori, seu operationi subiiceret, vel ad hoc illos arctaret: Cum exemplo Christi, & multorum Sanctorum Petrum, labor iste spiritualis tanto illi pręponderet, quanto quę sunt animę, corporalibus pręferuntur. Ad alios vero qui se in prędictis spiritualibus operibus non exercent, † nisi tales aliorum fratrum licitis seruitiis occupentur, (ne otiose viuant) verba prędicta declaramus extendi.

Fratres Minores ad laborē potentes an laborare teneantur. Et an religiosi manibus operari teneātur, vide B. Th. 2. 2 q. 187. art. 3.

† Hoc est nō cōcionantur ad plebē, nō psallunt, nō legūt, Fon.

Nisi & tales tam excellentis, & notabilis contēplationis, & orationis existerent, quod merito propter hoc non essent à tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi. fratres enim quicumque studio, vel diuinis ministeriis non vacantes, sed aliorum fratrū studio, vel aliis diuinis officiis, & ministeriis vacantium seruitiis inhęrentes tantum pro seruitiis eisdem cum ipsis quibus seruiūt, sustentari merētur, quod astruitur illa ęqua lege, quā strenuus pugnator ille Dauid iuste decreuit: videlicet, quòd descendentium ad pręlium, & remanentium ad sarcinas, portio ęquaretur.

¶ Verum quia expresse continetur in regula, quòd fratres non pręedicent † in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum; nos in hoc, & deferentes regulę, & nihilominus auctoritatem Apostoli-

Li. 1. Re. c. 30.

† Vide oino concil. Trid. ses. 5. de ref. c. 2. & ses. 24 de refo. c. 4.

ſtolicæ plenitudinis conſeruantes, dicimus, quod prędictum verbum ad litteram ſicut regula ipſa protulit, obſeruetur, niſi per ſedem Apoſtolicam circa hoc pro vtilitate Populi Chriſtiani ſit conceſſum vel ordinatũ aliud, vel in poſterum concedatur, ſeu etiam ordinetur.

Et quia in eodem capitulo regulæ immediate ſubiungitur, quòd nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium ſibi ſit conceſſum.

Nos & ſtatum præteritum ipſius ordinis in paucitate ſui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarũ (vt condecet) aduertentes, concedimus nedum Generale examinare, & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus perſonæ idoneitatem, & prædicationis officium licentia ipſa reſpiceret, prout in regula continetur; verum etiam Prouinciales Miniſtri hoc poſſint in capitulis prouincialibus cũ Definitorib. quod etiam hodie obſeruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri; quam quidem licentiã præfati Miniſtri reuocare, & ſuſpendere valeant, & arctare, ſicut quando id eis videbitur expedire.

Sed quoniam in deſiderijs noſtris hoc geritur, vt ad Dei gloriam ſalus proficiat animarum, ac dicto ordini, per quẽ iugiter ad amorem diuinum affectio Chriſtianæ Religionis accenditur, meritum, & numerus augeatur, concedimus, & præſenti ſtatuto firmamus, licere non ſolum Generali, ſed etiam Prouincialibus Miniſtris, perſonas fugientes à ſæculo in fratres recipere, quæ Miniſtrorum Prouincialium licentia per ipſum Generalem (ſicut expedire viderit) poſſit arctari. Vicarij vero Prouincialium Miniſtrorũ ex officio Vicariæ licentiam hanc ſibi nouerint interdictam: niſi per Miniſtros eoſdem (quibus hoc poſſe committere Vicarijs, & alijs licere decernimus) hoc ipſis Vicarijs ſpecialiter committatur.

Ad ordinem B. Franciſci recipiendi quales eſſe debeant.

Caueãt tamen ipſi Prouinciales, quòd hoc non indiſcrete, non paſſim, ſed ſic conſiderate committant, vt illos quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſilijs fulciant, quæ omnia diſcrete procedant.

Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, ſed illi tantum, qui ſuffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel alijs circumſtantijs poſſint vtiles eſſe ordini, ſibique per vitæ meritũ, ac alijs proficere per exemplum.

Miniſtro Generali decedente, q̃ dẽnt ad electionẽ conuenire.

¶ Inſuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo quòd in regula dicitur, vt decedente Generali Miniſtro, à Prouincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus in capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris, omnium cuſtodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire: aut (vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur) ſufficere poſſit, vt aliqui de ſingulis prouincijs, qui vocem habeant aliorum, interſint. Taliter reſpondemus, vt ſcilicet ſingularum prouinciarum cuſtodes vnum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo Prouinciali Miniſtro pro ſe ipſis ad capitulum dirigant, voces aut vices ſuas cõmittentes eidem. Quod etiam conſtituerint per ſeipſos, ſtatutum huiuſmodi duximus approbandum. Quod idem prædeceſſor noſter Gregorius Nonus in caſu huiuſmodi dicitur reſpondiſſe.

† Vide Cõc. Trid. ſeſ. 25. tit. de regularib. & Monialib. c. 5. & extrau. Pij Papæ V. inci. Et ſi Mendicantium.

¶ Denique † quia continetur in regula ſupradicta, quòd fratres non ingrediantur monaſteria monacharum, præter illos, quibus à ſede prædicta conceſſa fuerit licẽtia ſpecialis: quamquam hoc de monaſterijs pauperũ monialium incluſarum fratres attentius intelligendũ eſſe crediderint, cum eorum ſedes prę fata curam habeat ſpecialem, & intellectus huiuſmodi per conſtitutionem quandam tpe regulæ datæ, viuente adhuc Beato Franciſco per Prouinciales Miniſtros fuiſſe credatur in Generali Capitulo declaratus: ijdem fratres certificari nihilominus poſtulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de illis ſolum monaſterijs monialium prædictarum debeat intelligi? ¶ Nos vtique generaliter id eſſe prohibitum de quarumlibet cęnobijs monialium reſpondemus, & nomine monaſterij volumus clauſtrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, vbi homines ſęculares conueniunt, poſſunt fratres illi cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ accedere: ijs quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate, vel idoneitate conceſſum, exceptis, ſeu pro prædictarum monaſterijs in cluſarũ, ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali, quod etiam ipſum idem prædeceſſor noſter Gregorius ix. in eo caſu dicitur reſpondiſſe.

† Franciſcus Beatus prohibuit in extremis ſuã regulã gloſſari, & litteras Apoſtolica ſuper ipſius relaxatione impetrari.

¶ Ceterũ † Sanctæ memorię cõfeſſor Chriſti Frãciſcus mãdaſſe dr̃ circa vltimũ vitę ſuę

(cuius

(cuius mandatum, ipsius dicitur testamentum) quod verba ipsius regulæ non glossentur, & (vt verbis vtamur eiusdē) quod sic vel sic intelligi debeat, non dicatur: adijciens, qđ fratres nullo modo litteras aliquas ab Apostolica sede petant: & alia quædam interserens, quæ non possent sine multa difficultate seruari: propter quod fratres hæsitantes, an tenerentur ad obseruantiam testamenti prædicti, dubitationem huiusmodi per eundem prædecessorem nostrū Gregorium Nonum petierunt de ipsorum conscientijs amoueri: qui (sicut asseritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc posset incurrere, dubietatem de ipsorum conscientijs amouendo, dixit fratres ipsos ad ipsius mandati obseruantiam non teneri: quod sine consensu fratrum & maxime Ministrorum, quos vniuersos tangebat, obligare nequiuit, nec successorem suum quomodolibet obligauit: cum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præsentem articulum nihil duximus innouandum.

† Hunc §. & §. quia sub colore. allegat Bald. referente hic Phil. in Authen. si qua mulier. C. de sacros. eccles. pro statutis vetantib. se glossari, idem Bal. l. nō dubiū. de leg. Fon.

¶ Ad † hoc a nonnullis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius regulæ, & ipsam regulam contingentia, diuersas litteras intelleximus emanasse. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipsam, & fratres quieuit insultus: nec per ipsas litteras statui fratrū prouidere † in multis in quibus de nouo, vel aliter necessario prouidendum esse multorum postea casuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque ne litterarum huiusmodi, & præsentis constitutionis diuersitas, vel intellectus aduersitas in prædictorum obseruatione fratrum animos perturbaret: & vt plenius, clarius, & certius eorū statui, & obseruantiæ prædictæ regulæ consulatur in omnibus, & singulis illis articulis, quos constitutio ipsa continet, quamquam ipsi, vel eorum aliqui contineantur in alijs litteris Apostolicis supradictis: Hanc nostram constitutionē, declarationem, seu ordinationem tantum a fratribus ipsis præcise ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam.

† al. prouidetur.

¶ Cum igitur ex prædictis, & alijs per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, & obseruabilis, nec vlli patens discrimini euidenter appareat: illa & omnia suprascripta per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata etiam, & suppleta, de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus existere perpetuæ firmitatis; in virtute obedientiæ districtæ præcipientes, quod hæc constitutio, sicut ceteræ constitutiones, vel decretales epistolæ, legatur in scholis. Et quia sub colore liciti, nonnulli contra fratres ipsos, & regulam, in legendo, exponendo, atque glossando possent dirum virus suæ iniquitatis effundere: ac ipsius constitutionis intellectū ipsum in diuersas, & aduersas sententias producentes suis adinuentionibus deprauare: & opinionum diuersitas, ac distorsio intellectus multorum pios animos posset inuoluere, & a religionis ingressu multorum corda subtrahere: talium detrahentium vitanda peruersitas cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modū hanc constitutionem legentibus præfinire.

¶ Itaque sub pœna excommunicationis, & priuationis officij ac beneficij districte prę cipimus, vt præsens constitutio cum ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad litteram: cōcordantiæ, contrarietates, seu diuersæ, vel aduersæ opiniones a lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur. Super ipsa constitutione glossæ nō fiant (nisi forsan, per quas verbum, vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi Grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipsius per legentem deprauetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quam littera ipsa sonat. Et ne secundum prædicta contra detractores huiusmodi oporteat vlterius laborare: vniuersis ac singulis cuiuscunque præeminentiæ, conditionis, aut status, districte præcipimus, ne contra prædictam regulam & statum fratrum prædictorum, seu contra præmissa per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata, suppleta, approbata, & etiam confirmata, dogmatizent, scribāt, determinent, prædicent, seu praue loquantur publice, vel occulte. Sed si quid penes aliquē in his ambiguitatis emerserit, ad culmen prędictæ sedis Apostolicæ deducatur, vt ex auctoritate Apostolica sua in hoc manifestetur intentio: cui soli concessum est in his statuta condere, & edita declarare.

Excōicatio fulminat cō tra glossantes istā decretalē non obstantibus, quibuscūq; priuilegijs, cuius excōicationis absolutione sibi Papa reseruat.

¶ Glossantes vero in scriptis cōstitutionē ipsam aliter, quam eo modo, quem diximus: Doctores vero insuper & lectores dū docent in publico, ex certa scientia, & deliberate intellectum constitutionis huiusmodi deprauātes, facientes quoque commentum, scripturas,

ras, seu libellos, ac ex certa scientia, & deliberate determinantes in scholis, seu prædicantes cõtra prę dicta, vel aliqua, seu aliquod prædictorum (non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulegntijs, aut litteris Apostolicis: quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis religiosis, vel sęcularibus generaliter, vel singulariter sub quacunque forma, vel expressione verborum concessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) excommunicationis sententiæ, quã nũc in ipsos proferimus, se nouerint subiacere: a qua per neminem nisi per Romanum Pontificẽ possint absolui. Insuper † tã istos, contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia, quã alios (si qui fuerint) contra prę̃missa, vel eorum aliquod venientes, ad sedis memoratę volumus deduci notitiam: vt quos prouisus modus ęquitatis non arcet a vetitis, cõpescat rigor Apostolicę vltionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostrę declarationis ordinationis, concessionis, dispositionis suppletionis, approbationis, confirmationis, & cõstitutionis, infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attẽtare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Siriani, xviij. Calen. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Bonifacius VIII.

¶ *Exemptis cellis alicuius monasterij: quid appellatio cellæ significet, hic ostendit. Io. And.*

CAP. IV.

PRiuilegium [a] monasterio tuo concessum, vt monachi, siue fratres in cellis ad monasterium ipsum spectantibus † habitantes, ab alio quam a Papa, vel eius legato [b] excommunicari, aut suspendi, vel ipsę cellę interdicto supponi non possint, non fratres in Prioribus ecclesijs, seu capellis eiusdem monasterij commorantes, [c] aut ipsos Prioratus, Ecclesias, vel capellas, ab ordinariorum iurisdictione in aliquo, [d] sed residentes tantum in cellis, & cellas ipsas (hoc est [e] loca secreta [f] & solitaria, quę ab hominum separata conuictu [h] sunt ad cõtemplandum, [h] & Deo vacandum specialiter deputata) defendat.

¶ Idem.

¶ *Priuilegiato aliquo, vt possit conferre beneficia clericorum suorum: quid appellatio clericorum suorum designet ostendit. Io. Andr.*

PRiuilegium.] Non diuiditur: quia pendet vsque ad vltimam dictionem,

CASVS. A sede Apostolica fuit concessum priuilegium quibusdam religiosis, videlicet ꝙ fratres illius ordinis habitantes in cellis illius ordinis, vel ipsæ cellę nõ possẽt excõmunicari, vel interdici: dubitatur de hoc vocabulo, cella, inserto in priuilegio: & qualiter accipiatũ in materia priuilegij? Respondet, ꝙ cella in hoc casu accipitũ pro loco solitario segregato a communitate hominũ; ideo si fratres illius ordinis haberent Prioratus in loco populoso, priuilegium suum non se extenderet ad tales religiosos, sed solum ad illos, qui habent cellas separatas a cõmuni victu hominũ. Nota primo, ꝙ in materia priuilegiorum, per quæ cõceditũ exẽptio religiosis habitãtibus in cellis monasterij, appellatione cellæ veniunt solũmodo loca solitaria: largo tamen modo accipiẽdo cellam, appellatione cellę venit parua camera, quã non debẽt habere religiosi: imo debẽt comedere in eodẽ refectorio, & dormire in eodẽ dormitorio, & debent oẽs esse in aperto, & dicitur cella a celando: quia vnus religiosus non debet celari ab alijs nec occultari & vnus religiosus debet videre alios religiosos in dormitorio, & refectorio.

Nota secũdo optimum tex. ꝙ idem est dicere fratres, quod monachi. vide de iudic. causam. Nota vlterius, ꝙ excõicatio & suspensio referuntur ad homines: interdictũ ad loca. 11. q. 3. nemo episcoporũ. de cle. excõ. min. postulasti. 2. respon. Ioan. Mona. & Ioan. And. Dominicus.

¶ Prima glossa summat.

a ¶ Priuilegiũ.] Exẽptis cellis alicuius monasterij, quid appellatio cellæ significet, hic ostendit.

[Glo. seq. soluit dubium.]

b ¶ Legato.] intelligo generaliter, sicut generaliter loquitur: ex quo aliud non exprimitur, & est simile qđ dixi. sup. eo. lib. de rescrip. statutum. 1. respon. in gloss. quia verbum.

c ¶ Commorantes.] Large loquitur: 1 quia interdũ sunt instituti perpetuo: interdũ ad tp̃s, interdum ad solam moram ibi trahendam. de sta. mona. c. 2. ad fi. s̃. eo. li. de temp. ord. cũ nullus. in fi. & de capel. mona. cap. vnico, sed quo ad casum nostrum non est curandum.

d ¶ In aliquo.] Tolle defendat, quod est in fi. & iterum repete, sed defendat residentes tantum, &c.

e ¶ Hoc est.] Propter hoc facit ad titulum nostrum de verb. sig.

ADDITIO. Alias locare potuisset s̃. proxi. vel sub tit. de priuil. Io. And.

[Glos. seq. declarat textum.]

f ¶ Secreta, & solitaria.] Cella dr̃ a celando, & occultando, & sic hoc casu locus solitarius, & talẽ vitã ducẽtes digni sũt cõuenienti honore. 16. q. 1 q. vere. & ad has cellas religiosi etiã Mendicantes de prælatorũ licentia transire p̃nt. s̃. eo. li. de excess. præla. c. vnico. Alias aũt large sumendo dicimus cellas, q̃ sũt ẽt ĩ. clausurã monasterij, vnde ex cã, puta pp infirmitatẽ monachi, dispensat abb. cum eo, vt habeat suam cellam extra cõe dormitoriũ, tñ infra monasterij septa. 20. q. 4. cap. vlt. & de talib. cellis hoc priuilegium intelligitur.

g ¶ Conuictu.] id est communi victu.

ADDITIO. Dictio composita a cõ. & viuo, vnde & simul comedentes cõuiuere vere dicunt. Archid.

h ¶ Contemplãdũ.] de vita contemplatiua 2 & actiua dicitur supra de renun. nisi cum pridem. ad finem.

ADDI-

† In isto versi. no. ꝙ Papa p̃t sibi rebellantes excõicare, & vltra adhuc aliter punire. Fon.

1 Aretinus not. hãc gl. in c. repellãtur de accusatio. ãd probandũ, ꝙ ẽt in materia priuilegiatiua ille dicaẽ habitare, q. est in loco ad tp̃s allegat Bald. in l. 1. ff. de statu ho.

† Non quo ad proprietate. cap. cum olim. 2. sup. de priuileg. sed quo ad corectionẽ monachorũ. cum in ecclesijs. de ma. & obed. quo ad administrationẽ edoceri. de rescr. neque meum, tuum, semp dominium portant Anchar. ca. seq. ĩ. eo. Fon.

2 Vide olno B. Tho. 2. 2. q. 182. art. 1.

¶ Idem.

¶ Priuilegiato aliquo, vt possit conferre beneficia clericorum suorum; quid appellatio Clericorum suorum designet, ostendit. Io. Andr.

CAP. V.

SIcut † nobis [a] significare curasti, tibi gratiose concessimus, vt beneficia clericorum tuorum cedentium, vel decedentium [b] possis conferre; quodque ijdem clerici prębēdarum suarum fructus percipiāt, ac si in suis ecclesijs personaliter residerent. [c] Verum quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri; Breui respondemus, [d] oraculo, quòd illos in his, & similibus [e] casibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te, non quæsiti [f] propterea vel recepti sine fraude, & fictione qualibet, vere tui clerici familiares existunt, & in tuis expensis continue [g] domestici commensales; etiam † si quos ex illis aliquando pro tuis [h] gerendis negotijs abesse contingat.

† al. ita; Et si ex illis aliquos aliqñ, &c.

ADDITIO. Archidiaconus inducit illud Gregorij quod quies ex corde nobis est appetenda. 8. quæst. 1. in scripturis. versic. quies: per quod videtur contemplatiua præcellere. Ad idem ead. quæst. qui episcopatum. quod dicit verum, secundum Augustinum: nam duodecim sunt, in quibus vita contemplatiua pręeminet actiuæ, vt dicit in sum. de virtutibus. vbi tractat de præeminentia vitæ contemplatiuæ ad actiuam. & vide quod scripsi de regu. sane. in magna glo. Ioan. And.

SIcut nobis [Communis diuisio. quia in prima consultatio a verbis duplicis gratiæ causata: In secunda latior responsio: ibi, Verū Vel ibi, Breui respōdemus latitudo responsionis patet in versic. similibus, & in versicu. etiam si. Dominicus.

† Pet. de An. dicit istud c. procedere in quocunq; habēte gratiā, ā qua hic, ex quo nullicer to dirigitur. Font.

CASVS. Episcopus Pictauiense a sede Apostolica impetraui priuilegium, vt posset conferre beneficia suorum clericorum cedentium, & decedentium. Episcopus habet clericos beneficiatos in alijs diœcesibus: dubitabatur quid contineretur appellatione clericorum suorum? Respondet, appellatione clericorum suorum continentur illi soli clerici, qui sunt in continuo seruitio Episcopi, & viuunt expensis proprijs episcopi: ideo si aliqui diuites morabātur in domo episcopi, sed viuebant expensis suis, & non expensis episcopi priuilegiati: illi non sunt censendi sui clerici quantum ad materiam priuilegij.

Oraculo, vnde oraculum dicitur responsio facta ad interrogationem alterius. Nota quod si alicui a sede Apostolica concedatur priuilegium, vt possit conferre beneficia suorum clericorum cedentium vel decedentium: appellatione clericorum suorum veniunt soli illi, qui sunt in continuo seruitio priuilegiati, & viuunt expensis suis proprijs, & hoc verum in priuilegijs, quæ sunt odiosa, alias vero appellatione clericorum suorum veniunt omnes subiecti supra eo. cum tibi. in antiqu. Nota quod gratia quandoque fit alicui, ut non effectus gratiæ deriuetur in eum, sed ut ipse alius conferat utilitatem. Ad idem de præbend. si cui, & cap. si is cui. eo. lib. Nota ulterius, quod breuitas desideratur etiam in iuribus condendis. Ad hoc supra de iureiur. breui. & de breuitate uide no. de pœniten. & remis. significauit, & supra eod. lib. de testa. si pater. super 1. gloss. Io. Andr. Domi.

[Prima glossa summat.]

a ¶ Sicut nobis.] priuilegiato aliquo ut possit conferre beneficia clericorum suorum; quid appellatio clericorum suorum designet, ostendit, &c.

b ¶ Decedentium.] nunquid talis posset conferre beneficia suorum clericorum cedentium uel decedentium in curia Romana 1? Item nunquid posset conferre beneficia clericorum suorum alio modo uacantia? dixi supra eod. lib. de pręb end. quamuis 2. in gl. ista duo. Ioan. And.

1 De hoc hīc Arch. tenēs, ꝙ nō pōt: ut ibi dixi. Ioa. Andr.

c ¶ Residerent.] ex sola residentia si non interessent diuinis, non perciperent quotidianas distributiones: unde nec isti perciperent. supra eod. lib. de cleri. non re-

si. c. 1. & super hoc vide quod ibi dixi in glo: no. quòd si quis dominus.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

d ¶ Respondemus.] per hoc videtur quod ista decret. sit veteris iuris declaratoria 2. non noui promulgatoria: licet argum. contra. infra dum dicit. volumus, & quod sit declaratoria patet: quia tractat de verbi significatione. ad hoc supra eod. c. 2. respon. 1. in fi. nec bene occurreret ratio, quare hoc esset ius nouum, & nō vetus. pręterea priuilegium prius concessum fuerat: postea priuilegiatus consuluit Papā circa priuilegium prius concessum: sic est respōsū, per quod patet, ꝙ à concessione priuilegij etiam antequam emanasset hæc decret. priuilegium sic erat intelligendum. Ioan. Andr.

2 Idē Io. Mo. & eadē ratione. Io. And.

[Glossa sequens exēplificat, obijcit, soluit, & rationem reddit.]

e ¶ Similibus.] pone conceditur ei priuilegium, ut cum clericis suis super pluralitate beneficiorum curatorum, uel dignitatum dispensare possit: uel eis conferre ius ad uacaturas, uel similia. Et bene dicit, in his, & similibus. quia in alijs casibus dissimilibus appellatio clericorum omnes subiectos clericos comprehendit, supra eo. cum tibi, & potest esse ratio: quia hic de priuilegio loquitur odioso 3 quia per primum tollebatur ius seu potestas conferendi beneficium ei, ad quem ordinario iure spectabat, per secundum minuitur cultus diuinus, & non deseruiens ecclesiæ recipit stipendium, ergo bene ambitiosa, & restringenda sunt talia indulta, supra eodem lib. de præbend. quamuis 1. quod non est in decre. cum tibi. Io. And.

3 Cū ʒcurrūt fauor, & odiū, dicimus priuilegia odiosa exēpla. uide not. s. ē foro ꝓpet. i 1. gl. & c. Io. A.

f ¶ Quæsiti propterea.] sic supra de electio. c. officij, supr. eod. lib. de rescri. statutum. §. insuper. de iud. mulieres, & de renun. ca. 2. sic, & affectata tutela immunitatem non præbet. C. de ijs qui sponte mune. sube. l. 10. l. 1. & 3.

g ¶ Continue.] ciuili. 4. modo intelligendum est uerbum, ff. de ser. si cui. de consecrat. distinct. 5. nunquam. sicut, & seruitus, dicitur continua, & aqua quotidiana. ff. de ser. uro. pręd. l. foramen. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. quod autem, & fluuius dicitur continuus, qui quandoque exarescit. ff. de flu. [& ne quid in flu. pub.] l. 1. 1. responso.

4 Vide Bart. in l. i. ff. sol. ma. & plenè Fel. in proœmio Dec. & ī c. ex tenore, de testibus.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

h ¶ Pro tuis.] sup. de cleri. non resident. ex parte. Et si ægrotaret, seruire intelligitur. ff. de statuti. cum hæres. §. Stichus. Nec sumo ita amare uerbum, quin etiam pro suis proprijs interdum possit abesse. Ad hoc sup. eod. lib. de præb. præsenti. 1. & 2. responso. sicut iudex, propter sua propria negotia differre potest, & dimittere. 5. causam. ff. de iud. si longius.

ADDITIO. Quod clericus pro suis proprijs negotijs possit abesse, tenet etiam Archidia. qui tamē signat contrarium. sup. eod. lib. de elect. si postquam. §. 1. non soluit. Tu dic, quod illud speciale, ne propter eius absentiam protelctur uacatio. Item ibi sibi potuit proui-

5 Hoc melius ītelliges per no. ī. de uoto ꝙ superhis. ī 3. gl. Io. An.

prouidere si iustam causam habebat absentiæ obtinen-
do licentiam. Item nec ille textus amarissime sumitur,
vt ibi no. in glo. & ita in fi. Ioan. Andr.

SEQVVNTVR REGVLAE IVRIS.

¶ Quarum cognitio
cum vtilis, & necessa
ria sit: teste Alberico
in rubric. ff. eod. dã-

De regulis iuris.

netque. Sali. eos in l. qđ test. si cer. pet. l. quod Nerua. ff.
depo. qui solis singularibus doctrinis student. Quas, &
sine vituperio ipse Pontifex nescit gl. c. veniens. de prę
script. negligentes interim iura regularia, quarum
ignorantia nullo modo excusabilis est. l. is non. ff. de
cõfes. gl. l. professio. C. de mu. pa. lib. 10. Ideo adnotaui
tibi ad gloss. quicquid melioris doctrinæ est in Mercu.
Ioan. And. commentarijs Phili. Petri de Ancha. Dyni.
Alberici Rosat s, Io. Vankel. Iaco. Fon. Burgen.

[Glossa ista primo continuat rubri. Secundo ad si-
tuationem opponit, & dupliciter soluit. Tertio per mo
dum summæ de regula quærit quinque, & de iure
tria.]

NOn est nouum, vt aliquibus specialiter enumera-
tis generalis clausula subsequatur, quæ omnia cõ-
prehendat, vt 49. distinct. per totum. 23. q. 5. de occi-
dendis. supra de proba. quoniã contra falsam. sup. eo-
dem lib. de procu. qui ad agendum. ff. ad legem Aqui.
si seruus seruum. §. inquit lex in fi. C. de sacros. eccle. l.
generali. Idcirco post rubricas supra positas, quæ secun
dum suas materias iuris regulas comprehendunt, po-
nitur hic rubrica generalis ad materias vniuersas. De
regu. iuris. Si quæratur quare in principio compilatio-
nis non posuit Bonifacius hanc rubricam, cum sæpe
1 Illust decla-
rat Anch. hic
Fon.
præmittatur clausula generalis secutis postmodum spe
ciebus, vt supra de prob. cum rubricis sequentibus.
de reb. eccle. non alie. cum rubricis sequentib. de re cre.
cum rubricis seq. ff. de serui. cum rubricis sequentibus.
2 Idẽ docto-
res. Fon.
Posset dari coloratiua responsio, quia quæ vltimo di-
cuntur, melius memoriæ commendantur. de consecra.
distinct. 2. liquido. Est autẽ vera 2. solutio, ideo hũc or-
dinem obseruatum, vt ostenderetur ius non sumi ex
regula, sed regulam ex iure si enim a principio posita
fuisset, forsitan crederet aliquis, quod ius sequens re-
gulas, ex regulis sumeretur. in fine igitur ponitur, vt
appareat ex iure, quod præcessit, regulas sumi. ff. eod. l.
1. Videndum est igitur primo, quid sit regula, vnde di-
catur, qualiter constituatur, & quod sit eius officium,
& quæ ipsius sit potestas. Secundo videndum quid sit
ius, vnde dicatur, quomodo hic sumatur. Tertio quæ
sunt hæ iuris regulæ, singulariter & clare eas prose-
quendo videbimus.

Regula quid
ter designat.
¶ Circa primum. Regula secundum Grammaticos, est
multorum similium collectio. Lex autem describit re-
gulam eam esse, quæ rem quæ est, breuiter enarrat. ff.
eo. l. 1. Dicitur autem regula, quæ regit vel normã re-
cte viuendi præbet, & ab hac regula, quæ dicitur nor-
ma recte viuendi, dicitur regularis. Dicitur etiam regu-
Exceptiones
an sub regu-
la contineantur.
la eo, quod recte ducit, nec aliorsum trahit, quasi a re-
ga, vel regula, quæ idem est quod rectitudinis forma.
Sicut enim per regulam nouit scriptor modum recte
scribendi, secator modum recte secandi, & sic de singu-
lis: ita per has regulas modum recte iudicandi cogno-
scimus ad hoc 3. dist. regula. Est autem regula latine,
idem, quod canõ græce. 3. dist. canon. Et dicitur regula
proprie quasi regulariter vera, quamuis patiatur ex-
3 Ibi Decius,
hic Dyn Fõ.
ceptiones in se. Quæ an contineantur sub regula fuerunt
opiniones, quæ no. ff. eo. l. 1. 3. & facit quod no. dist. 3.
regula. Subtilitatibus tamẽ circa hoc omissis, breuiter,
4 Bar. in l. si
cum. §. qui
iniuriarũ. ff.
si quis cau.
Font.
& grosso modo sic dico, ꝙ quo ad potestatem verbo-
rum, quæ in ea proferuntur, vniuersaliter vel saltem
indefinite affirmando vel negando comprehendit ex-
ceptiones, 4. alias non diceretur exceptio, sicut si dice-
rem, omnis homo currit, excepto equo Titij, hæc enim
non est exceptio, quia equus non comprehendebatur
sub illa propositione, omnis homo: sed si dicerem, om-
nis homo currit, excepto Titio, tunc propria est exce-
ptio, quia propositio, omnis homo, bene comprehende
bat Titium. tollitur ergo Titius virtute exceptionis
quo ad materiam, de qua fit sermo, vt scilicet dicatur
non currere: Sic quo ad iuris determinationem exce-
ptio non cõprehenditur sub regula: quia contraria ra-
tio: & plus est in exceptione quam in regula, hoc ergo
operatur exceptio, vt illud quod aliàs sub verbis regu-
gulæ comprehendebat, ad determinationẽ regulæ exce
ptionis virtute tollatur. Constituitur autem regula [vt
sup. dixi] per verba quæ de sui natura omnia compre-
Regula per
verba consti-
tuatur.
hendant: id est, per signa vniuersalia affirmatiua, quæ
omnia comprehendunt. supra eo. ca. omnis res. & c. de-
fleat. ff. eo. l. omnis definitio. & l. omnes actiones. & l.
omnia fere. & l. omnia quæcunque. Item per verba ne-
gatiua, quæ vniuersaliter negando excludunt omnia, vt
j. eod. nemo potest. 1. & 2. j. eod. nullus. 1. & 2. ff. eo. l.
nemo. & l. nullus. Item per verba indefinita, quæ sim-
pliciter prolata æquipollent vniuersalibus. 5. 19. distin.
5 Vide Dyn.
hic, & Bar. in
l. si plurib. ff.
de le. 2. & A...
beri. in l. d...
pupillo. §. q...
nũciat. ff. de
noui ope.
nunc.
cap. 1. supra de priuileg. qa circa. C. de hære. ven. l. vlt.
& ideo omnes regulæ paucis exceptis traduntur per si-
gna indefinita affirmatiua vel negatiua, vt sup. eod. &
infr. eod. & ff. eod. titul. satis apparet. Officium autem
regulæ est plures similes casus simul iungere clauo ra-
tionis, vt ff. eo. tit. l. 1. Quæ sit potestas regulæ, an scili-
cet constituat ius de nouo, an antiquum recitet, dubi-
tatur: & videtur, quod ius de nouo nunquam consti-
tuat, quod iure, & ipso facto probatur. iure. ff. eod. l. 1.
Casus sunt
triplices.
Facto, quia in octoginta octo regulis infra positis non
est vnam etiam solã inuenire, quæ ius de nouo consti-
tuat, vt in prosecutione patebit. Econtra videtur: quia
regula Catoniana de nouo statuit, quod legata, quæ
sunt inutilia ratione legantis tantum, vel ratione legã-
tis, & legatarij, vel legatarij, & eius a quo legatum est
præstandum, vel ratione rei tantum, vel mista ratione
rei legatæ, & personæ legatarij, tractu temporis nõ cõ-
stituantur: etiam si causa impedimenti remoueatur.
ff. de reg. Catoni. l. 1. in princip. ff. de lega. 1. l. cetera. §.
1. ergo ipsa regula constituit ius de nouo. Ad hæc fa-
ciunt infinita iura, in quibus Papa iudicat ex regulis,
vt supra de constitu. cap. 2. de rescrip. ca. 1. & c. pastora-
lis. de iud. nouit. supra de foro competẽ. si diligenti. de
fide instru. inter dilectus. ad fin. & de præsumpt. dudũ.
de except. cum venerabilis. de regu. ad Apostolicam. de
consang. & affi. cap. vlt. cum mille similibus, ex quibus
videtur quod ius sumatur ex regula. Subtiliter dixe-
runt doctores, quod tres species casuum est considera-
re, quidam sunt iam determinati, & in illis regula non
constituit ius, quia inuenit iam constitutum. Item
sunt quidam excepti a legis determinatione, & in il-
lis similiter regula non constituit ius, quia non clau-
duntur sub regulæ determinatione. Quidam sunt in
quibus est eadem æquitas, quæ est in casibus a iure de-
terminatis, nec tamen reperiuntur in iure positi, & in
illis regula facit ius propter identitatem rationis non
patientis ius similium casuum esse diuersum. Aper-
6 Idẽ Dy.
male ꝭm P...
dicẽtẽ Bart.
rub. ff. eo. ...
nec hanc ...
ibi ego ta...
non reced...
Font.
tius dici posset 6. quod aut constitutio iuris præcedit
traditionem regulæ, & regula de iure iam constitu-
to, quasi materiatum de materia producitur, & tunc
proprie habet locum distinctio prędictorum casuum,
vt videlicet in iam determinatis, & exceptis non faciat
ius, in non determinatis, in quibus est eadẽ ratio, ius
constituat, sed vbi non est ius constitutum ante regu
læ dispositionem, sed inuenitur sola simplex tradi-
tio regulæ, tunc ipsa regula est ius vel iuris constitu-
tio, & non ab alio, sed a constituente procedit, &
ita potest intelligi prędicta lex prima de regu. Cato.
probatur hoc satis per antiquas regulas. supra eodem
titu. quas veritate inspecta esset inuenire pręcessis-
se iuris traditionem, vides enim pro maior parte,
quod vbi sunt decreta Alexandri III. sunt primæ in ti-
tulis, maxime post concilia antiqua, vt s. de rescrip. de

Tenuit.cum duabus rubricis sequenti.de offi. vic. cum duabus rubricis seq. de ijs quæ vi metusve cau. fiunt cum duabus sequen.de dolo.& contu. cum duabus sequen.& multis alijs:& tamen omnes regulæ sup.eod. titu.præcesserũt Alexan.iij.excepta vltima, quæ fuit Lucij iij. q ipsum secutus est,vt ex chronica & decretalium ordinatione satis apparet.Si igitur prima regula sup. eodem titu. exemplificetur p decret.supra de sponsa.præterea 1. secunda per decreta. & si quæstiones. de simo. tertia per decreta. de voto, magnæ,& sic de singulis, dico quod regulæ illæ dicta iura præcesserant,vnde regularum dispositio nõ potuit ex ipsis iuribus sumi,quæ nondum erant: imò potius videtur determinatio ipsorum iurium facta per regulas. Ad hoc faciunt omnes illæ decretales superius allegatæ.in quibus Papa pronũciat per regulas. Ego tamen non recedo à verbis legis, & dico quod p regulã non statuitur ius,sed ex iure sumitur regula: aliàs nõ video,quomodo posset dici regula iuris. Sicut enim in regula ligni vel ferri necesse est illas materias p̃uenire,lignum scilicet,vel ferrum: ad hoc quod disponatur ex eis regula: sic in regula iuris necesse est ius, qđ est ibi materia, præuenisse,ad hoc,vt regula possit inde disponi;& tunc proprie loq̃tur dicendo de regulis iuris,aliàs dicere debuisset đ iure regularũ Et si dicatur qđ in casibus nõ expressis a iure, vbi est ratio similis, regula facitus: hoc est sine regula aliqua, per iura quæ hoc volunt.de rescrip. inter ceteras de transa.inter corpora.ff.de legi.nõ possunt cum similibus. Et si obijciatur de regula Catoniana, dico quod non proprie 1 dicitur regula,nec inter regulas ponitur.ff. eo.tit.Et si dicatur. quod aliquæ regulæ præcessisse videantur iuris expressam traditionem: dico quod ius, quod est idem ꝙ ratio,vt 1.distinct.consuetudo.9.dist. sana quippe,ab exordio rationalis creaturæ præcesserat.5.disti. in princ. vel saltem dispositione concedẽtis regulam, ius p̃cessit:videns enim formatur regulæ sic esse debere de iure,quod in eius saltem mẽte sedebat,formauit regulam, allegatur tamen regula pro iure,nõ tam ex origine,q̃ ex forma,& potior est eius cã, pro quo facit regula: 2 habet enim aduersarius necesse ostẽdere rationem,quare in illo casu regula nõ loquitur,& facit quod dicam infra eod vtile. Ad secũdũ,quo quæritur quid sit ius,& vnde dicatur, & quo modo hic sumatur:dicẽdum est breuiter,quod ius est ars boni & æqui.&c. ff.de iustitia & iure.in prin.& dicitur a iustitia,vt ibi,& sup de verb.sig. ius autẽ, quã summum in rebus bonum est colere.12.q.2. cum deuotissimam.3 Ius aũt est generale nomen,habẽs multas species.1.dist.ius generale.cuius species diuidas & subdiuidas,vt ibi per totum & ff.& inst.de iust & iu. per totum.Sumitur autem hic pro nostro iure canonico,non autem pro iure ciuili,vt probatur inf eo.in secunda regula,quæ de iure ciuili,non procedit, qđ dic vt ibi dicam. Tertio autem ordinate has regulas est videre,& primo primam.

†al.ita; Idẽ.

Regula ex iure sumit.

a Hoc est eo modo quo ...ra isto ti...lo posita vocantur regulæ. Font.

Idẽ Phi. ...milis in gl. ...is đfinitio, ff.eo.allego. c.2.in fi. de côiu. le prof. Font.

3 Phi. ĩq̃rit, ...n nomine iuris veniat statutũ, consuetudo, vi... Lud.Ro. de arb. recentiores,c. de consu. Font.

Bonifacius Octauus. †

REGVLA I.

Beneficium a

Beneficium.] Casus in hac regula põt figurari per c.si qs deinceps.16.q 7. & primo in actore; Cũ ego actor tenuissem aliqđ bñficiũ per spacium x.vel xx.annorũ, cecidi a possessione mei bñficij,feci te nouum possessorem conuenire coram iudice competente intẽtando petitorium, videlicet qđ illud beneficiũ ad me pertinebat & spectabat,quare petebã & supplicabã, & requirebam, vt iudex compelleret te ad restituendum mihi beneficium vna cũ fructibus, tu possessor negauisti contẽta in meo libello.ad probandum intẽtionẽ meã,super meo libello produxi aliquos testes; qui testes iurati deposuerunt, ꝙ tenui illud bñficium quiete & pacifice p decẽ,viginti, vel triginta annos: tñ de collatione vel institutione nihil dicunt, sed deponũt solum, ꝙ viderunt me illud beneficium possedisse per 10.20.vel 30. annos, vtrum illud sufficiat ad probãdum,ꝙ beneficium est meum? Respondetur qđ beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri.Vel in reo ponamus sic casum,ego tenui aliquod beneficium per 20. vel 30.annos, quidã alius virtute nouę collationis & institutionis fecit me conueniri coram iudice competente,& fecit fidẽ de sua canonica institutione; Ego autem allego & dico,ꝙ tenui illud bñficium per spatiũ 30. annorum pacifice & quiete,& sic prȩscripsi, q̃uis nõ sim canonice institutus,vtrum bene dicam? Certe non: quia nõ sufficit detentio beneficij sine canonica institutione.Sed hodie extat regula de triennali possessore, in qua cauetur,ꝙ si quis per triẽnium possederit beneficiũ ecclesiasticũ pacifice,& quiete põt se defendere ꝯ quemcunque,quamuis non ostendat de canonica institutione.¶ Pro expeditione glo.quærit, qualiter hic accipitur beneficium.Dicẽdum ꝙ beneficium in iure accipitur multis modis.Nam aliquotiẽs appellatione beneficij veniũt simplicia beneficia,vt capellaniæ; aliquotiẽs appellatione beneficij veniunt oĩa beneficia ecclesiastica Et dicit gl. quod beneficiũ hic accipitur large pro quocunq; beneficio ecclesiastico, & sic qđcunq; beneficium siue sit simplex, siue aliud. nõ põt obtineri sine canonica institutione,ꝙ verũ est, qñ illud beneficium habetur in titulum:secus si non haberetur in titulũ.Nam p̃bẽda aliqua,id est, grossum aliqñ assignatur paruulis:aliquãdo vero laicis,vt.pulsatoribus campanæ,& in illis non requiritur canonica institutio.Sed quia hic fit mentio de institutione,q̃ritur quid dicatur institutio? Respondetur quod institutio est canonicum ius in beneficio ecclesiastico obtinere.Sed q̃ritur,ad quẽ pertineat institutio?] Respondet glo.ꝙ de iure communi pertinet ad episcopũ, in cap. conquerẽte.supra de offi.ord.in ant.gl.opponit de c. ad hæc.sup.de offic.Arch in ant. vbi institutio p̃tinet ad Archidiaconum.Dicẽdum ꝙ triplex est institutio: Quædam est institutio tituli collatiua: Alia est institutio auctorizabilis quo ad commissionem curæ animarum: Alia est institutio realis & actualis,quæ vocatur inuestitura vel inductio in possessionem realẽ & corporalem:duæ primæ pertinent ad episcopum; sed tertia pertinet ad Archidiaconum; quia qñ eps instituit aliquem,debet mandare Archidiacono,vt illum inducat & ponat in possessionem corporalem.Postea quærit gl an sit differẽtia inter institutionem, & collationem,& præsentationem? Respondetur ꝙ sic. Vnde prȩsentatio dicitur illa, per quam non cõfertur aliquod ius in beneficio ecclesiastico,sed solum a patrono prȩsentatur p̃sona idonea,& illud, quod patronus facit, dr̃ prȩsentatio;institutio vero stricte sumpta dr̃ dupliciter videlicet cum aliquis instituitur per diœcesanũ ad præsentationem patroni;& sic episcopus instituẽs dat titulum in beneficio; Alio modo accipitur p confirmatione,qñ superior confirmat electũ Collatio autem dicitur,quæ fit de beneficio nõ patronato, quod spectat ad ep̃m pleno iure sine prȩsentatione patroni. ¶ Vlterius pro declaratione glossæ positæ in verbo,obtineri,opponitur ꝯ textum,& videtur quod beneficiũ ecclesiasticũ possit obtineri sine canonica institutione.c cura in tit.de iure patrona ĩ antiq.Gl.soluit sic, aut quis possidet beneficiũ iure proprietatis,tamquã proprietarius;aut iure administratiuo,tamquam administrator;In primo casu potest acquirere beneficiũ sine titulo,vt monasterium percipit bona temporalia beneficij faciẽdo certam pẽsionem vicario perpetuo, si possedit lõgo tempore sine titulo, potuit præscribere iure proprietatis.In secundo autem casu qñ possidet beneficium tamquam administrator, non potest beneficiũ acquiri sine titulo.Et iste textus intelligit,

Beneficium multis modis capitur.

Institutio qd dicatur.

Institutio est triplex.

Præsentatio qd dicitur.

Institutio quid dr̃.

Collatio qđ sit.

de isto titulo administratiuo, qui non pōt acquiri sine canonica institutione ¶ Quæritur insuper vtrum existens in pacifica possessione beneficij teneatur facere fidem de sua canonica institutione. vel vtrum sit defēdēdus in sua pacifica possessione absque eo ꝙ probet ꝙ fuit canonice institutus? Respondet q̄d ad instantiam dioecesani, cui⁹ interest scire, an possidēs beneficia possideat iuste absque periculo animarum, & etiā ad instantiam subditorū beneficiati, si exigūt, vt ipse faciat fidem de titulo administratiuo, tenetur facere fidem, sed non ad instantiam alicuius priuati prætendentis ius in beneficio.

ecclesiasticum non potest[a] licite[b] sine institutione canonica obtineri.[c]

¶ Vtrum quis possit obtinere beneficium ecclesiasticū respectu iuris possidendi, absq; eo ꝙ probet canonicā institutionem, vt si quis dicat se possedisse & expulsum fuisse, an sit necesse, ꝙ ꝓbet canonicā institutionē? Quidā dicunt ꝙ sic ꝑ istud c. Ex quo sequitur, q̄d quis nō potest probare possessionem, nisi probet titulum & institutionem. Et simile est in viro repetente vxorem: quia licet homo non possit possideri: tamen cum titulo matrimoniali possidetur: ideo si vir dicat possedisse vxorem & se spoliatū fuisse, nō admittitur, nisi probet matrimonium præcessisse. Sic in spiritualibus beneficijs doctores formant istā quæstionem in cap. litteras de restit. spol. in antiq. & sunt varij: Nam quidā dicunt, ꝙ petens restitutionem beneficij tenetur allegare & probare titulum, id est institutionē & collationē: Alij dicunt quod non tenetur allegare nec probare titulū: sed sufficit, q̄d alio modo coloret suam possessionē: Alij dicunt, quod nō requiritur, q̄d coloret suā possessionem. sed sufficit probare, q̄d ipse exercuit actus cōuenientes tali beneficio: puta quod habuit stallum in choro, & vocem in capitulo: & sic de alijs. Communis conclusio doctorum antiquorum & dominorū de Rota [licet dominus Panor. recedat ab eorum opinione] est, quòd ille, qui agit possessorio ꝓ recuperatione beneficij, non tenetur de necessitate ꝓbare canonicam institutionem, sed tenetur colorare suā possessionem vno de tribus modis. Primo probando, quod habuit possessionē illius beneficij auctoritate superioris: & nō per dictam institutionem, sed per testes vel instrumentū, in quo cōtinetur, qualiter episcopus mandauit alicui tali, vt poneret me in actualē possessionem, vel quia intraui possessionem sciente superiore, vel quia possedi longo tempore. Alij dicebant quod tenebatur allegare titulum. Sed Panormi. tenet, quod nō est necesse probare, allegare, nec colorare, titulum prædictum cap. litteras de rest. spol. in fine illius cap. & c. in litteris eod. tit. vbi dicitur, quod prædo venit etiam restituēdus; Nam ex quo qs fuit spoliatus, est restituendus; verumtamen, vt dixi, seruatur, quod non admittitur, nisi colorauerit titulum altero de tribus modis.

[Glossæ primo ponunt exempla, & ius nouū super huius regulæ ratione fundatum. Secundo notant causam in præscriptiōe, & de similib. remittunt. Tertio ponunt quadruplicē significationē beneficij. Quarto quid sit instituere, & ad quem spectat, & circa illud. duas obiectiones soluendo. Quinto de dictione pōt, ponūt differētiam inter affirmatiuam & negatiuā locutionē. Sexto signāt & soluunt tria ꝯria loquentia in proprietate ecclesiæ, vel in prouētibus tantum, vel in iure eligendi. Septimo ad quæstionē de clerico, a quo titulus petitur. arguunt pro & cōtra: ponunt duas opiniones, quas distinguendo concordant.]

¶ Beneficium Ecclesiasticum. Pone casum per ca. 16. q. 7. si quis deinceps. s. de instit. ex frequentibus. ff. de decuri. l. Herennius Modestinus. Super ratione autem huius regulæ fundatur decreta. sup. eod. lib. de eo qui mit. in pos. cap. cum qui. quia procedit, cum agitur de beneficio ecclesiastico in absentia partis lite nō contestata; nec fit missio in possessionem causa rei seruandæ: quia sic sine institutione canonica beneficium obtineret. Cōsideratur igitur in beneficijs canonica institutio, non antiqua possessio: & sic nota casum, in quo nō currit præscriptio. idem est in matrimonio carnali. 34. q. 5. quod Deo, su. de cōsan. & affi. non debet & idē in alijs casibus, qui no 16. q. 3. clerici. & s. de præscrip. cum nō liceat. Sumitur aūt hic beneficium largo modo, vt comprehēdat dignitates, personatus, ecclesias oēs cum cura & sine cura, quę cum tit habentur, sic 1. q. 3. si quis dator. s. de cōces. pręb. nulla, ff. de ser. ex por. l. seruus. Sumitur āt interdum stricte, vt distinguat a præbēda. 12. q. 2. alienationes. de conces. præb. ex parte. aliàs includit præbendam. 1. q. 3. c. vlt. de ver. sig. tua in antiq. Alibi stricte sumitur pro solis simplicibus beneficijs sine cura. s. de præb. c. vlt. & s. eo. tit. & lib. cū in illis & ibi ratio patet in littera. Cum igitur in beneficio quolibet requiratur canonica institutio, vt hic: videndum est, quid sit institutio. Instituere aūt est ius canonicum in ecclesia vel ecclesiastico beneficio tribuere: ꝙ dic. vt not s. de insti. auctoritate. in antiq. Et de iure cōi ad epm spectat. 16. q. 7. nullus. oīno de hę. cū ex iniūcto. in fi. Nō obstat de offi. Arch. ad hoc, qa institutio ibi sumit̄ ꝓ inuestitura, & sic intelligatur dec. de inst. cū venissent. & ꝙ ibi no. Vr̄ q̄d ēt capitulum vacante sede instituere possit, arg. 7. q. 1. Pontifices de hær. ab abolendam s eo. lib. de tēp ord. cū nullus. Arg. ꝯ 24. dis. presbyteri. 71. di. fraternitatē. ne sede vac. c. 2. Dic vt no. sup. de mai. & obe. cū olim. & terminatur hoc. s. eo. li. de inst. c. 1. inter collationē aūt; præsentationem, & institutionē magna est differentia, vt s. eo. lib. de præb. cum in illis. §. cum autem.

ADDITIO. Sciēdum est, q̄d Dynus non fuit canonista vnde dicebat glossam Ber. in c. auctoritate. de inst. superius allegatam esse decret. ex frequentib. de inst. & de casu decre. qōnem formabat inf. eo. indultum: volēs hanc regulam [quia prima erat] copiose glossare. sicut de prima filia patresfamilias facere cōsueuerūt. se contulit ad summam Host. de instit. & aliquid vltra, & contra ibi descripta subtiliter posuit. Io. And.

a ¶ Non potest. 1] Hæc dictio, potest, negatiue posita vt hic, necessitatem importat: cum aūt affirmatiuę ponitur, necessitatem nō inducit. Ad primum. 2. q. 1. c. 1. sup. de accu. de his. Ad fin 4 q. 3. ca. placuit. §. item in criminali. ver. pōt de præb. de multa. in fi. de appell. oblatæ. ad fi. ff. de arb. quin etiam. & ideo dicit lex, q̄d verbum, potest, necessitatem non importat. ff. de offic. præsi. sæpe & l. seq.

b ¶ Licite.] Superabundat, id. n. dicimur posse, q̄d licite possumus. 22. q. 2. faciat. vbi de multiplici potentia & supra de rescrip. suscitatus per Ber. & Inno. de cōc. præben. accedens.

c ¶ Obtineri.] Contradicit huic regulæ. s. de iurepa. cum. 2 Sol. ibi non præscribitur ecclesia tanquam beneficium, sed vt proprietas. Item necessitatis eā vel pietatis, vel causa impēsi obsequij sine canonica institutione possidet quis ecclesiasticos prouentus, nec ex eo canonicus, vel beneficiatus proprie dicitur 12. q. 2. qcū quæ suffragio. 16. q. 1. possessiones & q. 3 clerici. & c. fi. eps. sup. de magi. quoniam. Eodem modo respondetur ad c. 32. dist. si qui vero. 12 q. 1. quia. 50. dist. studeat cleri pug. in duel. Henricus. Item arg. contra. supra de electio; in Genesi. sup. de iure patr. consultationib. vbi possessio dat ius eligendi & præscribendi. supra de cā possess. cū ecclesia 2. Solu. per possessionem acquiritur ius eligēdi, & præsentandi, quia procedit ex actibus nostris. ff. de acquirenda posses. l. 1. Institutio autem procedit ex actibus aliorum, quæ ad hoc, vt valeat, debet esse canonica, vt hic, in qua præcipue quatuor requirūtur. Primo quod persona sit, quæ instituere possit, 16. q. 7. nullus. Secūdo, q̄ istitutus sit talis, q̄ pos.

Possessio i[n] bñficijs no[n] attendit̄. B[ene]ficiū cōpre[]hēdit digni[]tates, perso[]natus, qui[] materia pa[] tit, hic Phi[]

Instituer[e] quid sit.

1 Pōt ver[bum] negatiue [po]latū nece[ssi]tatē impo[r]tat. Q̄d n[] est in disti[]cte verū l. [] fra dies, ff. [] re iu. c. q̄[] de p̄sc. Co[] set, in fi[] inci. ve[r] potest.

2 Dicebat Mo. ꝙ ꝯ[] loquunt[] potestate[] actiua, [] loquitur [] passiua, [] ista diffe[] facit de [] de excō. si c[] de brat. s. e[] de ele. n[] in prin. [] ex eo q̄d [] si. Ioan. []

possit institui.de instit.c.fina.quia non laicus, vt ibi, vel ipse idem instituens.eo.tit.c.vlt. Tertio quod illius beneficij institutio ex iure proprio, vel deuoluto, vel delegato ad instituentem pertineat.eod.tit.ca. 3. [Vnde secundum Dynum vicarius episcopi vel capitulum vacante sede, id nō posset, quod dic, vt supra eo. lib de offi. vica.cap.fin. de inst.c. 1.ne sede vacan.c.vnico.)Quarto, ꝙ seruetur forma cōstitutionis illius, sup.eo.lib.de elect.cap. vlt. 1 [Dic, vt ibi no.in vlt.glo. in confirmationibus enim locum habet, sed in collationibus non, vt ibi. Item dat exemplū per decr.2.eo.lib.de elect. & per regulam, actus. hoc eod. tit.]Et no. ꝙ hæc regula est in argumentum contra clericum, qui est in quieta possessione beneficij sui, & petitur ab eo titulus possessionis, scilicet institutio, quod teneatur illam ostendere: nam & libertus Ecclesiæ licet sit in quasi possessione libertatis, probat manumissionem suam.12.q.2.ca.longinquitate.& cap. seq. & hoc probat decret.de appel.personas in parte decisa, vbi de hoc per Lau.nam & possidens pro hærede vel possessore, cogitur probare titulum. C.de pet.hæred.l.cogi.ad hoc facit quod no.de dolo.& contum. contingit.in gl. vlt.circa medium. In contrarium videtur arg. 20.q.1. quem progenitores, supra de reg.vidua. & in prędicta. l.cogi.2.q.5.§.1.& pro hoc facit quod no.Inno.de procurato.ex insinuatione, & Ber.Compo.de rescr. capitulum in gl.5.§.item quæritur an executor. versi. sed secundum hæc primam opinionem tenebāt Mel. & Ber. Isi.per iura prædicta.Io.& Lau.no.100.dist. contra morem.quod clericus habens duo beneficia, cogitur dicere titulum: habenti autem vnum solum, sufficit possessionem ostendere arg.ad hoc supra eo.li.de rescri.cap.1.& de offi.ordi.eod.li.c.ordinarij.2 Dici potest. 3 primam partem veram cum episcopus ex suo officio vult videre instōnem clerici, hoc probatur de præbend. dilecto. vt eccle.benefi.c.vnico.Secundam cum alius agit, forte dicens se ius habere in p̄benda: tunc actor quod asseuerat, & c.5.q.vlt.actor. & pręal. ca. vnico. vt ecclesia. benefi.& C.de proba.actor, & hoc probatur ex ijs quæ no.Innocen.Bern.Compost.in prędict.glo.& per Host. & de hoc de simo.licet Hely. super ver. officij sui debitum. (Cuius verba posuit Archid. in decre.ordinarij. Io. And.

1 Idē Dy.fallit si leuicula essent omissa ff.de uen.inspici.l. 2.in fin. Fon.

2 Et ibi de hoc p Ar. & licet plura ibi recitet, oīa habēt per remissiones huius gl. tenet aūt ꝙ seqtur in glo.cū moderamine, ꝙ statim subdā Joan.And.

2 Videbis Panor.ca. accedens. nu. 14. de accus.Pet. de An. nu.9.

¶ Idem.

REGVLA IL POSSES-

POssessor.] Istud capitulum habet duos intellectus secundum duos modos punctuandi textum. Nam quidam faciunt punctum post dictionem, fidei: Alij autem faciunt punctum post dictionem, tempore.

¶ Pro intellectu huius cap. est præsupponendum illud, quod habetur in glossa posita super uerbo fidei, qualiter hic accipiatur fides, & quis dicatur bonæ fidei possessor, & quis malæ fidei possessor. unde fides hic accipitur pro conscientia, ut dicamus possessor malæ fidei, idest, conscientiæ, ullo tempore non prescribit. quis autem dicatur bonæ fidei possessor, illud colligit ex c.si uirgo.34.q.2.& l.apud antiquos.circa medium. C.de fur. & ser.corru. nam ille dicitur bonæ fidei possessor, qui putat se dominum rei, quā possidet, & ignorat rem esse alienam: Econtra uero is dicitur malæ fidei possessor, qui habet conscientiam rei alienæ.

¶ Casus secundum primum intellectum sic figuratur: uidelicet faciendo punctum post dictionem, fidei. Aliquis Titius uendidit mihi rem, quæ non erat sua: puta, uineam, domum, pratum, uel aliquam aliam rem: sed erat cuiusdam alterius, & illam mihi tradidit: ego emptor ab initio bene sciebam rem esse alterius, & non uendentis, & sic qn̄ res fuit apud me, sciebam illam esse alterius, hoc tamen non obstante detinui illam rem per xx. uel xxx. annos, Elapso illo tempore dn̄s rei uendicauit sibi illam rem, & fecit me conueniri, petendo, ut iudex declararet illum dominū esse istius rei, & me compelleret ad sibi restituēdum una cum fructibus: Ego autem excipiēdo proposui, quod illam rē possederā per longum tempus, uidelicet per xxx. annos: & ꝙ illo medio præscripseram: ille replicando proposuit, ꝙ non poteram pręscribere pp malam conscientiam: quia sciebam rem esse alienam: & illud probauit: Quærit̄ quid iuris: utrum possum me tueri pręscriptione? Respōdet quod non, etiam si longissimo tempore possedero quin possessor malæ fidei non præscribit ullo tempore, suppleatis, nec longissimo: quia possessor malæ fidei est continue in peccato mortali: & diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget.c.si.de p̄scri.in antiq.

¶ Alij faciunt punctum post dictionem, tēpore. Et secundum hunc intellectum casus sic figuratur: Titius uendidit mihi rem alienam puta pratum uel uineam, putabam illum esse dominum tempore traditionis: in ista bona fide perseueraui per magnū tempus, sed nō p totum tempus præscriptionis; postea superuenit mala fides, idest, scientia rei alienæ antequam compleuissem præscriptionem, utrum possim præscribere? Respondetur quod non possum complere huiusmodi pręscriptionem; quia requiritur ꝙ habeam bonam fidem in omni tempore pręscriptionis; Nam malę fidei possessor ullo tempore, id est, qui in aliquo tempore pręscriptionis habet malam fidem, non præscribit.

¶ Pro expeditione primæ gloss.uī ꝙ possessor malæ fidei possit præscribere longissimo tp̄e; & arguitur de l.cum notissimi. C. de p̄scri.xxx.uel xl.annorum.ibi, pręscribitur res longissimo tempore, & cum mala fide. Glo.facit dr̄iam inter ius canonicum, & ciuile; & dicit quod contrarium procedit de iure ciuili, quod non habuit respectum ad salutem animarum; sed ad bonū commune dumtaxat; & ideo cum mala fide procedebat pręscriptio longissimi temporis; sed ius canonicum habuit respectum non solum ad bonum cōe, sed etiam ad salutem animarum; Nam subiectum scientiæ iuris canonici est homo dirigibilis non solum in bonum cōe sed in Deum; & ius canonicum considerauit quod possidens cum mala fide est continue in peccato mortali; & tanto aggrauatur peccatum, quanto diutius infelicem animam detinet alligatam, ideo noluit, ut possessor malæ fidei posset præscribere.

Iuris canonici subiectum dr̄ esse hō dirigibilis in Deum, & in bonum cōe.

¶ Sed utrū leges ciuiles sint correctæ p ius canonicū glo.exorditur materiam utrum leges succumbant canonibus, & hoc in terris imperij? Rn̄det, ꝙ ubi uersatur periculum aīæ, leges succumbunt canonibus, ideo leges illæ sunt correctæ, ita ꝙ est iudicandum secundum ius canonicum, & nō s̄m leges, sed in materia non concernente periculum aīæ, leges sunt seruandæ in foro suo, & ius canonicum in suo; Nam Papa non potest tollere leges quo ad iudiciū sæculare, nisi in ijs, in quibus uertit periculum animæ; cum potestates sint distinctæ, uidelicet ecclesiastica a potestate sæculari; ideo dicit Ber. ꝙ pręscriptiones longissimi tp̄is, quæ procedūt ex sola negligentia non petentis, & non ex facto possidentis præscribuntur cum mala fide, ut puta, debeo tibi decem scuta ex aliquo contractu, tu non petis illa decem scuta per spatium xl.annorū, ista pręscriptio currit mala fide, licet sciam me esse debitorem tuum, ideo si postea facias me conuenire, potero me tueri præscriptione longissimi tp̄is, quia ista præscriptio est ex sola negligentia tui creditoris, de qua in cap. si.de pręscrip.in antiq. Vtrum in præscriptione requiratur bona fides durante toto tp̄e pręscriptionis, an sufficiat habere bonam fidem ab initio pręscriptionis, licet postea sequatur mala fides? Respondet ꝙ in omni tempore præscriptionis requiritur bona fides, ut est hic tex. secundum unum intellectum. Sed quid erit si completa præscriptione superuenit mala fides, ut ponamus quod aliquis uendidit mihi rem Titij, putabam uendentem esse dominum rei, & sic habebam bonam fidem, & cum ista bona fide tenui istam rem usq.an præscriptionem completam: Completa pręscriptione sciui quod res erat Titij; utrum tenear sibi restituere, & facere conscientiam?

glo.in d.cap.si virgo.34.q.2.concludit ꝙ non teneor sibi restituere, licet super veniat mala fides, quia ex quo completa est prescriptio, per præscriptionem res est facta mea saltem quantum ad dominium vtile, & secundum alios quantum ad dominium directum, sed in vsucapione res efficitur mea cōpleta vsucapione, quātum ad dominium directū,

Dominium quale q̄ritur p̄ Vsucapionē, & p̄scriptionem.

sor [a] malæ fidei [b] vllo tempore [c] non præscribit. [d]

de hoc per Panorm.in ca.si.de prescrip.in antiq. Quæritur vtrum de hoc vt quis possit alienam rem prescribere, sufficiat bona fides? Respondet ꝙ non, sed vltra bona fidem requiritur titulus, & hoc in prescriptione longi temporis 10.vel 20.annorum, vel in præscriptione longissimi temporis, cum quis prescribit rem ecclesiæ, vel est præsumptio contra ipsum, vel sibi resistit ius commune, nisi allegaret præscriptionem centum annorum, vt in cap.1.de prescrip.eod.lib.vt quando quis prescribit decimas in parochia mea, non sufficit probare possessionem per 40. annos, sed requiritur ꝙ ipse alleget, & probet titulum, vel alleget possessionem centum annorum, aliàs non requiritur titulus. cap.de quarta.de præscrip. in antiq. Quæritur quid sit vsucapio, & quid sit prescriptio. Glossa remittit ad ea quæ habentur in summa.16.quæst.3. vbi dicit glossa. Vsucapio est acquisitio dominij per continuationem temporis possessionis lege definiti: quam definitionē accepit à l.3 ff. de Vsuc. Sed præscriptio est exceptio ex tempore substantiam capiens, quæ actioni personali vel in rem, idest, reali opponitur.

Vsucapio qd sit. Prescrip. quid sit.

¶ Pro expeditione glo. finalis in verbo præscribit. videt ꝙ quis præscribat cum mala fide, & arguitur de c.placuit.16.q.3.c.1.de præscrip.sup.in antiq. vbi dicitur, ꝙ si populus alicuius diœcesis fuerit occupatus ab infidelibus, & lapsus in errorem hæresis, si episcopus proprius sit negligens in reuocando populum ab errore, episcopi vicini possunt illum requirere, vt adhibeat diligentiam pro reuocando populo, & facta monitione debet expectari per aliquod tempus, quo elapso si vicinus episcopus reuocauerit huiusmodi populum, & populus sibi obediuerit per tres annos prescribit, licet sciat populum alienum, & sic prescribit cum mala fide. Dicit glo. ꝙ regulariter prescriptio non procedit cum mala fide, sed est speciale in illo casu fauore fidei contra regulam communem, vt vicini episcopi spe lucri reuocent populum ab errore hæresis.

[Glo. prima ponit exempla. Secundo dicit regulam non procedere secundum leges nisi dicantur correctæ, circa quod ponit duas opiniones contrarias & tertiam quæ distinguit. Tertio ponit aliud diuersum inter leges & nos. Quarto dat remissionem de mala fide, quæ præscriptionem sequitur. Quinto subdit, etiam titulum requiri, signat contrarium, & soluit. Sexto remittit de præscriptione, vsucapione, & interruptione.]

1 Habita dist. inter p̄sētes, uel absentes, & q̄ quo ad hoc dicāt presētes: & q̄d d̄ illo q̄ nullū hēt domicilium, uel hēt plura, no.C. de prescrip. lōgi temp.l.fin.uide Spe. de p̄scri.uer. qn̄ aliqs. Io. Andr.

a ¶ Possessor.] pone casum.34.q.2.si virgo. s̄.de præscr.c vlt. Hec regula secundum leges vera est in prescriptione 10. vel 20. 1.annor.C.de prescr.long.temp.authen. malæ fidei. In præscriptione autem 30. vel 40. annorū non requiritur bona fides.16.q.3.cap. placuit, vt §.potest, sup.de prescrip.vigilanti.C. de prescrip.30. vel 20. annorum, cum notissimi. Nisi velis dicere leges esse correctas.2.per præd.decret.de præscrip.cap.vlt.vbi de hoc. Quod quidam abhorrent, dicentes Papam non posse tollere leges, nisi quo ad suum forum. Alij vero dicunt Papam indistincte quo ad vtrumque forum posse leges tollere.de hoc 10.distinc. constitutiones.de test.cum testes. In his autem tenens medium, credo ꝙ Papa vbi non habet temporalem iurisdictionem, non possit tollere legem quo ad forum ciuile, nisi in his, in quibus vertitur periculum animæ, cum potestates distinctæ sint.96.dist.cum ad verum.10.di.quoniam.vbi de hoc, & qui filij sint legit.causam.2. In his autem, in quibus periculum animæ vertitur, quo ad vtrumque forum tollit legem. probatur hoc de iud. nouit de præscri.ca.vlt.& de secun.nup.c.pen.& vlt.sup.eod.lib.de foro compet.cap.vlt.de iureiur. cap.2.eo. lib.de excep. cap.2.de senten.excommun. decernimus: nam in his leges sacros canones imitari non dedignantur. supra de iudic.clerici, in Authent. vt non luxu. contra natu. propterea, colla.6.in Auth.vt clerici apud p̄prios episcopos.§.si vero ecclesiasticū, ex quibus satis posset inferri idem de iure canonico circa hoc, quod de iure ciuili. Sciendum est autem, quod secundum nos non solum ab initio, sed in qualibet parte præscriptionis, 3 debet præscribens etiam agnoscere bonam fidem, vt hic, & in concord. In his autem in quibus etiam secundum leges requirebatur bona fides, sufficiebat ab initio bonam fidem agnouisse, vt in prædicto.§.potest.& l. cum notissimi. Si autem quæratur de eo, qui completa præscriptione incipit habere malam fidem, an teneatur rem restituere? Dic 4 vt no.14.q.6.cap.1.& 34.q.2.si virgo, & sup. de prescrip. vigilanti, non solum autem in præscriptione requiritur bona fides, vt hic, sed etiam 5 titulus, qui det causam præscribendi.de hoc.10.q.3.quia 16.q.3. dilectio. de prescrip, si diligenti. Arg.contra eo.tit. de quarta, & ca.ad aures, & c. vlt. vbi non fit mentio de tit. Sol. dic breuiter, quod si ius commune vel præsumptio non est contra possessorem, sufficit bona fides, alias necesse est allegari titulum, & probari, nisi allegetur prescriptio tanti temporis, cuius contrarij non sit memoria. sup. eod.lib.de prescrip.cap.1. Quid autem sit præscriptio, quid vsucapio, quæ in eis requirantur, quis eorum effectus, plene no.25.q.3.in summa. Quomodo interrumpatur, ea.q.§.potest.ver. hæc de prescriptionibus, & s̄. de præscrip.cap. illud.

2 Dicit Dyn. & ratio ē sūr Pet.de Anch. peccatum.

3 Idē doctores.

4 Alb.& An. dicūt ꝙ non ēt in foro cō scientiæ.

5 De hoc, & an sit necesse saltē allegare tit. & an ī p̄scribēdo usūfructū uel libertatē alicuius seruitutis sit tit. necessarius hic per Dynum. Io. Andr.

ADDITIO. Quod in præscriptione sufficiat ab initio bonam fidem agnouisse, videtur ꝙ melius dicant leges quàm canones, cum a principio legitime factum vitiari non debeat per illud superueniens, à quo non poterat inchoari. j̄.e.factum legitime. ff.e.tit.in ambiguis.§.non est nouum. Sol. vt dicit hic Dyn. regulæ illæ loquuntur in actibus perfectis, secus in inchoatis tantum, vt hic, & probatur sol. secundum eum ff.de verb.oblig.si sub vna.§.1.& l.pluribus, & de ser.l.pro parte.de ser.rust.præd.l.via.§.quæcunque. Io. Andr.

[Secunda gloss. de significationibus fidei remittit.]

b ¶ Fidei.] multis modis sumitur fides, quod dic, vt no.sup.de fide cath in rub. & 22.q.1.monet. hic sumitur pro conscientia. sic 28.qō.1. omnes deinceps. §.ex his.si.de præscr.c.vlt.

[Tertia glo. ponit duas lecturas.]

c ¶ Vllo tempore.] potes facere punctum ante & post, & sic habebis duos intellectus: Primus est, ꝙ nulla antiqua dierum possessio, & c.s̄.de præscr.vigilanti. Secūdus, quod nullo tempore prescriptionis debet agnoscere malam fidem sup.eod.c.vlt.

ADDITIO. Idem Dynus.

[Glo. vlt. signat contrarium, & dupliciter soluit Secundo signat aliud, in quo remittit. Tertio quærit, & remittit. Ioan. And.]

d ¶ Non præscribit.] 6. si ergo possidens conscientiam hēt rei alienæ non præscribit. Contra 16.q.3.placuit, vt quicunque supra de præscri.c.1. ibi prescribit, qui certus est rem esse alienam. Sol. illud speciale in fauorem fidei catholicæ, sicut alia 2.quæst.7.si hæreticus. s̄.eod. lib.de hæret.cap.1.& 4.C.de epis. audien. l. nemo.cum simi. Præterea satis videtur suam conscientiam purgasse, & bonam fidem agnoscere, qui verum dn̄m requisiuit. ar. j̄.eo.scienti.cum suis concor. & sic auctoritate canonis excusatur, sic ff.de nox. l. generaliter, vbi usucapit, qui scit seruum alienum, qui sibi ab alio bonæ fidei possessore fuerat datus pro noxa, ex quo uerus dn̄s requisitus noxiam emendare non uult. Item contra s̄.de iure pat.cura. Sol. ut ibi, & 16.q.3.si sacerdotes, in 1.glo. ultra medium, quod etiam uidetur contra-

6 Ratio sec dū Io.Mo. peccat, & eo meret p nā, ergo n p̄miū de t sl.p̄lat.c.a

tra. Si quæratur qs dicatur bonæ fidei possessor & ma leri dic, vt notatur de præscri. si diligenti. in glo. pen. ADDITIO. Et hic per Dynum repetentem: quo ad hoc quod ibi no. Io. And.

Ad mercu. rñdet Anch. nu. 28. ꝙ per statutū præscribatur, de bito certo tē pore nō petito.

Sine possessione.] Casus in hoc capitulo figurat plu ribus modis: Et primo per capitulū, causam, de præscr. in anti. Vnde sciendum, ꝙ iura spiritualia non cadūt in laicū, nec respectu habendi, nec

¶ Idem.

REGVLA III.

Sine possessione a præ-

respectu possidendi; hoc est, nec respectu ꝓprietatis, nec respectu possessionis, vt c. Massana de elect. i. ant. c. decernimus. de iudi. Secundo est præsupponēdū, qđ ius decimādi est ius spirituale: & sic non cadit in laicum; licet fructus decimales sint res temporales.

¶ Casus, hoc præsupposito sic figuratur: Quidā laicus de facto emit ab epo ius decimādi intra limites meæ parochiæ, & cum illo titulo percepit decimas cū bona fide. quia credebat titulū valere: Hoc facto ego rector feci illū conueniri coram iudice competenti: & ꝓposui in meo libello, quod erā rector talis ecclesię, & in ea fueram canonice institutus: & ꝙ eram fundatus de iure cōmuni habēdi & percipiēdi decimas omniū fructuum excrescentium in mea Parochia; & qđ iudex cōdemnaret talem laicum ad restituendum mihi decimas per eū perceptas, & ad cessandum in futuro. Laicus cū deberet rñdere meo libello, excipiendo ꝓposuit. ꝙ illas decimas perceperat per x. xx. xxx. xl. annos; & sic illas pscripserat; Ego rector replicando proposui, quod ipse non poterat prescribere, nec possidere illas decimas ꝓpter incapacitatem; quia ius spirituale nō cadebat in laicum: Quæritur, nunquid bene dicam; ita quod non obstante detentione facti nō possit se tueri præscriptione contra me? Respondetur qđ laicus se non potest tueri præscriptione: quia dictus laicus non habuit possessionem habentem adminiculum iuris: & præscriptio non procedit sine possessione.

¶ Alio modo potest figurari casus p c. porro. 16. q. 3. l. qui in seruitute, ff. eo. & primo per dictum capitulū. porro. certū est ꝙ hæreticus est incapax possessionis cuiuscunq; rei, id est, proprietatis & possessionis: & sic hæreticus nō potest possidere: nunquid potest prescribere res, quas apud se detinet bona fide? Respondetur quod non: quia præscriptio non procedit sine possessione, & cū hæreticus non possit possidere, ideo nō potest præscribere, vt in l. qui in seruitute. Certū est quod seruus non potest aliquid possidere nomine suo: sed dicitur possidere nomine domini sui: ergo ēt nō potest præscribere: quia sine possessione præscriptio non procedit.

Possessio duplex.

¶ Pro expeditione primæ glossæ positæ in verbo, Sine possessione, q̄rit, quotuplex est possessio? Dicendū est quod duplex est possessio: Nam quædam est possessio, quę habet plurimum iuris, & modicum facti: Alia est possessio quæ habet plurimum facti, & modicum iuris. Prima possessio est, vt illa, q̄ acquiritur per procuratorem c. cum nostris. s. de conces. preb. in ant. nā ista habet plurimum iuris & parum facti: quia in ea plus operatur iuris dispositio, quàm factū hominis, & illa possessio non parit causam vsucapiendi, nisi interuenerit factum nostrum, id est, ratam habuerimus. Alia est possessio quæ habet plurimum facti, & parū iuris, sicut illa, quæ per nosmetipsos acquiritur, & illa dicitur habere plurimū iuris, quæ per seruos nostros nobis ignorantibus acquiritur.

¶ Vtrū ad pscriptionem sufficiat possessio facti, vel requiratur possessio iuris? Rñdetur ꝙ nō sufficit possessio facti. q̄[uæ] d[icitu]r quasi pedū positio: sed requiritur possessio iuris. id est. quod habeat adminiculum iuris, id est qđ præscribēs sit capax possessionis, vt in primo exēplo dictū est, videlicet de laico respectu iuris decimandi,

¶ Vtrum ad hoc quod quis possit præscribere, requiratur quod possideat continue per tempus sufficiens ad præscriptionem, vel sufficiat possidere p interualla: licet non continue? Dicendum ꝙ possessio debet esse cōtinua per. x. xx. vel xxx. annos, si requiratur ad præscriptionem spacium xxx. annorum; ita ꝙ nō fiat coniūctio temporum, & nō interuenerit interruptio, quæ interruptio, quandoque fit naturaliter per inundationes aquarum, quando locus fuit aquis inundatus, & ista interruptio prodest hominibus, quorū interest, & pluribus alijs modis potest fieri ista interruptio Alia est interruptio ciuilis, quæ quandoque fit per litem contestatam, quandoque fit per solam citationem, l. cū notissimi. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. Et ista interruptio ciuilis non prodest omnibus, quorum interest, sed prodest interrumpenti & suis hæredibus, vt Titius vendidit mihi rem alienam, quam tamen credebam esse ipsius Titij, & non alienam, & sic habebam bonam fidem; nondum completa præscriptione quidam non dominus fecit me conueniri, & litem fuit contestatus; & sic interrupit meam præscriptionem; ista interruptio non proficit vero domino; nec eius hæredibus, sed solum interrumpenti.

¶ Vtrum interrupta præscriptione ciuiliter possit possessor præscribere, dum tamen habeat bonam fidem: licet incipiat titubare, an res sit sua vel petētis. vtrum ista mala fides impediat præscriptionem? Glo. Respōdet, ꝙ de iure ciuili solum fit interruptio præscriptionis, sed si actor dimittat processum, puta quia renunciat instantiæ, & reus acceptat istam instantiam, vt in authen qui semel. C. quomodo & quando iudex. licet instantia sit extincta, tamen remanet effectus, vt non possit currere præscriptio, & sic debet incipere pscriptionem de nouo, sed de iure canonico nō potest præscribere, quia incipit esse malæ fidei. Sed cōtra istā regulam arguitur de ca. cum ecclesia de causa posses. & proprie. Vbi dicitur, quod ius eligēdi potest pręscribi. & tñ nō potest possideri, quia est incorporale, & res, incorporales non possidētur, ergo male dicitur in regula nostra, quod sine possessione præscriptio nō procedit. Glo. metu cōtrarij subaudit ad tex. sine possessione, vel quasi possessione, & licet iura incorporalia nō possideantur, tamen quasi possidentur, & in rebus incorporalibus habet locū ficta possessio, quæ id operatur in rebus incorporalibus, quod operatur vera possessio in corporalibus.

¶ Pro expeditione glo. fin. positæ in verbo. procedit, vr̄ quod quis potest præscribere sine possessione; Et arguitur sic, Captus ab hostibus non possidet, q̄a possidetur ab alio, & qui possidetur, non possidet. l. qui in seruitute. ff. eod. & tamen captus ab hostibus præscribit. l. iusto. §. vlt. ff. de vsucap. Respondet glossa, qđ captus ab hostibus nō possidet per se, sed si ante captionem ab hostibus possidebat per seruos suos vel famulos, vel filios suos, durāte captiuitate possidet: Et ipse reuersus recuperat possessionē, & fingitur iure postliminij nunquam perdidisse possessionem, eo quod possidebat a tēpore captionis, secus si tēpore captionis nō possidebat per seruos, quia tunc nō posset præscribere. Item secus si nō possidebat p seruos vel alios, quos habet in potestate, sed per seipsum possidebat ante captionem, quia tunc perdit possessionem & sic non posset præscribere.

[Prima gl. dicit vnde sumpta, & ponit, & specificat exempla. Secundo de multiplici possessione remittit. Tertio tractat qualis possessio in præscriptione requiratur. Quarto quomodo possessio debet esse continua. Quinto, de quasi possessione.]

a ¶ Sine possessione.] hęc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. qui in seruitute est. per quam etiā potest hic poni exēplum casus, & per c. 16. q. 3. porro. & sup. de pscri. causam quæ. Seruus, cum ab alio possideatur, non possidet, vt in primo casu, hæreticus, & Paganus, vt in

1 Prolixe tractat hic Dynus, quod ad praescriptionem requiritur civilis & naturalis possessio, vel civilis tantum, scilicet quae animo retinetur. Sed naturalis tantum non sufficit, ubi alius civiliter possidet, &c. quem vide Ioan. And.

2 Verum si actum sit in iudicio. glo. c. quam frequenter ut lite non contes. §. pe. attamen actus extraiudicialis ante praescriptionem inceptam, constituit reum in mala fide. l. si fundum. C. de rei vend. Phi.

3 Exponit Dynus, i. non inchoatur, licet quandoque inchoata sine possessione continuetur. Ioan. And.

4 Io. And. in Reg. possessor. fi. 14. col. satis tenet cum Ioa. vide Dynum ibi. Fel. in rub. de praescr. dicentem dominium non acquirit praescribendo quod fallit novem casibus.

5 Idem Dynus.

6 Idem hic Dynus. Io. And.

Secundo: laicus spiritualia, ut in tertio. Sciendum est autem quod possessionum alia iuris, alia facti: alia iuris & facti. & haec interdum habet plurimum iuris & minimum facti interdum econtra, quod prosequere, ut not. supra de conces. praebend. cum nostris. & C. de acquirend. poss. l. 1. Ut ergo currat praescriptio, debet quis possidere de facto & de iure de facto planum est: quia qui non possidet, non praescribit; & debet possidere proprio nomine, non alieno, alias ille praescriberet, cuius nomine possideret. 16. quaest. 3. clerici. de resti. spolia cum venisset. in fine. de praescript. si diligenti. ff. de acquiren. possessio. quod meo. debet etiam possidere de iure; quia ad praescriptionem requiritur civilis possessio 1 id est, quod talis sit persona, in quam cadere posset huiusmodi possessio, ut probatur per iura inducta in principio glo. ad hoc etiam. 14. quaest. 1. in princ. Et quod ibi not. & de probat. ex litteris. in fine. ff. de usucapio. fine possessione hoc dico; quia laici de facto interdum possident decimas & spiritualia, ut not. Bartol. Brixien. 14. q. 1. in prin 2. glo. magnae. & in fine. ad hoc supra eod. lib. de resti. spol. ad decimas. nam, ut ibi patet, aliud est possidere, aliud est legitime possidere. Et not. quod haec possessio facti debet esse continua: quia si interrumpatur possessio, interrupta est praescriptio 16. q. 3. c. placuit, ut §. potest. de praescr. illud. C. de praescri. 30. vel 40. ann. cum notissimi; si tamen fiat interruptio civiliter, puta per litis contestationem, secundum canones videtur, quod amodo non currat praescriptio; quia praesumitur titubare, & malam fidem habere, 2 sed leges, quae de mala fide non curant; totos 40. annos requirunt, ut in praedicto. §. potest. & hoc no. Ioan. 16. q. 3. c. 1. Et quod dicit regula de possessione. hoc intelligas, vel de quasi possessione; quia incorporalia non possidentur, sed quasi possidentur. ff. de usucap. l. sequitur. §. si viam. ff. de acqui. possess. l. 3. in prin. & tamen praescribuntur, s. de cau. poss. cum ecclesia.

ADDITIO. Idem Dynus, qui de hoc formavit obiectionem ad hoc ultimum quem vide. Ioan. And.

a ¶ Praescriptio.] nec usucapio. ff. de usuca. l. 3 & l. fin.

[Gl. ult. praemissa ratione regulae, ponit duas obiectiones legales, quas solvit: in fi. obijcit de decr. contingit, & tripliciter sol.]

tem imponit, mandatum non, vt no. ex. l. ff. quod iussu. l. 1. § sed ego quæro, & ff. quod cū eo. l. 1. & l. si mādator. Nec comparatur mandato quo ad speciē actionis, quia datur actio negotiorū gestorū. 2. ff de neg. gest. l. ait prætor. & l. si pupilli. §. idē ait. vbi mandādo datur actio mandati. ff. de procu. l. licet. ff, ea obligatio. cōparatur aūt quo ad effectum, & ideo nō dixit, quod ratihabitio sit mandatū, sed quod mādato comparatur, Item fallit in casu ff. de off. proconf. & lega. l. obseruare. in fi. proconsul. enim dando legatum antequā ingrediatur prouinciam, nil agit: si autē postquam ingressus est, dationem illam ratam habuit, valet. nō tamen retrotrahitur ad totum tempus, sed ad id tantum quando ingressus est prouinciam, vt ibi. Ratio, quia ratihabitio operari nō potest, nisi quod posset mandatum expressum. Item fallit ff. de acquiren. hæredita si quis mihi bona. §. iussum, vbi ratihabitio tutoris in adeunda hæreditate mandato non comparatur, & esset idem inuenire in omnibus, in quib. consideratur initium, & sic non est contra. 16 quæstio. 3. §. potest ff. eodem, quod initio, & infra eod. non firmatur, & ibidem, & de hoc per Ber. supra de pact. c. 2 & per Goffredum sup. qui ma. accusa. poss. insuper. Item fallit in casu sup. de rescript. nonuulli, vbi de hoc, & c. ex parte decani in fi. vbi nō valet rescriptū impetratum sine mādato, licet ille, cuius nomine impetratū est postea ratum habeat, & hoc facit ius acquisitum illi, contra quem facta est impetratio; quod auelli ab ipso inuito 3 non potest. ad hoc supra eod. li. de elect. ab eo qui cōtra. Et est simile huic regulæ in eo. quod dicit, quod ratihabitio retrotrahitur qd̄ dicit lex, quod appellans condemnatus de futuro, si nō prosequitur appellationē, retro notatur infamia videtur enim ratam habere sententiam. ff. de ijs qui not. infam. l furti. Olim dubitabatur ad idem in excommunicatione post appellationem lata, sed dic, vt supra eodem lib. de senten. excomm. licet. Et scire debes, quod si faciens cōdemnatus est, & satis fecit sententiæ: non agitur amplius contra ratum habentem ad interesse, sed ad pœnam bene. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quotiens. ff. de admi, tut. l. tres tutores. ff. de iuris. omn iud. l. adeo.

ADDITIO Idem hic Dynus, qui etiam prolixe prosequitur. Io. And.

¶ Idem.

REGVLA XI.

CVm † sunt b partium

† Vide Feli. in c. ex litteris de ꝓbat & Ruin. cōs. 114. & 133. & 149. lib. 5.

2 Et qui gessit pro absēte, nam si ꝓ p̄sente, egisset, daretur actio mādati, vt not. in l. semper q alle. in prin. gl. & hic per Dyn. Io. An.

3 Idē Io. Mo. & doctor. docēt q̄d sñia lata pro vel ꝯ delinquētē operetur in mandāte ratū habente Anc. ponit d̄ procuratore errāte ī ꝑsona cū qua ꝯ heret matrimoniū; cuiꝰ factū dñs ratificat, post q̄ ratificatio nem mulier dissentit.

CVm sunt.] Casus in hac regula sic figuratur per capitulū, in nr̄a de testi & attesta. in antiqu. Tu actor, & ego reus habebamus litem inter nos corā iudice competēte; proposuimus facta contraria, & fuimus admissi ad illa probanda; tu actor ad probandū tuam intentionem produxisti quatuor testes, ego ēt reus ad probandum meum factum contrariū produxi alios quatuor testes Isti nostri testes sunt pares in dignitate, & in ceteris, & deponūt æque verisimilia. & in effectu sunt omnino æquales, & sic iura nostra vidētur esse dubia, quæritur quorū testiū dicta debeat iudex insequi, & ꝓ qua parte dēt ferre sñiam? Respondetur ꝙ sñia est ferēda pro me reo ꝯ te actorē, quia cum partium iura sunt obscura, reo fauēdū est potius quam actori, & hoc verū in decisione causæ, nam ab initio potius fauendum est actori quam reo, ideo actor in suo libello posuerit verba ambigua, potest illa interpretari secundum vnum intellectum. l. si quis. ff. de iud.

[Prima gl. dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secūdo ponit quatuor casus exceptos. Tertio ampliat regulam. Quarto distinguit, & opponit, & soluit.]

b ¶ Cum sunt. hæc regula sumpta est ex lege ff. eo. tit. l. fauorabiliores. pone casum. 3. qu 9. iudicas supra de fide instrumēto. inter dilectos. ff. de act. & obl. Arianus Hæc autē regula vera est, nisi actos foueat

fauo.

fauorabiliorem causam: puta matrimonij, libertatis, testamenti: vel dotis: tunc enim fallit regula: quia fauendum est actori. 33. q. 1. si quia acceperit sup. de proba. ex litteris. ff. de manumiss. l. antepenul. Et habet hæc regula locum non solum in sententia ferenda, vt sup. sed et in iam lata, puta a duobus ordinarijs: vno absoluente, & altero condemnante: tenet enim sñia pro reo lata, nisi in supradictis casib. s. de re iu. c. vlt. ff. de re iud. inter pares. Et not. quod dicit obscura: si enim certum esset, reum esse obnoxium puniretur: quia culpa est relaxare vindictam. 28. dist. quia sunt. & hoc dico cum est certum iudici, vt iudici: secus si vt Deo, sup. de offic. ord. si sacerdos, vel vt homini. 3. q. 7. iudicet. de offi. deleg. pastoralis. §. quia vero. si certum est eum non esse obnoxium, absoluitur: idem si dubium, vt hic vides. sanctius est enim nocentem absoluere: quam innocentem condemnare. ff. de pœnis, absentem. & sic in re dubia fertur certa sententia. Cõtra. 11. q. 3. graue. & de spon. de muliere. ad hoc. C. de transact. vt responsum. sed hic non est dubium, imo certum: quia ex quo actor non probauit clare, debet reus absolui. 6. q. vlt. actor 1 vt Ecclesia beneficia vt nostrum. C. de proba. actor. sic notat Ber. de spon. iuuenis. Et uide, quod de triplici ambiguitate not. 33. dist. c. vlt.

Iura obscura, reo [a] fauendam est potius, quam actori. [b]

¶ Idem.

1 Al. accusatori.

ADDITIO. Nota, quod dicit, partium, in plurali. Fortius autem si iura actoris tantum: non sic si iura rei tantum, vt in fi. Dicit Io. Mon. quod huius regulæ triplex est ratio. Prima, quia actor impetit, reus defendit alleg. instit. de interdict. §. commodum. C. de dila. si quando. Secunda, quia nullus præsumitur obligatus, vel obnoxius in Auth. coll. 6. quib. mod. natu. effi. sui. §. natura si quidem. Tertia, quia reus in iudicio pugnat pro libertate: vnde debitor dicitur cliens debitoris. C. de nona. l. 3. & Prouerb. 22. qui mutuum accipit, seruus est fœnerantis. Io. And.

a ¶ Reo.] sic dicto a re, quæ petitur, vel super qua impetitur, sup. de verb. sig. forus.

[Glo. secunda signat contrarium: soluit & remittit: & iterum regulam exemplificat, & exponit.]

b ¶ Actori.] contra. ff. de re iud. si quis intentione, vbi ambiguam orationem actoris in sui vtilitatem interpretamur. Sol. 2 Illud in principio litis in quo fauetur actori, hoc in fine in quo fauetur reo, quod dic, vt not. de restitut. spoliato. cum ad sedem in gloss. 2. in fi. In summa igitur not. quod in obscuris potius fauetur reo quam actori, nisi fauor causæ aliud inducat. vt sup. dixi. Hinc est, quod cum semiplene probauit actor: & talis est causa, in qua non est deferendum iuramentũ: puta criminalis, vel famosa, vel ardua. C. de proba. sciat cuncti. C. de dolo, dolum & C. quod met. cau. l. metum absoluitur reus. Si autem talis est causa, in qua sit deferendum, deferri debet reo, nisi ex circumstantijs personarum & causæ videatur iudici illud deferendum actori, de iureiuran. c. vlt. [vide. & adde, quod ibi dixi.] Nec intelligas hanc regulam in obscuris probationibus inductis a reo: quia illas contra eum interpretamur. de probatio. licet, quod dic, vt dicam j. eo. contra eum. Io. And.

2 Idem hic Dynus, & est rõ, quia reus semper negaret se sic sensisse, qui inuitus trahitur. Io. And.

IN iudicijs. Casus figuratur in capitulo, necesse. 3. q. 9. Certum est quod accusatus de aliquo crimine coram iudice competenti, tenetur cõparere personaliter: ita quod non admittitur eius procurator l. fi. C. de procura. captuæ. de procura. in antiq. l. penult. §. crimen ff. de publi. iud. Sed quid de accusatore: vtrum accusator debeat etiã comparere personaliter? Respondet quod sic, & hoc per rationem huius regulæ: quia in iudicijs non debet esse acceptio personarum.

¶ Alio modo potest poni casus per capit. nouit de iud. in antiq. Ponamus, quod coram iudice aliquo ordinario, vel delegato (non refert) conuenitur aliquis constitutus in dignitate, vel officio, vel amicus, vel inimicus: vtrũ fauore personæ debeat iudex recedere a debita iustitia, ita quod fauore personę possit aliter iudicare, quã in persona alterius, in quo non est illa prerogatiua? Rñ det, quod nõ: quia in iudicijs non debet esse acceptio personarum: & iudex magnum debet iudicare, vt paruum.

REGVLA. XII.

IN † iudicijs [c] non est acceptatio persoarum habenda.

† Vide oĩno B. Th. 2. 2. q. 63. art. 1. & 4. adde Hippoly. Marsing. 168. incip. æqualitas semp ser uanda.

¶ Itẽ potest poni casus per c. statutũ. §. insuper, sup. de rescriptis. istomet libro, vbi dicitur si legatus proficiscatur extra. licet recipiat expensas ab ambabus partibus, sed moderatas, non debet plus recipere ab vna parte, quam ab alia: quia in iudicio non debet esse acceptio personarum.

¶ Item figuratur casus in l. si cũ dies. §. si arbiter. ff. de arbitris, vbi est casus, quod si arbiter assignauit partib. locum ad audiendum sententiam: si partes nõ possunt honeste accedere ad locum, non tenentur comparere: & si non compareant, non incurrunt pœnam appositam in compromisso. Sed quid si vna partium poterat honeste comparere, altera autem non poterat honeste comparere, ista pars, quæ poterat comparere, non comparuit, vtrum sit commissa pœna? Respondetur, quod non vt seruetur æqualitas, & non sit acceptio personarum. Glo. format plura contraria, sed in hoc remanet, quod quantum ad modum procedendi, & iustitiam ministrandi in iudicijs, non debet esse acceptio personarũ, vt in assurgendo, & in assignando locum honorabiliorem. c. solitæ. de maio. & obed. in antiq. Nam in aduentu Episcopi, vel Imperatoris debet iudex assurgere, & locum honorabiliorem ei dare, & sic quantum ad honores est habenda acceptio personarum. Item est habẽda acceptio personarum in impositione pœnæ, quia quantum ad impositionem pœnæ mitius agitur cum persona constituta in dignitate, quam cum alia persona c. 2. de off. deleg. sup. eo. lib.

[Prima gloss. ponit exempla. Secundo signat in contrarium quatuor canones 4 decret. & 2. leges soluit, & dat quinque similia. Tertio ponit quatuor modos quibus dicitur iudicium. Quarto & vltimo notat, & instruit.]

c ¶ In iudicijs.] pone casum. 3. q. 9. necesse. sup. de iudi. nouit. & sup. eo. lib. de rescrip. statutum. §. insuper. & §. seq. ff. de arb. si cũ dies §. si arbiter. Aliorum. n. honores alijs non debent esse occasio nocendi. C. de sta. & imagi. l. vlt. ad hoc. 11. q. 3. si quis vero. Signantur contraria ad hanc regulam. 40. dist. c. 1. 45. dist. cum beatus 97. dist. nobilissimus 4. q. 1. qui contra pacẽ. s. de offic. deleg. sane 2. no. lib. de offi. deleg. c. 2. & de sen. excom. quia periculosum. ff. de pœnis. aut facta. C. de mo. mul. eos in fi. & supra de simo. per tuas 1. vbi de hoc Sol. in pœnis defertur dignitati, & personæ, 3 vt ibi, & de hoc de transac. c. vlt. Arg. contra supra de iureiur. cum quidam. dic, vt ibi. Idem in sedendo, vel assurgendo. 93. distinct. non oportet, & not. 3. q. 9. c. vlt. in iudicijs autem vel sententia non est habenda personarum acceptio, vt hic in eis enim æqualitas est seruanda, C. de proxi. sac. ser. l. in sacris, lib. 12. [Et l. vnicuique. lib. 12. vnde priuilegium vnius litigentium transit ad alterum. C. de fructib. & liti. ex pen. l. fi. Signatur ad hoc cõtrarium institu. de iure natura. §. sed & quod principi vbi de hoc. & hic per Dynum. Idem in pænitentiæ exhibitione. 26. qõ. 7. sacerdos in princip. in fide Christi suscipienda. de consecrat. distinct. 4. nec quemquam & in alijs sacramentis. de coniug. seruo. cap. 1. Et in pauperum susceptione, cum sufficere possumus 42. distinct. quiescamus & in alijs operibus pietatis 16. q. 1. si cupis. hoc ergo, quod dicit in iudicijs, soluit contraria. Et nota, quod iudicium 4 interdum ponitur pro eo, qđ præcedit sententiam, vt hic. & 2. q. 1. sicut sine iudicio

3 Fallit, si pœna lege vel statuto vniformiter taxatur. Bald. l. nemo in princ. C. de sum. Trinit. Philip.

4 Adde glo. instit. quib. non est permis. face. testa. §. præterea.

dicio & cap. in primis. Interdum pro condemnatione. de conſe. diſt. 2. timorẽ. Interdum pro diſcretione 3. q. 7. §. tria. Interdum pro vltima voluntate. ſup. eo. lib. de ſepul. c. pen. Io. Mo. ponit 15. ſignificationes ſuper rub. de iud. quas dat per hos verſus.

Actio, lis, auctor,
forus, arbiter, vltima velle.
Quæſtio, diſcre.
ſen. inſtan. diſcuſſio, poſſe.
Pernicies, pœna,
proceſſus iudicalis.

† Præter Doctores hic, vide Ale. cõſil. 165. inci. dubitat an mulier ruſtica. lib. 6. & Maria. Soci. conſ. 51. vol. 4.

¶ Idem.

REGVLA XIII.

IGnorantia a † facti, nõ iuris excuſat.

¶ Idem.

Et not. quod licet iudex vti non debeat in iudicijs acceptione perſonarum, vt hic: & in concor. tamen vtile eſt in arbitrarijs iudicem gratioſum habere. ſup. de off. deleg. conſuluit. & facit de accuſatio. nulli. & quod ibi not. Caueat tamen iudex ne in facienda gratia incurrat pœnam conſtitutionis, de re iud. cum æterni. ſupra eod. lib. Io. And.

1 Ioã. Andr. Alber. Vad. intelligunt text. de ignorãtia ꝓbabili nõ ſupina, & dicit Io. An. & alij, ꝙ reſcriptu non valet, vbi tacetur expectatiua, aut reſeruato per c. in noſtra. de reſcrip. q̃uis de pręb. lib. 6.

IGnorantia facti. 1] Caſus in hac regula primo poteſt figurari per capitulum, ſi ſacerdotes. 16. q. 3. ſm tertium caſum, qui ponitur in d. cap. ſi ſacerdotes, hoc modo: Ponamus, ꝙ quidam laicus donauit monaſterio Sancti Cypriani aliquam eccleſiam: quæ donatio non valuit: quia laicus non poteſt donare Eccleſiam, ſed Epiſcopus cum conſenſu capituli: accidit, quod prælatus Eccleſiæ monaſterij Sancti Cypriani, qui recepit donationem, mortuus eſt: cui alij acceſſerunt, qui credebant illam Eccleſiam monaſterio ſuo donatam ab Epiſcopo cum conſenſu ſui capituli: nunquid iſti poterunt præſcribere illam Eccleſiam? Reſpondetur, quod ſic: quia ipſi prætendunt ignorantiam facti, quia putabant Eccleſiam illam donatam eſſe ab habente poteſtatem: ſed prædeceſſor prælatus, cui donata fuit illa Eccleſia non poſſet præſcribere, quia habebat ignorantiam iuris.

¶ Item põt poni caſus per c. ſi quis a ſimoniacis. 1. q. 1. & etiam per c. ſi beneficia ſup. de præben. eo. lib. Cum ego tenerem canonice aliquod beneficium incompatibile; fuit mihi collatum aliud beneficium incompatibile, quod fuerat reſeruatum per Papam, quod ignorabam, dimiſi primum beneficium, & apprehendi poſſeſſionem ſecundi eo, quod iſtud ſecundum beneficium erat magis pingue, quam primum, poſtea apparuit illud beneficium ſecundum eſſe reſeruatum diſpoſitioni Papæ, & fuit a me euictum, volo nunc redire ad primum, quæritur an poſſit? Rñdetur, ꝙ ſic, quia ignorabam illud beneficium eſſe reſeruatum Papæ, & ſic errabam in facto, ſecus ſi erraſſem in iure, quia ſciebam reſeruationem Papæ, ſed ignorabam, quod illa reſeruatio Papæ impediret collationem. Iuxta illam regulam ſequitur, quod qui habet iuſtam cauſam litigandi, licet poſtea condemnetur in principali, non tñ in expenſis, vt not. Bar. in l. deſtitiſſe. ff. de iud. vbi habetur, quod ſi quis credebat habere bonam cauſam litigandi, & pendente lite ſuperueniat mala fides, & ſi deſiſtat a lite ſeu inſtantia, non debet condemnari in expenſis. Sed vtrũ habeat locum in cauſa appellationis, vt ſi quis habeat iuſtam cauſam litigandi, euitet expenſas? Quidam dicunt, quod non, quia eſſet ignorantia iuris, nam in cauſa appellationis ex actis principalis cauſæ iudicandum eſt. Gloſ. reſpondet, ꝙ ſi fuit iudicatum ex eiſdem actis procedit illa opinio, vt in cauſa appellationis quis debeat condemnari in expenſis, licet habuerit iuſtã cauſam ignorantiæ. Sed ſi fuit aliquid de nouo probatum, virtute cuius fuit aliter iudicandum, tunc appellans non debet condemnari in expenſis, quia poteſt prætendere iuſtam ignorantiam.

2 Hanc gloſ. cõmedãt Doctores ibi, vnum no. & Dynus hic ponit multiplicẽ ignorãtiam, & eius effectum in damno vitãdo, captãdo lucro in pœnis, & dicit Philip. ignorantiã iuris non excuſare ruſticos ſagaces. l. Athletæ. §. de ruſticis. ff. de excu. tutorum.

[Prima gl. ponit exempla, & remittit. Secundo ponit & exponit vnum notabile. Tertio ſucceſſiue ſignat, & ſoluit duo contraria.]

a ¶ Ignorantia facti. 2] Pone caſum ignorantia facti in ordinato ignoranter a ſimoniaco. 1. q. 1. ſi quis a ſimoniacis. In eis, qui ignorabat beneficium reſeruatũ per Papam, vel alij collatum, ſup. eo. lib. de præb. ſi beneficia. ſimile, ſup. eo. lib. de reſcr. gratia. In eo, qui locat militi credens eum paganum. ff. loca. l. ſi ignorans. non enim diſciplinã contempſit, qui militem ignoranti, vt ibi. In ignorantia iuris. Pone caſum. 1. q. 4. §. notãdum. in fi. ſup. eo. lib. de pręb. cum qui. ibi ſtultus, & c. C. de iur. & fac. igno. l. 2. & l. cũ quis. Hæc regula nõ indiget gloſſis: cum eius materia pleniſſime habeatur 1. q. 4. §. notandum in tex. & glo. 38. diſt. in ſumma & de hoc dic, vt ibi. Vnum not. quod cum quæritur de condẽnatione expenſarum, dicimus ꝙ in principali cauſa probabilis error excuſat ab expenſarum condemnatione 2. quæſt. cap. Paulum. de elect. cap. 1. in fin. ſupra eod. lib. ſed in cauſa appellationis indiſtincte victus condẽnatur victori in expenſis 2. q. 6. omnimodo. ſupra de appel. eos. §. ne temere. Ratio autem huius diuerſi iuris colligitur per hanc regulam: in principali. n. cauſa eſt error facti, quia in ea ex probationibus, quæ in facto conſiſtunt. proceditur: ſed in appellationis cauſa ꝓceditur ex actis prioris cauſæ: vñ ibi eſt error iuris: & ideo non excuſat a condẽnatione, vt hic: & ideo not. Innoc. & Hoſt. ſupra de dolo, & contu. finem. quod ſi in cauſa appellationis non proceditur per ſola antiqua acta, ſed inducantur probationes nouæ per quas pronũtietur, tunc probabilis error bene excuſat victum a condemnatione expenſarum, quod verum puto: & videtur caſus prædictæ decre. ſup. eo. lib. de electio. cap. 1. in fi. Ad primum dictum huius regulæ ſignatur contrarium. 33. q. 1. in lectum. vbi imponitur pænitentia probabiliter ignoranti factum: ſed illud ad cautelam. Itẽ contra de conſecr. diſt. 4. qui bis, vbi ignoranter rebaptizatus ordinari non poteſt: illud ſpeciale, & punitur ſine culpa: ſubeſt tamen cauſa. ſ. iniuria primi Sacramenti. Vel dic, vt ibi not.

ADDITIO. Item contra. ff. de fideiuſſor. l. 3. vide, quod ibi not. in gl. ſi. Io. And.

REGVLA XIV.

CVm † quis b in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

† Dicit hic Ioã. And. & Albe. & alij, ꝙ clericꝰ cognoſcens B. ſolutã, ſuã tñ, & aliorũ opinione maritatã, punit, vt adulter, q̃a culpa in opere, dolus in aĩo, opinio, in qualitate ꝓfertur vert. tati nuper. de ſen. excõ. ſi tñ pœna ſtatuti grauior eſſet pœna iuris cõis nõ puniretur illa.

CVm quis in ius.] Caſus figuratur per capitulum, ſi ſacerdotes. 16. quæſt. 3. prout dictum fuit in primo caſu præcedentis, cap. qui caſus eſt proprie caſus huius cap. Item poteſt figurari per cap. cura de iure patrona. in antiq. Ponamus, quod quidam obtinuit per ſententiam rem alienam non ſpectantem ad illos, qui fuerũt mihi condemnati, ſed ad alios; tenui iſtam rem per tẽpus ſufficiens ad præſcriptionem: vtrum potui præſcribere? Reſpondetur, quod nõ: quia habui malam fidem. Sed quid ponamus, quod ego ſum mortuus: vtrũ meus ſucceſſor poterit illam rem præſcribere? Reſpondetur, ꝙ ſic, quia ipſe habet iuſtam cauſam ignorantiæ: Nam qui in locum alterius ſuccedit, cenſetur habere iuſtam cauſam ignorantiæ.

Error probabilis excuſat a cõdẽnatione expenſarũ in cauſa principali.

[Prima glo. dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: Finis dicit, ꝙ exemplificat præcedentem. Secundo dicit duo ſ. regulam loqui, quando cum ſucceſſore agitur, & de quolibet ſucceſſore. Tertio ſoluens vnum contrarium diſtinguit.]

b ¶ Cum quis in ius.] hæc regula ſumpta eſt ex lege. ff. eo. tit. l. qui in alterius. Pone caſum 16. q. 3. ſi ſacerdotes, ſed tertium caſum ibi nota. & de iure patro. cura. & ff. de depoſi. l. 1. in fine, & l. 2. ibi enim hæres vẽdens rem depoſitam credens illam fuiſſe defuncti, non tenetur ad rem, ſed ad pretium. Quod autem in hac regula dicitur, verum eſt, ſi cum ipſo ſucceſſore agatur, ſecus ſi ipſe agat: quia certus debuit eſſe de facto ſuo, cũ ad iudicium prouocat, vt in prædicta. l. qui in alterius. 3. Et eſt ſimile, quia deliberatoriæ dantur reo, ſed non actori: quia certus debet eſſe ad iudicium prouocandum.

3 Et ideo ſi na tunc ... ſectur ... ceſſor ... pupillus ... de ver ... ſi cũ ... §. in hæ ... pu. Dyn. ... And.

dum.de hoc dicam inf.eo. non licet.cum etiam si agat, probabilis posset esse ignorantia. Intelligitur autẽ hæc regula generaliter de quolibet successore, siue sit singularis siue vniuersalis,de quibus dicã inf.eo. is q̃ in ius. quæ videtur contra,sed non est:quia ibi loquitur de iure,hic de facto. Vbi ergo q̃retur de pscriptione,i qua sufficit bona fides, ꝙ dic vt no.s.eo.lib.de pscriptionibus.cap.i.præscriberet i successor bonæ fidei,quod nõ præscriberet prædecessor cũ mala fide. vbi autem requirere tur titulus: si iustũ titulum habuit prædecessor,talem qui non dẽt causam præscribendi successor qui eodem iure vtitur,non præscribit.ff.de diuer.& temp.pscriptioni.l.cum hæres. Et aduerte :quia regula ista venit exemplificatiue ad præcedentem : ignorantia facti probabilis excusat, vt ibi : vel si in ius successit alterius,vt hic.

† Inchoando pscriptionẽ, Phi.Io. An. Sed uide Imo c.si diligenti co.s.de præscrip.

† Cõfer ũtra dita p gl. in l.uenia. uerbo,liberis,C. de in ius uocãdo & in l. sed si lege. §. ul.ff.e.tit.& p Bar.i l. ul. ff. ad Ter. & in l.maximũ uitiũ.C.de liberis preter. ut hic p Philip. Font.

¶ Idem.

REGVLA. XV.

ODia † restringi, ª & fauores conuenit ampliari.

ODia restringi.]Casus in hac regula, figuratur multis modis.Primo per c.quædam lex. §.quod scripsi. 35.q.3.& per ca.tua 1.supra de deci. in antiq. Dicitur in d.§.quod scripsi, ꝙ Anglici erant nouiter cõuersi ad fidem catholicam :vnde a sede Apostolica obtinuerunt priuilegium,vt possent contrahere matrimonium cum suis affinibus, & consanguineis, & Papa concessit eis istud priuilegium generaliter,vt possent cõtrahere]matrimonium cum suis affinibus,postea quidam alius populus fuit de nouo conuersus ad fidem catholicam:dubitabitur, vtrum priuilegium Anglicorum esset extendendum ad istum populum de nouo conuersum ? Respondet quòd non.

¶ Vel dicitur in dicto.§.quod scripsi, quòd Anglici post quam fuerunt roborati in fide catholica, voluerunt vti dicto suo priuilegio,& contrahere matrimonium cum suis affinibus & consanguineis, vtrum possint vti tali priuilegio ? Respondetur quod non:quia ex quo fides catholica fuit in eis firmata,debet cessare priuilegium, quod fuit eis concessum, ne haberent materiam retrocedendi.

¶ Item potest poni casus per dictum ca. tua 1. de deci. in antiq.hoc modo : Ante concilium Lateranense decimæ fuerunt laico concessæ in feudũ ; & erant aliquæ terræ steriles? quæ postea fuerunt redactæ ad agricultu ram,& sic fuerunt facta noualia: Laicus voluit percipere decimas in istis noualibus,vtrum possit ? Respondet ꝙ nõ:sed solum percipiet decimas ĩ terris,quæ erãt arabiles tempore infeudationis , non autem in terris de nouo redactis ad agriculturam; quia istud priuilegium est restringẽdum in odium laici,qui licite non põt percipere decimas . Vel potest poni exemplum in præscriptione ; Aliquis in mea parochia percepit decimas per xxx.vel xl.annos, & sic decimas præscribit ; Postea aliquæ terræ steriles fuerunt redactæ ad agriculturam, & sic facta sunt noualia: vtrum de illis noualibus possit iste,qui præscribit,petere decimas ? Respondetur quod non;quia præscriptio est odiosa, ideo debet restringi.

¶ Item potest poni exemplum per cap. 1.supra de filijs presby. hoc modo; Aliquis clericus,qui patiebatur defe ctum natalium,a sede Apostolica obtinuit priuilegium seu dispositionem,vt posset obtinere beneficium ecclesiasticum et curatum ; virtute suæ dispensationis obtinuit vnum beneficium ; postea dimisit illud beneficiũ per renunciationem, & vult obtinere aliud beneficium virtute suæ dispensationis;vtrum possit ? Respondetur ꝙ non;qa ista dispensatio restringitur ad vnicum beneficiũ,cũ sit odiosa,nisi diceretur in dispensatione,quod posset obtinere aliud beneficium vno dimisso. Sed si simpliciter fuit dispensatus ad beneficiũ ecclesiasticum etiam curatum; virtute suæ dispensationis non põt obtinere aliud beneficium: quia ista dispẽsatio est restringenda.vel si fit dispensatum cum aliquo, qui patitur de fectum natalium , vt possit obtinere beneficiũ ecclesiasticum:virtute suæ dispensationis non poterit obtinere plura beneficia:quia ista dispensatio est odiosa,ideo dẽt restringi:secus est in fauorabilibus , vt in iuribus allegatis in glo.& in c.licet 2.responso.de priuile.c. lib.vt ponam⁹ ꝙ ali cui epõ fuit concessum priuilegiũ a sede Apostolica,vt pos sit audire,& celebrare diuina in loco interdicto:vtrum istud

¶ Idem.

REGVLA XVI.

DEcet † concessum

priuilegium restringatur ad personam suam,vt ipse solus possit audire & celebrare diuina in loco interdicto? Rñdetur ꝙ cum istud priuilegium sit fauorabile; ideo non solum eps, sed et familiares sui poterunt audire & celebrare diuina in loco interdicto . Nam tale priuilegium cum sit fauorabile,debet ampliari,& non restringi,quia odia restringi,ʹ & fauores conuenit ampliari. [Prima gl.ponit exempla,& ꝓsequitur illa.Scdo adducit regulam ad solutionẽ vnius ꝯrij.Tertio ad q̃onem.]

ᵇ ¶ Odia restringi ª.Pone casum in primo dicto 35.q. 3.ꝙ scripsi.vbi priuilegiũ odiosum de ꝯhendo, s.in gradu prohibito,restringitur.sup.de deci.tua 1.vbi decimę noualium non accrescunt laicis habentibus decimas in feudum,vt sup.eod.lib.de filijs presby.cap.1. & vlt. In secunde pone 16.q.2.c.1.supra eodem li. de priui.licet 2.rñso.C.de sẽt.pas.& test l. 1.q̃ canonizata est.2.q.3. in fi.& concor.ad hanc regulã.16.q.3 §.põt.sup.e.lib. de priuil.ne aliqui.ff.de lib.& posthu.l.cum quidam. Si ergo ius vel priuilegium odiosum est, restringẽdum est 3.si fauorabile,ampliandum,vt sup.& fauorabile,& odiosum,vt Macedonianum,ampliatur pacto ; quia illi iuri non potest renunciari.ff.ad Macedonia.sed & si pater.in fine.Item extenditur non solum ad pecuniã,sed ad rem aliã datã in fraudem,ff.e.ti.sed Iulianus.§.mutui & l.3.§.1.Et p hanc regulam soluunt ꝯrium decr.de deci.ex parte 3.ad decre.eo.tit. cum contingat. In dec. enim,ex parte,erat fauor,s.priuilegium,& ideo concessis decimis intelliguntur cõcessa ẽt noualia , sed in decret.cum contingat.erat odium.s.præscriptio.s.de præscriptio.vigilãti,& ideo licet pscripserim decimas ; nõ videor pscripsisse noualia postea insurgentia, vt ibi.Et faciat ad q̃onem q̃ not.Host.sup.de præscriptio.cum ex officij.de prælato,qui præscripsit visitationem,& nun quã fuit ꝓcuratus;modo petit procurationẽ;an sit audiendus? Et dicit,ꝙ non.Præscriptio.n.odiosa est,& iõ vnum sine altero acquiri potest per eam;nec tunc est visitationi annexa procuratio, sed ius commune fauorabile, & ideo visitationi,quæ de iure communi fit,annexa est procuratio, vt ibi. odia igitur restringenda sunt; unde alterius odio quis grauari non debet.inf. eo,cap. non debet,& adde hic quod ibi dicam.Io. And.

DEcet cõcessum.] Casus ĩ hac regula figuratur multis modis.Primo figurari põt per c.si cui. de pbend. eo.li.Papa alicui epo cõcessit, ut ipse posset de aliquib. beneficijs prouidere idoneis psonis, ita ꝙ istud priuilegium fuit concessum epo in fauorem epi conferentis beneficia, non autem in fauorem personarum, quibus cõferebãtur;accidit,ꝙ re existente integra,antequã eps contulisset illa beneficia,& sic antequã eps fuisset vsus suo priuilegio,Papa mortuus est;utrũ per mortẽ Papæ sit extinctum,& expiratum priuilegiũ? Rñdetur ꝙ nõ; & hoc per rõnem istius regulæ , quia indultum principis dẽt esse permansurum.¶ Item põt figurari casus per Auth.constitutio,quæ de dignitatibus,colla. 6. Filius aliquis familias existens in potestate patris fuit assumptus ad dignitatem patritij ; certum est, ꝙ liberatur à patria potestate , postea perdit illam dignitatem , quia fuerat

† Vide Abba. in c.si.de off le.& in c.pe. de cle.nõ residen.

ª Io.Mo.ponit hic exemplũ p id q̃d post eũ de dictione benefiiciũ,dixi sup. eo.l.de sent. exc.si ciuitas in fi.1.respõ. Itẽ per l.ff.d le.1.q filiab. §.1.Dyn.ponit per decr. statutũ. sup. e.li.de elect. Ioan. And.

³ Nisi respiceret vtilitatẽ pub.l.2.§. exer. ff.de in fa.Dy.Phil.

fuerat assumptus ad certum tempus : vtrum remaneat
in potestate sui patris? Rñdetur ꝙ nō: sed dēt esse sui iu
ris, quia concessum beneficium dēt esse permansurum.
¶ Ex hac regula colligitur primo, ꝙ priuilegium prin-
cipis alicui cōcessum, debet esse permansurum, & hoc
intelligitur, vt dicit
gl. de priuilegio rea-
li, & non de priuile-
gio personali, quod
personam sequitur,

sum [a] a principe [b] benefi-
cium esse mansurum. [c]

& cum persona extinguitur, vt in regula, priuilegium.
sup. eodem tit. Not. vlterius, quòd licet priuilegium
principis debeat esse permansurum : perditur tamen
certis ex causis: scilicet per abusum non tamen ipso iu-
re : sed abusus est iusta causa inducendi principem ad
reuocandum suum priuilegium aliquibus concessum :
ideo iura dicunt, ꝙ qui priuilegio abutitur, meretur pri
uilegiū perdere. Item perditur priuilegium per non v-
sum. ff. de nundi. vbi dicitur ꝙ si quis a principe impe-
trauit nundinas, & non vtatur perdit nundinas per nō
vsum. Item perditur priuilegium, si post concessionem
incipiat esse grande pręiudicium alterius c. suggestum.
de deci. in antiq. vbi priuilegium cōcessum. Cistercien.
de decimis non soluendis, quia incipit esse in grande
præiudicium ecclesiæ parochialis, fuit reuocatum. Item
aduertendum est ad illud, quod dicit gl. fi. ꝙ verbum,
decet, quantum ad principem ponitur proprie: & quan
tum ad subditos ponitur improprie, & est sensus, ꝙ im
ponitur necessitas subditis seruandi priuilegium, sed
princeps sine iusta causa non posset illud priuilegium
reuocare, & hoc quando fuit concessum subdito prin-
cipis: secus si esset concessum non subdito, vt sunt priui
legia, quæ principes, & Imperatores concesserunt ec-
clesijs, quia tale priuilegium concessum non subdito,
est contractus ab initio voluntarius, sed ex post facto
est necessitas.
[Prima glo. ponit exempla. Secundo tractat de persona
li, & temporali priuilegio, & dato ab alio quam a prin
cipe. Tertio ponit quinque casus, quib. perditur priui-
legium: & vltimum declarat.]
a ¶ Decet concessum.] Pone casum. 25. q. 2. c. 1. & 2. sup.
eod. lib. de pręben. si cui nulla. in Auth. coll. 6. constitu-
tio. quæ de dignitati. in fi. vbi filiusfamilias per digni-
tatem sibi delatam factus sui iuris, dignitatis suæ ad-
ministratione finita remanet sui iuris [1]. Ad hoc s. eod.
li. de priuileg. ca. 1. in principio Priuilegia ergo princi-
pis sunt perpetua, & hoc verum in realibus: personalia
enim extinguuntur cum personis. quod dic, vt dixi su-
pra eo. priuilegium. idem dico de priuilegio ad tempus
dato. Pone casum de verborum significatio. tua. supra
eo. li. de rescrip. si pp. & licet hic exprimatur de princi-
pe, idem in beneficijs aliorum. 12. q. 2. si eps. de insti. cū
venissent. possunt enim epi dare priuilegia. de re iud.
cum inter vos, de hoc. 25. q. 2. in summa. Et not. ꝙ licet
priuilegium debeat esse perpetuum, vt hic: extinguitur
tamen propter abusum, delictum, negligentiam, con-
trarium factum, & superueniens enorme pręiudicium,
quod dic vt not. 22. distin. renouantes. 11. q. 3. priuile-
gium. de deci. suggestum [2]. Vnde dico ꝙ ab ipso prin-
cipe verba priuilegij interpretanda sunt, ita quod alteri
enorme præiudicium non afferant. supr. de verborum
signifi. quid per nouale. Si autem ex post facto superue-
niat præiudicium : pone casum per decret. suggestum.
de deci hic, cum sit necesse directe venire contra ver-
ba priuilegij, crederem proponendam principi quæstio
nem de priuilegio quod de nouo tendit ad noxam : &
contra illud non deberet [3] propria auctoritate veniri, se
cundum Lau. qui hoc sentit. 25. q. 1. c. vlt. in fi. & Ber. in
prædi. decret. suggestum. in vlt. glossa.
ADDITIO. Beneficium in ista regula positum large
sumitur. & vide quod scripsi de verborum significa-
tio. olim. super gl. fin. Et dic mansuetum, etiam si cessat
causa concessionis priuilegij : dummodo illa cā fuerit
impulsiua ff. de donatio. l. 2. §. vl. & l. seq. ff. de post. l. 2.

1 Et remittit ... solum cognatorū, & agnatorū iura Dynus.

2 Vbi et remissi ad Spe. de instru. editio. §. nūc aliq̄ti fi. ubi plures casus tales narrāt. Io. And.

3 Nota. Phi. isto casu reqr. accessoriā.

§. sexum. vel fuerit finalis, sed aliquæ reliq̄æ illius cāæ
remaneant, vt patet in quodam seruo. ff. de quæst. l. v-
nius. §. seruus. & in illo, qui fuit decurio, q nō torquet,
ff. de decurio. l. vl. & in illa, q̄ desistit esse vxor, cōtra q̄
turpis actio nō istituitur. ff. rerū amotarum. l. 2. & 3. &

¶ Idem.

I REGVLA XVII. INDVL-

idē cū dubitatur, an
fuerit impulsiua, an
finalis. ff. de cond. &
demōst. l. cū tales. §.
falsam. & l. Titio. §.
sed cum. Secus quando causa fuit finalis, & nullæ reli-
quiæ remanent. facit sup. eod. lib. de præben. si pauper.
ff. de actio. & obl. qui cum hærede. de inof. test. Pap. §.
nec impuberis. Dy. Io. And.
b ¶ Principe.] qui solus secundum quosdam potest pri-
uilegium in alterius præiudicium conferre. 9. q. 3. nunc
vero. & c. seq. s. de conces. pręben. proposuit. C. de qua-
drien. præscri. bene a Zenone. quod non est verum, vt
no. 25. q. 3. in summa, in prin.
ADDITIO. Dic vt no. & dixi sup. de relig. domi. con
stitutus. in gl. hoc videtur Io. And.
[Glo. vltima ostendit istud, decet, esse æquiuocum.]
c ¶ Mansurum.] & omni malitiæ & diminutioni con-
trarium. in auth. constitutio, quæ de dignit. & in fi. col.
6. Et no. ꝙ hoc verbum, decet, ꝙ ponitur in hac regula,
quantum ad ipsos subditos necessitatem importat, &
quantum ad ipsum principem, potestatem : ipsum. n.
priuilegium per se concessum diminuere vel modera-
ri, & etiam in totum tollere potest. Primum probatur
sup. eo. lib. de deci. c. 2. & de sta. reg. c. vnico de priui. c.
1. & ne aliqui. & c. seq. Secundum probatur sup. eod. li.
de elect. quia sæpe. de immuni. ecclesi. clericis. de sent.
excom. c. vlt. in fi. Ad hoc 63. dis. ca. verum. C. de legi. l.
digna vox.
ADDITIO. Clementinas, quæ idem probant, vide
de sepul. dudum. in princip. in gloss. multotiens. Ioan.
Andr.
INdultum a iure.] Casus figuratur primo per capitu-
lum, de his. 28. distin. in licentia nubendi data ab A-
postolo: Licet iure ciuili cautum sit, quod vidua debet
abstinere per annum numerandum a tempore mortis
mariti, q dicitur annus, ita ꝙ si mulier inf. annum lu-
ctus contrahat, incurrit graues pęnas, vt C. de sec. nup.
verum tamē ab Apostolo, & ēt iure canonico. fuit data
potestas mulieribus, vt possent cōtrahere matrimoniū
infra annum luctus mortuo primo marito, cum sint
solutæ a lege viri : vtrum episcopus vel alius possit tol-
lere mulieribus illam facultatem, & licentiam nuben-
di infra annum luctus? Respondet quod non : quia
istud fuit concessum mulieribus a iure, & sic non eis
est auferendum. ¶ Item potest casus figurari per cap.
licet canon. sup. de elect. eod. lib. Certum est ꝙ clericus
promotus ad ecclesiam parochialem, habet annū a iu-
re inf. quem debet promoueri ad sacerdotum, si infra
annum non promoueatur ad sacerdotium, est priuan-
dus sua ecclesia parochiali. Sed vtrum episcopus possit
præcipere tali clerico sub pœna priuationis, vt ipse pro-
moueatur ad sacerdotium intra dimidium, & sic abbre-
uiare tempus sibi indultum a iure? Respondet quod
non, quia indultum est tali clerico a iure, vt habeat an-
num ad promouendum ad sacerdotium, ergo episco-
pus non potest sibi auferre illud tempus.
¶ Item potest poni casus in quadrimestri dato cōdem-
nato in actione personali ad soluendum. l. 4. si quis con
demnatus. ff. de re iudi. Conueni Titium super actione
personali coram iudice competente, fuit mihi condem
natus, certum est quod ipse habet quatuor menses ad
soluendum l. 1. & 2. C. de vsuris rei iudi. sed utrum iu-
dex possit illud tempus abbreuiare? Respondet quod
non; nisi subsit iusta causa per rationem huius litte-
ræ; quia indultum a iure concessum nemini est aufe-
rendum. Et si iudex sine causa abbreuiauerit il-
lud tempus, illud suppletur a iure l. 4. ff. de re iu-
dicata.

¶ Item

¶Item poſſet poni caſus in decem diebus datis ad appellandum.

[Glo prima primo ponit exempla. Secundo opponit de quatuor iuribus, & ſoluit diſtinguendo, & exẽplificãdo. Tertio inducit regulam ad ſolutionem quæſtionis.]

a ¶ Indultum a iure.] Pone caſum in licentia nubendi data ab Apoſtolo. 28. diſtinc. de his. In anno dato ad promotionẽ ſacerdotij. ſup. eo. li. de ele. cõmiſſa. 1 in quadrimeſtri tẽpore dato condẽnato in perſonali actione ad ſoluendum. ff de re iud. l. 4. § ſi quis condemnatus. Contra ſupra de re iudic. quod ad conſultationem. ſupra de appel cum ſit. & cap. oblatæ. ff. re iudi. l. 2. cum ſuis ſimilibus: Sol. quoddam eſt iuris beneficium, quod nõ poteſt alicui auferri, vt induciæ x. dierum ad appellandum 2. 3. q. 6. anteriorũ. Induciæ 4. annorum ad petendam reſtitutionem ſupra eod. lib. de in integ. reſtitu. c. 1. Et illud verũ eſt in iſtis & alijs inducijs; quę dantur a lege ſine tacito vel expreſſo miniſterio iudicantis. Quoddam eſt, quod ſine cauſa auferri non poteſt; & ſic intelligatur hæc regula: ſed cũ cauſa, & cauſa cognita bene. & no. de hoc plene in dicta decre. cum ſit & illud verum in inducijs, quæ licet dẽtur a iure, interuenit tamen eis tacitum vel expreſſum miniſterium iudicantis. vt in deliberatorijs 20. dierum & ſimilibus Quod ergo hic dicit quod beneficium iuris nemini eſt auferẽdum, intelligas ab hoĩe, & ſine cauſæ cognitione: alio enim iure interdũ tollitur alterius iuris beneficium. Pone exemplum in ſolemniter vouente, qui non contrahit. ſupra eod. lib. de vot. & voti redem. ca. vnico. In contumace, in non veniendo. In notorio criminoſo, & in tertio appellante, qui non audiuntur appellantes. 24. q. 3. de illicita. de appel. propoſuit & c. ſua nobis. C. ne lice. in vna. & eadem cauſa ter. appel. per totum, ſed vbi ius aufert, vel non permittit hominem auferre, 3 ceſſat regula: ſicut eſt videre in patre, qui a iure habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij, C. de bon. quæ lib. l. cũ oportet, & l. vlt. & tñ aufertur ꝑ relinquentem ea. conditione, ne ad patrem perueniat vſusfructus in Authen. vt lic. matri & auiæ. in prin. colla. 9. Item a lege datur marito adminiſtratio bonorũ paraphernalium, & tamen poteſt auferri per mulieris prohibitionem. C. de pact. cõuen. l. hac lege. Sed iſta, quæ fiunt permittente lege, per hominem fieri non videntur: ſed potius per legem permittẽtem. Et hæc eſt regula pro clerico electo, qui confirmationem debet petere infra tres mẽſes, vt ſupra de elect. quàm ſit. poſt præſtitum conſenſum. vt ibi epiſcopus ei mandat, quod petat confirmationem infra mẽſem: videtur enim quia nõ poſſit hoc mandare: ex quo eodem vel alio iure non cauetur, qđ hoc poſſit: ergo beneficium illi electo indultum tollere non poterit, per hanc regulam, & ea. quæ ſupra dixi. Ioan. And.

cum a † à iure beneficium, non eſt alicui auferendum.

¶ Idem.

† Secũdũ A l be. hæc reg. fallit ĩ duobus ĩdultis, nã tũc priuilegiator aufert debiliori ſuũ indultũ. l. verum ff de mi. Itẽ fallit quãdo obligatio principalis & acceſſoria concurrunt in eadẽ perſona. generaliter ff de fideiuſſoribus.

1 Hoc itellige quo ad pęnam iuris, de qua ibi loquit. Hoc dico ꝓpter id qđ notaui. eo. tit. licet canon. ĩ gl. ;an tepen

2 Idem hic Dyn. ꝑ modum qõnis. Io. And.

3 Idem dicit Dyn. vñ dicebat. Ioan. M. regula ꝓcedere vbi iuris bñficium ſiſtit in indulto, nec vltra procedit. Itẽ nullo extrinſecus tempetante, &c.

NOn firmatur. Caſus primo figuratur ꝑ capitulũ, principatus. 1. q. 1. vbi dicitur, quod aliquis fuit ꝓmotus ad principatũ, hoc eſt ad prælaturã ſimoniace: Certum eſt, ꝙ iſta promotio eſt nulla, quia ſimonia eſt tanti effectus, vt reddat promotionem nullam poſtea accidit, ꝙ iſte promotus ſimoniace adminiſtrauit irreprehenſibiliter, & fuit toleratus in ſua adminiſtratione per aliqua tempora: vtrum promotio validetur, ita ꝙ aſſumat vires? Reſpõdetur, ꝙ non: quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit.

¶Itẽ poteſt poni caſus per c. ſi eo tempore. ſup. de reſcr. eo. lib. ponamus, ꝙ aliquis a ſede Apoſtolica impetrauit gratiam expectatiuam, per quam Romanus Põtifex mãdabat canonicis eccleſię Pictauiẽſis vel alicui prælato, vt ipſi de beneficio eccleſiaſtico prouiderẽt, ſi ꝙ vacaret, alioquin de ꝓximo vocaturo, etiam ſi illud beneficium eſſet dignitas, perſonatus vel officiũ aut illi immineret cura animarum, & ponamus. ꝙ tẽpore impetrationis impetrans non habebat perfectã ætatem requiſitã ad eccleſiam: Accidit, ꝙ antequam vacaret eccleſia parochialis. effectus eſt ꝑfectæ ætatis: vtrum illa gratia expectatiua reaſſumat vires: & ſic iſte impetrãs virtute ſuæ gratiæ poſſit promoueri ad eccleſiam parochialẽ: Rñd. ꝙ non, quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit. Item poteſt figurari caſus per l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver. obli. Aliquis mihi ſtipulanti promiſit rem ſacram, puta calicem ſacratum, certũ eſt, ꝙ iſta ſtipulatio non valet, quia res ſacra non cadit, in commercio hominum. Accidit, ꝙ iſta res ſacra deſijt eẽ ſacra, forte calix fuit cõflatus: vtrum virtute ſtipulationis ꝑdictæ, quę erat nulla, poſſit petere, vt ipſe compellatur ad tradendum mihi illam rem, quæ amplius non eſt ſacra? Reſpondetur, ꝙ non: quia quod ab initio non valuit, tractu tẽporis non conualeſcit.

¶Item poteſt poni exemplum in homine libero, & in alijs rebus, quæ cadunt in commercio hominum.

[Prima gl. dicit vnde regula ſumpta, ponit exẽpla: & remiſſiones de initio ſpectã lo, & ꝙ in annullandis non loquitur regula. Secundo allegat in contrarium duos canones. 5. decre & duas leges, & dat vnam ſolutionem ſpecialem; ſecundo generalem, cui ſolutioni opponit decre. cura. & tripliciter ſoluit. Iterum opponit de decre. 2. de eo qui dux. Soluit, & principalem ſolutionem declarat.]

b ¶Non firmatur.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l ꝙ ab initio pone caſum. 1. q. 1. principatus. vbi nõ conualeſcit ſimoniacus ingreſſus ſ. eo. li. de reſc. ſi eo tpe, vbi ſpectatᷓ impetrantis ætas ꝙ̃ habebat impetrationis tpe. ff. de ver. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacra. vbi nõ valet liberi hominis ſtipulatio, licet poſtea ſeruus fiat. Vel rei ſacræ, licet fiat profana. Ad idem ſ. e. lib de ſent. excõ. licet. ff. qui & a qui. mã. li. l. ſi ſeruo. vbi libertas data ſeruo alieno, non valet, licet poſtea efficiatᷓ ſeruus meus. Ad idem inſt. quibus non eſt permiſ. fac. teſt. §. præterea vbi teſtm̃ furioſi vel impuberis nõ valet, licet poſtea efficiatur maior, vel ſanæ mẽtis. Cõcor. ad hoc. 16. q. 3. §. põt, verſi. ꝙ ab initio. ſ. de elec. auditis. cum ſi. [Quod dictũ eſt de furioſo vel impubere dicit idẽ Dynus de ſeruo, ſi poſtea fiat liber, de filiofamilias, ſi poſtea fiat ſui iuris, de capto ab hoſtibus ſi poſtea redeat, &c.] Nota ergo ex hac regula initiũ ſpectãdũ. alibi habes, de fine, ſed ꝓſequere hoc brochardum, vt no. ſup. de elect. dudum 1. Item not. quod a principio nullum eſt ipſo iure tractu tẽporis nõ cõualeſcere, ſecus autem ſi non eſt nullũ, ſed annullandũ. 4 ſ. de poſtu. bonæ. 2. de ele. ꝙ ſicut, Expreſſe 3̃. 12. q. 2. ſi qua de rebus. 16. q 1. cap. vlti. de ijs quæ ſi. a prælа. cum nos. & ibi de hoc. de regula. ſignificatum. de iure patr. cura. de deſpon. impub de illis de coniug. ſer. propoſuit. ff. de ritu. nup. l. ſi quis in ſenatorio. 5 C. de nup. & ſi contra. in his omnibus dicitur, quia conualeſcit, quod a principio nullum erat. Sol. ad prædict. c. ſi qua de rebus. dic, ꝙ non obſtat ẽm Io q ibi no. ꝙ contractus factus ꝑ clericos vacãte ſede, tenet ipſo iure. ſed reſtituitᷓ eccl'a. Sed Hu. ibi. Tãcr. & Goff. & Ber. extra ne ſede vacante c. 1. dñt 3̃rium, ſ. ꝙ non tenet ipſo iure, & dicunt ibi reſcindi quantum de facto ꝓceſſit, & quod poteſt poſtea haberi ratum, dicũt eſſe ſpeciale fauore eccleſiæ. Vel dic gñaliter ad illud, & ad omnia 3̃ria ſupradicta, ꝙ illud, ꝙ ab initio nullum eſt, nõ

† Si tñ non cõſtet de iure principij ꝑ tp̃s immemoriale. ſecus Io. An. Phi. ꝑ l. hoc iure. §. ductꝰ aquæ. ff. de aqua. quoti. & æſti. & ꝑ hanc regu. dñr, ſi archipresbyter propemortuus renunciet ſuæ dignitati ĩ manus preſbyteri acceptãtis noĩe epĩ, electio a canonicis facta confirmari nõ valet.

4 Per hoc tollitᷓ illud de ſnĩa negligẽtia appellantis conualeſcente, nã illa non fuit a principio nulla. Ph. Io. And.

5 Dicit Io. Mo. ꝙ ibi eſt vitium qualitatis, qua ſublata tenet, quod eſt actũ. hic vitiũ in facto. Io. And.

firmatur solo tractu temporis. vt hic. Sicut n. tempus non est modus inducendæ obligationis. 10. q. 3. quia cognouimus. de cēli. puenit. C. de pac. si certis annis. nec tollendæ. sup. de præscri. causam. ff. de act. & obligat. l. obligationū fere. §. palcet. sic nec reparandæ, vt hic. Ad idem. ff. de ser. expor. l. si minor. sed nouo subsequenti consensu interdū tacito, interdum expresso sublata causa impedimenti bene, vt per contraria probatur. 1 Ad hoc. C. si ma. fac. ratum habue. l. 1. & 2. Probatur hoc optime sup. eo. lib. de desponsa. impube. cap. 1. valeāt ergo ex subsequenti consensu exnunc, non vt extunc. Simile. ff. de officio procōsulis. l. obseruare in fin. Speciale tamē videtur secundum Bern. in 𝔠ctu minoris. vbi non tenet contractus, nisi tutor vel curator ibi sit præsens: licet postea consentiat. Instit. de aucto. tut. §. Auttutor. ff. eo. tit. l. obligari. Item in electione, quę si nulla est, subsequēti consensu nō confirmatur. s. de elec. auditis. secūdum Ber. qui hoc not. s. eo. lib. de reb eccle. alie. vel nō. dudum. in gl. magna, in fi. Sed adhuc obstat, & solutio cōtradicit prædic. decr. s. de iure patro cura. Ibi etiam tractu temporis cōfirmatur, quod ab initio non valebat. Solu. ibi non fuit solus tractus temporis, sed bona fides cum tempore legitimo. qd̄ præscriptionē inducit & facit, quod dixi sup. eo. cum vel fuit illud propter scandalum, vel fuit ibi etiā tacitus consensus epi, vt ibi no. Item solutioni cōtradicit, sup. de eo qui dux. in matrimo. quam polluit per adult. c. 2. vbi matrimonium contractum cum secūda viuente prima, mortua prima ex nouo consensu cōfirmari non potest. Solu. illud est propter impedimentū perpetuum. s. adulteriū cum sponsalib. de facto, vt supra eo. tit. ca. vlt. licet ergo superueniat casus, s. mors primæ, a quo poterat cum secunda matrimonium inchoari, remanet tamē impedimentum prædictum, pp quod nouus cōsensus nō pōt inducere matrimonium cum secūda: & ibi de hoc. 2 Illa ergo, quæ de necessitate desiderant initium, vel quæ ideo nō valent, quia subest in eis perpetuum impedimētum, nec tractu temporis, nec nouo subsequenti consensu confirmantur, vt hic & ibi: sed ea quæ de necessitate non respiciunt initium: nec subest in eis perpetuum, sed tēporale tātum impedimentum, & si non solo tractu tēporis cōfirmantur vt hic, tn̄ sublato impedimento nouo subsequenti consensu interdum tacito interdum expresso bene, vt in contrarijs, & sic solutionem intelligo supradictam. Ioan. And.

1 Dy. distinguit, aut durat ergo causa impediēs aūt cessat & nulla superuenit cōfirmans, primo & secūdo casu lo hētregu la, in tertio vero non. & hoc recidit idem Ioan. And.

2 Placet Dy. per l. si expressim ff. de app.

¶ Idem.

REGVLA XIX.

NOn † a est sine culpa qui rei, quæ ad eum nō ptinet, b se immiscet. c

NOn est sine culpa.] Casus in hoc capitulo potest figurari in clerico iacēte lapidē, per c. clerico. 50. dist. iuncto cap. nec is. §. cum itaque. 15. q. 1. Et primo pro intellectu huius c. est præsupponendum, ꝙ est pmissū hominibus exercere ludos causa virtutis exercēdæ, sicut proijcere lapidē, vel exercere alios ludos ad exercēdum fortitudinē corporis. Ponamus, ꝙ aliquis clericus inter laicos dimissa veste & habitu clericali proiecit lapidem, & aliquem hominem ibidem transeūtē occidit, non proposito deliberato: quia nō fuit in culpa quantū ad homicidiū: vtrum sit censendus irregularis? Rn̄detur ꝙ sic: quia istud. s. proijcere lapidem, non competebat suo statui, & sic fuit in culpa, quæ præcessit casum. ¶ Item pōt poni casus in clerico sagittāte per dictū c. clerico. Quidā clericus cum ballista misit aliquam sagittam, & hominem trāseuntem occidit nō proposito deliberato: vtrum sit irregularis? Certe sic; quia culpa præcessit casum: & se immiscuit actui, qui non competebat suo statui. ¶ Item potest poni exemplum per capit. tua. de homicid. sup. in monacho chirurgico. Certū est, quòd ars chirurgica est monachus prohibita: Accidit, quod aliquis chirurgicus monachus alicui infirmo dedit medicinā iuxta artem chirurgicam: ille infirmus mortuus est: vtrum monachus sit in culpa? Respondetur ꝙ sic: quia immiscuit se actui non conuenienti suo statui. ¶ Item potest poni exemplum in fure: Ponamus, quod aliquis Titius surripuit mihi aliquas res: istas res postea perdidit per casum fortuitum: quia cum essent in domo sua, per incendium fuerunt cōbustæ: vtrum fur teneatur mihi restituere illas res, licet sint perditæ per casum fortuitū? Rn̄detur, ꝙ sic, quia fur semper est in mora restituendi rem. ¶ Ex hac regula colligitur, ꝙ regulariter quis non tenetur de casibus fortuitis, nisi culpa vel mora præcesserit casum.

† Io. A. tangit hic an clericus patrocinans corā sæculari in criminali sit irregularis morte secuta: plenius. c. 1. d̄ postu. ca. sentētia ne cler. vel mo. Itē de teste iniuriato falsū apud acta deponente, qui oī iure puniendus est sm cū pœna falsi, q̄ plectitur, Hip. in l. 1. ff. de fal. Bal. in l. iuriiurandi, in fi. C. de test. dicit talem puniendū, vt de crimine stellionat. Phi.

[Prima glo. dicit vnde sumpta, & poni exempla in prin. & in fi. ex quibus infert hunc de casu teneri; in medio obijcit, & soluit.

a ¶ Non est sine.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. culpa est. Pone casum in clerico iacente lapidem; & cæco sagittante. 50. dist. clerico. 15. q. 1. §. cum itaque. in monacho chirurgico supra de homi tua. l. respon so. Scire n debet quod suum non est, ad alios pertinere. C. vnde vi. cum quærebatur. Si hęc regula vera est: ergo est culpa gerere aliena negotia & sic est 𝔠. ff. de neg. gest l. 2 & per totū. vbi prodita est actio gerenti: ex improbitate enim non debuit actionem consequi. 22. q. 4. si ad peccatū supra de consuetu. cap. penul. ff. de fur. itaque fullo. Sol. officium hoc debet homo homini. 22. q. 4. c. 2. supra de testa. cum in officijs. ibi. primo loco, &c. ff de ser. expor. l. seruus Et nota, qd̄ proprie loquēdo inter Deum & hominem est religio: in decre. iuramenti religio. 52. q. 4. vnusquisque. Inter p̄latum & subsiditum obedientia. 2. q. 6. qui se scit. Inter maiorem & minorem reuerentia. sup. eo. li. de off. delega. c. 2. Inter patrem & filium dilectio 5. q. 5. non osculatur. Inter consanguineos pietas. Inter dominū & seruum, seruitium: Inter patronum & liberū, obsequium. Inter hominem & hominem officium. C. de neg. gest. officio. ff. de in offi. test. l. 2. Non potest ergo dici ad eū non pertinere: nā vides, ꝙ olim appellans pro cōdemnato habebat biduum vt in propria cā, nō triduum, vt in aliena ff. de appel. nō tantum. ff. quando appel. sit. l. 2. Ad hoc. 2. q. 6. nō solent. Exēplificare potes hanc regulam ēt in imperito medico, & iudice, 3 qui per imperitiam male iudicauit, qui tenetur actione in factum in quantum religioni iudicantis videbitur ęquum. ff. de var. & extraord. cogn. l. si iudex. Instit. de obli. quæ ex quasi delic. in prin. quia imperitia culpę cōparatur, 1. q. 1. non est putanda. in fi. 29. dist. c. vlt. sup. de æta. & qualit. ad aures, de homic. tua ff. e. ti. l. imperitia si ergo est in culpa se miscēdo, ergo tenetur de casu; quia semper si casum culpa pręuenit, tenetur quis de casu 4 de homic presbyterum. & c. sup. eod. lib. e. tit. cōtinebatur. & c. ad audientiam. & sup. eod. lib. e. tit. c. vlt. de hoc. 50. dist. de ijs. sup. de homic. sicut dignū in gl. pen. Ad hanc regulam concor. s. de sent. excom. si qs perpendimus. Io. And.

b ¶ Non pertinet.] 5 dicit Io. Mo. ratione facti vel modi, ad primum allegat. de homi. cōtinebatur ad secundum. eo. tit. ad audientiam. ff. ad legem Aquil. sed & si. §. si cum, l. seq. Io. And.

c ¶ Se immiscet. 5] tractat hic Dynus, an teneatur, qui impedire potuit iniuriam fieri, & nō impediuit. ꝙ tenetur. s. c. Et dicit hoc planum de iure canonico ꝙ tenetur. s. c. lib de sent. excō. dilecto, & facit ad hoc. ff. de noxa. l. 2. in prin. & ff. de re. mili. omne delictum, § qui prepositum. Sed vt dicit, contrarium no ff. eod. tit. l. culpa. Tamen vt dicit textus illius legis facit pro a contrario. Item facit ad Syllania. l. 1. §. eodē. autem pro gl. facit ea. l. 1. §. sed in eo, de hoc supra de sent. excō. quanta. Ioan. And.

3 Et assessor si qd quis iuris. l. 3. Io. And.

4 Verū si [illegible] vero [illegible] no. Do. [illegible] § si vero [illegible] si qs [illegible] Phi.

5 Hæ duæ glossæ [illegible] lectura [illegible] An. sūt [illegible] nec habentur in antiquis [illegible] bus [illegible] pressis.

¶ Idem.

REGVLA. XX.

NVllus † a pluribus vti defensionibus prohibetur.

NVllus pluribus.] Casus figuratur primo p c. auditis de præscrip. in antiq. Ponamus ꝙ eps Picta. dicit ecclesiam beati Hilarij maioris Pictauis esse sibi subiectam de iure communi; vnde fecit conueniri Decanum, & capitulum illius ecclesiæ coram iudice competenti: & petit in suo libello, vt illa ecclesia declaretur sibi esse subiecta, & ꝙ clerici, & canonici cōpellantur sibi obedire; Decanus vero. & capitulum excipiendo proposuerunt, ꝙ sint exēmpti à iurisdictione ordinaria ipsius epi. Item ꝓposuerūt, ꝙ posito, ꝙ non essent exempti, tamen ipsi præscripserāt libertatem contra episcopum Pictauien. & sic ipsi allegant duas exceptiones contrarias: quia si sunt exempti per priuilegium sedis Apostolicæ, non est eis necessaria p̄scriptio, vtrum sint admittendi ad ꝓbandū istas duas exceptiones? Vr̄ ꝙ nō: q̄a actor non potest simul proponere plures actiones. l. 1. C. de ser. corrup. sic videbatur in reo, ꝙ reus non posset etiam simul proponere plures defensiones. Sed hac rōne dubitandi non obstante, rn̄detur in contrarium: videlicet ꝙ reus pōt plures defensiones proponere etiam contrarias. Et ratio huius colligitur per istam regulam iuncta regula, cum sunt partium iura, sup. eod. & l. fauorabiliores. ff. eod. titu. Nec obstat motiuum: nam iura magis fauent reis, quam actoribus. ¶ Item potest figurari casus per l. interpositas. C. de transact. Titius conuenit aliquem suum debitorem coram iudice competenti, coram quo dedit in scriptis suum libellum cui petijt per reū rn̄deri; reus autem excipiendo allegauit transactionem factam inter ipsū & Titiū: Titius replicando ꝓposuit, ꝙ illa transactio erat nulla. primo quia fuerat facta per metum. Item allegauit quod ille, cum quo fuerat facta transactio, erat seruus transigentis: vtrū debeat Titius admitti ad probandum istas duas defensiones? Respōdet ꝙ sic quia nullus prohibetur vti pluribus defensionibus etiam si illæ defensiones essent inuicem contrariæ, vt dictum fuit in primo casu.

¶ Prima glossa dicit vn̄ sumpta, & ponit exempla. Secundo exponit regulam etiam de contrarijs; & 11. casus excipit. Tertio interserit de electionibus, & actionibus, & remittit. Quarto obijcit ad id, quod dixit de contrarijs: & ponit quatuor solutiones, & quamlibet impugnat. deinde soluit distinguendo, subdens adhuc aliam solutionem, quam non approbat. Quinto notat, remittit, & concor. allegat.

a ¶ Nullus pluribus.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. nemo ex his. Pone casū 24. q. 1. quisquis vbi negat Aug. quod dicebat Vincen. eum facere, dicens quod posito ꝙ id verum esset, id facit ex causa de prescrip. auditis. vbi allegatur exēptio & p̄scriptio. C. de transact. interpositas, vbi dr̄ transactionem non tenere, tum quia metu interposita, tum quia facta cum seruo proprio. Et quod dicit, defensionibus, intelligas etiam contrarijs. 13. q. 2. in principio vbi de hoc. ff. de excep. l. nemo. nisi forte spāliter ius impediat, vt prædi. l. ff. eod. titul. d. nemo ex his. impedit enim ius interdum contrarias defensiones proponi. Pone casum. ff. de nox. l. quotiens. §. prætor, ibi conuentus noxali, negans seruū habere in potestate, conuictus de mēdacio tenetur in solidum, nec penitere pōt. Idem in conuento de pauperie ff. si quadru. pau. fe. dica. l. 1. §. interdum. Idem in eo, q negat pecuniam numeratam, conuictus de mendacio, non potest dicere se soluisse. C. de non numera. pecun. Auth. contra qui propriā. [Vide de hoc in Spec. de excep. §. viso. versi. sed quid si debitor. & ibi in versi. si tractatur. de creditore qui negat se numerasse, & pignus recepisse, cum ab eo pignus repetitur.] Idem in eo, qui negat se socium, amittit priuilegium, vt conueniatur in quantum facere potest. ff. de re iudic. sed hoc ita. §. j. idē in eo qui negat sibi pecuniam solutam, si conuincitur de mēdacio, amittit priuilegium, per quod aduersarius compellebetur probare indebitum, sed ipse compellitur probare debitum. s̄. de solu. is qui. ff. de probatio. cum de indebito, in prin. Item impedit. ff. de rei vend. l. vlt. C. qui potio. in pig. habe. Auth. si possessor. nam conuentus rei vendicatione vel pignoratitia, negans se possidere, conuictus de mendacio, cōmodū possessionis amittit, vt ibi, & Aquilia inficiatione crescit in duplum. ff. ad l. Aquil. l. 2. & hæres qui negat legatum, conuictus non recurrit ad solemnitatem iuris, vt dicatur testamentum imperfectum. Instit. de fideicommis. hær. §. vlt. Item impedit. Instit. de fideicommis. libertati. §. sed quod & in Auth. de trien. & semi. §. studium. & §. illud actor. collat. 3. 1. Duas autem electiones quis simul prosequi non potest: nec vna electa redire ad alteram. sup. eod. ti. de elect. vt quis duas. 2 & facit sup. de re iud. cum olim. An autem quis pluribus actionibus vti possit, no. 13. q. 2. in prin. de relig. domi. cum dilectus, & per Inno. & Hostien. de restit. in integ, constitutus. & plene. ff. de tributo, quod in hæredem. §. eligere. 3 [Nec valet si dicas idem debere dici in exceptionibus. in quibus reus est actor. ff. de except. l. 1. quod in actionibus, & est ratio: quia rei fauorabiliores, ratio rationis: quia in potestate actorū est agere, sed conueniri non est in potestate reorum. ff. de do. excep. l. pure. §. fin. Dynus.] Licet autem ex titulo duplicato non agatur. s̄. de fide instrum. inter dilectos. C. de contrah. emp. cum res tamen bene excipitur. sup. de concess. prebend. post electionem de relig. domi. constitutus, & c. cum dilectus. In illa autē decre. de prescrip. veniens, simul proponebantur illa duo, priuilegium & p̄scriptio, per quorum vnum videbatur recedi ab altero, vt ibi patet. Sed nonne contraria allegans non auditur, vt 23. q. 7. quod autem, in prin. de appel. solicitudinem. in fin. C. de fur, & ser. corru. l. 1. Quidam indistincte dixerunt allegantem ꝯria non audiri per prædictam decret. inter dilectos, sed obstant supradicta iura. Alij dixerunt. s. Gul. Naso. Tan. & Goffre. recitando, ꝙ illud habet locum in actore, & in eadem instantia iudicij nam secus in diuersis. ff. de inof. ficioso testa. l. Papinia. §. sed nec impuberis. in reo autem non habet locum, vt sup. probaui. Sed huic opinioni contradicit prædic. decre. veniens. nam ibi erant mutuæ petitiones, & super eo. super quo se defendebat abbas, non auditur ibi allegans contraria: prescriptionem, s. & priuilegium. Et ideo dixerunt, quod non auditur allegans contraria in eadem instantia iudicij, vt in contrarijs, sed in diuersis bene: & ideo dixit lex, q̄ qui primo egit de inofficioso testamento, & succubuit: potest postea dicere nullum, vt C. de inofficioso testam. l. contra maiores. 4 Sed huic contradicunt de præscrip. auditis, & c. cum olim. vbi in eadem instantia proponuntur. Vnde dixerunt alij, quod sub conditione licet proponere contraria: puta propono talem exceptionem, in qua si succubuero, extunc propono talem, facit de excep. cum venerabilis, & quod ibi no. & sic intelligitur. 5 dicta decre. auditis, & c. cum olim. & hoc recitat Goff. seruari in causa. Sed hoc non colligitur ex ipsis decre. & videtur quoddam diuinare. Vnde verius dicas, quod aut sunt contraria, quæ proponuntur ex principio, aut ex fine. Si ex principio, sunt contraria, sed ad vnum finem tendunt: pone casum in prædicta decre. auditis, & in decre. cum olim, & in decret. post electionem cum si. tunc proponi possunt in eadem instantia, & vnum non præiudicat alteri. 6 Si autem ad finem contrariam tendunt; pone exemplum per decre. solicitudinem. tunc simul, vel in eadem instantia non proponuntur, vt supra dixi. Nec credas quod in predic. decre. veniens priuilegium in eo, ꝙ priuilegiū sit contrarium p̄scriptioni in eo, ꝙ præscriptio: sed te-

† Io. An. hic dicit accusatū homicidij specificati negātē, si conuincat excipere posse de sua defēsione, et si suā negationē iurauerit Phi. per no. Bar. in Au. ꝗ ꝓpriā. ego allego tex. in §. itē si vasa. si de inuesti. ꝯtrouer. neq; dēt dicere necessariā, sicut vult. Lot. sing. 28. vide Iaso. §. si q̄s Inst. de act.

1 Dn̄i cōiter Doct. ꝙ ī his oībus est rō spālitatis vt puniat mēndaciū Io. An.

2 Ego ibi dixi cām post Pet. de Anch.

3 Pet. Dy. hic & oēs in l. edita. C. d edē. & c. 2. de lib. oblat.

4 Idē Dy. & ē rō; q̄a ꝯriāt origine non effectu.

5 Vide ꝙ ibi dixi, sup fi. antepen. gl. Io. And.

6 Est de mēte Dyni. per leg. scio. §. vlt. ff. de appel.

nor priuilegij erat contrarius præscriptioni: per pręscriptionem. n. ibi dabatur abbati plena, & puta potestas recipiendi ordines à quocunque vellet epo; sed per priuilegium cum determinatione dabatur prędicta potestas: si eps catholicus non esset, &c. Dicunt tamē quidā referre in verbis, an scilicet dicat, allego priuilegium, & præscriptionem, & tunc debet audiri, an dicat, allego p̄scriptionem, & priuilegium: & tunc nō auditur, quia ponit carrucam ante boues, & sic intelligunt decret. Sed, vt ibi patet primo priuilegium fuerat allegatum: vnde præcedens ratio verior est. Et nota quod exceptionē obijciēs non contestatur litē. sup. eod. lib. de lit. contest. l. nec facetur, vt inf. eod. exceptionem, & adde quod ibi dicam. & concor. ad hanc regulam. de appel. cum parati.

¶ Idem.

REGVLA XXI.

QVod † semel [a] placuit, amplius displicere nō potest.

Quod semel placuit.] Casus sic figuratur per capitulum primum de iudi. in antiqu. Quidam Titius fuit conuentus coram aliquo iudice sibi suspecto, fuit petitum a iudice, vtrum vellet eum recusare tamquam suspectum: & dicit illi: Si tu velles, posses me recusare vt suspectum pp talem causam: verum tamen si velis coram me litigare, ego ministrabo tibi bonam iustitiam; & delibera, an velis coram me litigare? Ille respondit: ego confidens de legalitate vestra, sum contentus corā vobis litigare: & sic semel sibi placuit litigare coram eo: Postea pænitentia ductus voluit illum recusare vt suspectum: vtrum possit? Respondet quod non: quia q semel placuit amplius displicere non potest, & hoc verum, nisi superueniat aliqua causa de nouo.

[Prima glo. ponit exempla quatuor specierum. Secundo ponit. 23. casus, qui plures includunt, quibus regula fallit. Tertio dicit aliquid generale incidere in hanc regulam; de quo generali remittit. Quarto ponit quatuor quæ requiruntur ad regulam: scilicet quod placitum non sit à iure reuocatum, quod scienter placeat: quod non sola mente: & quod alterius intersit.].

a Io. Mo. dicit exēpla ponēda perc. de illis. ī. ad fi. ū. lessi pub. p l. ff. de in off. test. l. si. ff. de aqua plu. arcen. in diē. de uaca. mu. l. p nor. §. si post. &c. Io. And.

a ¶ Quod semel placuit.] Pone 1 casum in matrimonio 32. q. 5. horrendus. de iureiur. quemadmodum. ff. de adulter. si vxor. in fi. In electo. 8. q. 2. dilectissimi. s. eod. lib. nulli de electio. ff. si decuri. l. penul. in fi. In iudic. 3. q. 3. offeratur de cau. pos. cum olim. C. de iudi. apertissimi. Idem in alijs omnib. 4. distinc. in istis. s. de proba. per tuas. ff. de neg. gest. Pomponius. 2. Fallit interdum hæc regula ex causa superueniente: vel de nouo ad notitiam perueniente. sup. eod. lib. de electio. vt circa & cap. nulli. supra de except. pastoralis. quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. sup. de offi. deleg. insinuante. ff. de interrog. act. de ætate. §. ex causa. Item fallit in casu. ff. de muner. & honor. vt gradatim. §. reprobari. vbi medicus semel probatus iterum reprobatur, & est illud speciale propter hominum sanitatem: ne vniuersitatis membra malo medico corrumpantur. Item fallit in omnibus casibus, in quibus à iure permittitur pęnitere vel variare, sic in appellatione, a qua licet appellanti recedere. 2. q. 6. si quis libellos de offi. delegat. gratum. supra eod. lib. de elect. quānis, & cap. prouida, & sup. de appell. interposita. Item in patrono laico, qui variare potest accumulando. sup. de iure patro. quod autem, & c. pastoralis. In Cardinali, qui variat in casu sup. de elect. licet. In moniali supr. eodem si eo. rit indemnitatibus. §. si autem. Et in testamento, quod mutari potest vsque ad supremum vitæ exitum. 13. q. 2. vltima voluntas. de celebr. Missarū cū Marthæ. ff. de adi. leg. l. 4. Non obstat pactum de non mutando. C. de pactis. l. pactum quod dotali. ff. de leg. 3. si quis in principio. l. responso. & in libello, qui vsque ad litis contestationem mutari potest. C. de eden. l. edita de hoc de libel obla. cap. 2. & accusans ante inscriptionem pęnitet, de accus. c. licet. Item iudex mutat interlocutoriam suam. supra de appellat. cum cessante. & dic, vt ibi. ff. de re iudica. quod iussit. Item in

mandato, societate, & deposito licitum est pœnitere. Institut. mandati. §. recte. supra eod. lib. de procurato. cap. 2. & penult. ff. pro socio. sed & socius. §. vltimo. ff. de deposi. l. 1. §. penult. & regulariter in contractibus innominatis. quod dic vt plene not. ff. de cond. cau. da caus. nō se. si pecuniam. Item precariū ad certum tēpus cōcessum, etiam ante tēpus reuocatur. ff. de preca. l. cum precario. ratio, quia certi temporis adiectio est contra naturam illius contractus. Item soluuntur sponsalia de futuro per secuta sponsalia de presenti. de spon. si inter, & sponsalia de præsenti per ingressum religionis, de conuersio. coniung. ex publico. & ingressus religionem, ante annum uel professionem pænitet. & de regul. ad nostram, & professus unam religionem, etiam inuito prælato profitetur, & ingreditur arctiorem. eodem titul. licet. Et a simplici uoto receditur per sequens matrimonium. sup. e. li. de uoto, & uo. redempt. capitulo unico. ratio ibi. Item a uoto de certa religione profitenda receditur per ingressum etiam regulæ laxioris. supra eodem libro. de reg. qui post uotum. Item fallit in casu. in quo licet inf. triduum pænitere. sup. de regula. ad nostram. & eodem libro, & titulo. constitutionem in fine.

† Io. And. tenet hic ualere secundum testm̄, nō obstāte primo iurato; neq. testatorē esse piurū secūdū Phil. sed uideto. Imolā in c. cum cōtingat. de iur.

Item in electo, qui consentit electioni de se factæ: qui propria auctoritate pænitet ante confirmationem. de transla. inter corporalia. secundum Ber. In his igitur & similibus casibus, quod semel placuit, adhuc poterit displicere. Et incidit in hanc regulam illud generale, quod nullus potest uenire contra factum suum. de quo dic ut no. 55. distinctio. pænitentes. de elect. nosti. & de cleri. coniuga. diuersis fallacijs. Et not. quod hæc regula non habet locum in ijs, quæ improbātur a iure 2. ut in predic. capitulo pænitentes. 55. distinct. supra de pact. capitulo ultimo supr. de foro competenti. si diligenti. C. de arbit. l. pen. ubi licet partes faciant pactum de non recedendo ab arbitrio, & appellationi renuncient: nihilominus recedere possent. [Expone, & remitte ut dixi de arbit. cum dilectus, super fin. ultimæ gloss.] Item habet locum in ijs, quæ scienter placent, & non per errorem facti. 38. distinctio. quamuis. 22 q. 2. in quibus, & supra de elect. cum in cunctis. & de sol. capitulo ultimo. de coniug. seruo cap. 2. & ulti. ff. de iurisdictio. omn. iud. si per errorem. Item requiritur quod non placeant sola mente, sed uerbo uel facto sup. de spon. tuæ. Et quod alterius intersit. facit inf. eod. mutare, & quod ibi dicam.

a Vnde dicit Io. Mo. q malū culpa remittit, & ordinari pt in bonū pœnę. uel ut dicit homo ruēs I. peccatū non resurget, nec ex se nec aiēr sed gratia p̄ueniente. Io. And.

ADDITIO. Dynus hic plene tractat, an faciens secundum testamentum habet necesse specialiter reuocare primum, in quo erant uerba derogatoria.

Secundo, an sufficiat solum generalis reuocatio, Et dicit, quod forte non erraret, qui diceret secundum ualere. per §. & si quidem, in Authent. de testament. imperfect. ubi sufficere uidetur expressa reuocatio: nec requiritur specialis. Tamen ipse tenet contrarium, scilicet, quod requiritur specialis, per l. si quis. in princ. ff. de lega. 3. superius allegatam, ubi dicitur, nisi specialiter dixerit, &c. Si uero specialiter reuocat, certum est ualere secundum, ut ibi: nisi transisset ad naturam contractus excedens fines ultimæ uoluntatis. ff. de donat. cau. mor. l. ubi ita donatur. Et quod illud in testamento fieri posset, quod in contractu, patet. ff. de assig. liber. l. assignare. & not. ff. de sta. hæredes. §. ultimo. Ioand. And.

Non

NOn debet aliquis.]Casus primo sic figuratur per capitulum, si habes. 34. q 3. Ponamus, ꝙ Titi⁹ manus violentas iniecit in clericum, vel aliud graue delictum perpetrauit dignum excommunicatione, vtrū filius pro delicto sui patris delinquentis debeat excōmunicari? Rñdet, ꝙ non, quia quis nō debet grauari odio alterius, & istud est regulare Aliquando tñ propter delictum patris puniuntur filij,

¶Idem.

REGVLA XXII.

NOn † dēt aliquis alterius odio pręgrauari.

vt in crimine læsæ maiestatis, l quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. & in crimine hæresis sup. de hære. per totum istomet libro. Item potest figurari casus ꝑ capitulum, si compromissarius. §. 1. sup. de elect. Certum est ꝙ si canonici alicuius ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ eligāt in suū prælatū aliquē indignum, sunt priuati pro illa vice potestate eligendi. Sed ponamus, ꝙ canonici compromiserunt in aliquos arbitros, q arbitri sciēter elegerūt indignum, vtrum canonici compromittentes sint priuati potestate eligendi ꝓ illa vice? Respondet ibi, quod non: ne isti canonici ex dolo arbitrorum puniantur. Item potest poni casus in l. si qs. circa finem. C. de inoffic. testamen. vbi dicitur, qđ antiquitus mater poterat filium suum etiam non doli capacem exhæredare odio mariti hodie illa lex corrigitur, ꝙ odio mariti vxor non poterit filium suum exhæredare, nisi commiserit causam ingratitudinis erga matrem, & hoc per rationem huius regulæ, ne filius grauetur odio patris sui.

† Io And. hic mouet qōnē an interdictū latum ꝯ vniuersitatē, comprehēdat absentes vel ꝯdicētes remittit ad no. ꝑ c. si snīa de sent. excō. š. eod. & an virtute repræsaliarū capta cū bona cōsciētia teneri possint l. An. & Alber latè disputāt.

[Prima glossa primo ponit exempla Secundo obijcit de tribus iuribus, Respōdet, remittit, & dat simile. Iterum successiue format quinque obiectiones. quas soluit. Tertio dat simile ad regulam, & continuat infra proximam.]

a ¶ Non debet aliquis. 1] Pone casum in filio, qui non excōicatur pro peccato patris. 24. q. 3. si habes. In compromittentibus, qui non puniuntur dolo compromissarij. supra eod lib. de elect. si compromissarius. § 1. Idē. C. de inoffi. testam. si quis in suo. versus finem, vbi renocatur lex antiqua, quę permittebat filiū exhęredari a matre propter paternum odium. Ad idē 1. q. 4. Iudæi de simo. nobis & c. sicut tuis. supra eod. lib. de iniur. & dam. da: & si pignorationes. C. de pœnis. l. sancimus, cum simi. Cōtra 2. q. 6. biduum. ver. si aduersus absent. de caus. poss. cum olim. ff. de trib. procuratoris vbi negligentia, vt in primo: factum; vt in secūdo: dolus: vt in tertio: ꝓcuratoris nocet domino. Sed dic, quod ratione mandati ipse dominus videtur id facere: vnde eius odio grauatur, in quātū fines māditi patiunt in eo, ꝙ excedit not. de off. deleg. cum olim. Intelligas hoc, vt plene no. supra vt lit. non contest. ca. 1. in fi. Idem dic in hęrede, qui grauatur pro defuncto: & in fideiussore, qui grauatur pro principali, vt not. de hoc per Gar. in prædicta decre. & si pignorationes. Itē ꝯ 70. dist. neminem. vbi in odiū ordinantis deponitur ordinatus. Sed ibi non solum fuit odium ordinantis: sed delictū ordinati, qui se permisit sine titulo ordinarj, vt ibi no. Item contra 56 dist. per totum. 1. q. 4. ca. ecclesia. §. item peccato. 6. q. 1. si quis cum. 15 q. vlt. cum multæ. 24. q. 3. in princ. 25. q 2. ita nos. de consecr. dist. 1. in sancta, ibi, perit iustus sæpe ꝓ impio, sup. de filijs presbyt. per totum. supra de spon. non est vobis. de hæret. vergentis. sup. eod. tit eod. lib. ca. 2. §. 2. cum multis similibus. Sol. triplex est pęna, æterna, spiritalis & tēporalis: quod prosequere. vt not. 1. q 4. in summa. & 24 q. 3. in summa. de his quæ fiunt a maio. part. cap. c. quæsiuit. Pœna 2 ergo temporali. vel spiritalis alia ab excommunicatione sæpe punitur vnus ꝓ alio. & speciale est: & rationem videre potes vel in odium criminis: puta læsæ maiestatis, hæresis, vel schismatis; Ad hoc supra eod. lib. de schisma. cap. vnico. Vel quia incontinentia paterna timetur in filio, & facit quod dixi supra eod. semel. in fin. Item contra. ff. de inst. sed & si pupillus. §. ceterum. in fi. Sed ibi fuit culpa præponentis. & eodem modo soluitur, ff. de offic. proconsul. obseruare. §. 1. quia ibi culpa fuit procōsulis secū ducentis vxorem. Item contra. C. in quibus cau. pign. ita contra. l. satis, vbi bona mulieris in casu mariti primipilarij sunt tacite obligata: ita quod si ipsius bona exhausta sunt, bona vxoris distrahuntur. Sed illud est speciale. Facit ad hāc regulam. inf. eo. damnum, quod quis. & quod ibi dicam. & satis continuatur hæc regula cum inf. prox per quam etiam responderur ad contraria supra signata.

1 Dy. ponit exēplū. ff. de bon. poss. cōtra tab. leg. 3. §. si emācipatus. & ff. de pæ. l. crimē. vel pęn. & decu. l. 2. §. in filiis. & examinat, an exhrēdatio filij penitus excludat nepotē. Bar. in l. si quis posth. ff. de li. & posth. Sal. l. si qs filium. C. de inof. test.

2 Vide omnino Alfōsum Castrū lib. 2. de iusta hæret. punitione c. 1. & 11. vbi plenissime de hac difficultate.

¶Idem.

REGVLA XXIII.

SIne culpa, b nisi subsit cā, nō ē, aliqs puniēdus

ADDITIO. Dicebat Io. Mo. ad propositum 56. dist. superius alleg. quod vnius delictum quandoque causat defectum in alio, vndè esse non legitime natum, non est nota delicti, sed defectus de purga. cano. accedens. & secundum eum intelligitur regula, quod nō impingitur in toto, licet in tanto. Illegitimi tamē alieno vitio laborant. & ideo digni sunt venia. C. de na. lib. l. legem. Ioan. And.

SIne culpa. 3] Istud capitulum continet duas regulas, Prima est, ꝙ non debet quis puniri sine culpa; Secunda regula est, quod punitur quis sine culpa, quādo subest iusta causa. Casus quo ad primum dictum potest figurari per l. si putator. ff. ad legem Aquiliam Aliquis Titius putabat frondes alicuius arboris existentis in suo fundo: accidit quod aliquis transeundo sub illa arbore fuit occisus: vtrum putator teneat lege Aquili. ? Rñdet: aut potest apprehendi culpa in ipso putatore: quia forte arbor illa erat iuxta iter publicum, & non præclamauit, antequam proijceret frondes, & tunc tenetur l. Aquilia: Aut arbor ipsa erat in medio sui fundi: & quia nō potuit cogitare, quod ibi aliquis transitum faceret: quia alicui non erat licitū transitum facere per suum fundum, & sic nō tenetur, quia non est in culpa: & sine culpa non est aliquis puniendus.

¶ In secundo dicto figuratur casus per c. si cuius. 34. distinct. Aliquis Titius contraxit matrimonium cum vidua corrupta vtrum efficiatur bigamus? Dicit ibi, ꝙ sic, & nō poterit promoueri ad ordines: & non punitur ex culpa sua sed quia subest iusta causa; videlicet propter defectum sacramenti.

¶ Item posset poni exemplum per capit tua. de cleri. ægro. in antiq. Aliquis Titius clericus sine culpa sua incidit in lepram: vtrum possit priuari redditibus saltem parte redituum suum beneficij? Respondet quod sic: & ideo priuatur sine culpa; non tamen sine causa.

3 Ioā. And & Phil. examināt: acolythus beneficiatus susce pto filio ex cōcubina. genuit alterū ex legitima vxore: qua mortua ipse in extremis cū olim concubina matrimonisauit an illi filio debeatur hēreditas, q̄ consuetudo defert primogenito.

[Prima gl ponit exempla regulæ & exceptionis: reddit rationem regulæ, & remittit.]

b ¶ Sine culpa.] hic ponitur regula, & eius exceptio. In regula pone casum. 56. distinctio. satis peruersum. sup. de constitut. cognoscentes. ff ad leg. Aquil si putator. In exceptione pone casum in marito corruptæ, qui à promotione sine culpa repellitur: tamen ex causa propter sacramenti defectum 34. distin. si cuius. In clerico leproso, qui sine culpa propter scandalum priuatur ecclesia de cleric. ęgro. capitulo tua. quod dic, vt ibi scripsi.

Item in domino serui, qui noxam dedit, qui compellitur emendare noxam, vel dare seruum pro noxa. Instituit. de noxa. actio. in princi Regulariter ergo nullus punitur sine culpa. 15. quæst. 7. inuentum de homi. Ioannes. & c. vlti. C. de pœnis, sancimus, supra de consue. cap. pen. & suprā regula proxi. cum suis concord. Et est ratio; quia pœna est mensura culpæ de offic. de leg. sane, 2. de transact. capitulo vltimo de homic. sicut dignum vbi autem non extat mensurandum, mensura locum non habet; ergo vbi non est culpa nec.

pœna Bene tamen ex causa punitur quia sine culpa su pra, vt lit. non contest. qm̃ frequenter. §. si vero. in fine Et hæc materia plus glo. nõ indiget prosequere enim eam, vt not. distinct. reuocantes. supra de constitu. cognoscentes. & de priuile. antiqua.

ADDITIO. Dynus. ponit exemplum in hac regula cum fauore publicæ vtilitatis res aufert possessori & datur militi, qui virtuose se habuit. 1 ff. de euic. Luius. de rei vend. Item si verberatum. §. 2. Io. And.

¶Idem.

REGVLA XXIIII.

QVod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur: cum habeat [b] parere necesse.

a Vide Fe. c. q̃ in ecclesiarũ. 1. col. de constit. Bar. in l. itẽ si verberatum de rei vend.

QVod quis mandato.] Casus figuratur primum per capitulum, miles. 23. q. 5. & aliqui intelligunt in milite sed idem in executore sententiæ.

CASVS. Quidam Titius commisit homicidium vel aliud crimen dignum vltimo supplicio: fuit captus per iudicẽ sæcularem: quia talis Titius erat laicus: & quia iudici constitit de crimine perpetrato p̃ ipsum Titiũ eundem condemnauit ad mortem, vt laqueo suspenderetur & iudex præcepit militi deputato ad executionẽ sententiæ, vt illum Titium laqueo suspenderet: iste miles paruit iudici, & Titium laqueo suspendit, vtrũ iste miles censeatur homicida: & tanquam homicida sit puniendus? Respondetur, q̃ non, quia non est in dolo, nec in culpa, eo quod necesse habuit iudici parere. ¶Alij intelligunt istud capitulum in alijs militibus & non in executoribus sententiarum, & tunc secundum istum intellectum casus figuratur: Aliquis miles perpetrauit rebellionem contra rempublicam: & fuit ordinatũ, qd̃ bellum ei indiceretur, & fuit ordinatũ, q̃ alij milites istum militem & alios rebelles occiderẽt, qui milites parendo mandatis Regis vel Imperatoris rebelles occiderunt, vtrum sint censendi homicidę, & tanquam homicidæ puniendi? Respondet quod non: quia non sunt in dolo, eo quod istos rebelles occiderunt ad mandatum Regis vel Imperatoris vel alterius iudicis. ¶Item potest casus poni per c. si clericos s̃. de senten. excom. Ponamus, q̃ ep̃s Pictauien. eo quia non habet territorium, nec potest capere malefactores, nisi infra septa domorum episcopaliũ: vnde episcopus pręcepit laicis, vt quendam clericum criminosum caperent, & ad se adducerent, ad pręceptum ep̃i isti laici talem clericum ceperunt, & ep̃o adduxerunt, & in carcerauerũt: vtrũ ipsi incurrerint aliquam sententiam excommunicationis? Respondet, q̃ non, quia mandato licito ep̃i obtemperauerunt, & hoc faciendo non fuerũt in dolo. ¶Item potest poni casus per l. si quis. §. doli mali. ff. de iurisd. omnium iudic. hoc modo. Ibi. n. dicitur; si quis album prætoris positum causa perpetuæ iurisdictionis corruperit, incidit in pœnam quinquaginta aureorũ: Accidit, q̃ Prætor alicui iniunxit vt ipse corrumperet album suum, iste ad mãdatum p̃toris corrupit album, vtrum incidat in pęnam quinquaginta aureorum? Respondet, q̃ non, quia antequam quis incidat in illud edictum, requiritur, q̃ ipse commiserit dolum, & dolo facere non videtur, qui ad mandatũ iudicis aliquid facit.

¶Prima glossa dicit primo vnde sumpta, & ponit exẽpla, secundo exponit regulam, & rationem reddit, tertio illam conuertit.

a Dyn. ät ponit exẽplũ per l. ff. de aqua plu. arc. l. q̃q̃ in prin. ff. de sol. si stipulatus, §. si lã ... Io. An.

a ¶ Quod quis mandato.] [2] Hæc regula sumpta est ex l. ff. contr. l. nõ ĩ ãr data. §. qui iussus. Pone casum in milite, qui de mandato iudicis occidit. 23. q. 5. miles. in laico vel clerico, qui de mandato ep̃i capit. clericũ. sup. eo. li. de sen. excom. si clericos. Et in eo qui iussu prætoris corrupit album, qui excusatur a pœna. ff. de iurisdict. omniũ iud. si quis id. §. doli mali. Et hæc vera, cum iudex aliquid mandat officium suum exercẽdo. [3] ff. ad Trebel. seruo. §. cum prætor. Et causa quare tunc excusatur parẽs, est iudicialis auctoritas, vt ibi secundo, ne contra publicam vtilitatem impediatur punitio maleficiorum, vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. si vero non exercet officium suum: non est parendum nisi ex reuerẽtiæ exhibitione. ff. de in ius vocan. l. generaliter. nam interdum resistere debent officiales. [4] de pœ distinct. 1. nemo. supra de electio. fundamenta. §: iudices. Apertius eo. lib. de pœnis. felicis. ad fin. C. de appella. quoniam & hoc verum in atrocioribus. in quibus potius Deo, quàm hominibus obediẽdu est 11. q. 3. si dominus de sent. excom. inquisitioni. ff. eodẽ tit. ad ea. In his autem quæ sine dolo cõmittuntur, et extra officium parens excusatur. ff. ad. leg. Aquil. liber homo 2. vbi de hoc plene not. Et no. q̃ sicut dolo caret qui iudicis obtemperat præcepto. ita econuerso, dolo non caret, qui iudicis non obtemperat præcepto. ff. e. tit. l. non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperauit.

3 Distinguit hic Dy. vt no. s̃. d̃ tẽp. ord. ad auctores in gl. 2. Io. And.

4 Pe. de Ancha. in reg. ea quæ inf. e. 2. col.

¶Idem.

REGVLA XXV.

MO-

ADDITIO. Facit hæc regula, quod quis, &c. ad quæstionẽ debitoris, qui de mandato iudicis, vel curię ei soluit quod debebat creditori, quam vide in Spec. de solu. §. nunc aliqua versic. illud autem quęritur, ecce Ioan. And.

[Secunda glossa nota contrario dat similia. arguit ad quæstiones, & remittit.

b ¶ Cum habeat.] redditiuum causæ in his ergo, in quibus non habet necesse parere, vt in atrocioribus, quæ ad suum non spectant officium, dolo non caret, vt s̃. dixi. & facit de sent. excom. vniuersitatis. vbi verberãs monachum. si est laicus, licet faciat hoc de mandato abbatis sui, excommunicatus est. Et nota, quòd dicit: cum hẽat parere necesse. sicut enim necessitas excusat a furto, vt de consecr. dist. 5. discipulos s̃. de fur. c. 3. ad hoc. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. 2. §. cum in eadem naui. sic & a dolo, vt hic vides, cum ergo nullũ sit maleficium sine dolo, vel lata saltem culpa, quæ dolo cõparatur. 5. 15. q. 1. aliquos de sent. excom. c. 1. ff. de iur. l. illud ergo & a quolibet maleficio excusat necessitas; quod intelligas vt supra dixi. Est aũt regula hæc in argumento ad quæstionem, de eo. qui ad mandatũ ecclesiæ reddit debitum vxori pendente lite adulterij vel conditionis de hoc not. 34. dist. si cuius. de coniug. ser. proposuit.

5 Doctor in l. cũ ät. §. capitalẽ ff. de de auth. edic.

MOra sua.] Casus in hac regula figuratur multis modis. Primo per capitulum decimæ. 15. q. 1. Aliquis meus parochianus tempore messium vel vindemiarum non soluit mihi decimam, sed illam retinuit apud se; Accidit, qd̃ aliquo casu fortuito decima periit sine culpa sua, quia milites transeuntes violenter illã decimam rapuerunt, vel inimici sui, inimicitia tamen contracta sine culpa, decimam per violentiam acceperunt, nunquid tenetur mihi soluere æstimationem decimæ peremptæ? Respondet, quod sic, quia iste fuit in mora soluendi mihi decimas; & sua mora debet ei esse nociua. Item potest figurari casus per capitulũ vnicum, de commoda. supra. Sed pro intellectu huius casus est præsupponẽdum, quod commodatarius non tenetur de casu fortuito, quando fuit commodatum gratia recipientis. veruntamen tenetur de dolo & culpa: Ponamus ergo sic casum; Commodaui tibi librum meum ad vsum tuum, certum est, quod si liber meus nõ perierit culpa tua, sed casu fortuito tu es liberatus; Sed ponamus, quod commodaui tibi librum meum ad certum tempus ad tuum vsum, lapso tempore isto interpellaui, & requisiui te, vt librum mihi

mihi restitueres, ꝙ facere recusasti indebite, & iniuste, & sic fuisti in mora restituendi mihi librũ meũ; postea liber meus aliquo casu fortuito perijt apud te; nunquid teneris mihi soluere æstimationẽ libri? Certe sic. Itẽ põt poni casus in fure, qui sẽper est in mora restituendi rẽ surreptam. si res pereat, perit periculo suo, ideo tenet̃ soluere æstimationem.

†Dynus tractat de interesse & Ioã. Igneus in l. quatenus. ff. de re. iu. & Phi. Ioã. An. petunt: án post assignatum ꝑ exptorium audiatur exceptio.

ra[a] sua cuilibet est nociua.

¶ Idem.

[Prima glossa dicit primo, vñ sumpta, & ponit exempla secundo ponit tria, quæ requiruntur ad moram, & quomodo tunc tenetur de casu etiam naturali; tertio prosequitur de mora aliena, & de materia remittit; quarto quærit an purgetur, arguit pro & contra, & soluit.]

Morosus quis dicat̃.

a ¶ Mora sua. Jhęc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. in condẽnatione. §. vnicuique. Pone casum in eo, qui est in mora soluẽdi decimas, quia pereunt periculo suo etiam casu fortuito. 16. q. 1. decimæ. Idem in commodatario, vel depositario, qui fuit in mora, de commoda c. vnico. de deposi. bonafides. Id in fure, qui statim est in mora. C. de fur. l. subtracto. Circa hanc tamen regulam no ꝙ ad hoc, quod quis dicatur morosus, requiritur, ꝙ sciat se debere, vel scire debeat, qđ interpellatus fuerit à die vel homine, & qđ habuerit possibilitatem dandi, hoc habes rebus credit. l. quod te, & tunc tenetur morosus de casu fortuito, etiam si eod. modo fuisset res apud dominum peritura, secundum Accur. licet Martinus contra, vt no. in d. l. quod te, & probatur, ff de legat. 1. cũ res. §. vlt. fortassis .n. dñs rem uendidisset; & apud alium perijsset, & hoc tenet Bern. supra de commo. c. vni. & de depo. bona fides. Et no. ꝙ dicit mora sua: nam in duobus reis debendi altero interpellato alter liberatur interitu speciei; 1 sed interpellatus tenetur. ff. de vsu. l. mora. in fine. Itẽ mora fideiussoris sibi nocet. non reo, quominus liberetur interitu speciei; secus econuerso. ff. de verb. obl. cũ filius, & l. mora. & hoc quia fideiussor habet causam à reo, non reus à fideiussore. Et imputet sibi qui alterius obligationem in se suscepit. Vnũ no. quod si debitor primo fuit in mora soluendi, & postea creditor in mora recipiendi, vel contra. quod vltima mora nocet, vt ff. de vsu. l. debitor, & vide ꝙ no. de deci. cũ hoĩes, De mora aũt, & multiplici eius effectu plene no. ff. de vsu. l. mora. Et per Hostiens. in summa de usu. §. ex quibus causis. sub. §. & mora, & per ipsum & Inn. de loca propter, per Dy. e. tit. po suit.) Sed nunquid mora semel commissa purgari potest? 2 Videtur quod non. 12 q. longinquitate. 20. q. 1. puella, de electio. cũ in cunctis. ibi, decurso tempore de supplen. negligẽ. præl. licet. & cap. vlti. ff. de actio. & obliga. l. traiectitiæ. C. de contrahen. & committẽ. stipula. magnam. Contra quod possit purgari. 18. dist. capit. primo de hoc, & 100. dist. quoniam de supplẽ. neglig. præla. litteras, de elect. quod sicut in fine. Et rebus eccle. non alie. si quis presbyterorum. de loca. & cõduc. ꝓpter. in fi. & c. potuit in fi. Vbi de hoc. & de elect. c. vlt. ff. si qs cau. l. & si post tres. ff. de peric. & commo. rei vend. l. 1. C. de fideiuss. sancimus. s̃. eo. lib. de præbẽ. si tibi. Sol. dic quod vbi dies præfigitur a canone, vel lege pœnam imponente, mora purgari non potest. pœna .n. semel commissa non purgatur, & sic intelliguntur prima iura, & hæc regula, & hoc est verũ, nisi eadem lege, vel alia, vel canone caueatur in eo casu morã posse purgari, & pœnam euitari, & sic intelligãtur contraria. Lex autem illa, & si post tres. loquitur de præparatorijs iudiciorũ, in quibus mora bene purgatur, vt ibi, cũ suis similibus, sed post litem contestatã non purgatur. ff. de verborum obligat. l. si insulam, multo ergo minus purgabitur pœna semel commissa, nisi forte fingeretur nõ fuisse in mora. 2. q. 6. biduũ, de iudi. cum Bertol. ff. de in integ. restitut. l.

1 Et sic. sibi non nocet: & hoc verũ nisi essent socij. ff. de duo. re. de l. pen. s in Dy. scdm quem sibi imputer casus in societate participando, debuit .n. cogitare hoc euenire posse. ff. de cõdi. inde. l. in debita. loca. l. si qs domũ. l. A.

2 Bart. in l. si insulã. ff. de ver. obl. c. posuit. de loc.

diuus, sicut .n. a pœna canonis non appellatur. sup. de appel. cõsuluit. 3 & c. quia nos, nec a pœna legis, vt ff. de verb. sig. si qua pœna. sic nec purgatur, vt su. dictũ est, & hoc no. Gar. sup. eo. li. de ele. cupientes. §. quod si per. 20. 3 Io. And.

3 Vide q̃ ibi notaui i gl. priuato.

REGVLA XXVI.

Ea†que fiunt[b] a iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.

† Facit hæc regula, vt citatus corã iudice incõpetenti nõ teneatur cõparere: si cõstat de non iurisdõne. Bar. in l. contumacia. §. cõtumax ff. de iud. de quo latius hic ꝑ Frãc.

Ea que fiunt.] Casus figuratur primo per capitulum, quorum vices. 67. distinct. hoc modo. Ponamus, ꝙ aliqs simplex sacerdos, vel alius cõstitutus in dignitate; puta archidiaconus decanus, vel cantor, nõ tamen eps ordinauit aliquem in diaconum proferẽdo verba, apta ad talem ordinem, vtrum iste sic ordinatus receperit talem ordinẽ? Respõde, ꝙ non, quia potestas ordinandi clericos non depẽdet ab ordine sacerdotis, nisi fuerit eps. Vel sic: Ponamus, quod aliquis simplex sacerdos nõ eps protulit ista verba apta ad conficiendum chrisma, vtrũ conficiat? Rñdet quod non. Idẽ est de consecratione monialium, & generaliter cum quis facit ea, quæ nõ spectant ad officium suum; per eum facta viribus nõ subsistũt. Item possent poni alij casus. videlicet ꝑ capitulũ, indulgentiæ, de penit. & remis. eod. lib. supra. aliqs eps, vel archieps concessit subditis suis porrigẽtibus manus adiutrices ad aliquod piũ opus, centum dies indulgentiarũ, utrum ualeat talis concessio indulgentiarum? Certe non, quia ad officium epi, vel archiepiscopi spectat solum dare xl. dies indulgentiarum. & non centum.

[Prima gl. dicit primo vnde sumpta, & ponit exẽpla: secundo dicit regulã etiam in bono ꝙ fit, locum habere & quod loquitur in alias iudice: tertio quærit, & ponit duas opiniones cõtrarias: quarto signat contrarium, & soluit: quinto dicit regulam nõ loquĩ in spiritualibus, quæ dependent ab ordine.]

b ¶ Ea quæ fiunt. Hæc regula sumpta est ex. l. ff. e. tit. l. factum a iudice. Pone casum. 68. distin. quorũ vices. ubi simplex presbyter ordines cõferẽdo, chrismãdo, virgines cõsecrando, nil agit. Item sup. eo. lib. de panitẽ. & remis. indulgentiæ, ubi non tenet indulgentia data ab epo vltra tenorem Concilij Generalis. Ad idem. ff. de iurisdictio, omniũ iudicũ. l. vlti. vbi dicit, extra territorium ius dicenti non pareatur impune. idem si super iurisdictionẽ suam velit ius dicere. Et habet hæc regula locum etiã cum bonum est id, qđ facit iudex, tñ ex quo ad eius nõ spectat officiũ, viribus non subsistit pone exemplum. 96. dist. bene quidem: bonum .n. est statuere res ecclesiæ alienari non posse. 12. q. per totum 2. de rebus eccle. nõ alie. per totum: tñ statutũ. Imperatoris super hoc nõ ualuit, qa ad eius non pertinebat officiũ, ut ibi. ad idem de appel dilectus. ibi enim officialis archiepiscopi bonũ & æquũ decreuerat; tñ qa id ad suũ non pertinebat officium ratione appellationis interpositæ ad Papã, nõ valet, quod fecit: generale .n. est, quod non sufficit bonum facere, nisi & bene id fiat. 16 q. 1. monachi 2. de postu. c. 2. ff. de re mil l. 3. §. bello, & facit. 23. q. 5. relegantes, & de collusi. c. 1. & quod ibi not. Et ꝙ dicit regula, ea quæ fiunt a iudice, alias subaudi; nã in eo quod facit non pertinens ad officium suum, non dicitur iudex sicut ergo procurator fines, mãdati nõ debet excedere, sic nec iudex fines iurisdictionis, & hoc dico, siue sit ordinarius, siue delegatus, siue arbiter; saluo eo qđ de ꝓrogatione no. s̃. de offi. dele. P. & G. Quæri solet, si iudex, ꝙ de decẽ tantum põt iudicare iudicat de xx. an. valeat sententia in debẽ. Dixit Ioan. quod non; 4 quia res iudicata non potest ꝓ parte tenere, & pro parte non tenere, ff. fami. ercis. in hoc iudicio, & hoc ipse no. 2. quæs. 6. §. diffinitiua. uerficu. cum certa ratione in fine. Ad contraria ibi signata. 12. quæstione secunda. si quos de seruis. C. de dona. sancimus, potest responderi id speciale fauore donatio-

4 Vr de mẽte Ph. hic cũ q̃titates sint diuisibiles ad do. l. d. §. si stipulati. ibi Franc. Are. ad eun. dẽ in l. consultandi in alia. C. de test.

donationum. Ad decr. de arbit. cum tempore. de præben. dilectus potest dici, quod ibi sententia cōtinebat plura capitula: vnde in vno potest tenere, in alio nō hic autem continet vnum tantum, & cum Io. cōcord. Accur. 1 ff. de iurisdict. omn. iudi. l. vlt. Hug. tamen, & Lau. tenent contrarium, s. q́ sententia bene tenet in decē, & dicunt sententiā rescindi tantum in superfluo, & hoc no. ex verbis illi⁹ vers. cum certa. dum dicit, q́ cōtra ius gestū vr̄. C. quādo prouo. non est neces. l. certa. & pro eis facit q́ no. de don. Apostolicæ. & reg. in. eo. vtile, & quod ibi dicā. pro Io. optime facit prædict. decre. s̄. eo. lib. de pen. & remiss. indulgentiæ. Pro Hug. & Lau. s̄. eo. lib. de arbi. c. 1. ff. de arbi. l. idem. §. si plures. Et facit hæc reg. pro his, quæ dixi s̄. eo quod quis mandato. Ad primū casū 95. di. c. 1. vbi presbyteri chrismabāt 2 ī frōte. Sed illud ad tēpus à Greg. fuit specialiter cōcessum, & dic vt ibi, tunc ad eorum spectabat officium, & si non ex ordine, ex demandatione, & vide quod de hoc no. de consec. d. 5. manus, in vlt. gl. Nec habet locum hęc regula in spiritualibus, quæ potius dependent ex potestate ordinis quā iurisdōnis. Hinc est, q́ si ep̄s, qui hoc potest ex ordine, consecret alienam ecclesiā, vel altare, vel ordinet alienum subditum, q́ non pōt ex iurisdictione, consecratio tamen, & ordinatio bene tenet: licet ordinatus executione careat. 7. q. 1. ep̄s in diœcesi de tēp. ord. q́ translationē. & dixi sup. e ratū. Io. An.

1 Qui tñ s̄-risū no. C. de re iudic. l. 2. Io. And.

2 Vide conc. Tri. ses. 7. de cōfir. cano. 3

ctant [a] officium, viribus non subsistunt.

¶ Idem.

REGVLA. XXVII.

Scienti [b] & consentiēti non fit iniuria, neque dolus.

¶ Idem.

REGVLA. XXVIII.

Quæ [c] à iure com-

a ¶ Non spectant.] 3 & hoc constat facit. ff. de re iud. contumacia. §. contumax non vr̄. vbi vero dubitatur tenetur quis ire allegaturus priuilegium. ff. de iudi. si quis ex aliena. secundum Dyn. quod dic, vt no. de accus. veniens in gl. fin. Io. And.

3 Hæc glossula ex nouel. Io. And. huc fuit trāslata.

Scienti, & consentienti.] 4 Casus in hac regula figuratur per l. 1. ff. de actio. emp. & ven. pro intellectu vnius casus est præsupponendum, q́ qñ vēditor vendit aliquam rem, debet prædicere emptori onera ordinaria illius rei; alias teneretur ipsi emptori. Sed ponamus, q́ tibi emptori stipulanti vendidi domum meam quæ debebat seruitutē domui vicini mei, forte seruitutem stillicidij recipiendi, vel altius nō tollendi, vel aliquam aliam seruitutē, & tu emptor sciebas bene: quòd domus mea debebat istam seruitutē ego autem sciens, q́ esses informatus de ista seruitute, non prædixi tibi illam seruitutem in vēditione facienda, vtrum possis agere contra me actione ex empto, vt diminuam tibi de pretio, quantum minus valet domus tibi vendita propter illam seruitutē? Rñ-detur q́ non: quia eras informatus de ista seruitute, ideo non erat opus, q́ vlterius de ea te informarem quia scienti, & cōsentienti nō fit iniuria, neq; dolus.

4 Phi. hic docet præsumptiones doli. Dy. Io. And. petūt, an cōpromittētes possēt cōtra pactū petere reductionē ad arbitriū boni viri, q̄ rit. Io. And an notoriū priuilegium sit allegādū. & quid de renunciante foro ordinarij Fon.

[Prima gl. primo dicit vnde sumpta, & ponit exempla; secundo supplet de scire debēte, & dicit in regula principium ponderandum: tertio ponit rationem regulæ, & notat copulam: quarto successiue signat; & soluit tria contraria.]

5 Dy. de iniuria ponit exēplū per l. 1. ff. de iniu. §. & vsq; adeo de dol. ponit l. 3. ff. de lib. hom. exhi. §. si quis volēt Io. And.

b ¶ Scienti.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. tit. l. nemo vr̄ fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. Pone casum in ingenuo, qui sciens & consentens cōtraxit matrimonium cū serua, vel ecōtrario. 29. q. 2. si quis ingenuus, & c. si femina. In clericis, qui sciēter, & volūtate iocosa se adinuicem percutiunt s̄. de sen. exe. c. 1. Item in eo, qui sciebat rem, quam emebat seruitutem debere. ff. de act. emp. & ven. l. 1. in fi. 5 Et cōcordat ad hanc regulā. j. eo. eum qui certus. Et quod dicit hæc regula, scienti, dic vel scire debēti. ff. de ædil. edic. l. 1. §. si intelligatur. Ad hoc 16. dist. quòd dicitis, sup de cler. excom. Apostolicæ. sup. q́ me. eæ. e. en in fi. Itē dic scienti à principio; secus si ex postfacto 6. ff. de ædi. edic. l. iustissime §. vlt. Et no. q̄d dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterū, adhibita, secundum Labeonē. ff. de do. ma. l. 1. §. 1. sed sciens non circūuenitur, fallitur, vel decipitur: ergo ibi nō infertur dolus. Ergo inductus ad clericatum, vel monachatū nō dr̄ dolum passus, quia non est deceptus. 10, q. 3. cōstituit. vbi de hoc, & de cōuer. coniu. dudum. in fi. & hoc dicit hæc regula nō inferri dolū scienti, & volēti; verū est vt ex eo agi possit; infertur tñ ita, quod nascitur ex eo actio per exceptionem elidenda, ff. de fur. inter oēs. §. vlt. & penul. Et no. q́ hæc regula formata est copulatiue & non disiunctiue, vnde hæc duo coniunctim requiruntur. s. q́ sciat, & consentiat; scienti. n. & non consentienti bene infertur iniuria & dolus. 15. q. 1. illud. cū similibus; ad hanc regulam signatur cōtra de sen. excō. contingit l. ibi: huius manus iniectio, & si non volenta, tñ iniuriosa noscitur. Sol. nō est iniuriosa. quia iniuria fit ipsi clerico volēti, vt hic, sed est iniuriosa, quia fit iniuria toti ordini clericali, & iō ibi sequitur, cum canon ille, &c. & ibi de hoc. Item cōtra, C. de rapto. vir. l. vnica, vbi si rapio virginem etiam volētem teneor. Sed hoc ideo, quia id voluit persuasione dolosa, quod plus est, quā violenta. 7. ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere. Item contra. C. de ser. corrup. l. si quis seruo. ibi sciens, & consentiens agit furti, & serui corrupti. Sol. de rigore, & rei veritate illi sciēti & consentienti non fuit facta iniuria; tñ de quadam æquitate agit, ac si iniuria vel dolus sibi fuisset illatus, vnde nec furtū fuit ibi factum, nec seruus corruptus, ex æquitate tñ agitur de vtroq; 8 & facit hæc regula ad id, q́ dixi sup. eo. possessor malę fidei, ad fi.

6 Idē Dyn. permodum obiectionis. Io. And.

7 Idem hic Dyn.

8 Propter delictū, & quia res est pernicioſi exēpli, & ibi vide Paulū d Ca.

Quæ à iure.] Casus figuratur per cap. quanto. s̄. de iud. in antiq. Laicis concessum est per ecclesiam, vt quamuis laici essent incapaces iuris spiritualis, & ei annexorū, vt possent ius patronatus possidere; (quatenus ipsi inducerentur ad fundandū, vel ędificandum, aut dotandū ecclesias) vt clericos idoneos in illis ecclesijs possent præsentare diœcesanus, qui diœcesani ad præsentationem patroni illos institue rent. Sed vtrum laici possint extendere illud priuilegium ad hoc, vt possint cognoscere de causis annexis causis spiritualibus? Est ibi tex. quod nō, quia ista cōcessio facta laici est exorbitans à iure communi. Et illa, quæ exorbitant à iure communi, non sunt trahenda ad aliquam consequentiam.

[Prima gl. dicit primo vnde sumpta, & ponit exempla, secundo dicit idē in ampliando, tertio soluit quęstionem.]

c ¶ Quæ à iure.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. e. tit. l. q́ cōtra rōnem. Pone casum. 16. q. 1. hinc est ēt. sup. de priui. sane. ff de cōsti. prin. l. 1. in fi. Et concor. ad hāc regulā. inf. eo. quod alicui. c. in argumētū. Potes igitur intelligere hanc regulā in priuilegio. vt sup. quia singulorum priuilegia legem cōem nō faciunt. 26. q. 2. nō exemplo Item in iure pone casum in Velleiano nā regulariter quilibet intercedēdo obligat: fallit in muliere, hoc ergo nō trahit ad cōsequētiā. 9 Et idem in simili b. & vide, q́ dixi sup. eo. priuilegiū. & quod no. de priuil. sane & no. q́ sicut ea, quæ exorbitant a iure communi, ad consequentiam trahenda non sunt, vt hic; sic nec amplianda, sed restinguenda, vt sup. eo. lib. de fil. presby. is qui fi. 10. ad idem s̄. e. odia.

9 Scilicet ad viros in quib* esset eadē facilitas, q̄ in mulierib. Io. And.

10 per quā ponebat hic Dyn. exēplā sed īpropriē vt patet ex glo. Io. And.

odia. Item licet fauorabile priuilegium amplietur, vt ibi: non tñ ad consequentiam trahitur, vt hic, & facit hæc regula ad qõnem, qua quæritur: An fratres Eremitani, vel fratres S. Augustini, & alij religiosi Mendicantes, & non Mendicãtes cõprehendant cõstitutione illa extrauagãti nouiter edita per Bonifaciũ Papã VIII. quæ incipit: super cathedram præeminentiæ Pastoralis, quę hr̃ ĩ cle. de sepul. dudum, in qua exprimuntur solummodo Minores, & p̃dicatores. Et quidqd alij dicant, dicẽdum est, q̃ nõ extenditur ad alios religiosos Mendicantes, vel nõ Medicantes, vel ad sæculares clericos, sed solum Minores, & Prædicatores amplectitur: tũ quia intentio Papæ vr̃ hæc fuisse, vt per verba ipsius constõnis apparet: tũ quia exorbitans est a iure cõ. illa constitutio, & ideo ad consequentiam non trahenda nec ampliãda, vt hic, vult. n. illa constitutio dari quartam, et de his. de quibus de iure dari non debet: sicut de ornamentis relictis, pro fabrica anniuersario 29. 30. & sic de singulis, puta relictis pro luminaribus, vel certis personis. de testa. c. vlt. de uerb. sign. ex parte 3. dicam ergo illa iura mutata, & correcta per constitutionem 1 solum quo ad expressos in ea: quo ad alios remaneant adhuc ipsa iura. Correctio. n. iurium est uitanda, sup. de esec. ecclesia uestra 2. cum si. In talibus. n. non arguimus de similibus ad similia, & concordat, q̃ dicã ĩ. eod. in pœnis. & facit ad hoc optime sup. eod. lib. de ele. statutum & de reg. constitutionem, & ita pronunciatũ fuit per profundissimæ scientiæ, & bonæ memoriæ uirum dominum Ioannem de Monte Murlo: & per me in quadam quæstione, qua fuimus ad consulendum assumpti.

¶ Io. And. & Phi. quęrunt an valeat statũ nõ vocatis absentib. illis tñ præiudiciabile.

1 Vide de hoc in 3. gl. & in præalleg. clemen. dudũ. §. hmõi ĩ gl. vt patet. I. A.

2 Hæc gl. Ex nouella. Ioa. And. huc fuit translata.

muni exorbitant [a] nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

¶ Idem.

REGVLA XXIX.

Quod † omnes tãgit,[b] debet ab omnibus approbari.

¶ Idem.

REGVLA XXX.

In † obscu-

a ¶ Exorbitant.] quasi 2 deuiant, uel discordant: & idem uerbum in decret. prima, de fil. presb. sup. eo. lib. quam alleg. glo. Io. And.

Quod omnes tangit.] Casus figuratur multis modis, s̃m gl. Primo, per c. 1. 66. dist. Ponamus, q̃ aliquis fuit electus, & confirmatus in archiepiscopũ alicuius prouinciæ: qui quidẽ electus, & confirmatus petijt munus consecrationis: quæritur, qui debent esse præsentes in consecratione facienda? Respondet, q̃ omnes suffraganei suæ prouinciæ, quia illud negotium omnes tãgit: ideo debebat ab omnibus approbari. Item potest poni casus per c. quia propter. de elect. in ant. Ponamus, q̃ uacante Ecclesia Patauen. canonici illius Ecclesiæ voluerunt procedere ad electionem futuri prælati. Sed quæritur, qui debent adesse in electione facienda? Dicitur ibi, q̃ omnes canonici illius Ecclesiæ: & si sint aliqui absentes, debẽt uocari: quia cum illud negotiũ omnes tangat, debet ab omnibus approbari.

¶ Pro declaratione istius reg. ur̃, quod illud, quod oẽs tangit, non dẽt ab oĩbus approbari. Et arguit de toto titulo de his, quæ fiunt a maior. par. c. in antiq. ubi dr̃, quod talia põt expediri per maiorem partem capituli: & tñ tale negotium tangit oẽs. Item arguit de l. maiorem. ff. de pact. ubi dr̃, quod si aliquis debitor uelit facere cessionem bonorum, non est opus, quod oẽs creditores conueniant ad uidendum fieri cessionem bonorũ, sed sufficit, quod una pars cõueniatur: & alia parte creditorum inuita admittetur ad cessionem bonorũ faciendam. Glossa soluit dicens, quod aliqua sunt, quæ pertinent pluribus, ut uniuersis: & in istis ea, quæ fiunt a maiori parte capituli ualent, et altera parte c̃dicente: nisi c̃dicatur ex aliqua causa rationabili: secus si illa essent explicanda ex mera uoluntate: quia tunc deberent oẽs consentire, in c. cum omnes, sup. de constit. in antiquis: Alia sunt, quæ pertinent pluribus, ut singulis: & tunc omnes debent cõsentire. l. si per fundum. ff. de serui. rusti. prædio. fallit in pluribus casibus. Primo fauore liberationis. l. maiorẽ. ff. de pact. Item in arbitris fauore litium dirimendarum: si fuit compromissum in plures arbitros, valet sñia facta a maiori parte. Item si pluribus patronis cõpetat iuspatronatus præsentatio facta a maiori parte, valet propter fauorem Ecclesię: ne Ecclesia patiatur detrimentum propter longam morã, & vacationem.

[Prima glos. primo ponit exempla, & in fine reassumit primum exemplum secundo signat c̃rium, & remittit: declarat incidens contrarium: & ponit ius nouum: tertio arguit ad quæstionem: ponit opiniones contrarias, & secundum reprobat.

b ¶ Quod omnes tangit.] 3 pone casum in Archiepiscopo consecrando ab omnibus suffraganeis. 66. dist. c. 1. in electione facienda ob omnibus canonicis de electio. quia propter. in antiquis. In concedendo haustum aquæ: in quo omnes uocandi sunt, qui ius habent. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. ad idem 54. dist. cap. 1. 8. quæst. 1. licet. de tempo. ordina. si Archiepiscopus. C. de auth. præstan. l. ult. ff. de adopt. l. nam ita diuus. nam sic qui læduntur, uocandi sunt in confirmatione adoptionis, ut ibi. Et no. quod dicit id, quod tangit omnes, debere approbari ab omnibus: ergo non ualet, quod facit maior pars, & sic contra 65. dist. c. 1. sup. de his, quæ fiunt a maio. par. c. 1. ff. ad munici. quod maior. Sol. 4 Aut competit, ut singulis, aut ut collegio, quod prosequere, ut not. per Bernar. & Innoc. de constit. cum omnes. Fallit autem hęc regula in casu. Instit. de re. di. §. religiosum. uel. in commune, 5 ut not. in prædi. decr. cũ omnes. Ad id quod supra dixi, quod sufficit, quod facit maior pars collegij, contradicit decre. de re iud. cum olim. in fine ibi, plena omniũ, qui præsentes fuerint, &c. Sed ibi subauditur, uel maioris partis, ut ibi not. in ult. glos. nam illud dicuntur omnes facere, quod facit maior pars 6. 56. distin. Apostolica. de electio. cum inter canonicos. in prin. ff. ad munici. quod maior. interdum tamen requiruntur duæ partes. de electio. licet. & eo. tit. scriptum. cum similibus sup. eo. lib. de cler. ægrot. c. uni co. cum concor. Et facit hæc regula in argumentum ad id de quo olim dubitabatur, an in electione inferiorum dignitatum, uel canonicorum uocentur absentes: & uidebatur, quod non per prædict. decre. cum olim. in fi. hodie determinatum est sup. eo. lib. de præben. cum in Ecclesijs. Item est argumen. ad quæstionem, an Papa possit statuere inuitis acolythis, quod ipsi contineãt. & hæc quæstio not. 82 dist. proposuisti. & ibi dixi Ioan. quod non: quia castitas suaderi potest, non imperari. 32. quæstio. 1. integritas. Bartho. Brixien. ibi contra, cuius dictum penitus est falsum, nisi intelligas de promouendis: sed ipse de promotis etiam intellexit, ut eius uerba demonstrant. Monachis autem professis, qui renunciauerunt propriæ uoluntati, austerior regula posset indici, etiam ipsis non approbantibus secundum Innocent. qui hoc no. de regula super eo. Et est satisfiet pressum supra eo. lib. de statu regula. cap. unico, ibi monialibus indicitur austerior uita: licet non possit sine omnium uoluntate ordinem mutare. de his, quæ ui metu. cau. fi. cap. pen. Et not. quod secundum primum casum, quem posui, Archiepiscopus de iure consecrandus est ab omnibus suffraganeis: Papa tamen sibi hoc usurpat, 7 secundum Io. qui hoc not. 24. q. 1. pudenda. & 51. dist. qui in aliquo.

In obscuris.] Casus in hac regula primo figuratur per c. ex parte. sup. de censib. & per l. nũmus. ff. de leg. 3.

¶ Dy. declarat hãc regulam in cõtractib. l. vltimis voluntatib. & in delictis q̃ vltimũ prosequitur. Ph.

3 Dyn. ponit exemplũ per l. receptum. ff. de ser. rusti. prædio. Io. And.

4 Idem Dyn.

5 Ad idem ff. de relig. si plures. facit etiam ff. de pac. maiorẽ. de cur. cura. fur. consi. §. fin. vbi sufficit alterius auctor. Dyn.

6 Nisi dicatur nemine discrepante. Car. i cle. 2. de rebus. eccles. non alie.

7 Rectius dixisset hoc Papæ cõpetere suo iure, & eius auctoritate cõcessũ suffraganeis, vt ipsi Archiepiscopũ consecrẽt. vt patet per c. fiat chieps. ext. de temp. or. nec c. qi in aliquo 51. d. & c. pudeda. 24. q. 1. dicunt. contrarium.

in c.ex parte,dicitur.Ponamus,ꝙ in ciuitate Pictauien. sunt duæ mensuræ, vna maior, alia minor:aliquis emisit votum,qđ tali Ecclesiæ solueret tot mensuras : puta sex sextaria frumenti,vel sex bossellos frumenti:est mẽsura maior.alia minor, & non declarauit aliter animũ suum : videlicet ad quam mensuram intendebat illud frumẽtum solui:sed locutus est indistincte. quæritur, ad quam mẽsuram debet solui huiusmodi frumẽtum?Respõdet, ꝙ ad minimam mensuram:quia in obscuris minimum est sequendum.

ris a minimum est sequendum.

¶ Idem.

¶ Item potest poni casus per dictã l.nũmis. Ponamus, ꝙ in aliqua regione habent locum noua scuta, & antiqua:aliquis in testamento suo legauit Titio decẽ scuta quæritur,quæ scuta videantur legata ad hoc,quod hę res possit compelli ad soluendum illa scuta? Respondet,ꝙ videntur legati nummi minoris valoris: & sic legata videntur scuta noua,& non vetera: nisi alias appareret de voluntate testatoris tacite, vel expresse, quia tunc ad ipsam esset recurrendum, sed quando non potest coniecturari mens ipsius testatoris, in dubio habet locum ista regula.

[Prima glossa dicit vnde sumpta,& ponit exempla.Secundum ponit præambula regulæ, & ipsius rationem. Tertio signat ꝯrium de mediocritate sequenda. Remittit,soluit,solutioni obijcit,respondet,& declarat.]

a ¶ In obscuris.]Hæc regula sumpta est ex l.ff.eo.ti.semper in obscuris, & l.semper stipulationibus. Pone casum supra de censibus ex parte, vbi in dubio non compelluntur soluere vota ad maximam, sed ad minimam mensuram ad idem. ff.de lega.3. nummis.vbi nummis sic in genere legatis debentur minimi. Circa hanc regulam not. ꝙ in obscuris non statim inspicimus, quod est minimũ, imo inspicimus primo, quod est verisimilius,& quod plerumque consueuit fieri,vt ĩ.eod.inspicimus cum suis concor. & ff.eo.tit. l.in obscuris inspici. & si hoc scire non potest, 1 tunc inspicimus, ꝙ est minimum.vt hic. Primo ergo inspicimus,quod expresse agitur, puta 10.lib. Bonon.vel quod agitur tacite. 2 Tacite dico, vel ratione rei,quæ venditur. 10.lib.vel rõne personæ,vel rõne cõsuetudinis.vltimo,quod est minimum,vt hic. & est simile,quod dixi sup.eo.cum sunt partium. Et potuit esse ratio huius regulæ,quia de minimo non est dubium sensisse, quia si intellexit de maximo, ergo de minimo,qa plus includit sub se minus, sed non econuerso. & de hoc dicam ĩ.eo.plus semper. alibi tamen habes argumẽta de mediocritate spectanda.10.quæst.2.hoc ius. de offic.custo. c.1.& est expressum, ff.de leg.1.l.legato.in princ.vbi de hoc,ff.de auro & argento leg.qui lancem. C.de donat.si quis argentũ. §.si vero, & §.sequen.cũm simil.vide de censi. quanto in 3.gloss.& de filijs presbyter.litteras. in vltima gloss. Et potest dici, quod in speciebus, & artificijs medium inspicimus,vt not.ff.manda.l.fideiussorem,& sic intelligantur illa iura. In quantitatibus autem inspicimus, quod est minimum, vt supra dixi, & in prædict.l.fideiussorem, & ff.de leg.1. apud Iulianum.§.scio ex facto, quæ videtur contraria ad supradictam solutionem, nã ibi legato fundo, si duos fundos habebat testator, debetur minimus si non apparet de quo senserit, sed ibi non erat medium. Et aduerte,quia vilissimum hominem habere non expedit, & ideo legato, vel promisso homine, mediocris debetur, vt in prædi. l.legato. Sed vilissimos nummos habere nobis expedit, vnde etiam bagatinos,vt in prædicta.l.nummis,& vile triticum,vt pręli.l.fideiussorem,& ideo in his debetur minimum. Item habet locum hæc regula in pœnis, vt ĩ.eo.in pœnis.vt ibi dicam.

1 Idem hic Dy. per modũ obiectionis. Io.And.

2 Vide, ꝙ post Dy. dicã ĩ.eod.inspicimus in text.& super si.gl. Io.And.

3 Et distinctionem ibi positam plene prosequitur hic Dyn. tractans etiã plene, qñ in ꝯctib.& qñ ĩ delictis locũ hẽt hæc regula. &c. Io.And.

Eum qui certus.] Casus potest figurari primo per c. si duob.de ap.& per l.1.in fi.ff.de act.emp.& ven. Dr in illo c.si duobus, ꝙ duo litigabant cõrã Ẽpo Pictauien. vel eius officiali: qui tulit sñiam diffinitiuam in ca.huiusmodi:a qua sñia ambæ partes appellauerũt (ꝙ p̃t fieri : quia forte reũ condẽnauit in principali, & ipsum absoluit ab expensis, & sic actor appellat, eo quod iudex reum non condemnauerat in expẽsis: & reus appellauit,eo ꝙ iudex eũ cõdemnauerat in principali:) Vñ appellauit ad Archiep̃m Burdegalen. alius ad Papam:Ille,qui appellauit ad Papam appellationem suam reuelauit coram Papa,alius coram archiep̃o.Iste qui reuelauit appellationem suam coram archiep̃o Burdegalen.fecit citari suam partem aduersam,& archieps̃ sciebat, quod ipsa pars aduersa appellauerat ad Papam: Hoc non obstante : quia ipsa pars non comparuit, archiepiscopus illam excõicauit:vtrũ valeat sñia archiep̃i? Rñdet, quod non : quia ex quo sciebat talem appellasse ad Papam : & sic ad maius tribunal,non erat amplius certiorandus,secus si ignorasset.Ex hoc colligitur,quid ꝓdest mittere exoniatorem, qa si aliquis fuit exoniatus, & iudex faciat processum ꝯ impeditum,& exoniatum, non valet processus, alias si non misisset exoniatorem, teneret processus, sed postea probato legitimo impedimento veniret rescindendus, c.venerabilib.ŝ.de sentẽ. exc.eo.lib. ¶ Item in l.1.ff.de actio.empt.dr,qđ si quis vendat mihi aliq̃ rem debentem seruitutem, vel alia onera debet me emptorẽ certiorare de omnib.oneribus ordinarijs, alias possum agere ꝯ ipsum q̃to minus fuissem rem ipsã empturus. Sed qđ, ponamus,qđ ego sciebam onera illius rei, & quod res ipsa debebat illã seruitutem,& venditor non me certiorauit,vtrum possim agere ꝯ venditorem actione ex empto, vt restituat mihi partem pretij, quanto minus fuissem rem empturus, si me certiorasset de illis oneribus? Rñdet qđ non, quia qui certus est,certiorari non debet. ¶ Gl.arguit de c.cũ inter vniuersas, supra de ele.vbi dr,quod licet canonicus sciat mortem prælati, tñ est vocandus,vt ponamus sic, Ecclesia Pictauen. vacabat per mortem, vel renunciationem,scio illam vacationem,non compareo ad electionem etiam canonici non vocauerunt me, certũ est, quod possum prosequi cõtemptum,& licet sim certus, tamen sum ad hoc certiorandus.Respondetur,quod nõ sum certiorandus de vacatione, vel morte prælati cum sciam illam vacationem,sed sum certiorandus de die assignata ad electionem faciendam, ideo absentes sunt vocandi ad electionem,licet sciant vacationem.

REGVLA XXXI.

Eum † qui certus est b certiorari vlterius nõ oportet.

† Not. hanc reg. qđ vbi datur scientia, & certitudo, ibi denũciatio nõ est necessaria de qua vide plura hoc loco ꝑ Phil.

[Prima gl.primo ponit exempla. Secundo supplet de illo,qui certus esse debebat. Tertio tractat de canonico, qui sciebat ecclesiam vacare : & allegat concordantias ad regulam. Quarto arguit ad quæstionem.]

b ¶ Eum qui certus est.] 4 pone casum 11. dist.c.vlti. ver.sæpe dilectionem tuã,&c.supra de appe.si duobus. In Archiepiscopo, qui sciens illum excommunicauit, qui appellauerat ad Papam. ff.de act.emp.& vend.l.1. in fine. In eo, qui sciebat rem, quam emebat seruitutem debere, quia non aget ex empto, quanto minoris, 5 vt ibi,& facit sup.eodem.scienti,& quod ibi dixi,& not.ff eod.titu.nemo videtur.& quod ibi dicit,qui certus est subaudi, vel esse debet,nam non est necessariũ singulorum auribus intimari, quod est publice promulgatum.16.dist. quod dicitis, de postulat prælatorum,c.1.ff.de instit.sed etsi pupillus. licet autem canonicus, qui certus est morte Episcopi, de ipsius morte non debeat vlterius certiorari, vt supra de electio. cum inter vniuersas,tamen citari debet ad electionem faciendam,vt not Bernar. in dicta decreta. cum inter vniuersas,quod verum puto,nam qui certus est,vt homo certioratur, vt iudex 2.q.1.multi, & interdum certus adhuc certioratur ad cautelam, vt in prædicto c.11. dist. c.vlt.& concilium indistincte dicit absentes vocandos qui

4 Dyn.ponit exemplũ per l.1. ff. de ædi. edic. §.aiunt. & §. si intelliga. & l.si tñ §.ei q seruum. vbi emptor si scit, vel scire debet rei vitium per vẽditorem certificãdus nõ est Io.And.

5 Qñ venditor ... emptorẽ de seruitute certificare, ... est, & ibi Bar.ff. ... ctio.Pa...

qui sunt in loco,& ca.de elec.quia pp.præterea licet sciat ecclesiam vacare,diem tamen assignatã ad celebrandam electionem ignorat,& ideo vocãdus 1 est,& dies notificandus,arg.ff.de adul.l.denunciasse. cõcor.lat.ad hãc regulam sup.de rescrip.ab excõmunicato.ibi,qui defacto suo certus,& c.& de loca,& conduc. potuit.ibi dies statuta interpellari sinealia hominis requisitione,Vt s̃.e.li.de elec. cupiẽtes,circa principium, ibi,vel post obtentam de ipsorum electione notitiam , &c. Et est hæc regula iu argumentum ad qõnem,qua quæritur, an is,qui ingressus religionẽ in fine anni exiuit,si iterum eandem religionem ingrediatur,an debeat habere annum:& satis videtur,qđ non per hanc regulam:nisi conditio personæ, vel religionis mutata esset,& hoc tenet Bart.Brixi.in quæstionibus suis in quæstione quæ incipit. Aliquis intrauit monasterium. [Est venerialis 68.& idem Guliel. in Spec.de statu monachorum,versi.38.& vide quod ibi dicam.]

1 Vocandus est, vt eligat vbi .n. vltra sciam reqritur factũ alicuius, ei denũciandum est Bar.l.2.§. fin. ff. solu. mar Phil.

¶ Idem.

REGVLA XXXII.

NOn licet a actori, quod reo licitum nõ existit.

ADDITIO Qui sciebat rem, quam emebat, seruitutẽ debere: non aget ex vendito quanto minoris, vt tactum est circa prin.huius glo.Si vero ignorabat,agit etiam si venditor sciens seruitutem,vel vitium,dixit se nolle teneri nomine seruitutum,vel vitiorũ;hoc enim generale pactum nõ trahitur ad illa,quæ vẽditor sciuit.ff.de actio.emptio.& vend.l.hoc autem,& facit,quod ibi no.Dyn.& dixi post Vin.de pæn.& remis.cum infirmitas,in fine,& vide in Spe.de empt.& vend.§.videndum.ver.quid si venditor equi.& versi.sequen. Aduerte, Dynus signans l.denunciasse.supra allega.ff.de adulte.pro contraria ad regulam:soluit, quod in his,quibus necessaria est denunciatio, non sufficit scientia,vbi vero sola scientia est de substantia,non requiritur denunciatio,&c.Ioann.And.Phi. Francus.

NOn licet actori.2] Casus in hac regula potest figurari per c.prudentiam.s̃.de mutuis petitio.in antiq. Ponamus, quod à Sede Apostolica impetraui rescriptum delegatorium ad aliquos iudices in causa,quæ sperabatur moueri inter te,& me,& fuit cõmissa causa ipsis iudicib.cum clausula,remota appellatione;Coram eisdem iudicibus conueni te,& obtuli libellum meum.Cum restaret per te,reum rñdere meo libello;voluisti me recõuenire,& obstulisti mihi libellum reconuentionis:lite cõtestata in tua causa reconuentionis,& concluso,& renunciato in causa,iudex tulit sententiam diffinitiuam contra me ad tuum commodum ; & vtilitatem ; volui appellare : vtrum possim,& an sit appellationi meæ deferendũ? Respondetur,quod non; quia non debet licere actori,quod reo licitum non existit.

2 Io.And. & Phi.dicũt captũ in habitu laicali cõtinue gesto pducentem lras, q.b. vocat cleric⁹& canonic⁹ nõ probare clericaturã, Albert.l nõ dẽt ff.eo.s̃.secus si habitũ laici nõ gestasset,ex litteris,de trãsa.

[Prima gl.dicit primo,vnde sumpta,& ponit exempla:Secundo dicit quare formatur regula.Tertio ponit quasdam differentias.]

a¶ Non licet actori. Hæc regula sumpta est l, ff. eo. tit.non debet actori.Pone casum 4.q.4.c.2.ibi,accusatores & accusati æqua audiantur rõne.s̃.de mu.peti.prudentiã,vbi remotio applonis pdest reo,vt actori,ad hoc,C.de proxi.sacri scri.in sacris 3.§.& qm̃.li.12. Dyn. ponit exempla si reus post publicationẽ attestationum non producit testes.Item post litis cõtestationẽ nõ reuocat pcurator:ergo nec actor ĩ Auth. de test.§.illud.coll.7.ff.de proc.post litẽ.]Et facit ad hanc reg.s̃.eo.in iudicijs,& ꝙ ibi dixi Formata autem fuit hæc regula per hũc modum:quia fauorabiliores sunt rei,q̃ actores:vnde si qđ actori licet multo magis reo,qui fauorabilior est,vt s̃.eo.tit.cũ sũt. Sed ea rõne qua parilitas est seruanda in iudicijs. vt in præd.l in sacris,& sup.eo.in iudicijs.intelligatur idẽ iuris,& econuerso,vt non liceat reo,quod nõ licet actori.No.tñ,ꝙ reus maiores hẽt dilationes,quã actor,vt ff.de fer.l.vlt.& reus hẽt deliberationes,& non actor. vt in authẽ.C.de lit.contes. aut offeratur. canonizata.3.q.3.offeratur.Itẽ si reus plures habet ordinarios,actor elegit vnum. 3 saluo eo, quòd de scholarib.dr̃ in cõstõne Friderici. C. ne fil.pro parte authẽ.

¶ Idem.

REGVLA XXXIII.

MVtare b consilium habita,& sic a ctor recuset ordinarium;quod non põt reus ₰m leges,de hoc C. de iud.apertissimi; & C. de iur.om. iud. l.nemo. sed ₰m canones bene recusatur ordinarius l.11.q.1.peruenit,de fo.cõp.si quis ꝯ clericũ ₰m formã decr.de app.cum speciali,adhuc remanet differentia quo ad hæc,q̃a in prædicto casu actor vnum eligendo 4 reliquum sola voluntate accusat,ꝙ non põt reus; 5 imò necesse habet causam allegare, & coram arbitris probare,vt in prędi.decr.cũ speciali.& à prĩcipio hẽt proponi exceptio de suspecto,de hoc plene 3.q.3.offeratur.de reiud.inter monasteriũ. Ex superuenienti autẽ causa reseruatur per actorẽ,& reum,de off.deleg.cãm quę,& c.insinuãte.cum sim. Item reus de maiori excõmunicatione excipit cõtra actorem,sed non actor contra rerũ,de iud.intellexĩmus.de exce.cũ inter priorem. Item magis punitur contumacia actoris,quam rei,quod probatur sup.de do.& contu.causam quæ,& sup.e.ti.actor,qui & idẽ in similibus.Et no.quod si reus vult se onerare super sua probatione,mos ei gerendus est,vt ff.de prob.l. circa,& facit hæc regula.

4 Istud est regulare pl.cũ clerici.C.de epi.& cle.gl. ĩ ver.eligat. cũ no.s̃.đ of. leg.l.3.đ eo, ꝙ cer.Io.Ph.

4 Vel delegatũ impetrando recusator dinariũ,tñ & qñque reus impetrat. s̃. đ res.ceterũ & ibi dedi cõco.ĩ princi. Io. And.

5 Et sic eo casu fallit regula ff.e.oĩs definitio.ĩ princi.Io.And.

MVtare,]Casus in hac regula põt poni primo per c.publicato.de cler.in antiqu.Vacante Ecclesia Pictau.Canonici illius Ecclesiæ statim conuenerũt in vnũ pro electione futuri pastoris celebranda,& ordinauerũt,ꝙ ipsi procederent ad electionẽ prælati ꝑ formã scrutinij,& elegerunt duos,vel tres scrutatores ad recipiendum vota singulorũ,scrutatis votis & publicato,scrutinio aliqui canonici videntes se deceptos ob aliquã cãm,volũt recedere à sua deliberatione,& volũt mutare cõsiliũ.Quæritur an possint?Certe non,& hoc per rationem huius regulæ;quia quis mutare cõsilium nõ potest in detrimentum alterius. ¶ Item põt figurari per l. per fundũ.ff de seru. rust. præd. Ponamus quod sint plures habentes aliquem fundum communem,qui volunt imponere aliquam seruitutem in suo fundo:certum est,quod antequam valeat impositio seruitutis,requiritur quod oẽs consentiant in impositione seruitutis. Sed ponamus qđ aliqui istorum consenserunt in impositione seruituti s:cum postea dñs speraret habere consensum aliorum ,primi volunt mutare suum cõsilium,& alij postea consenserunt:vtrum possint mutare suum consilium in præiudicium fundi dominantis?Dicitur ibi quod non,per rationem istius regulæ.

[Prima gl.dicit vnde sumpta,& ponit exempla,& remittit ad regulam, quod semel , & ad casus ibi exceptos alium addens.]

b¶ Mutare.]hæc regula sumpta est ex l.ff.e.ti.nemo potest mutare. Pone casum in electione 8 q 2. dilectissimi.sup.de elect,publicato.& c ab eo.li 6.In eo, qui seruitutem cessit,qui mutare nõ põt,licet nondũ socij cesserint.ff.de seru.tu.rusti.pradio.l.per fundũ ad idẽ,C.de neg.ge.l.vlt.ff.quorũ leg.l.1.§.prodest. Illa igitur regula s̃.c.ꝙ semel intelligitur ₰m istã, si qñ ex mutatione voluntatis,vel placiti alteri impedimentũ vel detrimentũ affertur,vt dixi.& fallit in casibus ibi no. Itẽ fallit in suo hærede abstinẽte,vel

regu-

repudiante: qui re adhuc in eodem statu manēte adire pōt: vel tempus ad deliberandū petere. C. de repu. hære. l. vlt. ff. de iur. delib. si quis suus. 1 [Eodem modo respondetur ad l. ff. de col. bo nonnunquam.] Et facit hæc regul[illegible] quæ no. s̃. de elect. in causis.

1 Gl. sequitur Phili.

a ¶ In alterius, &c. a contrario 2 vbi alteri non præiudicatur, licet mutare. Et sic facit ad qu[illegible]nem dñi [illegible] scripsi s̃. eo. lib. de renun. c. 2. in gl. exquisite. in fi. Io. An.

2 Hæc gl. de nouella. Io. And huc est translata.

[illegible] non potest, in alterius a detrimentum.

¶ Idem.

GEneri. Casus pōt primo figurari per c. studuisti de off. leg. Sed pro intellectu istius casus est primo præsupponendum. quod legatus de latere, vel ēt alius legatus Papæ habet ordinariam iurisdictionē in prouincia sibi decret. & concurrit cum quibuscunque ordinarijs illius prouinciæ: ita quod potest adiri etiam in prima instantia.

CASVS. Ponamus: quod cum esset in hoc regno aliquis legatus Cardinalis, qui dicitur legatus de latere, & haberet ordinariam iurisdictionē in tota prouincia sibi decreta, Papa delegauit aliquam causam inter te, & me epo Fictauien. quæritur, vtrum iste legatus de cā possit se intromittere: quia erat talis cā, in qua quilibet poterat esse actor & reus? Rñdetur, ꝙ ipse legatus non potest se intromittere: quia suæ generalitati derogatur per specialem delegationem.

¶ Itē pōt poni casus per l. sanctio legum. ff. de pęnis. Ponamus quod à principe emanauit aliqua lex, per quam gñaliter imponitur pęna oībus contrafacientib. vel ɔ̃facientes puniuntur ad arbitrium iudicis. Aliquis facit contra aliquam legem antiquam, quæ imponit specialem pęnam: vtrum illa noua pęna, quæ imponitur per legem nouam, extendatur ad legem antiquā, quæ hēt specialem pęnam? Rñdetur, quòd non quia quis duplici pęna puniretur. Item quia generi per speciē derogatur: & ideo delinquens incurrit pęnam specialem, & non generalem.

¶ Pro declaratione huius regulę opponit de c. ex parte. de offi. dele. in antiq. vbi est text. ꝙ Papa mādauit alicui, vt mihi prouideret de tali archidiaconatu in tali eccl. proximo vacaturo in qua eccl. erant plures diaconatus: postea quidam alius à Sede Apost. impetrauit rescriptum, & gratiam, per quā mandabat Papa cuidam executori, vt si talis vellet resignare suū archidiaconatum, reciperet illam resignationem & illi, pro quo scribebat, conferret archidiaconū, & sic pro illo Papa scribebat in specie, & pro me scribebat gñaliter: & tñ ibi dr̃, quod si vacat archidiaconatus per resignationem, debetur mihi, & nō illi, pro quo scriptum est in secundo loco: licet ego haberē generalem gratiam, & iste specialem. Item arg. de c. cum ordinem, de rescrip. iuncto c. veniens, de præscri. & c. ex tua. de fil. presby. in antiq. ¶ Pro solutione istorū contrariorum rñdet glo. quod ista regula primo fallit in priuilegijs, vt si alicui concedatur priuilegium gñale; postea concedatur cuidā alteri priuilegiū speciale, contra illud priuilegiū generale non valet priuilegium speciale, nisi faciat mentionē de generali, & sic ista regula nō hēt locū in priuilegijs, sed habet locū in rescriptis. Sed adhuc in rescriptis fallit, si rescriptū generale venit purificandum in specie, vt in c. ex parte. de off. deleg. vt in primo cōtrario, litteræ gñales erant purificandæ in primo archidiaconatu, & primus non erat cōsecuturus plures archidiaconatus, sed vnum tm̃. Et sic proprie non est exceptio ab illa regula. Itē in c. ex tua de fil. presbyter. in antiq. dicitur, quod Papa concesserat priuilegiū alicui epo vt ipse eps posset dispensare cū filijs sacerdotum, vt ipsi licite possent tenere ecclesias, in quib. sui patres administrauerūt immediate: videlicet, vt fili⁹ posset habere illam ecclesiā, ꝙ est cōtra ius: quia filius quantumcunq; legitimus, non potest tenere ecclesiā sui patris: sed eps, vt dictū est habuerat priuilegiū, vt ipse posset dispensare cum istis: Accidit, ꝙ antequam eps vteretur suo priuilegio accessi ad Papam, & notificaui dño Papæ, ꝙ talis filius tenebat ecclesiā, in qua suus pater immediate ministrauerat, quare petebā, & supplicabā, vt Papa de illa ecclesia dignaretur mihi prouidere: vnde Papa dedit mihi executorē, cui mandauit, vt ipse conferret mihi illam ecclesiam; dicitur ibi quòd si eps dispensauerat cum filio antequā vterer litteris meis, quòd meus executor non poterit vti sua iurisdictione, & tñ litteræ meæ erant speciales, & priuilegium epi generale, & generi per speciem non derogatur? Respondet glo. quod ista regula etiam fallit isto casu, qñ virtute generalis potestatis est processum ad dispensationem; ideo si antequam eps dispensasset præsentarem litteras meas, & cepissem illis vti: tunc per meas litteras, quæ fuat speciales, esset derogatum illi priuilegio generali.

REGVLA XXXIV.

GEneri b † per speciē derogatur.

† Ista reg. nō procedit in spē subiecti. ua, quia illa exēpli tā posita vr̃. Bar. ī l. q̃situ. §. vlt. ff. de fun. instr. Idē regula nō procedit vbicunq. per genus q̃situ est ius particulari iuitæ inauferibile. l. singulariter. C. qui potiores

[Prima glo. dicit, vnde sumpta, & ponit exempla: Secundo dicit in rescriptis loqui regulam non in priuilegijs, & causam reddit. Tertio signat contrarium, soluit, & remittit, & ponit dictum gl. quod tres casus excipit. Quarto no. duo, & ad secundum signat contrarium, & soluit.]

b ¶ Generi. Hæc regula sūpta est ex l ff. eo tit. l. in toto iure. Pone casum. 93. dist. c. vlti. in diacono, qui est minor presbyt. nisi in illo speciali c. in quo obtinet vices epi. Itē s̃. de off. leg. studuisti, vbi de cā cognoscit delegatus speciales, non legatus gñalis. ff. de pęnis sanctio legum, quæ nouissime certam pęnam gñaliter irrogat his, qui legis præceptis non obtēperant; ad eas species pertinere nō vr̃, quib. specialiter ipsa lege pęna addita est, concor. ff. de l. 3. l. vxorē § codicillis, s̃. de rescrip. pastorali. §. 1. & de hoc eo. tit. c. 1. & 25. q. 2 in summa. Hæc regule hēt locum in rescriptis, siue primū sit generale, & secundū speciale, vt in prædicto ca. pastoralis, siue primum speciale, scdm generale, vt eod. titu. abbatem, siue eodem tempore datum sit generale, & speciale, ad hoc sup. eo. li. de rescri. c. pen. rescriptum aūt speciale non tollit priuilegium gñale, vt eod. tit. cū ordinē, ꝙ est cōtra, nisi de ipso priuilegio fiat mētio in rescripto, vt ibi voluerūt quidam huius regulæ dictū extendere ad priuilegia vt secundū speciale deroget primo gñali: sed hoc est falsum, quia semper valet primū, siue sit gñale, siue speciale, si in scdo non tollatur expresse sup. de præscri. c. veniens. s̃. eo. decr. cū suis si. Ratio diuersitatis est; quia per primū priuilegiū ēt gñale cōsequit q̃s statim plenū ius, sed per primū rescriptū gñale non cōsequit quis plenā iurisdōnē in specieb. de rescr. pastoralis, & c. ad hæc, & ideo statim tollit facilius. Cōtra s̃. de offi dele. ex parte, vbi scdm spāle non derogat primo gñali: sed ibi si bñ intueamur, vtrumq; fuerat spāle, & dic, vt ibi 3 [Et vt dixi in prædicta decre. s̃. de rescri. super si. vlt gl] Notauit igitur Goff. sup. de off. lega. c. 2 q̃d hæc regula fallit in trib. casib. In priuilegijs, vt de rescrip. cū ordinem, & cum genus ad vnicā rem refertur, vt in hac decr. ex parte, & cū speciales litteræ non exhibentur re integra supra de fil. presbyt ex tua. No. ex hac regula, quod non tantū valet genus quo ad speciem quantū ipsa species, ad idem sup. de appel. c. 2. eo. li. de procu. qui ad agendum. ff. si quis cau. sed & si §. quæsitū, cū sim. de hoc 23. dist. qnamquam, de off ordina: si sacerdos. Itē nota, quod licet per speciē generi derogetur, vt hic, & sup. eo. lib. de præbend. dudum, tñ species sub genere bene continetur. 13. quæstio. 2. non æstimemus, & præ-

Tenor l. sanctio legum. ff. de pęn.

Priuilegium speciale non tollit gñale. nisi de eo expresse mentio fiat.

3 Dic licet primū erat gñale verbis erat spāle effectu. ad hoc l. boues. § hoc sermone ff. de verbo. sig. l. nō pōt. eod. tit. & est gñale, vbi habēs spēm nō vtitur specie l. adoptio ff. de adop.

prædicta decre. dudum. & optime ff. de leg. 3. hoc legatum. vbi generale verbū, quæ vxoris causa parata sunt, singulas cōtinet species, & ff. q in frau. cre. l. vlt. §. 1. & ff. eo. tit. l. semper in generalibus specialia insunt. Contra ff. de donat. l. filiusfamilias. vbi dr, ꝙ si filio concessum est donare, non potest mortis causa donare: nisi specialiter fuerit permissum & sic gñali verbo, donatio, specialis donatio mortis causa nō cōtinetur, quæ species est, vt Instit. de dona. in princ. & est speciale, ꝙ ibi non tantum valet genus quoad speciem, quantum species, vt sup. dixi. & potest esse ratio: quia de his non videtur actum, vel cogitatum. C. quæ res pig. oblig. pos. l. 1. vel quia quandoque genus, vt proprium attribuitur speciei ff. de adoptio. l. 1.

† Regula præcedit si affirmatiue proferatur, si negatiue, dic per Bar. l. 1. ff. de uerbo. obl. Phil.

¶ Idem.

REGVLA XXXV.

Plus a † semper in se continet, quod est minus.

ADDITIO. Dynus, qui materiam huius regulæ, generi, &c. satis plene hic notauit, dixit eam amplificari posse in legatis, in substitutionibus, in contractibus, in legū latoribus, & in rescriptis, quem vide. Io. And.

Plus semper.] CASVS. in hoc c. figuratur primo per c. si quis dederit. 24. q. 1. vbi dicitur, quod inter scholasticos erat controuersia, quæ pœnitentia esset imponenda pro certo crimine, de quo in dicto c. Aliqui dicebant, quod erat imponenda pænitentia 5. annorum. alij 7. alij 10. annorum. Vnde Papa approbat opinionē illorum, qui dicebant, quod pro illo crimine, debebat imponi pænitentia quinque annorum: quia illa pænitentia imponenda plus, continet in se id, quod est minus. Item figuratur casus per cap. 1. de arbi. eo. lib. Tu & ego litigabamus ad inuicem: vnde compromisimus in tres arbitros, qui causam examinauerunt: & concluso, & renunciato in causa, ipsi tulerunt diuersas sententias, nec poterant concordare in vnam sententiam: quia vnus te condemnauit in 40. alius in 30. alius in 20. quæritur quæ istarum sententiarum valeat? Respondet ꝙ sententia illius qui condemnauit in minor summa, i. in 20. quia omnes alij videntur consensisse in illam summam: & hoc per rationem huius litteræ: quia in maiori summa minor est.

[Prima glo. dicit, vnde sumpta, & ponit exempla, & commentat duas alias regulas, Secundo successiue signat duo contraria, & soluit: Tertio ponit casum exceptum, & exponit, de quo plu ri intelligatur regula.]

a ¶ Plus semper. 1] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eo. titu. in eo, quod plus. Pone casum 14. q. 1. si quis dederit, vbi quidam imponebant pœnitentiam 10. annorum, alij 7. alij 5. & ibi canon hanc ultimam sequitur. Item in arbitris pronunciantibus quilibet diverso numero sup. eo. lib. de arbi. c. 1. & de arbi. l. diem. §. si plures, & facit Insti. de seru. §. actus. vbi qui actum habet, scilicet ius ducendi hominem, vel iumentum, vel vehiculum, habet & iter: sed non econtrario. Et est hæc regulæ ratio quare in obscuris sequitur minimum: quia plus, continet in se minus: sed non econtrario, vt dixi sup. eo. in obscuris. Et concor. ad hanc regulam inf. eo. c. licet. Cōtra, sup. eo. lib. de præb. cum in illis. §. vlt. vbi dr, quod si mandatur prouideri de beneficio, quod spectabat ad collationem capituli non adiecto cōiter, vel diuisim, non potest prouideri de beneficio, quod spectabat ad collationem alterius de capitulo. Sol. Illud facit forma mandati. & intentio scribentis, qui alterum solum grauare non intendebat. Item contra hanc regulam & illam, inf. eo. cui licet, & illam sup. eo. quod ob gratiam, & inf. eo in toto & sup. eo. lib. de præben. cui de non sacerdotal. vbi si mandatur alicui prouideri de præbenda integra etiam eo volēte sibi non poterit de dimidia prouideri: vel si mandatur prouideri de præbenda certi valoris, de præbenda minoris valoris, etiam eo volente prouideri non poterit. Ibi in fine patet solutio: quia id facit forma mandati, quæ exacta diligentia est seruanda, vt ibi. Item fallit hæc regula in casibus, vbi requiritur specialis expressio: vbi genus, quod plus est non continet speciem, quod minus est, vt dixi, sup. regula proxima. Et nota, ꝙ hæc regula locum habet in co, quod est plus quā titate: quod n. plus est, vtique tanti est: sed plus qualitate, non includit minus qualitate, vt dicam j. eod. cui licet.

1 Dyn. ponit exemplū per l. qui quartā ff. de lega. 1. ubi si testator intēdens legare quartā legauit dimidiam, debetur quarta, quæ inest, etsi intēdens legare quinquaginta, legauit centum p l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerbo. obl. Io. And.

Plus in quantitate nō includit min⁹ in qualitate.

ADDITIO. Et sic soluitur contrarium de † l. solemus. ff. de iudi. quærit hic an statuta re cipiant inter pretationē, uel extensionem. uide eū & Dynū de materia regulæ.

Ioā. And.

¶ Idem.

REGVLA XXXVI.

Pro possessore b † habetur, qui dolo desiit possidere.

§. latrunculator. vbi cōceditur merum imperium. & de negatur cognitio ciuilium: Nam illæ sunt species distinctæ, vt not. ff. de iur. om. iud. l. imperium. & sic vna concessa nominatim, denegata sit altera, arg. C. de procur. maritus. Dyn.

Pro possessore.] Casus in hac regula figuratur multis modis: Primo per c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. sup. de vt lit. pen. in an. l. quod si dolo, ff. de rei ven. Tu possidebas rem, quam asserebam ad me pertinere: non est dubium, quod possum agere contra te rei vendicatione. Sed quid, ponamus, quod tu desijsti illam rem possidere dolo tuo, quia data opera scienter ad me fraudandum desijsti illam rem possidere: nunquid possum agere contra te rei vendicatione, & tecum agere si adhuc possideres? Respondetur, ꝙ sic: quia pro possessore hr, qui dolo desijt possidere: ideo possum te cōuenire vtili rei vendicatione, & in ea veniet restitutio rei si possis rem recuperare a nouo possessore: Si autē restitutio non sit possibilis, iudex te condemnabit ad æstimationem rei, quæ æstimatio fiet per iuramentum meum: veruntamen si taxauero excessiue, iudex poterit restringere taxationem meam etiam post iuramentum, quia istud iuramentum, est iuramentū affectionis, quia iurabo, quod nollem carere illa re pro decem scutis, & nō est iuramentum ueritatis: ideo non possum redargui de periurio: sed si esset iuramentum ueritatis, iudex nō posset amplius restringere illam taxationem, uel reseca re, ut in auth. posita super l. properandum. C. de iud. Itē potest casus figurari per l. sed & si. §. quod ait ff. de pet. hær. possessor pro hærede dolo desijt possidere: certe non potest conueniri, ac si adhuc possideret: secus si nō desijt dolo possidere, sed casu fortuito res perijt: & hoc uerum, nisi esset in mora restituendi, ut in fine.

[Prima glossa dicit unde sumpta, & ponit exempla. Secundo dicit regulam intelligi non taliter, sed in tantum. Tertio dat simile, subdens de fictione. Quarto notat tria. Primo, hoc casu quandoque iurari in litem. Secundo, regulam etiam in prælato locum habere, tamen quo ad propria. Tertio notat contra regulam: & de probatione remittens dicit illum uerum in eo qui a principio sine dolo possedit.]

b ¶ Pro possessore.] Hæc regula sumpta est ex l. ff. eod. tit. l. qui dolo desierit & l. non parem esse & l. ad ea. §. semper. Pone casum sup. ut lit. penden. Ecclesia sanctæ Mariæ 2. ff. de rei uendi. quod si dolo, & l. si autē. §. sed & is. ubi conuentus rei uendicatione, si dolo desijt possidere, habetur pro possessore. Item in cōuento petitione hæreditatis. ff. de peti. hær. sed & si. §. quod ait. & §. perinde inquit. Item in conuento noxali. ff. de noxa. si bonæ fidei ff. si ex noxa. cau. agat. l. 1. §. 1. Idem in cōuento. quod ui aut clam. ff. quod ut aut clam l. semper. §. antepen. & idem in similibus. Hæc autem regula uera est quo ad hoc, ut in tantum teneatur, qui dolo desijt possidere, in quantum possidens, non tamen tenet taliter. nam contra possidentem datur directa, hic autē datur utilis, ut ff. de noxalibus. l. electio §. ultimo. [Et quia istæ non differunt in substantia. ff. de nego. gest. actio. ideo effectualiter habetur pro possessore. Dynus & uide quod non in Spec. de interro. §. 2. uersi. quid ergo

go si egi. Quid sit dolus dixi sup.eo.tit scienti. Et est si. ad hāc regulam sup.de dolo,& cōtu.contingit,vbi ille, qui causa rei seruandæ non potest adipisci possessionē ob dolum, vel potentiam rei, elapso anno efficitur verus possessor, ac si possedisset corporaliter. ad idem, ff.

betur [a] qui dolo desijt possidere.

¶ Idem.

de dolo, & eleganter §.si dolo. Et not. hic de fictione: quia ius fingit eum possidere,qui nō possidet in veritate, & imperator: Consentaneū nobis est, vbi nulla stipulatio fuit interposita, intelligi eam adhibitam. C.de rei vxor.act.circa prin. ad idem, ff.de adopt.si arrogator. 16.q.3. si saerdotes de transla. inter corporalia, & facit, quod dixi sup.eo.sine possessiome. Dicit tamen lex, ꝙ per fictionem iuris veritas non confunditur nec deletur, C.de iure dot.in reb. Et not.quod contra eum.qui dolo desijt possidere,& fecit, vt non haberet possibilitatem dandi iuratur in litem ad æstimationem rei,& ibi præcedit iurm, & sequitur iudicis taxatio, & est speciale, quia illud iurm.est de effectum,non de veritate,quod dic vt plene not.in ff.de in lit.iuran.videamus.§.iurare. Item no.ꝙ hæc regula locum habet in priuato,& etiam in prælato,quo ad bona propria. Si autem Ecclesia desinat possidere dolo prælati,non habet locum in Ecclesia iste rigor:quia delictum personæ, &c. vt ĩ.eo.delictum.cum suis concor.& hoc not.Ber.secundum Lauren.sup.vt lit.pen. Ecclesia 1. in vlt.gl.Item not.ꝙ regula dicit,dolo:quia si sine dolo tēpore quo mota est lis, vel quo res iudicatur, desijt possidere,absoluitur, sup.de exce.aduersario. ff.de rei ven.sin autem.circa prin. Sed si iterum incipiat possidere,& iterum agatur contra eum, non obstat exceptio rei iudicatæ,vt ibi dicitur, Si agens dicat reū dolo desijsse possidere:reus autem dicat, quod desijt sine dolo:quis habeat probare,quæri solet: de quo dic,vt not.per Ber.in prædi.decre.de excep. aduersario. & quod supra dixi,ꝙ qui sine dolo possedit. Si autem a principio dolose possedit,puta, per vsuras, furtum, vel rapinam, vel simili modo:etiam si sine dolo possidere desijt: puta naturali interemptione,vel casu, vel furto, vel volentia:nihilominus tenetur.ĩ.de vsu cum tu,de rap.super eo.& C.de fur.subtracto.ff.de vi, & vi arma.l.1. §.rectissime. & facit.quod dixi sup.eo.mora.

1 Ibi dicit Bern. ꝙ si possideat tēpore litis cōtest. præsumitur dolo desijsse: nisi ɔ̃rium probet.Dy.plus dicit hic. s. idem si post libellum receptum: uel si denūciaueras sibi actor se daturum libellū allega. ff.ex quib.cau. in poss. ca. l.2. & qd̄ no.eo. Ful.§.qd sit latitare. all. ēt l. si fundū. C.de rei uend. & de eden. l.quędam.§.nihil Io.And.

a ¶ Habetur.] quo 2 ad sui damnum,non quo ad commodum: vnde possessori cauetur, non ei,qui dolo desijt.ff.de rei ven.l.hæc si res,& l.is qui dolo. Ioan.Andreæ.

VTile non debet.] Casus primo figuratur per l.sancimus. C.de dona.licet quilibet sit moderator rei suæ,tamen iura volunt,vt quis non possit facere donationem, vltra summam centum aureorum, absque insinuatione, & donando immense, ius præsumit, quod ibi sit aliqua circumuentio: ideo iura volunt, vt antequam fiat tali donatio, ꝙ denuncietur iudici. Sed ponamus, ꝙ donaui alicui summam mille aureorum: vtrum ista donatio annihiletur. in totum, vel valeat in summa centum aureorum, quam possum donare? Rñdetur, quod valet talis donatio vsque ad summam legitimam, sed vltra non valet: & hoc per rationem huius litteræ: quia vtile non debet vitiari per inutile: ꝙ verum est, quando vtile separabile est ab inutili. Item potest casus figurari per c.si quos 12.q.2. Dicirur ibi,ꝙ Ep̄s, vel alius prælatus Ecclesiæ,seruum Ecclesiæ benemeritum potest manumittere:licet manumissio sit alienatio: & prælatus Ecclesiæ non possit alienare res Ecclesiæ,maxime mancipia. Sed ponamus,quod prælatus Ecclesiæ alicui seruo bene merito dedit libertatem, & vltra dedit sibi aliquam possessionem Ecclesiæ: certum est,ꝙ donatio illius possessionis Ecclesiæ non ualet:sed vtrum propter adiectionem istius donationis inutilis vitietur manumissio? Respondet, ꝙ non & hoc per rationem huius litteræ: quia vtile non debet per inutile vitiari:quia manumissio erat vtilis:ideo non potest vitiari per adiectionem donationis rerum ecclesiasticarum,quæ est inutilis.

2 Hæc glossula ex nouella. I.An. huc est trāslata.

[Prima glossa ponit exēpla:Secundo vltra tria exempla alleg. ad hanc partem Brocar.22.iura, s.9. can.4.decre. & 9. ll.Ad partē ɔ̃riū allegat tres cā. 3.decreta. & 4.ll.ponit solu. Barth. Brixiē. demum plenius soluit respōdens ad contraria.]

REGVLA XXXVII.

VTile [b] † non debet per inutile vitiari.

† Vltra Dy. hic declarātē regulā ui de Phil. ponētem 8. limitationes. & lege Do. meum, §.ꝙ si quis. inst. de inut.stip. & Panor.ca. dilectus nu. 6.de pręben. doct. c. turbat. c.si qd. 37.d.

b ¶ Vtile non debet.] Pone casum 12.q.2.si quos.de seruis. vbi Episcopus manumisit seruum bene meritū, cui dedit vltra 20. sed illud amplius tantum reuocabitur supra de præben. dilectus. vbi confirmatur factum legati in vno capitulo, & non in alio. C.de donat.sancimus. vbi tenet donatio pro parte, & pro parte non tenet.

[Dynus ponit exemplum per l.si duobus. §.hæres. ff.de leg.1. vbi debetur legatum ad quod præstandum dānatus est hæres,& non hæres.] Et no.ꝙ hoc est Brocardicum: & pro hac parte faciunt iura supra inducta ad idem 37. dist.turbat. & c.si quid veri.1.qō.1.nonne Sodomitæ, & c.dominus declarauit 12.q.5.quia.17.q.4.q.12.q.4.inter cetera.23.q.4. quid ergo.de cons.dir. 4.si non sanctificatur. supra de arbit.cum tempore.de donat.Apostolicæ.& quod ibi not.de testi. Raynutius, & c.Raynaldus. Insti.de inuti.stipu §.quod si quis,vbi si stipulor mihi,& alij, tenet stipulatio ꝓ dimidia pro alia dimidia non ff.de usuris. usuras vbi illicitæ vsuræ ēt mistæ sorti non vitiant sortē, & eo.tit.l.placuit. vbi stipulatus vsuras vltra modum licitum, vel vsuras vsurarum,licitas tantum petit,licet non vltra. & ff.de iud. eo.l.siue generalis, vbi si generalis procurator,vel specialis dotis dandæ causa cōstitutus, amplius quam fuerint mulieris facultates promiserit: non valet ipso iure promissio in superfluo: sed vsque ad licitum modum bene. & C.de transact.si ex falsis. vbi transactio tenet pro parte, & pro parte non.C.de vsur.cum allegas C.si cer. peta. si pro mutua. vbi pœnæ promissio tenet vsque ad legitimam quantitatem vsurarum, & non vltra.& C.de secun. nup.hac edictali. §.si uero. ubi si ultra statutum modum relinquitur vitrico, vel nouercæ, id quod plus est solummodo reuocatur. C.de libe.præter. vel exhære.auth.ex causa.ubi dicitur ex causa præteritionis, vel exhæredationis irritū est testamentum, quantum ad institutionem: cetera namque firma permanent: 3 per quæ & similia probatur utile per inutile non vitiari. Econtra, quod vtile vitietur per inutile probatur 9.dist. si ad sacra.23. dist.c.quorundam 3. qō. 9.pura. sup.de offi.deleg.cum super.& c.super quæstionum. §.si vero.de re iudic.ad probandum. ff.de aqua quotidia.& æstiua l.1.§.Item quæritur.ff.de arbi.1.Pedius. alias incipt, parui refert. ubi compromissum in seruum & liberum factum non tenet ff. de transactio. cum hi.§.prætor,ubi requiritur totum utiliter gestum. & Instit.quib.mod.tol.obligat.§.præterea.ubi prior sti pl'o utilis utatur prætextu sequentis nouationis, licet sit inutilis. Solu.dixit.Bartho. Brixien. & hoc not 3.q. 9.pura. quod utile per inutile uitiatur, ubi in iure id inuenitur expressum:alias non. Vel dic,plenius,quod regulariter 4 vtile non uitiaē per inutile, ut hic patet,: uides enim, quod hęc pars probandi,scilicet negatiua, hic ponitur pro regula. Habemus igitur stare regulæ,nisi specialitatis ratio, uel casus specialis contra regulam appareat,ut dixi supra in rubrica.Est autem contra hác regulam casualiter inuenire utile uitiari per inutile, ut in contrarijs.Et est specialitatis rō,quia utile & inutile sunt inseparabil a, 5 ut uides in c.quorundam in decre. cum super.& in l.Pedius. & in decre.super quæstionum. & in decreta. ad probandum.in l.Pedius. & in omnibus contrarijs probatur optime hæc solutio. ff.de aqua quotidia.& æstiua.l.i.§.Trebatius.& §.item quæritur,

3 Quia in illis filius nō dehonestaē sicut per instōnē extranei,& an appellatio.ceterorum contineant fidei commissa,tabulæ pupillares, dixi post Igneū, legens d.authen ex cā. C.de lib. pt.

4 Idē Accu. in præall. l. Pedius. Sed dicebat Dy. solutionem nō sufficere. in casuum exceptorum specialis ratio reddatur. Io. And.

5 Idem Ioā. Mon.hic, & Philip.

quæritur. dicitur enim in §. Trebatius. ꝙ si habeo serui tutem ducendi ad aquam certum numerum pecorū, si plus ducam, superflua poterit dn̄s remouere, & in §. itē q̄ritur. dr̄, ꝙ si habeo seruitutem ducendi certam aquā per fundum tuum, & ego aliam aquam illi misceo, quod a toto potero prohiberi. Ratio ergo diuersitatis ē: q̄a pecora separabilia sūt, aqua mista īseparabilis, ideo ī primo ꝓhibeor solū a sup̄fluo, in secundo a toto. Itē probatur optime. ff. de ædilit. edict. l. plerumque. & l. ædiles. §. cū autem. & §. seq. vbi si difficilis est separatio, redhibito vno, redhibetur & reliquum ad idem. ff. de leg. 1. plane. in princ. ff. de verborum oblig. l. 1. §. sed si mihi: & l. quæ extrinsecus. cum similibus. Colligitur solu. ff. de vsur. l. pecuniæ 1. respon. in vlt. gl. & Arg. contra. ff. de dona. inter virum & vxo. si sponsus. §. 2. Sed illud speciale donationum fauore. Item contra prædicta. ff. com munia prædi. l. proprium solum. vbi si vendo propriū solum, ita vt mihi & vicino seruiat: mihi soli & non vicino seruitus acquiritur, & ff. quod cum fal. tu. l. 1. §. sed Pomponius. vbi si verus tutor auctoritatem præstitit cum falso tutore, tenet ipsius veri tutoris auctoritas. Et ideo subdistinxerunt quidam, si vtile & inutile sunt inseparabilia, & vitium est in re: tunc vitiatur. vt supra dictum est. Si autem vitium est in persona adiecta, tunc non vitiatur, & sic intelligantur hæc contraria. Sed hæc solutio reprobari videtur per prædi. decreta de offic. deleg. cum super, & ideo posset responderi ad prædict. l. quod cum fal. tut. ff. vt ibi no. Bernard. Vel posset dici ꝙ in illa l. verus tutor, & falsus auctoritatem non simul, sed separatim p̄stiterunt, & ideo cū actus commiscui non fuerint, vtile non habet per inutile separari. Ad l. proprium. ff. communia prædi. benefateor ꝙ seruitus est res indiuisibilis: sed ibi vendens, seruitutem integram sibi, & integram vicino acquirere voluit 1. Seruitus autem vicini bene est separabilis a seruitute vendentis, & ideo altera vtilis per alteram inutilem non vitiatur. Ad leges autem superius allegatas. ff. de arbi. l. Pedius. & ff. de trāsactio, cū hi. §. si prætor, dico quòd ibi non erant duo quorum alterū vtile esset, alterum inutile, sed vnum solum, s. transactio super alimentis in secundo casu inualida, quia non quæsierat prætor de omnibus, quæ mandat orator in primo casu vnum fuerat compromissum, & non duo. Sed ad hoc vltimum est melior prima solutio. Videtur tamen fallere prædicta solutio in casu. ff. de fideiusso. l. Græce. §. illud. vbi dicitur, quòd si fideiussor obligatus est in duriorem causam quam principalis, omnimodo nō obligatur, sed secundum opinionem illam, quæ exponit omnimodo non obligatur, in eo. s. quod excedit. non contradicit.

1 Sed in l. Pedius. nō fiebat in solidū cōpromissū, q̄a tūc secus ut ī l. seq. sed cum ita. Ioa. And.

¶Idem.

REGVLA XXXVIII.

EX eo non a debet quis fructū consequi, quod nisus extitit impugnare.

EX eo non debet.] Casus figuratur per l. Papinianus §. meminisse. ff. de inoff. testa. Pater meus instituit extraneum hæredem suum, quod me filium suū exhæredauit, tamen per suum testamentum legauit mihi aliquam rem: puta pratum, vineam, vel domum: hæres scriptus post mortem patris adiuit hæreditatem; hæreditate adita conueni hæredem scriptum querela inofficiosi testamenti; succubui in querela; quia hæres probauit, quod commiseram ingratitudinem erga patrem meum; volo postea capere legatum mihi relictum in testamento; Respondet quod non possum; quia non debeo habere legatum ex testamento, quod nisus fui impugnare.

[Prima glossa ponit exempla; Secundo dicit tria debere concurrere, scilicet quòd perseueret, quod non ratione officij id faciat, & quod idem sit capitulum. Tertio inducit concord. & simile. Quarto conuertit regulam.]

a ¶ Ex eo non debet] pone casum in eo, qui dicit decretales epistolas non esse auth. quia nullam debet pro se allegare. 29. dist. si Romanorum ad idem 8. dist. quo iure. Item pone in eo, qui impugnat compositionem, ꝙ ex ea beneficium non consequitur. sup. de censi. cum olim. Item in eo, qui impugnat testamētū dicēs illud inofficiosū: qui si id im ꝓbe dixit & succubuit 2. quicquid ex testamēto capiebat ꝑdit ff. de inoff. testam. Papinian⁹. §. meminisse. ad idem 13. q. 2. quā præposterum. sup. de testi. p̄sentiū. C. de ijs, quib. vt indig. l. alia causa est. Et dicit lex. absurdum est, quem redire ad id, ꝙ semel renūciandū putauit. C. de re. credi. si quis iusiurandū. Et facit ad hāc regulam. sup. eo. ꝙ semel; & ꝙ ibi dixi. Et quod hic dicit: nisus extitit, dic cū effectu, saltem quātū in eo fuit: q̄a ꝑseuerauit: Si aūt simpliciter ꝓtestaretur, secus esset, vt intelligit. Ber. prædict. decre. de testi. p̄sentium. Idem si inciperet agere vel excipere. & desisteret ante sn̄iam 3, vt probant p̄dictæ leges. §. meminisse. & l. alia cā est. & hoc no. Ber. in p̄dicta decret. de censi. cum olim. (Et hic Io. Mon. allegat verba intelligenda cum effectu. de cleric. non resid. relatum. hæc allegatio non videtur bona: quia effectum non habuit, qui succubuit, sed intellexit effectum ex ꝑseuerantia.) Et qđ dicit hæc regula, verū intelligo, nisi forte ex necessitate officij habuerit impugnare 4: nam tunc proprio nomine fructum consequi posset; hoc probatur. 3. q. 7. §. tria. & ca. infames versi. si contra patrem pupilli. ff. de postu. l. vlt. ff. de iud. Iulianus ait. & melius. C. de admini. tuto. vel curat. cum quædam, vbi filius præteritus a matre, tutor vel curator instituti hæredis hæreditatem adeundo nomine pupilli sibi non preiudicat. ad hoc sup. eod. lib. de elect. c. pe. §. porro. Item licet quis impugnet sententiam in vno ca. ex alio capite cōsequit̄ fructū, de testa. Raynutius, & c. Raynaldus, & facit quod dixi sup. regula prox. Et concor. ad hanc regulam. 1. q. 7. c. 1. & 96. dist. si Imper. de postul. c. vlt. Et simile est quod dr̄. Frustra legis implorat auxilium, & c. de vsu. quia frustra. Item not. ꝙ sicut non debet quis consequi fructum ex eo, quod impugnat, vt hic: ita econuerso non debet quis impugnare id, ex quo fructum cōsequitur. 19. distinct. ca. 1. 3. q. 3. si quis testibus. 3. q. 8. cuius in agendo. de censi. cum olim. in fi. ad hoc de transa. ex litteris, & aperte. ff. de iu. dot. l. cum in fundo ver. & si quidem. ff. solu. matr. sed & si ideo. Et hoc sane intelligas secundum ea, quæ dicta sunt supra in alio casu.

2 Hoc dr̄: q̄a si obtinuisset certū esset ex illo legata nō deberi. vt ī l. statim alleg. §. si ex causa. & l. Titia. Io. And.

3 Et sic ēt rn̄det ad l. postle. ff. de ijs q̄ vt ĩndi. Ioa. And.

4 Vel dic q̄d aliud ē dicere, testamētū falsū, aliud inofficiosū; q̄a sic ꝑdunt̄ legata. si aūt dicat̄ minus solēne, legata nō ꝑdunt̄ Dy. Ioā. An. c. si. de iure iur. s̄. e. item reprobās, & tn̄ succūbēs, utitur remedijs sui aduersarij exēplū, ex positione negata non adiuuaris; dixi s̄. e. de ɔfes. c. 1. tn̄ ꝑ ꝓbationes positionis negatę beneadiuuaris, ut docet Phi.

¶Idem.

REGVLA XXXIX.

CVM

CVm quid.] Casus in hac regula figuratur multis modis. Primo, per c. denique. 3. dist. hoc modo, statutum fuerat ante illud c. denique, ꝙ omnes Christi fideles ieiunarent diebus quadragesimæ, & sic abstinerent ab esu carnium: Ex qua constitutione insurgebat dubium, vtrum diebus quadragesimæ esset licitum vti ouis, caseo, lacte, & alijs lacticinijs; deciditur in illo ca. quod non, quia cum prohibitus sit esus carnium, videntur prohibita quæ trahunt originem sementinam a carne, nam cū quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

¶Item potest poni casus per c. eos. 81. dist. sic. Ponamus quod aliquis in pœnam sui delicti fuit suspensus ab officio, utrum in consequentiam videatur etiam suspensus a beneficio? Respondetur quod sic. quia propter officium datur beneficium. Et cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

¶Item figuratur casus, per c. pastoralis de app. in antiq. Alicui propter contumaciam suam vel delictum suum est prohibita communio Ecclesiæ, in qua est stipendiatus, vtrum videantur sibi prohibita stipendia ordinaria illius ecclesiæ? Rn̄deo ꝙ sic, ꝑ rōnem huius regulæ.

[Glo. seq. ponit exempla.]

a ¶ Cum quid.] pone casum in prohibito a carnibus, qui prohibitus intelligitur ab omnibus quæ trahunt se mentinam originem.4.dist.denique. Et prohibita concupiscentia per legem, prohibita intelliguntur omnia mala, quæ sequuntur ex illa.de const. nam concupiscentiam. Item prohibita alienatione, prohibita intelliguntur vēditio, donatio, manumissio, &c. C.de reb. alie. non alie.l. vl.ad idem de rebus eccl. non alie.c.nulli. Item prohibito officio & beneficiū 8 1. di.eos. Itē & furto prohibito, prohibetur omnis rei alienæ illicita vsurpatio: prohibita mæchia, omnis illicitus concubitus prohibetur. 14.quæst.5.penale.32.q.3.meretrices. Et cui prohibetur ecclesiæ communio, & eius stipendia prohibita intelliguntur.de appella.pastoralis. in fin. ad idem. ff.de ser.expor.l.cui pacto. Et concor. ad hanc regulam inf.eod. accessorium.

quid [a] prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

¶ Idem.

P REGVLA XL.
Pluralis locutio, [b] duorum numero est contenta.

¶ Idem.

I REGVLA XLI.
IMPVTA-

ADDITIO. Est regula huic similis: Aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud, & hæc loquitur de consequentia prohibitionis mediorum, per quæ peruenitur ad extremum. Ista vero loquitur de consequentia prohibitionis extremorum, quæ procedunt ex primo prohibito. Et in hoc simili pone exemplum.ff.de sponsa.l.oratio. & ibi concor. Ioan. Andr.

a Facit hæc reg. q̄ p duos testes reprobet instr. l. opt.C. de cō. & promi.stip. Phil.citat. c. 3.loco.de testi. hic. & pb. vide doct.l.1. exercēdis.C. de fide instr. Io. An. hic.

Pluralis locutio 1.] Casus in hac regula potest figurari per c.hoc quoque de consecra.dist. 1. Iure cautum reperitur, quòd cum sacerdos Missam celebrat, de honestate debent esse plures audientes, vt illa verba, Dominus vobiscum: possint verificari: Sed quæritur quot debent esse presentes? Rūdetur q̄ sufficit q̄ sint duo: quia pluralis locutio, duorum numero est cōtēta. ¶ Item potest casus figurari per c. is cui.§. 1.de preben. sup.eo.li. Papa dispensauit mecum, vt possem obtinere plura beneficia, aliter non declarando: Quæritur quot beneficia potero obtinere virtute dispensationis ibi dicitur, q̄ virtute illius dispensationis potero solum obtinere duo beneficia: quia cum dispensatio sit odiosa, est restringenda: & in odiosis sufficit q̄ verba possint verificari, & illa verba verificabūtur in duobus beneficijs: quia pluralis locutio, duorum numero est contenta. ¶ Itē potest casus figurari per. libertas. §.post annos.ff. de manumis.test. Aliquis Titius veniens ad mortē suā condidit testamentum, & in testamento suo cuidam seruo legauit libertatem post annos quæritur post quot annos seruus consequatur libertatem? Respondetur post duos annos, quia verbum, annos, verificatur in duobus per rationem huius regulæ.

[Prima gl. ponit exempla. Secundo opponit de vna. l. & dupliciter soluit Tertio dicit in testib. regulam procedere, ubi numerus non adijcitur, opponens 16.casus, ubi plures quam duo requiruntur. Quarto dicit regulam in pronominibus locum non habere.]

b ¶ Pluralis locutio.] Pone casum de consecr.dist. prima, hoc quoque.ibi, Dominus uobiscum, duos numero comprehendit. Item sup.eo.li. de præben. is cui, §.1. ubi beneficiorum nomine duo tm̄ beneficia continentur. Item per l. ff. de manumis.test.libertas.§.post annos. nam si legetur libertas seruo post annos, de duob. intelligitur. Item si promittitur uel legatur post dies, de duob. intelligitur. ff. de uerb. sig. l. inter illam. §.ita datam. Item per l. ff. de testi. ubi numerus, ubi sunt hæc uerba, & 4.quæst.3. ubi numerus. Contra. ff. de opt. leg. l. 1. ubi dicitur, quod si alicui legata est seruorum optio, tres eliget. Solo. spāle est in fauorem ultimæ uoluntatis, ut ibi potius sequamur quoddam medium, quam minimum, quia ad minus de duobus intellexit, ex quo dicit in plurali, & forte de pluribus: sequamur ergo quoddam medium, & sic optet tres. Vel dic, vt ibi no. quod ibi legatus fuerat equus vel seruus, quē serui testatoris elegerint: quos seruos legatarius optare debeat? tunc optabit tres seruos, qui eligent sibi equum vel seruum legatum: & ideo tres, quia duo de facili discordarent. 8 qu.1. nec nouum. & de arbit. c.1.ff.de arb.itē si vnus.§.principaliter. Et qd̄ hic dicit, q̄ pluralis locutio ē cōtenta duorum numero, verū est regulariter, & vbi eodē vel alio iure nō adijcitur numerus, vt in prædicta.l.vbi numerus, canonizata.4.q.3.c, vbi numerus. In causis igitur & instrumentis regulariter duo testes sufficiunt: interdum tamen vnus sufficit, vbi.l.nulli fit præiudicium, de consec. dist. 4. placuit. & multi sunt casus, in quibus requiruntur tres ad minus: Primo in depositione pecuniæ.in Auth. de fide instru.§. si quis igitur. coll. 8. Item quando imperitus litterarum cōhit in scriptis. C. si cer. pe. l. vl.2. In istrumēto de quo fit comparatio. C. de fide instr. l. pe. Quando pater legitimat filium naturalem in instrumento publico. in Authen. vt liceat matri & auiæ.§. ad hæc.col. 8. Quando mulier fatetur se pro intercessione aliquid recepisse. C.ad Vell.antiquæ. Quando quis vult infirmare testamentum, quod facit post transcursum decennij. C. de test. sancimus. In inuentario. C.ad leg.Fal. Auth. sed cum testator. In priuata scriptura, vt fidē faciat. C. qui po in pig. ha. l. scripturas. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C. si cer. pet. auth. sed nouo. & in codicillis. & donatione causa mortis similiter quinque. C. de don. cau. mor. l. vlt. Item in testamentis, communiter septem: in test. tamen cæci, octo. C. qui test. fa. pos. l. hac cōsultissima, aliquando quinque, vt in testō rustici, vt in municipijs, & villis, vbi est hominum raritas. C. de test. l. fi. Aliquādo sufficiūt duo vel tres, vt in testō facto inter filios & nepotes. C. de test. hac cōsultissima. Item interdum requiruntur xv. testes. C. de prox. sac. scri. l. vna. Iterdum plures. 2. q. 4. presul & c. seq. Vide plenius de his in Spe. de teste. §. restat de numero. Et not. q̄ id quod hic dicitur de plurali locutione, non habet locum in pronominibus, vt nos, vos, vester, & c. nam vnus prælatus scribit & ei scribitur in plurali, & Papa semper de se scribit sic. ēs. de cri. fal. quàm graui.

Testis vnicus sufficit, vbi nulli fit præiudicium.

2 Hæc lex Codicis requirit tres testes sed Auth. sed nouo, ibi posita requirit quinque, & dic vt ibi no. Io. And.

Testes requiruntur in diuerso numero sm̄ diuersitatē casuum, vt iure cauetur.

3 Per hanc regu. dicūt Io. An. & Phili. q̄ Diac. differēs se vicij ad finē anni ordinari, si tūc casu ordinari nō potuit: nō hēt locum c. licet canō. ē, de elect. ... prius nō fuerit in mora. l. lecta. ff. si cer. pet. item nisi casus cōtigisset, mēto cuoca modo ordinatus, fuisset ergo, p l. C. sar. ff. de pu bli.

Imputari non debet 3.] Casus figuratur per c. cum sit Romana de appe. in antiqu. Certum est q̄ appellans debet appellationem suam prosequi inf. annum, & si non fuerit appellationem prosecutus inf. annum, appellatio sua efficitur deserta: Sed ponamus q̄ non stetit per appellantem, quo minus prosequeretur suam appellationem: vtrum appellatio sua efficiatur deserta, vel debeat sibi dari alius annus? Respondetur quod ex quo fecit diligentiam sibi possibilem, debet sibi dari alius annus, & si in secundo anno fuerit impeditus, licet de mero iure sua appellatio sit deserta, tamen per beneficiū restitutionis consequetur aliud tempus ad prosequendum suam appellationem.

¶ Item potest casus figurari per c. commissa. §. 1, sup. de elect. Certum est de iure, q̄ promotus ad ecclesiā parochialem debet promoueri infra annum ad sacerdotiū, & si non fuerit promotus ad sacerdotium intra illud tempus, vacat ecclesia, & poterit ordinarius ecclesiam vt vacantem alteri conferre: Sed ponamus q̄ non stetit per ipsum, sed ob defectum diœcesani: quia est suspensus, vel absens, non potuit promoueri ad sacerdotium: vtrum elapso anno sit priuatus sua ecclesia? Respondetur quod non: quia ex quo per ipsum non stetit, non debet sibi imputari. Glo tamen dat consilium, quòd quando non stat per ipsum, debet intra illud tempus,

facere

facere protestationē qualiter nō stat per eū:& de hoc protestatione habere actum siue instrumentū:tamen hoc non est de necessitate:sed glo. dat illud cōsilium.

[Prima glossa ponit exempla.Secundo æqparat impossibilitatē a principio,& ex post facto ꝓuenientē, dicēs illum adhuc obligatum, cui signat ꝯtriū,& remittit,allegans duas concord. Tertio quærit, allegat pro & contra: & soluit respondens ad contraria.]

ri a non debet ei per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

1 Ad hāc regulā cōcor. regula cum non stat. eo. tit.

a ¶ Imputari non debet 1] Pone casum in eo, qui debet appellationem prosequi infra annum: cui non imputatur, si ꝑ eum non stetit.2.q.6.anteriorum In eo, qui debet promoueri ad sacerdotium infra annū: cui nō currit annus ipse, si iusto impedimento detentus promoueri non potuit.sup.eo.li.de elec.commissa.§.1.In eo,q rem emit sub pacto legis commissoriæ,scilicet,quod infra terminū pretium solutum nō esset,res foret inempta & emptor in termino soluere volens, si nō habuit cui solueret,sibi non imputatur ff. de lege commisso l.lege commissoria in fine.Aliàs incipit, si fundus lege commissoria.ad idem.44.dist Ephesijs. sup.de eo qui mit.in pos.c.2.vbi de hoc.& facit.C. de condi.inser.l vlt.Et no.quod dicit,per quem nō stat: quia non sufficit velle,nisi ad opus procedat, quantū in eo est.sup.de eo qui mit.in posses.ca.1.Impossibilitas ergo facti sicut,a principio annullat obligationē sup.eo.nemo potest:ita & ex post facto elidit,vt hic, Si tamen tenetur quis aliquid facere infra certum tēpus,nec per eū stetit,licet non imputetur, tamē post tēpus tenetur de do.& contuma.cum dilecti.ff. de arbit.l.Celsus.Consulo tamē,quod si potest, infra tempus de impotētia protestetur 2.quæst.6. post appellationem.de hoc de appel.ca.vlt.& C.de iure emphy. l. 2.in fine.cū suus concord.Ad id,quod dixi, ꝙ post terminum tenetur cōtra.§.de spon.sicut,ff.de leg.3.l. ea tamen adiectio.Solu.vt no.in prædicta decre.sicut,& vt dixi sup.eo.nemo potest.Et concor ad hanc regulā de elect.cap.vlt.vbi tempus datum ad eligendum nō currit ei qui nō pōt eligere, nisi ex quo in mora fuerit petendi licētiā.ad idem de cōces.præben.quia diuersitatem. Quid dices 2 de eo qui sua culpa incidit in casum,pp quem postea facere non potuit,quod per eum fuerat faciēdum:videtur primo.quod sibi sit imputandum:quia regulariter quis de casu tenetur,qui sequitur culpam.50.distin.sæpe, & ca. studeat.de æta. & quali.ca.1.& quod ibi no.& facit.86.distin. non satis.& qui ma acc.poss.c.1. & quod ibi no. & si. ff. qđ met.cau.l.si mulier.vbi metus illum non excusat, q sua culpa incidit in metum.In cōtrarium videtur per prædicta iura,de elect.c.vlt. de concess. præbend. qa diuersitatem.arg.de pig.significante:ibi,in captione, &c.de spōsa.veniens.2 Sed casus est specialis. Et dicit lex,ꝙ q iniuriose vel libidinis cā inimici,vł mulieris fregerit ostia,si fures nō ab eo inducti postea res asportent,nō tenetur furti.ff de fur.l.verum, & l. qui iniuriæ in prin.præterea deportatus,si nō potuerit ꝓcuratorē dimittere,bene restituitur: & tamen culpa sua absens erat.ff.de mino l. Papinianus. Itē debitor propter inopiam excusatur cedendo bonis, etiam si sua culpa in illam inciderit de solut.Odoardus. ff. de dolo.nam his.Satis videtur dici posse, quod imputandum sit illi propter iura primo inducta.Hinc etiā dixit lex nō debere succurri ei, qui in necessitate se posuit.ff.q satisd.co.l.si fideiussor.vbi dicitur, qđ si reus non potest satisdationem dare vbi conuenitur, & in alio loco eiusdē prouinciæ dare velit, si satisdatio necessaria erat, audiendus est, si voluntaria non;qa ipse sibi necessitatē imposuit ad idē.ff.si quis cau.l.2.§. si quis tamen,vbi dicitur, quod qui in iudicio competere debebat, si quid est, quod ei imputetur, tēpestatē vel vim fluminis prætendere nō poterit, ad hoc de ele.cum in veteri. Ad iura in contrarium inducta respondeo & dico,quod decre.vlt.de ele.& decre. de concessio præbend. quia diuersitatem, loquuntur de quadam pœna canonicis prodita solum ꝯ negligētes: vnde ibi culpa siue negligentia non punitur. hoc satis ꝓbat ipsa decret quia.Vel dic, ꝙ si ex culpa imponitur aliqua pœna vt suspensio, vt in ꝓdicta decret. qa,vel deportatio,vt in l Papinianus, tūc culpa illa vlterius puniri nō dēt ad hoc 13.q.2.c.vlt.de iudi atti clerici, aliàs.n.sequeretur,quod suspēsio idē esset, quod priuatio,& deportatio,idem quod bonorum ademptio: quod esse nō dēt.[Vide quod dixi in prædicta decret. quia,super glo.sic patet, & quod dicam post Dyn. ꝯ. eo.qđ ob gratiam] Ad decret.significāte. dico ꝙ forte sine culpa sua erat in captione, & ibi ēt est alia ratio.s.quod primo pecuniā miserat per eum, quē fidelem nuncium credebat. Ad prædict.l.verum, & l. qui iniuriæ,dico quod verum est.quod nō tenetur furti: tñ cōuentus de iniuria tenetur emendare damna per illos fures illata:quia qui occasionem damni,&c.de iniuri. & dam. dato. c vlt. Ad hoc, quod dicitur de inope.dico quod impossibilitas casus hoc inducit.

Impossibilitas vitiat oblĭonem a principio & ex post facto elidit.

2 Culpa sua si quis incidit in casum pp quē non fecit, qđ facere debuit, an sibi imputādū sit. Pe.de An.in hac re. 42. docet cognoscere accessoria, & qd de iure accessorio, ꝑsonis,rebus iuribus accessorijs, & de ꝑsonis accedentib.ad delictū. de quibus Hip. sing.175.Itē tractat materiā ꝑplexi tatis,ibi vide de duob. qui promiserūt renunciare Papatui.

¶ Idem.

REGVLA XLII.

ACCESSO-

ACcessorium 3] Casus figuratur per c.de prudentia.sup.de dote post diuor.resti.in anti. Sed ꝓ intellectu huius casus,est primo præsupponendū,quod dos est accessoria ad matrimonium: quia non est dos sine matrimonio, licet posset esse matrimonium sine dote. Ponamus ergo, quod ego cōtraxi matrimoniū cū aliqua Berta in casu prohibito: quia ipsa erat mea affinis,& istud ignorabamus: ipsa dedit mihi cētum aureos in dotem: postea mulier fuit certiorata de impedimēto,vnde accessit ad Papam & impetrauit iudices delegatos ad cognoscendū de isto impedimento affinitatis;istis iudicibus delegatis mandauit Papa, vt si eis constet de impedimento, separent matrimoniū,non autem mandauit Papa, vt compellerent me ad restituendum sibi dotem,mulier in suo libello petijt separationem matrimonij, & restitutionē dotis: Ego excipiendo proposui, quod super restitutione dotis iudices delegati nō possunt se impedire, cū rescripta delegatoria sint stricti iuris, & non extendantur ad aliàs res nō expressas in scripto: Mulier replicabat ꝙ ipsi iudices poterant etiam cognoscere de dote;qa dos venit accessorie ad matrimonium,& cōmissa causa super matrimonio videtur data commissio super dote; Dicitur,ibi, quod delegati poterunt se intromittere de matrimonio & de dote: quia dos venit accessorie ad matrimonium, modo accessorium seqtur naturam sui principalis.

3 Io. And. & Phi. dicunt nō obligatū ad principale teneri ad accessoriū, faciendo, principalē attñ ꝓtestatio limitat volūtatē l. 2.ff.si q cau. Pe.de An h. tenet cōtra.

¶ Item pōt casus figurari per l.nō dubium. C. de legi. & c.si diligenti.sup.de foro cōpet.in antiq. dicitur in illa l.non dubium.quod ꝯtus ꝯ legem celebratus est nullus Sed quid? Ponamus,quod in illo contractu interuenit iuramentum ad confirmandum contractū: an valeat? Dicitur in illa l. quod non, quia iuramētū est accessorium ad contractum,& istud verum, quod non valet talis contractus de iure ciuili: sed de iure canonico non est verum indistincte, si illud iuramentum sit sine interitu salutis æternæ.c.cum contingat. de iure iurando antiq.

¶ In capitulo,si diligenti,de foro cōpe.in anti.dicit, ꝙ clericus non pōt consentire in iudicem laicum; nec ꝓrogare eius iurisdōnem ēt de licentia sui proprij epī. Sed quid? ponamus, quod aliquis clericus consensit litigare coram iudice sæculari,& iurauit seruare illum consensum,an valeat iuramentum? Dicitur ibi, quod non;quia iuramentum est accessorium ad consensū, & acccessorium sequitur naturam sui principalis.

[Prima glossa dicit vnde sumpta & ponit exēpla. Secundo signat & soluit sex ꝯtria. Tertio ponit quādā distinctionem Accur & subdit duas concordantias.]

a¶ Accessorium.]Hæc regula sumpta est ex l.ff. eo.tit. cum principalis,& l.nihil dolo.§.cum principalis. Pone casum in principali instructo: quia dr̄ destructum & accessorium,16. q.7.& hoc dicimus. Item si causa principalis .s. matrimonij cōmittitur:sic & accessorij, s. dotis. de dote post

rium a naturam b sequi cō gruit principalis.

¶Idem.

REGVLA XLIII.

QVi tacet, c consenti-

diuor.resti.de prudentia. 1 Ratio,vt dicit Io. Monachus,quia dos non potest esse sine matrimonio , licet matrimonium possit esse sine dote:patet;quia dos accedit matrimonio.ff.de iure dot.l.3. Item si non tenet cōtractus nec ipsius accessorium.C.de legi.nō dubiū concor,de foro compet.si diligenti.de offi. dele. prudentiam §.sexta.in fi.de fide instru. inter dilectos. ad finem.s̃.eo.li.de rescrip ca.1.& ca.penul. & de præbēdis,super eo.Et optime per decretalem.s̃.eo.lib.de offic.deleg. si super gratia vbi potestas executorū datorum ad gratiam, non perit re integra morte cōcedentis,sicut nec gratia , vbi potestas illa accessoria est ad gratiā,& de pscript.cum ex officij. vbi sicut non præscribitur visitatio , nec ꝓcuratio ratione visitationis debitę.2 Contra s̃.de iureiur.debitores,& c.cum contingat,vbi de hoc,& supra.eo lib.eod.tit.licet vbi tenet accessorium,& non principale . Sol.illud pp animæ periculū,qđ eueniret,si non seruaretur iuramentum, & dic , vt in prædicta decretali. cum contingat. Item contra.C.de episcopali audientia,authen.liberi furiosi vbi tenet legatum,& non testamentum,vel hęredis institutio.Sol.illud speciale in odiū filiorum,3 qui contempserunt patrem,vt not.Ber.in prędicta decretali,inter dilectos.Item ꝯ C.de luiti pig.l. intelligere.vbi sublata personali, remanet hypothecaria . Sed dic,vt ibi: quia nō fuerat sublata psonalis pacto , sed tpe,& personalis tollitur spacio triginta, hypothecaria spacio quadraginta annorū.Et ideo sublata psonali tēpore,ad huc remanet hypothecaria per decem annos.C.de præscriptio triginta annorum.l. cū notissimi.secus si pacto vel alio modo,vt supra dixi. Item contra.C.de pdi.mino.l.& si is,vbi qui desierat eē curator,vendidit rem minoris, & sic non tenuerat vēditio:valet tamē obligatio de euictione Sol. licet nō tenuerit venditio quo ad pupillū vel minorem , tenuit tamē quo ad illum curatorem olim:& ideo, cum quo ad ipsum tenuerit principale, non mirum si tenet accessorium.Item contra.C.si aduersus vendi. l. prima & auth.sacramenta.dic vt supra.]Itē.ff.quibus modis vsufruct.amitt.l. quid tamen in principio.& l.Grçce. ff.de fideiussoribus.l.generaliter. Sed illa sunt specialia. Itē no.Accursius.C.de pactis.l.pacta , quæ cōtra, & ff.ad legem Falcidiā.quod de bonis.§.1.ꝙ in pactis quæ fiūt præter legem,tenet accessorium,& nō principale,in his,quæ fiunt secundum legem,vtrumq;: in his,quæ contra,neutrum,Concordat ad hanc regulā , ff.de pecu.lega.l.1.& 2.vbi dicit, quod perēpto principali perimitur accessorium.

1 Ibi glo. dicit, ꝙ ecclesia nō cognoscet de dote principaliter per l. in ꝯctib. in fi. C. de nō nu. pec.c. ex tenore .sup.de foro comp., Cāp. in 1. par. q. 90. tracta. de dote.

2 Per quę iura patet , vt etiam dicit Dynus,regulam locū habere, siue loquatur de principali inducendo, siue tollēdo siue confirmando.Ioā. And.

3 Qđ non militat in accessorijs legatis sicut institutione principali , ergo non sequmur principale , & ista est rō in iure accessorio . Hig. singu. 126.

4 Hæc gl. ex nouella. Io. An. huc est translata.

b¶ Naturam.]Regulæ 4 iuris ciuilis,vt vide super glo. & antiquæ concord. non posuerunt hanc dictionem , quam tamen posuit noua decret. si super.quam alleg. glo.Ioan.And.

QVi tacet.]Casus figuratur per c.nonne. s̃. de præsump.hoc modo:dicitur ibi ꝙ Christus fuit à Iudæis de duobus interrogatus siue accusatus: Primo ꝙ erat Semaritanus:Secundo, quod dæmoniū habebat: Christus respondit,ad vnum illorum:videlicet,quod ipse dæmonium non habebat: de alio tacuit : an esset Samaritanus nunquid videtur consentire, quod erat Samaritanus? est ibi textus,quod sic.

Itē potest casus figurari per l.2.§.voluntate.ff.soluto matrimonio.]Dr̄ ibi,quod si filiafamilias ꝯhit matrimonium cū aliquo cōstituta sibi certa dote,& fiat dissolutio matrimonij per mortē mariti , vel p repudium:ꝙ actio competens pro dote repetenda est cōmunis patri, & filiæ. Sed quid? Ponamus, ꝙ pr̄ solus egit sciēte filia,& tacēte: nūqd filia,vr̄ consentire?Ēst ibi textus, qđ sic,quia qui tacet, cōsentire vr̄. Qualiter aūt intelligatur ista regula , habebimus in regula sequenti,is qui.

re videtur.

¶Idem.

REGVLA XLIIII.

IS QVI d †

† Si tractat collegia liter de pˢiudicantib. tibi & collegio, taciturnitas tua facit cōsensum.Phili.per not.c. 1.de ijs quę fi.a præla.

[Prima glo.ponit exempla : secundo ponit septem effectus taciturnitatis,& remittit.

c¶ Qui tacet.]Pone casum 54. dist si seruus. 2. sup.de præsump.nonne.ff.soluto matrimonio.l.secunda.§.volūtate.vbi dicitur,ꝙ patet agens de dote filiæ ,de ipsius voluntate vr̄ agere,si filia non cōtradicat . Et no. ꝙ qui tacet,interdū cōsentit,vt hic,& in supradictis iuribus votum emittit.27.dist. c.1 .& simulatur 65.d. si forte impunitatē promittit.43.dist.sit rector offert 20.q.2.ca.1.occidit.43.dist.Ephesijs.est cōtumax.65. dist.c.vlt.interdum nec consentit, nec contradicit, ꝯ. c.proxi.& dic,vt ibi statim dicam.

ADDITIO.Vt dicit Io.Mo.ad hanc regulā,qui tacet , &c.facit.ff.e.tit.semper qui non prohibet,& facit. s̃. de exces.præla.ex litteris,& ff.de ser.l .1.Io.An.

IS qui tacet.]Casus potest figurari per §, anteriorū, 2.q.6.Ponamus,ꝙ Titius cōuenit me coram iudice competente:iudex tulit sententiam diffinitiuam vel interlocutoriam contra me : ab ista sententia ego nō appellaui,sed tacui, quia non dixi,ꝙ contra dicebā, vel acquiescebā : an videar per taciturnitatē acquiescere snīæ vel dissentire? Certe non,imo est in optione mea,an infra decem dies velim appellare vel nō;licet aliqui ad maiorem cautelam protestentur de appellando,sed illud non est necesse.Sed quomodo cōcordātur istæ duæ regulæ;quia prima dicit, qui tacet cōsentire videtur.Glo.dat duas doctrinas. Primo dicit gl.qđ aliq sunt actus, qui pn̄t explicari sine cōsensu meo,& cōtra meā volūtatē, vt quis pōt vēdere rē alienā cōtra voluntatē dn̄i in pˢiudiciū contrahentis. l.rē alienam.ff.de cōtrahen.emp.& vend.Si dn̄s istius rei taceat in venditione suæ rei, non sibi præiudicat tacitus cōsensus;Alii sunt actus,qui nō pn̄t explicari sine consensu meo;& tunc si taceam, habeor pro consentiēte,vt in regula præcedenti.Glossa dat aliam doctrinam,videlicet,ꝙ vbi agitur de commodo & honore tacentis,tacens videtur cōsentire: Sed si agatur de suo incōmodo;puta de persona obliganda,non habetur pro consentiente.l.filiusfamilias.§.inuitus ff.de procura.sed prima doctrina est verior & securior.

[Prima glossa dicit vnde sumpta , & ponit exēpla, Secundo alleg.10.iura, quibus fallit prima pars regulæ;& 8. quibus fallit , secunda remittens ad alia, & dans triplicem solutionem.

d¶ Is qui tacet.]Hæc regula sumpta est ex.l.ff. eo. tit. l.qui tacet. Et no. ꝙ tacere est quoddam mediū inter expressam voluntatem , & expressam cōtradictionē. pone ergo casum in eo.cōtra quem fertur snīa ; q tacens non habetur pro consentiēte, nec pro contradicēte infra decem dies,inf.quos semper appellat.2. q. 6.anteriorum.Item pone in prælato,qui tacet ex cā, puta pp scandalum.supra de præscri.nihil prodest,de cog.spiri.super eo de iureiur. mulieri . Item pone ꝭm Accursium in tributoria: nam si seruus cōtrahit dn̄o contradicente.tenetur de peculio tantum, & deducitur,ꝙ debetur domino. ff. de pecu. si quis seruum. § etiam si eo,expresse volente,tenetur,quod iussu in solidum.ff.quod iussu.l.1.vbi autem scit & tacet; tenet tributoria , & sic non in solidum; nec deducit sibi debitum.

debitum.ff.de tribu.l.1.§.sciêntiam.ff.de exer. l.1.§.sed his.Prima regula fallit.27.dist.c.1.54.dist.si seruus.10.q.2.c.1.de præsum.nonne.1.s.de iur.calum.c.vl.in fin.s.eod.lib.de confes.si post præstitum.ff.solut.matri.l.2.§.voluntatem.ff.de lib.agno.l.1.§.pœna.ff.de loc.item quæritur.§.qui pro impleto, & vbicunque tacitũ pactũ inducitur a lege.ff.de pact.qui ĩ futurum.Secũda fallit in eo,q̃ tacet verbo,sed cõtradicit facto, vel signo.74.dis.c.1.Itẽ ĩ episcopo qui tacet commonitus a vicinis epis,qui habetur pro contumace.65.distin.si forte.

1 Et vide qđ ibi scripsi supervl.gl.cõtra op.q̃ hẽt aliudĩ oblig. rei alienæ q̃ invẽditione. de qua scripsi de transa. ex litteris super gl. Io.And.

tacet,non fatetur [a]:sed nec vtique negare videtur.

¶ Idem.

REGVLA XLV.

INspicimus [b] in obscuris quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consueuit.

¶ Idem.

REGVLA. XLVI.

IS

Item in his,in quibus requiritur expressus cõsensus,vt in adulto,qui catechizat de cõse.dist.4.cum pro paruulis.& in seruitute imponenda. ff.de serui.vrb.præd.l.inuitum.& in procuratore constituendo.ff.de procur.l.filius.§.inuitum,& in furto.ff.de fur.qui vas.§.vetare.& in soluendo matrimonio.ff.de ritu nup.in eo iure.§.deinde.& expresse debet testator nomen hæredis dicere.C.de testa.iubemus.item in casibus not.2.q.7.plerique.Quid ergo in his dices :nunquid tacens habebitur pro consentiẽte,an pro cõdicente? Sol.Dicunt quidam q̃ regulariter tacens habetur pro consentiente facit ad hoc s.de reg.prox. Fallit in casibus supradictis.uel dic secundo, q̃ aut est tale factum, quod fieri non põt me prohibente. Pone casum 54.distin.si seruus.& tunc taciturnitas habetur pro cõsensu.Fallit in casib.supradictis,aut est tale q̃ fieri põt me cõtradicente.Pone casum.ff.de cõhen.emp.rem alienam, & tunc taciturnitas non obest:nam dicit regula iuris: culpa caret, qui scit,sed prohibere non põt.ff.eo.l.culpa.secundum Io.qui hoc no.27.distinc.c.1.& Ber.de præsump.nõne.Vel dic tertio q̃ in facto concupiscibili,honorabili, & meritorio taciturnitas habetur pro consensu,vt in primis iuribus. Et not.ff.manda.qui patitur. In facto autem quod non est concupiscibile,honorabile,& meritoriũ, sed onerosum,necessarius est expressus consensus 2.sicut,est q̃ quis assumat procuratoris officium,q̃ res sua seruiat, vt in secundis iuribus secundum Inno.qui hoc no.de elect.in Genesi.Et Ioan.Mo.in regula qui tacet.Quod uerum puto,hoc addito,q̃ vbi ius in pœnam statuit quem tacentem haberi pro consentiente vel cõfesso 3.sic habebitur,licet factum sit onerosum : exemplifica per decre.de iura.calum.c.vlt.in fi.& sup.eo.lib.de confess.si post prestitum cum similibus.Concordat aũt ad hanc regulam lex. ff.communi diui. l. Sabinus.ubi socius patiens habetur pro consentiente quantum ad hoc,quia non agit ad demolitionem, & sic quò ad hoc habetur pro consentiente:agit tamen ad interesse [4]: & sic quò ad hoc habetur pro contradicente, & ueritate considerata tacens non loquitur, & sic nec contradicere nec consentire videtur.Huius autẽ varietatem 4.uidere potes per solutiones superiores simul iunctas.

2 Fallit fauore reip.& pupil.in casib.quos scripsi ĩ reg.qui tacet sup glo.Ioa.And.

3 Et istud pprie facit ad re.cũ iurib.q̃ sequũt,& de cre.nõne.de psũp. & qñ haberet pro negante, vt no.ĩ decre.si post pstitũ.ĩ si.pe.gl.Ioa.And.

4 al.veritatẽ.

a ¶ Non fatetur.]Nota 5.quia non dicit,non cõsentit.& sic non contradicit regula, qui tacet. super confessione.n.vel negatione non super consensu, & dissensu fundatur hæc regula,& regula iuris ciuilis; pp attinentiam aũt,quã hẽt confessio ad cõsensum, & negatio ad dissensum glossatores iuris ciuilis, & nostri illam materiam adaptauerunt huic regulæ, quæ proprie spectat ad regulam,qui tacet,ubi etiam dixi. Io. And.

5 Hæc glo.ex nouella. Io.An.huc fuit translata.

INspicimus 6.]Casus primo potest figurari per cap.si quis acceperit.33.q.1. Ponamus q̃ aliquis Titius contraxit matrimonium cum aliqua muliere corrupta:fuit longo tempore cum ista muliere:tractu tẽporis mulier petijt separationem, dicendo quod cupiebat effici mater,& procreare filios & filias,& quod maritus eius nõ erat potens ad coitum: Vir contra dicebat, quod imo erat potens, & eam cognouerat. Certum est quod ista mulier est corrupta, & sic non potest cognosci ex aspectu corporis,an fuerit cognita vel non. Ponamus quod vir prima inspectione apparet potens ad coitum, quid tunc præsumemus?Respõdetur quòd si maritus prima facie appareat potens, presumemus cognouisse vxorẽ: quia in obscuris præsumitur quod est verisimilius.

6 Verisimile colligit ut ex collat.rerum adinuicẽ. l.Luc.ff.đ reb.dub. ex ptio rei.l.cotẽ ferro.§.si.ff.de pub.& vestiga.ex dignitate psonę.l.Titia.ff.de aur.& ar.le.ex amore psonæ.l.si seruus pluriũ.de l.2.a consuetudine. Dy.& Phyl.

¶ Itẽ potest figurari per cap.1.de frigi.& malefic.in antiq. Si mulier dicit se virginẽ,illud faciliter potest perpẽdi ex inspectione corporis:quia deputabũtur aliquæ matronæ mulieres honestæ, quæ uidebunt in locis, in quibus cognoscitur uirginitas, an talis sit uirgo an corrupta. Sed quando mulier dicit se corruptam ab alio, tunc põt perpendi ex inspectione uiri,utrum habuerit genitalia arida, uel utilia, & si uir habet genitalia utilia.tunc in dubijs præsumitur, quòd eam cognouit.

¶ Item põt casus figurari per c.inter dilectos,de fide instru.vbi erat contentio de nomine, cuius erat sigillum appositum in instrumento:quia aliqua pars sigilli erat deleta: Dicebatur quod in scriptura sigilli debebat esse Lotharius,& tamen non erat verisimile, quòd inter l.& t,posset poni o, propter paruum spacium : Dicitur ibi quod præsumptio est,quòd debet esse i,quod occupat minorem locum,quia in dubijs inspicimus, quod est verisimilius.

¶ Item potest figurari in filio dicente se exhæredatum ex iniusta causa,& agente querelam contra testamentum patris, vt testamentum rumpatur, & redeatur ad causã intestati, si hæres scriptus dicat filium ingratum, & filius dicit se gratum, q̃ritur,cui incumbit onus probandi?Certe in dubio præsumitur pro filio,quia plerũque filij consueuerunt esse grati, & obedientes parentibus propter affectionem sanguinis, & in dubio præsumitur,quod est verisimilius,ideo ista præsumptio transfert onus probandi in hæredem.

[Prima glossa dicit vnde sumpta, ponit exempla, & remittit.]

b ¶Inspicimus.]hæc regula sumpta est ex l.ff.eo.tit.l.in obscuris.inspicimus.Pone casum in viro,qui contraxit cum vidua,& longo tpe habitauit cum ea, illa dicit se incognitam : in hoc obscuro præsumitur cognita, quod est verisimilius.33.q.1.si quis accepit.Itẽ cãcellata vel obscurata littera nominis, præsumitur ibi illam litteram fuisse, de qua est verisimilius.de fide instrum.inter dilectos.Item in dubio verisimile est filium iniuste exhæredatum. C. de inoffic.testa. auth. non liceat parenti.Quia verisimile est, q̃ ingratitudinem non cõmisit,vt in hoc ad propositum. Hic autem repete quod dixi sup.eod.ti.in obscuris.

ADDITIO. Quæ est contra, cum dicat spectandum quod est minimum:& ibi soluitur : quæ solutio etiam patet ex textu.l.eo.ti.semper in stipulationibus,quem ibi uide.Io.Andr.

IS qui in ius 7.]Casus potẽst figurari per ca. Eleutherius 28.q 2.& per c.dilecti de foro competẽt.in anti. Dicitur in ca. Eleutherius,quod quædam mulier fundauit monasterium de licentia diœcesani,in cuius diœcesi erigebatur monasterium, & ipsum dotauit redditibus:in die dedicationis ipsius monasterij inter episcopum,& religiosos fuit facta conuentio,videlicet quod oblationes,quæ euenirent in festis dedicationis & martyrum, quorum reliquiæ erant in monasterio, episcopus haberet mediam partem:& abbas,& religiosi aliam mediam. Hoc facto,tractu temporis mortuus est abbas: successit alius abbas, qui noluit seruare illam conuentionem:Dubitatum fuit vtrum ipse teneretur vti eo iure,quo vsus fuit predecessor?Respondetur quod sic,per regulam huius textus.

7 Dicit hic Io.An. q̃ iuramẽtũ Apostolici iurantis seruare statuta, non extẽdit ad illa q̃bus litteræ suæ spãliter derogãt,

¶ Item in c.dilecti. dicitur, Impetraui aliquod reſcriptum delegatorium ꝯ te: antequam uterer meo reſcripto, es mortuus: nunquid uirtute reſcripti potero facere conuenire tuos hæredes? Dī ꝙ ſic, nec obſtat c. P. & G. de offi. deleg. in antiq. ubi dicitur ꝙ reſcriptum delegatorium nō extēditur ad perſonas in reſcripto non expreſſas: quia illud intelligitur, quādo ſūt omnino alienæ pſonæ: ſecus ſi ſint eędē perſonę uere uel iuris fictione. Et iſtud uerum, quando reſcriptum eſt impetratum contra aliquem expreſſum in reſcripto: ſecus ſi ſolum eſſet comprehenſus uirtute clauſulæ generalis, & quidam alij: quia tunc hæredes illorum comprehenſorum in illa clauſula generali non poſſunt conueniri uirtute clauſulæ generalis illius reſcripti.

qui [a] in ius ſuccedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.

¶ Idem.

[Prima glo. dicit unde ſumpta: ponit exempla: ſecundo ponit ſex caſus exceptos: tertio reddit rationem regulæ, dicens eam in priuilegio perſonali uel pacto locum non habere.

a¹. incipit, ſi qs: ſed littera, is qui, venit ſub bulla. Io. And.

a ¶ Is qui in ius 1.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. qui in ius. & l. aliud. §. fi. & l. non debeo.] pone caſum in pacto, quia eodem utetur ſucceſſor quo prædeceſſor. 18. q. 2. Eleutherius. Item conuenitur ſucceſſor per reſcriptum impetratum contra prędeceſſorem. ſup. de foro cōpet. dilecti. de hoc de reſcri. ſignificauit. Item pone in hærede qui non uſucapit ꝙ nō uſucapiebat defunctus. ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. cum hæres. ꝙ dic ut ibi ſup. eod. cum quis in ius. hæres enim ſucceſſor eſt iuris. Hęc regula fallit. ff. de proba. l. Procula. ubi illa Procula fideicommiſſum 1. quod compenſare potuiſſet cum teſtatore, cum hæredibus non compēſat 2. Item fallit ubicunque morte defuncti confirmatur donatio, ibi enim non pęnitet hæres, C. fa. erciſcun. l. filiæ. item in caſu ff. ad leg. Fal. reperitur. Item fallit in conuentionibus, ubi ex perſona ſucceſſoris mutatur forus, hinc eſt quòd clericus etiam in ciuilibus, & patrimonialibus conuenitur coram ſuo iudice. 11. q. 1. nullus epiſcopus, & c. clericum nullus. ubi de hoc de foro compet. cum ſi. & c. ſi diligenti. Item fallit in caſu, ſup. eo. lib. de iur. pat. c. unico. ubi eccleſia, quæ ſuccedit laico patrono, hēt ſex menſes, cum tamen ipſe laicus ſolū quatuor habeat. Item legatarius legatum acceptare non poteſt pro parte, & pro parte reſpuere, ſi tamen decedat pluribus relictis hæredibus, unus pro ſua parte poterit acceptare, & alter pro ſua reſpuere. ff. de leg. 1. l. legatarius. [alias incipit pro parte.] Et eſt ratio huius regulæ, quare eo iure uti debet, quia plus iuris habere non poteſt quia nemo plus iuris, &c. ī. eod. nemo pōt. cum ſimilibus. minus non, quia hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, ſucceſſor cum prædeceſſore, patet ergo idem ius utriuſque. Et no. ꝙ dicit, eo iure; quia non eo priuilegio ex ſui perſona, ſi perſonale 3 fuerat prędeceſſori priuilegium, ut ſ. eo. priuil. cum ſuis concord. idem dico de pacto perſonali ſ. de tranſact. de cetero, & ſ. de præben. niſi cum ſimilibus, & facit hæc regula ad ea, quæ no. de præb. tuis.

a Ratio eſt, p̄ſumit. n. fratri debitū nū quā petitum remiſiſſe.

3 Idē Dy. p modū obiectionis declarās p concor. ad quas remittit hęc gl. per ꝙ ꝯcludit reg. procedere in iure cohærēte perſonæ. Io. And. Philip.

PRæſumitur ignorantia.] Caſus poteſt figurari per ca. ſi uero 2. de ſent. excom. in antiq. ubi dicitur 1. ſi clericus non incedat in habitu clericali, & aliquis inijcit manus uiolentas in eū; non incurrit excommunicationem, ſi ipſe ignorabat talem eſſe clericū, ſecus ſi ſciebat. Sed quid in dubio præſumemus, utrum præſumetur ꝙ ipſe ſciebat talem clericum, uel quod ignorabat, & ſi ſit præſumptio ſcientiæ, quod ſibi incumbebat onus probandi? Reſpondeo quod præſumitur ignorantia, quia habitus demonſtrabat illum laicum, ideo iſta præſumptio transfert onus probandi in clericum.

¶ Item poteſt figurari caſus per l. uerius. ff. de probat. Sed pro intellectu iſtius caſus eſt præſupponendum, ꝙ ſi teſtator legat rem ſuam uel alienam, ualet legatum: & ſi legat teſtator rem alienam, hæres tenetur illam redimere, ſi poſſit, uel tradere æſtimationem, & hoc uerū ſi teſtator ſciebat rem alienam: ſecus ſi ignorabat: quia credebat rem eſſe ſuam. Sed ponamus ꝙ aliquis Titius teſtator legauit mihi rem alienam, forte pratum uicini ſui: poſtea mortuus eſt teſtator: eo mortuo egi ꝯ hęredē ſcriptū: & petij ut mihi traderet illud legatum: hæres excipiendo ꝓpoſuit, ꝙ illud legatum nō ualebat, ex eo ꝙ teſtator legauerat mihi rem alienam. Ego econtra replicādo allegaui, quod licet teſtator legaſſet mihi rem alienam, tamen ipſe ſciebat rem alienam: & ſic petebam ut hæres illam redimeret, & mihi traderet: uel mihi daret æſtimationem, utrum hæres teneatur probare quod teſtator ignorabat illam rem alienam? Reſpondetur quod non: ſed ego legatarius teneor probare quod ipſe teſtator ſciebat rem alienam, quia in dubio præſumitur ignorantia, quæ pręſumptio transfert onus probandi in me legatarium.

REGVLA XLVII.

PRæſumitur [b] ignorantia, vbi ſcientia non probatur.

[Prima gl. ponit exempla. Secundo ſignat ꝯtria, & ſoluit remittendo. Tertio dicit regulam ceſſare in his, quæ quis ſcire vel indagare tenetur in his, quæ ſunt iuris naturalis, intermittens de virtute huius pręſumptionis, & de triplici modo probandi ignorantiam.]

b ¶ Pręſumitur ignorantia 4.] pone caſum 82. diſt. propoſuiſti. in fi. ſecundum ꝙ ibi iacet littera. de ſent. excom. ſi vero 2. & ff. de prob. l. verius (Sic & dn̄s præſumitur ignoraſſe cum ſeruus eius ſuſcepit militiam. C. qui milita. non poſ. ſuper ſeruis. Dynus.) contra. 16. diſ. regu. & ſecū quod dicitis. 1. q. 1. ſi quis ſimoniacis. 9. q. 1. ordinationes. 34. q. 3. in lectum. ſup. de elect. innotuit. cum ſi. in quibus iuribus dicitur, ꝙ non præſumitur ignorantia, ſed potius ſcientia. Sol. dic vt no. de poſtu. c. 1. in 3. glo. de conſti. c. 2. & in prędict. ca. 82. diſ. propoſuiſti. quòd circa ea, quæ publice fiunt, præſumitur ſcientia, niſi probetur ignorantia, circa ea autem, quæ fiunt occulte, præſumit ignorantia, niſi probetur ſcientia, vt hic. Et ſcias ꝙ hæc regula vera eſt in his, quæ quis ſcire vel indagare non tenetur. In his autem quæ quis ſcire vel indagare tenetur non habet locum 5: ſicut in eligendo prælato, 61. d. c. 2. 8. q. 2. dilectiſſimi, de elect. cū in cunctis. & ideo ibi præſumitur ſcientia, niſi probetur ignorantia, vt eo. tit. innotuit. Ad hoc eſt, quod dicit lex, quòd magiſtratus tenetur de idoneitate tutoris vel curatoris, quem nominauit, inquirere, & ideo imputatur ei, ſi idoneus non eſt. C. de magiſtra. conue. l. penult. & per totum 5. Et illud ꝙ hæc regula dicit, præſumitur. Eſt autem huius virtutis hæc præſumptio, vt transferat onus probandi in aduerſarium, vt ſupr. dixi. & idem eſt in alijs caſibus, qui not. 6. q. vlt. actor ſup. vt eccle. bene ſi. vt noſtrum. Item not, quod ignorantia tribus modis probatur: Vno modo per ſacramentum, & ſic probo in veritate me ignoraſſe. de ſent. excom. ſi vero 2. de excep. paſtoralis. ſupra. eo. lib. de elect. vt circa. & tunc demum admittitur probatio hæc, cum eſt probabilis, vt no. in prędict. cap. propoſuiſti. Secundo quando probatur id, ex quo neceſſario 6 ſequitur me ignoraſſe; puta me tunc anniculum, vel furioſum, 3. q. 9. iudicas. Tertio quando probatur id ex quo non neceſſario, ſed veriſimiliter ſequitur me ignoraſſe, puta me tunc abſentem fuiſſe, & hoc dicere voluit Ioan. 1. q. 1. ſi quis a ſimoniacis. & licet ignorantia in facto proprio probabilis interdum ſit, probabilior tamen in alieno. vt. 34. quæſt. 2. in lectum. ff. pro ſuo. l. vlt. quod dic vt not. 1. quæſt. 4. §. notandum. & quia ignorantia iuris præcipue naturalis, non excuſat, quod dic vt no. in prædi. §. notandum de tali ignorantia non loquitur hæc regula, cum ibi par ſit pœna ſcienti, & ignoranti. 16. quæſt. 1. ſi cupis. C. de in ius vocan.

4 Et vt dicit Dy. ad ignorātiā facti refertur. Cōſtringit hæc & ſecū dū eū pōt poni exēplū de tutore q præſumit ignoraſſe tutorē datū. ff. de admi. tut. l. hoc autem. Io. And.

5 Ad idē ſup. de cri. fal. ad falſariorū in prin. Io. An.

6 Ad hoc eſt ꝙ no. plū, & facit. ff. de iure qui ſui vel alieni iu. ſunt. l. ſi fil. fa. Ioan. And.

LOcupletari.] Casus primo ponitur p l. naturaliter in fi. cum l. seq. ff. de cōd. inde. sic: Ponamus, ꝙ alicui pupillo mutuaui pecuniā sine auctoritate sui tutoris: q pupillus pecuniā illā non consumpsit: sed eā exposuit vt bonus paterfamilias, ita quod ex illa est factus locupletior: ipse illam pecuniam mihi restituit: postea vult repetere tanquā indebite solutam: an sit audiendus? Certe non: nam ex quo cōstat, q ex pecunia mea fuit factus locupletior: esset contra naturam, qd ipse locupletaretur cum damno meo.

¶ Idem potest poni casus per l. vlt. C. de vsuca. p emp. Ponamus, ꝙ a pupillo emi aliquā rem, quā mihi vendidit sine auctoritate tutoris: ipse tradidit mihi rem: solui ei pretiū: modo ipse vult repetere ipsam rē & retinere pretium, quod apud se habet, saltem ex quo factus est locupletior: an sit audiendus? Respondetur quod non.

¶ Idem.

REGVLA XLVIII.

LOcupletari a non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. b

[Prima glossa dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secūdo ponit quatuor casus, in quibus fallit, rationē reddens, & exponēs hic disiunctā pro coniuncta. Tertio allegat concor. signat contraria, & soluit: etiam regulam exponit de enormi iactura.]

† No. ꝙ conuẽtio partiũ legẽ inducit quæ in contracti. seruãda est. Phi.

Contractus.] Casus figuratur per l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. Certum est, ꝙ depositarius non tenet nisi de dolo, & lata culpa, vt si res deposita perierit apud depositariũ per dolũ suũ, vel culpam tenetur soluere æstimationem rei perẽptæ. Si aũt res perierit leuissima culpa, nõ tenetur, vt ponamus, ꝙ tradidi tibi libros meos custodiẽdos, fecisti pactũ cum aliquo, vt intraret tuũ studium, & acciperet meos libros: certe tu teneris, vel dimisisti illos in via publica, q̃ tu scis ꝙ nõ erat locus tutus: perit periculo tuo, sed si adhibuisti diligentiã, vt bonus paterfamilias, tu es liberatus. Sed pone, ꝙ apud te deposui libros meos, & fuit cõuentũ inter te & me, ꝙ si perderẽtur culpa leuissima, vel casu fortuito, restitueres illos, si pereant casu fortuito, nunquid potero agere contra te? Certe sic, mediãte illa conuentione, quia ex conuentione partium contractus accipiunt legem.

[Gl. seq. primo dicit, vñ sumpta, & ponit exẽpla, dicẽs regulã ĩtelligi de cõuẽtione honesta, & possibili.]

c ¶ Cõtractus.] dicũt vulgares, pactũ rumpit leges, & hoc dicit hęc regula. quæ sumpta fuit ex l. ff. e. tit. l. cõtractus. Quidã ponũt casum per canonem 18. q. 2. Eleuther. vbi cõuentio inter epm̃ diœcesanum, & fundatricem inita de oblationibus obuẽtionibus in festo ipsius Ecclesiæ seruanda est. Depositarius de iure cõi tenetur solũ de dolo & lata culpa, q̃ comparatur dolo, si tñ interuenit cõuentio, vt teneatur de leui, & leuissima culpa, & etiam de casu fortuito, 2 illa seruatur, de depo. c. 2. ad idem. ff. deposi. l. 1. §. si conueniat, & ibi sunt hęc verba. concor. de commo. c. vnico. sup. eo. lib. de pact. c. 2. Et quod dicit regula hic conuentione, intelligas honesta, & nõ contra bonos mores: vnde si cõuenerit ne dolus præstetur, nõ valet conuentio, vt in prędi. l. contractus. ff. eo. tit. In impossibili idem quod dic, vt dixi sup. eo. nemo potest.

2 De hoc tractat hic large Dynus dicẽs, qũ scripsi de procu. q. ad agendũ, & plene de cõmo. ca. vni. Io. An.

d ¶ Legem. hoc 3 verbum largissime ponitur, sup. eo. contra eum qui legem, &c. Io. And.

3 Hæc glossula aliunde fuit hũc trãslata.

Domi-

DAmnum.]Casus figuratur per c.displicet,23.q.4 hoc modo: aliquis clericus suspectus de delicto aliquo enormi, fuit conuentus coram suo episcopo, & quia cōstitit de crimine, fuit condēnatus ad perpetuos carceres: accidit ꝙ iste clericus putans euadere manus iudicis, & carceres, se ꝑcipitauit ī terrā, & se vulnerauit, & forte mortuꝰ est: vtrū istud sit imputandum iudici, & eius familiæ? Rñdet ꝙ nō: sed est imputādū ipsi præcipitāti. ¶ Itē per ca. si clericus, s̃. de præb. isto libro. Sūt duo expectantes in aliqua ecclesia, quorū vnus ē priori data, alter posterior: ille scdus fuit diligentior primo, & obtinuit præbendam vacantem: postea ille, qui erat primus in data, vult illam præbendam repetere à secundo, vtrum possit? Respondetur, quod non.

† Al. alij.

2 Dicit Dyn. ꝙ ad gnalem confirmationē huius regulæ accedit ff. rērat. hab. si vim. §. cū aūt de instit. sed & si q.s. § pupillus, & fam. ercis. inter cohære. §. ꝙ ex facto Io. And.

¶ Item per l. cum duobus, alias est in l. si fratres §. fi. ff pro socio Eramus socij omnium bonorum: accidit quòd tu commisisti aliquod delictum propter quod fuisti condemnatus ad certam pecuniæ summam: vtrū illam pecuniam possis soluere de bonis nostris communibus? certe non.

[Gl. seq. dicit vnde sumpta, & tota insiat in exēplis.

a ¶ Damnum 1] Hæc regula sumpta fuit ex l. ff. eod. tit. quod quis ex sua culpa. Pone casum per canonem 23 q.4. displicet, vbi si quis ad iudicem ductus se de equo proijciat, & lædat, sibi soli imputet. Idē per decre. s̃. eo. lib. de præb. si clericus, vbi clericus, qui negligit petere præbendam sibi debitam, cū vacat, sibi imputare debet, non sequenti expectanti. Ad idem ff. pro soc. l. cum duobus. §. fi. & l. seq. vbi socius oīum bonorum damnatus ex contractu ob contumaciam suam, vel ex maleficio: puta furto, vel simonia, nō recuperat quod à socio: 2 Cōcor. 50. d. sæpe. & c. hi qui. de hom. c. vlt ff. ad l. Aquil. si putator. Itē procurator pęnam, quam ex suo delicto præstitit, à domino non recuperat. ff. de proc. qui proprio §. idem econtra. Ad idem. C. de euict. l. emptor fundi, vbi dr̄, quod si emptor in iudicio nō fuit, re euicta de euictione nō agit cōtra venditorem; quia culpa sua res euicta videtur. ADDITIO Ponit etiam Dyn. per l. si quis negotia ff. de neg. gest. vbi gestor negotiorū sibi imputat, si soluit indebitum.

2 Et hoc qñ socio nō est qđ imputet: secus aūt si sibi imputari posset culpa participatione causæ ꝑ ꝑ quā damnū īcurritur, ut eo. tit. l. si igitur: ſm Dyn. Io. And.

3 De iuris, & facti īfamia Bar. in l. testimoniū de te sti. & priuat quē ipso iure. dicit Ro. sing. 504. per l. infamis. C. de decu. li. 10 l. 2. § miles. ff. de infa.

INfamibus 3] CASVS. Cōuenī Titium super actione iniuriæ, vel alia actione quæ infamat. fuit condemnatus, & fuit effectus infamis; vacat aliqua dignitas ecclesiastica, vel sęcularis, vtrum possit illā obtinere? Certe nō, eo quod est infamis, & ei potest imponi talis infamia.

[Prima gl ponit exempla, & remittit de infamia, & dicit dignitatem large sumi.]

b ¶ Infamibus.] pone casum per canonem 81. d. tantis Daniel & de excess. præla. inter dilectos. & dicit lex, neq; famosis, & notatis, & quos scelus & vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorū cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt. C. de dign. l. 1. 2. li. 12. ad idē 33. d. laici, vbi dicit, ꝙ opinio ordinandi vacillare non debet. de test. c. vlt. de accu. omnipotēs. C. de infami. l. vnica. lib. 10. De infamia aūt quid sit, & quō contrahitur, & de multiplici eius genere, dic vt not. 3. quæst. 7. § tria. versi. porro infamia. Et quod dicit regula de dignitatibus intelligas ecclesiasticis, & sęcularibus: infamis .n. iudex esse non pōt. 3. q. 7. infamis, bene tamē potest arbiter esse. ff de arb. l. Pedius. 3. q. 7. infamis. §. tria. ver. cognitores. An procurator possit esse, quære no. 50. d. accedens. 3. q. 7. infamis & q. 10. c. vlt. & de iur. cal. Imperatorum, in vlt. gl & inst. de excep. §. vlt.

¶ Idem.

REGVLA LXXXVI.

DAmnum [a] quod quis sua culpa sentit sibi debet nō alijs † imputare.

¶ Idem.

REGVLA LXXXVII.

INfamibus [b] portæ non pateant dignitatum. [c]

¶ Idem.

REGVLA LXXXVIII.

CErtum [d] est, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

DAta Romæ apud sanctum Petrum quinto nonas Martij [e] Ponti-

c ¶ Dignitatum.] infamis 4 licet non possit esse iudex: tñ (vt dictū est) potest esse arbitter. Cū arbitrium non sit dignitas: cum nudam & simplicem cognitionē habeat, & nullam iurisdictionem. Idem in ministerio procuratoris, ꝙ non est dignitas sed onus vilissimum. C. de decu. l. si quis procuratorem l b 10. ſm Dynum. dicit Dynus de infamia iuris, & facti, de quibus dico hanc regulam intelligi: cum dignitatib. participare non debeant infames quacunq; infamia. C. de decu. l. infamia l. ne quis. de infamib. & l. infames personæ. ff de postu. l. 1. §. ait prætor 2. & de asses. l. 2. ff de iud. cum prætor, &c. Et vt dicit, nō solum impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis. C de decu. l. infamia lib. 10. de dign. l. iudices. lib. 12.

4 Hæc gl. ex nouella Io. An. huc fuit translata.

CErtum.] Casus figuratur per l. si quis id ꝙ perpetuæ iurisdōnis de iu. om. iud. Si prætor in albo suo causa perpetuæ iurisdōnis aliquid posuerit, quicūq; illud corruperit, dēt puniri. Sed ponamus quod prætor fecit aliquam legem generalem, & illā fecit poni in albo prætoris, aliquis non corrupit, nec deleuit, sed cū glutino posuit pannum, ita ꝙ nō pōt legi: vtrū incidat ī pęnā? Rñdet ꝙ sic: quia licet nō cōmittat contra verba edicti, tñ committit contra mentē.

[Gl seq ponit exempla, & pro materia remittit.]

d ¶ Certum est.] pone casum. 14. q. 3. pleriq; s̃. eo. lib. de elec. auaritiæ ff ad Velle. quāuis. §. si cū essē. cōco. 1. q. 1. sunt nonnulli de ām. in tm̄, de empt & ven. ad nostram s̃ eo. lib. de ele. commissa. §. porro. de immu. eccl. clericis, & c vlt. ff. de legib. l. fraus. C. de leg. l. nō dubium, vbi sunt hæc verba. Circa aūt hanc regulam non insisto, prosequere. n eam, vt no. 14. q. 3. pleriq; Ber de priui. quanto. Accur. ff. de leg. l. contra legem. Et facit quod dixi. sup. eo. cum quid vna.

ADDITIO. Dy. hic ꝓsequens illos 4. modos fraudis q̃ no. s̃. de priuil. quāto, dicit alios, quos ibi scripsi satis reducibiles ad illos Tractat ēt hic de eo, qđ ibi scripsi: an liceat offendere verba, & non mentē. Io. And.

[Prima gl. arguit, & remittit.

DAta Romæ.] No arg. ꝙ tabellio in instro dēt scribere locum sui contractus, & de hoc dixi sup. eo. lib de re iud Abbate sane ad fin. Io. Mon.

*] Secunda gl instruit de Calend. Idib. & Nonis.]

e ¶ Quinto nonas Martij.] i. tertia de intrāte Martio. Scire debes, ꝙ mensis diuidit per calendas, nonas, & idus. Et dñr calendæ à calo, i. voco; quia tūc fiebat vocatio ad nundinas. & istæ nundinæ fiebāt in 5. die, vel 7. mensis, ut patet in calen. Vnde in prima die mēsis dr̄, calend. in 11. dicitur quarto nonas, interdum 6. nonas: quia sunt quidam menses, qui habent 6. nonas, alij 4. tantum Et hi qui habent sex, sunt quatuor tantū, s. Martius Maius, Iunius, October. Vnde uersus.

Mensis diuiditur per calēdas, nonas & idus.

Sex nonas Maius, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.

In Martio igitur prima die dicimus calendis: secūda vj. nonas, id est, vj. die ante nonas: in tertio v. nonas, id est, 5. die ante nonas, & sic deinceps vij. die diceba-

dicebamus nonis: quia eo die erant nundinæ. Si vero mēsis habeat 4. nonas tantum: secunda die dicebamus, quarto nonas, quinta die dicebamus, nonas: quia eadē die erant nundinæ. Post has nonas, siue essent in 5. siue septimo die, secundum diuersitatem mensium, quam supra posui, denominabamus dies ab idibus. [De hoc 18. dist. propter 1.] Idus autē interpretatur diuisio: quia tunc diuidebantur nundinæ: & quia idus semper erat 8. die post nonas: quia quolibet mense per 7. dies durabant nundinæ: ideo statim post nonas: siue 5. siue 7. die dicebatur 8. idus, id est 8. die ante idus, sequenti die dicebatur 6. idus, id est 7. die ante idus subsequenti 6. idus: & sic de singulis. Tertiadecima die, cum mensis habet 4. nonas tantum: vel 15. cum habet 6. dicimus idus: quia tunc diuidebantur nundinæ: deinde denominabamus per Calendas, vt si mensis habet 31. dies: & quatuor nonas tantum, sic vt Ianuarius: post idus dicimus 19. Calend. & demum 18. & demum 17. vsque ad Calendas, id est, octauo die ante Calend. Cum ergo dicimus 15. Calend. Martij, idem est dicere 15. die ante Calen. Martij, id est, 14. die exeunte Februario: & sic de singulis. Si autem mensis habet 30. dies, post idus: dicimus 18. Calend. & demum 17. & sic de singulis, vsque ad fi. Si vero mensis habet 28. vt Februarius, tunc post idus sequenti die dicimus statim 16. Calen. Si vero mensis habet 31. dies, & 6. nonas, vt Martius, tunc post idus sequenti die dicimus 17. Calen. & sic de singulis vsque ad Calen. & cum dicimus 17. Calend. Aprilis, idest, 17. ante Calen. id est, 16. exeunte Martio. Idem in alijs. Menses autem quot dies habent, not. per hos versus.

Idus diuisio interpretatur.

Iunius, Aprilis, Septemque, Nouemq; tricentos:
Plus vnū reliqui, sed habet Februs octo vicenos.
Cui (si bissextus fuerit) superadditur vnus.

[Tertia glossa instruit de more curiæ circa Episcopatū scribendum in litteris: & circa formam bullæ. & circa pontificatum, & quando incipiat.

Pontificatus [a] nostri anno [b] quarto.

a ¶ Pontificatus.] Scire debes, ꝙ Romanus Pontifex ex sola electione facta a duabus partibus Cardinalium vocem habentium: de quo dic, vt sup. eod. l. b. de elect. vbi periculum. præsulatum assumit. sup. de elect. licet de vitanda. Sed consuetudo est Romanorum Pontificū (quæ potius eorum solito vsu, quam iure roboratur) ꝙ post electionem ante consecrationem, & coronatione non scribunt pontificatum in data: licet prædicti decret. licet. supra eo. de elect. dicat, Romanus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus, &c. In quantum dicit, Pontifex, videtur, ꝙ ex tunc Pontificatum scribere possit. 1 Tamen pro illa consuetudine facit lex. C. de quadri. præscrip. l. vl. in fine. ibi: ex quo imperiales suscepimus infulas. vnde & dies coronationis, dicitur ortus imperij, & sic potest intelligi, C. de ser. l. vltima. nec dr̄ Imperator, nisi corona suscepta. ff. de mili. testa. l. antepen. sicut nec Archiepiscopus nisi recepto pallio supra de vsu pal. nisi. ad idem C. lib. 12. de deeu. l. fi. ff. de re mili. l. ex. eo. in Authen. de con. in fi. coll. 5. sed tunc ante coronationem scribunt ante datam, locum & diem ponendo. Data suscepti a nobis Apostolatus officij anno, &c. & tunc etiam non scribunt se simpliciter Episcopos: sed sic scribunt: Talis (pone) Bonifacius electus Episcopus. Item tunc non bullant bulla integra: sed tunc temporis si quas litteras concedunt, ponunt medium bullam, id est illam partem, quæ habet capita sculpta: & ex alio latere, quo ponitur nomen plana est bulla sine nomine 2 post coronationem, 3 autem scribunt pontificatum in data, vnde quod prius scribebant, data suscepti a nobis Apostolatus officij: scribunt, data pontificatus nostri. Item vocant se simpliciter Episcopos, & dant bullam cum nomine suo. Et sunt hæc bene notanda: quia iam vidi in quadam Ecclesia cathedrali hic vicina, cuius nomen sileo secundum expectantem ex hoc errore in assecutione præbendæ primo præferri. Et hoc modo Bonifacius fuit electus die secunda exeunte Decembri: coronatus & consecratus fuit die 23. Ianuarij. Habebat vnus expectans eius auctoritate litteras cum tali data: Data quarto Calen. Ianuarij, pontificatus nostri anno 3. Alius expectans eadem auctoritate, & in eadē Ecclesia, habebat literas huius datæ: Data nonas Aprilis, pontificatus nostri anno tertio, & hoc est dicere, data quinto die Aprilis, & superior data tertia die exeunte Decembri, vt supra dixi proxi. gloss. vacabat præbenda in illa Ecclesia, & quærebatur cui deberetur: & errore peritorum huius iuris hunc modum ignorantium pronunciatum, & obtentum fuit, illum, qui habebat datam sub tertia die exeunte Decembri priorem esse, & debere præferri: quia considerabant dicti iurisperiti, quod siue annus inciperet a promotione Romani Pontificis, quæ fuerat, vt prædixi, die secunda exeunte Decembri, siue a natiuitate, omnimodo ille erat primus, & verum dicebant illo modo computando: sed quia annus Pontificatus incipit a consecratione, & coronatione, non ab electione, vt supra dixi, quæ coronatio, vt prædixi, fuerat vigesima tertia die Ianuarij, ideo male fuit obtentum, & huius rei errore fuit posterior priori prælatus, quia certum est, quod ex quo annus pontificatus Bonifacij incipiebat, vt prædixi, quod is, qui nonas Aprilis, id est, quinto die Aprilis habuit gratiam, præcedebat in gratia illum, qui habebat datam sub tertio die exeunte Decembri, scilicet quarto Calen. Ianuarij, eodem anno fere in nouem mensibus, vt clare patet computanti. Semper ergo iurisperiti, qui pronunciare habent super posteritate, & prioritate impetrantium, aduertere debent diem Pontificatus, id est, coronationis, vt recte pronuncient, & idem in similibus casibus, & hoc alias, vt dixi, in iure non bene probatur, qua de causa, vt talis error ab eis euitetur, hoc hic scripsi, quod alias scriptū non reperi.

1 Benè facit S. eo. lib. de cōcess. præb. c. vlt. i. prin. pōderato in tex. summi Pōtificatus, & quod ibi no. in glo. 3. & quod ī. sequitur ī hac glos. per quæ coniuncta patet, ꝙ Bonifacius tps Pōtificatus vocat quo non erat consecratus. Io. And.

2 De hoc vide in Spe. de rescr. psens. §. vlt. ver. itē, quod obtentum est. & circa hoc ad. de extrauag. Quia nōnulli.

3 Alias confirmationē.

ADDITIO. Computationem annorum Domini quidam inchoant a natiuitate, alij a circumcisione, alij ab incarnatione, alij 8. Calen. Octobris, sicut fiebat ante aduentum Christi de hoc vide in Spec. de instru. edi. §. 2. 1. & 2. col. Io. And.

[Vltima glos. quærit, arguit pro, & contra opiniones ponit, & soluit, vltimo ponit conclusionem operis.]

b ¶ Anno quarto.] fuit hæc data, & iste annus Pontificatus sui currentibus annis Dn̄i MCCXCVIII. Quæro autem, quando incœperunt ligare nouæ constitutiones 4 huius Sexti libri. De ijs loquor, quæ sunt iuris noui promulgatoriæ, non declaratoriæ veteris iuris. [Vide quod not. in procœmio cle. in gl. vī per hanc.] Et videtur, ꝙ a tempore huius publicationis post duos menses, in Auth. vt fa. no. cstit. in rubro, & nigro, circa prin. §. vt autem apertius, & hoc tenet Ber. supra in procœmio, in fi. gl. & supra de constit. c. 2. & facit, quod no. de postu. præla. cap. 1. cū enim id sit iure ciuili expressum & nostro iure ōrium expresse non sit cautum, ergo illud ius seruabimus, & ideo s̄m hoc finitis duobus mensibus, scilicet tertia die intrante Maio, eodem anno incœperunt ligare. Item & nostro vr̄ iure roboratum. sup. ne cle. vel mo. cap. vlt. & sup. de senten. excom. nouerit. & supra eo. lib. de concess. præben. quia cunctis. circa prin. & in his omnibus. De hoc tamen videtur tenere Io. 80. dist. proposuisti in gl. ex hoc, quod secundum canones ligat constitutio post sex menses, allegat 18. di. c. vlt. quod de constitutione principis non loquitur, sed quod illud tempus duorum mensium non sit tempus ordinariorum videtur probari supra de pæn. & remiss. cum infirmitas. vbi constitutio principis nō ligat, nisi ex quo per prælatos fuerit publicata. ad idem sup. eod. lib. de præb. cum singula. vbi datur vnus mensis a tempore notitiæ. ad idem in Authen. vt in priuatis do. sacra myst. non fi. circa fi. coll. 5. vbi dantur tres menses. &c.

4 Hoc dicit pp cōstōnes septem prædecessorum, de quib. nō dubitatur, quia prius ligarent: licet nouiter per Bonifaciū fuerint hic īsertæ. Illi autē fuerūt Greg. IX. & X. & Inn. IV. Ale. Vrb. & Cle. Nicolai III. Aliorū constōnes non meminit hic insertas. Io. And.

& in Auth. vt neque miles neque fœderatus . §.si igitur, coll.9.vbi dantur 30.dies tantum. Dixit Accursius, quod in prædictis legibus dicitur esse speciale, & idem de supradictis decre. est dicendum. Fateor.n. q licet cõstitutio principis liget post duos menses, vt supra dixi, id locum habet cum in ipsa constitutione aliud non cauetur, nec tempus adijcitur, illud.n. seruandum est, & intelliguntur sic contraria vtriusque iuris. De hoc habui quæstionem de facto a principio huius libri. Et dicebant contra me quidam aduocati, q constitutiones huius libri non ligabant, nisi ex quo iste liber publicatus fuit Bonon. vt sic ignorantes non ligarentur: per c. proposuisti. 82. dist. & 32.q.4. dixit Sara. & ego contra eos dicens, quod secundum dictum ipsorum in ciuitatibus, in quibus non viget studium, & a quas liber iste directus non fuit adhuc constitutiones huius libri non ligarent: quod esset absurdum. Satis ergo probabili ratione ad tenendum videtur, quod supra dixi, & audiui etiam tempore Nicolai III. cassatam electionem cuiusdam Episcopi, quia non seruauerat decre. cupientes, s. eo.lib. de elect. quæ tamen ante duos menses solũmodo fuerat publicata. An autem constitutio respiciat pẽdentia, dixi sup. eo. lib. de elect. licet canon. Quæ his scriptis sunt superflua, defectuosa, vel falsa, radenda, supplenda, & corrigenda se offerunt: in quibus aliqualiter excusari mereor: quia corrigi sum paratus: tũ quia ex quo scribere cœpi, singulis quasi diebus binis lectionibus, & alijs præter lecturam ineuitabilibus negotijs implicatus singula ponderare non potui: tum quia domini mei superius iam dicti mandato, & studẽtium deuictus instantia, ea non meo velle librata publicare compellor, quinimo etiam ex falsis scriptis secũdum Philo. 2. Metaphy. commendabor, quia per ipsa veritatis inuestigandæ materiam alijs præparaui.] Sicut canones 1.q.1. Spiritus Sanctus. in fi. & c. Ita fit, q etiã per ministerium reproborum Spiritus Sanctus probos colligit.] Suscipiant igitur istic studentes minutæ scientiæ labores meos, reminiscentes, q vidua, quæ obtulit duo sola minuta propter sui affectum larga plus omnibus dicitur obtulisse. Mar. 12. 24.q.1. odi. de pæn. dist. 1.c.1. versus fi. nam si Deus dederit maiores, & summe vtiles eis in posterum labores meos offeram, iam licet nouiter inchoatos.

Excusatio Io. And.

Largitas eo affectu & nõ ex quantitate doni procedit.

ADDITIO. Data huius Sexti, vt dictum est supra in principio huius gl. fuit anno Dñi MCCXCVIII. de tempore compilationis. Decreti no. 2. q. 6. §. forma. De tempore Latera. Concil. dixi de ijs, quæ fi. a prælatis. cum Apostolica. in fine. De tempore generalis, dixi de decj. c. penul. De tempore vtriusque Lugdunen. dixi s. eod. lib. de elect. nemo super glo. 1. de tempore Vien. Concilij. vide not. in cle. de censi. cum sit naturæ consonũ in gl. penu. Io. And.

F I N I S.

REGVLAE IVRIS CAESAREI, EX QVIBVS MAIORI EX PARTE SVMPTAE sunt Regulæ Pontificij iuris, ordine Alphabetico ex Pandectis Florentinis hic referuntur.

a Sic Flo. in ceteris nō recipiunt, & ī archetypo erat additū, non.



ABSENTIA eius, qui reipublicæ causa abest, neque ei, neque alij damnosa esse debet. Regula. 183

Actus legitimi qui nō recipiūt 1 diē vel conditionē, veluti emancipatio, acceptilatio, hęreditatis aditio, serui optio, datio tutoris: in totū vitiātur per tpis, vel cōditionis adiectionem. Nōnunquam tñ actus subscripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa vitium adferunt, nam si acceptum feratur ei, qui sub conditionē promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit, quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius mométi faciet actū. 78

2 l. 11. §. si tutoris. ſ. qđ vi, aut clam.

Ad ea 2 quæ non hñt atrocitatem facinoris, vel sceleris, ignoscitur seruis, si vel dominis, vel ijs, qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus, & curatoribus obtemperauerint.

¶ Semper qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo est habendus ac si haberet. ¶ In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in solidū, tenentur; hoc est, vnusquisq; pro ea parte, qua heres est, 3 conueniatur 200

3 Duo pūcta addebantur hic in archetypo, vt mos erat addi ad finē singulorū capitum. Ant. Aug. li. 1. c. 1. al. Rapienda l. 20. ſ. p soc. vnđ vř emendandā inscripto huius legis Vlp. li. 31. ad edict. l. 3. ſ. de diuor.

Aliud est vendere, aliud est vendenti consentire.

¶ Refertur ad vniuersos, quod publice fit per maiorem partem.

¶ Absurdū est plus iuris hře eū, cui legatus sit fund⁹, quam hæredem, aut ipsum testatorem si viueret. 121

Alter us circumuentio alij non præbet actionem.

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur. 58

Bona fides tantundem possidenti præstat, quātū veritas quoties lex impedimento non est. 179

CApienda 4 occasio est, q̄ præbet benignius rñsum. ¶ Quod factum est cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem. 129

Consilij non fraudulenti nulla obligatio est. Ceterū si dolus, & calliditas intercessit de dolo actio cōpetit. ¶ Socij mei socius, meus socius non est. 48

5 Vul. qdā, q̄ lectionē q̄ dā magis probāt, q̄ Flor.

Contractus quidam dolū tm̄ duntaxat recipiūt. quidā, & dolum, & culpam. Dolū tm̄ depositū, & precarium. Dolum & culpā, mandatū, commodatum, vēditū, pignori acceptū, locatū. Itē dotis datio, tutelæ, negotia gest: in his quidem. 5 diligentiam. Societas, & rerū cōio, & dolum, & culpā recipit: sed hoc ita, nisi si quid nominatim cōuenit, vel plus, vel minus in singulis contractib. nam hoc seruabitur, qđ initio conuenit: legē. n. cōtract⁹ dedit, excepto eo q Celsus putat non valere si conuenerit ne dolus præstetur. Hoc. n. bonę fidei iudicio contrarium est, & ita vtimur. ¶ Animaliū vero casus, mortes, quæq; sine culpa accidunt, fuga seruorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum a nullo præstantur. 24

6 Cuius:

Creditor, qui pmittit rē venire, pign⁹ dimittit. 119

Cuius effectus omnib. prodest, eius & partes ad omnes pertinent. 192

Cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est.

Cuius 6 est donandi, eidem & vendendi, & concedendi ius est. 124

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest. 51

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. 37

Cū amplius solutum est, q̄ debebatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti possit: totū esse īdebitū intelligitur manente pristina obligatione. ¶ Is natura dēt, quē iure gētiū dare oportet cuius fidē secuti sum⁹ 85

1. Iulianus ſ de cōd. inde

Cum par delictū est duorum, semper onerat petitor & melior hř possessoris cā, sicut fit cū đ dolo excipitur petitoris, neq; .n. datur talis repli atio petitori, aut si rei quoq; in ea re dolo actum sit. ¶ Illi dēt permitti pœnam petere, qui ipsam non incidit. 197

l. 129. ſ. e. supervacuo bis repetitur

Cum prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eum peruenit sufficit, si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti. 170

Cum principalis cā non consistat: plerumq; nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. 139

l. Si extraneos. sup. de iu. do.

Cū quis possit alienare, poterit, & consentire alienationi. Cui aūt donare nō cōcedit, probādū erit, nec si dōnis cā cōsenserit, totā eius voluntatē habēdā. 126

Cum seruis nulla actio est. 108

l. 117. sup. ti. proxi.

Cum tps in testō adijcitur credendū est pro hærede adiectū, nisi alia mens fuerit testatoris sicut in stipulationibus promissoris gratia tempus adijcitur. 17

DIuus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate cōueniuntur in id, quod facere pñt condemnādos. 29

1. 3. ſ. de ser. leg. l. pe sup. de his q̄ in terest. de l. r.

Domum suam reficere vnicuique licet: dum non officiat: inuito alteri, in quo ius non habet. 62

Donari videtur, quod nullo iure cogēte cōcedit. 83

Perperā Haoland. Eius est nō velle, & c. Ant. Aug. li. 1. c. 2. quidā tñ magis pbāt Haoland. lect. quia ita legisse videntur Græci, & Harmeno. In manuscr. est, Eius est nolle.

EA est natura cauillationis, q̄ Græci σωρείτην, appellant, vt ab euidēter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur. 66

Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur. 178

Ea quæ in partes diuidi non pñt, solida à singulis hęredibus debentur. ¶ In re dubia benigniorem interpretationem sequi non iustius est quam tutius. 153

Ea quæ rato accedunt, non temere in agendis negotijs computantur. 65

Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscū perueniunt. 98

Eius est 1 nolle, qui potest velle. 3

2 l. Diuus sup. de in in. te. resti.

Et si 2 nihil facile mutandum est ex solemnibus: tñ vbi æquitas euidens exposcit, subueniendum est. 144

Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari. 59

3 l. 25. sup. đ cond. & de. l. 138. sup. de. verb. sig.

Expressa 3 nocent: non expressa non nocent. 156

Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. 192

FActum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. 132

4 Idē Ari. pble. q̄ ad ius pertinet.

Factum cuiq; suam, non aduersario nocere debet.

¶ Nō vř vim facere qui suo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. ¶ In pœnalib. causis benignius interpretandum est. 198

l. quēadmo. su. de acqui. poss.

Fauorabiliores 4 rei potius, quàm actore hñtur. 168

Feminæ ab omnib. officijs ciuilib. vel publicis remotæ sunt, & iō nec iudices esse pñt; nec magistratū gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec pcuratrices existere. ¶ Item impuberes ab omnib. officijs ciuilibus debent abstinere. 2

Fere in omnib pęnalibus iudicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur. 109

Fere quibuscunq; modis obligamur, ijsdem in contrarium actis liberamur. Cum quib. modis acquirimus, ijsdem in contrarium actis amittimus.

Vt igitur nulla possessio acquiri nisi aio, & corpore

Po-

potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum est. 196

l.18.ſu de caiſtren pecu.

Filiusfamilias neq; retinere, neq; recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur. 94

Fraudis interpretatio semper in iure ciuili nõ ex euẽtu dumtaxat, sed ex consilio quoq; desideratur. 80

Fructus rei est, vel pignori dare licere. 72

Furiosi vel eius, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. 41

1 Harm.lib. 6.ti.eo. non quid nou hẽat actor.

GEneraliter cum de fraude disputatur, non quid 1 habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est. 79

HÆredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus constat. 60

* l.24.ſup. tit. prox.

Hæreditas * nihil aliud est, quam successio in vniuersum ius quod defunctus habuerit. 63

Hoc iure vtimur, ut quicquid omnino p vim fiat, aut in uis publicæ, aut in vis priuatę crimen incidat.

2 l.1.§ de ieciſſe ſup. de vi & vi arm. vñ apparet hic legendũ eẽ Deiecit, & q mãdat. In maleficio ratihabitio mãdato comparatur.

Deiecit, 2 qui vel iussit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati. n. habitio mandato comparatur. ¶ In contractib. quib. doli præstatio, uel bona fides, inest hæres in solidum tenetur. 195

ID quod nostrum est, sine facto nostro ad aliũ transferri non potest. 11

Imaginaria uenditio non est pretio accedente. 16

Imperitia culpæ adnumeratur. 175

Impossibilium nulla obligatio est. 145

In ambiguis orationib. maxime sententia spectanda eius est, qui protulisset. 97

In ambiguis pro dotib. rñdere melius est. ¶ Nõ est nouũ, vt q̃ semel vtiliter cõstituta sunt, durent: licet casus extiterit, a quo initiũ capere nõ potuerunt. ¶ Quoties æq̃tatẽ desiderij naturalis rõ aut dubitatio iuris moratur: iustis decretis res temperanda est. 86

l.9.§.5 ſ̃ locat. Insti. de leg. Aqu. §. imperitia.

In cõdẽnatione personarum, q̃ in id ꝙ facere pñt, dãnant: nõ totũ qđ hñt extorquẽdũ est: sed & ipsarũ rõ habenda est, ne egeant. ¶ Cũ verbũ, restituas, in lege inuenitur, & si nõ specialiter de fructib. additũ est. tñ ẽt fructus sunt restituendi. ¶ Vnicuiq; sua mora nocet, ꝙ & in duob. reis promittendi obseruatur. ¶ Dolo facit qui petit, quod redditurus est. 134

l.70. ſup. de iu.do.

In contrahenda venditione ambiguum pactũ contra venditorem interpretandum est. ¶ Ambigua autem intentio ita accipienda est, vt res salua actori sit. 133

l.19. ſup. de re iud.

In eo ꝙ plus sit, semper inest & minus, ¶ Nemo alienę rei expromissor idoneus vr̃, nisi cum satisdatione. ¶ Pupillus pati posse nõ intelligitur. ¶ Vbi verba cõiuncta non sunt, sufficit alterutrũ esse factum. ¶ Mulieribus tunc succurrendum est, cum defraudantur, non vt facilius calumnientur.

Ant. Aug. li. 1.c.7. l. videamus. ſ̃. de vſu. l. dolo. ſ̃. đ dolo. exc.

In eo quod vel eis qui petit, vel is à quo petitur, lucrũ petiturus est, durior causa est petitoris. 34

In his quæ offũ per liberas fieri p̃sonas leges desiderant, seruus interuenire nõ põt. ¶ Nõ debeo melioris cõdõnis, eẽ q̃ auctor meus à quo ius in me trãsit. 136

In vulg. In his officijs.

In iure ciuili receptũ est, quoties p eũ, cuius interest cõdõnẽ nõ impleri, fiat quo minus impleat, pinde haberi ac si impleta cõdõ fuisset, ꝙ ad libertates & legata & ad hrđũ instõnes perducitur, quib. exẽptis, stipulationes quoq; cõmittũtur, cũ per promissorẽ factũ esset quo minus stipulator cõditioni pareret. 122

l.24. ſ̃. de cõdi. & dem.

In negotijs c̃hendis alia cã habita est furiosorũ, alia eorum qui fari pñt, q̃uis actum rei non intelligerent Nam furiosus nullum negotium contrahere potest, pupillus omnia tutore auctore agere potest. 5

In obscura voluntate manumittentis fauendum est libertati 140

In obscuris inspici solet, ꝙ verisimilius est, aut quod plerumq; fieri solet. 115

In oĩb causis id obseruatur, vt vbi p̃sonæ cõdõ locũ facit bñficio, ibi deficiente ea, bñficiũ quoq; deficiat. Vbi vero genus actionis id desiderat, ibi ad quẽuis p secutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij. 69

In oĩb. causis pro facto accipitur id, in quo quis aliũ perhorescit quo minus fiat. 40

In omnibus obligationibus, in quib. dies non ponitur, præsenti die debetur. 14

In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas spectanda est. 91

In pari cã possessor potior haberi dẽt, ¶ Hi qui in vniuersum ius succedunt hæredis loco habentur, 171

In personam seruilem nulla cadit obligatio. ¶ Gñaliter probandum est vbicunq; in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitriũ dñi, vel procuratoris, eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse. 23

In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. 3 12

In totum oĩa quæ animi destinatione agẽda sunt, nõ nisi vera & certa scientia perfici possunt. 77

3 Sic Fl. paſ ſiue accipiẽdũ Cic. 2. de Inuen de contr. leg. 4. l.1 §.4. ſ̃. de ſuperf.

In toto, & pars continetur. 114

In toto iure generi per speciem derogatur. Et illud potissimum habetur, quod ad speciem directũ est. 81

Inuitus 4 nemo rem cogitur defendere. ¶ Cui damus actionẽ, eidẽ & exceptionẽ cõpetere multo magis qs dixerit. ¶ Cũ quis in alicuius locũ successerit, non est æquũ ei nocere hoc, ꝙ aduersus eũ 5 nocuit in cuius locũ cesserit. ¶ Plerumq; emptoris eadẽ cã debet esse circa petendũ ac defendendũ quæ fuit auctoris. ¶ Qđ cuiq; pro eo præstatur inuito, non tribuitur. 199

5 Nõ vr̃ addendũ, vt in vul. l. bris. cũ hic locus negatiue legat, l.3. §. ſi qs ſ̃. đ itin. actuq. pri. 6 l. ſolet. ſu. de of. præſi. 7. l. ī fraudẽ, § vlt. ſup. de ijs q. vt ind. l.37. ſup. ad l. Aqui.

Inuito 6 beneficium non datur. 70

Is dãnũ 7 dat q iubet dare, ei[9] vero nulla culpa ẽ, cui 8 parere necesse sit. ¶ Qđ pẽdet, nõ ẽ p eo quasi sit. 130

Ius nostrũ non patitur eundẽ in paganis, & testato, & intestato decessisse: earumq; rerum naturaliter inter se pugna est, vt testatus & intestatus quis sit. 7

Iure 6 naturæ æquum est neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem. 207

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. 8

LIbertas in æstimabilis res est. 107

Libertas omnibus rebus fauorabilior est. 165

MArcellus ait, Desinit debitor esse is, qui nactus est exceptionem iustam, nec ab ęquitate naturali abhorrentem. 67

Melior conditio nostra per seruos fieri põt, deterior fieri non potest. 176

8 An qui p cui. 9. l.14 ſ̃. de cõd. ind.

Minus est actionem habere quam rem. 205

NEc ex prætorio, nec ex solẽni iure, priuatorũ cõuentione quidquam immutandum est, quamuis obligationum causæ pactione pñt immutari, & ipso iure, & per pacti cõuenti exceptionem, quia actionũ modus vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit. 28

l. Sed, & ſi ſ̃. de in ius vo

Nemo alieno nomine lege agere põt. ¶ Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat. 165

In vulg. An nemo legit.

Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet. 194

Nemo de domo sua extrahi debet. 104

Nemo dubitat, soluẽdo videri eũ, qui defenditur. 96

Nemo, n. in prosequendo deteriorem cãm, sed meliorem facit, &c. Melius est. §. sub regula, non solet deterior, &c. quam sit regula ab alijs distincta. 88

Nemo ex ijs, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione vti; nisi lex impedit. ¶ Quoties cõcurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna quis experiri debet. 44

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit. 131

Nemo potest gladij potestatem sibi datam, vel cuiuslibet alterius correctionis ad alium transferre. 71

l.13. §.6. ſ̃. p hær. peti.

Nemo põt mutare cõsiliũ suũ in alterius iniuriã. 76

Nemo plus commodi hæredi suo relinquit, quam quod ipse habuit. 163

Nemo pl[9] iuris ad aliũ trãsferre põt, q̃ ipse hẽret. 55

Nemo p̃do est q pretiũ numerauit. ¶ Locupletior nõ est factus, qui libertũ adquisierit. ¶ Cum de lucro duorum quæritur, melior est causa possidentis. 169

Nemo qui condemnare non potest, absoluere põt. 38

Nemo

Nemo vr̃ fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. 188

Neque in interdicto, neque in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est siue non est. 159

Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio suæ rei consistere potest. ¶ Priuatorum conuentio iuri publico derogat. 46

Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur, respondit, non videri sibi principem, quod ei quem viuere existimabat, concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius æstimationem esse. 191

Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet, quam vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores est. ¶ Non capitur, qui ius publicũ sequitur. ¶ Non videntur consentire, qui errãt. 117

l.8.c.17. inf. eo.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. ¶ Cum principalis causa non consistit, nec ea quidem, quæ sequuntur locum habent. 172

Nihil interest ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. 113

l.88. sup. eo.

Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolui possit. Et cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito peti non potest. 147

Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est, ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur. 36

Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. 162

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. ¶ In re obscura melius est fauere repetitioni, quam aduentitio lucro. 42

l.13. & 14. ff. de iniurijs.

Nõ debet alteri per alterum iniqua cõditio inferri. 75

Non debet, cui plus licet, ꝙ minus est, non licere. 22

Non est singulis concedendũ, ꝙ per magistratũ publice possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciẽdi. ¶ Infinita æstimatio est libertatis, & necessitudinis. 137

Non fraudantur creditores cum quid non acquiritur a debitore, sed cum quid de bonis diminuitur. ¶ Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. 177

Non omne, quod licet, honestum est. ¶ In stipulationibus, id tempus spectatur, quo contrahimus. 187

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit. 156

Non põt videri desijsse hr̃e, qui nunquam habuit. 209

Non potest videri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat. 100

Non solet deterior cõditio fieri eorum, qui litẽ contestati sunt, quam si non essent, sed plerumque melior. 87

Nemo. n. persequendo deteriorem cãm, sed meliorem facit, denique post litem contestatam hæredi quoq; prospicitur: ꝙ hæres tenetur ex omnibus causis. 88

Non solent, quæ abundant vitiare scripturas. 95

Nõ videtur cœpisse, qui per exceptionem remouetur a petitione. 93

Non videtur defendere, non tantum qui latitat, sed & is, qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem. 53

l.71. ff. titu. prox. in vulgatis. Nõ videtur.

Non videtur quisquã id capere, quod ei necesse est alij restituere. 52

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit. 84

Non vr̃ data, quæ eo tempore, quo dantur accipientis non fiunt. ¶ Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere necesse habet. 127

Non vt ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse. 120

Non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. 6

l. si pupillus. sup. de uerb. oblig.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur. 56

Nulla intelligit̃ mora ibi fieri, vbi nulla petitio est. 89

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non possit. 110

Numquam actiones præsertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam consumit. 33

l. pen. ff. de oblig. l.15. ff. de condi. & demõ. Ang. lib.4.c.9.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit. 31

Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: parum est enim, vt non subuerti possit. 113

Omnis hæreditas, quamuis postea adeatur, cum tempore mortis continuatur. ¶ Numquam ex postfacto crescit præteriti delicti æstimatio. 181

Omnes actiones, quæ morte aut t̃pe pereunt, semel inclusæ iudicio saluæ permanent. ¶ Non vr̃ perfecte cuiusque id esse, quod ex causa auferri potest. 182

Omnia fere iura hæredum perinde habentur, ac si continuo sub tempore mortis hæredes extitissent.

l.138. sup. eod.

Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. 73

Omnia, quæ ex testõ proficiscuntur, ita statum euentus capiunt, si initium, quidem sine vitio ceperint. 202

Omnia, quæ iure ꝯhuntur, contrario iure pereunt. 101

l.9. §.1. de off. procons.

Parem esse conditionem oportet eius, qui quid possideat, vel habeat, atque eius cuius dolo malo factũ sit, quo minus possideret, vel haberet. 193

Pœnalia iudicialia semel accepta, in hæredes transmitti possunt. 125

Plerumque fit, vt etiam ea, quæ a nobis abire possint, perinde in eo statu sint, atque non essent eius conditionis, vt abire possent. Et ideo, quod fisco obligamus, & vendicare interdum, & alienare, & seruitutem in prædio imponere possumus. 206

Plus cautionis in rem est, quam in personam. 26

Prætor bonorum possessorem hæredis loco in omni causa habet. 118

Priuilegia quædam causæ sunt, quædã personæ: & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt, personæ sunt, ad hæredem non transeunt. 157

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris auctoritate creditur. nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est. 150

Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse, & furandi, & iniuriæ faciendæ. ¶ In hæredem non solent actiones transire, quæ penales sunt ex maleficio: velut furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarium. 114

Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus hæres non admittitur. 90

Quatenus cuiusque intersit, in facto non iure consistit. 25

Quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu conualescere non potest. 210

l.29. ff. eod.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædunt. 83

l.56. supra mandat.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos ijs, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus, aliter atque cum stipulati sumus: nam & sub conditione stipulantes omnimodo eis adquirimus: etiam si libertate nobis præstita a dominis conditio existat. 1 28

1 Perperam hic in vul. editio: addit. l. si filiusfa. quæ est. l.78. ff. de verbo. oblig. nã nec in antiq. nec in manuscr. extat. nec eã Bulga. interpretatus est.

Quæ 2 propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. 123

2 l. ij. eo. 167. & 169.

Qui 3 actionem habet ad rem recuperandam: ipsam rem habere videtur. 15

3 l. is qui actionem.

Qui auctore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est. 180

Quidquid caloræ iracundiæ, vel fit, vel dicitur, nõ prius ratum est, quam si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse: ideoque breui reuersa vxor, nec diuertisse videtur. 49

Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis eius; hæredi autem eius hoc imputari non potest: cum non sponte cum legatarijs contrahit. ¶ Non solet doli exceptio nocere his quibus voluntas testatoris non refragatur.

Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur quia pro possessione dolus est. 174

Qui in alterius locum succedunt, iustam habẽt causam

igno.

ignorātiæ:an id,qđ peteretur deberetur. ¶ Fideiuſſores quoq; nō minus, q̄ hæredes,iuſtā ignorātiam pñt allegare hæc ita de hærede dicta ſunt,ſi cum eo agetur non ēt ſi agat,nam plane, qui agit certus eſſe dēt,cum ſit in poteſtate eius, qñ velit experiri: & ante dēt rē diligenter explorare: & tunc ad agendum procedere. 43

Qui in ius dñiumve alterius ſuccedit,iure eius vti dēt. ¶ Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere. 138

Qui in ſeruitute eſt vſucapere nō poteſt:nam cum poſſideatur poſſidere non videtur. 161

Qui non facit,quod facere debet, vr̄ facere aduerſus ea; quia non facit,& qui facit,quod facere non debet: non videtur facere id,quod facere iuſſus eſt. 164

Quintus Mutius Sempronio. Quo tutela redit,&c. in regula. Quo tutela redit,quæ eſt. 74

Qui per ſucceſſionem, quamuis longiſſimam defuncto hæredes conſtiterunt, non minus hæredes intelliguntur,quam qui principaliter hæredes extiterint. 194

l.8. ſup.de bon.poſ.

Qui poteſt facere, vt poſſit conditioni parere:iam poſſe videtur. ¶ Quod quis ſi velit habere non poteſt,id repudiare non poteſt. 135

Qui poteſt inuitis alienare:multo magis, & ignorantibus, & abſentibus poteſt. 27

Qui rem alienam defendit,nunquam locuples hr̄. 127

Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat: non videtur moram facere. 64

Qui tacet,nō vtique fatetur: ſed tamen verum eſt,eum non negare. 185

Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus edictum feciſſe proprie dicitur. ¶ Eius eſt actionem denegare,qui poſſit,& dare. 103

Ariſt.1. Poli. cap. 8.

Quod a quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidē reſtituere nemo cogitur. 47

l.qđ vero.ſ. de leg.

Quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur: non tamen ex iure naturali:quia quod ad ius naturale attinet,omnes homines æquales ſunt. 33

Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia. 174

Quod euincitur in bonis non eſt. 151

Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere. 30

Quod ipſis, qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſorib. eorum obſtabit. 186

Quod iuſſu alterius ſoluitur,pro eo eſt,quaſi ipſi ſolutum eſſet. 141

Quod nullius eſſe poteſt:id vt alicuius fieret nulla obligatio valet efficere. 144

Quod quis,dum ſeruus eſſet,egit:proficere libero facto non poteſt. 189

Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. 204

l.vlt. ſup. de vſur. Anto. Ang.li.1.c.4.

Quo tutela redit,eo & hæreditas peruenit, niſi cum feminæ hæredes intercedunt.Nemo poteſt tutorem dare cuiquam niſi ei, quem in ſuis hæredibus cum moritur habuit,habituruſve eſſet,ſi vixiſſet. ¶ Vt factum id vr̄ eſſe, ꝙ de re quis cum prohiberetur, fecit. Clam, quod quiſque cum controuerſiā haberet,habiturumve ſe putaret,fecit. ¶ Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt,vt intelligi non poſſint perinde ſunt,ac ſi ſcripta non eſſent. ¶ Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt. 74

Quotiens dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit. 21

Quotiens duplici iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo iure,quod ante defertur,ſupererit vetus. 92

Quotiens idem ſermo duas ſn̄ias exprimit,ea potiſſimū accipiatur,quæ rei gerendæ aptior eſt. 68

Quotiens nihil ſine captione inueſtigari poteſt,eligendum eſt,quod minimum habet iniquitatis. 201

Quotiens vtriuſq; cauſa lucri ratio vertitur:is præferēdus eſt,cuius in lucro cauſa tempore procedit. 99

Regula eſt quæ rem,quæ eſt,breuiter enarrat non vt ex regula ius ſumatur: ſed ex iure,quod eſt,regula fiat.per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. Et (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniectio 1 eſt, quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt,perdit officium ſuum. 1

1 Sic Flo. cauſæ collectionis meminit Aſcō. & Gel. l. 5. cap. 10. Græci manuſcri. & vulg. his legunt, coniunctio.

Res 2 iudicata pro veritate recipitur. 208

Secundum naturam eſt commoda cuiuſq; rei eum ſequi,quem ſequuntur incommoda. 10

Semper 3 in coniunctionibus, non ſolum,quod liceat, conſiderandum eſt,ſed & quod honeſtum eſt. 158

Semper in dubijs benigniora proferenda ſunt. 57

Semper generalibus ſpecialia inſunt. 190

Semper in obſcuris,quod minimum eſt ſequitur. 9

2. l.25. ſupra de ſta.homi.

3. l.42. ſ. de ritu nup.

Sēper in ſtipulacionibus,& in ceteris cōtractibus,id ſequimur,quod actum eſt,aut ſi non appareat, quid actū eſt:erit cōſequens,vt id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt,frequentatur: Quid ergo ſi neque regionis mos appareat,quia varius fuit?ad id,quod minimū eſt,redigenda ſumma eſt. 35

Semper, qui non prohibet pro ſe interuenire,mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit,quod geſtū eſt, obſtingitur mandati actione. 61

Seruitutem mortalitati fere comparamus. 4 210

Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. 212

4 Ad ſimulamus. l.59.ſ. de con. & demon.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non dēt: ita nec lucrum facere,ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet. 39

Si filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit:deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus, id tempus ſpectatur, quo contrahimus. 19

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt, præponenda eſt cauſa æſtimationis: vbi autem æquiparantur famoſa iudicia.& ſi ſummam rei diſparē habeant pro paribus tamen accipienda ſunt. 105

Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet,nihil noceret quo minus,& reus, & fideiuſſor teneantur. 93

Si nemo ſubijt hæreditatem,omne ius teſtamenti ſoluitur. 142

l.89. ſup.eo. l.2.ſup.de calum.

Si quis obligatione liberatus ſit,poteſt videri cepiſſe. ¶ Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri. 116

Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe. 147

Totiens in hæredem damus 5 de eo, quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex ſuo. 45

5 eleganter ſubaudit actionem.

Vani timoris iuſta excuſatio 6 non eſt. 146

Vbicumque cauſæ cognitio eſt,ibi prætor deſideratur. 106

6. l. Si quis ab alio. ſup. de re iud.

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo, & 7 primo die venerit,audiendus eſt, ita & enim Imperator noſter Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit. 102

6. in d. l.23. de re iud. legitur extimatio.

Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt,mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem & in ſurdo hic quidem reſponderi poteſt. ¶ Furioſus abſentis loco eſt,& ita Pompo. lib.1. Epiſtolarum ſcribit. 167

7 Græci dun taxat habent ſexageſimo die, quam lectione plerique magis amplectant.

Vbi pugnantia inter ſe in teſtamento inuenirētur,neutrum ratum eſt. ¶ Quæ rerum natura prohibentur nulla lege confirmata ſunt. 149

Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini. 4

Verum eſt neque pacta neque ſtipulationes factū poſſe tollere, quod.n.impoſſibile eſt,neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi,vt vtilē actionem aut pactum efficere poſſit. 38

Vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt. 184

F I N I S.

CLEMEN-

A Vditor.) Summus Pontifex facit hoc nouum statutum. Et figuratur sic casus. Titius & Caius erant in controuersia super aliquo beneficio, quod quidē beneficium Titius ad se pertinere dicebat. Econtra autem Caius illud beneficium prętendebat ad se spectare. Isti duo adiuerunt summum Pontificem, qui impeditus alijs negotijs non potuit cognoscere, nec declarare, ad quem beneficium spectaret, sed quendam Semproniū in curia existentem deputauit auditorem, qui audiret de controuersia Titij, & Caij, & pronunciaret dictum beneficium fore & esse debitum Titio, si quod ius ipse Titius haberet: vel pronunciaret debitū Caio, si Titius non haberet. Iste auditor sic disceptauit, seu terminauit dictam controuersiam, & pronunciauit beneficium fore debitum Titio, & Caium condemnauit ad ea, ad quæ veniebat condemnandus. Modo iste Titius videns beneficiū de iure fuisse sibi adiudicandū ab ipso auditore, volebat vt ipse auditor conferret sibi beneficium, quod sibi adiudicauit. Quæritur, an iste auditor possit conferre illud beneficium cui ipse adiudicauit fore debitū. Et rndet summus Pontifex, quod auditor in curia Romana ab ipso deputatus: si pronunciet beneficiū dēri alicui, ꝙ ēt ipse poterit dictum beneficiū conferre ei, cui adiudicauit. Et reddit rōnem, vt vitetur circuit9. nam qn̄ Papa deputauit aliquem auditorem, vt cognosceret de controuersia aliquorū: postquā ipse cognouit, si ipse auditor non posset prouidere, nec conferre, oportet, ꝙ ille, cui auditor declarauit beneficiū, sibi debitum, iterum iret ad Papam, vt ipse Romanus Pontifex sibi conferret, & sic esset circuitus, quia primo fuit ad Papam, & fuit delegata cā, & sic de Papa iuit ad aliquem auditorē, & iterū de auditore ipso rediret ad Papam, vt Papa sibi beneficium conferret, quod auditor declarauit sibi esse debitū, ꝙ esse non dēt, qa circuitus est vitandus. Not. ꝙ dubiū istius capituli erat ex eo, ꝙ Papa qn̄ deputauit Sēproniū auditorem in cōmissione sua, dixit, quod cognosceret cui beneficium erat de iure debitū, & non dixit ꝙ conferret ei, cui declarabit debitū. Modo dubitatur, an virtute istius commissionis poterit dictū beneficium cōferre, & sic suā sniam mādare executioni? Et rn̄detur, ꝙ sic, vt vitetur circuitus. Not. ꝙ est quidam auditor ꝯdictarū, & cameræ, & de isto videas Goff. & Host. in summa de off. ord. in prin. & talis hēt iurisdōnem ordinariam. Alius est auditor causarum, qui habet ordinariam iurisdict. in cognoscendo, & delegatā in definiendo. Et de isto vide Guli. in Spe. titu. 3. post principium, dicit tamen Bonifacium octauum fuisse interlocutum, quod in curia Romana nullus habeat ordinariam nisi Papa: nota differentiam inter suum, & debitum, quia si auditor pronunciaret esse suum, tunc non posset alio modo prouidere. Secus si pronunciaret beneficium fore debitum, quia tunc

2 Idē Io. de Im. adde gl. c. fi. de hær. li. 6. Barb. tenet ꝯ gl. Fc.

auditor non pronunciat simplr̄ suū esse: sed restat adhuc executio suæ declarōnis. Not. dum dixit in textu [Vitetur] ꝙ ibi ponitur simplex pro composito, vitetur i. euitetur circuitus. Nā frustra fit per plura, ꝙ æque cōmode possit fieri per pauciora. h. d. No. ꝙ expectās hēt ius ad beneficium, & pōt dicere beneficiū sibi de iure debitū. licet gl. in c. veniēs de renū. dicat, ꝙ hēt potius officij implorationē, ꝙ dic vt ibi dixi. No. finaliter casū mirabilē, ī quo pōt delegari extenditur ad non commissa, vt euitetur circuitus. Zab.

† Vide doctores in ca. sup. eo. de off. deleg. & Alex. ī l. more ff. d iurisdic. om. iudi.

CAP. III.

A Vditor c † in Romana d curia deputatus à e nobis, de beneficio f (quod pronūciabit g alicui de iure fore debitū h) po-

(Gloss. prima dicit quid determinat. Secundo an in libello sit peti necesse. Tertio an auditor habeat ordinariam.)

c ¶ Auditor.] Breue est & nouum, quod hic statuitur determinans no. per compost. eod. titu. mandatum. ad fin. & per Guli. in Spec. tit. de actio. & peti. §. sup actionibus, versic. sed si ad ipsam præbendam. & versic. seq. Et patet hic expeditum quod ibi. no. s. ꝙ coram auditore peti. poterat beneficium pronunciari debitum, & cōferri. Et scias quod hodie est tutū 3 hoc in libello peti: puto tamē, ꝙ etsi non petatur in libello conferri, sed solum debitum pronunciari, ꝙ post pronunciationem peti. Poterit & conferri: sicut enim confert, licet non fuerit commissa collatio, sic conferat, licet non fuerit in primo libello petita. Item scias ꝙ de auditore contradictarum & Cameræ tenent Goff. & Hos. in sum. de offic. ord. in prin. ꝙ habent ordinariam. De alijs auditoribus causarum no. Gul. in Spe. in ti. 3. §. 1. post principium quod habent ordinariam in cognoscendo, delegatam in definiendo. Sed Arch. 11. q. 1. experientiæ dicit Bonifacium octauum interlocutum fuisse: quod in curia nullus habeat ordinariam nisi Papa, & facit quod dicam j. tit. 1. ne Romani. Io. And.

3 Quare statutū, satis patet sm Barb. & gl. in ver. poterit. & iō dicit hic Cardi. nō directe petet collatio, sed īplorādo solū officiū iudicis, facit glo. ī c. fi. j. eo. Barb. Font.

4 Adde & eparū q. sēp ī fauorabilib. venit sub noīe dignitatis. arg. c. 1. 2. 22. di. Barb. Fōt.

[Gl. seq. arguit a contrario: & dat simile.]

d. ¶ In Romana curia.] in dato ergo extra curiam non hēt hoc locum, nec in aliquo corrigitur decretalis super. e. de offi. deleg. & est sim. j. de sequestr. pos. c. vnic.

[Gl. seq. argumentatur a contrario: dicens, quis dicatur datus a Papa.]

e ¶ Deputatus a nobis.] ergo ab alio, puta legato, ad quem etiam spectaret beneficij prouisio non poterit prouidere, etiam si fuerit sibi commissa pronunciatio, quia nec aliter auditor pronunciat, sed audiuit, & refert. & de off. deleg. super quæstionum facit ad primum. s. e. tit. super eo. Et intelligo deputatum a Papa illum: qui secundum morem curiæ, per referendarium, vel officialē ad hoc datum ex auditoribus palatij deputatur ad talē beneficialem causam delatam ad curiam audiendam, & hoc in minoribus: Cathedralium enim. & regularium ecclesiarum causas propria voce Papa committit: & vt plurimum Cardinalibus.

f ¶ Beneficio.] large sumitur vt comprehendat etiam dignitates, 4 cum eadem sit ratio concor. de reg. iur. c. 1. vbi de hoc.

g ¶ Pronuntiabit.] & sic videbatur functus officio suo, de off. deleg. in litteris, Io. And.

[Gl. seq. declarat vnum quare. secundo quærit, arguit negatiue, & contrarium soluit.]

h ¶ Debitum.] si pronunciaret illud suum, tunc cessaret prouisio. Est ergo differentia inter suum, & debitum. de præb. si tibi absenti: lib. 6. 5 sicut inter ius in beneficio, & ad beneficium. eo. tit. c. pen. de conces. pb. c. vlt. eo. lib. Quid de electo. qui appellauit a denegatione confirmationis, vel cassatione electionis, nunquid auditor, qui pronunciat bene appellatum, vel reuocat cassationem electionis, poterit cōfirmare? Vr: quod nō, qa hic solum loquitur de prouisione illius, cui debitum erat. In ꝯrium videtur, nā hoc faceret delegatus. de excē. signi-

5 Nam petēs beneficiū tāq̄ debitū per viā exceptionis pōt repelli: Si vero repetat tāq̄ suū, vtrū possessorio, vel petitorio, an possit p viā exceptiōis criminis, vel defectus, vel formæ repelli: dic vt s. de elec. ꝙ sicut. & c. īter dilectos de excess. sib. pręla. Petrus.

significauerũt, de re iudica. ad probandum, ex quo. n. bene appellatum est, fecit quod facere debebat principalis. de excep. dilectæ, & facit qđ not. C. de app. eos in princi. & qđ dixi de testa. Raynald. ver. condemnauitque. Item de confirmatione nõ videbatur dubiũ, sed de prouisione, nã primam facit officialis & capitulũ vacante sede, qui nõ faciũt secundam, vt de officia. c. vlt. & de insti. c. 1. lib. 6. quia ergo illud plus dubitabile. ideo concessum.

a ¶ Poterit.] non quicquid iudicis potestati cõmittitur, &c. ff. de iud. non quicquid. de offic. deleg. consuluit. licet ergo auditor hoc possit, non tamen tenetur ad hoc.

terit a sibi absque commissione alia (vt euitetur circuitus b) prouidere. c

¶ Idem.

¶ *Expectans beneficiũ perdit gratiã, sic consequitur aliud, quod cum illo, quod expectet, de iure tenere nõ potest. Io. And.*

CAP. IIII

GRatiæ, d † vt de dignitate vel beneficio curato tibi prouideatur, renunciare e videtur

b ¶ Circuitus.] C. de arb. l. ne in arbitris in fi. de adop. l fi. ff. de cõdi. indebi dominus testamento, & ibi concor. de hoc in fi. vlt. glo. Esset autẽ circuitus, si oporteret ad Papã redire pro noua commissione, vel ꝓ collatione ad ipsum, vel ad executorẽ. Dicebant ergo, q hoc tenebant, quod auditor fungitur vice iudicis in sententiando. & vice executoris in conferendo, vt no. in glo. in princ. alleg.

[Glo. seq. ponit dictum, cui obijcit & soluit.]

c ¶ Prouidere.] intelligo etiam si non ex facto Papæ, sed inferioris, legati, vel delegati fuerit beneficiũ illi debitũ, quod esse posset, iuxta not. de conc. prę b. si so li. lib. 6. Huic tñ obstat ratio, quã inducebant Cõpost. & Gul. s. quod per talẽ collationem nulli fit præiudiciũ, quia cum conferre spectat ad Papam, non refert, an per auditorem, an per executorem conferatur. Sed in decret super eo nõ spectat collatio ad Papã, fieret ergo præiudiciũ ei, ad quem spectat collatio vel institutio. Sed cum potestas nedũ delegati, sed etiam legati causet a Papa, nec ex facto alterius possit esse debitum vel affectum, satis conuenit illa ratio. Ioan. And.

GRatiæ.] Istud c. ampliat. c si pauper de præb. li. 6. In illo c. dr̃, quod mandatum factum alicui à Papa, vt pauperi clerico prouideatur, si clericus paup̃, antequã fuerit sibi prouisum virtute illius mandati, aliud beneficium fuerit consecutus, tunc mandatum expirat. Sed quærit in hac Clementina Papa Clemẽs, an sit idem in quocunque clerico, vel in quacunque gratia: E. vr̃ respondere, quod cum Clementina indistincte & generaliter loquatur, nos debemus illam indistincte & generaliter intelligere, vel de mãdato, qđ impetratũ est in forma pauperum, sicut intelligebat c. si pauper de præb. lib. 6. vel de mandato, quod impetratum est in forma gratiæ, de quo dubitatur, vel etiã in quocunque clerico paupere, vel non, & nunc per istam constitutionem seu Clementinam tollitur dubium, quia de vtraque gratia siue impetrata in forma pauperũ, siue impetrata in forma gratiæ, vel impetrata à Papa vel ab altero. His pręsuppositis figura sic casum pro iuuenibus canonistis, q subtilitates iuris nõ nouerũt, sine quibus profundi esse nõ possunt. ¶ Quidam Petrus iuit ad Romanum Pontificem, & conquestus est in hunc modum: Pater sancte, ego per multos annos studui in iure canonico, & vt studiũ mihi afferret aliquam vtilitatem alias veni ad vos, & impetraui gratiã, quã gratis mihi contulistis fauore mei studij, vt prouideretur mihi de primo beneficio proxime vacaturo, steti bene per decem annos cum gratia vestra, quia per ipsam aliquod beneficium non potui habere, Vidẽs hoc, inueni alium modum, taliter quod consecutus sum beneficium curatum, sed est modici valoris: Modo curatus meæ parochiæ est mortuus, & cura meo est bona & sufficiens, ego volo illam curam habere, virtute vestræ gratiæ iam pridem à vobis impetratæ, non obstante hoc, quod sum aliud beneficiũ curatum cõsecutus? Quæro à vobis pater sanctissime, an ego possim illam habere per vestram gratiã. & virtute ipsius? Rñdet Papa, Amice rñdeo tibi, quod renũciare videris gratię impetratę, vt de dignitate, vel bñficio curato tibi prouideatur, si assequeris aliud bñficiũ pacifice ante adeptionem eiusdem, id est, ante adeptionem beneficij virtute gratiæ obtenti, quod. s. bñficium obtinuisti, non per gratiam nostram, sed alio modo retinere non possis simul de iure cum dignitate vel beneficio curato, virtute gratię tibi debito, licet illud beneficiũ, quod habuisti nõ virtute gratię, sed alio modo forsan, quia fuit tibi resignatum, resignaueris, vel resignare paratus sis. Et per hoc soluetur istud dubiũ, & pone sic: Pater sanctissime, ego audio, ꝙ vos dicitis, quia ego nõ possum hr̃e curã meæ parochiæ virtute meæ gratiæ, eo ꝙ assecutus sum aliud beneficium curatum, ego bene ponam remediũ, quia ego resignabo vobis primam curam q̃ habui, alias q̃ per vestram gratiam, & assequar istam curam, & sic satisfaciam huic textui, ꝙ simul de iure cum dignitate vel de beneficio retinere non possim? Rñdet Papa ad illud dubium, tu arguis in vanum, qa licet. id est, quamuis paratus sis illud beneficiũ resignare, aut iamq; resignaueris, tu non potes aliud bñficiũ cõseq. virtute gratiæ, postq̃ executionẽ & ꝓuisionẽ tuæ gratiæ vel mãdati nõ expectasti, hoc dicit. Notemus, quod ista clemẽtina ampliat decretalẽ, si pauper quia gl. prima illius decretalis dicit, nota verbũ, pauper, quod nõ sine mysterio dictum puto. Si. n. gratia speciali, quę nõ est de iustitia, sit prouisum alicui, & postea antequam vacet aliquod beneficium, quod posset habere per suã gratiam, ipse adeptus est aliud beneficiũ non virtute suæ gratiæ, non expirat gratia, qa illa decretalis loquitur de forma gratiæ, qua prouidetur necessitate pauperũ, quę est iustitia. vel quasi. prouisione igitur facta impetrãti cessat causa iuris, & sic ipsius executio. Sed ista Clemẽtina non distinguit de qua gratia, vel de gratia speciali, vel de gratia, q̃ fit pauperi, quę est quasi iustitiæ, ideo generaliter debemus eam intelligere, nec facere dictam distinctionẽ ad capitulũ, si pauper. li. 6. de præb. Not. quod vbi canon non distinguit, nec nos distinguere debemus, sic vbi lex nõ distingui, nec nos distinguere debemus. in l. de pretio. ff. de Publicia.

† Gratias q̃ expectati dñr oĩno sustulit cõcil. Trid. sess. 14 de refor. c. 19.

[*Prima gl ponens casum summat, dicit quid approbat, & quid addit, tertio quæstionem soluit.*]

d ¶ Gratiæ.] expectans beneficium perdit gratiam si consequitur aliud, quod cum illo, quod expectat de iure tenere non posset. Et approbat quod notaui de pbẽ. si pauper. lib. 6 in prima glo. & idẽ ibi Archid. Et per illã decretalem determinatur, quid iuris si consequitur beneficium is, pro quo scriptum est in forma pauperum, hic de illo, pro quo scriptum est in forma gratiæ & in illo casu nõ distinguitur qualitas beneficij adepti, isto sic. Et qa generaliter loquitur hoc principium, generaliter intelligatur de cuiuscunque gratia Papæ, vel alterius.

[Glossa sequens arg. pro opinione, secundo dubiũ soluit.]

e ¶ Renũciare.] idem tenet Inno. & Compostellanus in illo, qui litigabat sup̃ beneficio, & recepit s̃m, qđ cũ primo tenere non posset, s. ꝙ per hoc renuntiat liti. hæc not. s̃. eo. in nostra, vt ibi plenius scripsi Et puto hanc decr. locũ habere etiam si protestetur recipiẽdo secundũ, quod gratiæ renuntiare. non intendit cũ ꝓtestatio sit facto c̃ria. de consti. cum M nec defendat in his p̃iudicialibus. sup. de elect. vt quis duas lib. 6.

facit quod scripsi cum Inno. contra Hostien. in prędi. decret. in nostra.
a¶ Eiusdem.] dignitatis vel curati, quod expectas.
b¶ Beneficium.] curatum scilicet, vel dignitatem, vel personatum, per decret. de præbend. de multa. Et idē

ris, si ante adeptionē eiusdem [a] aliud beneficium [b] pacifice [c] assequaris, quod simul de iure [d] cū dignitate, vel beneficio virtute dictæ † gratię tibi debito, retinere nō posses: [e] licet illud [f] resignaueris, [g] aut sis resignare paratus. [h]

†Al. ita, gratię ꝑdictę.

¶Idem.

¶ Gratia super vacaturo non cōprehendit beneficiū post datam in substantia creatum. hoc dicit Ioannes de Imola.

CAP. V.

Litteras [i] † nostras [k] super conferendo tibi [l] beneficio vacaturo [m] directas, ad beneficiū post datam [n] ipsarū creatū [o] †

puto in casu decr. litteras, de conces. præbend. vel cum secundum. de speciali iure requirit continuam residentiā iuxta not. per Inno. de cler. non resi. c. fin.
c ¶ Pacifice.] puto idē si acceptata collatione ꝑ eum staret, quominus haberet pacificam, ad quod su. de elect. commissa. §. 1. de præbend. licet episcopus. lib. 6.
ADDITIO. Idem Pau. & Stepha. & Zēzel. q intelligit possessionem pacificam liberum exercitium curæ, licet possessionem pacificam maioris partis beneficij non sit adeptus, de quo dic, ut not. sup. de ele. cōmissa lib. 6. nec desinit esse pacifica, si ex post facto cōtrouersia moueatur, secus si in ipsa apprehensione, vt l. si post perfectam. C. de euictio. Pet.
d¶ De iure.] de hoc sup. eo. gratia lib. 6.
e¶ Non posses.] si ergo esset tale, ꝙ cū illo teneri posset, non perit gratia, vt Inno. in decre. si pauper, & hoc etiam tenet. Io. de Deo in q̄stionibus suis lib. 1. q. 23.
f ¶ Illud.] quod adeptus es interim.
g¶ Resignaueris.] gratia ergo perempta nō reuiuiscit, licet res reuertatur in pristinum statum. Et facit ad quæstionem de clerico, qui contraxit matrimonium, quod postea dissoluitur per professionem sponsæ non cognitæ, vel quia reperitur cōsanguinea, de quo scripsi de cle. coniug. c. 1. 1 in princ.

1 Ibi Do. & capel. Tholosa. q. 239. Fon.

h ¶ Paratus. 2] Si tamen vellet dimittere secundum beneficiū, posset per collationem ordinarij cōsequi primum olim sibi debitum, non. n. intendit, quod sit inhabilis ad id, sed qđ ex vi gratiæ nō est sibi plus debitum, nec per executores gratiæ conferendum. Et sic not. casum, ꝙ ex facto superuenięti paratur exceptio ꝯ gratiam, quæ tenuit à principio. Alios casus colligas ex not. de præb. quia sæpe. lib. 6. in vlt. glo. Io. An.

2 In hac glo. latissime examinat Barbatia, post Cardinalem pluralitatē beneficiorum. Fon.

Litteras.] Istud c. inducit nouū ius, & est inductum contra illos, qui nimis cito volunt habere fructū de gratijs suis. pone sic casum. Quidā cupidus bñficiorū & per consequens credo, ꝙ cupidus suæ damnationis iuit ad Papā & eū reqsiuit, qđ sibi ꝓuideret de beneficio aliquo, à quo posset lenius & blādius in futurū sustentari: Papa videns suam supplicationē esse gratiosam, dedit ei gratiā, q̄ erat datæ mensis Ianuarij: in qua cōtinebatur, quod prouideretur sibi de bñficio proxime vacaturo. Iste reuersus ad prouinciā suā nō expectās nisi mortē alicuius, & cogitās quis antiquior curatus, vel canonicus eēt in ecclesia, & ipse videns quia omnes erāt iuuenes, & nō naturaliter in ꝓximo morituri, valde contristatus est: Sed qd accidit, certe vna dierū accidit, qđ quidā miles redeundo de bello, & existens in grabato tēdēs & anhelās ad mortem, vt aliquā recompensationem de forefactis suis Deo perageret: quādā capellā cōstruxit & ædificauit: sic ædificatā & dotare voluit, & centum marchas auri cuidā, q per tpa perpetua Deum, Mariā, & sanctos peroraret pro redemptione animæ suę contulit: His peractis, vt donatio sua esset valida, & vt bñficiū crearet in sua capella de nouo ædificata, misit ad epm, vt de licētia eius beneficium crearet, qui quidē eps oīa, quæ voluit decretauit, & bñficiū creauit calendis Nouembris, iste qui impetrauerat gratiam suam iucundus illā accepit, & venit ad militem, & eum requisiuit, vt ipsum virtute gratiæ suę pręsentaret episcopo, & quod episcopus beneficiū sibi cōferret: Episcopus videns istam gratiam & datam suæ gratiæ esse de Calendis Ianuarij, & videns creationē bñficij esse de data calēdarum Nouembris, respondit sibi episcopus. Amice, ego non teneor tibi conferre beneficium istud nouiter creatū virtute tuæ gratiæ, quia tua gratia hēt vires suas in beneficijs creatis ante datam tuæ gratiæ seu litterarū tuarum, mō ista capella est creata post datā litterarū tuarū: Iste impetrans non cōtētus de episcopo iuit ad Papam, & narrauit sibi casum, vt sup. Cui respondit Papa, Amice nos statuimus litteras nostras directas super beneficio vacaturo tibi conferendo nō extendi ad beneficium creatum post datam ipsarū litterarum, hoc dicit. Nota quod per istam Clementinam Papa statuit nouum ius, & probo per hoc, quod dicit,
[Statuimus.] Nota, quod Papa dat litteras ad beneficium vacaturum, sic & legatus de latere reseruat vacaturum per modum, de quo in penult. c. de off. le. libro. 6. Nota initium spectandum, de elect. dudum. 1. Item attendēdum tempus datæ. eo. tit. eam te de quo infra plene Zabar.

†Vide cōcilium Trid. superiori ꝓximo c. citatū, vbi ꝓhibentur gratię Expectatinę & mandata de prouidendo.

† Item de lite orta post datā rescriptum c. fi. sup. e. de iure orto post lit. cōtestatā. l. non potest videri. ff. de iu. similiter arbitraria nō extēdūtur ad futura. l. de his. đ arbit. nec pactū l. tres fratres, de pac. nec transac. l. cū Aquiliana. C. de trāsac. nec stipso. l. ita stipulatus l. Chrysogonus, nec testa. l. si ita. đ au. & ar. nec iuramentū. c. clerici de iure. nec renuncia. de quo pūcto lege oroBarba. Fon.

[Prima gl. dicit qualis si sit dispositio huius c.]
i¶ Litteras.] Breuis & fortis est, ius nouum inducens, ꝙ forsan plus ab extrinseca, quàm intrinseca causa iustificatur. vt infra dicam.
[Glo. seq. cum sequenti ampliat litteram in tribus casibus.]
k ¶ Nostras.] Idē in litteris reseruationis legatorum, cum eadem & fortior sit ratio.
l¶ Tibi.] idem puto vbi Papa dedisset potestatem conferendi primum vacaturum, nō expressa persona, cui cōferri dēret. Idem si contulisset fructus bñficiorum primi anni, quæ vacare contingeret in diœcesi, vel ꝓuincia, cum in his sit eadem ratio.
[Glo. seq. exponit litteram, & soluit dubium.]
m¶ Vacaturo.] in vacante non procedebat dubitatio. nec distinguo, an debeatur simpliciter vacaturum, an debeatur cum bñficio acceptandi, cū eadem sit ratio.
[Gl. seq. soluit litteram, & dat simile.]
n ¶ Post datam.] etiā si paulo post, & facit, quod not. Host. sup. eo. c. fi. inspicimus, ergo an extatet bñficium tēpore datæ, sicut inspicimus ætatem impetrantis illo tempore. sup. eo. si eo tempore. lib. 6. & concor. supra eo. eam te de præb dilectus 2 vbi de hoc.

3 Concludit ergo hęc gl. ꝙ si dubitatur, vtrū beneficium sit creatū ante vel post latā litterarū, onus probādi incūbit nō impetrāti, sed aduersario, qui

[Glossa sequens primo ponit tria exempla. Secūdo quærit de reuocato, pro allegationibus remittit & soluit. Tertio quærit, quid in dubio, allegat cōtra impetrantem. Secundo pro, & illud approbat, & contrarijs respondet.]
o¶ Creatum.] Pone, construitur noua ecclesia, de eccl. ædi. ad audientiam, creatur noua dignitas, de cōsuet. cum olim. construitur noua præbenda de prębend. dilecto, & c. vacāte. Sed quid dices de bñficio olim creato sed tpe datæ suppresso, nunc autē renouato? ꝓ & contra, quæ no. s. eo. quamuis. lib. 6. Vr qđ bene extendat ad illud arg. eius, quod no. de cōst. cū accessissent. in fi. & facit quod scrip. post Hostiēsem de censi. significauit super fi. penul. glossæ, & hoc præcipue, qa hoc ius nouū est, vt inf. dicetur, & de creato tm̄ loquitur, non

negat ipsum ante creatū: siue agat, siue ꝯ īpetrātē se defendat. Idē Pau. & Gene. plenius. Idē Stepha. p̄sēs .n. status beneficij, ꝙ dep̄hēdit, extare, & a nemine possessū releuat eū ab onere probādi, & incūbit aduersario. C. si ser. exte. men. l. mo- neor. Pet.

non de renouato. Sed quid si dubitatur an data præcedat creationē beneficij, vel ꝯ: puta quia eadem die factum est vtrumque, nec apparet, quod prius sit. s. eod. tit. ca. pen. lib. 6. Contra impetrantem facit, quia ipse petit beneficium: probet ergo illud sibi debitum. ad quod videt necessarium, ꝙ illud prius fuerit creatū. si ergo hoc non probat, nō fiat executio. facit de sent. excom. venerabilibus. ad fi. & quod ibi no. ī gl. pen. l. 6. & in dubijs iudicamus pro reo. đ proba. in præsentia. & c. ex litteris. de testi. cum tu. secūdum vnā lecturam, succūbet ergo ī dubio iste petens. Pro impetrāte facit: quia in tali dubio fauetur ei, qui potiorem habet gratiam vel habet eam a maiore, vt in prædicta decret. pen. & de præb. si a sede. lib. 6. Item in dubio interpretamur, vt res valeat. de ver. sig. abbate. Itē si ponim⁹ impetrantē esse reū, planū est, ꝙ succumbit actor. idem vr̄ si ponimus eum actorem. Nam aduersarius excipit, & quo ad onus probandi reus in excipiendo fit actor. ff. de excep. l. 1 si ergo exceptionem non probat. s. quod post datam creatum fuerit, succumbet. Nec dicas quod hæc sit negatiua, quia etiam si per verba negatiua proponeretur, vt nego tunc extitisse, vel dico quod tunc non extabat, hēt resolutam affirmatiuam, & quæ probari potest. de renun. super hoc. Item multum facit pro ipso, quia hæc decre. ponens ius nouum, parat exceptionem contra impetrantem. Obtinebit ergo vt olim impetrans, nisi de illa fiat fides: & hoc verum puto. Non obstant prius allegata, quia hic de iure actoris constat de facta fide, de gratia, & de vacatione.

[Gloss. seq. obijcit, & obiectionem fortificat per sex absurditates: soluit inducens rationem extrinsecam, & vnum simile, demum rationem impugnat in fi. reassumit quintam absurditatem, dicens in canonicis expectantibus capitulum locum non habere.]

a ¶ Statuimus.] non dicit, declaramus. ponit ergo ius nouum, quod vr̄ iniquum, quia certum est beneficium nouiter creatum nondum ordinatum vacare: quare ergo non debetur expectanti vacaturum alteri non debitum: maxime cum fauorabilior sit expectatio vacationis per creationem, quam per mortem, facit de conces. præb. accedens. Nec vr̄ ponderandum tempus datæ: quia si tunc extaret beneficium, quod debito modo, & non in fraudem expectantis suppressum esset, vel extinctum, non deberetur expectanti. de cōstitutionib. cum accessissent. Item sequeretur ex hoc, quod si impetraui litteras ad beneficium cū cura, illud, quod tpe datæ simplex erat, sed nunc curatum, non deberetur, & idem eꝫ in simplici. Itē quod si impetrarem ad collationē alicuius, & beneficium tpe datæ non spectabat ad ipsius collationem, licet tpe vacationis spectet, quod non deberetur: & hæc falsa, cum inspiciamus in his tp̄s vacationis, & collationis, vt probatur. j. de præb. si de beneficio, & eo. ti. ei cui lib. 6. Plus, quia per hoc vr̄, qđ canonico expectanti p̄bendā non deberetur p̄benda ex super excrescentib. cum illud sit p̄bendā de nouo creare. de constōnib. cum M. de præb. dilecto. Item ꝙ non deberetur præbenda, vel portio in ecclesijs non hn̄tibus numerum: eadem ratione contra id, quod not. de conces. præb. c. fi. l. 6. Quare dico, ꝙ hoc nouū inducit hæc constitutio, ꝙ sicut rescripta ad lites non extenduntur ad lites post exortas, vt s. eo. c. fina. sic nec rescripta beneficialia ad beneficia post creata, cum illa ēt sint odiosa. de præben. quamuis. li. 6. & sic duo requiruntur coniunctim, ꝙ beneficium in rerum natura fuerit tempore datæ, & ꝙ vacet tempore collationis, ad qđ facit. ff.

Clemens.

statuimus [a] non extendi.

TITVLVS III.

De electione & electi potestate.

¶ Clemens V. in Concilio Vien.

¶ Religiosus eligi nō potest ad prælaturam non episcopalem alterius religionis, vel habitus: si contra fiat, est irritum hoc dicit. Ioan. Andr.



CAP. I.

Cum † rationi [b] non cōgruat,

de ꝫhen. emp. l. Rutilia Polla. & l. in lege, & concordantias ad idem collige pet. not. s. eo. c. fi. in 4. glo. Et fuit forte motiuum, quia forsan creatores beneficiorum retraherentur ab illis creandis, quando viderent illa statim impetrantibus deberi. Sicut ergo voluit æquitas beneficium permutatione vacans expectanti non deberi. de re permu. c. vnic. li. 6. quia forsā alias vacaturum non fuisset, ita noluit deberi beneficium nouiter creatum, licet vacet: quod alias forte creatum nō fuisset. Et tamen dico, ꝙ hæc decret. generalr̄ loquēs locum hēt non solū in prima ordinatione beneficij, sed etiam in vlteriori, vt si Calen. Ianuarij data fuit gratia. Calend. Februarij creatur beneficiū, quod confertur Titio, per cuius mortem nunc vacat, & tamen tunc deficit illa ratio. Sed si ponis quem expectantem ex canonia, non ex reseruatione vacaturi tantum, cum canonico non debeatur simpliciter vacaturū, sed cum se facultas obtulerit, non puto decretalē hanc locum habere; sed debebitur illi præbenda per augmentum creata, de præb. relatum. de conces. præb. cum super, & in prædicta decretali. cum M. de consti.

† De materia huius c. vide notata p Anton. de But. in c. abbate. extra de ver. sign. adde textū cū ibi no. ī c. sicut tuis in prin. ext. de sim.

Cum rationi.] Ista constitutio prohibet religiosis vnius professionis, ne eligantur prælati in professione alterius religionis. Et figura sic casum: Cum in ciuitate aliqua, puta ciuitate Parisiensi, sint religiosi diuersæ professionis, scilicet monachi nigri, & monachi albi, qui nuncupantur vulgariter monachi S. Ambrosij. Accidit quod abbas monachorum nigrorum senio fractus sublatus est de medio: conuentus tendens ad electionem noui abbatis, camerarium Sancti Ambrosij (qui erat alterius professionis, quia monachus albus.) elegit in suum abbatem, & prælatum: quæritur an bene fecerit? Respondet Papa in hac Clementina, & dicit: Prohibemus ne religiosus aliquis eligatur in abbatem alterius religionis, vel habitus, quam suæ. Et reddit rationem: cum rationi non congruat, vt homines disparis professionis, vel habitus socīētur simul, i. eisdem monasterijs, quod si secus, i. aliter fuerit factum q̄ ista Clementina intelligat, eo ipso irritum sit & inane. Et sumus in versiculo, (Per hoc aūt.) Pater sanctime, audiui qualiter prohibuistis ne religiosi vnius professionis eligantur in abbatem alterius: Sed quæro a vobis, quid si aliquod capitulum sæculare vellet eligere vnum monachum nigrum, vel albū in suum episcopū, quæritur an possit eligi in ep̄m cuiuslibet ecclesiæ regularis, vel sæcularis; Et vr̄ ꝙ non, cum idem monachus non sit eiusdem professionis cum capitulo. Ad hoc respōdet Papa ī hæc verba. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin religiosus licite possit eligi, in episcopum cuiuslibet ecclesiæ, hoc dicit. Not. quod est idem in mulierib. religiosis, cum dicat Homines, quod nomen comprehendit vtrumq; sexum, cum declinetur hic, & hæc homo, communis generis. No. rationem de omnibus esse reddendam, de quo hic tractat Zenzelinus, sed plene dixi de rescri. si qn̄. Not. quod sufficit inducere rōnē etiā non inducto aliquo textu, vel glo. vel alia auctoritate alicuius doctoris, quod no. hic Zenzel. & probat principium. in hic verbo, rationis, pro hoc de præb. ratio. nā etiam lex non est aliud, quam id, quod ratione consistit. 1. dist. consuetudo Zab.

1 Idē Fau. super verbo, extēdi, vbi supple ēt in secūda vel vlteriori collatione. idē & pleni⁹ Gem. nā ēm eū cū x. dicat generalr̄ non extendi, & c. dēt intelligi ī quacūq; vacatione, quo ad hoc ergo ut impetrari nō debeat, cē seri dēt p pe- tuo nouiter creatū quod post datā creatu. fuit alleg. quod not. de priui ca. ult. Pet.

(Prima glo. summat, & diuidit, & dicit quid corrigit, & soluit quæstionem.)

b ¶ Cum rationi.) Religiosus eligi non pōt ad prælaturā non episcopalem alterius religionis, vel habitus:

Si contra fiat, est irritum. Et primo prohibitionis cām ponit secundo prohibet: tertio decernit: quarto protestatur. partes patent. Prima pars corrigit cōem opinionē iure fulcitā & consuetudine 1 approbatam, quæ habebat, ꝙ professus vnius religionis in p̄latum alterius posset assumi. Et licet qdā distinguerēt religionē maiorem a minori, ergo putabā ꝙ satis esset eligēdū esse professum tria substantialia regulę, vt maiori, vel minori religioni pręfici posset: quod etiā placebat Arch. 16. q. 1. qui vere eodem tit. nullis. lib. 6. per quam decretalem aperte hoc probatur ibi dum dicit, vel alterius. Probabam etiam hac ratione: quia si præfici potest religiosus ecclesiæ sæculari propter curam, vt probatur 16. q. 1. doctor. & ca. seq. de sta. mon. ꝙ Dei. Fortius ergo regulari, licet minoris religionis, vt dicere soleo in decret. cum ad monasterium, eo. tit. hic autem expediuntur ibi no. & 16. q. 7. in nona.

Vide ad hāc glo. q̄ notat hic Ioan. de Imo.

vt homines a disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem monasterijs b socientur: c Prohibemus, ne religiosus aliquis in abbatem, vel prælatum d alterius religionis e vel habitus f de cetero g eligatur. h Quod si secus actum extiterit, sit eo ipso irritum, & inane. i † Per hoc autem, quin religiosus k in episcopum sæcularis, l vel

[Gloss. seq. soluit dubium respondens huic decretali. Secundo quærit, arguit pro: contrarium soluit, & ad simile remittit.]

a ¶ Homines.] hic & hæc homo comprehendit etiam feminam, vnde etiam in monasterio monialium quo ad suas prælaturas habet hoc locum, nec impedit verbum, religiosus, quod sequitur, quia femininum sub illo masculino comprehenditur. de hoc eo. tit. generali, lib. 6. in glo. 2. Sed dubitari posset an locum haberet in monasterio monialium, 2 quæ per mares reguntur. 18. q. 2. qui religiosis & in c. decima. vr̄, ꝙ non, quia inter illos non est societas, de qua sequitur, nec esse debet, vt in c. in decima. Satis puto idem per verba generalia, quæ sequuntur, & similis quæstio not. eod. tit. indemnitatibus. §. sane. in fi. magnæ glo.

2 V. de Concil. Trid. sess. 25. tit. de Regularibus & Monialibus. cap. 7.

(Glo. seq. quærit, & soluit.)

b ¶ Monasterijs.) ecclesias ergo sæculares non comprehendit, vt inf. dr̄. Quid de ecclesia sancti Ambrosij Mediolan. vbi est duplex collegium, s. monachorum, & regularium canonicorum? Dic, quod cum quodlibet collegium sit ibi diuisum, quia monachi per abbatem reguntur, & canonici per præpositum, locus erit huic constitutioni in illis prælatis assumendis. Io. And.

[Gloss. seq. alleg. duas concor. ponit prouisionem, & responsionem antiquam.]

c ¶ Socientur.] habebatur hoc 16. q. 7. in nona. & facit eod. tit. cum causam. sed secundum statum antiquum prouidebamus ad hoc; quia se conformabat prælatus habitui illorum, quib. præfectus erat su. de vi. & hon. cler. Deus qui. vbi de hoc. Ad cap. in nona. respondebamus illud in vera disparitate, qualis est sæcularis clerici, vel laici ad professos, & circa hoc vide quod scripsi de testa. Ioannes. in 3. oppositione. & quod not. eo. tit. officij. in glo. pen.

[Glo. seq. ponit nomina, soluit dubium, & remittit.]

d ¶ Prælatum.] puta Priorem, Magistrum, Ministrum Custodem, Præpositum, Archipresbyterum, vel quodcunque sit nomen. Et no. ꝙ licet ratio superior sit generalis etiam quo ad socios, tamen non prohibet eligi in socium, & fratrem, quod intellige cum distinctione, an sit minoris religionis, paris, vel maioris, vt not. de præben. cum singula. §. pen. lib. 6.

e ¶ Religionis.) sup. dixit, professionis, ex quo ergo diuersa est religio puta Cistercien. & Cartusien. licet forsan idem profiteatur, vtraque cadit sub prohibitione.

[Glo. seq. tractat de regularibus canonicis, licet diuersi coloris.]

f ¶ Vel habitus.) Non dicit coloris, per quod videtur, ꝙ omnes regulares canonici. qui profitentur regulam Augustini, licet varient in colore, quia aliqui hñt colorem nigrum, alij album, alij griseum, alij mistum, inuicem eligi possunt, quòd videtur maxime, quia dicitur ipsorum habitum esse lineam togam, quam sub cappa deportant. facit etiam infr. de statu mo. ne in agro. post prin. facit etiam quod no. 16. q. 7. in nona. Item in quibusdam religionibus est videre, ꝙ ē ēt duplex color, vnde videmus ꝙ Cistercienses, & griseo & albo colore, prout placet, vtuntur. vbi vero color esset d̄ habitu, & ipsius substantia, diuersitas coloris īduceret diuersitatē habituum. & facit inf. de reg. eos qui. Io. And.

g ¶ De cetero.) electiones ergo prius factas non vitiat, etiam si super illis constitutionis tempore lis penderet, facit quod no. & dixi de postu c. vnico lib. 6.

(Glo. seq. primo soluit duo dubia, secundo quærit, arguit pro, & soluit.)

h ¶ Eligant) Non prohibet postulari ex causa: sed puto ꝙ a Papa, & simi. no. de elect. cap. indemnitatibus. post princ. lib. 6. Sed nunquid per viam prouisionis talis p̄fici poterit? Quod videtur, cum ista sunt diuersa, de prębend. cum in illis. lib. 6. & hæc cōstitutio ius vetus corrigit: in casu ergo non expresso statur iuri antiquo, C. de app. pręcipimus. in fi. de testa. sancimus & licet hoc posset defendi, contrarium tamen esse videtur; de mente constituentis per rationem hic expressam, quæ communis est, & hoc saltem in eo, qui prouidet ex iure ad ipsum deuoluto, propter delictum, vel negligentiam electoris, facit inf. de sup. neg. pręla. cap. 1. & quod ibi dicam.

i ¶ Inane.) confirmatio ergo secuta nihil operatur, cō cor. quod no. sup. eo. quam sit lib. 6. in fi vlt. glo.

K ¶ Religiosus.) etiam nouitius. su. eo. ti. nullius. lib. 6. & vide quod ibi no. in vlt. gl. etiam si sit mendicans: saluo quod habes eod. ti. quorundam. lib. 6. inf. de regula. vt professores.

(Glo. seq. ponit opinionem, quam reprobat, de sæcularibus collegiatis, arguit. pro & contra, & declarationem exposuit.)

l ¶ Sæcularis.) dicunt quidam, ꝙ ex quo religiosus permittitur eligi in ep̄m ecclesiæ sæcularis, 4 in prælatum alterius sæcularis ecclesiæ non poterit eligi, sed hoc non credo per prædictum verbum, s. in eisdem monasterijs, & cum id non sit expresse mutatum, in suo statu persistant antiqua iura, quæ id permittunt, 51. dist. priscis. 58. di. c. 1. 16. q. 1. doctos. cū multis. c. seq. de stat. mon. ꝙ Dei Incidenter ergo dictum est hic de sæculari, cum principaliter de regulari intenderet protestari, vt sequitur, & satis placet hoc in sæcularibus ecclesijs non collegiatis. Sed de collegiatis maius est dubium, sed quod & in illis possit, facit quod not. Ber. su. de sta. mon. c. 2. in 3. glo. & c. ꝙ Dei timorē. & no. Ioan. 68. di. ca. 2. 74. distin. c. quorundam. 16. q. 7. in nona. In contrarium facit quod no. Hostien. in prædicta decret. ꝙ Dei. vbi tenet monachum non posse habere præposituram vel decanatum ecclesiæ sæcularis, nisi ex dispensatione hoc fiat ob necessitatē curæ animarum. Item hic sola disparitas habitus impedit, fortius impedire dēt disparitas habitus, & professionis, vt in casu isto, s. cum religiosus præficitur collegio sæcularium clericorum, & hoc maxime in simul viuentibus, in quibus plus arctat principium decreta, & qui quandoque funguntur priuilegijs religiosorum de vi. & hone. cleri. quoniā. & no. 16. q. 1. decimas. Egeret hoc declaratione, sed vt prædixi. verbum, in eisdem monasterijs, multum facit, quod possit hodie sicut olim, nisi dicas, quòd verbum monasterijs, ponatur pro ecclesijs. sic 16. q. 7. nemini. Potest ēt dici, ꝙ clerici sæculares non habent certum habitum.

† Barbatia pulcherrime examinat virtutē decret. & tenet ꝯtra Cardi. illud afficere ignorātes ēt ante publicationē cōstōnis. solus princeps tñ ignorātes ligare p̄t Cō post i c. capitulū sanctæ Crucis. de rescrip. & dixit Io. de Imo. l. ex facto. ff. de vul. & pupi. ꝙ principe cōfirmāte statuta inferiorū p appositionē decreti nō p̄nt inferiores illa declarare Fō.

3 Idē Pau. qa rō huius c. adaptatur ad oēm modum quo ecclesijs p vi: & rō legis extendit verba ad causā? vbi eadē rō repetit. facit ꝙ dixi s. eo. tit. si post q̄ li. 1. Pet. ad. de Barb. tractātē de extēsione pœnali. Fon.

4 Quomodo tūc viuet, vide gl. c. d monachis 16. q. 1. & plenissime B. Th. & Caietanū. 2. 2. q. 185. art. 8.

habitum, cum non sit expressum in iure de colore vel forma, per quæ vel quorum alterum oportet habitũ discerni, vt pdixi, & licet fatear certas formas, & colores esse prohibitos inf. de vi. & hon. cle. q̃m̃ s. eo. ti. clerici, non ex hoc sequitur certum habitũ esse præfixũ: large tñ dicimus habitũ clericalẽ conuenientem & nõ phibitũ clericis, sicut & laicalem cõueniẽtem laicis, de sentẽ. excom. si iudex. li. 6. a ¶ Cuiuslibet.] qua si dicat, etiam si sit alterius religionis, vel habitus. Ioannes And.

cuiuslibet a regularis ecclesiæ licite possit eligi, non intendimus prohibere.

¶ Idem.

¶ Cœtus Cardinaliũ sede vacante iurisdictionẽ Papalem non exercet, nisi in quantum permittit, concilium Lugdunen. nec illud, vel eius partem alterare potest. Io. And.

N CAP. II.
ERO-

Diuisio.

NE Romani.] Diuiditur in sex partes: Quia primo ponit de potestate Cardinalium sede vacante, secundo de officio Camerarij vel penitentiarij: ibi, [Eo tñ.] Tertio determinat quid cõprehendatur appellatione diœcesis, & qd si Papa moritur extra curiã: ibi, [Sane] Quarto determinat quid si contingat oẽs Cardinales exire cõclaue: ibi, Porro Quinto d' exceptione cẽsure nõ opponẽdæ 9 Cardinales eligẽtes Romanum Pontificem: ibi, [Ceterum] Sexto arctat venire debẽtes existentes extra curiam, vt veniant. licet intellexerint sedem vacare: ibi, [verum Ioã. de Imola.

Additio domini Heliæ præmittens casum.

¶ Istud c. determinat seu supplet cõcilium Lugdunẽ. in c vbi periculũ, lib. 6. eo. tit. In illo c. ista dicuntur: Si Papa moriatur, Cardinales præsentes dẽnt expectare absentes per decem dies, vt ipsi congregati in vnũ tractẽt de electione noui Romani Pontificis, qui quidẽ Cardinales intrabũt quoddam conclaue, i. quendã locũ secretum, q conclaue erit planum, & nulla erũt in illo conclaui intermedia, seu nullæ erũt partes in medio, & isti Cardinales semel inclusi in conclaui, nõ poterũt exire, & nullus cũ eis poterit loqui. Et p vnã fenestram bene arctam & strictam ministrabiẽ Cardinalibus potus, & cibus. Et si intra tres dies nõ eligant Papã, ipsi nõ habebunt per quinque dies nisi vnũ ferculum. i. non comedẽt nisi de vno epulo: Et si in illis quinq; diebus adhuc non eligant, ipsi non habebunt nisi panem, vinum, & aquam, & non recipient suas distributiones de camera; imo si aliquas recipient ibi tenebũtur illas restituere. Et debent esse ita intenti ad electionem dicti domini Papæ, q nõ debent se interponere de aliquo alio negotio quousq; electionẽ suã fecerint. Itẽ si quis Cardinalium non intrauerit conclaue, vel si intrauerit tñ exijt, alij existẽtes nihilominus procedant in dicta electione, & illũ exeuntẽ non admittẽt. i. illũ amplius nõ recipiẽt, nisi exierit pp infirmitatem, quia post infirmitatẽ recipietur, si intret pẽdente negotio electionis. Item expectati per decẽ dies, si ipsi veniant, ipsi admittẽtur. Item illud ca. vbi periculum. dicit quod aliquotiens Papa moritur alibi quam Romę, quid erit si moriatur alibi? ibi dicit, q si Papa obierit extra ciuitatem Romanam, qđ Cardinales debẽt illum eligere in ciuitate illius territorij, in quo obijt. Et dicit, quod rectores illius ciuitatis ita cito quam sciẽt mortem Papæ, qđ ipsi debent compellere Cardinales, vt ipsi eligãt Papam; & si ipsi non faciãt dicit Papa ipsi rectores erunt infames, & priuabũtur officijs suis. Et dicit concilium, quod feudis, si feuda habeãt. Item dicit, q Cardinales debẽt eligere Papã libere, & sine conuentione vel pactione aliqua. Et si aliquod iuram̃ ipsi Cardinales alicui pstitissent de aliquo eligẽdo, dicit Papa, q tale iuramentum nõ valet. Item dicit, quod tota ecclesia debet orare, super prouisione electionis noui Põtificis. ¶ His suppositis accedo ad Clemẽtinam, quæ aliquotiens aliquid supplet ad dictum capitulum: aliquotiẽs cõfirmat & determinat ea, quę decidũtur in dicto c. vbi periculum. iã determinato. ¶ Figura sic casum: Patet sãcte. Deus vos cõseruet à mala peste, qa vidi si aliquo casu essetis sublatus de medio, idest, si essetis mortuꝰ, quõ vos docetis me, qualiter deberem eligere, si ius haberem eligendi Romanum Pontificem. ¶ Sed quæro à vobis, an nullæ sint aliæ solemnitates ad eligendum Romanum Pontificem præter istas positas in dicto capitulo, vbi periculum, & si ego obseruarem dictum capitulum, vt iacet ad pedẽ litteræ, an mea electio esset valida? Et respondet Papa, q sic: dummodo adiungam ea, quæ sunt in isto capitulo, seu ista Clementina, in cuius principio dr̃, q olim erãt diuersæ opiniones, an ca. vbi periculũ, posset modificari, vel immutari, vel aliqd ei detrahi, vel addi p cœtum Cardinaliũ. Summus Pontifex cõsiderans, q lex superioris nõ debet tolli per legem inferioris, reprobat opinionem satagentem. i. dicentem & procurantẽ, qđ cõstitutio edita in cõcilio Lugdun. in c. vbi periculũ. [Ecclesia vacãte põt corrigi, immutari, aut quicqnã idest aliqd põt ab ea detrahi. Et dicit, q non vult, qđ Cardinales sede vacante aliam iurisdõnem habeant, præter iurisdictionẽ eis concessam in dicto concilio vbi periculũ ¶ Hoc tñ plus hẽnt, quia si cõtingat, qđ Camerarius moriatur pendente tẽpore, quo Papa est mortuus, vel maior, vel aliqui ex pænitẽtiarijs, Papa Clemens vult, quod cętus & cõgregatio Cardinaliũ tales psonas eligãt: quia Papa non intendit qđ p obitum suum talia officia vacent. Et maxime. i. præcipue vult, vt pænitentiarij eligãtur, cũ sint ipsi populo perquam necessarij, quia ipse Clemens vult, si pænitẽtiarij moriant̃ nõ obstãte quod sint impediti in electione Romani Põtificis, tñ vult quod eligant̃ noui, & qđ in locũ pænitentiariorum mortuorũ Cardinales subrogent nouos. ¶ Item qa cõcilium dicit in c. vbi periculũ, qđ si cõtingat Papã mori extra ciuitatem Romanam quod Papa est eligẽdus in ciuitate illius territorij in quo mortuus est: Sed supplico, declaretis mihi, qd vos intelligatis per territorium, & dicatis qd cõtinet? Rñdet Papa, qđ nomine territorij tota diœcesis intelligitur, & intelligatis, quod si audiẽtia causarũ, & litterarũ Apostolicarũ sit in vno loco, & qđ cõtingat Papã mori in alio loco. quod Papa nõ est eligẽdus in loco, in quo moritur, sed in quo remãsit curia sua. Et nisi forsan Papa antequã moreretur determinasset audientiã causarum alibi profecturã, quo casu constõ cõcilij Lugdunen obseruaret. ¶ Sed pone, Accidit, quod Cardinales existẽtes in cõclaui nõ fecerunt electionẽ, imo oẽs simul exierunt conclaue, vel successiue exierũt, quæritur quid iuris, an pp hoc electio nõ sit facienda? Rñdet Papa, quod rectores ciuitatis, ad quos executio prædictæ constitutionis, vbi periculum: pertinet, constringent ipsos Cardinales ad iterũ intrãdum conclaue: aliàs si non faciant incurrũt pœnas cõtentas in dicta cõstitutione, vbi periculum. Sed q̃reret aliquis, qñ Cardinales reintrabunt cõclaue deputatum, incipiẽt ne ipsi de nouo pcedere in electione, ac si nunq̃ intrassent? Rñdet Papa, quod nõ, sed incipient in statu, in quo erãnt, qñ exierunt conclaue. ¶ Itẽ q̃ro, pone quod sũt multi Cardinales excõicati, erunt ne ipsi repellẽdi ab electione, cum sint incapaces? Rñdet Papa, quod tales nõ poterũt repelli aliqua exceptione, vt vitentur seu euitent̃ dissensiones vel diuisiones seu schismata, qa si possent repelli exceptione excõicationis, ipsi Cardinales fortasse negarent se excõicatos, & esset lõgũ expectare pbationes aliorũ, & nimis prolõgaretur vel differretur electio, qđ esse non debet. ¶ Sed quæro, durante tempore electionis sunt aliqui in prouincijs, qui fuerũt electi in aliquibus

Casus. § Et tamen.

Casus. §. Sane.

Casus. §. Porro.

Casus. §. Ceterum.

Casus. § Verum.

Casus litteralis domini Heliæ.

ẽns dignitatibus quid faciẽt ipsi, quomodo ipsis prouidebitur de cõfirmatione suæ electionis, an teneãtur venire ad ciuitatem Romanam, ac si Papa non esset mortuus? Respõdet, quod tenentur venire vel mittere, ac si curia Romana non vacaret, hoc dicit totum istud cap. cuius ordo facilis est. Not. quod opiniones doctorũ variæ præbent obstaculum, & dilationem expeditioni alicuius negotij. Nam in tali varietate alteram sequi, non est temerarium, vt notatur in d. cap. ne innitaris. sup. de const. Et secundum Pau. sine reprehẽsione potest vnus adhærere vni, & alter alteri, quia opinionibus est deferendum. sup. de rest. spo. Et per hoc dicendum est, quod si iudex in iudicando sequitur vnam opinionem de pluribus, non facit litem suam: quod dic vt not. Bar. in l. cũ prolatis. ff. de re iudi. Vide hic plenius per Petr. de Anchar. Not. quod opinio non consonans veritati est reijcienda. Zabarella.

mani [a] electioni Pontificis indeterminata [b] opinionũ diuersitas aliquod possit obstaculum vel dilationem [c] afferre: Nos inter cetera [d] præcipue attẽdentes, quod lex superioris per inferiorem [e] tolli [f] non potest; [g] opinionem astruere (sicut accepimus satagentem, quod constitutio felicis recordationis Gregorij Papæ decimi prædecessoris nostri, circa electionem præfatam, edita in consilio Lugdunensi, [h] per cœtum [i] Cardinalium [k] Romanæ Ecclesiæ (ipsa vacante) modificari [l] possit, † corrigi vel immutari, aut quicquam ei detrahi, siue addi, vel dispensari [m] quomodolibet circa ipsam seu aliquam eius partẽ, [n] aut eidem etiam renunciari per eum, tanquam veritati non consonam, [o] de fratrum nostrorum cõsilio reprobamus: [p] † irritũ nihilominus, & inane

]Prima gl. ponens casum simul summat, & diuidit, & dicit q d supplendo determinat. & quid prima pars approbet vel reprobet.]

a ¶ Ne Romani. Casus. Cœtus Cardinaliũ sede vacante iurisdõnem Papalem non exercet, nisi in quantũ permittit concilium Lugdunẽ. nec illud vel eius partem alterare potest. Secundo dicit, quod officium Camerarij, vel Penitẽtiariorum Papæ durat eo mortuo, qui si deficiũt poterit cœtus pro tpe vacationis alios subrogare. Tertio determinãs diœcesim intelligi id, quod in cõcilio dicit de territorio & districtu, statuit moriẽte Papa extra curiam, ipsius electionẽ fieri debere in loco, vbi erat causarum & litterarum audiẽtia, licet suspẽsa, nisi prius ordinatum esset de curia transferenda. Quarto prouidet casui, quo contigeret Cardinales omnes exire conclaue. Quinto statuit per exceptionem excõmunicationis, suspensionis, vel interdicti ab electione non repelli. Vltimo electos & alios, q mittere vel ire tenẽtur ad curiam, adstringit ad id sede vacãte. Et principaliter determinat & supplet, decr. vbi periculum. su. eo. Quas aũt opinionis approbet vel reprobet dicã per partes. Et prima pars determinat ꝙ no. 79. d. null⁹ 2. & corrigit, qđ no. Hos. de pœnit. & remis. cum ex eo. cuius opinionẽ & rationes, scripsi, de schisma. c. vnico. lib. 6. & approbat, ꝙ ibi. not. & quod tenet Archi. in decre. prędicta, vbi periculum. §. ceterũ, in fi. quod specialius cõtingit hunc casum. Gar. etiam sequebatur Host. eod. titu. cupientes. §. quod si, vt etiam dicam int. §. 1.

1 Placuit doctor b. & nota, ꝙ inferior nõ sẽp [gratia exẽpli] eps recipit ptãtẽ à superiore, s. archiepo. c. pastoralis, in princ. de off. ord.

b ¶ Indeterminata.]habes igitur exemplum opportunæ determinationis, de quo loquitur prooemium harum constitutionum.

c ¶ Dilationem.]summe periculosam, vt in ea cõsti. in princ. Io. And.

d ¶ Cetera,]quæ patere possunt ex gl. prædicta. sup.

e ¶ Inferiorem.]21. dis. inferior. su. de maio. & obe. cũ inferior. C. de leg. l. fi. & hoc maxime cũ ille inferior ab illo superiore recipit ptãtem, 1 vt in casu nostro cœtus cardinalium à Papa, per quod idem vr̃ de concil. sup. eo. tit. significasti 9. q. 3. cuncta.

2 Sequũtur doct. facit c. vt animarũ periculis de const. li. 6. gl. 1. clem. vt hi qui. de ætate, & quali. Barba. Font.

f ¶ Toli.]iuuari posset per pœnæ adiectionem 2 de. hoc dixi de offic. archipresbyt. c. fin.

3 Faciũt notata p Inno. in ca. penult. & vlt. extra de sepul.

f ¶ Religiosos.] qui laborant ad hoc etiã interdũ importune & per corruptelas, vt dicere possit cũ psalmista: Laqueus cõtritus est, &c. psal. 123. Nisi quia dominus erat. Vidi iam religiosum consecratum ad titulum, qui nõ erat in rerum natura, nec fuerat: quod patere posset per prouincialem [id est, per librũ in quo scriptæ sunt prouinciæ.]

g ¶ Superiorem.] ad quos spectat quouis iure prouisio: Et maxime quatuor principales patriarchæ, & quidam archiepiscopi, qui sub eis sunt, consueuerant hoc facere.

h ¶ Decret.] 8. q. 1. qui episcopatum.

i ¶ Vagationis.) consueuerunt tales discurrere, 4 & vicarias episcoporum quærere, maxime habentium diœceses latas interdum principibus adhærere familiariter qui causa honoris quærunt habere capellanos episcopos.

4 vide Cõcil. Trid. sess. 24. de refor. c. 1.

K ¶ Opprobrio) §. nedum in episcopo, sed in quolibet clerico. 93. dist. diaconi. vlt.

l ¶ Serenitatem) de qua infra de pœnis. si quis suadente. circa fin. Ioan. Andr.

m ¶ Obnubilant.) saltem quo ad vulgus. de hoc 93. dist. legimus facit supra de priuileg. c. 1.

n ¶ Quantacunq;) propter patriarchas hoc dicitur, vt prædixi.

p ¶ Speciali.) si ergo haberet generalem auctoritatem prouidendi episcopatibus spectãtibus ad prouisionem Papalem, non sufficit per hanc litteram.

p ¶ De pastore.) vtitur hic vocabulo generali, vt archiepiscopos, episcopos, & etiam patriarchas comprehendat alibi latius supra eod. ne pro defectu. de regul. iur. quamuis,

q ¶ Cathedrali.) in alijs locum non habet, vt in fi.

r ¶ Qualitercunque.) non distinguit: ergo siue plene subsit, siue quo ad prouisionem tantum.

s ¶ Christianis.) circa quatuor patriarchales 5 sedes principales quamdiu sunt in potestate infidelium vel schismaticorum, prouidit Bonifacius in sua extrauaganti. sancta Romana.

5 De his quatuor sedibus. Patriarchalibus: vide cõci. Lat. sub Inn. 3. ca. 5. refert in c. antiquæ extra de priuilegijs.

t ¶ Prælato.) qui contra faciens puniendus esset pœna arbitraria, ex quo circa ipsum certa hic non statuitur. de offi. deleg. de causis.

u ¶ Licentiatus etiam.) ergo & habita licentia consentire non potest, concordat supra eo. quorundam §. 1. in fine lib. 6.

x ¶ Et in episcopum.) Not. quod ex solo consensu non est locus pœnis inferioribus, sed tunc demum cum sequitur consecratio. hoc probat hæc copula.

aut permiſerit [a] conſecrari, in epiſcopali nullatenus recipiatur honore.[b] Sed in tantæ ambitionis pœnam ſub religionis, aut monaſterij[c] ſui prælato[d] ſemper ſic degat humilis, iaceatq; proſtratus,[e] quod nullus eidem in religione ſua, vel extra ad gradum honoris, vel adminiſtrationis cuiuslibet [f] ſit aſcenſus.

Nos enim quicquid contra præmiſſa, vel aliquod [g] premiſſorum contigerit attentari, irritum eſſe decernimus, & inane; contraria quacunque conſuetudine non obſtante. [h] ¶ Sane circa prefatas [i] eccleſias premiſſa ſic ſpecialiter prouidéda decernimus: quòd circa prouiſionem quarumlibet aliarum, [k] facultatū ſuperiorum, nec coarctare intendimus, nec vltra iuris communis limites ampliare.[l]

¶ Idem.

¶ Capitulum, quorundam quo ad diſcordiam, & minoritatem numeri, intelligitur quo ad voces facti, non ſecundum iuris fictionem. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. VI.

QVod circa [m] religioſorum electiones [n] ſuper diſcordia,[o] & minoritate [p] numeri Bonifaciana cōſtitutione [q] cauetur, de diſcordia, & numeri minori-

a ¶ Permiſerit.) in abſolute coacto ceſſaret pœna. ſup. quod met. cau. ſacris. nec imprimeretur character. ſupr. de bap. maiores.

b ¶ Honore.) quia nec admittetur quo ad executionē pontificalis officij, nec permittetur pontificalibus inſignijs vti: & ſic minus poterit quam alter eps nullius eccleſię. de ord. ab epi. c. 1.

c ¶ Monaſterij.) includit etiā canoniā regula. em. de ætate. & qual. intelleximꝰ de priuil. cum olim. 2. in prin. & p hanc 1. litteram patet hāc pœnā ſolum in religioſis locum habere.

1 Vide Felin. ī ca. nōnulli. uerſi. amplia iſta; extra de reſcr.

d ¶ Prælato.) ergo p talem promotionem non fuit ſoluta obedientia, ſecus ſi prouiſio tenuiſſet. 18. q. 1. c. vnico. 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

e ¶ Proſtratus.) con cor. de decimis. quāuis ſ. t. n. ſi.

f ¶ Cuiuslibet.) con cor. infr. de regul. vt pfeſſores, & p hoc excludit etiā tales.

g ¶ Vel aliquod) igitur puiſio de tali eccleſia facta nō valet: nec licentia conſentiēdi religioſo data, vel ipſius cōſenſus; vel conſecratio ſubſecuta quo ad ipſius executionem, non dico quo ad characterem facit, quod not. de conſecratio. diſt. 5. manus in vlt. gl. & facit quod dixi ſup. de conſuetu. quanto ſuper 1. glo. Item nec valet promotio facta de tali contra proximum dictum.

h ¶ Non obſtante.) multa ſimilia vide de conſtit. cap. 1. lib. 6. in gl. pen. & concor. inf. eo. ſtatutum.

i ¶ Præfatas.) cathedrales clero carentes, & populo Chriſtiano.

k ¶ Aliarum) non cathedralium, vel etiam cathedralium habentium clerum, & populum Chriſtianum.

l ¶ Ampliare.) ſimile de innouatione dicitur, ꝙ ius vetus conſeruat, nouum autem non creat. de priuileg. ex parte. 1. in fi. & c. quia intentionis, & optime conuenit huic fini extrau. Cle. quæ incip. meruit Io. And.

QVod circa.) Iſtud c. determinat, ſeu declarat conſtitutionem quorundam. lib. 6. In illo c. dicitur, quod ex uocatione quocunque modo facta in diſcordia, de religioſo mendicante ad prelaturam extra adminiſtrationem ſui ordinis, non acquiritur illi ius; nec tali electioni poterit conſentire, etiam de licentia prælati ſui. Item dicit de uocatione facta a minori parte, ſeu numero ad quamlibet prelaturam de religioſo non mendicante, & ſecus factum irritum decernit. Hoc habito preſuppono, quod duplex eſt electio, quædam eſt, quæ in facto conſiſtit: ut quando ſunt decem electores, & octo unum eligūt, alij duo eligunt aliū. Sed cōtra iſtos duos opponitur, quod ſunt excommunicati, quare ille, qui eſt electus ab octo, dicit: Ego ſum electus ab omnibus, & ſi aliquis dicat: Certe tu non es electus, niſi ab octo. & ſunt decem electores: ergo tu non es electus ab omnibus; Ipſe reſpondet: ius fingit me eſſe electum ab omnib quamuis non ſim electus, niſi ab octo: quia poteſtas eligendi eſt translata in octo, poſtquam alij ſunt excommunicati. His præſuppoſitis cum gloſſa poſita in uerbo, quæ in facto: Pone caſum. Quidā religioſus fuit in aliqua dignitate electus, q non eſt de ordine ſuo, ſed extra ſuū ordinem, & cū eſſent decē electores, fuit electus ab octo, de electoribus & alij duo electores elegerunt quendā alium non religioſum: ſed iſte religioſus opponebat ꝯ eos, ꝙ erant excōicati, & ſic non hēbant vocē ī capitulo: &, ꝙ vox illorū duorū eſt translata, & confuſa in alios octo, qui ipſum elegerunt & ſic fictiue dicebat ſe electum ab omnibus: Modo quæro an ipſe bene dicat, & an ſatisfaciat cōſtitutioni quorundam. poſi tę. eo. lib. 6. Ad quod reſpōdet Papa, ꝙ nō: & dicit ī textu. Nos Clemēs declaramus illud, qd cauetur in cōſtitutione Bonifaciana circa electiōes religioſorū ſuper diſcordia numeri, ſ. in religioſis mēdicātibꝰ, & minoritate numeri, ſcilicet in religioſis non mendicātib. dēre īntelligi tm̄. ea; quæ cōſiſtunt in facto: q̄a requiritur, quod ab omnib. eligatur, & ꝙ omnes ꝯcordent, nō aūt ī fictione iuris, vel eius effectu: quia quāuis ſint aliqui q ſint excommunicati, & non concordant electioni ipſius religioſi, ideo propter hoc non dr̄, nec eſt electus, quia illa conſtitutio intelligit; ꝙ de facto eligatur ab omnibus. 2 uide glo. ſuper uerbo, quæ de facto. No. ꝙ electio dicitur actiue, & paſſiue, & pro hoc glo. 2. quæ hic dicit, intelligi de paſſiuā, & idem Pau. per hoc no. eod. ti. illa. & probatur de cle. excom. mi. c. fi.

2 Not. caſū in quo ꝯputātur uoces in electione, q̄ tn̄ d iure nō ualent, & eſt caſus ſpecialis, quo ad c. quorūdā. in duob. caſib. ibi poſitis. & hic licet brē numeratis. Zab.

(Gloſſa prima commendat, dicit quid determinat, & quid approbat.)

m ¶ Quod circa.) Breue, & utile, determinans decret. quorundam. ſu. eo. li. 6. & approbans quod ibi no. Ioā. Monachus, & Arch. & quod no. ſu. eod. tit. indemnitatibus. §. ſane in 4. glo. Io. Andr.

n ¶ Electiones.) paſſiuas: nam conſtitutio hic declarata loquitur quando religioſi eliguntur, quicunque ſint eligentes, religioſi, uel alij. Et dic, electiones, poſtulationes, prouiſiones, uel quaslibet uocationes, ut ibi:

o ¶ Diſcordia.) hoc quo ad mendicantes, circa quos prouiſum eſt, quod ex electione in diſcordia facta de ipſis extra adminiſtrationes ſui ordinis, nullum ius eis acquiratur, nec audeant conſentire.

(Glo. ſeq. exponit, & id dupliciter probat, & proregat.)

p ¶ Minoritate.) hoc quo ad religioſos non mendicantes, circa quos ſtatutum fuit, idem circa electiones factas de ipſis ad quaſcunque prælationes a minori parte numero.

q ¶ Conſtitutione) ſup. eo. quorundam, & patet per ſingulare, ꝙ non loquitur de decre. indemnitatibus. Item illa non tractat ſolū de diſcordia, & minoritate numeri, imo tractat in forma ſcrutinij, & compromiſſi de numero duplo maiori. Item maiori, non duplo maiori. Item minori: Sed illa, quorundam ſolum tractat de electione diſcordi, & facta per minorem partem numero fateor ab identitate rationis hoc, quod hic dicitur etiam in numero, de quo loquitur decre. indemnitatibus. locum habere, & ſaltem quo ad §. ſi qua uero.

(Glo.

¶Glo.seq.primo declarat litteram, secundo quærit & soluit quo ad decre.quorundam, quo ad decre. in dēnitatibus distinguit.& declaratione exposcit subdē de nō vocandis, vel vocatis, qui contemnunt vel renū ciant, & de non constitutis in sacris.

tate, q̄ a i facto, nō in fictione uel iuris effectu consistunt, debere intelligi declaramus.b

¶ Idem.

¶ Emolumentum ex iurisdictione, & sigillo curiæ, vel alias pertinens ad prælatum cathedralis ecclesiæ vel collegiatæ ea vacante non obstante consuetudine deductis expensis reseruandum est successoris: Nisi tunc certæ dignitati competat iurisdictio cum ipsius emolumento. Ioannes And.

CAP. VII.

STATV-

1 Qñ uerba intelligātur tam de iure q̄ de facto vide ducto res i c.scisci tat', extra de rescrip.

a ¶ Quæ in facto. 1 nō in fictione.] hoc intēdit, Si ex decem electorib. octo elegerunt mendicantem, duo aliū vel cōtradicūt, sed ꝯ istos duos aliquid opponit propter, qđ negatur ipsos vocem habuisse, vt quia dicuntur excōicati, suspēsi, irregulares, priuati ea vice potestate eligēdi, vel his similes: ppꝑ dicitur totū capitulū eligentium in illis octo cōsistere, & per consequēs electionem fingi cōcordē: hoc non iuuat mēndicantem: 2 Itē si ex decem canonicis vel monachis quatuor tātum elegerunt religiosum non mendicātem: q dicit illos sex vel tres ex illis fuisse tales, vt supra per qđ concludit fingi electionem suā factam à toto capitulo, vel a maiori parte, hoc eū nō iuuat vide qđ not. de cōces. pben. auctoritate. lib.6. in vlt. gl. Sed quęro, si ita est, ꝙ voces in iuris effectu alias nō valētes, vt excōicatorum, & his similium, computātur in numero, quo ad hoc vt reliqua electio dicatur discors, vel facta per minorem partem, an prædictorū voces augeant ēt numerum & suffragiū, in tantū, quod ex illis vocibus sequi posset cōfirmatio, q̄ alias fieri nō posset illis exclusis, vt patere p̄t in p̄dictis terminis de electo per vi. de x. q vi, omnes, vel tres ex eis sunt excōicati, vel similes. Aperte dico, ꝙ nō. quo ad casus decre. quorundā, quia in quolibet p̄dictorū casuum cōstitutio solum nocet. quia. s. impedit mēdicantem, & non mendicantem, quēlibet suo casū, sed coelectū nō iuuat, nec hoc colligi poterit ex verbis vel mente cōstitutionis ipsius. Nō. n. hoc ipso, quod nō valet electio mēdicantis facta in discordia, valet electio coelecti, alias sequeret̄, quod si ex xx. canonicis, xviij. elegerunt mendicantē, valeret electio facta per duos. Item nec sequitur ꝙ si ex xx. electoribus nouē elegerunt ꝓfessum, ꝙ per hoc valeat electio facta per xi. vt patet s̄. eo. scriptū, ad fi. & c. indemnitatib. §. si vero, & §. si qua vero, quod ergo nō mutat̄, &c. C. de testa. sancimus. nec correctiones iuriū dilaramus s̄. eo. cū expediat lib.6. Sed in casu decre. indemnitatib. vr̄ secus quo ad electum per scrutiniū, à duplo maiori numero, a principio, vel per accessum debito mō factū, vel per compromissum, cui minor pars se opponit, cuius cōfirmationē exceptio partis aduersæ impedire nō p̄t Et sic erit in hoc simile electioni Cardinalium, vt vtrobiq; voces talium suffragium afferant, & computētur in numero duarū partiū. vt in cōsti. cle. s̄. eo. ne Romani. § ceterū, & satis credo, ꝙ hoc fuit de mente. Sed tenens ꝯrium, dicere posset, ꝙ illa decre. dicit ēt eo casu officiū cōfirmatoris nō deficere, hoc ergo uenit in examinatione electionis, an ex uocibus eligentium sit canonica. Sed si littera ibi in §. ¶Sane.] quæ dicit, si alias inuenta fuerit, &c. intelligatur alias, s. quā cōsideratione numeri, faciet pro primo dicto: quādo uero electa est a maiori parte. sed non duplo maiori, tūc cū admittant̄ partis minoris exceptiones, licet sūmarie cognoscēdæ, vr̄ q licet nō quo ad administrationē impediēdam, tñ quo ad electionem cassandam hæc obijci poterunt. Et in his etiā expediret declaratio, & ēt circa uoces absentium nō uocandorum, uel uocatorum, qui uenire noluerunt, uel expresse renūciauerūt. quas computari sonat in absurdū, licet hoc videatur ex fictione. Itē de non cōstitutis in sacris, in collegijs marium, communiter tenetur per decre. 2. j. de æta. & quali. ꝙ illorum rō, vel computatio non habeatur, sicut nec haberetur illorū, q canonici vel professi nō essent, quasi sit mens huius, ꝙ aliàs vocem habens ex fictione, nō excludatur à numero, talis aūt vocē non habet, licet iure nouo. Vnde idem vr̄ de absente nō vocando vel vocato, qui venire noluit, vt prædixi. vnde nec in duabus partibus Cardinalium eligētiū Papam cōputamus non exclusos, licet cōputemus excōicatos, vt in prædicta decre. ne Romani. § ceterum, primum patet eo. tit. ubi periculum. §. sane. lib. 6.

2 hic habes s̄m Gem. qđ qñq; quis alteri nocet, & sibi nō ꝓdest Et est simile ī uxore defuncti, quæ licet agnatis ex tātib. ñ succedat uiro, ut C. unde uir. & uxor. l. 1. nocet tñ filijs naturalib. defuncti: & eos succedere impedit, q possent alias succedere. C. de na. li. authen. licet: idē erat olim in lege Fusia. insti. de le. Fu. cā. tol. Pe. de Anch.

b ¶ Declaramus.[Idē fertur olim, Bonifac. declarasse, ut dixi in decreta. indemnitatibus. §. sane.

STatutum.] Prima pars ponit dictum cum certa determinatione. Scđa ab illo excipit, ibi. [Ceterum.] Præsuppone statutum c. quia sæpe, quod est istud: Vacāte cathedrali, regulari uel collegiata ecclesia, singulares personæ, capitulum uel cōuentus, quæ occupāt bona à prælato dimissa, uel uacationis tp̄e obuenientia, tales sunt suspēsi ab officio, & quibuscunq; bñficijs seu qbuscunq; dignitatibus, nisi plene restituāt, nō obstantibus priuilegijs, cōsuetudinibus uel statutis quacunq; firmitate uallatis. i. firmatis. Figura sic casum: Video ꝙ statutum dicit, ꝙ oīa bona, oēs fructus undecunq; ꝓueniētes, & bona dimissa a prelatis dēnt fideliter reseruari successori: Et uidebat̄, ꝙ non: quia dēnt illis esse uel pertinere, ad quos trāsit iurisdictio: cum accessorium sequat̄ principale, sed iurisdictio trāsit ad capitulum: ergo & fructus transire debēt: cum fructus sint accessorium ad illā iurisdictionem: quia mediāte iurisdictione ueniunt fructus. Illa dubitatione non obstante decidit in ꝯrium, nisi in uno casu, quē ponit, ibi: [Ceterum.] & pone. ꝙ ita fuit statutum, ꝙ archidiaconus uel archipresbyter hēret iurisdōnē epalē cum emolumēto, uel est cōsuetudo: an talis cōsuetudo uel statutum corrumpat̄ ꝑ cō stōnē, quia sæpe? Et dicit ꝙ non, & sic habes, ꝙ istud statutū, q a sæpe, ꝙ est super bonis dimissis a prælatis ecclesiarū cathedraliū, corrumpit & derogat oī statuto uel consuetudini, p̄terquam statuto, uel consuetudini positę. in §. ceterū hoc dicit, Nos Clemēs declaramus statutū editū. i. factum & compilatum super bonis dimissis a p̄latis cathedralium uel collegiatarum ecclesiarū: aut super bonis obuenientibus tp̄e uacationis earum, s. ecclesiarum reseruādis fidelicet futuris successoribus habere locum ex iurisdictione, id est ratione iurisdictionis, & qđ ꝓuenit in oī emolumēto, qđ ꝓuenit ex sigillo curiæ ecclesiasticæ uel sęcularis: aut aliàs undecunq; quod s. emolumētum pertineret ad prælatos non uacantib. ecclesijs, cōsuetudine qualibet contraria. s. isti statuto non obstante; ita tñ quod in istis & similib. rationabiles expensæ deducantur: quia isti qui receperūt illos fructus dimissos a prelatis tp̄e uacationis, si aliquos sumptus faciant, ipsi poterūt deducere tales sumptus Ceterū, pro sed; sed nolumus præsentem cōstōnem extēdi ad singulares personas. ad quas iurisdictio deuoluit ratione dignitatū. quas dignitates obtinent cū emolumento, consuetudine, priuilegio, uel alio iure speciali. No. ꝙ expensæ dēnt deduci, & illæ solæ deducuntur, de quib. de dolo & cōtu. finē. & ibi gl. No. in uer. ceterū, quod cōsuetudo dat iurisdictionē, ēt spiritualē, de hoc. 9. q. 3. conquestus, de fo. cōpe. cū contingat. Zabarella. Ordo litteræ.

tum [a] super bonis à prælatis cathedralium regularium & collegiatarum [b] ecclesiarum dimissis, [c] aut obuenientibus tempore uacationis earum, futuris successoribus fideliter reseruandis [d] editum locum declaramus [e] habere in omni emolumento, [f] quod prouenit ex iurisdictione, [g] & sigillo [h] curiæ ecclesiasticæ vel sæcularis, [i] aut aliàs vndecunque, quod ad prælatos (ecclesijs non vacantibus) pertineret, consuetudine [k] qualibet contraria nō obstāte: ita tñ, qđ in istis & similibus rationabiles deducātur expēsę. [l] ¶ Ceterum ad singulares [m] personas, ad quas ratione dignitatum, [n] quas obtinent, iurisdictio cum eius emolumento [o] deuoluitur, sede vacāte, de consuetudine, priuilegio, vel iure alio speciali, [p] nolumus pręsentem constitutioné extendi. [q]

¶ Idem.

¶ Concessio licentiæ generalis religioso de consentiendo electioni factæ vel fiendæ, non valet. Ioan. And.

[Glo. prima summat, & dicit quid reprobet, vel approbet.]

a ¶ Statutū.] emolumentum ex iurisdōne & sigillo curiæ, vel aliàs pertinēs ad p̄latū cathedralis ecclesiæ, vel collegiatæ ea vacāte, nō obstāte consuetudine [deductis expēsis] reseruandū est successori: nisi tunc certę dignitati competat iurisdictio cū ipsius emolumento, reprobat, qđ no. sup. eo. quia sępe. lib. 6. Et approbat, ꝙ ibi not. Archi. de quo statuto hic loquitur.

b ¶ Collegiatarū.] in alijs n. non habet locum decr. quia sæpe. sed decr. pręsenti. de offi. ord. eo. li. de qua fit extensio. inf. titu. 2. quia. in fi.

[Gl. seq. ponit opinionem, contra quā allegat.]

c ¶ Dimissis.] per hoc probabat ibi Arch. ꝙ decr. loquit̄ đ bonis p̄lati distinctis, nō đ communib. prælato & capitulo. alleg. 12. q. 2. hæc huius, & ca. non. liceat, & c. charitatem & c. de laicis. & c. illud & q. 5. sicubi. facit sup. ne sede vac. ca. vnico lib. 6. de reg. c. vlt. eo. lib. Sed littera, alias vndecunq; quæ hic sequitur, multum facit contra.

d ¶ Reseruandis.] nec occupandis, per collegia, conuētus, capitula, vel singulares personatus ipsorum, circa quod principaliter prouidet ista constitutio. 1 Per quem autem sint reseruanda, ibi dixi [quia per œconomum vel per alium deputatum.]

[Gl. seq. ponit motiua opi. reprobatæ. Secūdo opi. approbatę, ad q̄ rñdet. Tertio declarationē iustificat.]

e ¶ Declaramus.] hic patet, ꝙ reprobat, nō corrigit opinionē meā, quia nō statuit hoc esse de iure nouo, sed declarat hoc fuisse de veteri, & approbat opinionem Arc. Sed videamus motiua. Mihi prius videbat̄, ꝙ ex quo iurisdō transfertur in capitulū iure cōi, ꝙ omnis fruct⁹ iurisdōnis iure accessorij capitulo deberet̄. Sed Arch. ɔ̄ pp verbū ibi positū, vacationis tempore obueniētia. Item vt dicebat, capitulū hēt custodiam, & administrat non suo, sed alieno nomine, vsurpare igitur nō dēt, ꝙ hēt custodire, & dicebat Bonif. sic declarasse. Cū vltimo legi Sextū, dixi, ꝙ nō recederē ab opinione mea, nisi decłonē viderē. Ad verbū, obuenientia, rñdebā p relatiuū, q̄, vt ibi not. Ad id, quod dicit, de custodia, rñdebā ꝙ ī iurisdōne nō succedat quo ad custodiā tm̄, imo quo ad exercitiū, aliàs sequeretur, quod visitando non posset procurationem recipere: de qua dicam inf. de hæret. multorū. Stemus declarationi, q̄ iustificari pōt ex eo, qđ ibi notaui in prima glo. cū n. canonici videntes fructus sibi deberi, vacationē prolixam forte procurēt, difficultates ingerāt, & tardius eligāt, quia propter fructus iurisdictionis, vel sigilli si eos perciperēt, hoc contingere posset, merito & hi censeantur esse prohibiti.

f ¶ Emolumento.] Idem verbum de simon. nemo. in prin. de testi. c. 1. lib. 6.

[Gl. seq. ponit duas lectiones, & secundam reprobat.]

g ¶ Ex iurisdōne.] ex qua soluūtur iudicis officio pænæ pecuniarię vel emēdę de offic. ord. dilectus, facit de sen. excom. venerabilibus. §. denique. lib. 6. & quod not. de pœ. licet. Forsan etiam loquitur de quota litis quæ de consuetudine deberi potest secundum Guli. q̄ hoc not. in Spec. de sala. §. 1. vers. si vero ordinarius & §. seq. quod non placet per decr. cum ab omni. 2 de vita, & hone. cler. ut ibi dixi.

h ¶ Sigillo.] siue ad usum causarum, ut cum sit littera citatoria, uel aliquid tale, siue ad ɔ̄ctus: puta q̄a recognoscūtur uel publicantur sub sigillo curiæ, forte cū ñ sit ibi usus tabellionū. facit de fi. instr. cū dilect⁹. đ fo. cōp. Rom. ad fi. lib. 6.

i ¶ Vel sęcularis.] ut q̄a prælatus t̄palem iurisdōnem habebat in loco. đ app. si duobus, de deli. pue. c. 2.

[Gl. seq. mouet dubium, soluit, & litterę respondet.]

K ¶ Consuetudine.] not. quia decre. quia sæpe, uitiat non solū cōsuetudines, sed ēt priuilegia, & statuta: hic uero solū cōsuetudinē, dico ꝙ hoc ipso, quod declarat̄ istud statutum locū habere in casib. p̄dictis, cui⁹ statuti pars ē uitiare priuilegia, consuetudines, & statuta cōtraria, ergo, & illa quo ad hos casus sublata dicātur. 3 Sed puto, ꝙ cōsuetudinē, quæ secuta esset cōstōnē ipsam, quia [illegible] e, hæc littera tollere noluit, 4 ne obstet decre. 1. de const. lib. 6.

[Glo. seq. ponit opinionem, & exemplificat.]

l ¶ Expensæ.] hoc etiam tenebat ibidem Arch. vt quia salaria dātur officiali, q̄ iurisdōnem exercet, vel qui sigillat, vel fiūt expensæ in ministris, chartis, cera & similib. facit. 𝔰. eo. vt p̄teritæ. 12. q. 2. hęc huius placiti. ff. de admin. tut. cum plures. §. 1. & l. 1. ff. de tu. & rat. dist. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de pet. hær. si quid. §. sicut.

[Glo. seq. mouet dubiū arguit negatiue. Item affirmatiue, quod approbat, & contrarijs respondet.]

m ¶ Singulares personas.] salua pace componētis hic remanet dubium, an hoc intelligatur de singularibus personis, ēt ipsorū collegiorum? Et vr̄ ꝙ nō, quia constitutio expresse tollebat quo ad hos contraria priuilegia, &c. Videtur cōtra, q̄a alias ista verba sunt superflua, cū certum esset cōstitutionem ipsam extraneos non ligare, sed solum capitula & personas ipsorum, per quod puto, ꝙ etiam de singularibus personis collegiorū intelligatur. Et secūdum hoc dicam ibi, sublata priuilegia, &c. quo ad singulares personas collegiorum, quæ nō iure dignitatum hoc vendicant, cum priuilegia dignitatum ibi sublata non essent.

[Glo. seq. soluit duo dubia.]

n ¶ Dignitatum.] quid si ratione personatuū vel officiorum? Videtur ꝙ idem, & intelligo hāc litteram, siue dignitas sit in ipsa ecclesia vacāte, siue in alia, puta quia archidiacono in ecclesia cathedrali hoc cōpetit, vel in ecclesia collegiata hoc competit archidiacono, qui tamen ipsius est canonicus.

o ¶ Cum eius emolumento.] ergo secus si iurisdictio tantum.

[Glo. seq. dat tria exempla.]

p ¶ Speciali.] puta statuto facto in fundatione dignitatis vel ecclesiæ. 18. q. 2. Eleutherius. de cōsue. cum dilectus vel re iudicata, de re iud. c. cū inter, vel arbitrio. de præscr. cum olim de arb. cum olim.

q ¶ Extendi.] si sup. de off. ord. præsenti. §. porro [illegible] 6.

1 Quę intelligitur de bonis ecclesiasticis, secus si erāt patrimonialia ipsius prælati, In ta. lib. tñ non succedat ecclesia, sed p̄ pinqui. 12. q. vlt. c. si & q. 3. quicūque. Ad quē aūt spectat talium custodia dixi in c. q̄a sæpe, & c. is cui. 𝔰. e. lib. 6. Pe. de An.

2 Ibi dicit Pa no. per hanc glo. ꝙ nō valet cōsuetudo inducens corruptionē iudicis, & an mala consuetudo excuset à pœna, vide gl. in c. cum venerabilis, de cōsue. Ludouicū. Singu. xix. Frā. Cremō. singu. clxix. Fōtan.

3 Not. ꝙ cōstō declarās aliā, recipit ampliatiōes & limitationes Cōstitutionis declaratę. Car. Font.

4 No. Imola, ꝙ simpliciter dānata cōsuetudine intelligatur de pręterita non futura. Fon.

CAP. VIII.

CVm a concessa religioso à superiore b suo licentia, vt electioni, vel prouisioni c (si quam d de ipso contigerit fieri) suum dare possit assensum, ambitionis e vitio viam paret: nullius f eam existere volumus firmitatis. g

CVm cõcessa.] CASVS. Fuit aliquis valde ambitiosus, qui quotidie non pensabat aliud, nisi quomodo posset habere beneficia, vel dignitates, quid fecit? ipse videns, quod erat religiosus, dixit, ego nõ possũ habere beneficia, quia nõ possum eligi nec postulari sine licentia mei superioris. Certe (dixit ipse) ego vadam ad eũ, impetrabo, licẽtiã, vt ego possim eligi, vel ꝙ mihi possit prouideri de aliquo bñficio, quæro an per talẽ licentiã impetratã à meo superiori possim obtinere bñficia? Rñdet Papa, ꝙ non, cũ ista cõcessio licentiæ pararet viam vitio ambitionis, h.d. Cũ licentia concessa religioso, à suo superiori, vt ipse religiosus possit dare assensũ, i. cõsensũ electioni, vel prouisioni, si q̃ electionem, vel prouisionem cõtigerit de eo fieri, paret, i. præparet viã vitio ambitionis, eã licentiã sic cõcessam nolumus existere, i. esse nullius firmitatis, i. nullius valoris. No. ambitionẽ reprobari. ꝓ hoc 7. q. 1 ambitionis. eo. tit. auaritiæ, & c. quorundã. lib. 6 No. quod non est aperienda via vitijs, sed potius præcludenda, C. de indi. vid. l. 2. in fi. Zab.

[Gl. prima dicit quid inducat.]

a ¶ Cũ.] Se summat, inducẽs ius nouũ, & æquissimũ.

b ¶ Superiore.] qui sine capitulo solus hoc põt. s̃. eo. si religiosus. 1. resp. lib. 6.

c ¶ Prouisioni.] latum verbum quod comprehendere potest nominationem, postulationem, præsentationem, & collationem: & facit quod no. sup. eo. si compromissarius, §. idem in fi. vlt. gl. lib. 6.

[Gl. seq. text. iustificat, & prorogat.]

d ¶ Si quã.) licet hic videatur reprobare licentiã gñalem, a & merito. quia forsan eligeretur ad locũ, cui nõ expediret illũ præfici, & forsan prælatus licẽtiam specialem daturus non esset ad illum, tñ credo idem in speciali, vel si exprimatur locus, vt puta quod consẽtire posset, si eligatur ad talẽ prælaturã forte vacãtẽ, cum ibi ẽt subsit ratio ambitionis quæ sequitur.

a Nã rei quę non est, uel esse nescitur priuilegium nõ cõcedit, de eccl ædif. c. ad audientiã, & de despon. impu. ad dissoluẽdum. ubi de hoc uide q̃d no. Io. An. s̃. e. si cõfirmationẽ lib. 6. Pet. de Anc.

e ¶ Ambitionis.) quæ sæpe religiosorũ oculos excæc. sup. eo. quorundam. in prin. lib. 6.

f ¶ Nullius.) per hoc dico, ꝙ ẽt electioni prius factæ ipso ignorante consentire non posset, quasi super certo danda sit talis licentia, facit de conces. præb. c. 1. lib. 6. ver. subiectum. in fi.

[Gl. seq. exponit literam, & probat inductiue rõnem, per quã contrarium seruabatur, secundo soluit quæstionem de clerico sæculari.]

g ¶ Firmitatis.] Si ergo ex tali licentia cõsentiret, cõsensus non valeret, & priuatus esset oĩ iure sibi ex electione quæsito. sup. eo. si religiosus 1. resp. lib. 6. Et satis videbatur hoc esse de mente veteris iuris, in q̃rũ prædi. decre. & 2. resp. loquitur de electione facta, & eo. tit. q̃ sit. Tñ tenebamus ꝯtrarium, dicentes, quod si male facit abbas absoluens monachum ad aliud monasterium nisi illud habeat paratum, & cõstet, quod illũ recipere velit, tamen valet, si hoc facit, & de hoc per Inno. cap. si per Host. de iureiura. sicut ex literis ita male faciebat prælatus talem dando licentiã, tamẽ data tenebat, per quod videtur, quod valeret talis licentia si daretur clerico sæculari de consentiendo, & transeundo: quia quo ad solum consensum non est necessaria: propter vim enim possessionis magis notatur ambitio in professo. Et licet actiua potestas eligendi non detur ad beneficium non vacans, de cõcess. præb. constitutus, passiua bene datur. de transla. c. fi. de fil. presby. c. 1. & 2. lib. 6.

TITVLVS IV.

De renunciatione.

¶ Clemens Quintus in Conc. Vienensi.

DE RENVNCIATIONE.

¶ *Renunciatio dignitatis beneficij facta per procuratorem ad hoc constitutum tenet: licet prius procurator fuerit reuocatus, ipso tamen, & superiore cui fiebat cessio, ignorante, nisi per malitiam ipsorum, vel aliorũ reuocatio ipsis fuerit occultata. Io. And.*

¶ Dictũ est. s̃. tit. ꝓx. de modis medijs acquirenda bñficia ecclesiastica, videlicet electione postulatione, prouisione, verũ tñ bñficia modis supradictis acquisita aliquotiens perduntur. seu dimittũtur, & illud accidit per renunciationem, resignationẽ, siue cessionem, quod idem est, idcirco post rub. ꝓcedẽtẽ ponit rubr. de renunciatione.

CAP. VNI.



VM. † h



Vm illusio.] CASVS. Abb. nræ dominæ de Exulduno, vel prior aliquis, forsan Sancti Paterni, constituit procuratorem suum ad resignandum beneficiũ suũ in manibus sui superioris facta cõstitutione procuratoris ad renunciandũ beneficio suo, vel abbatiæ suę. ipse vel prior constituens pænitentia ductus reuocauit hmõi procuratorem, sed ipsam reuocationem nõ notificauit nec insinuauit ipsi procuratori, nec superiori in cuius manibus erat fienda reuocatio: procurator constitutus ignorans istam reuocationem hoc est ignorans. quod fuit reuocatus, renunciauit, id est resignauit huiusmodi beneficium in manibus superioris, quæ renunciatio fuit admissa per superiorem quæritur vtrum teneat renũciatio, siue resignatio, & vtrũ superior possit illud beneficium conferre alteri? Dicit quod cum illusio sit reprobata in personis ecclesiasticis, quæ debent monstrare exemplum bonitatis ceteris hominib., ideo valet renunciatio facta per procuratorem, & collatio alteri facta per superiorem valet, ac si nunquam fuisset facta reuocatio per ipsum constituentem. Et hoc nisi ipse constituẽs notificauerit ꝓcuratori, vel superiori ipsam reuocationem, quia si constituens (puta abbas prædictus) notificaret qualiter ipse reuocauit procuratorẽ suũ: tũc talis procurator non posset resignare dictũ suũ bñficium. Sed vtrum istud indistincte sit verum, ẽt si per procuratorẽ steterit, quo minus reuocatio fuerit sibi notificata, quæ forte procurator intelligens reuocationẽ factã celauit ne sibi notificaretur, ꝙ ipse esset reuocatus, vel forsan ipse ꝓcurator fecit detineri nũciũ ĩ itinere, vł si forte steterit p superiorẽ, ne notificatio resignationis perueniret, vel forte steterit p extraneũ, dicit ꝙ tũc reuocatio, siue cessio, vel resignatio bñficij hẽt ꝓ nõ facta, & ĩtimatio, seu notificatio resignationis hr̃ ꝓ ñ facta, h. d. H. R. No. primo casũ, in quo sufficit, ꝙ reuocatio ꝑueniat ad procuratorẽ rationem reddit glossa in verbo [ignorantem,] No. secũdo, ꝙ reuocatio procuratoris põt fieri expresse & tacite, probat verbum, [Quolibet.) iuncta glos. Zabar. No. quòd quis põt renunciare beneficio per procuratorẽ. Pro hoc vide glossam super verbo, Procuratorem. Nota principium huius textus, ad qđ allegatur, quod maior constantia, & honestas requiritur in personis ecclesiasticis, quã in ceteris, iõ variatio magis reprobatur ĩ clericis, q̃ in laicis. Nã laici se cõformãt vitæ clericorũ, & ꝑlatorũ, iuxta illud. Si peccauerit vnctus faciet peccare populũ, & dic, (Vnctus), i. clericus, uel prælatus. No. quod uarians non est audien-

†Vide Fel. ĩ c. ex par. decani, extra de rescr.

diendus l. si quis. C. de iureiur. No. principalem effectum, si quis reuocauerit procuratorem suum, & nō notificauerit reuocationem, si aduersarius fecerit, impēsas, ipse reuocās tenetur soluere expensas. No. q̄d paria sunt notificatio reuocationis, vel si steterit per procuratorē vel per aliū, quo min⁹ reuocatio veniret ad ei⁹ notitiā, & hoc quo ad audiendā renūciationem, & effectum ipsius. Sed queritur quid iuris si constituens nō notificauit reuocationē, sed ipse procurator fuit aliunde certioratus, quod ipse est reuocatus, forte p aliquos vicinos, vel extraneos, reddēdo ei instrumētum reuocationis, vtrum hoc sufficiat? Dicendum q̄d sufficit quod fiat sibi notificatio, & non refert, id est non est curæ per quem notificatio fiat. Sed quid in tacita reuocatione, quia cōstituens est mortuus, vtrū valeat renunciatio, siue resignatio beneficij postea per procuratorem facta? Dicendum est, quod non, quia per mortem constituentis beneficium erat vacans. Et hoc fuit practicatum in Archiepiscopatu Tholosanum, qui licet haberet Archiepiscopatū per renunciationem, seu resignationem, tamen necessaria fuit alia collatio.

† Sub ista uoce dicit Gar. per tex. hūc non comprehendi epatū Fel. in rub. ma. & obe. ī col. 6. Fon.

illusio[a] & variatio in personis ecclesiast.[b] maxime[c] sint vitādæ: præsenti cōstitutione sancimus, vt si quis ad cedendū[d] Pontificali aut alijcuilibet dignitati, † vel beneficio procuratorem[e] sponte[f] ac libere[g] constituerit, & ipsum ignorantē[h] postmodū duxerit quomodolibet[i] reuocandum teneat[k] cessio facta

[Prima gl. summat. & dicit quid determinat.]

*¶ Cum illusio.] Renūciatio dignitatis, vel beneficij facta per procuratorem ad hoc cōstitutū, tenet licet prius procurator fuerit reuocatus, ipso tñ & superiore, cui fiebat cessio ignorante: nisi per malitiam ipsorū, aliorum reuocatio ipsius fuerit occultata. ponit dictum, & exceptionem à dicto: ibi, nisi forte. Et determinat, no. Inn. s̄. eo tit, veniens, quæ quasi ad literam no. Arch. s̄. eo. c. 2. lib. 6. Item no. per Goff. Inn. & Host. & Aegi. sup. eo. quidam. Io. And.

[Gl. seq. alle. duas concord. vbi idem verbum habetur, & illud exponit.

a ¶ Illusio.] Idem verbum de postu. prælat. bonæ. 2. versi. nec obstabat de re iud. cū olim de ali. iud. mācan. fac. c. 1 de appe. suggestum, de præb. dilectus, ff. de re iu. si pretor. de Iud. in nonnullis, ī. de re permu. c. vni. Et ponitur pro deceptione 1 vel derisione.

1 Illusio q̄d significet, & de ea uide Feli. in c. ex parte decan. ext. de rescr.

b ¶ Ecclesiasticis) de iure pa. cum autem. sup. de ele publicato, & eo tit. nulli. lib. 6. 8. q 2. dilectissimi.

c ¶ Maxime) hoc dicit, quia etiam laicis regulariter prohibetur variatio, de quo satis no. de reg. iu. quod semel. lib. 6.

(Gl. seq. quærit, opin ponit, quæ contrario respōdet, soluit, & de alio casu remittit.)

d ¶ Cedendum.) Quid de procuratore dato solum ad petēdam licentiam cedendi? Dicebat Vin. de elect. cū post petitam, per ver. ibi obtentam, & Inn. in decre. quidā, per decr. lectæ, eo. tit. q̄ valet reuocatio, etiam post petitionem præsentatam superiori. Nec obs. q̄d dicitur de postulatione, cum ista non fiat ita publice & solemniter vt illa, & cū hic nullius intersit, & sic soluitur, de postu. bonæ 2. ver. nec obstabat. sed si superior ignorans reuocationem, dedit licentiam, tenet licentia secund. Inn. quamuis secūdum eum distingui posset, an per procuratorē, an per nuncium petierit cessionē, ad quod facit litera sequens, & quod ī. dicā. Satis dici posset, per hanc decr. quod si procuratori ad hoc cōstituto, & hoc petēti data sit licentia cedendi priusquam reuocatio peruenerit ad procuratorē, vel superiorem, cessante malitia, cogatur cedere per decr. quidam. De postulatione vero post reuocationem superiori p̄sentatā q̄d iuris, scripsi post. Host. in pręd. decr. bonæ. ver nec nocebat, super verbo, uidetur.

Procurator ad petēdam licentiā cedēdi, dat⁹ q̄n pōt reuocari

e ¶ Procuratorē.] non uideo q̄ quo ad hoc sit ius diuersum, an constituat unū, uel plures in solidum, uel coniunctim, laicum vel clericum de proc. c. 1 li 6. videtur tamen tutius constituere clericum, facit quod scripsi, de proc. accedens.

f ¶ Sponte.] secus ergo si per iustum metum.

g ¶ Ac libere.] potest respicere libertatē cōstituentis, & facit, sup. de pcu. accedēs, & libertatē constituti, s. pure, nō in diem, vel sub conditione, sed hoc casu putarē idē, si tñ ante cessionē, & notitiam reuocationis dies vel cōditio euenisset, cum ex tunc censeatur pura, ff. qui po. in pig. hab. l. potior 2. re pon. & facit de resc. si pro te. lib 6. & quod ibi. no.

h ¶ Ignorātem.) planū est ergo, q̄ si reuocatio peruenisset ad procuratorem, satis esset per hanc literā, & sit rō quia talis procurator cēsetur cōstitutus ad negotiū, in quo sufficit, q̄ reuocatio ad ipsum perueniret. ff. man. si mandassem s̄. de resc. ex parte decani.

i ¶ Quomodolibet.) puta, expresse reuocando, uel inhibendo, uel alium ad illud constituendo. non refert uato primo, de procu. non iniuste. Si uero mortuus fuisset prius ipse constituens, planum est mandatum tūc reuocatum, & diceretur beneficium vacare morte, non renunciatione, de præb. dudum, lib. 6.

(Gl. seq. ponit opi. Vin. & tres alias, quas omnes quo ad hunc casum ostendit reuocatas.)

k ¶ Teneat.] Vincētius primo videbat hoc tenere in prędi. decr. veniens, sed subdebat postea, q̄ si constituens possessioni incūbebat, & publice reuocauerat mandatū, q̄ cōcedi poterat, q̄d renunciatio nō tenebat, licet teneatur ad expēsas, & interesse ei, cuius interfuit, all. ff. si cer. pet. eius qui, & q̄d hr̄ de pręb. dudum, in fi. lib. 6. facit ad idē. de proc. c. vlt. lib. 6. in fi. Sed illud specialissimū in carnali matrimonio cōtrahendo. ut ibi no. concor. ff. de manumis. vin. l. si pater. in prin. pro & ꝯ ff. de diuor. l. si pęnituit. Et vide quia quo ad casum istū tollitur opin. Dyn. qui dicebat in præalle. l. si pater. q̄d sufficeb. t procuratorem reuocatum, licet non certioratum, ad hoc ut impeditur actus, quē procurator gerebat, ex quo ipsius mādatarij non intererat. Alij dicebant sp procuratorem de expressa reuocatione certificari debere per p̄dic. l. si mādassem, ff. man. secus in tacita, quæ fit per mortē, & sic rñdent ad l. eius qui. sed primo dicto ꝯdicit, l. illa si pater. Quare di unt alij, q̄ aut mandatatius interuenit ut nudus minister, aut ut procurator: Primo casu reuocatio sine certioratione impedit actū gerēdū, & sic loquitur lex illa, si pater, ubi filius erat minister patris, quod probant, quia manumissus nō est ipsius, sed patris libert⁹, ff de manumis. l. nepos, ff. de iu. pat. filius, & sic loquatur l. p̄di si pęnituit, & p̄dict. decre. vlt. de procur. Scdo casu cū procurator verba contractus con ipiat in uam personā, ff. de const. pecu. eū qui, § sed si actori. distinguūt, si actus gerēdus est talis, ad cuius esse requiritur uolūtas Dñi, tūc ut non ualeat actus, sufficit reuocatio sine certioratione, exemplū in translatione dñij rei meæ, ff de regu. iur. id quod nostrū, sic loquitur l. eius qui, §. quas vero, ff. de don l. 2. §. sed si quis donaturus. Fall t fauore liberationis, ff de sol cū quis, §. 1 & l. qui hominem, §. si Titium. Si uero ad esse contractus nō requiritur consensus domini, ut si mandauit librum, uel equum emi, reuocatio sine certioratione non impedit illum actum, vt l si mandassem. Quicquid dicatur in alijs casibus, quo ad casum istum reuocatio sine certioratione procuratoris, uel superioris non impedit cessionem, licet mandatarij non intersit, & tractetur de perdendo dominio, ratio constitutionis ponitur, in prin. & concor. quod no. ff. de contrah. empt. l. 1 in fi.

Procuratoris act⁹ post reuocationē gestus an sit validus.

a ¶ Mani.

Renunciatio beneficiorũ in cuius manibus ſit facienda.

a ¶ Manibus.] ſ. Papæ, ſi fuit dignitas epãlis: de trãsla. c. 1. & 2. ſi inferior. in manibus confirmatoris, vel collatoris, etiam ſi ſit inferior epo, de hoc ſup. eo. admonet, & 7. q. 1. de loco. Not. tamen Inn. ꝙ in dubijs non improbabiliter dicitur in illius manibus, quem renunciare debere, qui poſſet illum inuitũ deſtituere.

ADDITIO. Vide ſ. eo. c. fi. & ibi Innoc. Quid iuris ſi ad Abbatem ſpectat præſentatio, & ad epm confirmatio? Dicit ibi Inno. ꝙ requiritur conſenſus Abbatis in renunciatione, cũ eius interſit, de off. Arch. ad hæc. Similiter in renunciatione requiritur cõſenſus el. gentium, ſicut & præſentantis, qđ tenet hic Paulus, & remittit ad not. per Inn. in c. ſuper hoc eo. tit. Pet. de Anchar.

b ¶ Facienda.] ſi perſona cui faciẽda erat ceſſio fuit expreſſa ĩ mandato, illi facienda erat notificatio. Si vero mandatum erat generale, puta ad cedendum in manibus eius, qui recipere poſſet, non videtur iuuare notificatio, niſi facta ſit illi, qui recipit. imputet enim ſibi qui omnibus debuit intimare, vel ſaltem procuratori.

c ¶ Deducta.] & de hoc per ipſum fiat fides, ſimile ſ. ea. Compil. de elect. conſtitutionem. §. pen.

d ¶ Per ipſos.] ſuperiorem. vel procuratorem.

e ¶ Alios.] reſolue plurale in ſingulare, vt ſ. da priuil. vt priuilegia. facit, ff. vi bo. rap. l. prętor ait, §. homines.

f ¶ Eorum alterum.] ſatis eſt ergo, ꝙ impedita fuit notificatio facienda etiam ſi alteri potuiſſet.

g ¶ Perueniſſe.] videtur ꝙ in hac intimatione ſeruanda ſit forma decret. de elect. cauſam, vt ibi dixi in fi.

per eum, antequam ad ipſius, vel illius (in cuius manibus [a] ceſſio fuerat facienda [b]) notitiam reuocatio huiuſmodi ſit deducta: [c] Niſi forte per ipſos [d] aut alios [e] malitioſe factũ fuerit, quo minus ad eos, vel eorum [f] alterum ante ceſſionem potuerit reuocatio perueniſſe [g].

TITVLVS V.

De ſupplenda neglientia prælatorum.

¶ Clemens V. in Concilio Vienenſ.

¶ Prælati regulares nõ conferunt intra ſex menſes prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacantes, quæ non ſunt de mẽſa; ſed ſolent ſpeciales licet obediẽtiarios, rectores habere; diœceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exẽpta. conferũt illa perſonis, quibus per prælatos fuerãt conferenda. Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum: vel penſionibus grauari. Declarantur etiam decret. de offic. ordi. præſenti. & de præb. cũ ſingula in talib. prioratibus, & Eccleſiis locum habere. Io. And.

CAP. VNI.

Qvia [h]

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA prælatorum.

Cõtinuatio.

¶ Viſum eſt ſupra; qualiter prælati in Eccleſia inſtituantur: verum quia aliquando prælati ſunt negligentes, dubitaret aliquis quis poſſet ſupplere negligentiam ipſorum: ideo hic inſeritur rubrica, de ſupplenda negligentia prælatorum.

Qvia regulares.] Pro intellectu huius c. præſupponitur illud, quod dictum eſt c. nulla. ſ. de cõceſſ. præb. in antiq. vbi dicitur, ꝙ ſi collatio alicuius beneficij ſpectet ad prælatum alicuius eccleſiæ, forte ad prælatum inferiorẽ Epiſcopo: quia forte ad prælatum Eccleſiæ collegiatæ, ſi ipſe prælatus intra ſex menſes non conferat, & hoc a tempore ſuæ ſcientiæ, id eſt, a tẽpore quo ipſe ſcit, quod beneficium vacat, tunc collatio deuoluitur ad ſuperiorem, ſcilicet ad epiſcopo.

CASVS. Aliquis abbas regularis fuit negligens ad conferendum aliquod beneficium per ſex mẽſes a tpe, quo beneficium ſpectabat ad eius collationem, an diœceſani, hoc eſt, epi vel Archiepiſcopi poſſint ſupplere negligentiam prælati regularis, ſicut poſſunt ſupplere negligentiam prælati ſæcularis? Rñdet Clemens, quod ſic. Sed quæritur, qua auctoritate pñt ſupplere, an auctoritate ſua iure ad eos deuoluto, vel auctoritate Apoſtolica ſibi a Papa delegata? Clemens diſtinguit: aut ille prælatus negligens erat exemptus a iuriſdictione epi, aut nõ erat exẽptus: Si ipſe nõ erat exemptus, tunc iure ſuo collatio deuoluitur ad ipſum epm. Si vero erat exemptus a iuriſdictione epi: tunc prælatus ſuperior facit auctoritate Apoſtolica ſibi delegata per hoc ca. & non ſua: cum non ſit ſuperior ad illum prælatum. Sed quæritur, vtrum eps illud beneficium regulare poterit cõferre clerico ſęculari: vel ſi ſit bñficium ſęculare, vtrum poterit cõferre regulari? Dicit ꝙ nõ: ſed regulare bñficiũ debet cõferre clerico regulari, & ſęculare ſæculari. Et ſum in verſi. [Eadem quoq; auctoritate.] Sed q̃ritur, quid iuris ſi prælati regulares volunt hmõi beneficium vacans retinere, & ſuæ menſæ vnire, vtrum epiſcopus debeat illud tolerare, id eſt, pati? Dicit ꝙ nõ, ſed ad epiſcopum ſpectat vtrũ debeat vniri, uel non. Sed quid ſi ipſe prælatus uelit augmentare penſiones antiquas, vtrum ſit ei permiſſum? Dicit Clemens ꝙ non, & ſum in verſic. [Pręmiſſa.] Sed quæritur, vtrum illud ſit verũ indiſtincte, ꝙ intra ſex menſes ipſi prælati teneantur hmõi conferre beneficia: Dicit ꝙ non eſt intelligendum de beneficijs ſpectantibus ad menſam poſt vnionem. h. d. R. Not. ꝙ epiſcopus põt ſupplere negligentiam prælati regularis, & cõferre beneficia regularia, ẽt poſito ꝙ prælatus regularis negligens ſit exemptus a iuriſdictione epiſcopi, quia tunc confert auctoritate Apoſtolica delegata per hoc c. Not. ꝙ quando collatio deuoluitur ad ſuperiorem, tunc ſuperior tenetur cõferre illi perſonæ, cui prælatus negligẽs debebat conferre. Not. ꝙ collatio deuoluitur ad ſuperiorem, in cuius diœceſi eſt beneficium vacans, & non ad epiſcopum in cuius diœceſi eſt prælatus negligens. Not. qđ prælati exempti a iuriſdictione epi, non poſsũt beneficia ſpectãtia ad ſuam collationem vnire ſuæ menſæ, etiam ſi ipſe prælatus hẽt epiſcopalem dignitatem: quia nullus eſt auctor in cauſa ſua: ñ bene poſſet vnire menſæ conuentus. Not. quod prælatus regularis non poteſt imponere nouas penſiones nec antiquas augere, ſed ſpectat ad Epiſcopum, ne illud fiat. Not. ꝙ prælati regulares non poſſunt occupare bonæ alicuius beneficij, qđ ſpectat ad ipſorum collationem, ſed debent reſeruare ſucceſſoribus. Not. finaliter id, ad quod allegatur iſtud c. quod regulares non poſſunt retinere beneficia plura, etiam ſimplicia. Et not. quod omnia beneficia ſæcularia regularibus ſunt incompatibilia.

Caſus §. Eadem quoque.

[Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret; deinde diuidit: & rurſus dicit quid declaret.]

h ¶ Quia regulares.] Caſus. Si prælati regulare non cõferunt intra ſex menſes prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacantes, quæ non ſunt de menſa, ſed ſolent ſpeciales (licet obedientiarios rectores) hẽre, diœceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exempta, conferunt illa perſonis, quibus per prælatos fuerunt conferenda.

Nec

Nec permittunt illa applicari mensis prælatorum, vel pensionibus grauari. Declarantur et decre. de offic. ord. præsenti, & de præbend. cum singula in talibus prioratibus, & ecclesijs locum habere. Et sunt quatuor partes prima ponit de negligentia Regularium in beneficijs conferendis per diœcesanos supplēda: & de modo supplendi. Secundo de ecclesijs non applicandis mēsis prælatorum: nec pensionibus grauandis: ibi, [Eadē.] Tertia determinat de q. bus ecclesijs prędicta intelligantur ibi, [Præmissa.] Quarta declarat duas Bonifacianas: ibi, [In quibus.] & quas opiniones declarat infra dicetur.

† id est, Cōcil. Lateran. sub Alc. III. cap. 8.

regulares [a] prælati [b] prioratus, ecclesias: administrationes, aut quæuis alia beneficia [c] ad eorum dispositionē [d] spectantia cum vacant, interdum committere [e] negligunt, vel cōferre intra tempus in Lateran. [f] † Concilio constitutum: diœcesani locorum [g] in nō exemptis sua, [h] in exemptis [i] vero Apostolica [k] auctoritate negligētiam [l] super hoc suppleant eorundem: prioratus, Ecclesias, administrationes, & beneficia huiusmodi, illa † videlicet, quæ consueuerūt per sæculares clericos gubernari, sæcularibus [m] clericis: alia † vero quæ religiosis [n] dūtaxat committi sunt solita, vel conferri, religiosis monasteriorū, [o] quorum prælati huiusmodi negligentes fuerint cōferendo.

¶ Eadem [p] quoque auctoritate [q] diœcesani suffulti nullo modo permittant, ꝙ ijdem prælati, prioratus, Ecclesias, administrationes, aut beneficia huiusmodi applicent [r] mensis

a ¶ Regulares.] in sęcularibus ergo non haberet locum hæc constitutio, in quantum ponit ius nouū, & præiudicat priuilegio emptionis.

b ¶ Prælati.] si ad collegia regularium sine prælato spectaret collatio, quod esse potest de reg. c. fi. lib. 6. prius ad prælatum, & demum ad diœcesanum deuolueretur potestas 1. facit j. de præb. si de beneficio.

1 Idē Pan. & Imo. hic notantes, ꝙ negligentia inferioris deuoluit ius īmediatū ad superiorem. Fon.

c ¶ Beneficia.] ecclesiastica, & vide quod dixi de cler. coniug. c. cum Ioannes.

d ¶ Dispositionem.] id est collationem, vel prouisionē. hoc dico: quia si ad solam præsentationem, vel electionem ipsorum spectarent: tunc ad confirmantem, uel instituentem deuolueretur potestas, siue sit diœcesanus, siue alius 2.

e ¶ Committere.] vtitur isto verbo, quia se prælati excusabant dicentes, ꝙ illarum ecclesiarum non fiebat collatio, vel prouisio, sed solum quædam commissio, quasi illi essent castaldi, ministri, vel pędagogi.

2 Idem Pan. hic, & c. cum in cūctis. de elect. notās, ꝙ negligentia deuoluit. ius eligēdi, pręsentandi ad confirmātem. Fon.

[Glo. seq. ponit lecturam, secundum quam reprobat opinionem, subdens casum indubitatum.]

f ¶ Lateran.] de conces. præb. c. 2. Et si intelligimus de prioribus etiam cōuentualibus, hic reprobatur opinio, quæ habet, ꝙ tempus generalis Concilij. s. trium mensium, locum habeat in prouisionibus taliū sicut in electionibus, nam vt dicebat Innoc. in decret. ne pro defectu. de elect. inter electionem, & prouisionem diuersitatis ratio non apparet. quod Compost. verum esse dicebat in perpetuis, sed non in temporalibus. Hoc autē certum est, quod si prioratus est principalis pręlatura in ecclesia regulari collegiata, & ei prior per uiam electionis prouidetur, locum habet c. ne pro defectu.

g ¶ Locorum.] ergo non personarum, si ergo prælatus alterius diœcesis habet prioratū, quem conferre negligit in diœcesi Bonon. Episcopus Bonon. supplebit probat hoc decret. 2. eod. tit. ibi. in tuo epatu. nec distinguit unde sint collatores, facit quod dicam j. in gl. proxi.

[Gl. seq. soluit duo dubia, & obiectioni respondet, secundo soluit alia duo fortiora.]

a ¶ Aduersario.] Hæc littera & sequẽs approbare videtur, qđ no. Io. 2. q. 2. c. 1. & Ber. sup. de ordi. cog. ca fi. Goffre. & Inn. & Abbas de rest. spol. ex cõquestione, s. quãdo super eadem re intentat vnus petitoriũ, alter sup. illa intentat possessoriũ recuperandæ, prius auditur, & sic vtilius est sibi agere q̃ excipere, quod Host. non placuit: qui dicebat ex vi actionis eũ non prius audiẽdum; sed simul, dicẽs, quod in decre. ex conquestione, pri⁹ excepit, post modum egit, vt ibi scripsi.

Petitoriũ si intẽtetur p vnũ, & possessoriũ per alterum, qs prius audiatur.

Clemens V. In concilio Viennen.

¶ *Appellans ante diffinitiuam etiã à diffinitiua lata eo absente citato vel nõ, appellare potest: nisi prima appellatio fuerit friuola menifeste, quo casu non appellat tanquam manifestus contumax. Ioannes Andr.*



C. VNIC.

SI † AN-

[Glo seq. no. signat contrarium, ibi remittit, & huic litteræ rñdet.]

K ¶ Solo.] quasi nil habeat docere de petitorio. Et per hoc videtur, ꝙ petens restitutionem beneficij, non hẽat iustificare possessionem, vel probare titulũ. de resti. spol. in literis, cõtra de fil. presb. constitutus, vide ꝙ dixi sup gl. 2. & ꝙ not. Host. in sum. de rest. spol. §. in casib. ver. quid ergo. volens se defendere cõtra hunc tex. respondebit per decre. ex parte, de resti. spol. vbi intẽtans possessorium, probat coniugiũ, & per decre. ad decimas. eod. tit. lib. 6. Aliud est ergo intentare petitoriũ, aliud iustificare possessoriũ ex titulo, vbi natura possessorij hoc requirit: sed vide quod dixi in prædi. decre. ex parte in gl. quasi dicat. vltra medium.

Bñficij restitutionẽ petens an habeat probare titulum.

† Nota ꝙ appellari põt ante diffinitiuã, qđ est verũ indistincte de iure canonico, dũ tñ appellet ex cã rõnabili. c. vt debitus, extra de appel. sed de iure ciuili nõ appellat, nisi in certis casib. Zabarel.

Cõtinuatio.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

[Visum est sup. de causa possessionis & proprietatis: & quia aliqñ in causa possessionis & proprietatis dolus cõmittit rõne cõtumaciæ, quare posset aliquis dubitare de effectu illius doli, vel contumaciæ: ideo ponit Clemens de dolo, & contumacia rubricam.



Si tante.] Ponit dictum, a quo secũdo excipit ibi.] Nisi.] Imola. ¶ Præsupponẽdum est, qđ contumax in non veniendo nõ põt appellare, & hoc, in odium suæ cõtumaciæ. puta si fuit citatus, vt veniret corã iudice ad audiẽdam sententiam, & non venit, & sic fuit contumax, talis non potest apepllare. 1 q 6 § sunt quorum, in prin. 24. q. 3. vnde illicita. C. de iudic. l. properãdum. §. cum autem, & quorum appellationes nõ recipiuntur. l. 1. & l. cũ autem. C. de iud. Secundo præsupponendum est, ꝙ iudex nõ teneť deferre appellationi friuolæ interiectæ ab interlocutoria, & potest dare apostolos refutatorios, & procedere ad vlteriora, & citare partẽ appellantem si velit, vel si nolit, non requiritur quod citet, vt in c. eum qui. eo. tit. in 6. quia frustra citaretur.

CASVS. Ego conueni te coram competenti iudice, & processum fuit vsq; ad productiones testium hinc inde, saltem pro parte mea feci probationes, & productiones, & probaui meam intẽtionem: tu reus proposuisti tuas defensiones, & admissus, id est, receptus ad illas pbandas, cũ velles producere aliquos testes, ego actor dixi illos, nõ esse recipiendos: iudex inloquẽdo pronũciauit non debere recipi, tu reus ab illa sententia interlocutoria appellasti; iudex vidit, ꝙ tua appellatio erat friuola, forte quia inserta in instrumento, appellatorio erãt talia, & sic non detulit, id est, aliquem honorẽ nõ fecit tuæ appellationi ob reuerentiã iudicis superioris, ad quem appellabas, sed dedit tibi apostolos refutatorios, & citauit te ad pcedendũ ad vlte-

te [a] diffinitiuam sententiam, [b] à iudice quis appellando recedat, & iudex suæ appellationi non deferens, [c] eo citato vel etiam non citato [d] vlterius in causa procedens, contra ipsum etiam absentem [e] sententiam diffinitiuam promulget; [f] poterit idem appellans a dicta sententia in-

riora causæ, vel te nõ citauit: nunc adueniente die assignationis iudex procedit ad expeditionẽ causæ, & tandem tulit sentẽtiam diffinitiuam contra te: Postea peruenit ad notitiã tuã, ꝙ sentẽtia fuit lata contra te: voluisti appellare. quæritur, vtrũ possis ? Dicit, qđ si manifeste constaret, qđ appellatio prima interiecta ab interlocutoria esset, friuola, puta quia nullam causam grauaminis expresserat in sua appellatione: vel forte bene expressit cãm, sed illa causa erat notorie falsa, vel forte expressit causam veram, sed nõ erat rationabilis, certe illo modo secunda appellatio à diffinitiua nõ est admittenda: & ea non obstante iudex à quo non debet exequi suã sentẽtiam diffinitiuam, hoc dicit. H. R. Nota quod appellans ante sñiam diffinitiuam à iudice & recedens, etiam si eo citato ꝯ eũ feratur diffinitiua sententia, potest à dicta sñia appellare intra tempus debitũ, nisi eius prima appellatio esset friuola manifeste: qa si prima appellatio interposita in interlocutoria esset friuola. tũc ipse non posset amplius appellare a diffinitiua: & istud notabile cõtinet medullã totius capituli. Nota, qđ de iure canonico quis põt appellare à sñia interlocutoria, & à quocũq; grauamine: secus est de iure ciuili, nisi esset tale grauamẽ ꝙ nõ posset reparari in diffinitiua, quia si nõ posset reparari in diffinitiua, etiam de iure ciuili ab interlocutoria posset appellari. l. ante diffinitiuę tempus. C. quor. appel. nõ recip. & l. 2. C. de episc. audi. Nota quod qñ appellatur ab interlocutoria. iudex põt dare apostolos refutatorios, & nõ obstãte appellatione ipse põt ꝓcedere ad vlteriora, posito, qđ causa appellationis sit irrationabilis. c. cũ q. eo. ti. in 6. nisi post cognitionem appellationis dicatur, bene appellatum: quia tunc reuocatur, quod gestum est pendente appellatione: Secus in diffinitiua: quia ibi pẽdente appellatione iudex nõ potest procedere, nec debet. Not. ꝙ si is, qui appellauit ante sñiam, appellet iterũ à sñia diffinitiua ꝯ se lata, ꝑ hoc nõ renũciat appellationi pri⁹ interpositę. vt in gl. super verbo, appellare. Not. ex magna glo. in prin. quatuor modos, per quos quęlibet appellatio ab interlocutoria dicitur manifeste friuola & quilibet illorũ modorum excludit à facultate denuo appellãdi, videatis dñm Panor. in clem. ista: quia bñ elucidat istam magnam gl. Not: tex. ibi. [Diffinitiuam sententiã.] & not. primo, ꝙ sententia in genere secundum Hug. est iudiciũ, vel litis decisio. vel firma, & indubitata & secura rñsio, vel animaduersio, vel sensus siue intellectus, & dr̃ à sentio, sentis. Itẽ sñia quidam color rhetoricus dr̃, s. breuis oratio aliquid moralitatis generaliter comprehendens, vt.

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Inde sententiosus, sa, sum, id est, plenus sententijs. Itẽ sm̃ Isidorũ, sñia est determinata acceptio alterius partis ꝯdictionis. Sententia sm̃ Azonẽ in summa. C. qño & qñ iud. sñiam proferre debeat, qñque potest dici cuiusq; orationis, significatio, qñq; ponitur ꝓ opinione magistrorũ, qñq; dr̃ quicquid de re aliqua placet, qñq; est deportatio. qñq; excõicatio, vel interdictũ sed improprie, quia excõicatio, vel interdictũ potius: punis ꝙ finẽ sñiæ imponit, ideo potius põt pœna dici quam sententia, vel diffinitio: sententia dicitur quãdoq; iudicãtis præceptum nõ naturæ, non iuri, non bonis moribus cõtrariũ. Et sm̃ hãc significationẽ distinguitur, qa sententiarũ alia est diffinitiua, alia interlocutoria, alia cõuentionalis, alia quæ dr̃ præceptũ, alia mulcta, alia dispẽsationis. Sententia diffinitiua est diffinitio iudicialis controuersiæ finem imponens ex ꝓnũciatione iudicis, damnationem. i. condemnationẽ vel absolutionem continẽs. Et hæc sententia diffinit principalẽ quæstionem, vt qñ auditis vtriusque partis allegationibus causa terminatur, & finis principali negotio imponitur, quam semel latam iudex reuocare nõ potest. Sententia interlocutoria est sentẽtia semiplena, quæ profertur inter principium & finem causę, nõ super principali. sed super emergentibus & incidentibus quæstionibus, puta super libello offerẽdo, vel concipiendo, vel dãda dilatione, aut denegãda, & sup testibus recipiendis, vel nõ, & similibus, principali causa durante, vt quando iudex non residens pro tribunali, id est, in tribunali interloquendo inter partes sine solemnitate scripturæ aliquid pronunciat de plano, vel super aliquo incidẽti vel emergenti extra primum intentum principale, & hanc sententiam potest iudex reuocare siue ipse sit ordinarius, siue sit delegatus, siue arbiter. Hoc debet tamẽ fieri cum causæ cognitione, & iudice concedente non procedente. 3. quæst. 3. § à iudice. secundum Gof. Sententia conuẽtionalis est amicabilis compositio, vt quãdo iudex cõuenit aliquem, & commonet eum, ne faciat contra cõuentionem. Sententia per errorem lata, a qua nõ est appellatum, reuocatur, si error probabilis postea detegatur, vt in c. fraternitatis. de frigidis & maleficiatis. sufficiat pro nunc. Vide gl. in ca. ad compescendas in verbo diffinitiua, Not. textum. [Appellando.] Appello las, lare. a. p id est, ad alium iudicẽ vocare. vel alterius iudicis audientiã postulare. Et vt dicit Ber. in lib. de consideratione. Appellasse inique iniquum est. Inique & impune, iniquarum appellationum fomes. Iniqua autem omnis appellatio, ad quam iustitiæ inopia nõ coegit. Appellare nõ vt graues, sed si graueris licet. Vnde appellatione interiecta dẽt apostolos petere à iudice a quo appellãs. Vnde Apostoli in iure dicũtur literæ datæ appellãti, in qbus continẽtur allegationes, & qualiter in causa, processum sit. Item Apostolorum alij sunt cõuentionales, scilicet quando pars admittit appellationem, siue in iudicio iudice refutante siue tacẽte, vel extra iudicium: vt extra de appel. ea. sæpe. & c. oblatæ. Alij sunt apostoli testimoniales: testificãtes de appellatione facta. Alij sunt dimissorij per quos apparet, quod iudex detulit appellationi. Alij sunt apostoli refutatorij, per quos apparet, ꝙ iudex nõ detulit appellationi. Alij sunt reuerendi siue reuerentiales: s. quãdo ob reuerentiam superioris appellationi defertur, vt in c. 1. de app. in lib. 6. in gl.

(Glo. prima dicit, quid determinat.

a ¶ Si ante.] Se summat, & determinat casum dubium circa decret. eum qui. eod. tit. lib. 6. & quod ibi tangit Archid. & quod not. de re. iud. inter monasterium, in vlt. glo.

b ¶ Sententiam.] & sic oportet appellationẽ iustificari solum ex virtute grauaminis illati: propter quod appellauit, vt inf. de app. appellanti.

c ¶ Nõ deferẽs.] si detulisset, sentẽtia postea per ipsũ lata nõ valuisset, quod dic vt de app. cum appellationibus. lib. 6. Bene autẽ fecit iudex non deferendo, ex quo putabat ex falsa causa appellatũ. nunquam enim reuocabitur quod per eum fiet, nisi prius iustificet appellatio: quod dic vt. eo. tit. non solum. lib. 6.

d ¶ Non citato.] quia citare non tenetur: vt in prædi. decre. eum qui.

e ¶ Absentem.] Fortificabãt dubium hæc duo. qđ citatus fuit, ꝙ fuit absens, per quæ aperte videbat contumacia in non veniendo, vt inf. dicam.

f ¶ Promulget.] quod potuit si lis erat contestata, & liquebat de causa. sup. eod. prout. Et idem si non erat contestata, sed erat de casibus, quibus procedi potest ad sententiam lite non contestata contra contuma-

cem

tem.qui habentur, vt lite non contestata, quoniam.in textu.&in glo.

a ¶ Tempus debitum.].s.decem dierum, & à tempore notitiæ, de appell.concertationi, lib.6.

[Glo.seq.ponit opi.quam probat, & pro solutione contrarij remittit.]

tra tempus debitū a appellare: b Nisi eius prima appellatio esset friuola manifeste.

b ¶ Appellare.]Not. Innoc. & post eum Hos.de appe.dilecto vt ibi scripsi.in fi.vl. gl.& Gul.in Spe.de sent.præl.§.iuxta, vers.qd ergo si appellatio, quod appellans ante sententiam, q postea appellat à sententia, p hoc nō renúciet primæ appellationi, nec sententiam ratificat: geminatio.n.appellationum non submittit, sed subtrahit appellantem à iudicis potestate.31.q.2.Lotharius, de appell.bonæ. & c.dilectæ. Non obstante.ff. rem ratihab.l,3.§.falsus, quod solue, vt no.Ber.de re iud.c.1.

[Gl.seq.primo ponit quatuor exēpla. Secundo no. vero cōtumace nō manifesto. Tertio ponit duplicē distinctionē Gul. Quarto distinctionē.Iac. de Arena Quinto.quatuor op.de vero cōtumace,& quatuor de ficto cōtumace,& vtriusq; secundā approbat. Sexto, de appellatione cōtumacis ponit alias quatuor, ex q-bus nouā opi.infert & includit. Septimo.ꝯ cōclusionē obijcit locū à diuisione.& quadrupliciter rñdet. Octauo & vltimo infert solutionem quæstionis.]

c ¶ Manifestæ.] vt quia nulla causa fuit ibi expressa, vel nō legitima, dato ꝙ esset vera, vel licet legitima, manifeste falsa, vel iā pnūciatū esset illā falsā, & nō appellatum.1 Et 2.aduerte, quia pbare vr̃, hæc littera, ꝙ vera contumacia in non veniendo non impedit appellātē, vel appellationem, nisi sit manifesta, vt sic in vera contumacia distinguatur inter manifestam, & dubiam: appellans n.friuole, & recedens vere contumax est, & tamen si hoc non est manifestū, appellat, & secūdū hoc intelligendo videntur iura, quę dicunt cōtumacem in non veniendo non appellare. 2.q.6.§. sunt quorū in prin.24.q.3 de illicita. C.de iud.properandū.§.cum aūt. C.quorum appe.non re.l.1.[In non veniendo ideo dixi, quia cōtumax in non petendo appellat.ff.de ap.creditor,§.iustus, & p ratione diuersitatis dicit: ibi gl.ꝙ iste peccat in vno tātū, ille in duobus, quod intelligo quia iste venit, sed non paret ille nec venit, nec paret.Gul.3.in Spe. de contu.§.1.versi. & no.Primo distinguit duplicē cōtumaciā, verā, & p̄sumptā. Secundo triplicem.s.euidentē veram, & pręsumptā, aut fictā, dicēs ꝙ verus contumax, quem citatio apprehendit nō auditur appellans. & multo minus euidens. Et euidentē vocat contumaciam illius, qui dixit se non vēturū: & an sufficiat hoc extra iudiciū dixisse nuncio citanti vide ꝙ no.de sen.excom. venerabilibus.§.secus.li.6. Verā illius quem citatio apprehendit. Fictam vel interpretatiuam, citati ad domum, quem citatio non apprehendit.Iacob.4 de Are. contumaciā, q̃ sup.dixi euidētē, dicebat verissimam, & dicebat fictū contumacem appellare, verū venientē iudice sedēte pro tribunali restitui ad appellādū, ff.de in integ.rest.l.diuus. verissimū nullo iure ad appellandū admitti.ff.ex quib.cau.in posses.ea.l.Fulcinius.§.fi.Sed circa 5 hoc est sciēdū, ꝙ in vero contumace quadruplex est opinio, & in ficto quadruplex. Nam aliqui dicunt verum quem sup. dixi euidētem, vel verissimū, alij inuentū, alij non inuentū: tunc demum si se citatum nouit, alij citatum ab homine. Itē quidam dicūt fictū inuentū, qui dicit se venturū, vel tacuit, sed nō venit, & hanc ēt recitat gl.vlt.in fi.ff.de restit.in integ.Alij dicunt hunc verum, sed fictū, non inuentum, facit quod not. in l.ex consensu.§.fin.ff.de app.Tertij in nō inuēto distinguunt, an citatio postmodum ad istam peruenerit, & sit verus, an non, & tunc sit fictus, & facit quod no.l.1. §.1.ff.qn̄ app. fit. Alij dicunt fictū cū ius citat, verū cū citat hō, q̃a nūcius, &c.ff.de arbi.Celsus, & facit quod no.Compost.

1 Gl. hic relatā ad text. Card. & Pā. rsputant sin gu.Fon.

2 Hic incipit secunda pars glossæ,

3 Hic tertia pars glossæ.

4 Hic incipit quarta pars glossæ.

5 Hic quinta pars gl.

& Archid.de elect.c.1.li.6.Sic vera interpellatio, quę fit expresse per hominem.ff.de vsur.mora. Ficta q̃ tacitè fit p legē, vt in persona minoris, ff.de leg.2.l Titia Seio.§.vsuras.C. in qb.cau.rest.in integ.nō est ne. l.in minorum. De vero & ficto placet opinio secūda: reprobata prima, & quarta. Et licet tertia in se sit vera, quia vere iudici contumaciter resistit is, qui nō inuentus citationis notitiam habuit. & non venit tñ, quia id iudicialiter non constat, & ex præsumptione iudicamus, habemus illum pro ficto: 6 ubi iudiciali-ter ergo cōstaret, hr̃etur pro vero, & sic posset intelligi.§.sin autem, de quo submittam. Item 7 sciendum. ꝙ circa contumacis appellationem est opinio ēt quadruplex: Communis habet, ꝙ fictus appellat. C.quomodo, & qn̄ iud.l.ab eo.ff.qn̄ appe.sit.l.1.in fin. C.de lib.au.si is, & facit hæc decre. Secunda singularis opinio.Iac.Bal. & Odof. quam sequebatur dn̄s meus in l.properādū, ꝙ ēt ficte cōtumax non appellet, & hoc dicunt per §.sin autem ead.l. de iud. quæ loquitur de parte non inuenta: pro his facit.ff.de iud.l. & post edictū, in fin.sine suppletione legendo. Sed vt ibi dicit gl.si finis ille loqueretur de eo, qui nec vere, nec ficte contumax esset, non esset necessaria appellatio: quia ipso iure sentētia nulla esset, & si exponas, quod ibi dicit: audietur beneficio nullitatis sine appellationis remedio, non conuenit responsio narrātis contra illud, de fide instr.inter §.ceterum. Alij dicunt ficte cōtumacem appellare posse, qui venit iudice sedēte pro tribunali, alias non appellat, & sic intelligūt §.sin autem. Alij dicunt nedum fictum, sed etiam uerum appellare posse, dummodo non sit manifestus, quē sup. vocaui euidentē, uel uerissimum, & pro his facit hæc littera de sentē.excom.uenerabilibus §.idem est, ubi uidetur expressum, quod citatus non ueniens sit pręsumptiue contumax: quia potuit impediri sic, ꝙ uenire non potuit Cum ergo eo casu beneficio absētię restitueretur contra sententiā, de re iud.cum Bertholdus.de resti.in integ.ex literis.& de hoc.ff.de dam.infect.si finita.§.si forte.de re iud.quæsitū fortius: ergo beneficium probabilis absentiæ illum excusabit à cōtumacia, ut appellare possit, ut præsens, & obtinere sē-tentiā retractari propter iniquitatem sui, nō propter absētiā tm̄, fateor tamē quod vbi præsens appellare non posset: vt q̃a tertio citatus, tūc necessaria esset restitutio, de qua in prædictis iuribus. Et ex his cōcludi posset (& scio quod nouum videbitur) quod si contumax, qui non uenit appellat: iudex à quo appellat, si scit illum euidentem, uel verum contumacē, appellationi nō deferet, sed in causa, uel executione pcedet. iudex tñ ad quem appellationē recipiet, & prius de hoc præiudiciali cognoscet.s. an potuerit appellare, & si causa cognita inuenerit illū manifestū, uel euidentem contumacem, uel uerum, siue inuentum, siue non inuētum: quia tñ postea citatum se nouit, nec apparet ipsius iustum impedimentum, uel excusatio, & sic contēpsit, pronunciabit appellationem nō deuoluere, & in appellationis causa nō procederet. Si uero sibi constabit illū, licet inuentū, fortius non inuentū, qui postea se citatum nouit, iuste impeditum propter quod uenire non potuit, uel saltē excusabilē, ut quia credidit terminū prorogatum, de rest. in inte. Ex literis, & facit quod ibi scripsi post Vin.& Tanc.cū per hoc appareat eum non fuisse contumacem, quia non contempsit ff.de re iud.contumacia pronūciabit appellationem deuoluere, & de illa cognoscet. Et est simile, ꝙ scripsi sup.de app.ad hoc si una, & sup.de resti.spo.solicite.detest.veniens 2.de app. non solū.li. 6.in 3.glos Ad text. ergo redeūdo vr̃ secundū prædicta, ꝙ de prima appellatione, ut præiudiciali primo cognoscet, de ord.cog. tuā. cuius euentus alterius cognitioni dabit, uel denegabit initiū, d̄ ele.si forte.li.6.

6 Iste ergo quem citatio a principio non apphendit, sed ipsi⁹ notitia superuenit postmodū, nec comparuit, dēt censeri fictu. & nō uerus, quia de ista scientia nō apparet iudici in figura iudicij. Et hoc tenet Cy.in l.prope randū. C.de iud. in 8.q̄. ver.sed qd si citatus, allegat.ff. ꝙ fallu, l. 2. Petr. de Anch.

7 Hic est sexta pars glo.

Sed

Sed 1 fm hoc quid releuat secunda appellatio, cum pronunciato, ꝙ primo fuerit bene appellatũ, reuocetur sententia, per modum nullitatis, vel attentati. de appel. non solum. lib. 6. & pronunciato, qđ male fuerit appellatum, apparet illũ postea cõtumacẽ fuisse, & sic nil reuocabit, & facit quod scripsi post Inn. & Hőst. de appel. interposita, in fi 1. respon. Rñdeo: valet ad hoc, qa non cogitur ꝓsequi primã, sed pros. quẽdo secundam, si excipiatur de cõtumacia, replicabit de iusta appellatione, de qua iudex secundo cognoscet, non vt pronunciet bene, vel male appellatũ, vel vt reuocet attentata, sed solũ, vt pronũciet illũ appellare potuisse, vel non: & sic appellationẽ deuoluere vel non: & sic iudex appellationis tertio sup eodẽ articulo interiectæ[ꝙ non licuit de hoc cognoscit, & pronunciat sup. de appel. sua nobis. Item valet: qa secũdũ hoc audiet prosequẽs secũdã, licet tẽpore, quo prosequitur sit lapsũ tp̃s primæ prosequendæ, bñ facit de sent. excõ. licet lib. 6. Si vero ẽt tẽpore secundæ appellationis lapsũ erat tẽpus prosecutionis primæ, vide ꝙ scripsi de app. directę. sup gl. 2. Itẽ valet, ꝙ posset aliquod ꝓbabile dubiũ primo appellãtẽ excusare à contumacia, licet appellatio per probata justa ꝓnũciari non potest. facit de elec. c. 1. li. 6. Itẽ posset secũda esse interposita ad aliũ iudicẽ, qui magis expediret appellãti q̃ primus. ex prædictis 2 solui vr̃, quod no. sup. ea cõpil. de ele. causam. §. pe. in vlt. gl. ꝙ arcta tus per decre. illam, qui nõ venit, nec misit, si appellat à diffinitiua, si non doceat de iusto impedimento, qđ excuset contumaciam, nõ debeat audiri: fortius. n. cadit vera cõtumacia in citato per ius commune, quod ignorare non licuit, quam in citato per iudicem.

1 Hic incipit septima pars glossę.

2 Hic est octaua, & vltima pars glossæ.

TITVLVS V.

Vt lite pendente nil innouetur.

¶ Clemens Quintus in Concil. Viennensi.

¶ Si duo litigantes super beneficio, moriantur siue vterque in curia, vel solus possidens, vel neutro possidente alter tantum, altero alibi moriente: ad Papam, & in conuersis casibus ad ordinariũ spectat collatio, si ad alterum beneficium pertinebat. Si autẽ alter tãtum moritur, si superstes, vel alius, cuius intersit, litem prosequitur, ex futuro euentu apparebit, ad quem collatio spectat. Io. And.



CAP. I.

SI duobus a *

VT LITE PENDENTE nil innouetur.

Cõtinuatio Dñi Heliæ.

¶ Visum est sup. de contumacia: quia per eam fit missio in possessione, qñq; en primo decreto, qñq; ex secũdo, & sic fit nouatio, & aliquid innouatur. Et dubitaret aliquis vtrum lite pendente aliquid debeat innouari, vel vtrum omnia debeant manere in eodem statu, quo sunt lite pẽdente, ideo annectit, i. adiũgit hic rubricam, vt lite pendente.

SI duobus.] Præsupponendum est illud, ꝙ hr̃ in c. 2. de pręb. li. 6 videlicet, ꝙ licet generaliter collatio bñficiorũ spectet ad Papam rõne plenitudinis potestatis: tñ specialiter, & priuatiue collatio bñficiorũ vacantium in Curia Roma. ad ipsum Papam spectat: ita ꝙ nullus alius illa bñficia potest conferre sine ipsius mãdato speciali; Alia verò bñficia vacantia extra Curiam Rom. ordinarij pñt cõferre, & concurrunt cum Papa accumulatiue, & possunt præuenire Papã, nisi Papa inhibuisset, ne ipsi haberent conferre.

CASVS. Duo litigabant coram Papa in Curia Romana super aliquo bñficio, ꝙ bñficium quilibet dicebat ad se pertinere: isti litigantes sunt mortui in Curia Romana: quęritur ad quem spectat collatio beneficij: Dicit Roman. Pont. Clemens, ꝙ ad solum Papam spectat collatio, nisi ius illius beneficij neutri cõpetijsset, qa si nullus eorũ litigantiũ haberet ius in beneficio, sed aliquis tertius habebat ius: tunc Papa, illud beneficium conferre non debet, cũ nõ vacet. Sed quid si vnus est mortuus in curia, alius mortuus est extra curiã, quæritur ad quem spectat collatio? Distinguit Clemens, an possidens bñficiũ mortuus est in curia, & alius nõ possidẽs mortuus est, ext. curiã, & tunc collatio beneficii pertinet ad solum Papam priuatiue: si autem possessor mortuus est extra curiã, tũc collatio ptinet ad ordinarium loci, in quo est beneficiũ, qui ordinarius potest præuenire Papã. Sed quid iuris si neuter possideat, & vn⁹ mortu⁹ est ĩ curia, alius mortuus est extra? Dicit Clemens, ꝙ collatio spectat ad Papam ratione suę potestatis. Et idem si ambo possedissent, secũdũ gl. Sed qd si vnus mortuus est altero superstite. i. viuente. Dicit ꝙ non est conferendum donec lis fuerit finita contra superstitẽ, & tunc euentus demonstrabit, ad quem spectat collatio: quia si dicatur bñficium spectare ad defunctum, tunc considerandũ an defunctus sit mortuus in Curia Romana, quo casu collatio beneficij spectat ad Papã: aut mortuus est extra curiam, & tũc collatio spectat ad ordinariũ. Sed quęritur, nunqđ loco defuncti poterit ordinarius alium subrogare? Dicit Clemens, ꝙ sic. Sed quærit an per istam Clementinam Papa idẽ intelligat, in personatibus, in dignitatibus, & alijs beneficiis, in qb. ratione suæ potestatis habet plenã, & meram dispositionẽ, ita ꝙ si is, qui moritur extra curiam, habebat personatum, vel dignitatem in controuersia cũ aliquo, an ordinarius possit personatum, vel dignitatem conferre, sicut dixim⁹ de simplici bñficio? Dicit Clemẽs, ꝙ per aliam clementinã non intendit derogare principio capituli secundi de præb. lib. 6 sed ista Clementina fuit specialiter facta ad decidendũ dubiũ, ꝙ fuit qñ vnus moritur in curia, alius autem moritur extra curiam. h. d. H. R ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo, ꝙ si bñficiatus moriatur in Curia Romana, tunc collatio ipsius spectat ad solũ Papã priuatiue, ita qđ nullus alius põt cõferre illud bñficiũ, nisi ipse Papa, & sic collatio ad ipsum Papã spectat priuatiue: quia priuat oẽs ordinarios. No ꝙ ista Clemẽtina venit declaratiue, siue ad declarationẽ capituli secũdi de pręben. lib 6. Not. de Romana Curia, & dicit Paul ꝙ pro eodem accipiuntur hoc casu Sedes Apostolica, & Roma. Curia, de conuers. præb. c. 1. & c præsenti. li. 6. cuius c. pręsenti, moderationẽ dicit Paulus locũ habere in casu huius cl. No. ꝙ per obitum beneficiati extinguitur titulus beneficij Nam secun. Zen. mors est dissolutio corporis, & animæ, de pœn. d. 2. charitas. ver. corpus. de celeb. Miss. in quadam.

[Prima Glossa dicit, quod determinat, ponit casũ, & diuidit.]

a ¶ Si duobus.] Determinat casum dubium circa decr. secundam. de præben. lib. 6. quæ reseruat collationi Papali beneficia in curia vacantia, an locũ habeat in duobus litigãtibus in curia super beneficio sibi collato, si alter moritur, vel vterq; Et distinguit principaliter duo membra: quia aut vterq; moritur in curia: aut vterq; extra: aut alter tantũ. In primo distinguit, aut vterq; morit in curia, aut vterq; extra: aut alter int⁹: & alter extra, & hoc vltimo casu, aut alter eorum possidebat, aut neuter, & si alter, aut q moritur in curia, aut q extra.

extra. In secundo ēt principali mēbro. s. cum moritur alter tantum, tunc subdistinguit: quia aut beneficium spectabat ad mortuum: aut ad superstitem, aut ad neutrū, & si ad mortuum: aut moritur in curia, aut extra. & secundum principalem mēbrum prosequitur ibi, [Si vero alter. [Tertio protestatur: ibi, [Salua tamen.

nis tempore possessionem habebat, tunc statim vacant priora, & in curia, vbi consecratur, & per hoc videtur, ꝙ si consecratur in curia possessionem nō habēs, vadit ad partes episcopatus, & possessionem apprehendit, ꝙ priora illius beneficia non vacent in curia, nisi specialiter fuerint reseruata. Scio tamen, ꝙ curia hoc non reciperet.

in Romana [a] curia super beneficio [b] sibi collato [c] litigantibus, [d] in eadem † curia mori [e] contingat [f] vtrumque, collationē huiusmodi beneficij ad Romanum Pontificem: [g] si vero extra dictam curiam, [h] ad ordinarium [i] decernimus pertinere: nisi [k] forsan alius ab eis [l] in dicto beneficio ius [m] haberet. Quod si vnum in dicta curia, alterum vero extra mori contingat, si moriens in curia beneficium possidebat, [n] † ad Romanum Pontificem, [o] si vero alius, [p] ad ordinarium pertineat collatio supradicta. Neutro [q] autem ipsorum [r] beneficium possidente, erit Romanus Pontifex propter auctoritatis prærogatiuam [s] in collatione huiusmodi prēferendus. ¶ Si vero [t] alter tantummodo, siue possessor, siue petitor decedat: [u] si superstes, vel alius cuius intersit, [x] causam nihilominus prosequatur: [y] (cū

† al. Romana.

¶ Duobus.] vel pluribus, cum sit eadem ratio, cōcordat quod not. de rescrip. duob. lib. 6.

a. ¶ Romana curia.] quod dic, vt not. sup. de præbend. præsenti, lib. 6.

b ¶ Beneficio.] large sumitur comprehendens dignitates. de præb. c. 2. lib. 6. saluo, quod ibi not. in 2. gl.

[Gl. seq. primo notat a ꝯrio secūdo soluit dubium de electo. & per id opi. fortificat: tertio quęrit: ponit opi. quam partim reprobat qua to impugnat obseruantiam cariæ.]

c ¶ Collato.] Secus ergo si litigarent illud sibi debitū, & concor. quod dixi s. in cle. de rescri. auditor. Et p hoc puto solui, quod dubie tangebat Archid. de elect. si electio. 6. de electo. in præpositum non cōfirmato, qui moritur, in curia, an præpositura vacet in cura; allegabat pro, & contra, quæ not. 63. dist. quanto. puto, ꝙ nō, ēt si ibidem super electione, vel cōfirmatione litigabāt, per hanc litterā: durat em̄ prima vacatio, [1] vsq; ad confirmationē. facit. de elect. cupientes, & c. quā sit in prin. lib. 6. quæ per confirmationem desinet de transla. c. 1. & 2. facit hoc pro opinione, q̄ tenui. de elect. cupiētes. §. quid si. in gl. vlt. quæ incipit, & pertinet. Sed de prioribus beneficijs confirmati in curia ad dignitatē cuius adeptio facit illa vacare dubitatur, an vacent in curia, & placet Arch. in decre. commissa. de elect. lib. 6. ꝙ nō: quia non vacant per confirmationē: sed per possessionē pacificam, uel ex quo stat per confirmatum quo minus illam hēat, vt ibi, & de pręben. licet Eps, eo. lib. dicebat tñ, ꝙ si ille cōfirmatus manet in curia, & per procuratores possessionem apprehendit, ꝙ beneficia vacabūt in curia, quia talis possessio quo ad priora beneficia fingit illum mortuum 7. q. 1. §. ecce in quibus, sed mori nō potest nisi vbi personaliter est, ergo &c. Non placet hoc dictum, ex quo sequeretur, ꝙ beneficium per procuratorem renunciatum in curia, vacaret eo loco, vbi esset renunciationis tempore, qui procuratorem constituit: ꝙ est falsum, vt ipse idem not. in decre. 2 de præben. & ad §, ecce. responde per not. de rescrip. susceptum lib. 6. in glos. penult. quia non est vere mortuus, sed fingitur. & illa fictio bene potest trahi ad locum, vbi possessionem apprehendit: vbi ergo procurator mandatum habens possessionem apprehendit: ibi & ea die vacat beneficiū; sed vbi amicus, vel negotiorum gestor [2] id fecisset, procedere posset illa opinio quia tunc vacant per acceptionem, vel ratificationem per illū factam in curia, & non prius, facit de præben. si tibi absenti. lib. 6. Item aduertendum est, ꝙ sæpe curia priora beneficia electi in Episcopum in curia consecrati statim confert: quod puto fieri non posse illo non consentiente, nisi prius habeat possessionem episcopatus: non enim per solam consecrationem vacant priora, sed per consecrationē, & trāslationem, & lapsum temporis, quo debuit consecrari, prout etiam scripsi post Inno. & Compost. de elect. cū in cunctis. ver. cum vero. super vlt. gl. si ergo cōsecratio-

1 Vide Deciū in c. 1. de cōfir. utili. uel inutil. & cōsil. 149.

2 Vide Rotā decis. 299. in nouis.

d ¶ Litigantibus.] in hoc ad titulum.

[Gl. seq. soluit duo dubia.]

e ¶ Mori.] idem puto in renunciatione, vel alia vacationis forma, etiā si immisceantur, vt qa vnus moritur, alius renunciat, cum sit eadē ratio, & facit præalleg. §. ecce 7. q. 1.

f ¶ Cōtingat. simul, vel successiue.

g ¶ Pontificem.] tolle litteram, decernimus pertinere.

h ¶ Curiam.] repete mori contingat utrumque, collatione huiusmodi beneficij, &c.

i ¶ Ordinarium. 3.] id est, collatorem, etiam si alias nō haberet ordinariam iurisdictionem. sic de conces. præben. si soli. lib. 6.

k ¶ Nisi.] hanc exceptionem etiam in inferioribus mēbris intelligas repetitam.

l ¶ Ab eis.] litigantibus mortuis.

m ¶ Ius.) in re, uel ad rem. de utroque, de conces. pręben. c. ult. lib. 6.

[Glo. seq. primo dat simile. Secundo ponens iusquetus commendat hoc nouum.]

n ¶ Possidebat) Sicut ergo in multis casibus est melior conditio possessoris. de præben. si a sede. lib. 6. sic fit melior conditio illius, penes quem moritur possessor. Et not. quod si hæc constitutio non emanasset, uidetur adhuc post mortem quærendum, ad quem de iure beneficium spectasset, ut j. dicitur, cum alter moritur, ut eo cognito haberetur cōsideratio loci mortis illius, sed quia hoc fuisset difficile, & facile neglectu, ideo fuit utiliter prouisum.

o ¶ Pontificem.) collatio, &c. ut sequitur.

p ¶ Alius.) s. moriens extra curiam, & repete beneficium possidebat.

(Gl. seq. quæstionem soluit.)

q ¶ Neutro.] Idem puto, ubi possidebat uterque, ut in paritate possessionis semper sit potior conditio Papæ. facit de rescr. duobus, lib. 6. & quod no. eo. lib. de pręb. si a sede, & possent ambo prouocare in interdicto uti possidetis, uel quia uterque contra reliquum appellauit, ut sæpius experimur, sed forte hunc casum omisit, quia utroque possidente neuter possidere uidetur, quia non in solidum, facit de probatio. licet, uel quia non pacifice. facit de electio. commissa lib. 6.

r ¶ Ipsorum.) s. quorum alter mortuus est in curia, & alter extra curiam.

s ¶ Prærogatiuam.) concor. de præb. si a sede, lib. 6.

t ¶ Si uero.) s̄m principale membrum, distinctionis.

u ¶ Decedat.] In curia vel extra.

x ¶ Intersit.) siue ratione tituli, in quo ius habebat in re, uel ad rem, siue ratione iuris eligendi, uel præsentādi, uel conferendi, quod se contendit habere; & forte mortuum elegerat, uel illi prouiderat, supra eodem ca. 2. lib. 6. in gl. penult.

y ¶ Prosequatur.) si [4] non prosequeretur, lis non penderet.

† Not. hic Imo. ꝙ ex possessione præsumit titulus, nō solum ad commodū possidentis, sed ēt tertij, Fon.

3 Vide Deciū in c. post cessionē. in primo notab. de probat. & Fely. in c. olim. in princp. de præscrip.

4 Vide Rotā deci. 18. in nouis.

a ¶ In-

a ¶ Interim.]scilicet illa lite pendente.
b ¶ Non possit.]supra eod.c.2.lib.6.
c ¶ Euentus.]Concor.de elect.si forte. lib.6.de frigi. fraternitatis. in fi.cum suis concor. Iste autem euentus est dubius.ff.de pecul.quod debetur.
d ¶ Pertinebit.] collatio, de qua pmisit.
e ¶ In curia.] sit defunctus, quod sequitur.
[Gl.seq. soluit duo quare.]
f ¶ Ad neutrum.]alterū membrum subdistinctionis,qñ pronunciaretur beneficiū spectare ad superstitem, non exprimit quasi indubitatum, quia tunc nō vacat: & sic nec per Papam, nec per ordinarium conferendū:ad vtrūque autē impossibile est spectare. facit de elect. vt qs duas lib.6. & ideo ēt illud nō fuit exprimendum.
g ¶ Pertinebit.] Constat.n.quod in curia non vacauit, etiam si ille, qui mortuus est. decesserit in curia.
h ¶ Pertinere.]cōcor. de præb.c.2. lib.6.& facit de conces. prēb. proposuit.

interim [a] beneficiū de iure conferri non possit [b]) ad quem collatio eius pertineat, futurus declarabit euentus. [c] Nam si ad defunctum pertinuisse beneficium fuerit declaratū, pertinebit [d] ad Papam, si ille in curia; [e] vel ad ordinariū, si extra curiam sit defunctus. Quod si ad neutrum [f] illud spectasse constiterit, ad ordinarium collatio pertinebit: [g] Salua tamen in præmissis oīb. Romani Pontificis potestate, ad quem Ecclesiarum, personatuum, dignitatū, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plena, & libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere. [h]

¶ Idem.

¶ *Lis dicitur pendere, quo ad hoc, vt nihil debeat innouari cum citatio legitime peruenit ad partem, uel per eā stetit quo minus peueniret, cum tali expressione, quod potuit instrui super quo conueniatur.*

CAP. II.

Cum † lite pendente [i] nihil debeat innouari: [k] litem quo ad hoc [l] pendere censemus, postquam [m] a iudice competenti [n] in ea citatio [o] emanauit, & ad partem [p] citatam peruenit, vel per

[Gl.prima dicit, & prosequitur quid determinat.]
i ¶ Cum lite pendente.] Declarat, qñ lis pendere dicatur, determinans, quod not.Host.eo.tit.c.1.vbi dixit, quod lis pendet nedū ea contestata. de verb.sign.ex parte 2. sed ēt libello principi oblato, C.qñ libel.prin.da.l.1.& si adhuc nō sit impetrarium.C.eo.tit.l.1. fortius ex quo impetratum est de appel. suggestum, & fortius ex quo negotium est commissum. de testi. causam 2. & fortius facta citatione.de offic.deleg.gratum per quæ dixi ibi secure tenendū, quod non solū ea, quæ post litē contestatam, sed etiam 1 ea, quę ante saltē post citationem attentantē sine libello ex puro, & mero iudicis officio, reuocātur in statum pristinum.alleg. de constit.cū M.in fi. de despon. impub.ad dissoluendū. de accu. olim. in quib.nō potest dici, quod fuit lis cōtestata. Et in hoc differt hæc rubrica a rubrica.de resti.spol.secundum ipsum, quia hic de plano expeditur, ibi libellus offertur, & lis contestatur.de rest.spol.olim.& tribus c.seq. & c.vlt.

1 Vide Perusinum in ca. consuluit. lo secundo. in 2. col. extra de app.

† Vide Dec. in c.1.in fin. de resc. & in c.vt debitus. de app.& Abbatē in c.causam de testibus.

Cum lite.] Ponit dictum, quod secundo limitat, & declarat: Secunda: ibi, [Dumtamen.] Imola.

¶ Lite pendente nihil est innouandum. Et quo ad hoc litem dicimus pendere postquam a iudice competenti citatio emanauit, & ad partem peruenit. Et capitulum istud venit declaratiue ad titulum, videlicet quando dicatur litis pendentia. Et dicit ex quo reus est citatus, & libellus est oblatus, quia in eo fuit inserta petitio actoris, vel aliquid æquiualens, tunc lis dicitur pendere. Sed quæritur, Iudex decreuit aliquem fore citādum, qui audiens, quod iussus erat citari, se absentauit, & per eum stetit, quo minus citaretur. Quæritur si nuncius iuerit ad domum, & illum non repererit, sed misit citationem ad domum, vel eum citauit in persona vxoris, quæritur an per hoc lis dicatur pendere? Et rñdet, quod sic hoc dicit. Not. quod competens iudex seu idoneus dr̄, qui habet in causa iurisdictionem cum exercitio, dato, quod illa iurisdictio posset per exceptionem elidi, siue exceptio cōtingat iurisdictionem, siue contingat personā, valet enim vtroq; casu processus, si non excipiatur, merito ante exceptionem dicitur competens, seu idoneus. Et no gl.in cle.nostra singulariter: quia potest facere ad multa, cum sæpe fiat mentio de iudice competenti. No. quod quamquam ad perpetuandam iurisdictionem sufficiat citationem emanasse a iudice, licet non peruenerit ad partem, tamen quo ad inducēdam litis pendentiam, oportet, quod peruenerit citatio ad partem, vt in gl.in ver. & ad partē tamen dicit tex.si factum est per partē, quominus citatio peruenerit ad eam, tunc nō impeditur litis pendentia. Not. consilium gl.vlt.ad inducendam litis pendentiam, quod inseratur in citatione copia libelli, vt pars citata possit plene instrui super quibus sit in iudicio conuenienda. Not. quod quo ad hoc, vt citatio inducat litis pendentiam, quo ad reuocandum innouata, expedit, quod facta sit a iudice competenti. Not. quod is per quem stat, quod citatio ad eum non perueniat, habetur pro citato. simile secundum Zenze. ff.de euic.l.si ideo, & l. si dictum.§.præsente. Zabarel.

¶ Pendente.] Quosdam casus in quib. ponderatur pēdentia, vide not.de offi.lega.præsenti.§.1.in gl.2.lib.6.
K ¶ Innouari. 2] quod fieret si possessor priuaretur possessione, vel alienaretur res litigiosa, vel super ea interpretaretur priuilegium tacita litis pendentia: antiqua vero possessione vti, non est innouari. & vide, quod scripsi eo.tit.super rubrica.

2 An per impetrationē dicatur aliquid innouari uide Fely. in c. ceterum. de rescrip.

l ¶ Ad hoc.] s. quo ad innouationem impediendam, & fortius, quo ad iurisdictionem perpetuandā de fo.cōp. proposuisti.de offi.deleg.gratum.
m ¶ Postquam.] in pendentia ponderamus principium, & finem: hic determinat primum, s. qñ incipiat, secundum. s. quando desinat, patet eo.tit.c.2. lib.6.& 11.q.1. quia res. s. lite finita: quod esse potest per sententiam, a qua non est appellatum, vel aliter, vt not.de lit.contest. c.1.lib.6. & vide quod dixi de confes.c.vlt.super vlt.gl. & quod not.ī.tit.proxi.c.vnico.
[Gl.seq.alleg.simile, & arguit: quæstionem soluit, & prorogat.]
n ¶ Competenti.] alibi dicitur idoneo.de appel.vt debitus.& facit hæc littera ad id, quod ibi no.in gl.2.Cōpetentem autem hic dico eum, qui causæ iurisdictionē habet cum exercitio, dato, quod illa possit 3 per exceptionē elidi, siue exceptio contingat personam, vt quia suspectus, siue iurisdictionem, vt quia rescriptum surreptitiū planum est enim quod his casibus valet processus in principali si non excipiatur de re iud. inter monasterium. de hoc de rescrip. ad audientiam. sicut autē requiritur competentia in iudice, sic & in citatione.facit, quod scripsi de foro compe. proposuisti. de offic.deleg. cum plures lib.6.in gl.fina.

3 Vide Decius in c. ex tenore.de rescr.& in c. si duob. de app. & Fely.in ca.cum ordinem. de rescrip.

o ¶ Citatio.] priuilegia.vel rescripta videntur impediri per solam causæ commissionem sine citatione. de testi. causam 2.& vide quod ibi dixi super gl.penul.
[Glo.seq.ponit differentiam.]
p ¶ Ad partem.] Licet ergo, quo ad perpetuandā iurisdictionem

dictionem sufficiat citationem emanasse secundũ canones,& vide quod dixi.de off.deleg.c.vlt.in si tamẽ quo ad inducendam litis pendentiam non sufficit emanasse,nisi peruenerit,vt hic.

a ¶ Factum.]dolose,vt in iuri b.statim allegandis.

b ¶ Peruenerit,]Cõcor.cle.sup.de elect. cãm, de renun.c.vn. de iud dudũ, de for. comp.quamuis.

1 Vide A. c. licet de accu. in 2.col.

c ¶ Expressa.] 1 Cõcor.sup.de procu.nõ põt.ad idẽ. de elect. vt circa. & c.procurator.lib.6.

Glo. seq, literam exponit, consulit,& dubium soluit.]

2 Vide Rota decis.279.in nouis.

† In vno manuscripto sicut est impressum.

d ¶ Plene.]Si ergo 2 dicat iudex compareas die tali rñsurus Titio sup quadã domo, nõ erit sufficiẽs expressio, nec dicet lis pẽdere super domo,vel domus eẽ litigiosa,& est simile. de do.& cõtu.c.2.est ergo cõsiliũ actoris cui expedit inducere litis pẽdẽtiã, ꝙ inserat libellus in citatione.de dila.c.2 bene facit cle.sup.de ele.cãm.tñ licet id nõ fiat, si tñ talis est expressio,per quam plene possit instrui,sufficit vt hic:vbi verbo iudex sufficienter expressit,sed nuncius non sufficienter retulerit, non iuuat;debuit.n. emanasse,& peruenisse,vt sup. dicitur.

eam factum [a] fuit, quominus ad eius notitiam perueniret: [b] Dumtamen in citatione prædicta talia sint expressa:[c] per quæ plene [d] possit instrui, super quibus in iudicio cõuenitur.

TITVLVS VI.

De sequestratione possessionum, & fructuum.

¶ Idem.†

¶Si super beneficio contra ipsius possessorẽ, q triẽnio non possedit in petitorio, vel possessorio vna diffinitiua fertur in curia,etiam si nulla fore dicatur,ipsius beneficij sequestratio per loci ordinarium fieri debet, quam impediens vel sequestratos fructus occupant excommunicatus est, & si est de litigantibus,cadit à iure suo, & respicit pendentia.Io.And.

CAP. VNIC.



AD † cõpescẽdas[e] litigãtium malitias,diffinimus, vt vna [f]

DE SEQVESTRATIONE possessionum,&c.

¶ Visum est sup.an & quando nouatio potest fieri:dubitari posset an possit fieri sequestratio rei litigiosæ possessionis,& fructuum,ideo,&c.

Continuatio Domini Heliæ.

AD compescendas.]CASVS. Tu & ego litigabamus in Curia Rom. coram aliquo auditore super beneficio in petitorio,velĩ possessorio: processum in tãtum extitit,quod auditor tulit sententiã diffinitiuã contra te possessorem: qui ab hoc triennio non possederas,appellauisti: pendente appellatione peto,vt beneficium contẽtiosũ sequestretur vna cũ fructibus percipiẽdis:quæritur vtrum debeat fieri sequestratio.Dicit Clemẽs ꝙ sic,ẽt si opponatur de nullitate sententiæ ipsius auditoris,& dicatur,ꝙ sñia auditoris lata contra possessorem non valeat:tñ hoc nõ obstante iudex ordinarius poterit sequestrare dictum beneficiũ. Sed quæritur, per quem fiet sequestratio.Dicit,ꝙ per iudicem,& sequester exercebit ea,quæ pertinent ad beneficiũ. Itẽ redditus non conuertentur in vtilitatem ipsius sequestri:sed imputabit beneficio;Et residuum debet reseruare & restituere illi,qui habebit victoriã . Sed quid iuris si aliquis impedit sequestrari,vel fructus sequestratos occupat, vtrum iste impediens, vel occupans incidat in aliquã pœnam? Clemẽs distinguit,aut ille, qui impedit est vnus de litigatorib.aut nõ,sed alius: Si secundo modo,incurrit pęnam excõicationis, quia hoc ipso, ꝙ impedit,vel occupat fructus, ipse est excõicatus, nec venit absoluẽdus, nisi oĩa restituerit in manib.sequestri:Primo casu ẽt incurrit sententiã excõicationis,& vltra perdit ius,ꝙ habet, vel ꝙ sibi cõpetebat in beneficio. Et hæc Clemẽtina,seu constitutio habet locum in litibus pendentibus,& nõ solũ in futuris.h.d.H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo, si sup beneficio cõtra ipsius possessorẽ, q triennio nõ possedit in petitorio,vel possessorio vna diffinitiua fertur in curia,ẽt si nulla fore dr̃,ipsius beneficij sequestratio per loci ordinariũ fieri debet:q̃ impediens, vel sequestratos fructus occupans , excommunicatus est . Et si est de litigantibus.cadit à iure suo, & respicit pendentia. Et est illud summariũ Clementinę.No. quod iudex,& superior debent obuiare malitiis hominum subditorũ:quia melius est ante tempus occurrere, quã post causam vulneratam remedium quærere. No.tex.[Ad compescendas,]id est refrænandas, vt in gl.No. [Apud,]id est circa, & debet scribi per d. Not.] Promulgata.] vt sup. in cle. si ante.de do.& contu. Not.[Sequestretur. sequestro, stras,a p. id separare , & proprie certantes pacificare vnde.

† Vide Aegid.Bellam. deci.54.

Diuido, pacifico, dic designare sequestro.Inde sequester, stri , quod & tertiæ declinationis inuenitur:sed regulariter.i.cõmuniter & sæpius est secundæ,vt hic sequester,stri,stro. Et dr̃ sequester recõciliator,qui discordes pacificat, & qui certãtibus medius interuenit, qui apud Græcos à mesos dicitur,apud quem pignora,vel res aliæ litigiosæ deponi solent,i.solent tradi in custodiam . Et dicitur sequester à sequendo,vel à sequor.: eo quod eius qui electus est vtraque pars certãtium,& litigantium sequatur fidem,vnde Deut.5. Ego sequester, & medius fui inter Deum & vos.Inde hæc sequestra,stræ.i.recõciliatrix:& proprie certantes pacificans. Itẽ proprie (vt ad nostrum propositũ) sequester est is, apud quẽ res litigiosa deponit à plurib. & sequestratur, vt ei qui in causa vicerit,reddatur.Itẽ sequestrũ dicitur illud scriptum,quod de sequestratione conficitur,& si sit ex causa voluntaria,transfert possessionẽ in sequestrũ. Sequestratio est rei,de qua agitur separatio, vel dispositio,vel possessionis interdictio . Interim.n ꝙ res apud sequestrum est,nec actor,nec reus possidet. ff.depo.l.licet.No.ꝙ sententia lata super possessorio potest esse diffinitiua,quod colligit gl.in verb.possessorio, quam nota. Nota finaliter casum,in quo titulus beneficij poterit sequestrari,quod colligit glo.in verbo beneficium.Zabarel.

d ¶ Ad compescendas.]si super bñficio contra ipsius possessorem, qui triennio non possedit, in petitorio, vel possessorio vna diffinitiua fertur in curia,etiam si nulla fore dicatur,ipsius beneficii sequestratio p loci ordinariũ fieri debet,quam impediens,vel sequestratos fructus occupãs,excõicatus est, & si est de litigãtibus,cadit à iure suo,& respicit pẽdẽtia. Nouũ & æquissimum est,ꝙ inducit hæc constitutio, quæ primo ponit nouum casum sequestrationis fiendæ, secundo punit impedientem:ibi,[Si quis autem]Tertio constitutionẽ ad pendentia prorogat.ibi,[Præmissis]Quarto exceptionem:ibi,[Non obstante.

e ¶ Compescendas.].i.refrænandas.Et cõponit à con, & pesco,quod verbũ non est in vsu,concor. Clemen. de off.ord.c.1.

f ¶ Vna.]fortius ergo si plures.

[Glo.seq.soluit tres casus.]

a ¶ Contra

cõtra a possessorẽ diffinitiua [b] sentẽtia super beneficio [c] apud sedem Apostolicam dũtaxat [d] in petitorio, vel possessorio [e] promulgata, [f] beneficiũ [g] ipsum, et si [h] dignitas, vel psonatus existat, & curã habeat animarum, a possessore huiusmodi (dumtamen triennio [i] † pacifice antea [k] ab eo possessũ nõ fuerit (per loci [l] ordinariũ apud aliquam personam idoneam [m] sequestretur, † quæ plenam de ipso & debitam curam gerens, id, quod de fructibus ipsius (debitis eiusdem supportatis oneribus) [n] superesse contigerit, illi restituat, [o] qui finalem [p] in causa victoriam obtinebit. [q]

¶ Si quis [r] autem sequestrationem huiusmodi impedire, vel fructus sequestratos quoquo modo præsumpserit occupare, [s] excommunicationis incurrat sententiam ipso facto: [t] a qua (nisi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus [u] restitutis) [x] nullatenus [y] absoluatur. Et nihilominus [z] si de litigantibus fuerit, [a] iure (si quod in huiusmodi beneficio, vel ad

a ¶ Contra possessorẽ.] si ergo contra petitorem pro possessore fertur sententia, non fit sequestratio. Itẽ si inter duos, vel plures petitores beneficij fert sẽtẽtia pro vno contra reliquũ, vel reliquos, nõ fit sequestratio. hoc probat hæc littera. Itẽ si fertur sententia contra possessorem, non tamen pro petitore, qui forsan ad probationem agebat, non est locus sequestrationi 1 quod probat littera sequens ibi, pro petitorio, vel possessorio, & in fine huius partis, & facit quod not. Host. in Summa huius tit. ad fin.

b ¶ Diffinitiua.] in interlocutoria, ergo non habet locũ hæc constitutio. Est autẽ interlocutoria, quæ inter principium, & finem causæ fertur super ijs, quæ incidunt, vel emergunt. Diffinitiua vero pricipalem quæstionẽ diffinit de quo satis in Spe. de sentẽ. pro la. in 1. col.

c ¶ Super beneficio.] Ecclesiastico. cõcor. sup. ea cõp. de iud. c. 2. si ergo inter petitorem beneficij, & possessorem esset quæstio alia personalis, vel realis, & feratur diffinitiua pro petitore, non erit locus constitutioni.

d ¶ Dumtaxat.] si. s. ea. compi. de rescr. auditur. & fuit hoc prudenter sic temperatũ: absurdum. n. fuisset per singulas sententias ordinariorum, vel delegatorum possessores possessione priuari.

e ¶ Possessorio.] hic patet, quod etiam super possessorio fertur sententia diffin 2 concor. de iud. c. vlt.

f ¶ Promulgata.] per auditores curiæ, à quorũ sententijs appellatur, & puto decr. procedere, siue principalis sñia feratur in curia, siue super sententia lata per ordinarium, à qua fuit appellatum ad curiam, diffinitiua sententia feratur ibidem, dummodo pro petitore contra possessorem, vt dixi.

g ¶ Benefi.ium.] No. quod non fructus tãtum, imo etiam beneficium sequestratur, & hæc sunt diuersa, & est simile, quod notatur de præb. si tibi concesso. lib. 6. in gl. 2. Iura ergo beneficij, & beneficiati exercebit sequester, qui possidet. super quo vide, quod no. & scripsi de iud. examinata.

¶ Nos itaque.] Iste §. legitur vsque ad §. ceterū. Et dicit quid fecit Papa, quādo audiuit Cardinales referentes ea, quæ dixit Hēricus, & quod responsum ipse Henricus dedit litteris suis, & quomodo Henricus non habuit litteras Papæ gratas, & quomodo ipse Henricus dixit se non iurasse in coronatione sua, quando fuit promotus in Romanum Imperium, nec post coronationem: Et etiam Cardinales retulerunt ipsi Papæ, qualiter ipse Henricus quando recepit litteras Papæ, quæ tractabant de pace: & cum secretæ esse deberent, quod ipse eas publicauit, accersitis, id est, conuocatis tabellionibus, & in copia multorum hominum: & quomodo ipse nesciebat, quod antecessores sui iurassent, & quod ipse erat immemor, quod vnquam iurasset. Et per hoc habes totum. §. præcedentem, repetitum His sic recitatis à Cardinalibus Romano Pontifici, ipse Romanus Pontifex attendens, quod ipse dimitteret ipsum regem, qui de responsione sua haberet tabelliones vt conficerent instrumenta, vt posset in futurum præiudicare Romanæ Ecclesiæ, & talia sic recitata in principio istius §. in graue præiudicium redundarent ipsi Ecclesiæ, quare ipse Papa, siue Romanus Pontifex prospexit annectere, & in ius commune, siue in corpore iuris redigere, & scribere de huiusmodi iuramentis in huiusmodi constitutione, seu Clementina, recitans quomodo, dictus Henricus quamprimum, id est quam cito, & illico, siue statim ꝙ fuit electus in Romanum Regem, ipse misit nuncios, & procuratores ad nos, hoc est, ad Romanam curiam, vt ipse confirmaretur in Imperatorem, qui nuncij procuratorium habebant ad iurandum in animam ipsius, ꝙ omnia, quæ iuranda erāt iurarent: quæ quidē iuramenta recepimus in Auinione, vbi tunc eramus in præsentia plurium Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum hic existentium: quare illū regem nominauimus, & eius personam approbauimus, & declarauimus eum esse habilem, & idoneum ad apicem, & imperialis celsitudinis dignitatem: & decreuimus illum inungi, & consecrari, & a prædictis nuncijs accepimus iuramentum. Item similiter misimus Cardinales ad eum, vt ipsi sibi impenderent, & darent insignia consecrationis: qui Cardinales nomine nostro receperunt ab eo iur̄m corporale, sicut continetur: & forma illius iuramenti describitur in libro Pontificali Romano. Et forma qualiter ipse iurauit ponitur ibi, Ego A. rex Rom. hoc dicit. vide tex. Nos itaque attendentes, quod si huiusmodi responsio facta ꝑ regem Henricum pertranseat sub dissimulatione, vel quod pallietur silētio, ipsa posset redundare in magnū & euidens præiudicium Romanæ Ecclesiæ: ideo prospeximus admodum dignum, i. valde dignum, fore, i. esse opportunum, id est, conueniens, vt annectamus aliqua breuiter hmōi constōni pręsenti in hmōi Clementina. Et sum in tex. ibi [Dictus namque.] Et recitat, qualiter Henricus rex quando fuit electus, & quomodo ipse iurauit, & fecit illa, quæ tenentur facere Imperatores, quando eliguntur, ideo dicit: Dictus namq; Henricus quamprimum, i. ita cito quod fuit electus in regē Romanorum, ipse destinauit, i. misit ad nos nuncios solemnes, hoc est, vnam ambasciatam, quam gallice Ambassade appellamus, dans eis nuncijs mandatum speciale, & plenum per suas litteras patentes, i. apparētes, & manifestas, & bene cognitas, nobis exponendi pro eo, i. nomine eius deuotionem ipsius, quia pręceperat nuncijs suis dicendo. Dicatis Rom. Pont. qualiter ego sum deuotus, & obediens. Et dans eis nuncijs mandatum speciale exponendi reuerentiam filialem, quam ipse dicebat gerere ad nos syncero, id est integro affectu, id est desiderio, & etiam ad Romanam Ecclesiā, dicendo ꝙ erat filius ipsius Ecclesiæ: quare supplicabat vt electionem de se factam Papa confirmaret, & eum decerneret inungendum, & consecrandum, nec non, id est etiā habebant dicti nuncij speciale mandatum petendi, & impetrandi gratiam a nobis & fauorem. Et ipsi nuncij habebant mandatum speciale offerendi, & pręstandi pro eo, id est nomine eius iuramentum fidelitatis debitæ nobis, & debitæ ei Romanæ Ecclesiæ in ipsius animam, quia per suam animam iurabat, quod teneret, & faceret omnia, quæ sui prædecessores fecerant. Ideoque ipsi nuncij habebant mandatum iurandi in ipsius animam per iuramentum fidelitatis, & per iuramentum cuiuslibet alterius generis ac nihilominus, id est, non minus habebant tales nuncij mandatum speciale petendi a nobis vnctionem, & habebant speciale mandatum petendi consecrationem impendi ipsi Henrico regi per manus nostras: Et etiam petebat diadema imperij impendi, id est tradi per manus nostras: hoc dicit. Not. [Decreto,] id est, statuto, & habemus decretus, ta, tum, & hoc decretum, ti statutum patrum, definitum iudicium. Inde hic, & hæc decretalis, & hoc le, vt ista dicta sunt decretalia, id est, quæ in decretis continentur. Et pluraliter hæc decreta, torum, pro libro, in quo continentur decreta. Inuenitur etiam decretalis substantiue, vt in tali decretali dicitut. Item decretus, ta, tum, inuenitur a decresco, scis, & potest, de, ibi esse augmentatiuum, vel priuatiuum. Et decretum est supinum duorum verborum, scilicet decresco, & decerno, & decreui est eorum præteritum. Decretum secundum Specul. dicitur multis modis, quandoque dicitur sententia diffinitiua. vt ff. de re iud. l. decreta. vel interlocutoria. ff. de assesso. l. 1. in fi. Quandoque dicitur id, quod Papa constituit, seu statuit de consilio Cardinalium nulla facta consultatione, & tunc in scriptis redigitur, vt de rescr. cap. præsenti. Et accipitur hic sic in proposito. Quandoque dicitur consensus eligentium in scriptis redactus, vt 2. q. 1. legum, de elect. innotuit. Quandoque est illius, quod capitulum, vel ordo, siue vniuersitas, vel maior pars ordinauit, vt ff. quod cuiusque vniuer. nomine l. plane. Quandoque est iudicis auctoritas in alienationibus rerum præcipue minorum interposita vt C. de prædijs mi. l. interposita. Quandoque dicitur auctoritas principis in rescriptis beneficialibus interposita, vt de rescrip. cap. gratia lib. 6. Et secūdum Azonem illud decretum est confirmatorium gratiæ, quia ex hoc princeps insinuat suam voluntatem, quæ seruanda etiam secundum eum ligat ignorantes. Est etiam quoddam decretum decurionum, quod in inuitos super muneribus rerum tribui potest, exceptis qui liberalium studiorum laboribus inseruiunt, & qui medendi causa funguntur, vt medici. C. de decre. decuri. l. exceptis. lib. 10. Et dicuntur decuriones, id est existentes de curia. Quandoque decretum est iussus iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciā possideri. Et est duplex: quoddā est primū, quoddā

ſa'.ita: vt de juramēto huiuſmodi conſtitutioni p̄ſenti aliqua annectamus.

ſecundum. vt ff. de dam. infect. l. ſi pupillus. §. Iulianus. Nota quod contra ea, quæ publicè delinquuntur, publice prouideri debet; ſic enim prouidit Papa per hanc publicam conſtitutionem contra publica delicta Hērici. No. quod dr̄ breuiter fieri, quāuis multa dicantur dummodo breuiter, vt hic in verſi. breuiter. Zabarella.

a ¶ Pallietur,] id eſt, quaſi pallio cooperiatur. concord. de vſu pal. c. niſi. in fin.

b ¶ Redundare.] prouidet circa futura, de hoc de ſer. non ordi. cap. 1.

c ¶ Admodum] ponitur pro valde. concor. de cen. grauis, & de cor. vi. c. 1. de magiſtris, quanto. infra de re iud. paſtoralis. ver. nunquid etiam, & inf. de magiſtris. ca. 1. poſt. prin.

d ¶ Exponēdi.] No. formam, ſecundum quam conſtituendi ſunt nuncij Romanorum Regis petentis approbationem eccleſiæ.

e ¶ Debit.] Seneca S. epiſtola, Nil carius exiſtimamus, q̄ beneficium: quādiu petimus: nil vilius cum accepimus.

f ¶ Animam.] concor. de iuramen. cal. c. fi. lib. 6. & de teſti. præſentium. lib 6.

g ¶ Diadema i.) proprie dicitur corona imperialis, vel regia, & differt a ſerto, qđ fit de floribus inſertis, & a corona, quæ dicitur circulus capitis de quolibet metallo: diadema vero ſolum de auro, & lapidibus pretioſis, & componitur à dia, quod duo, & demo, is, ex ſui enim rotunditate principium demit, & finem.

g Diadema regiū tā Romā q̄ exteris gētib. ādidā ſatiā eſſe conſtat. Vide Alex. de Alex. Genialiū dierū. li. 1. ca. 28. de varijs coronarū generib. Aulū Gelliū. li. 5. noctium Atti. c. 6.

h ¶ Oblatis.) reſpicit tria, ad quæ mandatum habebant, ſ. exponendi deuotionē, petendi fauorem, vnctionem, & offerendi iuramentum.

tio pallietur,[a] poſſet in magnum, & euidens præiudicium Romanæ Eccleſiæ redundare,[b] dignum, admodum,[c] & opportunum fore proſpeximus, vt † de iuramentis huiuſmodi conſtitutioni præſenti aliqua breuiter annectamus. Dictus namque Hēricus quāprimum fuit in regem Romanorum electus, ſolēnes ad nos nuncios deſtinauit, dans eis per ſuas patentes litteras plenum, & ſpeciale mandatum exponendi[d] nobis pro eo deuotionem ipſius, & reuerentiam filialem, quam ad nos, & Romanam Eccleſiam ſyncero gerere ſe dicebat[e] affectu: nec non petendi, & impetrandi à nobis fauorem, & gratiam conſuetos: offerendi quoque nobis, & pręſtandi pro eo, & in ipſius animam[f] debitæ nobis, & eidem Eccleſiæ fidelitatis, & cuiuslibet alterius generis iuramentum, ac nihilominus petendi a nobis per noſtras ſibi manus impendi vnctionem, conſecrationem, & Romani Imperij diadema.[g] Pręfatis itaque nuncijs in noſtra, & fratrum noſtrorum pręſentia conſtitutis ad ſecundum dicti tenorem mandati Auinione, vbi tunc eramus, cum noſtra curia reſidentes, in publico conſiſtorio, in quo erat pręlatorum, & aliorum, tam clericorum, quam laicorum non modica multitudo, & pręmiſſis per eos coram nobis expoſitis ſupplicando petitis humiliter & oblatis:[h] Nos eodem mandato, & decreto[i] electionis eiuſdem Henrici ex parte principum tam eccleſiaſticorum quàm ſæcularium, qui eum dem elegerant, nobis per dictos nuncios pręſentatis, plena cum eiſdem fratribus deliberatione diſcuſſis, factaque nobis de electione huiuſmodi concordi, & legitima plena fide, examinata quoque perſona ipſius Henrici, prout abſentia patiebatur eiuſdem, & de ipſius fide, probitate, & alijs, quæ in perſona Imperatoris ſunt merito requirenda,[k] cum pluribus prælatis, & alijs magnæ auctoritatis viris, qui eiuſdem Henrici mores, conditionem, & ſtatum plenius nouerant,[l] inquiſito, eiuſque perſona; cuius etiam nos, & fratres noſtri aliqualem[m] prius notitiam[n] habebamus, propter quod facilius tranſiuimus in examinatione huiuſmodi, idonea reputata, ipſum nominauimus, denunciauimus, † & declarauimus Regem Romanorum, ipſius approbantes perſonam, eumque ſufficientem, & habilem declarantes ad ſuſcipiendam imperialis celſitudinis dignitatem, ac decernentes vnctionem, conſecrationem, Imperijque Romani coronam ſibi per manus noſtras debere concedi: Et ſubſequenter à pręfatis nuncijs ſufficiens ad hoc ab eo (vt præmittitur) mandatum habentibus ſecundum formam in decretis, quæ incipit: Tibi domino,[o] compręhenſam, fidelitatis recepimus iuramentum. Poſtque idem Henricus conſecrationis, & coronationis ſuæ tempore aliud eiſdem Cardinalibus, quos ad impendendum ſibi huiuſmodi conſecrationis, & coronationis inſignia miſeramus ad vrbem, illud noſtro nomine recipientibus, iuramentum pręſtitit corporale, quod in libro Pontificali[p] Romano præſtandum Pontifici per Imperatorem coronationis ſuæ tempore continetur: cuius tenor dignoſcitur eſſe talis:

i ¶ Decreto.) de quo 61. diſtinc. epiſcopus & de electione. innotuit.

K ¶ Requirenda.) facit de ſup. negligentia prælat. grandi.

l ¶ Nouerant.) ab his inquirenda ſunt talia. de purg. cano. cum P. de elect. poſtquam. & capit. ſcriptum.

m ¶ Aliqualē) quaſi non plenam, quia tunc non videtur examinatio perſonæ neceſſaria. de hoc 33. diſtinct. qui Epiſcopus. in glo. ſecunda. 47. diſtinctio. de Petro. & facit de appel. conſtitutis 2.

n ¶ Notitiam.) fuerat enim pro promotione fratris ſui Treuerenſis Archiepiſcopi aliquo tempore in curia.

o ¶ Tibi domino.) 63. diſtinc. & fuit iuramentum Ottonis, vt ibi patet, & dicebat Guliel. in Speculo eo. titu. §. 1. verſic. illud autem poſt principium: quod electus præſtabat primo illud iuramentum legato Apoſtolicæ Sedis: poſtea quando coronabatur: iterum pręſtabat illud Papæ.

† No. Im. hūc textū p̄ executorib. apoſtolicis, vt prius pſonā declarēt idoneā, & tum prouideant.

p ¶ Pontificali.] quod alias vocatur ordinarium Epiſcopale. & notat Hoſtien. de ſer. non or. conſuluit. quod ille liber auth. ſit: quia illius

† Dictio, procuratorem, deest in antiquiorib. codicib.

illius libri verba ibi ponūtur. simile, quod de arbore dicitur per cap. 35. q. 5. ad sedem. Inducitur etiā 15. dis. canones & c. sancta. 38. dist. quæ ipsis. facit de offi. archid. ca. 1. & cap. ad hæc. hoc apertius probat hæc littera.

a ¶ Futuris.] illud est contra Ioan. qui not. 93. disti. legimus. qđ sola principum electio facit verum Imperatorē: vides enim quod etiam approbatus ab Ecclesia Imperator non est, donec coronationē & cōsecrationem receperit ab Ecclesia, & facit ꝙ dicā. i §. porro sup verbo, reges. in glo.]

b ¶ Polliceor. dicitur. l. 3. ff. de polli. qđ pactum est duorum consensus atque conuētio: pollicitatio vero solius offerētis promissum.

¶ CETERVM. CASVS. Hic Papa siue Romanus Pontifex probat contra ipsum regem, qui dicebat se nescisse, seu ignorasse, quod antecessores sui Imperatores vnquā pręstitissent iuramentum. Et probat Papa dicendo. ꝙ nūquam fuit hæsitatum, id est, dubitatū, quin huiusmodi iuramēta existant data a retro principib. id est, ab antecessoribus suis: imo probat qđ Albertus quondā Imperator prædecessor ipsius Henrici, similiter Rodulphus tempore Bonifacij viij. pstiterunt iuramentum fidelitatis ipsi Bonifacio. Domini mei aperui vobis portā istius capituli: ideo vos supplico vt residuum videatis p vos. Nota text. Ceterum.] vt sup. in cle. ne Romani. de elec.

c ¶ Immediatos.] signanter hoc dicit, cū in possessione vltima tempora spectanda sint. de causa posses. cum ecclesia. post princi. cum concor.

d ¶ Bonifacio. familiaris est hæc probatio, cum Papa alium Papam inducit in testem, vt not. Ioan. 9. q. 3. patet.

talis. Ego Henricus Romanorum rex annuente Domino futurus [a] Imperator, promitto, spondeo & polliceor, [b] atque iuro coram Deo, & beato Petro, me de cetero protectorem, procuratorem † & defensorem fore summi Pontificis, & huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus necessitatibus, & vtilitatibus suis, custodiendo, & conseruando possessiones, honores, & iura eius, quantum diuino suffultus adiutorio fuero, secundum scire & posse meum recta & pura fide: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

¶ Ceterum quin iuramenta huiusmodi fidelitatis existant a retro Romanis principibus non fuit hactenus hæsitatū, immo tam quondam Albertus rex Romanorum immediatus [c] prædecessor memorati Henrici Bonifacio [d] Papæ viij. prædecessori nostro tempore approbationis eiusdem Alberti, quàm Rodulphus pater ipsius & alij prædecessores eiusdem Romanorum reges diuersis nostris prædecessoribus iuramentum fidelitatis & obedientiæ præstiterunt. Idēque Bonifacius memoratum Albertum iuramentum huiusmodi ab eo recepto de fratrum suorū consilio (præsente prælatorum & aliorum multitudine copiosa) auctoritate Apostolica recepit in specialem suum filium [e] & ecclesiæ memoratæ, ipsumque in regem Romanorum assumpsit, in Imperatorem postmodum promouendum. Verum quia sæpe fatus Hēricus, qui in proximis diebus fuit de hac luce subtractus, non virtutem & mētem, sed nudum verborū insectans † corticem, [f] sensumque confundens, iuramenta restringendo prædicta, curiose videbatur asserere (vt prefertur) illa ad debitum fidelitatis huiusmodi non extendi: nouo morbo curiositatis [g] huius, luculentæ veritatis antidotum [h] præsentis declarationis oraculo prouidimus apponendum. Quia ergo capitulis iuramento † fidelitatis [i] contentis solicita meditatione pensatis, ipsa capitula [k] in præfatis Imperatoris iuramentis quantum ad effectum, mentem, & virtutem [l] ipsorum non est dubium contineri: Nos præmissis & alijs rationibus, ne quis in Romanum assumptus principem, vel in posterum assumendus, an iuramenta huiusmodi per dictum Henricum Imperatorem præstita, & per successores ipsius in futurum præstanda fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat, vel super his contrarium astruere veritati, auctoritate Apostolica de fratrum nostrorum consilio declaramus, illa iuramenta prædicta † fidelitatis existere, [m] & censeri debere.

¶ Porro præter iuramēta prædicta idem Henricus suorum inhærēs prędecessorum vestigijs, [n] priusquam ingrederetur Italiam, vel ibidem iura aliqua exerceret, sub

e ¶ Filium.] de priuileg. si Papa, verb. similiter. lib. 6.

f ¶ Corticem.] quod facere non debuit. 1. q. 1. Marcion. de verbo. signi. præterea, & ca. intelligentia. ff de legi l. scire. Io.

g ¶ Curiositatis. sumitur hic pro subtilitate exqsita, nimia cura. sic de renun. ca. 1. in prin lib 6.

h ¶ Antidotum.] ponitur pro contra donum, dic vt not. ff. de pet. hære. sed & si. §. cōsuluit, vel pro cōtra datū, vnde dici solet id, quod datꝰ venenū, vnde pro medicina ponitur. de iura. calum. ceterum inde dr̄ quidā liber Antidotarius, quia ꝯ vitia compositus est.

i ¶ Fidelitatis. quod habet. 22. q. 5. de forma, & facit. s̃. eo. ego N. & videre potes, ꝙ not. Host. in summa. de feu. § quid si fidelitas. vbi etiam ponit plenam & pleniorem fidelitatis formam: In quo, & quid differat ab homagio, dicā. inf. de re iudi. pastoralis. § rursus. [de hoc p Innoc. de regu. iur. c. vlt.]

K ¶ Ipsa capitula.] contenta in fidelitatis iuramento.

l ¶ Virtutem.] ad maiorem expressionem inculcat hæc verba.

m ¶ Existere.] non per hoc sequitur, qđ subiecti Imperatori sint de temporali dominio Ecclesiæ, facit quod not. 81. distinc. legitur, & in Spec. de feu. §. 2. versi. 14. Ioan. And.

[Glo. sequens tractat de trib. coronis imperij, & vbi, & p quos dentur, & quomodo de triplici sūt metallo, & quare, & dat simile.

n ¶ Vestigijs.] qui, scilicet in ingressu Italiæ iuramentū tale præstiterat. Scire debes prout habet etiam in Pontificali]

† al. intaēs.

† al. in iuramento.

† Dictio, prædicta, deest in antiquiorib. codicibus.

quod rex Romanorum coronatur triplici corona. Prima est ferrea, quā recipit ab archiepiscopo Colonien. in Aquisgrano eiusdē diœcesis: ferrum autem fortitudinē designat, qua vincere dēt rebelles, & infideles cōculcare. Secunda est argentea, quam ingressus Italiā recipit a Mediolanensi archiepiscopo in villa Modicen. eiusdē diœcesis. tñ ipse Hēricus recepit illā Mediolani in ecclesia sancti Ambrosij: argentū autē designans munditiam & claritatem, significat ipsum principem talē esse debere. Tertia est de puro auro, qua coronatur p Papā in ecclesia sancti Petri ad altare sancti Mauritij: & designat aurum, quod omnibus metallis ē excellentius, ipsum Imperatorem alijs regib. & principibus in potentatu & iustitia excellētiorem esse debere. Sic olim in his trib. metallis dabatur tributū Romanis, vt scripsi de fide instru. inter dilectos. super glo. indictio.

† al. Melanis.

ADDITIO. Hanc triplicem coronam triplici carmine adnotatam videas,

Ferrea Romani gestant diademata reges.
Est argentea post hac bis oblata corona.
Hinc aurum capitis summum datur imperiali.

testimonio suarum patentium litterarum in manibus dilecti filij Ioannis de Mollianis † scholastici ecclesiæ Tullen. capellani nostri ad hoc specialiter per nos missi, nostro & præfatæ ecclesiæ nomine recipientis promisit, & tactis [a] sacrosanctis Euangelijs iuraméto firmauit, quod eandem Ecclesiam, & fidem catholicam pura fide, totisque viribus conseruaret reuerenter, & etiam defensaret: omnemque hęresim, schisma, & hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, & defensores ipsorum exterminaret [b] pro posse: ac nunquam cum Sarraceno, Pagano, schismatico, seu alio quolibet communionem catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ Ecclesiæ inimico, vel rebelli, seu eidem manifeste suspecto, vnionem quamlibet seu parentelam, [c] aut confederationem iniret, sed tam nostram, quàm successorū [d] nostrorum personas, honorem & statum manuteneret, defenderet, & conseruaret contra omnes homines cuiuscunque existerent præeminentię, dignitatis, vel status. Eidem etiam † adijciens iuramento, quod manuteneret semper atque seruaret priuilegia omnia per prædecessores suos reges [e] ac Imperatores Romanos præfatæ Romanæ, & alijs quibuslibet Ecclesijs quocunque concessa tempore, & continentiæ cuiuscunque. Ipsaque omnia, & specialiter ac præcipue per claræ memorię Constantinum, [f] Carolum, [g] Henricum, Otthonem quartum, Fridericum secūdum, atque Rodulphum prædecessores ipsius super concessione, recognitione, aduocatione, adnotatione, quietatione, & libera dimissione terrarum, & prouinciarum Romanę ecclesiæ vbilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit: sedi Apostolicæ Romanisque Pontificibus super † quocunque tenore concessa recognouit, confirmauit, & ex certa scientia innouauit, ac etiam de

† Dictio. ēt, deest in antigorib. codicibus.

† al. sub.

obtentum, & hoc disputauit, & tenuit Iac. de Are. cuius quæstionem ad litteram posuit Cynus in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Inno. in decre. venerabilem, dicit, qđ si Imperator non possit recipere coronam in loco debito, nihilominus auctoritatem administrādi recipere pot est a Coloniensi archiepiscopo, ad quē spectat, vel ex ipsa electione habet illā secundum eum, refert. Hos. de verbo. significat. sup quibusdā, quod vidit in Alemania per principes iudicari & teneri, ꝙ rex Romanorū post electionem concordem habeat omnem potestatem, quā Imperator, & ꝙ vnctio 2 nihil addit, & facit, qđ not. Ioan. 93. dist. legimus, vt scripsi super ver. postquā [& sup ver. futurus. in gl.] Sed ꝙ plus ē, vidi, & habeo formas quarundam litterarū, quæ de registris Inno. iij. dicūtur extractæ, q̄ manarūt super negotio discordiæ electionis, de qua loquitur decre. venerabilē. quarum altera dirigebatur archiepiscopis, episcopis, & p̄latis & principib. Alemaniæ & Sclauiæ [vel Sclauoniæ.] altera specialiter Mogūtino, inter alia referētes, quod inconcussa consuetudo imperij facta, certa, rōni consona, iuri subnixa, per patientiā sedis Apostolicæ tolerata, & per tolerantiam approbata, hoc habet, qđ duob. electis in discordia, vterque administrat vt rex, & omnem imperij iurisdictionem exercet: quod declarat ibi Papa locum habere, donec per Papam alterius electio fuerit approbata, aut reprobata.

2 Vnctionē nihil addere, accipiendū est sano mō, id est nihil addit quo ad ius administrādi.

3 Vide textū in c. fundamēta. de elec. li. 6. & ex [illegible] sanctā. de maior. & obedien. Bar. & Cagnolū in 1. cōstitutione D[illegible] st. Ante [illegible] histo. ti. 8. c. 2. §. 8. & Gozad. cōsil. 1.

a ¶ Tactis.] episcopi etiam cum fidelitatē iurant, tangunt sacra, vt probatur sup. eo. Ego. N. in fi. Non sic quando testimonium dicunt, vel de calumnia iurant. qđ dic vt de iu. calū. c. fi.

b ¶ Exterminaret.] idem verbum de hæretic. excommunicamus. §. moneātur. & §. seq. Et dicitur quasi extra terminos vitæ, vel iurisdictionis suę eos ponere: vnde ponitur etiam pro dissipatione, desolatione, & exilio.

c ¶ Parentelam.] alludit vulgari Italicorum & ponitur pro affinitate. Consanguinitatem enim inire non posset. facit instit de legitima agna. tu. in fine.

d ¶ Successorum.] vide quod nota & dixi, eo. tit. veritatis.

[Gl. seq. arguit non coronatum priuilegiare posse: remittit, & tria diuersorum dicta ponit, subdens textum antiquum.]

e ¶ Reges.] Romanos vt sequitur, Et per hanc litteram videtur ꝙ rex Romanorū, qui nondum est Imperator vel coronat⁹, priuilegia dare 1 possit; de quo satis nota Specul. de rescrip. presentata. §. fi. ver. Item quod est

3 Qui elect⁹ est Imperator an possit ante coronationem priuilegia cōcedere, vide late Fel. in c. cā te. đ rescript. & Dec. consil. 194. incipiē te: viso tenore.

[Gl. seq. de donatione Constantini ponit duas opiniones; secundam approbans.]

f ¶ Constantinum.] disputant aliqui, an donatio 3 p Constantinum facta Ecclesiæ Romanæ in personā B. Siluestri, de qua 96. distin. Constantinus. [Palea est] valuerit, & an successor illam reuocare potuerit? Accursius tenet, quod donatio non valuit, in Auth. quo modo oportet episcopi post princip. Sed Ioannes contra, qui hoc notat. 63. distinctio. Ego Ludouicus. quod valuerit: & quod sit irreuocabilis, probat hæc littera, & supra de electio. fundamenta. §. ne autem. lib. 6. & facit quod not. Hostien. in sum. de immunit. eccl. §. re. nul. ad fin.

g ¶ Carolum.] de quo. 11. quæstio. 1. volumus. de iudicijs, nouit.

a ¶ Adno.

a ¶ Aduocatus.] Vide quod notaui, & scripsi de elect. venerabilem. ver. quod autem.

b ¶ In eo esset.] facit. 43. dist. Ephesiis 47. dist. quod ad nos, de testi. constitutus.

c ¶ Aurea bulla.] patet ergo, ꝙ ante coronationem nõ vtitur bulla, sed sigillo. Sic & Papa aliter vtitur bulla ante coronationem quam post, vt not. in fine lib. 6. super dat a. Priuilegia Imperialia cum aurea bulla vidisse nõ memini nisi vnum: nec etiam multum videtur expepiens priuilegijs bullam auream appendi: propter pretiositatem enim metalli est de subtractione bullæ periculum, ob quam ét causam prudẽtes prælati, & principes temporis nostri sigillis argenteis, vel aureis non vtuntur.

d ¶ Archiuis.] habetur idem verbum. C. de fi. instru. auth. ad hæc 30. q. 1. peruenit vt ibi not. Dicuntur archiui, i. armaria librorũ, & deriuatur ab arca. Hieronymus in prologo Hester, dicit se ipsum librum leuasse de archiuis Hebræorum.] vide no. de proba. cũ causam. de præscrip. ad audientiam.]

¶ Archiuia dicũtur grã matophylacia, siue chartophylacia, q̃ latine tabularia acta blina dicuntur, vide Vlpianum in l. moris, ff. de pœn.

nouo cõcessit: & terras ipsas atq; prouincias recognouit ad ius, & proprietaté ipsius Ecclesiæ plenissime pertinere: easq; nihilominus ex abundanti de nouo ecclesiæ sæpefactę donauit, sub prędicto se obligans iuramento, ꝙ ipsas aliq̃ve ipsarum parté nullo vnquã tépore occuparet, seu quantum in eo esset, ab alio permitteret occupari: Nec in eis aut aliqua parte ipsarum iura aliqua possessiones, aut tenutas haberet, seu quomodolibet possideret; nec in eis ét potestarię, seu cuiusuis capitaniæ, aut iurisdictionem quamcũq; per se, vel per alium exerceret, quodque (vt princeps catholicus, & sæpe dictæ Ecclesię aduocatus[a] atq; defensor) ipsam iuuaret, & consiliis, & auxiliis illi assisteret opportunis contra quoscunque inobediẽtes, & rebelles eidem: & præcipue contra occupantes, seu turbantes terras p̃dictas, seu prouincias, vel parté quamlibet earũdé. Sub eodem ét iuramento promisit, quod tam ipsam Romanam Ecclesiam, quã alias ecclesias, libertatem ecclesiasticam, bona, iura, prælatos, & ministros ecclesiarum ipsarum manuteneret, conseruaret, atq; defenderet, suo posse: Et quod Ecclesiæ Romanæ vasallos contra iustitiam nullatenus offensurus deuotos ac fideles ecclesiæ, etiam in imperio constitutos benigne tractaret, nec eos opprimeret cõtra iustitiam, aut (quantum in eo esset[b]) per alium opprimi sustineret, sed in suis potius iuribus, & iustitiis conseruaret. Hoc quoque iuramentum, & etiam pristinum, pro eo nobis per suos nuncios (vt præmittitur) præstitum, receptis suæ coronationis insignijs innouauit, prout in patentibus ante coronationem ipsam eius regio magno sigillo, & alijs post coronationẽ eandem eius imperiali aurea[c] bulla munitis inde confectis litteris, (quas in archiuis[d] Romanę Ecclesiæ reponi & diligenter conseruari fecimus) plenius continetur.

TITVLVS X.

DE EXCEPTIONIBUS.

¶ Clemens Quintus in Concil. Viennen.

¶ *Exceptio excõicationis opponitur dilatorie quandocumque, peremptorio nõ obstante. Io. And.*

CAP. VNIC.


XCOM-

DE EXCEPTIONIBUS.

¶ Visum est supra de armis actorum, nunc videndũ est de armis reorũ, quæ appellantur exceptiones, siue defensiones.

EXcommunicationis.] primo, decidit dubium. Secũdo illud determinat, & declarat: ibi, seruata tamen. Imo.

¶ Præsupponendum est, quod habetur in §. qui autem se vult excusare insti. de excu. tut. vel cura, videlicet si alicui competant plures excusaptiones, si velit tantum vnam proponere potest: Et si succumbat in illa, quia non potest eam probare, tunc potest proponere aliam, & sic de alijs. Ergo idem est dicendum partibus vocatis ad iudicium, vt si competunt eis plures exceptiones dilatoriæ, possunt vnam opponere post aliam: Et si primo opposui iudicem excommunicatũ, possum postea proponere, quod est infamis. Secundo præsupponendum est illud, quod dicitur in cap. pastoralis. eodem titu. in antiq. quod iudex potest præfigere terminum peremptorium partibus ad proponendum omnes suas exceptiones dilatorias, vt ipse obuiet malitijs hominum, vt lites abbreuientur. Tertio præsupponendum, quod exceptio excommunicationis est dilatoria. Quarto præsupponendum est, quod habetur in cap. pia, eodem titu. libro sexto. videlicet, q̃d exceptio excommunicationis potest opponi in quacunque parte litis: etiam post sententiã diffinitiuam.

CASVS. Feci te citari coram iudice competenti: die adueniente comparuimus coram iudice, dedi libellum meũ, captasti terminum ad respondendum eidem, vel proposuisti exceptionem dilatoriam: iudex timens, ne velles proponere alias exceptiones, vt differres, & prolongares litis contestationem, pręfixit tibi terminum ad respondendum, & proponendũ omnes tuas exceptiones dilatorias. die præfixa adueniente nullam exceptionẽ dilatoriam proposuisti, sed litem es contestatus, postea circa medium processus proposuisti exceptionem excõmunicationis contra me, & petebas causam differri, & protendi, siue prolongari, usque post absolutionem. Ex parte mea fuit propositum, quod non poteras opponere illam exceptionem: quia tu fueras litem cõtestatus, & illa est dilatoria, & ante litem contestat. debet opponi: Item quia iudex tibi assignauit terminũ perẽptorium ad proponendum omnes dilationes, & in die præfixa nullas proposuisti, quæritur vtrum bene dicam? Dicit Romanus Pontifex, quod non. Nam exceptio excõmunicationis est exceptio anomala: nec

est.

est de natura aliarū exceptionū dilatoriarum; qa ibi est periculum excōicationis, quod imminet in quacū que parte litis. & incurrit sñiam excōicationis minoris, & aliqñ maioris, qui participat cū excōicatis in crimine prohibito hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo quod exceptio excōicationis potest opponi in quacūq; parte litis, ēt post renūciationē & conclusionem in causa ad impediēdā prolationē sentētiæ diffinitiuæ, imo etiam pōt opponi post sentētiam ad impediendam executionem sententiæ.

† Not. ꝙ excōicationis exceptio licet sit dilatoria potest obijci ī qualibet parte litis contra naturam dilatoriarum, pulchram rationē huius notabil. assignat hic Imo,

munications a † exceptio dilatoria b in qualibet parte litis c opponi d potest, termino peremptorio e per iudicem assignato, f ad proponendum exceptiones declinatorias † & dilatorias, g non

No. cum gl. ꝙ exceptio excōicationis aliqñ est dilatoria, vt si opponatur contra actorem, al quando est peremptoria, vt si opponatur contra electum, vel contra eligentes Et dr̄ peremptoria: quia perimit, & destruit electionē eligentiū, & consecrationē seu confirmationē electi, ita ꝙ reddit electū ĭhabilē ad electionem. Not ꝙ iudex pōt præfigere, & statuere terminū ad proponendum oēs exceptiones dilatorias, & post illum terminum non auditur reus: quia ille terminus peremptorius habetur loco litis cōtestatæ: quia sicut post litis contestationē quis nō auditur ad proponendū exceptiones dilatorias: sed oēs debet proponere ante litis contestationē, ita ꝙ post terminum peremptoriū quis non auditur. c. pastoralis. allegato: sic & ille terminus peremptorius habetur pro litis cōtestatione quo ad exceptiones dilatorias ꝓponēdas. Not. tex. [Excōicationis.] Excōicatio s. t. est extra cōionem Ecclesiæ separatio, vel cēsura ecclesiastica excludēs à cōione fideliū. 11. q. 3. c. nihil & §. euidēter, vel est æternæ mortis dānatio. 11. q 3. nemo epōrum, & c. nullam. Et excōicationis duæ sunt species, quæ frequēter vsitantur, de quibus 3. q. 4. Engeltrudā; Vna quæ maior est, & dr̄ anathema, & excludit ab ingressu Ecclesiæ, & à cōione fideliū, & à sacramentis. Alia est minor, q̄ solū separat à sacramentorū, pceptione. i. receptione, de qua in c. si celebrat. de cle. excō. min. No. exceptio est rei defensio, per q̄ ipse reus se defendit, & tuetur ab actore. Et sec. Azon. in summa. C. eo. ti quā doq; ponitur large, & improprie pro omni defensione, prout reo competit, etiam si nulla actori competit actio: Et tunc quidā vocant eam exceptionē facti, vt quādo sine actione quis calumniose ponit. Et plures sunt exceptiones, quædam sunt dilatoriæ, quædam peremptoriæ, quædā perpetuæ, quædam temporales. quædam sunt anomalæ, & est exceptio rei iudicatæ. Exceptio dilatoria est, quæ causam differt, & prolongat, insti. eo. ti. §. appellantur. Exceptio perēptoria s̄m Spec. vocatur sic, quia actionem, vel intentionē agentis perimit, vt cum quis petit decē ex caosa mutui, alius excipit de pacto facto inter ipsos de nō petēdo, dicendo: Domine actor tu petis à me decem ex causa mutui reminiscere, ꝙ in tali die fecisti pactū mecū, ꝙ nunquā petes à me illa decem, quare excipio de pacto de non petendo, & ista exceptio perimit actionē. Exceptio perpetua est, quæ perpetuū habet effectū, vt cū petis à me decem ex causa debiti, excipio ꝙ tu remisisti mihi, hęc exceptio perpetua dici pōt, & perpetuo competit, quādocūq; actor agit: quia exceptio non competit, nisi quis agat, ff. de excep. Exceptio tēporalis est, quæ ad tēpus vtilis est, vt cum petis debitum, excipio cōtra de pacto facto de nō petendo, nisi vsque ad quinquennium: ideo si petis à me ante quinquennū excipiam, post quinquennium non possem excipere, quia mea exceptio est temporalis, & solum durat vsq; ad quinquenniū, de qua de rescri. plerumque. Exceptio anomala est, quæ non sequitur normā id est regulam aliarū; quia potest opponi ante lit. cōtest. & post, & intra litis cōtestationē, vt exceptiones & alię, de qb. s. dubitat̄, an sint perpetuæ an tp̄ales, vt exceptio matrimonij, & exceptio nō numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis, vt no. insti. de exce. §. appellantur. Exceptio rei iudicatæ non pōt opponi, nisi qñ sit super eadē re, & qñ est ex eadē causa, & eadem persona No. [Termino peremptorio] peremptorium dicitur à perimēdo, eo ꝙ oīno perimat, vt terminꝰ perēptorius, vltra, quem nō dant̄ vlteriores dilationes. Similiter exceptio dicitur perēptoria, quæ perimit actionem Etiam citatio dicitur perēptoria, quia oēs alias citationes abbreuiat, & accelerat, & qñ quis citatur vno edicto peremptorio pro tribus, vel trib. citationibus præmissis, & quartum perēptorium, vt l. ad peremptorium. ff. de iud. No. [Seruata constitutione,] scilicet. c. pia eo. tit lib. 6. vbi dicitur, si quis reus actori opponat excōicationem, exprimat speciem excōicationis maioris, vel minoris, & nomen excōicatoris, quā nisi intra octo dies probauerit die, qua ꝓponit̄ nō cōputata, condēnatur in expensis. Sed si tunc deficiat, & iterū eandē opponat, & probet, repelletur excōicatus, & valebit processus interim subsecutus. Itē non nisi bis pōt opponi excommunicationis exceptio, nisi emergat noua, vel euidens probatio de antiqua. Et si opponatur post sñiam, impediet sñiæ executionem, sed sñia valebit. Item ex officio suo potest excommunicatū publice repellere qñcunq;. Hoc dicit illa constitutio, pia, quæ est constitutio fel. re. Inn. No. ꝙ generalis renunciatio tacita, vt hic, vel expressa sicut illa, quæ fit in fine litis, de qua, de cau. pos. pastoralis, in fi. speciales prouisiones non tollit per hoc, ꝙ no. de transa. c. 1. Zab.

† Aliquo nō iudice præfigente terminum ad declinatorias, & dilatorias ꝓponendas, non poterit postea opponi declinatoria iudicij: qa si proponeret, nil operatur pręfixio termini respectu declinatoriæ, Barb. p text. hic pōderando eū in verbo iudice allega. Anch. c. exceptionē, sup. eod.

[Gl. prima dicit quid reprobet, vel approbet.]

a ¶ Excōicationis.] Se summat reprobās quod no. Hosti. eod. tit. pastoralis, qui dixit obstare lapsum termini huic exceptioni ꝓponēdę, licet vbi terminus statutus non est, opponi posset vsq; ad sñiam, & apꝓbat ꝙ ibi no. Ber. & Host & Gul in Spec. eo. tit. §. 2. vers. sed nunquid post, & intelligitur hoc de maiori excōicatione, quæ repellit ab agendo s̃. eod, a nobis. facit de sen. excom. si quem. Io. And.

Excōicatio dupliciter opponitur.

[Glo. seq. distinguit, & de quæstione remittit.]

b ¶ Dilatoriæ.] s. ad differendam litem actoris excōicati. de iud. intelleximus opponit̄. n. interdum in vim peremptoriæ, puta ad perimēdam electionem ꝓpter excōicationē eligentium, vel electi, quo casu locū nō habet decr. pia. eo. tit. lib. 6. & ibi. no. dicit Gul. in Spe. ꝙ etiam quando opponitur contra iudicem, vel cōtra procuratorē, non obstat lapsus termini. hoc no. in p̄dicto. §. ver. quid si termino, & ver. seq. de secundo dixi. de procu in nostra.

c ¶ Litis.] principalis, de cā vero appellationis plene scripsi. eo. tit. significauerunt in tex. & super gl. pen.

d ¶ Opponi.] quadruplex huius iuris ratio habetur in dec. pia in prin. gl.

[Glo seq. ponit opinionem, quam contra hunc textum tuetur.]

e Peremptorio.] tenet Host. in decr. pastoralis. & Gul. in Spec. de dila. §. 1. ver. exceptoriæ, ꝙ talis terminus, ēt si hic nō exprimatur, intelligitur perēptorius, allegat decre. consuluit. de offi. delegati. hoc ꝓbat littera illius decr. pastoralis, & Gul. ibi. extunc. vt ibi scripsi. Sed dato, ꝙ iudex peremptorie expressit, non obest. hoc vult hæc littera.

Terminus ad exceptiones opponēdas est perēptorius.

f ¶ Assignato.] Iste terminus assignari debet ad petitionē actoris, non rei, vt satis dixi sup. eo. pastoralis.

g ¶ Dilatorias.] nunquid ad peremptorias proponendas possit iudex statuere terminum peremptorū? Fuit opinio, quod non, de qua supra eodem, pastoralis, super 1. glo.

[Glo. seq. iustificat textum, & ampliat.]

a ¶ Non

a ¶ Non obstante.] hanc opinionem in decre. pastoralis. approbare solebam hac ratione: quia quadruplex ratio illius decr. pia. ita vrget post terminum, sicut prius. Item, quia lis cõtestata est quasi quidam peremptorius terminus dilatoriarum. de re iud. inter monasterium, & tñ post illam proponit hæc exceptio. Item terminus datus ad exceptionem illã probandã, qui lapsus est, non impedit illã proponi de nouo: ergo nec terminus datus ad proponendũ. Item sententia non precludit viã huic exceptioni, multo minus termini lapsus: hæc oĩa probãtur in prædicta decr. pia. Et his rationibus puto decre. hanc locũ habere, etiam si nominatim de exceptione excõicationis terminus datus esset. Nec enim potest iudex beneficium iuris auferre reo, per quod est sibi permissum, quod in qualibet parte litis illam opponat, de reg. iur. indultũ. cum concor. lib. 6.

Excõicatio in qualibet parte litis opponi potest.

b ¶ Constitutione.] eo. titu. pia. lib. 6. quæ statuit sub qua forma proponatur; & quotiens terminum probandi, & pœnam non probantis.

obstante: [a] Seruata tamen constitutione [b] felicis recordationis Innocentij Papæ Quarti edita circa hoc in Concilio Lugdunensi.


TITVLVS XI.

De sententia, & re iudicata.

Clemens V. in Concilio Viennens.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

[Visum est supra de partibus iudicis, & de iuribus actoris & rei: Verum quia examinato negotio, & iuribus partium auditis, iudex debet ferre sententiam secundum allegata & probata: ideo annectitur sequens rubrica.]



T calumnijs.] ¶ Primo præmissa ratione decidit vnum casum. Secundo simili ratione decidit alium ibi, [similiter.] Tertio declarat, & ostendit constitutionem locum habere etiam ad pendentia per appellationem. ibi, [Quæ ad causas.] Imola. ¶ Præsupponendum est primo: ꝙ ab vna & eadem sententia non est licitum ter appellare: Secundo præsupponẽdum est, ꝙ licet ab vna, & eadem sententia non possim ter appellare: tamẽ possum illam dicere nullam, & agere de nullitate, puta, quia lata est die feriato, vel me nõ citato: vel quod lata est iudice deambulante, & non sedente pro tribunali, vel si allegem aliquam aliam causam.

CASVS. Tu & ego habuimus litem coram auditore Caluiginaci, vel coram alio iudice inferiore: ipse tulit contra me sñiam: appellaui ab illa sñia coram officiali Pictauiẽ. qui officialis sñiam ipsius auditoris cõfirmauit: ab illa ↄfirmatoria iterũ appellaui, & sic bis appellaui, & appellaui ad auditorem Archiepi Burdegalen. qui et cõfirmauit duas primas sñias. Certũ est, quod non possum appellare ab illa tertia sñia. Sed ponamus, quod antequam faceres exequi tuã sententiam, feci te citari coram iudice ordinario, & proposui quod prima sñia lata per auditorem Caluiginaci erat nulla: Modo quæritur, vtrũ pendente causa nullitatis sententia debeat exequi, vel vtrum sit differenda, & prolonganda in euentum nullitatis, id est, quousque fuerit iudicatum an sententia prima auditoris Caluiginaci valeat, an non? Respondet Romanus Pontifex, quod vt obuietur malitijs hominum, quod pendente causa nullitatis, sñia debet exequi, sed si postea pronũcietur sñiam fuisse nullam, tunc executio reuocabitur. Sed quid, sanctissime Pater, si non appellaui a tertia sentẽtia, sed appellaui a quadã interlocutoria: quia forte auditor Burdegalen. me grauauit in aliqua interlocutoria, a qua appellaui, & dedit mihi apostolos refutatorios, & pendente appellatione processit ad diffinitiuã, & voluit exequi suã sñiam? Ego dico, ꝙ non põt, pro eo, ꝙ nõ pẽdet lis super appellatione interiecta super interlocutoria. Quærit vtrum ista litis pendentia debeat impedire sñiam? Dicit, ꝙ non: sed si iudicetur bene appellatũ quia sñia erat nulla, tunc executio sñię reuocabitur. h. d. H. R.

¶ Qui tres sententias contrarias in quauis causa reportauit, de illarum nullitate non agit, nec excipit ipsarum executione non facta, & respicit etiam pendentia. Ioan. And.

¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo, ꝙ habens tres sñias ↄ̃ se super eodẽ articulo, non põt appellare a tertia, siue sit diffinitiua, siue interlocutoria: sed bene põt agere de nullitate. Not. iuncta gl. ꝙ habens tres sñias cõformes ↄ̃ se, si agat de nullitate, anteq̃ admittatur ad agendum, prius debet parere sñiæ, & executioni cum effectu. Nota, ꝙ per appellationem ab interlocutoria nõ suspenditur officium iudicis, nisi iudex detulerit suæ appellationi c. 1. sup. de dolo, & cõtuma. arg. sumpto a ↄ̃riu sensu. Not. quod si appellatur ab interlocutoria, & pendente appellatione feratur sñia, & executioni demandetur: si dicatur bene appellatum, & malè pronunciatum: tunc sñia est nulla, & executio reuocabitur. nec nocebit appellanti. Not. tex. vt calumnijs. & dic illas præsumi in quotidiano litigatore, qui nec accusator nec testis esse potest. Romanus, singu. 314. per c. suspectos. 2. q. 5. Idem Corsetus in sing. suis ver. an redemptor sub littera T. per c. nullus. ea. causa, & q. facit §. 1. 46. dist. & habens iustam causam decipiat illos calumniatores. c. dominus. 23. q. 2. addo, quæ ego dixi in c. cupientes. de elect. Not. quid sit causa possessionis, & quid causa proprietatis. ṡ. de cau. poss. & proprie. c. causa, & in c. Ecclesia Sutrina. illo eo. titu. & notatur in cano. redintegranda. 3. q. 1. Et dr petitorium, quando quis petit rem pure, & simpliciter. Sed possessorium dicitur quando duo sunt in controuersia de aliqua re, vel beneficio, & alter petit sibi possessionem illius rei adiudicari: & postea cognoscitur super proprietate, & si fuerit victus in ꝓprietate seu petitorio ipse restituet possessionem, quam habuit. Not. [Executioni.] tamen tex. fallit si executio sit irreuocabilis arg. c. baptizati. 5. dist. exemplum, vt cognitio virginis in causa matrimoniali. 32. q. 6. si Paulus. est decisum per 430. q. Tholosanæ Capellæ. Item fallit si nullitas sit euidentissima, Bald. per illum tex. ibi. C. ne liceat in vna eademque causa. ter. prou. l. 1. Oldra. consi. 106. idem tenet declarans hãc cle. item non fiet executio, si adsit prompta probatio nullitatis. arg. l. is a quo, ff. vt in pos. leg. & hic vide sing. Corseti. versic. sententia. positum sub littera S.

¶ Et not. ꝙ si iudex tulit sñiam, in qua condemnat Titium in censum, ipse illico non mandat suam sententiam executioni: ideo Titius habet tempus, quod datur iudicatis ad soluendum. s. quatuor menses. Quatuor mensibus elapsis si Titius non soluerit, iudex mittit apparitorem. id est, clientem ad domum Titij: & facit executionem de bonis suis vsque ad summam illorum cẽtum, in quibus fuit condemnatus, & bonis acceptis vsque ad dictã quantitatem, sententia iudicis dicitur executioni mandata. Not. [Sententiæ diffinitiuæ.] quid sit sententia diffinitiua, & sententia interlocutoria, vide: ṡ. in cle. si. ante de do. & contu. Et not. hic plures diffinitiuas ferri super eodem facto: & illæ simul plus possunt vna sola, l. de pupillo §. opus. ff. de oper. no. nunc. per quam dixit Ang. referẽtem hic Barba. ꝙ optimum est.



CAP. I.

Vt † ca-

† De intellectu vide Oldra. cõs. 106. incip. qđ littera executoria.

lumniis a litigantium occurratur, is qui in beneficiali, † vel alia quauis b causa tres c contra d se in petitorio, vel possessorio e sententias f reportauit, ad † agendum g de nullitate ipsarum, vel alicuius h ex eis, nullatenus admittatur; i donec k huiusmodi sentētię plenarie l fuerint executioni mandatæ.

¶ Similiter si ille, contra quem tres sententiæ diffinitiuæ m latæ fuerint, n ab interlocutoria, vel grauamine ante prolationē ipsarum, vel earum alicuius o se appellasse, p & causam appellationis huiusmodi q ad huc pendere r proponat, sententiarum prædictarum executionem tali prætextu nolumus impediri. s Quæ ad causas qualitercumque etiam per appellationem pendentes t † duximus extendenda.

¶ Idem.

¶ *Sententia lata contra citatum extra citantis territorium existentem nulla est ipso iure.h.d.*

CAP. II.

PASTO

est petere cōfirmationem sñīæ, quamuis ab ea appellatum non sit, facit tex.in l.si quos. & ibi Bar.suadet. C. de decur.quod cōfirmetur ꝯctus iuris gentium.Not.[Tali prætextu,] id est tali colore, ꝙ dicit se appellasse ab interlocutoria, vel grauamine, non debet pendere executio prędictarū triū sententiarum, vt apparet in textu ibi.[Similiter.]

[Gl.prima summat, dicit respicere pēdentia, commendat, & dat simile.]

† Causa dr̄ beneficialis, qn̄ agitur de titulo beneficij simplicis, aut maioris, s.dignitatis: secus si agat de Ecclesia, vt de ꝓprietate, gloss.in cle.1.sup. de caussa poss.

a ¶ Vt calumnijs.]Casus. Qui tres sñīas ꝯrias in quauis causa reportauit, de illarū nullitate nō agit nec excipit, ipsarum executione non facta. Et respicit etiam pēdentia nouum, & æquū, quod hic dicitur; cui est simile, s̄.ea.compil.de sequestra poss. c.fi.& huic prin.ꝯcor. de pœnis. calumniā.

Calumnijs litigantiū est obuiandum.

b ¶ Quauis.] includit spirituales, quasi spirituales, criminales, ciuiles, & mistas.

c ¶ Tres.]successiue, & super eodem articulo: non enim locum habet hæc pars, quando super diuersis articulis licet eiusdem causæ, tres interlocutoriæ sunt latæ contra partem.

† In quodam manuscripto ita: ad agendū, vel excipiendum de nullitate, &c.

d ¶ Contra se.]de tertio, qui vult propter suum interesse executionem sententiæ impedire, habetur eo. tit. cum super.& ibi satis no.Innoc.& Host.

e ¶ Possessorio.] concor.prædi.decre.1.de sequestra.

f ¶ Sententias.]non dicit diffinitiuas: sicut ī.parte proxi.per quod patet etiam in interlocutorijs quarum facienda sit executio, locum habere, quod hic dicitur, & in quo iure petatur illarū executio, vide in Spe.de sent. excom.§.penult.circa fi.

[Glo.seq.quatuor remissiones facit.]

1 De materia huius glossæ vide Sebastianum Vantiū in tract. de nullitatib. ꝓcessuum, & sententiarū.

g ¶ Agendum de nullitate.]Modos 1 nullitatis, & coram quo iudice agatur de nullitate, & an coram iudice appellationis de hoc agi possit, scripsi post Innoc.& Host.eod.tit.c.1.de appel.dilecto. & Spe. eo.tit. §.iuxta. per totum.& ad fi.& ibi.versic. sed si causa.tractatur an sententia pronunciata nulla ex prioribus actis causa iudicetur.

h ¶ Alicuius ex eis.] hoc intelligo, quando simpliciter in secundo, & tertio iudicio confirmata est prima sententia, & si diuersa continebat capitula, vel vnum separabiliter, licet in parte fuerit infirmata: tamen quo ad illa capitula, vel partem, in qua, vel in quibus confirmata fuit, primo & secundo dicam hoc locum habere, & in alijs non. exemplum patet de testa.Raynutius, & c.Raynaldus.

[Gloss.seq.dubium soluit.]

i ¶ Nullatenus admittatur.] per hanc litteram videtur quod etiam si non petat 2 victor executionem, per modum tamen exceptionis repellere poterit de nullitate agentem. & est simile, quod plene scripsi, de ord. cog.c.fi. vltro ergo se offerat executioni, & sentētijs pareat, si de nullitate vult agere.concord.de ordi.cog.cum dilectus.

2 Vide Fel. in cap. exceptionē. ext. de excep.

K ¶ Donec.) facta ergo executione poterit agere, & si obtinebit in causa nullitatis, obtinebit etiam reuocationem executionis. facit de rest. in integ. suscitata. C.de preci.impe.offe.auth.supplicatio.

l ¶ Plenarie.) concor.de rest.spol. c.fi. & patet per hoc verbum, ꝙ non facta executione etiam minimæ partis eius, quod pronunciatum fuit, impedietur agens.ff.ꝗ. q.1.redintegranda.

m ¶ Diffinitiue.] hoc non expressit. s̄.proxi.respon.

n ¶ Fuerint.]successiue, vt s̄.dixi: quia victus a prima, & a secunda sñīa appellauit: a tertia vero non potuit appellare. de app.sua nobis.

[Glo.seq.practicat quōd esse possit.]

o ¶ Alicuius.]maxime in vltima, hoc ꝓcedit cum.s.dico me appellasse a grauamine illato per iudicem secundæ appellationis, qua appellatione pendente cōfirmauit ipse iudex primam, & secundam sententiam. hoc dico, quia si a grauamine illato ꝑ iudicē primę appellationis appello. & iste postea fert diffinitiuam, si ab illa nō appello. non erit dare tertiā diffinitiuam; multo minus si appellarem a grauamine iudicis causæ principalis si vero appellavero ab illa sententia, & vtrāque appellationem prosequor, tunc procedere posset casus iste. facit cle.supra de do.& contu.si ante.

† Nisi hoc fuisset expꝰsum, non cōprehendisset ista clem.cās per appellationem pendentes.cle.dispendiosam. de iudic. cle.1.de sequest. Barb.

p ¶ Appellasse.) proponat, quod est infra.

q ¶ Huiusmodi.)emissæ ante sententiam ab interlocutoria, vel grauamine, cuius prosecutio forte studiose differtur, vt videatur finis causæ principalis.

(Glo.seq.quærit, & soluit.)

CASVS. Habebam vnam dignitatem: volui habere aliam, cuius collatio pertinebat ad Papam, quia forte collationem illius dignitatis sibi reseruauerat, vel vacauerat in curia Romana, vel forte impetraueram ab ipso iure præuentionis: porrexi preces supplicatorias papæ, vt mihi conferret illam dignitatem, & in precibus continebatur, quod habebam aliam dignitatem, & petebam dispensari ad obtinendam aliam, in qua imminebat cura animarum: Papa dispensauit: in litteris non fuit appositum, ꝙ illi dignitati imminebat cura animarum: sed tamen apposita fuit hæc clausula, prouiso, ꝙ cura animarum nullatenus negligatur: Quæritur vtrũ illa clausula sit sufficiens, vt mihi prouideatur de illo beneficio,cui imminet cura animarum? Dicit Clemens ꝙ non, nisi in litteris ponatur talis clausula: prouideas tali habenti tale beneficium, cui imminet cura animarum de tali beneficio, cui etiam imminet cura animarum. Sed quid si Papa mandet,ꝙ mihi prouideatur de dignitate ad cuiuscunque collationẽ,prouisionem, vel instõnem pertineat,& non dicit electionẽ: tñ in prohibitione fecit mentionem de electione sic dicendo: Inhibeatis omnib.ad quos pertinet institutio,vel electio, vt nihil habeant attentare in p̃iudicium nostri: Quæritur, vtrum virtute illius rescripti, possit mihi prouideri de dignitate electiua? dicit,ꝙ non, nisi fuerit ẽt facta mentio de dignitate electiua in parte dispositiua rescripti. vnde in rescriptis Apostolicis sunt multæ partes.s.salutatio,exordium,narratio,dispositio, & prouisio.No.primo iuncta gl. quod licet Papa in litteris gra-

tiæ faciat mentionem de beneficio aliquo incompatibili, non propter hoc vr̃ secum dispensare, sed solum mentio illius beneficij incompatibilis hoc operatur,ꝙ collatio alterius nõ erit surreptitia c.nõ põt.eo.ti.in 6. Et hoc verum,nisi Papa ꝓprio motu illi concederet beneficium. ca.si motu proprio eo.ti.in 6.imo secũdo impetrãs debet petere a Papa, vt secum dispẽset,ialias nõ posset obtinere.No.secũdo,ꝙ impetrãs aliud beneficium dẽt facere mẽtionem de qualitate sui bñficij, an fuerit dignitas,cui immineat cura animarũ, vel nõ.No. tertio dñiam inter litteras gratiæ, & literas iustitiæ,qa litteræ gratiæ vitiantur,& sunt ipso iure nullæ,si fuerũt obtẽtę p surreptionẽ: Litterę vero iustitię nõ sũt ipso iure nullæ, sed veniũt annullandæ per exceptionẽ.c.cũ dilecta. de rescr.ĩ antiq. Not. quod executor mandati Apostolici non põt alicui prouidere de dignitate electiua, nisi fiat expressa mentio de dignitate electiua in mandato in parte dispositiua.Not.[Dispensantes.] Dispensatio est iuris cõmunis prouida relaxatio,vtilitate, seu necessitate pẽsata secundum Guli.in Specu.tit.de dispensa.Vel sic. Dispensatio est rigoris iuris per eum, ad quem spectat canonice facta relaxatio 1.q.7.nisi rigor.& ca. seq.Capitur tamen quandoque dispensatio improprie.l. pro iuris declaratione,ut in ca.Quintauallis de iureiur. Not. in §.ad hoc,ibi,(Consueuit,) quod per consuetudinem dignitas efficitur electiua pro hoc eo.tit.cum de beneficio lib.6. Zab.

betur electionem fieri dignitatis,non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem assumitur. hoc dicit.Io. And.

CAP. I.



SI dignitatẽ [e] habenti de alia prouideri mandemus, [f] † dispensantes [g] cum eo, vt simul vtramque valeat retinere: [h] de animarum cura, quæ illis, vel

† De mãdatis de prouidendo, uide ꝙ nouissime sanciuit ꝯci. Triden. sess. 24. c.19.

(Gloss.prima summat, diuidit, & dicit quod principium approbet.)

e ¶ Si dignitatem.)Casus.Clausula inserta litteris gratiosis super dignitate concessis,per quã prouideri mandatur,ne animarum cura, si dignitati imminet, negligatur, uel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis,non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, uel ad quam quis per electionem assumitur. Duo sunt dicta.Secundum ibi:(Ad hoc.) Quod in principio dicitur de dispensatione,usq;ad uersi. quamquam.tenebat Host.de rescr.postulasti. Guli.in Spe.de leg.§. uidendum.uersi. sed nunquid nocet.

f ¶ Mandemus.) idem puto si prouideat, dum tamen non motu proprio.inf.c.3.cum eadem sit ratio.

(Glo.seq.prorogat dictum.)

g ¶ Dispensantes.) Quid si nulla fiat dispensatio super pluralitate, sed solum prouidere mandatur de dignitate: non adiecto de cura, postea sumitur hæc clausula? Dicas idem,cum eadem sit ratio. Sed quia clausula illa poni non solet, nisi cum fit dispensatio super pluralitate,uel simili facit de offi.ord.ca.ordinarij.§.prouideat.lib.6.ideo sic loquitur,similis, ideo dixi, quia qñ fit super ætate,ordine, uel residentia, etiam apponi solet hæc clausula, unde quamuis in litteris gratiæ super his dispensetur,adiecta ista clausula, gratia tamen non extenditur ad curatam.

h ¶ Retinere) quod non posset sine dispensatione ex ui expressionis,ut eod.tit.non potest.§.fi.lib 6.

(Glo.seq.ponit tres lecturas, contra tertiam allegat, & declarationem poscit sub dubio, primam eligens,& contrarijs respondens.)

alteri [a] earũ imminet non habita mentione, gratia huiusmodi velut surreptitia nullius [b] † penitus est momenti: [c] quamquam confectis super ea litteris sit insertum, [d] quòd animarum [e] cura (si dignitatibus [f] ipsis vel alteri earum immineat) nullatenus negligatur. ¶ Ad hoc si alicui prouideri mandemus de dignitate [g] ad cuiuscunque vel quorumcunq; collationem, prouisionem, seu quamuis [h] dispositionem aliàm in

a ¶ Vel alteri.] Si intelligas secundæ, planum est, quod sequitur de gratia surreptitia, vt eod. tit. ca. cum in illis. li.6. sed si de prima hoc intelligas: tunc licet gratia sit surreptitia quo ad dispensationem pluralitatis, uon tñ quo ad prouisionem dignitatis, ex quo propter illam paratus est dimittere primam. Vnde si Mutinensis Archidiaconus impetrat Archidiaconatũ Bononiensem nõcuratũ, vel curatũ, hoc tñ exp̃sso, & dispẽsatur cum ipso super vtroq; tenẽdo, licet dispensatio pluralitatis non valeat, ex quo Mutinẽsis Archidiaconus habet curam, & hoc non expressit propter rationem quã]. dicam super verbo, momenti; videtur tamen quod valeat impetratio, ita, quod per ipsam Mutineñ. dimittendo, consequi possit Bonoñ. Non enim habetur in iure expressum, ꝙ impetrans, qui tenetur facere mentionẽ beneficiorum, quæ habet, teneatur etiam qualitatem eorum exprimere: sicut nec hñ in iure, ꝙ teneatur exprimere qualis ordo sit annexus beneficio, vel quantitatem reddituum, quam habet ex vno beneficio, vel pluribus, licet beneficia teneatur exprimere. cum ergo per expressionem nulla fiat dispensatio, sed solum vitiatur surreptio eo. ti. non potest. in fin. lib. 6. vñ quod valeat impetratio, ex quo illud expressit, licet non expresserit illius curam, sicut valet, licet non expresserit annexionem ordinis, vel reddituum quantitatem vt dixi, & ratio decr. cum in illis adaptatur, cum de dignitate consequenda quæritur, non cum de exprimenda: Nisi dicas aliter legendo, quod hoc nouum declarat, vel inducat hæc constitutio: 1 quod etiam qualitas curæ imminens beneficio, quod habet impetrans, exprimenda sit in impetratione, quod probat littera, nullius penitus, quæ sequitur, quasi hoc sit de his quæ possent mouere principem ad gratiam denegandam, facit eod. ti. quamuis, & c. is cui. 1. respon. li. 6. & quod no. Compost. de rescri. capitulum in fine magnæ glossæ, & vñ expressum. s̃. ea. compi. de offic. ord. ca. 2. si intelligitur illud speciale, quod ibi ponitur de specialitate, quæ etiã exprimat qualitatem curæ, & talem expressionem communiter hodie faciunt impetrantes, & caute. Posset dari tertia lectura, ꝙ mistura dispensationis, & gratię prouisionis in eadem littera concessarum vitiat vtramque, quæ si segregatæ forent, valeret prouisionis gratia, vt primo dicebatur. Contra hanc facit de reg. iur. vtile lib. 6. & quod ibi no. licet enim secunda gratia dispensationis pendeat a prima, & sic sit inseparabilis, prima tamen gratia, scilicet prouisionis bene est separabilis a secunda, quare illa vtilis per illam inutilem vitiari non deberet. hoc egeret declaratione. in dubio tamen placet prima lectura. Ad inducta secundo respondetur, primo ad litteram sequentem, vt statim dicam. Ad id quod allegatur de motu principis, respondet per decret. non potest in fine superius allega. in decret. is cui. secundum cum primo tenebatur, & ideo primum esse debuit non curatum, si enim primum dimitteret, cura non obstaret, vt ibi, 1. respon. decre. 2. de offi. ordi. requirit specialem mentionem beneficij, vt non sufficiat generalis, & est pro Host. contra Compost. in ijs, quæ no. de rescri. in nostra in fi. sed non requirit expressionem qualitatis, vt superius dixi.

b ¶ Nullius.] vniuersale negatiuum est, & adhuc submittit penitus, & facit ad superius dicta, quibus tamen non obstabit hæc littera si dicas, gratia, s. super pluralitate concessa fecit enim mentionem supra de mandato prouisionis, & de gr̃a dispensationis. Primum consistit in gratia facienda. Secundũ, in iam facta, facit ꝙ not. de preb. si. ui. l. b. 6. in vlt. glo. vel si exponas alteri de secunda, vt ibi dixi in princ. glo.

c ¶ Momenti.] hoc tenebat Host. in prædi. decre. postulasti reddens rationẽ ꝙ circa pluralitatem in personatu cum cura duo sunt impedimenta. s. personatus, & cura. eo. ti. de multa sublato ergo primo impedimento, scilicet personatus, remanet secundũ. s. vt ibi scripsi. & idem Guliel. in pręd. vers. sed nunquid.

ADDITIO. Inferas ex hoc textu, ꝙ cum obreptio vitiet litteras bñficiales ipso iure, pcessus vigore taliũ factus est nullus, licet secus sit in lr̃is, iustitię. de rescri. sup litteris. Et dicit Lau. quod quandoque littera est falsa, vt quando omnino præter conscientiam principis emanat, & tunc quicquid ex ea fit. nullum est. de fals. super eo. pro hoc. de offic. vica. cap. penultim. Quandoque surreptitia, vt quando de scientia principis est habita sed aliquid falsum est suggestum, uel uerum suppressum: ut hic, de conces. præbend. cum nostris. Cardina.

d ¶ Insertum.] quod sumi potest ex decr. de offi. ordinarij, c. ordinarij. §. prouideat, lib. 6.

e ¶ Animarum cura 2.] hoc inducebat dubium: quasi per hoc de curato Papa prouideri uoluerit, & sufficiat quacunq; parte litteræ talis uoluntas appareat, ut sic finis trahatur ad principium 3 facit de appel. secundo requiris cum concor. de rescr. olim, sicut sufficit quacunque parte actorum certificetur snĩa. C. de sentẽ. quæ si. cer. quan. l. 3. sed hæc clausula non ponitur ad gratiam augendam, ut inf. prox. respons. sed ad indemnitatem dignitatis in executione seruandam, nec sonat in conditionem prouisionis, uel qualitatis expressionis, sed potius in monitionem: unde ualeret prouisio hac monitione non seruata, ut no. eodem titu. non potest. 2. responso. lib. 6.

f ¶ Si dignitatibus.] quid si non ponitur si, puta quia dicitur prouiso, quod animarum cura dignitatib: imminens nullatenus negligatur? Idem puto per id quod proxime dixi. Item intelligitur imminens, idest si qua imminet.

g ¶ De dignitate.] decr. ẽt, cum in illis, eod. ti. 2. respon. loquitur de dignitate, uel personatu, & ibi in 3. respõ. quod de beneficio loquitur, de electione non repetit, declarari uellem, an in beneficijs minoribus; quib: per electionem, & confirmationem prouidetur, locum habeant hæc iura: communiter tenetur quod sic, & facit inf. de relig. do. c. 2. 2. respon. in prin.

(Glo. seq. ponit opi. & contrarium consilium, & duas ipsius rationis. Secundo mouet dubium. ponit opi. contra quam alleg. respondet.)

h. ¶ Quamuis.] istud uerbum non est in decre. cum in illis, per quod quandoque, dicebant impetrantes, ad hoc ut aliquid adderet electionem includi. Iamdudum consulueram contrarium in quadam causa Florentina, illa ratione, quia cum regulariter in iure indefinita æquipolleat uniuersali, de quo not. de electi. ut circa. lib. 6. illud uerbum nihil addet. Item quia cum per decret. cum in illis. uerbum dispositionis, non includat electionem, quasi diuersæ sint species, uniuersale adiectum illi speciei, quamuis illam amplificet, tamen aliam non includet, maxime in hoc casu, quo de materia restringibili loquimur, 3. ut ibi in secundo, §. modo uides hoc hic approbatum. Vidi etiam dubitari, si nullus ipsorum modorum exprimatur: quia simpliciter mandatur prouideri de dignitate, uel prima, quæ uacabit uel quam [illegible] numquid includa[illegible] dignitas [illegible] Et tenent ali[illegible] ꝙ hoc casu [illegible] electionis, sicut

† Not. ꝙ obreptio uitiat litteras bñficiales ipso iure, ꝙ melius pbatur hic, q̃ alibi. & de hoc de rescr. ad audiẽtiã s̃m Zab.

1 Sic dicẽdũ est, qa si dictio, alieni, referatur ad s̃m tãtũ, uiolabis litterã 3 l. ñ aliter. ff. de l. 3. & Host. c. infra. su. de resc. refert Clemẽtẽ pnũciasse p hac opin. & illam seruat hodie cãcellaria. Fon.

† Nullus est uniuersale negatiuum.

2 Panor. sequit istã gl. iũcto tex. in 2. respõ. quẽ dicit nõ esse alibi. Font.

3 Idẽ Pã. facit ca. sedes. su. de rescri. c. q. ad agendũ. de pc. li. 6. nec obstat ꝙ Hippo. in l. unius facinoris. §. cognitorũ. ff. d. q̃s. in 11. col. notabiliter uoluit ꝙ ista gñalia adiectiua ampliant significatũ dictionis cui adiũgũt ad latissimã significationẽ c. gñali. §. uxor. ff. de usuf. l. addo q̃ singu. no. Flo. de S. Pẽ. l. alienationes. ff. fam. ercis. qa rñdeo sicut Alex. Frãc. Are. in l. j. qđ uerba gñalia reipiũt restrictionẽ a iure datã. Fõt.

ſicut quiuis alius: r ex quo nullus exprimitur cum illa decr. & iſta non dicant modum electionis non includi niſi exprimatur: ſed dicũt vno caſuum expreſſo alium non venire. Contradicere vr̃ finis huius capituli Sed reſponderi põt, quod reſpicit caſum narratũ, vt ibi dicam.

r Eſt de mẽte Panor: facit c. dilecti. de offi. leg. & tenet Rota in nouis dec. 599. Fõ.

[Gl. ſeq. de præpoſitione, in, duo dicta ponit, & opi. contra primũ infert contra opinionem.]

a ¶ In certa. de iſto enim ſcias, ꝙ Io. Monac. not. de reg. iu. in generali. lib. 6. & Archidiaconus eo. lib. de conceſ. præbẽ. ne captandæ. Clementem quartum terminaſſe auctoritate ſũpta de lib. 2. Reg. 12. capit. & 3. q. 7 §. vlt. de illo q habebat vnicam ouem, & ex. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offi præſi. de illo qui habebat vnicũ lumen, ꝙ cum ſcribitur alicui ꝓuideri de dignitate in aliqua eccleſia, & nõ eſt ibi niſi vnica, & principalis, illi non debetur: & ſic etiam ratio: quia prouidere de illa dignitate, nõ eſt prouidere in eccleſia, ſed de eccleſia. alleg. ẽt deciſam. decr. vlt. eo. tit. & facit, quod no. de offic. leg. cap. pen. in glo. 2. lib. 6 dicit etiam ibi Io. Mona. & Archid. eo. tit. ſi pro clericis. lib. 6. Bonifaciũ viij. pronũciaſſe in forma pauperũ, quod cũ ſcribitur alicui de aliquo beneficio in eccleſia prouideri, ſi non ſit ibi niſi vnicum, vel ſcribitur ad collationẽ alicuius, qui non confert niſi vnicum, de illo prouideri nõ poterit, cum illud, in aliquo, ſit relatiuum ſupponens diuerſitatem circa primũ: tñ refert Archidiaconus in addi. ꝙ quidã magni viri tenent ꝯriũ per decre. eod. tit. quamuis. li. 6 de cõceſ. ꝓb nulla. 6. q. 1. ſcire quo ad ſuperficiẽ facit de ſimo. c. ſi & faciũt prædicta contra Ioan. Mo. & Archid. in his quæ no. de elect. quam ſit. lib. 6. qui dicunt decr. illam, quæ ſtatuit tempus præſentandę electionis & petẽdæ confirmationis locum habere ſolũ in principalib. prælaturis eccleſiarum, & tñ tex. ibi dicit, electio in aliqua eccleſia celebrata. contrarium ẽt probatur ibi. §. fi. dum dicit, quiuis electus.

certa a eccleſia [b] pertinẽte, quam intra menſem [c] duxerit acceptandam, inhibentes illi vel illis, ad quorum collationem, prouiſionem, ſeu electionẽ, [d] dignitates in ipſa eccleſia pertinere noſcuntur, ne interim [e] ad collationem ipſarum ſeu prouiſionem procedant, vel quemquam eligant ad eaſdem, de dignitate ad quam conſueuit [f] quis ꝑ electionem aſſumi, impetranti non poterit prouideri; cum [g] in conceſſione gratiæ [h] (ad quam nõ augendam, ſed exequendam debent, quæ de inhibitione ſequuntur referri) nullam de electione fecerimus mentionem.

b ¶ Eccleſia] diœceſi vel prouincia, cum ſit eadẽ ratio.
c ¶ Mẽſem.] ſolet dici in litteris, a notitia vacationis vt inf. tit. 1. c. vnico. & quãdo tunc incipiat menſis currere, ibi habes in fine.
d ¶ Seu electionem.] hoc inducebat dubium.
e ¶ interim.] ſcilicet intra menſem acceptationis.
f ¶ Conſueuit.] vide quod dicam infra. c. pen. in glo. coniunge.
g ¶ Cum.] pro quia, redditiuum cauſæ, & iunge hic litteram nullam, &c. quæ eſt in fine.
h ¶ Gratię.] ſuperius narratę, ſcilicet quæ certos modos habebat expreſſos.

PEr litteras.] Ponit dictum, a quo excipit. ibi. [Niſi] Imol.

C A S V S Papa mandauit reuerendo in Chriſto patri: & domino, dño Ioãni cordis diuina fauẽte gratia Bituriceñ. Archiepõ, vt mihi, qui erã de ſua diœceſi, prouideret de beneficio primo vacaturo, ſub hac forma; Siue eẽt dignitas vel ꝑſonatus, vel ei immineret cura animarum, ſiue aliud beneficiũ, ad quod quis conſueuerit aſſumi per electionem, ſiue quodcunque aliud beneficiũ eccleſiaſticum: Vacauit hoſpitale vel eleemoſynaria, vel leproſaria: Quæritur vtrum iſta loca pia comprehẽdantur ſub illa clauſula? Dicit ꝙ non, niſi expſſe fuerit dictũ de iſtis locis: nec ſufficit clauſula gñralis, ſiue cuiuſcũq; conditionis fuerit illud beneficiũ eccleſiaſticũ, etiam poſito quod illa loca pia haberent iura ſpiritualia, puta decimas, & ſepulturas: hoc dicit H. R ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo no. ꝙ ĩ materia odioſa appellatione bñficij eccleſiaſtici non veniũt iſta loca pia, de quibus in littera iſta dicit. Et inſurgit iſtud odiũ, quia iſta loca pia ſũt ambitioſa. Itẽ vt euitetur votum captãdę mortis. Not. quod ad hoc vt iſta loca pia comprehendantur ſub gratia, non ſufficit mentio ſub clauſula generali cuiuſcunq; conditionis ſit beneficiũ eccleſiaſticum, ſed oportet, ꝙ de illis fiat mentio expreſſa: hoc mõ, ſiue ſint hoſpitalia, vel eleemoſynarię, vel leꝓſariæ. Not. textũ. [Directas.] id eſt miſſas, & venit a dirigo, gis, direxi, quaſi in diuerſam partẽ rego. Et dr̃ a di, & rego, gis, & cor. ri. Vñ dirige greſſus meos, id eſt, rege paſſus meos. No. ꝙ cõparãtur litteræ Apoſtolicæ, & litteræ legatorũ, ſimile de offi. leg. collatio. lib. 6. q̃doque tñ diſcomparantur, vt tangit hic Cardinalis in 3. q.

¶ Idem.

¶ Litteræ ſuper prouiſione clericorum non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia, & habentia iura ſpiritualia, niſi id exprimatur. hoc dicit. Ioan. And.

C A P. II.

PER litteras [i] à ſede Apoſtolica vel legatis [k] ipſius ſuper prouiſione [l] quorumlibet clericorum directas, [m] † de xenodochijs, [n] leproſarijs, eleemoſynarijs [o] ſeu hoſpitalibus (etiam ſi eccleſias [p] vel capellas,

† Directas, ſubaudi, alicui, vel aliquibus executoribus.

[Gloſſa prima ſummat.]

i ¶ Per litteras.] Caſus litteræ ſuper prouiſione clericorũ, non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia, & habentia iura ſpiritalia, niſi id exprimatur.
K ¶ Legatis.] de latere, per decre 1. de offi. leg. lib. 6.

[Gl. ſeq cum ſecunda ſequenti ſoluit duo dubia.]

l ¶ Super prouiſione.] ſatis videretur idem in litteris, quæ emanãt ſuper reſeruatione fructuũ beneficiorũ, vt talia illis non includantur, niſi exprimantur per rationem, quam inf. dicam.
m ¶ Directas.] intelligo etiam proprio motu nam motus proprius non ampliat gratiam, vel vim verborũ, licet excludat ſurreptionem eius, pro quo ſcribitur. inf. eo. tit. ſi Romanus.
n ¶ Xenodochijs.] de relig. do. c. 3. & varia nomina talium locorum, vide. 23. q. vlt. ſancimus, & ibi de hoc, & 1. q 7 ſi quis omnẽ. ad fin. in Auth. de ali. & emphy. in prin. col. 9. & de eccle. tit. §. fi. ea. colla.
o ¶ Eleemoſynarijs.] in multis locis hoſpitalia vocantur eleemoſynariæ in aliquibus domus Dei, de appel. dilecti, multa enim monaſteria ſine certo loco hoſpitalitatis habent talia officia eleemoſynariorũ; & cũ omnia iſta deputata ad certum vſum, ad alium vſum ſine Papæ licentia conuerti nõ debeant. j. de reli. do. c. 2. poſt prin merito nõ comprehenduntur ſub litteris beneficialibus, qua ratione idem puto de fabricis.

Eleemoſynaria, hoſpitale & Dei domus idẽ.

[Glo. ſeq. rõnem ponit, quam determinat; ſecundo diuidit quatuor membra, & in tertio diſtinguit.]

p ¶ Eccleſias.] quia talia ſunt loca religioſa, quod intelligas ſi auctoritate epĩ ad hoc ſũt inſtituta. de reli.

do.ad hæc. & ideo talia spiritalia põt illis accedere, & facit, ꝙ scripsi post Inn. & Hof. de iurepa.ex litteris. Et aduerte, q̃a si hospitale sit principale, cui accedit ecclesia vel capella, p litteras non debet, vt hic: si vero conuertas, ꝙ ecclesia sit principale habẽs annexum hospitale: tunc non puto hoc locum habere: sed tunc iure accessorij veniet, qđ principaliter non veniret. benefacit eod. tit. super eod. lib. 6. de reg. iur. accessorium, & ꝙ ibi not. Quid in dubio, vt quia extat hospitale & ecclesia, & nescitur, quod sit principale, & qđ accessoriũ? Sol. si appetet possessio & denominatio, per quã possumus alterũ preeligere, illud sequemur. eo. tit. cum de beneficio. li. 6. de proba. per tuas, cum si sed si non apparet repellam impetrãtem: constat. n. de hospital, nec constat illud accessorium ecclesię: nam & si hospitale & ecclesia essent annexa, ita quod neutrũ principale, puto hanc decret. locũ habere per no. ne se vacan. ca. 1. facit, quod no. de cõces. præb. si capitulo. lib. 6. in glo. quæro. in fi.

Accessorij iure venit, quod principaliter nõ veniret.

† Nota, ꝙ hoc verbũ facit nouũ ius & hoc tenet Zenze. de hoc de iud. decernimus. Zabarel.

decimas [a] aut alia spiritualia [b] iura noscantur habere) nulli posse decernimus [c] †prouideri: [d] Nisi hoc in Apostolicis [e] litteris [f] caueatur expresse. [g]

¶Idem.

¶ Quo casu vacat vna dignitas per retentionẽ alterius, vacant etiam plures.

a ¶ Decimas.] id est ius percipiendi decimas. An autem de redditibus horum locorum debeat solui decima, habetur in declarationibus, de quibus dicam inf. d. deci. cap. 2.

b ¶ Spiritualia.] vt cœmeterium, & ius funerandi. inf. de relig. domi. quia contingit in fin.

c ¶ Decernimus.] videtur ergo esse ius nouum, & hic incipe constructum.

[Glossa sequens quærit & soluit, secundo quærit & remittit.]

d ¶ Prouideri.] vnde nec hodie talia clericis sæcularibus in beneficium dari possunt. inf. de reli. do. c. 2. 2. respon. in princ. Sed est dubiũ, an in duobus casibus ibi exceptis in ver. nisi in fundatione, & c. locum habeat hæc decr. & puto, quod sic, cũ generaliter loquat: nec sequitur, si cõcedi possunt illis casibus in beneficium: ergo includũtur in litteris: tolle instantiam sup c. pro xi. eo. tit. quamuis 1 lib. 6. Sicut ergo certæ qualitates sunt in litteris beneficialibus exprimendæ, sic & ista ad hoc vt talia in litteris includantur, & tunc facta expressione talium debebuntur solum in illis casibus, nisi in expressione appareat Papam amplius voluisse. Et nunquid cum beneficijs permutari possint, dicam inf. de re. permu. c. vnico.

1 Secundum Imol. q̃ vult ꝙ legatus non põt expresse collationi suę reseruare hęc loca; vnde p hanc glo. notat Barb & post eum Felynca nul lus de foro compe. col. 11. ꝙ pcedit arg. a cõtrario etiam si corrigat ius cõe in genere. Font.

e ¶ Apostolicis. 1] Not. ꝙ non repetit de legatis, & hoc forsan per id, ꝙ dixi in gl. prox. Et est simile, quia legatus nõ confert ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni: quam tamen Papa confert. de iure pa. cũ dilectus, de offic. leg. dilectus. quod intelligas hoc expresso, vt ibi dixi si ergo sit circa ista restricta potestas legatorũ, & circa alia. de offi. leg. c. pen. & antepe. lib. 6.

f ¶ Litteris.] Probatio ergo testium vel alia non sufficerent in hoc casu facit quod no. eod. tit. si motu proprio. lib. 6. in vlt. glo.

g ¶ Expresse.] per quod sufficere non videntur verba generalia, vt ꝙ de quibuscunque beneficijs, dignitatibus, personatibus officijs, &c. & facit sup. ea. compil. de offic. ordi. c. 2.

Si plures. Ponit dictum, ad quod adducit simile, secunda ibi, [Sicut.] Imola. Præsupponendum est illud, quod dictũ est in c. de multa. eo. ti. in antiq. vide licet, quod si alicui obtinẽti dignitatem vel personatum, vel ecclesiam parochialem cõferatur aliud simile beneficium incompatibile, & accipiat possessionẽ pacificam illius: tunc vacat ipso iure primum, ita q̃d collator poterit illud conferre.

CASVS. Ex dispensatione tenebam duas dignitates, vel duos psonatus, vel duas ecclesias parochiales, vel vnam dignitatem, & vnam ecclesiam parochialẽ; vel personatum, & vnam dignitatem, vel duo beneficia incompatibilia: fuit mihi collatum tertium beneficium simile: istud tertium acceptaui, & adeptus fui possessionem pacificam. Quæritur, vtrum duo beneficia superiora, q̃ obtinebam, vacẽt ipso iure, vel tantum vnum ex illis? Dicit Clemens Papa, quod duo prima beneficia vacant ipso iure, sicut si tenerem tãtum vnum sine dispẽsatione, per adeptionẽ alterius similis beneficij vacat primum ipso iure, per dictum c. de multa. eo. tit. in antiq.

CAP. III.

Si plures [h] † obtinens [i] dignitates [k] aliã dignitatẽ aut beneficiũ curam animarũ habens acceptet, dispẽsatione super [l] hoc legitima nõ obtenta, eius [m] possessione adepta [n] pacifice dignitates; quas prius habebat, ipso facto

†Vide cõcliũ Trid. sess. 7. de refor. c. 4. & sess. 24 de refor. c. 17.

Nota primo iuncta glo. ꝙ quis non potest obtinere duo beneficia incõpatibilia sine dispensatione: tamẽ episcopus posset dispẽsare in duabus dignitatibus, nõ autẽ in duabus ecclesijs parochialibus. De hac materia vide Panor. in c. de multa. de præbẽd. in antiq. Not. ꝙ beneficia, quæ requirunt residentiam personæ, dicũtur incompatibilia; quia nemo potest esse in duobus locis simul & semel naturaliter.

No. quod si alicui habẽti duo beneficia incompatibilia, ex dispensatione cõferatur tertium, & habuerit pacificã possessionẽ illius tertij, ipso facto vacãt duo prima. Vnde dispensatus ad duo beneficia incõpatibilia, sua dispẽsatio non se extendit nisi ad duo beneficia, quæ primo obtinebat ca. non potest. eo. tit. in 6. & si vellet dimittere vnũ, & aliud acceptare, non posset. nisi illud caueatur in sua dispẽsatione, quod possit dimittere vnum vel ambo, & aliud acceptare, & tũc debet eligere vnũ de duobus primis, quod si detur sibi, ipse nõ debet acceptare aliud; sed debet prius dimittere vnum de obtẽtis. Sed si nolit se ponere in isto periculo, quia forte secundum bñficium est litigiosum, tunc coram tabellione debet protestari quod habita pacifica possessione illius secũdi bñficij, ipse non intẽdit tale primum beneficium retinere, sed intendit resignare illud in manibus alicuius tertij.

[Glossa prima summat, dicit quid approbet, & conqueritur.]

h ¶ Si plures.] Casus, quo casu vacat vna dignitas p receptionẽ alterius vacan. etiam plures. Approbat, qđ no. Compost. de ele. dudũ. 2. ad fin. & Guli. ponens ad litteram ipsius verba in Spec. tit. 2. §. videndũ vers. qd si habẽs duos, & Io. Mo. offi. ord. ca. ordinarij lib. 6. & Archidiaconus in decre. non potest. eo. tit. li. 6. debuisset clarius formari, vt inf. dicam.

i ¶ Obtinens.] per sufficientem dispensationem, vt aliqua fiat dubitatio.

k ¶ Dignitates.] personatus vel beneficia curata; vel alterum cum altero; cum sit eadem ratio.

l ¶ Super hoc.] scilicet super illa vel illo retinẽdo vna cum primis, vel cum altera primarum.

m ¶ Eius.] dignitatis vel beneficij curati vltimo collati & acceptati.

[Glo. seq. prorogat. probat, & determinat.]

n ¶ Adepta.] Idem videtur si per eum staret quo minus adipisceretur. eo. tit. licet episcopus. de elect. cõmissa. lib. 6. quod probat similitudo, quæ sequitur hoc verũ, quãdo tenet collatio vltimi, secus si collatio non teneret: q̃a tunc abstinendo a possessione pęnam istã euaderet, vt inf. dicam.

[Glossa

[Glo. seq. primo soluit obiectionem superfluitatis: Secundo ponit duas opi. reprobatas, & ipsarum iurib. respondet. tertio mouet, & aperit dubium: ponit opin. & distinguendo soluit.

Dispensatio. sup duob. beneficijs ītelligiť de duobus primis.

vacare [a] censemus: Sicut [b] si dignitatem vnicam obtinenti alia similis conferretur, eius pacifica possessione habita prima de iure vacaret. [c]

¶ Idem.

¶ Valet prouisio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia prouisi quæcunque sint, & quotcunq; hoc dicit. Ioan. And.

CAP. IIII.

SI Romanus [d] Pontifex [e] de beneficio [f] alicui motu proprio [g] prouideat, [h] ď beneficijs, quæ obtinet [i] nō habita mētione, prouisionem, seu gratiam huiusmodi fore validam [k] declara-

a ¶ Vacare.] Si intelligas de ijs, quæ per dispensationem habebātur, videbatur expeditum eo. ti. nō potest 2. respon. li. 6. in quantum ibi diciť quod dispēsatio data super duobus, intelligiť de primis duobus: ergo tertium in locũ primi, vel secundi surrogare nō pōt: sed quia poterat etiā nominatim super illis dispēsatū esse, scilicet super tali, & tali beneficio, & dignitate, quem casum §. ille nō contingebat, vtilis fuit declaratio. Et videbatur quibusdam quod nō vacarent, sed princeps deberet eligere quam ex primis dimitti volebat. arg. ff. de excu. tut. l. 6. quæ incipit, si duas. Alijs videbatur, ꝙ ipse idē prouisus eligeret, per decre. ꝑterea. eo. ti. & c. referente expeditum est, ꝙ vacant omnes primæ. Ad l. prædictam rñdebat Compost. ꝙ licet quis plurib. tutelis grauari non debeat; ꝑ vnius tñ receptionem non vacat altera. Ad decretales rñdebat, quod correctæ sunt per decr. de multa, & hęc satis sunt plana. Sed remanet dubium satis forte, nunquid valeat collatio vltimi? hoc dico propter decret. ordinarij. de offi. ord. lib. 6. vbi dř, quod habenti pluralitatem talium, etiam cum dispensatione sufficienti non potest aliud tale conferri, nisi dispensatio etiā extendatur ad illud: vel nisi prius habita resignet, & vitiat collationē aliter factam, & facit, quod ibi not. post Gar. in vlt. glo. & forte fuit hoc dubium huius decr. cum .n. illa decr. ordinarij. dicat collationem vltimi nullius esse momēti: ergo per eam non vacat prima. Sed in prędicta decre. non potest. Archidiaconus tenet, quod non valet collatio vltimi: nihilominus vacat, ex quo possessionem habuit vltimi. Ad hoc eod. tit. cum qui lib. 6. & sic dicitur per magnum virum pronunciatum in curia: contra q̃ tñ pronunciationem refert, ꝙ pendebat appellatio: hoc ergo declarare procurassem si cōpositorib. adhæsissem. Puto tamen, ꝙ si habenti vnum curatum confertur secundum tale, valeat collatio secundi, & ex quo stat per eum quo minus hēat possessionem secundi, vacat primum. Si vero habenti plura talia ex dispensatione sufficienti confertur aliud tale, valet collatio, si dispensatio sufficiens est etiam quo ad illud, & tunc de vacatione non quærimus. Si vero dispensatio ad hoc vltimum non iuuat: dico, quod si dimisit primum ante collationem vltimi, valuit ipsius collatio, nec tunc etiam de vacatione iuris quærimus. Si verò non 1 dimisit, collatio vltimi non valuit, tamen per acceptationem non perdit prima: imo illa retinet, sed sano vsus consilio videns collationem vltimi non valere, ipsius possessionem non apprehendat, vt sic humanitas iustæ plenitudinis non auferatur. 2. q. 6. si quis libellos. de app. cum cessante, & faciunt nota. de cler. coniug. diuersis. cum concor. Si vero possessionem ipsius vltimi apprehendit, hæc possessio facit primam vacare, nam hoc casu cum ex tali vitiosa possessione vacaret vnicum, vacabunt & illa per litteram quæ sequitur.

Bñficiorũ incõpatibiliũ pluralitatem habenti, an possit aliud tale cõferri.

1 Gl. uult ꝙ post collationē de tertio beneficio dispensatus ad duo incõpatibilia, nō pōt primũ ex illis duob. icõpatibilib. relinqre, ut acceptet tertiũ sibi iā collatũ. Car. Fon.

[Glo. seq. quæstionem soluit, & ampliat.]

b ¶ Sicut si.] Per hanc litterā dico, ꝙ si casus esset, quod possessio scđi non faceret vacare vnicum, vt eo. ti. super eo. & c. si tibi cōcesso. li. 6. nō vacabūt illa plura, & hoc puto verũ siue valuerit, siue ñ ualuerit collatio ultimi.

c ¶ Vacaret.] per decre. de multa. eod. tit. & hodie per constitutionem Ioannis, execrabilis. si primum absque mora, dispēdio, verbo, & facto in manib. ordinarij sub testimonio publico nō dimittat, priuatus est scđo & inhabilis ad sacros ordines, & bñficia, vt ibi. §. porro qa.

SI Romanus. Non recipit diuisionem. Præsupponendum est ꝙ hř in c. fi. sup. de offi. ord. videlicet, quod si beneficiatus impetret aliud beneficiũ a Papa, in impetratione secũdi beneficij dēt facere mētionē de primo obtēto: & si nō fecerit mentionem, sua impetratio erit surreptitia.

CASVS. Obtinebam duo beneficia simplicia, vel nō simplicia: cum dispensatione, vel sine? Romanus Pontifex propriomotu cōtulit mihi aliud beneficium, & nō fecit mentionem de obtentis: q̃ritur, utrum illa collatio sit surreptitia? Dicit Clemens, ꝙ nō, quia proprius motus tollit omnem surreptionem: tamen per illam collationem Papa non uř mecum dispensasse de obtentis beneficijs incompatibilibus, si illud beneficium est incompatibile, nisi istud dicatur in collatione. Quæritur quomodo cognoscemus, quod Papa proprio motu mihi confert beneficium, uel quando confert ad preces mei? Dicit Clemens, quod Romanus Pontifex non uř mihi cōferre beneficium proprio motu, nisi expresse illud dicatur in collatione, ut in ca. si proprio motu, eo. tit. in 6. Not. ꝙ proprius motus Papæ ualidat gratiam ꝯ uitium surreptionis, id est ualidat gratiam, ut illa gratia non dicatur surreptitia. Aliam autem inhabilitatem illius pro quo scribitur, non tollit, nisi aliud exprimatur, etiā si in illa inhabilitas surgat ex detentione plurium beneficiorum incompatibilium, ut gl. in uer. ualidat quā tene menti, & maxime in eo, ꝙ postea dicit satis esse illi clausulæ, ꝙ certum operetur effectum. Et adde hic aliam gl. quæ habetur sup. eo. tit. in clem. 2. in uer. directas, quæ dicit, quod motus proprius non ampliat gratiam, uel uim uerborum, licet excludat surreptionem. Not. quod nomine beneficij intelligitur de quocunq; ut hic, iuncta glo. 3. & idem Pau. Not. de uerbo, declaramus, per quod nouum ius non inducitur, de hoc de iudic. decernimus. Zab.

Papæ motus ꝓprius quid operatur.

[Gl. prima summat, & dicit q̄d approbet, & reprobet.]

d ¶ Si Romanus.] ualet prouisio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia prouisi quæcūque sint, & quotcunque. Approbat, quòd not. per Arch. & me, eod tit. si motu proprio, lib. 6. & reprobat, quod ibi no. Io. Monachus.

e ¶ Pontifex.] De legato est opinio. 2. no. de offi. leg. ca. vlt. lib. 6. & no. sup. ea. compi. de offi. ord. c. fi.

f ¶ Beneficio.] Large sumitur, de reg. iur. c. 1. lib. 6.

2 Dic idē in eo. Car. hic ď Ancha. ide ult. ut ibi notaui. F.

g ¶ Proprio.] quod non intelligitur nisi exprimatur, ut in prædi. decr. si motu. in fi.

h ¶ Prouideat.] uel prouideri mandet: cum eadem sit ratio.

i ¶ Obtinet.] iure, uel spe. sup. eadem compi. de rescri. gratiæ.

[Glo. seq. exponit litteram dicens, quare sic.]

K ¶ Validam.] quo ad uitium surreptionis, i. non surreptitiam: aliam enim inhabilitatem illius, pro quo scribitur, non tollit motus proprius, ubi aliud non addāť, etiā si illa ex taliũ pluralitate procedat, ut quia sine dispensatione habebat pluralitatem dignitatum, uel curatorum, quæ facit quem inhabilem, etiam ad minora beneficia, de elect. dudum 2 & ibi dixi in 2. glo. & patet apertius per ꝯstitutionem Ioannis, execrabilis satis est ergo illi clausulæ, ꝙ certum hēt effectum, nec alium 3 operabitur præter intentionē scribentis, sup. c. 1. de qua

3 Idē Zab. & Panor. hic, Rota decis. 11. cũ seq. in nouis. Gem. ꝯs. 104. & Alex. cōs. 215. lib. 7.

intentione si appareat, illi stabitur, vt dixi de rescript. cum adeo in fine.

a ¶ Declaramus.] reprobat ergo, non simpliciter corrigit opi. contrariam.

[Glossa sequens rationem reddit.]

b ¶ Quantocūque.] Ratio enim proprij motus excludens surreptionem prouisionis ita coaptatur curatis, vel simplicib. multis, vt vni. Item per id non intelligitur in retentione dispēsatum esse eo. ti. non potest. in fi. lib. 6. & per hoc ibi hāc opin. tenebā in 1. gl.

mus, [a] qualiacunque fuerint beneficia, dignitates, aut personatus cum cura, vel sine cura; & in numero quantocunque [b] † quæ is habebat, cum sibi prouisio facta fuit.

† al. quotocunque.

¶ Idem.

¶ Expectans beneficium ad collationem episcopi deuolutum ad illius capitulū obtinere non poterit: deuolutum tamen ad episcopum, vel etiam ad Papam ex cuiuscunque negligentia poterit obtinere.

Si beneficio.) CASVS. Papa mandauit Priori Sancti Cirici de Exolduno, vt mihi prouideret de primo beneficio vacaturo in collatione epi Lemouiceñ. vacauit beneficiū ꝑ tātū tp̄s, ꝙ collatio deuoluta fuit ad capitulū Ecclesiæ Lemouiceñ. ſm tenorē, c. nulla. de cōces. pb. in antiquis. Quærit vtrū de isto bñficio mihi possit prouideri virtute meæ gratiæ, seu mandati, ita ꝙ prior sancti Cirici executor possit mihi prouidere de beneficio illo, quod deuolutum est ad capitulum: Dicit Clemens quod non, quia Papa per suas litteras non intendit grauare nisi episcopum Lemouicē. & non capitulum. Sed beneficium vacauit per tātū tēpus, ꝙ collatio deuoluta est ad Papā: quæritur vtrū virtute meæ gratiæ possit mihi prouideri de illo beneficio? Dicit Clemens ꝙ sic, & sic gratia conceditur in præiudicium concedentis. Sed quid si collatio beneficij pertinet ad inferiorem, puta ad abbatem, qui prelatus fuit negligens in conferendo, ita ꝙ collatio deuoluta est ad epm: quæritur, vtrum illud beneficium cadat sub gratia mea, quamdiu est intra sex menses, in quibus eps potest conferre? Dicit, quod sic: hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ quando episcopus est grauatus, vt aliquis executor de beneficijs ad episcopum pertinentibus prouideat alicui, tunc executor potest prouidere de beneficio eius collationi spectante iure deuoluto: siue etiam ad eius collationem pertinet originaliter. Not. ꝙ executor poterit prouidere de beneficio spectante ad collationem episcopi, etiam si deuolutio fuerit facta ad Romanum Pontificem. Et hoc est verum, dum tamen deuolutio habeat initium in persona episcopi originaliter, quia prima collatio pertinebat ad episcopum, secus si deuolutio habuit initium in persona alicuius inferioris, & collatio propter negligentiam inferioris fuit deuoluta ad episcopum, & de episcopo ad Papam. Et possem reddere rationem, quia dum Papa mandabat executori, vt mihi prouideret de beneficio vacaturo in collatione episcopi, ipse solum volebat grauare ipsum episcopum, sed si ipse conferret beneficium, quod fuisset deuolutum, ipse non videretur grauatus, & per consequens intentio Papæ non adimpleretur. Item si Papa conferret, vel executor illud beneficium, quod sibi deuolutum fuit ab episcopo, quod etiam ad episcopum fuerat deuolutum per negligentiam prælati inferioris, ipse exoneraret episcopum, ita quod episcopus non amplius teneretur conferre beneficium: quare executor non poterit prouidere de beneficio, quod deuolutum est ad ipsum Papam per deuolutionem episcopi.

(Prima glossa dicit quid facit.)

c ¶ Si de beneficio.) Se summat quattuor ponens casus, & quasdam opiniones determinans, vt ī. dicam.

d ¶ Cuiuscunq.] exemptos, & non exemptos, & superiores episcopis, per hoc intendit includere.

[Glo. sequens soluit quæstionem distinguendo.]

e ¶ Scribamus.] executori, idem si scriberetur ipsi episcopo. saluo ꝙ in vl. casu cum est deuolutum ad Papā, distinguitur, an per literas excitetur offic. ū, an constituatur delegatus de offi. ord. licet. & ca. pen. de rescrip. cum aliquib. lib. 6.

CAP. V.

SI de beneficio [c] ad cuiuscunque [d] Episcopi collationem spectante alicui conferendo scribamus: [e] sibi illud conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia [f] † ipsius Episcopi [g] ad eiusdem capitulum [h] deuoluta existit: [i] Licet prouideri sibi possit de illo etiam, cuius ad ipsum episcopum ex sui capituli, [k] vel alterius cuiuscunque, [l] siue ad [m] nos ex

† No. ꝙ ꝑ negligētiā epi deuoluit collatio ad capitulū. & dicit Lau. ꝙ ipso iure deuoluitur nō indiget facto hominis, quin statim surripiat ptās ab ipso negligē tes deuoluat in man⁹ superioris, nec pōt purgari mora. de su. ne. pla. licet. cū ca. seq. Et dic ꝙ negligētia currit a die scientiæ cessāte impedimento. de elect. c. si. de ꝯcef. preb. qa diuersitatem Car. Nō. secū do, ꝙ ipetrāti ad collationē epi ꝓuidet de bñficio ex negligētia epi ad Papam deuoluto. Zab.

[Glo. sequens duo dubia soluit.]

f ¶ Ex negligentia.) Idem si ex delicto, licet sit opinio, an hoc casu deuoluatur ad capitulū, vt scripsi ð elect. cū in cūctis. in fi. & sup. vl. gl. vbi vero ex cōmissione epi capitulū, vel ali⁹ haberet cōferre: hoc nō impedit executorē, vt probat eo. ti. c. fi. lib. 6. facit quod not. de inst. c. si alias posset facile eps eludere impetrantem.

(Glo. seq. quærit; opinionē ponit, quam determinat.)

g ¶ Episcopi.) Sed nunquid negligentia ipsius executoris, quando sc. eo sciente vltra sex menses vacauit beneficium, quod conferre poterat, oberit ei? Compos. in decre. capitulū. de rescri. in magna gl. in 4. char. versi. item nunqd executor. tenet ꝙ non & decre. 2. de cōces. pbē. in ordinarijs collatorib. loquitur, non in executore, q confert vice Papæ. Aduerte, quod verum est hoc si executor prouidere potest ad cuiuscunq; collationem spectet, nec tēpus acceptationis adijcitur. hoc dico per decret. vnicam. inf. tit. 1. & vide quod ibi dicā in glo. ille terminus. sed si certa persona grauatur per rescriptum, & illius tempus est lapsum: tunc conferre non poterit donec deuoluatur ad Papam, hoc probat decret. ista.

h ¶ Capitulum.) vel alium, cum eadem sit ratio, & facit inf. uersi. uel alterius.

i ¶ Existit.) Intelligo tpe prouisionis suæ, non datæ; & sic est dare quod potestas huius executoris uariatur ſm tpa, & si. inf. ti. 1. c. unico. quādiu enim benefitiū est in collatione episcopi, confert illud; illo ad alium deuoluto non confert illud. ita est de beneficio ad inferiores spectantes, ꝙ ipse non confert, donec ad epm deuoluatur, ut sequitur. Ratio, quia cum epm Papa grauare uoluerit, confert executor q̄diu est in manib. epi: nam licet ex deuolutione proprium nō est pro ea uice; & ipse tunc ex collatione grauat: qn̄ est in manib. alterius non confert executor, quia Papa illum grauare noluit.

(Glo. sequens quærit, dubium aperit, & soluit.)

K ¶ Capituli.) Coiūge hic & in casu sequenti finē capituli. Sed qd si ad capitulū spectabat electio tm̄; & scribebat ad collationē epi, nunqd deuoluto iure ad epm ꝯfert executor? Dubiū facit illud ꝙ q̄rit, an deuoluatur eo casu prouisio, an electio, de quo satis scripsi de elec. pro defectū. Item facit dubiū; q; & si dicatur deuolui collatio, tn̄ ex quo primo gradu assumebatur ꝑ electionē, non uidebatur includi in litteris, in quib. solum de collatione fit mētio ad ꝙ satis facit. s. eo. ti. c. 1. circa fi. ibi, ad quam consueuit quis per electionem assumi.

l ¶ Cuiuscunq;) Hoc dicit, q ꝑ quotcunq; gradus, siue ꝓximos, siue mediatos ad epm deuenerit, executor confert quamdiu est in manibus episcopi. Ioan. And.

(Gl. seq. dicit primo qd determinat: secdō distīguit īter deuoluta, & ꝓpria, rōnē reddit: tertio arguit ad qōnē.)

m ¶ Siue ad nos.) Determinat ꝙ no, In. & Pet. de off. deleg.

Reg.sup.eo.vbi dicebāt, quosdā tenere, ꝙ delegatus Papæ prouideret de bñficio ad Papā deuoluto. Fuit etiā hęc qō olim disputata p dñm Iacobū Canonicū Boñ. q̃ in Mercu. vide in littera D. sub rub. de off. & pote. executorū. & tenui, ꝙ nō posset si dicat in rescripto, volētes illi gratiā facere spālē, dicit.n. ꝙ cū in illo alius q̃ Papa non lædatur, non debet dici gratia; nec de deuolutis Papa. sic scribit induxit de conce.præb. litteras, & c.cum nostris. mirabilis solutio fuit ista. Scias autē quod beneficium deuolutum ad Papam semper cōfert executor. ex quo primus collator est de his, qui per litteras grauabātur: siue nominatus, vt hic. siue innominatus, vt quia scribitur ad cuiuscūque collationē: cū eadem sit ratio: sed secus in beneficijs spectantib. ad collationē Papæ, quia vacauerunt in curia. eo. tit. c.2.lib.6. tūc enim Papa confert iure proprio non deuoluto: nec mirū si aliud in deuoluto; nam Papa dando executorem ad prouidēdum auferebat collatori potestatē, de conces. præb. si capitulo lib 6. ex quo ergo collatio de illo deuoluta est ad Papā conferat executor, vt hic. Et licet aliàs in bñficijs fiat stricta interpretatio eo.tit. quamuis. lib.6. hic tñ fit larga ꝯ concedentē de consuetudi. cum dilectus. Facit ēt hæc littera ad quæstionē. no. de offic.leg c. 1. lib.6. scilicet, qđ legatus Papæ possit talia beneficia ad Papā deuoluta cōferre, præferretur tñ delegatus quo ad illa quæ sibi specialiter sunt commissa. de offi. lega. studuisti. & facit de reg iur. generi. lib.6.

Executor Papę beneficiū ad Papā deuolutum confert.

ipsius episcopi, [a] & aliorum in hoc eidem succedētium [b] negligentia, collatio fuerit deuoluta.

¶ Idem.

¶ *Adeptus in ecclesia dignitatem habentem p̄bendā annexā, perdit primā p̄bendam, quā habebat in illa; hoc dicit. Io. And.*

[Glo.seq.exponit, dicens quare sic.]

a ¶ Episcopi.] primi collatoris; quod puto necessariū, si enim de Archidiacono vel capitulo ad episcopum, & demum per ipsius negligentiam gradatim ad Papā catur, non confert executor, cui ad collationem episcopi scribebatur. Io. And.

[Glo.seq distinguit tria tempora.]

b ¶ Succedentium.] Et sic habemus primo tēpus epi; secundo tempus medium aliorum facientium gradum inter ipsum & Papā; tertio tp̄s Papale, primo & vltimo tēpore confert executor, medio vero non, & semper intelligas, vbi tempus acceptationis elapsum non impediat executorem inf tit.proxi.c. vnico.

SI iuxta.] Primo ponit vnum dictum. Secundo circa illud soluit vnū dubiū ibi. [Primaque.] Imol. ¶ Præsupponendum est, quod quis non potest obtinere duas præbēdas in vna & eadem ecclesia. c. nulla, de conces præben. in antiq.

CASVS. Papa mādauit epo & capitulo ecclesiæ Rutinēsis, vel Pictauiensis, vel Bituricēsis, vt me reciperēt in canonicū & fratrem, & vt mihi assignarent præbēdā vacantē, vel primā vacaturam, & ēt quod assignarent dignitatem vacantem, vel dignitatem vacaturā. Fui receptus in fratrē, etiam fui adeptus possessionē eiusdem præbendæ: postea vacauit dignitas. cui annexa est præbēda puta archidiaconatus: quæritur, vtrū possim acceptare dignitatem cum præbenda? Vr̄ qđ non, qa in ista eccl̄ia nō possum habere duas p̄bēdas, tñ Romanus Pōtifex decidit ꝯtrium, sed per adeptionē dignitatis & p̄bendæ sibi annexæ, prima præbēda vacat ipso iure, & collator pōt illam conferre, hoc dicit H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ si mādatur prouideri per rescriptum Papæ alicui de dignitate, an prouideri possit illi de dignitate habēte p̄bēdam annexam. Glo. est in versi. mandati. quæ vr̄ in hoc dubitare. Et primo dicit, qđ hoc egeret declaratione. In fine vero sentit, ꝙ debeatur, sed loquitur cū mandatur prouideri de dignitate, alias habēti præbendā à capitulo. Nota, ꝙ expectans p̄bendā ex gratia Apostolica, nō potest acceptare, præbendam dignitati annexā: quia dignitas, quę est principalis, nō est debita, secus si expectat dignitatē: tunc.n. illam pōt acceptare, licet prębenda sit ei annexa. Nota, ꝙ archidiaconatus ē dignitas, quia ex vi mādati super dignitate cōsecutus hic fuit archidiaconatū. Nota casum singularem, in quo rescriptum ad præbendam consummatur successiue in duobus, quod est mirabile, cum videatur consummatum per adeptionem primæ. eo. tit. lib.6. Zabarella.

CAP. VI.

SI iuxta [c] nostri formam mandati [d] canonicatū & præbendam ecclesiæ Rutinensis adeptus, dignitatem, quam duxerit acceptandam [e] ibidem expectet: archidaconatum, [f] † inibi [g] post [h] va-

Nota, ꝙ archidiaconatus est dignitas, vide doctores in ca. de multa. de pręben. Archidiaconū in c.1. de cō suetu. li.6. & Abbatē in c. nouit de iudic.

[Prima glossa summat.]

c ¶ Si iuxta.] Adeptus in ecclesia dignitatē habentem præbendam annexam, perdit primam præbendam, quam habebat in illa.

[Glo.seq. ponit duas lecturas: declarationem petit: æquitatem exprimit.]

d ¶ Mandati.] non solum secundum vnam lecturam factū narrat, prout acciderat in hac ecclesia, de qua loquitur, sed etiā fortificat dubium: quia fortius si ex receptione capituli vel aliter hēt hanc canoniam, & præbēdam. facit. eo.tit.c. antepe. li. 6. vbi enim auctoritate Apostolica præbēdam expectans cōsecutus est vnam, non videbatur, ꝙ aliā consequi posset. facit eo. tit. nō potest. 2. respon. lib.6. cum concor. Sed cum adhuc pēderet gratia in parte principaliori, & facta fuisset super vtroq; vno contextu, æquū fuit vt prima dimissa scdam cōseq posset. Alia lectura est, ꝙ iste textus ponat ius, quasi dicat, ex quo Papa de dignitate & præbenda sibi voluit prouideri, consequitur dignitatē hñtem ꝛ p̄benda annexam, licet prius aliā fuisset adeptus: sed vbi solum de dignitate scribebāt, non poterat cōsequi dignitatem habentem p̄bendam annexā: cum hoc Papa non intenderet. Egeret declaratione. Suadet tñ æquitas quòd decre. locum habeat siue ex vnico rescripto debeatur vtrumq;, siue ex diuersis successiue, siue sola dignitas debeatur per rescriptū aliàs habenti præbendam ab ordinario collatore.

Contrariū tenet Zaba. hic: qa annexū tāquam accessorium non cōsideratur. c. sup eo. de pręb. li.6. sed idē, qđ glossa tenet Ioā. Staphileus de litteris gratiæ. cap. 2.

[Glo.seq. remittit, quęstionem soluit: ponit dictum quod determinat.]

e ¶ Acceptandam.] de quo dic vt ĩ. tit. 1. c. vnico. & idē puto si non haberet beneficiū acceptandi sed deberetur prima vacās, cum ratio sit eadem & fortior. Quod aūt hic dr̄ de potestate acceptādi, respicit dignitatē: præbendā ergo, quæ prius vacauerat necesse habuit petere, nec sibi fieret p̄iudiciū, per decre. si clericus. eo. tit. lib 6. vr̄ tñ, qđ si habens canonicatum & ius ad p̄bendam primo vacātem, & ad dignitatem, quā duceret acceptandā: præbendam, quæ primo sine dignitate vacauit, noluerit petere, protestans, qđ hæc faciebat quia oēs dignitates ecclesię p̄bēdas habebant annexas, & totū simul cōsequi volebat, satis esset hęc iusta cā ad negligētiam excludendam, cum mutationes beneficiorum nec populo, nec iuri sint gratę. 12. q. 1. c. 1. de trāsla. quanto. sed si potestas acceptandi respiceret etiam præbendam, tunc nullum dubium.

Beneficiorū mutationes gratæ non sunt.

f ¶ Archidiaconatum.] Factum ponit, nam idem in quauis alia dignitate

g ¶ Inibi.] in ecclesia illa, & vide inf. de regula cap. 1. lib 6.

[Glo.seq. ostendit per textum quæstionem solui.]

h ¶ Post.] datur intelligi, qđ si prius vacauerat cū sua

præbenda,& ipse sciens recipit aliā præbēdam:in acceptatione archidiaconatus sibi viam præclusisse vr̄.

n ¶ Ex euidentia.) de electio. quam sit. in prin. lib. 6.

o ¶ Actibus.) Ecclesiast. 28. abstine te a lite & minues peccata.

p ¶ Prebent.) concord. G. de iudi. procurandum. in princip.

q ¶ Aemulo.) concor. procœ. compilat. Greg. de hoc ver. nota. 43. distinctio scimus & facit 16. quæstio 2. ca. 1. post principium.

r ¶ Satore.) id est, seminatore.

s ¶ Zizaniæ.) seges vel herba peruersa, scilicet lolium 56. distin. nasc. 24. q. 1. quoniam. Et quādoque ponit pro sorde omnium segetum, huic literæ cōcor. de elec. licet.

t ¶ Patris.) qui habet quærere cōsiliū pro liberis. ff. de adul. nec in ea. in fin. Ioā. Mona.

u ¶ Exactæ.) quasi exquisitæ. C. manda. in re mandata. 3. Io. Mona.

† al. ita nutore Domino.

x ¶ Periculis.) dictis a pereo peris.

y ¶ Onusta. quasi onerata. de elect. vbi periculum, in principio libr. 6.

† al. ita de fratrum nostrorū cōsil. &c.

z ¶ Exosa.) id est, perfecte odiosa.

a ¶ Salubrem.) quasi salutis vberem.

b ¶ Solertiæ.) vide quod dixi. s. ea. compila. de offi. deleg. ca. vnico.

c ¶ Ad honorem.) simile de vsu. pal. cap. ad honorem.

d ¶ Locis eorum.) quicquid est intra septa, vel ambitū, etiā in pratis, vel hortis, vel alijs spacijs, videtur includere.

e ¶ Communibus.) in priuatis ergo secus.

f ¶ Predicare) etiam tempore interdicti. de sentē. excommu. 1. responso.

† Id est publicis, & ideo ait Petr. de Anch. Papa sine aliorū preiudicio de eis disponit. arg. l. sicut locus §. fin. ff. quēadmodū seru. amitta. ex quo ego īfero, quod Papa pōt disponere aliquid faciēdū in re dīni tpalis fauore fidei. Font.

 a ¶ Ver-

verbum [a] Dei, hora illa dũtaxat excepta, in qua locorum prælati [b] prædicare voluerint, vel coram se facere solemniter prædicari, in qua [c] prędicare cessabunt: præterquam si aliud de prelatorum ipsorum voluntate processerit ac licēcia speciali. In studijs autem generalibus,[d] vbi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus prædicari solemniter consueuit, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus siue peculiaribus eorũdem fratrum possunt ijdem fratres, & liceat eis libere prędicare: † nisi [e] forte illa hora, qua solet ad clerum in prędictis locis Dei verbum proponi, episcopus, vel prelatus superior [f] clerum ad se generaliter [g] conuocaret, aut ex aliqua ratione, vel causa vrgente clerum ipsum duceret congregandum. In Ecclesijs [h] autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel † debeant prædicare, vel proponere verbum Dei: nisi fratres prędicti à parochialibus Sacerdotibus [i] inuitati † fuerint, vel vocati, & de ipsorum beneplacito, & assensu, seu petita licentia fuerit, & obtenta; nisi episcopus, vel prælatus superior per eosdem fratres prędicari mandaret.

¶ Statuimus [k] etiam, & ordinamus auctoritate prędicta, vt in singulis ciuitatibus, & dioecesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscũtur, vel in ciuitatibus, & dioecesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, [l] Magistri † Priores prouinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarij; & Generales † & prouinciales Ministri, & Custodes [m] Minorum, & ordinum prædictorum, ad presentiam prelatorum [n] eorundem locorum se cōferant per se, vel per fratres, quos ad hoc idoneos, fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres qui ad hoc electi fuerint in eorũ ciuitatibus, & dioecesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire [o] libere valeant, & huiusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedire cognouerint) poenitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Ac deinde [p] præfati magistri, priores, prouinciales, & ministri [q] ordinum prædictorum, eligere studeant personas sufficientes, [r] idoneas, vita probatas, [s] discretas, modestas, atque peritas, ad tam salubre ministerium, & officium [t] exequendum: quas sic ab ipsis electas repræsentent, vel faciant præsentari [u] prælatis, vt

a ¶ Verbum Dei.] de offi. ordi. inter cetera in prin.
b ¶ Prælati.] iure cõi, vel consuetudinario, secundum Io. Mon. qui dicit rectorem ecclesiæ non contineri nomine prælati, cum ẽ. sit expressus post prelatum in ver. ab olim. de vicario tñ dicit idẽ qđ de p̄lato: quia qđ per se non possunt ordinarij p̄ alios faciunt. de offi. or. inter cetera. & eo. tit. si episcopus. lib. 6.
c ¶ In qua.] hora.
d ¶ Generalibus.] id est, locis habentibus studiũ ex priuilegio, vel consuetudine, cuius initij non sit memoria de el. nõ resi. tuæ. infra de priui. c. 2. li. 6. & in p̄oemio digestorum. §. hæc autem tria.
e ¶ Nisi.] à primo dicto huius ver excipit non a duobus sequẽtibus, quod satis verba demonstrant.
f ¶ Superior.] non respectu episcopi, de quo premisit, sed clerici, cui super est de consuetudine, vel priuilegio, secundum. Io. Monac.
g ¶ Generaliter.] secus ergo vbi specialiter vocaret prelatos, doctores, vel huius similes.
h ¶ Ecclesijs.] nec ipsarum capellis, vel cemeterijs, de sẽt. exc. si ciuitas li. 6. secũdũ Io. Mo. secũdũ quem no. q̄ in ver. pręcedẽ. permittit his prędicare cum certa modificatione: hic p̄hibetur nisi certis casib⁹. quare cũ de iure cõmuni illis prędicare nõ competat, sed solum prelatis, & curatis infra. §. huiusmodi. reputat istis omnem locum interdictum, qui non reperitur hic permissus.
i ¶ Sacerdotibus.] puto sufficere si isti sũt vicarij perpetui, cum ad eos spectet cura de offi. vica. ca. fi. de præb. super eo. lib. 6. & idẽ puto in tẽporalibus datis in casu licito auctoritate episcopi, vt de elect. cũ ex eo lib. 6.
[Glo. sequens subdiuidi⁹.]
k ¶ Statuimus.] secundus articulus cõfessionum, circa quas prouidet, primo de licentia petenda. secundo de cõfessoribus eligendis, & pręsentandis, ibi. (Ac deinde.) tertio limitat locum, & numerum, ibi, (extra ciuitates.) quarto prouidet, qñ licentia datur, & electi acceptantur, & qñ non acceptantur ibi? (Et si ijdem.) quinto quando denegetur licentia, dat gratiã cum certo moderamine, ibi, (Si vero)
l ¶ Non habentur.] dato ergo, q̄ fratres non haberent locum Mutinæ, possent tamen prelati, de quibus sequitur ab episcopo Mutineñ. petere quod sequitur, & pro ipsa dioecesi electionem facere.
m ¶ Custodes.] priores ergo conuentuales quo ad Prædicatores, & Guardiani quo ad Minores hoc non possunt.
n ¶ Prælatorũ.) scilicet episcoporũ, & superiorum, de quibus p̄misit, & patet hoc infra ibi, in eorum ciuitatibus, &c.
o ¶ Audire.) Nota hunc ordinem, i. vt primo audiatur confessio, secundo imponatur pęnitentia: tertio fiat absolutio nõ ergo præcedat absolutio ipositionẽ pęnitentiæ, vt sic absolutionem præcedat cordis contritio, oris cõfessio, operis satisfactio, saltẽ effectu.
p ¶ Deinde.] ergo nõ prius non tamen est necesse q̄ talem licẽtiam habeat: sed satis est, q̄ petant quo ad hoc, vt eligere possĩt.
q ¶ Ministri.] scilicet generales, vel prouinciales. Et nota, q̄ a de vicarijs Priorum p̄uincialium, & custodibus nõ repetit, de quibus premiserat, licet ergo illi petitionẽ possint facere, de qua præmisit, non tamen electionem, de qua hic loquitur.
r ¶ Sufficienter.] sex qualitates exprimit. Io. Mona.
s ¶ Probatas.] Beatus Bernardus ad Eugeniũ: Probatos oportet eligi, non probãdos. & facit præb. in Laterañ. in fi.
t ¶ Officium.] quod est ars artium. de æt. & quali. ca. cum sit. Io. Mona.
u ¶ Pręsentari.) personalis ergo p̄sentatio fieri dẽt. Nã dr̃ p̄sens q̄ prębetur sensi-

Prelati noĩe nõ venit rector ecclesię.

† Supplet Zen. extra monasteria, & loca sua, vt verba operẽt aliqd vltra p̄cedẽtia. de ver. signi. Abbate Fõt.

† al. nec debeant.

† In quodã manuscripto ita, inuitati fuerint vel vocati fortasse extiterĩt, aut de ipsorũ beneplacito, &c.

† al. Magister.

† al. Generalis Minister.

Pænitẽtiæ ĩpositio absolutionẽ p̄cedere debet.

i Vide textũ & notata ibi: in hac editione i c. vl. de cẽsib. lib. 6. vbi refellitur hæc glo.

Probati, & ĩprobãdi sũt eligendi.

Pręsẽs dr̃ q̄ prębetur sensibus.

sensibus corporis. facit. ff. de verb. obl. l. 1. in prin.

[Glo. seq. arguit istos curatos: tenet contrariũ, & rationem reddit.]

a¶ Impendant.] cum determinatione, quę habetur. s. ver. per hm̃oi, & licet ista sint de cura animarũ, & articulus præcedens & subsequens: p qđ videretur istos esse curatos saltem in tãto, vel ex delegata potestate, vt hic: vel ordinaria, vt inf. ver. si vero. Dicit finaliter Io. Mon. quod isti non sunt 1 curati: quod etiam secũdum eum esset quo ad fratres Minores contra constitutionem, exijt. de verb. sign. lib. 6. ss. ra tio: quia nec ipsi ad strictisunt ad executionem vel exercitiũ istorum actuum: nec fideles sũt adstricti, vt 1 his ad eos recurrãt: & sic licet ex priuilegio huius perpetuæ cõstõnis hoc possint, nõ per hoc sunt censendi curati.

1 Ex hac gl. cognosces quando beneficiũ dicatur curatũ. Pan. in cap. de multa. de pbend. Fon.

1 Hę duę dictiones: in posterũ, de sunt in antiquiorib. codicibus.

b ¶ Deputati.] simile de accu. sicut olim.

[Glo. seq. dubium soluit, & remittit.

† al. ita: pur vniuersitas cleri. & populi multitudo vel paucitas exigit eorũdē.

c ¶ Auditura.] si non electus se ingerit, vel electus extra diœcesim, in qua deputatus est, bona fide illi confessus, & ab illo absolutus, tutus eẽt quo ad Deũ, & vide, qđ not. de ele. dudũ 2 in glossa, quia c. in iam desierit, & quod ibi scripsi.

d ¶ Paucitas.] simile de voto. ꝙ super his ver. quamuis. 21. dis. in nouo in fin.

[Glo seq. notat, & questionem soluit & consuluit.

Numerus p̃sidentiũ p̃m q̃titatem subiectorũ est deputãdus.

e ¶ Exigit.] not. numerum præsidentium deputari secũdum quantitatē subiectorum. Simile de vi. & hone. cler. quoniam, cũ suis cõcord. si autem contendit episcopus cum fratribus, dicens minorem numerum sufficere: recipiat episcopus numerũ, de quo sibi vr̃, de reliquis recurrat ad arbitrium boni viri, i. iudicis. ff. de verb. obli. cõtinuus. §. cum ita, secundum Ioã. Mona. qui dixit, quod caute forte faceret episcopus, si in principio cũ concedit licentiã, taxaret numerum: liceret. n. à principio quandoq;, quod non liceret ex post facto. ff. de pact. in traditionibus. C. de do. quę sub mo. l. 1. & l. pfecta facit de condi. appos. verum.

f ¶ Concesserint.] quam sine causa reuocare non possent. de reg. iur. decet. lib. 6.

g ¶ Actione.] simile de censi. cum Apostolus ante medium. de immunita eccl. aduersus.

(Gl. seq. arguit ad quæstionem, & contrariũ soluit.)

h ¶ Quemquam.] vr̃ quod omnes refutari nõ possint: dic cõtra secundum Ioan. Mo. cum hoc verbum, iuris æquipolleat vniuersali: & extẽdatur in edictis prætorum ff. vi bon. rap. prætor. § homines. ff. de cõst. pecu. l. 1. §. de neg. gest. l. 1. §. 1. & 3. aliàs secũdum eum fieri posset fraus cõstitutioni: quæ multa requirit in talib. fratribus. sup. ver. ac deinde.

de eorum licentia gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœcesibus eorundem huiusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant pænitentias salutares, & beneficium absolutionis (in posterum †) impendant, [a] prout superius est expressum: extra ciuitates & diœceses, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus & non per prouincias deputari, [b] confessiones nullatenus audituræ.[c]

¶ Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet prout † vniuersitas cleri & populi ac multitudo vel paucitas [d] exiget [e] eorundem.

¶ Et si ijdem prælati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiẽdarum concesserint: [f] illam præfati Magistri, Ministri & alij cum gratiarum recipiant actione, [g] dictęque personæ sic electæ cõmissum sibi officium exequãtur. Quod si forte iam dicti prælati quemquã [h] ex dictis fratribus præsentatis eisdem ad huiusmodi officium nollent [i] habere, vel non ducerẽt admittẽdum: eo amoto vel subtracto, loco ipsius similiter eisdem præsentandus prælatis possit & debeat alius surrogari.[k]

¶ Si vero ijdem prælati præfatis fratribus ad confessiones (vt pręmittitur) audiendas electis, huiusmodi exhibere licentiam recusarint: [l] nos ex nunc ipsis, vt cõfessiones sibi cõfiteri volentium [m] libere [n] † liciteque audire valeant, & eisdem pęnitẽtias imponere salutares atque eisdem beneficiũ absolutionis impartiri [o] gratiose concedimus [p] de plenitudine Apostolicę potestais.

¶ Per huiusmodi autem concessionem nequaquã intendimus personis seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis, potestatem in hoc impẽdere ampliorẽ, quàm in eo curatis vel parochialibus sacerdotibus est à iure concessa: [q]

i ¶ Nollent.] factum & proprium motũ. non causæ cognitionem denotat, secundum. Io. Mo.

k ¶ Surrogari.] si non recipitur, sed ex iusta causa: quia non est qualis supra describitur. sibi imputẽt qui malum elegerunt, si sine causa succedit Papæ licentia, vt statim sequitur, secundum Io. Mo.

(Glos. seq. supplet tertium casum.)

l ¶ Recusarint.] si non recusat expresse: sed nõ dat, vel negligit, videretur, ꝙ locũ haberet, hoc priuilegiũ post trinã monitionē vel requisitionē: per decr. 1. de suppl. negl. pla. & facit de app. ab eo. li. 6. & s. ea. cõ pil. de app. quamuis.

m ¶ Volentiũ.) forte non intellexit de religiosis, qui secundũ suorum ordinum statuta suis prælatis cõfiteri debent, vt etiã dicebat cõstitutio Benedicti.

† De hoc verbo, libere, vi de Frãciscũ de Aretio cõ sil. 76. inci. Diligenter, & Dec. cõsil. 131. & in c. si ꝓ debilitate. de off. de leg.

(Gl. seq. notat contra opinionem.)

n ¶ Libere.) denotat ꝙ nõ est necesse licẽtiam sacerdotis parochialis haberi, & est simile de præben. licet episcopus li. 6. cuius contrarium videtur hic velle Ioan. Monac.

Gl. seq. soluit dubiũ, respondens ad ꝯriũ, & opi. ponit.)

o ¶ Impartiri.) absoluti ergo non habebunt necesse vlterius confiteri proprio 2 sacerdoti. nec obstat decre. omnis, in prin. de pæni. & remis. quæ intelligitur de illo, qui alteri legitime cõfessus nõ est, vt dicebat Benedictus in constitutione, inter cunctas. Et vide quod scripsi post Host. in c. omnis, sup verbo, proprio, huius tamē contrarium tenebat prolixe hic Io. Mon. nisi cum iusta causa subesset, non confitẽdo proprio sacerdoti. Io. And.

2 Et hęc sñia est iã declarata p extrauag. ici. Vas electionis habet in extrauag. cõibus. tit. d̄ hę ret.

p ¶ Concedimus.) concor sup. ea. compil. de foro compe. quamuis. §. volumus.

(Glo. seq. exponit & remittit quæstionem soluit: solutionis obiectioni respondet.

q ¶ Concessa.) hoc intendit: ꝙ in casibus epo reseruatis nõ possunt absoluere, & q̃ sint illi no. de pæni. & remis. si eps, lib. 6. & hic p Io. Mon. & plene per Host. in summa huius tit. §. cui cõfitendũ in fi. 2. coll. Dicit autem hic Io Mo. ꝙ episcopus casus, de quibus ante hãc cõstõnem poterant curati absoluere, sibi reseruare

uare possit hac cōstitutione non obstāte, quia licet fratres sint exempti, parochiani non: allegat de priuile. ex ore. eo. tit. p exceptionem. li. 6. Nec dicitur a iure cōcessum, quod iure reuocatum est. arg. ff. de diuort. l. diuortium. Item si potest arctare potestatem ordinariam curatorum, fortius hanc extraordinariā, ne idem subditus censeatur diuersi iuris quo ad curatos & quo ad fratres, de priuileg. quia circa. sit ergo sensus, q̄ nō absoluat frater, quē nō absoluit curatus. Ista igitur accidentalia & de bñ esse, non mutant substantialē & ordinariam potestatem episcoporū, de hær. per hoc. li. 6. Nō obstat si dicas, qđ hoc erit auferre, vel decurtare priuilegiū q̄ fieri non poterit, ēt indirecte de priuileg quanto. quia licitum est cuilibet facere quod libet in re ꝓpria., dummodo non faciat animo iniuriandi, nec alicui faciat iniuriam, &c. de elect. cū ecclesia Vulterana. cum suis concord.

a ¶ Prælati.] episcopi & superiores: vnde videmus, q̄ hodie aliquibus ex illis concedūt casus reseruatos.

† al. eorum.

nisi forsan eis ecclesiarū prælati [a] vberioré in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam.

¶ Huiusmodi [b] quoq; statuto & ordinationibus nostris adijcimus, vt fratres dictorū ordinū in ecclesiis vel locis suis† vbilibet constitutis liberā (vt sequitur) habeant sepulturam. [c] videlicet, quod omnes ad eā recipere valeat, qui sepiliri elegerint in locis & ecclesiis. memoratis.

¶ Verum ne parochiales ecclesię, & ipsarū curati siue rectores, q̄ ministrare habent ecclesiastica sacramēta, quibus noscitur de iure cōpetere, prædicare, [d] seu proponere verbum Dei, & confessiones audire fidelium, debitis & necessarijs beneficijs defraudētur, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur: [e] auctoritate Apostolica cōstituimus & ordinamus eadem, vt dictorū ordinum fratres de obuētionibus [f] omnibus, tam† funeralibus, [g] quàm quibuscunque, & quomodocunque relictis distincte vel indistincte, † ad quoscunque certos, vel determinatos vsus, de quibus etiam quarta siue canonica portio dari siue exigi non consueuit, vel non debet de iure, [h] nec non de datis [i] vel qualitercūque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit [k] quomodocunque directe vel indirecte, [l]

tacitū nō capaci dimissum subiacet Falcidiæ: ꝓbātur hæc. ff. de iure fisci. l. 3. §. si quis, & §. quando. ff. de ijs quib. vt indig. l. in fraudem. C. ad leg. Falcid. l. 3.

[Gl. seq. ponit iꝰ reuocatū, ex quo īfert duo rigorosa.]

g ¶ Funeralibus.] declarauerat Benedictus illa esse funeralia, quæ cum funere deferuntur, in prædicta constitutione, inter cūctas, & ibi statuerat đ cādelis, q̄ dant ad manus, quartam non deberi: sed ex quo reuocata est illa constitutio, puto etiam de illis eandē lis deberi: & licet hoc sit rigorosum: hoc tamen vult ista littera, & verbum omnibus, quod præcedit, & q̄-buscunque, quod sequitur: per hæc [1] verba etiā puto eos teneri de ijs, quæ legantur pro Missis dicendis.

[Gl. seq. quæstionē soluit & remittit.]

h ¶ De iure.] vt patet de testa. c. fi. de verb. sign. ex parte; Et per hoc patet, q̄ ista constitutio est iuris veteris correctoria, & sic restringenda, & ad alios q̄ ad Prædicatores & Minores non extendenda, vt not. de reg. iu. quæ a iure lib. 6. & eo. li. de regula constitutionem.

† al. ita: tā de funerali q̄ de quibuscunq; &c.

† Ista verba dicit Oldr. cōs. 289. qđ videntē loquī de legatis factis vniuerso collegio fratrum, nō de ijs, quæ sunt alicui singulari fratri, quia de illis non est danda quarta, arg. l. tutor petitus. §. j. ff. de castr. pecu. l. a filio. §. fi. ff. de alī. & cib. leg. Fōt.

1 Vide Alex. cōs. 1?6. inci. Viso testamento. li. 2.

b ¶ Huiusmodi quoque.] circa partem istam plures quæstiones occurrunt quàm circa præcedentes: ratio patet, quia hic de lana & lacte, vel redditu agitur, sed non ibi. vidi autem & habeo formam cuiusdam litteræ, quæ dicit ab ipso Bonifacio episcopo Moreñ. emanasse ad querelam cleri Moreñ. quæ quasdam ex illis determinat, declarando & iudicem dando in modum cōseruatoris, quas inf. subiungam, & rationes, quas inducit, per iura probabo.

c ¶ Sepulturam.] quam alias de iure communi non haberent, ex quo populū nō habent, & hoc scripsi post Inno. & Host. eo. tit. c. 1. in princip.

d ¶ Prædicare.] vide quod scripsi post Inno. & Host. de hæret. excommunicamus. 1. §. quia vero.

e ¶ Debeatur.] sup. eo. tit. c. 1. 12. q. 2. quicūq; suffragio.

[Gl. seq. tractat de distributis in ipsos, de mandato defuncti vel sine, per executores vel legatarios.]

f ¶ Obuentionibus omnibus.] declarat prędicta commissio, q̄ si non relinquitur fratribus: sed frater datur executor ad certam summam distribuēdam arbitrio suo, vel sibi legatur aliquid distribuendū: quam summā, vel quod legatum ipse executor vel legatarius postea distribuit in eosdē, q̄ debetur quarta: cū eo casu recipiatur ab executore, vel legatario, vt a ministro. ff. de leg. 2. si quis Titio. & si cui plus q̄ per lege Falcidiā. l. diuus. Nec obstat littera infra ad quoscunque, & c. quæ cū cā dubitationis tollendæ adiecta fuerit obuētionum generalitatem non minuit. ff. mand. qui mutuam. & ff. de reg. iu. quæ dubitationis. Idē ibi declaratur. qñ nil relinquitur fratribus, sed decedēs māđat executori, vt ipsis fratribus det aliquid, vel promittat; quia cū illud palam capere possint relicti iure cēsetur & debetur quarta, sicut & fideicōmissum

ADDITIO. Ista constitutio est veteris iuris correctoria; cum debeatur quarta vigore eius etiā de relictis priuilegiatis, contra c. fi. de testa. ideo merito est restringenda, vt dicit hæc glo. Abb. Sicu.

[Glo. seq. dicit quid de legato in vita soluto.]

i ¶ Datis.] declarat prædicta commissio, quod si testator legatum soluit in vita, nihilominus debetur quarta: quia videtur soluere vt legatum: vnde legatarius illud iterū post mortē non perit, & si Falcidiæ locus sit, illā propterea non euadit; primū probatur. C. de leg. filia. ff. de leg. 2. Lucius. 1. & l. Lucius. 2. §. impuberē. ad idem. ff. ad leg. Falc. cum quo. §. fi. secūdū probatur. C. ad leg. Falc. in donationibus, & l. penul. C. fami. ercis. si cogitationem.

[Gl. seq. dicit quid de sepulto in ipsorum habitu.]

k ¶ Decesserit.] hac rōne declarat p̄dicta cōmissio: qđ licet tales petāt cū illorū habitu sepeliri, quarta debet: nam etsi ad ipsorum religionem trāsirent in ęgritudine, de qua decederēt, deberet quarta eo. tit. đ his.

[Gl. sequēs tractat, quid de dato vel relicto singularibus fratribus.]

l ¶ Indirecte.] per hoc dicit cōmissio prædicta patere, quod quarta debetur de ijs, q̄ testatores reliquūt, vel dāt in infirmitate, de qua decedunt, vel dari mandāt post mortē, de hoc in testamento mentione nō facta singularibus 2 fratribus, ad eorū commoditates: puta emptiones librorum vel vestium; addens rationē, qđ id eis conuentui quæritur, sicut per monachū monasterio, per seruum domino, & patri per filiū. 12. q. 1. nō dicatis. 19. q. 1. ca. 1. in ti. insti. per quas personas, in princip. C. eo. tit. l. 1. in fi. & l. vlt. & in legato serui inspicitur persona domini, & an sibi legare potuerit, & ex tali legato potest dominus fideicommisso gra-

uari.

2 Idē Feder. de senis cōs. 4. Calderinus cōci. inci. eo. tit. Pe. de Ancha. cōs. 369. & Gemi. cōs. 46. tñ qđ nō cadāt ī quartā cessante fraude, vt qñ cōtēplatione cōsanguinitatis tenet Ol. q. 224. & q. 287. & q. 289. & Bal. cons. 104. li. 1. & consil. 236. lib. 2.

fratribus ipsis, vel aliis ꝑ eisdem, quartam a parté (quã auctoritate Apostolica taxamus, & ẽt limitamus) parochialibus sacerdotibus, & ecclesiarum rectoribus, seu curatis largiri b integre c teneantur: Facturi, & curaturi; quod nec alii, nec aliis, a quibus quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum vtilitatem, vel cõmodum huiusmodi fiant relicta aut in eos taliter data, vel donata procedãt, seu quod in morte, uel ab infirmis huiusmodi dãdũ, vel donandum fratrib, ipsis existeret, in eorundẽ dantium, vel donantiũ sanitate sibi dari, uel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis, eorum intendimus conscientias onerare, d vt si (quod absit) per fratres ipsos dolo, vel fraude quicquam in hac parte agi forrasse contigerit (pręter id quod eos propterea dictis sacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus) etiam districta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiusmodi nihil valeant parochiales rectores, curati, & prælati exigere supradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id à quoquam possint aliqualiter coerceri. e Nos etenim (vt in cunctis ęqualiter, & pacifice fauente Domino procedatur) vniuersa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo f seu scripto, sub quacunq; forma, g vel expressione, seu cõceptione verborum a nobis, uel prędecessoribus nostris Romanis Pontificibus cuicunq; ordinum prædictorũ concessa, nec non consuetudines, conuẽtiones, statuta, & pacta, h in q̃tum sunt pręmissis, vel alicui pręmissorum i contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, cassamus, & irritamus; quinimo cassa, uacua, & irrita nunciamus, & decernimus nullius ꝑrsus existere firmitatis.

¶ Ceterum, vniuersos ecclesiarum pręlatos cuiuscumque pręeminen

nari. hæc probantur ff. de leg. 1. l. cũ filiosa. de leg. 2. si alienus seruus. de hære. insti. l. non minus. C. de hære. insti. l. neque. Non obstat prædictis de testa. requisisti. ad fi. quod loquitur in illo, qui potest habere proprium. Io. And.

[Gl. seq. quærit, recitat op. contrarias, & declarat circa primam.]

a ¶ Quartam.] quæro an prædicatores, & Minores teneant ad hanc quartam de iis, quæ reliquuntur eisdẽ per eos, qui apud illos non sepeliunt: Prædicta commissio recitat, ꝙ non leuis opin. doctores dixerunt quartam deberi ecclesiæ parochiali de oĩb. relictis a suis parochianis, etiã si sepulti fuerint apud illam, placuit autem hæc opinio Hostien. Petr. & Aegid. Sed Tancr. glo. Innocen. & Abbas contra, quę opinio placet Arch. & mihi, vt scripsi eo. tit. cap. 1. & hic Ioã. Mon. dicit demũ illa commissio, quod ex qualitate personarum, & quãtitate relictorum, & ex præteritis præsumi potest fraus, maxime, quia quando non tenebantur ad quartã, sepulturas pręcipue diuitum totis viribus procurabant, & vt dicit ex his iura quandoque præsumunt fraudem, & faciunt coniecturas: supposita vero fraude constat, quod debetur, de testam. officij, & c. requisisti. in fi. & c. si primũ ꝓbatur. de renun. c. 2. lib. 6. ff. si qs omiss. cau. testa. l. 6. & l. Iul. de act. emp. Iulianus, alias inter eũ, §. ibidem, de vsur. l. qui semisses, de pig. act. l. vel vniuersorum, de leg. 1. si seruus plurium. in fi. Io. And.

[Gl. sequens tractat an legatum integrum soluendum sit fratribus.]

b ¶ Largiri. per hoc dicebant ipsi fratres, quod hæredes debebant eis soluere integra legata, quorũ quartam curati de manibus suis recipere debebant, sed declarat prædicta cõmissio, ꝙ sicut falcidia est in bonis hæredis, sic ista quarta in bonis ecclesiarũ parochialium, quare curati 1 eam vendicare possunt, & inhibere hæredibus, vel per fideicommissum grauatis, ne illam soluant fratribus: pręcipue cum illos suspectos habere possunt, quod sibi non soluant eandem, ad hoc. ff. ad Trebel. hæres. in fi. ff. ad leg. Falcid. l. neam margaritarum.

1 Præter Panor. hic vide Fed. de Sen. consi. 10. & Oldr. consil. 287.

[Gl. seq. tria dicit circa funus: primo deferendum ad ecclesiam parochialem.]

b ¶ Integre.] Ita ꝙ nõ diminuetur propter obuentiones, quas habuit parochialis sacerdos in missa funeris dicta apud suã ecclesiã, priusquã funus portaretur ad fratres, secundum Ioan. Monac. quia iuri communi stetur, vbi non est mutatũ, alleg. de elect. constitutio lib. 6. Dicit etiam, quod si consuetudo habet, semper prius funus portabitur ad propriam ecclesiã. Ista enim decr. non tollit consuetudines, nisi præcedẽtibus aduersas. Dicit etiam, qđ vbi nõ est consuetudo etiam esset deferendum, vt sic haberet Missam in ꝓpria Ecclesia, & sic recipiat ibi vltimum vale, a suo curato, alleg. in arg. de conse. dist. 5. non oportet. 2. nec istud electioni sepulturę repugnat, sed concordat.

d ¶ Onerare.] cõcor. supra ea. compi. de foro compet. quamuis. §. penultimo, in fine.

e ¶ Coerceri.] innuit ꝙ ad quartã coerceri possent, sed ꝑꝑ exemptiones ipsorũ nõ habet clerus à quo iustitiam consequi possit, & de hoc summe cõqueritur.

[Glo. sequens notat ad quæstionem, de qua remittit.]

f ¶ Verbo.] hic videt expressum, ꝙ ualeat priuilegium, uel gratia Apostolica, de qua cõstat, licet scriptura super ea cõfecta nõ sit, de quo satis no. Arc. in procœ. sexti, & vltra ea quæ ibi allegat bene facit 25. q. 2. institutionis. quod ibi no. de hoc vide in Merc. sub rubr. de priuil.

Priuilegiũ ẽt sine scriptura valet.

g ¶ Forma.] concor. sup. eo. c. proxi. in fi. Io. And.

[Gl. seq. tractat, quid de pacto firmato per sententiam, & confirmationem.]

h ¶ Pacta.] dicit Io. Mon. qđ si super pacto, quod erat super sepultura, sententiatum erat per Papam, & confirmatũ pactum ante hanc constitutionem, quod per istam litteram illa sententia, & confirmatio nõ tollitur, imo stabit, quia non est expresse sublatum C. de appell. præcipimus. in fi. nec sequitur pactũ est sublatum, ergo & pactum firmatum sententia, & confirmatione. 2 Plus enim potest hoc tale, quam hoc simplex, facit de pact. quamuis, de iureiurando. licet. de foro comper. c. fin. li. 6. inducit etiam Authen. vt cum de appell. cog. in princ. & §. 1. colla. 8. vbi not. legem nouam non extendi ad causam pendentem, vel decisam, etiam si ad præterita referatur.

2 Romanus sing. 7. ꝑ gl. dicit pactũ iuratum nõ tolli ꝑ clausulam nõ obstãte pacto. uide Ror. in nouis decis. 298. Cor. in repe. Rub. de iureiur. in 2 r. priui. remissiones ibi positas, & gl. cũ ibi per me notatis. c. cũ non deceat. de elect. libro 6. Fons.

i ¶ Præmissorum.] ergo non solũ vltimum articulum de sepulturis, sed etiam præcedentes duos respicit, secundum Io. Mon.

a ¶ Coope-

tiæ, status vel dignitatis existāt, ac sacerdotes parochiales, & curatos siue rectores prædictos, pręsentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominusq; † eis districte pręcipiendo mandamus, quatenus pro diuina, & Apostolicæ sedis reuerentia pdictos ordines, & professores eorũ habentes affectu beneuolo commendatos, fratribus ipsis nō se difficiles, graues, duros, aut aspe ros, sed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales se studeant exhibere: sic eos in prædicationis officio & † propositionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs supradictis tanquam cooperatores [a] eorum idoneos, & laborum suorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuose admittere nō omittant, vt proinde illis æternæ beatitudinis pręmium augeatur, & animarum salutis incremēta felicia procurentur. Nec ipsos lateat, quod si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, Apostolicæ sedis benignitas, quæ ordines, & professores eosdem vbere fauore prosequitur, & gerit in visceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadē æquanimiter pati posset, quin super hoc prouisionis opportunę remedium adhiberet, ipsosq; nihilominus cælestis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cuius obsequia fratrum ipsorũ sedulitas curiosa prosequitur, minime prætereret.

† Alias ita, nihilomin⁹ eis districte præcipiēdo mandantes, &c.

† al. & propositionis.

TITVLVS VIII.

De decimis (primitijs † & oblationibus.)

¶ Clemens Quintus in Concil. Viennens.

¶ Ponit quatuor casus, in quibus religiosi grauātes, vel fraudātes ecclesias circa decimas eis debitas si requisiti per illos quorum interest, non desistunt intra mensē, vel de usurpatis, uel retentis intra duos menses non fecerint emendā suspē si sunt ab officijs, administrationibus, & beneficijs, & talia non habentes sunt excommunicati. Secũdus, tertius, & quartus casus ibi. Seu qui. Io. And.

† In antiquoribus codicibus ēt impssis desũt hęc tria verba: primitiis, & oblationib.

CAP. I.



Religiosi [b] †

a ¶ [Cooperatores.] de off. ord. inter cetera in fine.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, & oblationibus.

Cõtinuatio. ¶ Visum est sup. de vno iure parochiali, s. de iure funeraudi: verũ qa est vnum aliud ius parochiale, s. ius decimarũ: iō, &c. De iuribus parochianorũ, vide Pan. in Rub. de parochia. & alien. parochianis. in antiq.



Eligiosi.] ¶ Præsupponendũ est, ꝙ licet religiosi cuiuscunq; ordinis teneantur soluere decimas de fructibus suarũ possessionum, tamen sunt aliqui exempti, vt non soluāt decimas de terris, quas proprijs manibus excolũt, & excoli suis faciunt propriis sũptibus. similiter nō soluunt decimas de fructibus animaliũ. Secundo præsupponēdũ est, ꝙ isti religiosi exempti aliquãdo committebant fraudes: quia coniungebant animalia suorũ vicinorũ cum suis, vt fraudarent, ecclesias parochiales a dcimis, vel etiā fingebāt emere animalia, & dimittebāt empta apud venditorem.

CASVS. Sum in titulo de decimis, uellē informari de tali dubio, scio ꝙ sanctitas vestra aliquos religiosos priuilegiauit vt non teneātur soluere decimas de fructibus possessionum suarũ, quas propriis manib. excolunt, vel etiam quas excolũt propriis sumptibus, nec etiā de suis aīalibus, sed accidit, qd̕ isti religiosi tradunt possessiones suas excolendas aliqb. colonis pro certis redditibus, & tradũt illas possessiones liberas a decimis, vt consequant maiores redditus. Itē ducunt animalia vicinorum suorum cũ suis, vt vicini sui non soluant decimas, quæritur, vtrum possint istud facere impune? Dicit Clemens, ꝙ non: imo si tales religiosi habeāt administrationem, post vnum mensem postquam fuerint requisiti a rectoribus ecclesiarũ restituere decimas, sunt suspē si à diuinis. Si vero sint simplices religiosi, tũc post duos menses ipso facto incurrunt excõicationē, à qua non veniunt absoluendi nisi post restitutionem. Sed ponamus, quod laicus donauit se, & sua monasterio priuilegiato: quæritur, vtrũ talis laicus debeat soluere decimas? Dicit Clemens, ꝙ non, hoc dicit. Helias Re.

¶ Colligo aliquot notabilia. Primo, quod religiosi priuilegiati, magis sunt puniēdi quam non priuilegiati: quia priuilegiati facientes fraudes circa decimas, sustinēt pœnas hic contentas, secus de non priuilegiatis. No. quod religiosi exempti a solutione decimarũ circa decimas non debent facere fraudes. Nota, quod religiosi isti non sunt exempti a decimis, nisi quando excolũt possessiones propriis manibus, vel colere faciunt propriis sumptibus. Et dicuntur excolere propriis sumptibus qñ habent aliquem mercenariũ, cui tradunt aliquam pēsionem annuam: siue percipiant fructus, siue non. Nota, ibi, [Immiscentium. cõtra c. quod in dubijs. de conse. eccl. vel alta. admistũ non sortitur naturā eius, cui admiscetur, & hoc quia tali admistione fieret legi fraus. l. athletas. §. ptor ait, ff. de inf. Item mista possunt, hic separari, & de ista mistura separabiliũ, & inseparabiliũ, vide [ait Anch.] quę in simili notat gl. in l. si sponsus. §. gñraliter. ff. de ijs, q no. inf. Et Bart. in l. cotē ferro. §. dominus. ff. de pub. nota de cõfiscatione illicitorũ adiunctorũ licitis Fontanus. Nota de verbo, [vsurpare, ꝙ sumitur in malum, de ele. generali, ubi de hoc per Arch.

† Vide Cõci. Trid ses. 25. de refo. c. 12

Nota de vero.

[Requisitionem.] ꝙ cũ sit in singalari, probat hoc casu sufficere vnam requisitionem, & de hoc in glossa. concor. Zabar.

[Prima glossa summat, diuidit, & soluit duo dubia.]

b ¶ [Religiosi.] Ponit quatuor casus, in qu b. religiosi grauātes, vel fraudātes ecclesias circa decimas eis debitas, si requisiti per illos, quorũ interest, nō desistũt intra mensē, vel de vsurpatis, vel retentis intra duos menses non fecerit emēdā, suspensi sunt ab officijs, administrationibus, & beneficijs, & talia nō habētes

sunt

quicunque [a], qui noualium [b] aut alias decimas ecclesijs [c] debitas [d] ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes [e], appropriare [f] sibi præsumpserint, aut exquisitis fraudibus siue coloribus [g] vsurpare. Seu qui de animalibus [h] familiarium [i] & pastorum [k] suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus [l] immiscentium [m]: Seu qui de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt vēditoribus, vel alijs ab ipsis tenēda: [n] Seu qui de terris, quas tradunt alijs excolēdas [o] decimam solui Ecclesiis non pmiserint [p], aut prohibuerint: [q] nisi post requisitionē per eos, quorū intererit, [r] super hoc eis factā [s]

sunt excōicati. Secundus, tertius, & quartus casus ibi, [Seu qui.] Et primo ponit constitutionem, cum suis pœnis, quam secundo moderatur: ibi, [Ceterum.] Et per hoc verbum, religiosi, patet in secularibus clericis, vel laicis, qui in hoc delinquerent, non esse locum his pęnis, concor. ſ. ead. Compil. de test. c. vnico j. de priuileg. cap. 1. & facit qđ j. dicam in casu secundo, & potest esse ratio: quia cōius religiosi delinquebant in his, & qa ambire, & cōcupiscere aliena reprobabilius est in religioso, de electione. quorūdam lib. 6. fim. de hæreticis. accusatus. in fi. eod. lib. In religioso translato ad Ecclesiam secularē. [licet forte nō fuerit de mente] vr̄ has pœnas locū habere per verbum vniuersale, quod sequitur, & facit quod no. de electione, quorundam, lib. 6. in gl. penult.

Femininum comprehenditur p masculinum.

a ¶ Quicumque.] etiam Hospitalarios, & Cistercienses includit, de quibus eo. tit. ex parte 1. Et comprehendit etiam feminas, de hoc de elect. generali, lib. 6. in gl. 2.

b ¶ Noualium.] quod sit nouale, habetur de verb. sig. c. 1. & c. quid per nouale, de priuileg. c. vlt.

[Gl. seq. soluit qōnem, quando debentur priuatis.]

c ¶ Ecclesijs.] per hoc puto constitutionem locum non habere, quando illæ decimæ deberentur priuatis: puta per antiquum feudum, de ijs, quæ fi. a præla. cū Apostolica, vel priuilegium, facit j. c. proxi. agant ergo tunc via ordinaria. ista enim constitutio illis noluit subuenire. facit eo. tit. tua 2.

d ¶ Debitas.] de iure communi, vel singulari: est autē debitum, quod exigitur ab inuito, ff. de verb. sig. l. debitor, facit 14. q. 1. quod debetur. Io. And.

e ¶ Spectantes.] tunc ergo cessat constitutio, & merito: quia nemini facit iniuriam, qui iure suo vtitur, vt sup. de elect. cum Ecclesia cum concor.

f ¶ Appropriare.] j. dicit, vsurpare, & de his j. dicam.

g ¶ Coloribus.] concor. de elect. auaritiæ, lib. 6. & infra tit. 2. c. 1. §. quia vero.

[Gl. seq. notat pro Ægidio.

h ¶ Animalibus.] per hunc versic. & sequentem approbata vr̄ lectura Aegidij dicentis, de eccles. ædifi. cum dicat ꝙ priuilegium leprosorum de non soluendis decimis, de nutrimentis animalium intelligitur, id est, de animalibus, quæ nutriunt. sic enim adaptantur fraudes quæ sequuntur, sic ergo videtur intelligenda decre. ex parte 1. sup. eo. tit. licet autem religiosi faciētes has duas fraudes ligentur his pœnis, leprosi non: si alias religiosi non sint, vt dixi in 1. gl. Io. And.

1 Vide Abbatem in c. 2. ext. de foro comp.

i ¶ Familiarium.] famulantium 1 scilicet in hoc tamen non est vis per id quod sequitur, intelligitur tamē de non plene oblatis, vt in fi. & est fi. de priuileg. auctoritate, in fi. lib. 6.

k ¶ Pastorum.] qui tenentur de custodia. de hoc de reg. iur. quamuis. Io. And.

l ¶ Gregibus.] licet stricte grex differat ab armento qđ est maiorum animalium, vt equorum & boum, grex vero minorum, vt porcorum, caprarum, & ouium; hic tamen large sumitur pro maioribus & minoribus, quæ gregantur, & facit ff. de abigeis, l. fi. Cui vero Ecclesiæ debeatur decima de fructu gregis, not. 13. q. 1. §. 2. & eo. tit. ad Apostolicæ. Io. And.

[Gloss. seq. arguit & respondet.]

m ¶ Immiscentium.] hic iunge litteram infra. decimam solui, & c. ex hac mistura vr̄, ꝙ deberent perdere priuilegium etiam circa propria animalia, vt sic inutile affectum vitiaret, quod erat vtile, de offi. deleg. cum super. sed hic ista sunt separabilia, ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. Trebatius, de quo dic vt not. de reg. iur. vtile. lib. 6.

n ¶ Tenenda.] sicut ergo priuilegium de decimis laborum non extenditur ad terras, quas colendas tradunt, vt sequitur: ita priuilegium de nutrimentis animalium, non extenditur ad animalia, quæ traduntur alijs nutrienda.

[Gl. seq. primo dicit in priuilegijs duo requiri, secundo tractat, de quibus colonis intelligatur: tertio, an coloni teneantur ad decimas.]

o ¶ Excolendas.] in priuilegio enim de decimis laborum hęc duo requiruntur, ꝙ prædia sint propria, eo. tit. dilecti, & ꝙ illa laborent proprijs manibus, vel sumptibus, 2 eo. tit. licet, & intelligo hoc non solum de colonis censualibus, sed etiā partiarijs, de vtrisque not. eo. tit. tua 2. 3. Dicebant tamen quidam ex his priuilegiatis super decimis laborum, ꝙ includebantur terræ datæ colonis partiarijs, quia sumptibus ipsorum coluntur propter partem, s. fructuum, quam habent ex cultura coloni, sed vt dixi in prædicta decre. tua, & cap. cum sint homines, pars talis coloni potius est fructus, quam lucrum: submittit enim illa fortunæ, & diuinæ misericordiæ, quando igitur conducunt operararios, dant certum pretium, vel certos corbes pro cultura: dato quod nil ꝓueniat ex prædio, tūc suis sūmptibus colunt. 4 Sed nunquid coloni partiales, vel censuales priuilegiatorum, simpliciter super decimis non soluendis teneantur ad decimas puto ponderanda verba priuilegiorum, facit de priuile. porro, quæ si eximūt terras ipsorū ab hoc onere coloni colentes illas priuilegio participant. si vero eximunt psonas, tūc licet illi de sua parte non soluant, coloni non exempti de sua soluent 5 facit eo. tit. a nobis, & 16. q. 1. questi. de priuileg. per exemptionem lib. 6.

2 Idē Doct. Fon.

3 Idē Doct. placet Petr. de Ancha. & Imo. cōmendantib. glo. & faciūt hic dicta Bar. in l. si merces. §. vis maior ff. loc. c. tua, c. cum sit s. eo.

4 Idem Imola, & Petr. de Anchar.

5 Quia separatorum est separata rō. not. Archid. 11. q. 1. c. clericum. sicut fructus ecclesiæ ad firmā dati aut vendici, imo si portantur ad vendendū, dicit Pe. de Anch. nō gaudent priuilegio Ecclesiæ facit l. licitatio. §. vl. ff. de pub. c. pe. de censib. lib. 6.

p ¶ Non permiserint.] facto.

[Glo. seq. addit tertium casum, de quo quærit. arguit pro, contrarium soluit.]

q ¶ Prohibuerint.] verbo. In tribus ergo vltimis casib. vnit hæc constitutio non permittentem, vel prohibentem: in primo, appropriantem, vel vsurpantem. Sed dubitatur, an liget non soluentem, quod videtur per verbum, quod sequitur, retinere. Non puto ꝙ hoc sit de mente, ꝙ religiosi non soluentes decimas incurrant has pœnas: aliud enim est appropriare, vel vsurpare, aliud non soluere, & verbum retinere, quod sequitur, respicit illas appropriatas, vel vsurpatas, vbi ergo ex aliquo feudo, sibi rite donato, vel per priuilegium percipiunt decimas intra certos limites, quos excedunt, vel certa quota illis debetur, quam excedunt, vel non permittunt, vel prohibent colonos suos decimas soluere in casibus, in quibus debentur, locus est his pœnis.

r ¶ Intererit.] scilicet per prælatos & ministros illarū Ecclesiarum, quibus debentur.

[Gl. sequen. alleg. concor. notat, differentiam & tres casus.]

s ¶ Factam.] concordat de offi. ordi. si canonici, lib. 6. sufficit autem quomodocumque de hac requisitione legitime constet non sic in casu decret. 1. de sent. excom. lib. 6. vbi oportet constare per publicum instrumentū, vel sigillum authenticum, & est speciale, vt ibi not. Et ex illo & isto c. & ex decr. 1. j. de priui. not. casus in qui-

bus

bus requisitio partis etiam vnica constituit quem contumacem: etiam quo ad incurrendas suspensionis, & excommunicationis pœnas.

a ¶ A præmissis.] prohibitione, fraudulenta emptione, & immistione.

b ¶ Mensem.] quot dies habere debeat, no. de electio. quam sit. lib. 6.

a præmissis [a] destiterint intra mensem, [g] aut si de iis, quæ contra præmissa vsurpare, vel retinere præsumpserint, intra duos [c] menses damnificatis Ecclesiis emendā nō fecerint competentem: sint & tam diu maneant ab officii [d] administrationibus & beneficiis suis suspensi, donec [e] destiterint & satisfecerint, vt superius est expressum. Quod si religiosi huiusmodi administrationes, vel beneficia non [f] habeant, eo casu quo alii supradicti suspensionis, ipsi sententia excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi: priuilegiis non obstantibus quibuscumque. [g]

¶ Ceterum præmissa [h] extendi nolumus ad animalia, quę per religiosorum ipsorum donatos, seu oblatos [i] tenentur, dum tamē illi religiosis eisdem cum effectu [k] donauerint aut obtulerint se [l] & sua.

¶ Idem in eodem,

¶ *Decima beneficiorū alicui concessa, sibi debetur secundum taxationem, & de moneta currente. Nec possunt collectores propter hoc distrahere, vel occupare ornamenta diuinis officijs deputata. h. d. Io. And.*

CAP. II.

SI beneficiorum [m] deci-

[Glo. seq. ponit diuersitatis rationem, & dubium soluit.]

c ¶ Duos menses.] s. dat vnum mēsem tātum, quia sufficit desistere, hic vero requiritur emenda, quam durius est facere, & ideo datur maius tēpus, & vr ꝙ isti duo mēses currūt ab vsurpatione, vel retentione licet superior currat a requisitione simile de sepul. c. 1. in fi. li. 6. sed puto de mēte ꝙ requisitio respiciat vtrumq; casum.

[Glo. seq. declarat, petit dubium quod aperit.]

d ¶ Officij. 1] declarari debuisset, an intelligeret, & de diuinis, an de alijs officijs, puta quia sacrista, cellarius, camerarius, eleemosynarius, vel his similes, & pro hac littera, & lectura facit de solu. cap. 2. de reg. iur. in pœnis. lib. 6. pro prima facit, quia infra non repetit de officijs.

[Gl. seq. dubiū soluit, & opi. ponit, quā determinat.]

e ¶ Donec.] sic suspensi indigent absolutione: quia de satisfactione dubitari posset, nō sic in supensis ad tempus determinatum, puta mensem vel annum secundum Innoc. qui hoc not. de æta. & qua. cum bonæ. Satis crederem ꝙ sufficiat iudicis declaratio super satisfactione sine alia absolutione. In excōicatis vero necessaria est absolutio post satisfactionem, vt infra patet.

f ¶ Non habeant.] similis distinctio s. ea copil. de vita. & honest. cler. qm̄, in princ. & circa fi. & j. de statu mona. ne in agro. §. si quis, & j. de pę. multorum.

g ¶ Quibuscunque.) per quæ possent prędictæ snīæ impediri: priuilegia enim super decimis illis concessa, tollere non intendit: quod patet ex principio.

h ¶ Præmissa.] sup. secundo & tertio casu. Io. And.

i ¶ Oblatos.] de his 28. q. 1. vt lex continentiæ, vbi not. an tales conuersi & oblati intelligantur renunciasse proprijs, & continentiam vouisse. Io. And.

K ¶ Cum effectu.] tollit hoc verbum fictiones & fraudes. Item conditiones & pacta quæ suspensum tenerēt talium oblationum effectum.

[Gl. seq. declarat, & obiectionem soluit.]

l ¶ Se & sua.] non sufficit ergo, quod bona donassent manentes in sęculo, ipsorum fructu retento, non obstat de priuilegijs., vt priuilegia. tales enim confratres sunt, & in aliquibus priuilegiati, vt ibi, sed plene oblati non sunt, ut hic.

SI beneficiorū.] Duæ sunt partes principales, put duo sunt dicta: primo enim declarat secundum quam taxationem, & secundum quam monetam solui debet decima beneficiorum alicui concessa. Secundo prohibet propter illam occupari, uel distrahi ornamenta diuinis deputata, secunda ibi, in uer. (Nec per collectores.) Imo.

CASVS. Certis ex causa Papa donauit regi Francorum decimam omnium beneficiorum existentium in suo regno: Ponamus ꝙ aliqua abbatia est taxata ad mille aureos. & tamen valet plus, vel minus quæritur vtrum rex debeat hr̄e decimam secundū antiquam taxam, vel secundum valorē ipsius beneficij. Et vtrū quis possit soluere decimam in moneta loci in loco bn̄ficij: puta si collectores decimæ volunt, ꝙ soluat in sua moneta, & non in moneta loci beneficij? Dicit Clemēs, ꝙ debet solui in moneta loci beneficij. Sed quæritur utrū collectores possint capere calices, & alia ornamenta Ecclesiæ deputata ad seruitium Dei? Dicit Clemens ꝙ nō, sed si Ecclesia habeat alia bona, illa debent capi. Not. ꝙ Papa ab oībus Ecclesijs orbis, i. ab Ecclesijs sibi subditis pōt decimā petere, tn̄ istud non facit nisi cum magna necessitate. No. ꝙ Papa illam decimā potest donare principi sæculari. Not. ꝙ cum illa decima est data alicui, tunc ipsa est soluenda secundum taxationem antiquam, & non secundum valorem beneficij. Not. quod sicut pro executione rei iudicatæ non capiuntur illa, quibus uitam quis sibi quærit, multo fortius non debent capi illa bona, quæ sunt deputata cultui diuino, sed si Ecclesia habeat aliqua bona superflua, tunc possunt illa capi. Not. de taxatione beneficiorum consueta, quæ attenditur: sic & alias attenditur status beneficij consuetus. de præben. cum de beneficio. libro 6. & dic, taxationem, id est terminationem sic, ff de ui. triti. & oleo lega. cum certus. Not. quod attenditur moneta currens censualis, & in tali facienda est solutio, etiam si non exprimatur, ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. fi. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. de cēsib. c. penult. Zabarella.

[Prima gl. summat diuidit, notat ad rubricam, quærit de quinque, & soluit.]

m ¶ Si beneficiorum.] Decima beneficiorum alicui cōcessa sibi debetur secundum taxationem, & de moneta currente. Nec possunt collectores propter hoc distrahere, uel occupare ornamenta diuinis officijs deputata. Secunda ibi, (Nec per.) Et not. sub rubrica de decimis ponit de decimis beneficiorum, quas Papa [2] sæpe imposuit sibi, uel alijs soluendas ex causa, & ad tempus. facit de Iudæ. ad liberandam de uo. cap. fin. & an in his locum habeat constitutio, dispendiosam, supra ea. Compil. de iud. dixi super uerbo, decimis. Item per hoc quod dicit beneficiorum, quæritur de quinque. Primo an includantur hospitalia, xenodochia, & loca similia. Secundo, de fabricis. Tertio de ijs, qui habent Prioratus, domos, grangias, pensiones, uel redditus a monasterijs, uel Ecclesijs. Quarto, de quotidianis distributionibus, quæ dantur solum interessentibus horis, & de minutis oblationibus an ueniant decimandæ. Quinto, quid de capellanis, uel beneficijs altarium. Et sciendum, quod tempore Clementis Quarti, & Honorij emanauerunt declarationes super solutione decimarum

1 Dicunt hic Petr. de Ancha. & Imo. ꝙ habens exercere diuina officia & ēt alia de quib. in glo. hic ab illis suspendit si autē habeat solū diuina officia exercere, benignius est, ꝙ ab illis suspē sus dicat potius q̄ excōicatus, cū excōicatio sit nimis magna pęna. ca. feramus 24. q. 1. tn̄ §. ꝙ si uī dicere, ꝙ sit excōicat⁹ nec curauit repetere officia, quasi sola suspensio ab illis esset nimis parua pęna, & hoc crederē. Panor. nil dicit. Pet. Anc. & Imola gl. nō satis exēplificant. Vide si quid boni dicat. Zabar. Fon.

2 Vide Abbatem in cap. nouum genus. eo. tit.

ma cuiuis [a] ſimpliciter [b] concedatur ad [c] tempus: ſecundum taxationem [d] decimæ in illis partibus, in quib. fiet conceſſio, conſuetam, [e] & ad [f] monetam [g] currentem † communiter ipſa decima leuari poterit, & debebit.

¶ Nec per collectores, † leuatores, ſiue exactores ipſius decimæ, eccleſiarum calices, [h] libros, & alia ornamenta diuinis officijs deputata, [i] ex cauſa pignoris, vel diſtractionis capi, [k] vel recipi volumus, nec diſtrahi, ſeu quomodolibet occupari.

1 Vide Dec. conſi. 156.

decimarum, quas repetitas tempore Bonifacij Octaui, vidi ſub bulla. De primo vr̄ ꝙ non 1 includantur, ſup. ea. compil. de præb. p̄ litteras, pro & cōtra inf. de relig. do. quia contingit. §. vt autem. Expeditum eſt in prædictis declarationibus, in principio, vbi ſic dr̄, de redditibus, & prouētibus leproſariorū, domorum Dei, & hoſpitaliū pauperū, q in vſus infirmorum. & pauperum cōuertuntur decimæ non ſoluētur. Secundum etiam expeditur ibi in fine, vbi dicitur, quod de redditibus eccleſiaſticis deputatis ad fabricam eccleſiarum decima perſoluetur, ſubmittit demum, quod de oblationibus, & eleemoſynis, quæ dātur ad opus fabricæ, non debetur decima. Tertium ēt ibi eſt expeditū, quod ſi habentes prædicta habent illa 2 in beneficium vel ex mera gratia, ipſi tenenē ad decimā. Si autem hn̄t illa ex cōtractu cōductionis ad firmam, vel emptionis fructuum, vel pro mercede, vel remuneratione ſui laboris, tūc illi, quorum eſt proprietas, illa decimare debebunt. Quartum etiam ibi expeditur, quod de minutiſſimis oblationibus, quas recipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarum pro ſepulturis, & dandis pœnitentijs, & diſtributionibus, ſoluetur decima. De quinto nihil ibi dicitur, ſed vr̄, quod non includantur, ſicut nec includebātur in reſeruatione fructuum, quā ſibi fecit Dominus noſter. Tu dic contra: quia conſtat illa eſſe beneficia eccleſiaſtica ex quo ſic ſunt per Epiſcopum ordinata, 1. q. 3. quæſitum, & cap. penul. de prębend. ſignificatum, quod dicitur de reſeruatione fructuum, facit pro ; quia niſi fuiſſēt excepta, intelligerentur incluſa.

† Vid Gem. conſ. 137. & Albert. Bru. conſi. 98.

† De poteſtate collectorum, & ſub collectorū, & an debeat cōſtare p̄ litteras. vide Rotā, deciſi. 266. ī nouis.

† An habēs penſionē teneatur p̄ rata, vide Belēzinum in tract. đ charitatiuo ſubſidio. q. 37. & Dec. cōſi. 155. inci. ſtatutum, & Fely. ī c. đ quarta, ext. đ prę ſcrip.

a ¶ Cuiuis.] Prælato, principi, vel alteri. In regno Frāciæ ſæpe practicatur iſte caſus.

b ¶ Simpliciter.] ſi ergo aliquid certum exprimat Papa, illud ſeruabitur.

c ¶ Ad tempus,] hoc dicit: quia perpetua curia nō fecit per tempora, nec facere intendit, facit de reſcrip. c. fin. lib. 6.

[Gl. ſeq. declarat duas diuerſas conſuetudines.]

d ¶ Taxationē.] In quibuſdam partibus ſunt beneficia taxata 3 in cōi æſtimatione prouētuū, vt ſi taxatū ſit in centum, ſoluat decem: & ſi haberet mille, non plus ſoluet, & ſi haberet ſolum quinquaginta, tātum ſoluet. & hoc voluit reſeruatio fructuum beneficiorum quam nunc fecit Papa, qui dat collectorib. electionē, an velint recipere fructus ſm taxationē decimæ, an velint illud relinquere bn̄ficiato, & recipere reſiduū. In multis tn̄ partibus nulla eſt taxatio, ſed ſingulis annis prout plus, vel minus recipit bn̄ficiatus, plus vel minus ſoluit. patet hoc in extrauag. Io. q̄ incipit, ſuſcepti. ex quo ergo habet cōſuetudo, quod plus, vel minus ſingulis annis ſoluitur ſecundum quantitatem fructum, & illud reſeruabitur. Et quę expenſæ deducantur, & de quibus fructibus ſoluat, patet in declarationibus prædictis. Nam inter cetera deducuntur expenſæ factę pro fructibus, & ſine quibus fructus haberi non poterant, quod non eſt in communibus decimis. ſup. eo. cum ſint homines.

3 In impetratione beneficij, valor illius eſt exprimēdus ſm communem curſū, non ſm taxationē decimę. vid Rot. de deciſ. 292 in nouis.

[Gl. ſeq. alium caſum per hunc ſoluit.]

e ¶ Conſuetam.] hic iunge litteram, ipſa decima, &c. & quod hic dicitur, locū habet etiam cūm Papa mandet alicui prouideri de beneficio vſque ad ſummam tot librarum paruorum Turroneń. ad taxationē decimæ: inſpicitur enim illarum partium conſuetudo in taxatione, vt hic, & ſi non currunt ibi Turron. monetę currētis ad taxationem Turron. fiet computatio, uel cōputatio iuxta pondus, & conſuetudinem cambii, quæ communiter eſſe ſolet, non iuxta caſualem cariſtiam, vel vtilitatem, quæ propter caſum accideret.

f ¶ Monetam.] in pecunia. n. & non in ipſis rebus debet fieri ſolutio decimæ, vt in declarationibus.

[Gl. ſequens alleg. concor. declarat. & notat.]

g ¶ Currentem.] facit de maleſi. c. 2. cū forte currerēt ibi Turron. Boń. uel Sterlingi, 4. collectores uolebāt, ꝙ fieret ſolutio in florenis, vel ſoluentes volebāt ſoluere in Turron. vel florenis, cū illa moneta ibi nō curreret, hoc prohibet, & hoc dicebatur in illis declarationibus, ꝙ ſoluentes pecuniam cambiare non tenebantur. Et no. quod dummodo moneta cōiter currat, licet & alia currat, in illa fieri poterit ſolutio, per hanc litteram, & ſic erit electio ſoluentis, de reg. iur. in alternatiuis. lib. 6.

4 Qualis nūmus fuerit ſterlingus, vide Couar. tract. de coll. lat. ueterū numiſmatū c. 2.

h ¶ Calices.] concor. de pig. c. 1.

i ¶ Deputata.] In alijs ergo non habet locum hæc prohibitio, vt ſi extant ſcyphi argentei, libri iuris, vel artium, vel romacij, ornamenta, menſalia, lectiſternia, vel ſimilia.

k Capi.] dr̄ in declarationibus, ꝙ nō ſoluētes p̄ ſæcularē poteſtatē cogi nō debent, niſi nō ſoluētis tanta fuerit rebellio, ꝙ pp̄ eccleſiaſticæ cenſuræ contēptū, inuocandum ſit contra ipſum brachium ſæculare.

TITVLVS IX.

De regularibus, & trāſeūtib. ad religionem.

¶ Clemens V. in Concilio Viennenſ.

¶ Profeſſi ordinum Mendicantiū, etiam licite tranſeuntes ad non Mendicātes, licet adminiſtrationes habeāt, non habent vocem in capitulo, etiam ſi alij de capitulo, id concedant, nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, prioratus, vel officia, etiam tanquam vicarij, nec pro ſe, vel alijs animarum curā gerere, & irritat cōtra factum, vltimo ponit caſum exceptum. Io. And.

CAP. I.



T profeſſo-

Continuatio.

DE REGVLARIBVS. &c.

¶ Quia clericorum duo ſunt genera, quidā. n. ſunt ſæculares, alij religioſi. De primo genere dictū eſt in titulis præcedentib. nunc dicendum eſt de alio genere clericorum, videlicet de regularibus.

VT profeſſores. Caſus. Eſt aliqs religioſus de ordine Mēdicantiū, qui tractu temporis de licentia Papæ trāſiuit ad ordinem non Mendicantiū, videlicet ad ordinem Sancti Benedicti, vel Sancti Auguſtini; quæritur an in huiuſmodi ordine poſſit obtinere aliquem Prioratum, vel aliam adminiſtrationem, vel etiam aliquod beneficium, vel an cogatur remanere ſimplex monachus clauſtralis: Dicit Clemens, ſi ante

tempus

res [a] cuiusuis paupertatis [b] ordinis, eo [c] libentius, in qua vocati sunt vocatione [d] persistere, [e] transeuntesq; ad nõ Mendicantium ordinem in eodem conuersari quietius studeant, quo [f] in ipsis [g] discordiarum [k] & schismatum productiua ambitio [i] reprimetur: † Sacro Concilio approbante statuimus, [h] Mendicantes quoslibet, [l] qui ad nõ Mẽdicantium [m] ordines, etiã auctoritate Apostolica [n]

† al. reprimatur.

tempus hmõi constitutionis talis transiens ad ordinẽ non Mendicantium habeat aliqua officia, vel administrationẽ, illa officia, vel administrationes debent sibi remanere, sed tamen non habebit vocem in capitulo, êt si alij monachi consentiant. Sed quid si aliquis Mendicans post illã constitutionem uelit transire ad ordinem non Mendicantium: quæritur, vtrũ possit obtinere illa officia, & administrationes? dicit ꝙ non, nec etiã prit esse vicarii pro alijs: rõ est in principio. c. Sed ponamus, ꝙ erat religiosus de ordine nõ approbato: vtrũ ista cõstitutio cõprehendat ipsum? Dicit ꝙ non.

¶ Colligo aliqua notabilia. Primo ex prin. c. quod quilibet debet esse contentus ea vocatione, qua vocatus est, nisi vellet dimittere primam religionem, & trãsire ad frugẽ melioris vitæ. c. licet, eo. tit. in antiq. Not. scdo, ꝙ ordines Mendicantiũ appellant ordines paupertatis: nã tales nec in cõi, nec in particulari qd debent hre. Alij vero religiosi êt nihil debent habere in particulari, sed bene in cõi. Tertio, ꝙ religiosus Mendicans de licentia sedis Apostolicæ pot trãsire ad ordinẽ non Mendicantem, êt ad ordinem laxiorẽ: sed talis tũc Mendicans non habebit vocem in capitulo êt si ab alijs religiosis sibi concederetur, sed tales debẽt esse simplices monachi claustrales. No. ꝙ constitutio ista incipiebat ibi: [Sacro Cõcilio, & principium Clementinæ, videlicet: Vt professores, est cã seu motiuũ, quare ista costõ fuit facta. Vide diuisionẽ gl. & maxime gl in verbo, inibi, quia glo vr tenere, ꝙ debemus pũctare nostrũ tex. post aduerbiũ, inibi. & nõ ante, videlicet ibi, [obtineant. No. iterum istã constitutionẽ, videlicet ꝙ professi ordinem Mendicantium, & licite transeũtes ad nõ Mendicantes, licet administrationem habeant, non habent vocem in capitulo, etiã si alij de capitulo id concedant, nec deinceps cõsequi possunt administrationes, prioratus, vel officia, etiã tanꝗ vicarij, nec pro se, nec pro alijs animarum curã gerere: & irritat cõtra factum, & vltimo ponit casum exceptũ. Et rõ totius istius notabilis est, vt professores, & religiosi, êt cuiuscũq; ordinis melius maneant in suis religionibus, quia si transeũdo de vno ordine in aliũ, haberẽt in alio, in quo secũdo intrant, tantam auctoritatẽ, præeminentiã, vel maiorẽ aliis, ipsi nũquã, vel vix starent in vno ordine per annũ, sed quolibet anno ipsi exirent, & ingrederentur nouum ordinem, ideo constitutum est, ꝙ tales sic transeuntes, de cetero nõ possent obtinere aliquas administrationes, prioratus, vel officia, imo oportet ꝙ sint simplices religiosi. Item ꝑ istam rationem, quæ sequitur, fuit edita ista constitutio, quia si tales, qui transeunt forsan de ordine Mendicantiũ ad ordinem non Mẽdicantium, possent habere beneficia, administrationẽ, & c. multę orirentur discordiæ multa schismata, id est, multę diuisiones, quæ sæpe producũt, & generant ambitionẽ. Nã religiosi, qui primum intrauerunt ordinẽ, si uiderent istos religiosos, qui venerunt de alia religione, assumere beneficia, vel administrationes, ipsi sibi inuiderẽt, & ex illa inuidia orirẽt multa alia incõueniẽtia, vt appareet bene inspiciẽti, quare Clemẽs fuit motus facere hanc constitutionem, & illa rõ hr in textu, in I. c vsq; ibi Sacro. No. ꝙ idem est dicere ordo paupertatis, quod ordo Mendicantium, & dicit Lau. Mendicãtes di i a mene, ꝙ est defectus: ideo luna dr mene propter defectus, quos patit. No. casum in quo non possunt illi de collegio alij communicare vocẽ, de hoc in gl. de capitulo Zabar.

¶ Prima gloss. summat, diuidit, docens, quid singulę partes contineant, & quæstionem soluit.]

a ¶ Vt professores.]professi ordinem Mendicantium êt licite transeuntes ad non Mẽdicantes, licet administrationes habeant, nõ habẽt vocem in capitulo, êt si alij de capitulo id concedant, nec deinceps consequi possunt administrationes, prioratus, vel officia, êt tãquã vicarij, nec ꝓ se, vel alijs animarũ curam gerere, & irritat cõtra factum, vltimo ponit casũ exceptũ. Et primo ponit constitutionis causa, Secundo constitutio: ibi, [Sacro.] Tertio ipsius moderatio: ibi, [Ad illatũ.] Secũdo tria facit Primo prouidet circa vocẽ, & locũ capituli. Secũdo circa futuras administrationes, vel officia, ibi, [Ad prioratus.] Tertio decretũ apponit. ibi, [Quicquid.] Et p hãc litterã. [Professores, & ꝙ insistuntur, [Mẽdicãtes quoslibet,] dico decr. non hre locũ in illo, qui inf 15. suæ ætatis annum, vel alias intra annum probationis fecit 1 professionem in ordine Mendicantiũ, si intra ipsum annum exiuit, & transiuit ad nõ Mẽdicãtes, cũ illa professio nõ adstrinxerit eũ ordini in spẽ, sed religioni in genere eo. tit. c. 1. & c. non solum. & c. constitutionem. li. 6.

1 Quoto ætatis anno debeat fieri professio, ad hoc vt sit valida, vid. oĩno Conci. Trid. sess. 25. tit. de regularib. c. 15

b ¶ Paupertatis.] vide quod dixi de statu monach. recolentes. in fi.

c ¶ Eo.] id est, intantum.

d ¶ Vocatione.] id est, religione.

e ¶ Persistere.] studeant, quod est inf. & hr hoc 1 ad Corin 7. 21. q. 1. c 1. eo. ti. licet in prin.

f ¶ Quo.] id est, in quantum.

g ¶ In ipsis.] Mendicantibus, manentibus, vel transeuntibus, & hic iunge verbum, reprimetur, & redeas retrograde.

h ¶ Discordiarum.] facit sup. ea. compil. de sepult. dudum. post prin.

[Gl. seq. contra ambitiosos duo iura, & tres rationes inducit.]

i ¶ Ambitio.] concor. de ele. auaritiæ, in prin. & c. quorundam. in prin. lib. 6. dixit ille Statius Poeta.
Ambitus impatiens, & summo dulcius vnum
State loco, sociisque comes discordia regnis.
Et Seneca epist. 78. Ambitiosis, alias ambitioni. non tam iucundum est multos videre post se, quam graue aliquem ante se.

K ¶ Statuimus.] constat, ꝙ aliqui ordines Mendicãtes habebant quãdã ex his per priuilegium, quod modo in multis ampliatur, & fit ius cõe, simile, de off. leg. ꝙ translationem, de sen. excom. c. vlt. li. 6.

[Glo sequens casus differentiales colligit, & dubii soluit.]

l ¶ Quoslibet.] Prædicatores, Minores, Eremitas S. Aug. & Carmelitas de elect. quorũdã. de reli. do. c. vnico. li. 6. & ibi habetur, q dicant ordines Mẽdicãtes, & ex illis iuribus, & hoc c. eo. ti. non solum, & c. cõstitutionem. li 6. de sta. reg. c. vni §. sane eo. lib. de exces. ꝓlæl c. vnico. eo. li. & inf. de penis. cupientes. in prin. collige differentias Mendicantiũ ad non Mendicantes, & adde quod dicam inf. de sent. excom. c. 1. & per prædi. §. sane. dico hanc constitutionẽ locum habere, etiam in f minis ordinum Mendicantium, si transeãt ad non Mendicantes, facit quod no. de elect. generali. in prin lib. 6.

m ¶ Non Mendicantiũ.] cessat ergo constõ, cum Mendicans transit ad alium ordinem Mendicantium, vel cum ille, qui transit, est non Mendicans, siue transeat ad Mendicantem, siue ad non mendicantem, vt sic ex quattuor casibus vnum solum includat.

n ¶ Apostolica.] ab hoc excipit. in fi.

a ¶ Tran-

transibunt in posterum, quive hactenus transiuerunt,[a] quāuis nunc prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimē quodcumque obtineant inibi,[b] vocem aut locum[c] in capitulo non habere etiam si hoc sibi ab alijs[d] libere concedatur.

¶ Ad † prioratus quoque administrationes, aut quęcumque in antea non assumi officia,[e] etiam tanquam vicarios[f] seu ministros, vel locum aliorum[g] tenentes: quodque animarum curam & regimen, nec per se possint, nec pro alijs exercere.[h] Quicquid autem in contrarium attentatum fuerit, sit irritū[i] ipso iure quouis priuilegio[k] non obstante.

¶ Ad illorum autem Mendicantium ordines,[l] quos Apostolica sedes eo modo subsistere † voluit, vt eorū professoribus ita in illis remanere liceret, † quod nullum ex tunc ad-

a ¶ Transiuerunt.] repete, etiam auctoritate Apostolica. & vide quod dixi, s. ead. cōpil. de ætate, & qualit. vt hi qui super. ver. in posterum.

[Gl. seq. præmisso dicto Ouidij, ponit duas lecturas & obijcit, ponit, solu. quam impugnat; demum soluit, & huic litteræ tripliciter respondet, & remittit.

b ¶ Inibi.] aduerbiū ex in & ibi compositum. Ouidius fecit librū quē intitulat in Ibim, id est q̄ Ibim, aduersarium n. suum & corriualem, quia cum vxore sua mœchabatur, vituperare volens, vocauit illum Ibim, ab ibis, ibidis, quæ dr̃ ciconia, auis vituperabilis, quia immunda ex causa, quam tacco alias tñ auis commendabilis, quia pia in parentes senes: quod prosequitur Ambr. in Hexameron. v. dixit ergo ibi Ouidius.

Ibidis interea tu quoque nomen habe.

Sed istud inibi difficilius exponitur, nam clarius formari debuisset. Circa quod sciendum est, q̄ hic est duplex punctuatio: Prima post hoc aduerbium, & tunc exponitur inibi. s. in ordinibus nō Mendicantibus, & iungitur ibi: quamuis nunc inibi obtineant prioratus, &c. & sic legendo non prohibet hanc vocem hr̃e in sæculari Ecclesia collegiata, si ibidem administrationem haberent. Sed si punctuetur prius, id est ante hoc aduerbium, resultat contrarius intellectus, & exponitur inibi, s. in ecclesijs, in quib. obtinēt prioratus, administrationes, &c. Credo tñ q̄ prima punctuatio sit de mente. Sed vr̃ admirandum quo ad prius transeuntes & prælatos, q̄ remaneant prælati, & in capitulo vocem non habeant. Et si dicis, capitulum expediret negotia sine tali prælato, ac si vacaret sedes: Rñdeo, q̄ in vacatione est istud expressum quo ad quadam. Item vacatio præsumitur esse breuis p̄p̄ tempora a iure limitata, de quibus no. de elect. si electio, lib. 6. in glos. pen. & facit sup. ea. compil. de elect. ne Romani, in si. sed prælatus iste vltra quadraginta annos viuere posset, quare non puto hoc fuisse de mente, q̄ si talis est Abbas, vel principalis prælatus monasterij, quod in tractandis negotijs monasterij vna cum capitulo vocem non habeat. Vnde pōt intelligi littera de voce habenda in capitulo generali, uel prouinciali de statu monacho. in singulis j̄. tit. 1. c. 1. in fi. talis n. Abbas, vel Prior in illis capitulis uocem non habebit cum alijs Abbatibus, uel prioribus, & hoc sonat littera, aut locum, solent. n. tales in talibus capitulis sibi uēdicare certum locum in numero, puta s̄m, uel quartum, facit de priuileg. ex ore. Vel intelligatur 1 de prioribus, & alijs administrationem habentibus in monasterijs, qui tamen non sunt principales prælati monasterij, & illi in capitulo etiam speciali ipsius monasterij uocem non habebunt, unde nec de Abbatibus expressit littera. Et licet quædam monasteria regantur per priores, de illis tamen non intellexit: tamen illud uerbum regimen quodcunque multum est generale 2 sed cum excludat a voce capituli, & capitulum sit quid diuersum a principali prælato 3 non puto, q̄ ipsum excludat, ut no. ead. compil. de ætate & quali. ut hi qui. in gl. cathedralib. ut ibi uide.

c ¶ Locū.] hoc plus ponit quam præd. decre. ut hi qui. forte p̄p̄ illud quod proxime dixi: & licet prohibeat locum capituli, non prohibet stallum chori, ut ibi dixi.

d ¶ Ab alijs.] de capitulo, & concor. prædict. decret. vt ij, qui & de elect. constitutis.

[Glo. seq. exemplificat, & opponit, declarationem ponens. Secundo, quærit, arguit pro & contrarium soluit, & allegatis respondet.]

e ¶ Officia.] ergo nō poterunt sacristæ, camerarij, castaldi, œconomi, syndice, vel his similes & egerēt hæc ēt declaratione, vr̃ enim includere solum officia subiecta ecclesiasticæ regulæ. pro & cōtra. 1. q. 1. saluator. circa medium. Sed vidi dubitari an possint prædicare? & vr̃ q̄ sic: quia verbum Dei non debet esse alligatum. 2. ad Tim. 2. & Apostolus ad Philip. 1. siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, in hoc gaudeo & gaudebo. ad idem 19. dist. secundū. vbi dicitur, quod non refert quis prædicet, sed qualia prædicet. Contrarium puto, cum prædicare sit officium curæ, & officium, & cura sint eis hic prohibita, nec etiam pro alijs exerceant. Primum probatur de officio ordina. inter cetera, sup. ead. compil. de sepul. dudum, §. huiusmodi, de hæret. cum ex iniuncto & cap. excōmunicamus, §. quia uero, & quod ibi dixi, & cap. sicut, si. de Iudæis, quam sit. Auctoritates Apostoli intelliguntur de ijs, quibus competit. 42. dist. quiescamus, qui licet propter uanam gloriam uel temporale commodum prædicent, gaudet Apostolus de prædicatione, licet non de ipsorum motiuo. Ad cap. secundum, respondet ut ibi not. & uide quod not. 92. distin. in sancta. 16. q. 1. adijcimus. Fateor tamen, quod in hoc inferior pœna non competit, ut infra dicam. sed ad hoc ualet istud scire, quia possunt prohiberi, & hoc facientes puniri.

f ¶ Vicarios.] prouidet ergo contra fraudem, qua tales procurassent amicos præfici administrationibus, vel curæ animarum, per quos fecissent se constitui uicarios, & facit de reg. iur. quod alicui, lib. 6.

g ¶ Locum aliorum.] plura ponit, ut omnem fraudem, quæ in nomine fieri posset, excludat, facit, in Authen. ut nulli iu. li. ha. lo. serua, in princ. coll. 9. de elect. auaritiæ, & c. fundamenta, lib. 6. cum similibus, & forte hoc dictum propter id, quod not. Host. de offic. uic. cap. clericos, ubi dicit, quod uicarius non substituit alium, in uicaria, ex causa tamen ad modicum tempus ponit alium loco sui.

h ¶ Exercere.] repete, statuimus.

[Gl. seq. in hoc decreto distinguit.]

i ¶ Irritum.] irritat ergo suffragium uocis, & promotionem fiendam contra hanc constitutionem: illa enim cadunt in decretum istud, quæ sunt retractabilia. Sunt enim quædam de officio curæ, quæ si exercuissent, non essent irrita, ut baptizare, Eucharistiam dare, & his similia. Item quædam, quæ consistunt in facto, & nequeunt non fuisse, sicut prædicare, de quo prædixi, castaldi, & similia, & uide quod dicam j̄. de hær. c. 1. uer. duro.

K ¶ Priuilegio.] prius concesso, tamen iam cœpit curia tales priuilegiare contra hanc constitutionem, nec uoluit, 4 nec potuit Papa legem indicere successori, de elect. innotuit, cum concor.

l ¶ Ordines.] approbatos per sedem Apostolicam, tamē post Concilium generale.

† In manuscripto uetusto satis & emendato itas: Ad prioratus quoslibet administrationes, aut quęcūque ēt annua officia non assumi, & tanq̄ uicarios seu ministros, uel loca aliorum tenētes, &c.

1 Idē Panor. Imo. & Pet. Anch. expresse: q̄a posset euenire casus quo nihil sine principali liceret. de rebus eccl. non alie. dudū li. 6. Font.

2 Restringe tñ ad similia pręcedētib. l. fin. ff. de uitriti. & oleo leg. item hic tex. est pęnalis. ergo. Fō.

3 Facit rubrū & nigrum de ijs quæ fiunt a præla. sine consensu ca. ista uxor stricta significatione dicit Anch. cōprehendit membra non caput, sed larga significatione ēt caput. de ijs quæ fiunt. nouit. Fon.

† al. sustinere.

† al. liceat.

4 Vide Felyn. in c. nonnulli. uer. 6. ampliа. extra de rescrip.

a ¶ Ad-

a ¶ Admitterent.] ita ꝙ oportet, ꝙ desinant in seipsis.
b ¶ Approbatos.] etiam minoris religionis.
c ¶ Transeundi.] singulariter, non collegialiter, vt patet de religi. do. c. vnico, in fi. lib. 6. In his ergo cessat ratio inducta in princ. c. quia non expedit in ea vocatione manere, in qua vocati sunt.

mitterent [a] ad professionem eorum, quibusq; concessit licētiam generalem ad approbatos [b] alios ordines transeundi, [c] præsentem nolumus constitutionem extendi.

¶ Idem.

EOs qui.] Se summat. Præsupponendum est primo, ꝙ duplex est professio, per quam quis obligatur religioni: Quædam est expressa, quę fit per ista verba: Promitto Deo & tali sancto, puta S. Benedicto (si sit in ordine S. Benedicti) & tibi Abbati obedientiam, & reuerentiam, & castitatem: & iste talis obligatur irreuocabiliter, dum tamen aliqđ impedimentum non obstet. Alia est professio tacita, quæ inducitur plurib. modis: Aliqñ inducitur, quando nouitius immiscet se actibus professorum. Aliquādo inducitur assumptione habitus professorum, & perseuerat triduo professor. Aliquando inducitur talis professio tacita ex delatione habitus religionis. id est portando habitum religionis per annum integrum, & ista est materia huius capituli. Secundo pręsupponendū est, & inter habitus religiosorum professorum est aliquando differentia latēs, id est non apparēs: aliquando est differentia patens & apparens. Differentia habituū professorum dr̃ latens: quando non est differentia in colore, scissura, & figura: sed est alia dr̃ia forte: quia habitus professorum benedicuntur, habitus autem nouitiorum non benedicuntur. Vel nulla est alia differentia inter habitus professorum, & habitus nouitiorum, nisi quia habitus professorum dantur in capitulo, vel ante magnum altare: habitus vero nouitiorū dantur in alio loco. Vel forsan talis est differentia, quia habitus. professorum dantur per Abbatem, & habitus nouitiorum dantur per alium, forsan per priorem, uel alium officiarium seu religiosum. Alia est differētia inter habitus professorum, & nouitiorum, quæ est patens & omnibus nota, quæ est in colore, ut habitus nouitiorum sunt alterius coloris ab habitu professorum. Est etiam dr̃ia patens in scissura, sicut in ordine fratrum Minorum, quia nouitij non habent caputium sutum cum suo habitu: professores vero habent. est etiam differentia in figura, quia nouitij habēt habitum breuiorē in aliqua parte habitus. quam habeant professi.

CASVS. Titius intrauit religionem approbatam, recepit habitum: tñ voluit experiri, & tentare asperitates: & labores illius, ēt monasterium voluit experiri mores illius Titij: ipse Titius portauit habitum per lapsū vnius anni, non proclamauit nec protestatus fuit: utrum per delationem habitus videatur fecisse tacitam professionem? Distinguit: aut habitus nouitiorū non sunt distincti ab habitibus professorum, & tunc dr̃ fecisse tacitam professionē, & inducitur professio per lapsum anni, etiā si maneret in monasterio per 20. annos in tali habitu nouitiorum. Si aūt habitus nouitiorum & professorum sunt distincti in colore, in scissura; & in forma siue figura, & non accipit alium habitum, nisi habitum nouitiorum, tunc per lapsum anni non dr̃ professus. Not. ꝙ quis obligatur religioni, ēt per tacitam professionem, & quia gl. 2. vr̃ iuuenibus intricata pp diuersitatem casuum, pono aliquas cōclusiones. Prima est. Delatio habitus manifeste distincti, vt in colore, scissura, vel forma seu figura, quantocumque tpe non inducit professionem, hoc probatur hic in fine textus iuncta gl. fi. Secunda conclusio: Delatio habitus indistincti siue per modum, de quo in c. 1. eo. tit. lib. 5. vt quia non solum professi & monachi illo vtuntur, sed ēt gerentes uitā communem cū eis: non inducit professionem in eo, qui in pupillari ætate eū assumpsit, quantocumque tpe deferatur, vt probatur in d. c. 1. eo. tit. li. 6. nec hodie corrigitur per istum tex. vt no. hic in gl. super verbo, portauerint, secus autem in eo, qui eum habitum assumpsit in pubertate: inducit. n. in eo tacitam professionem post annum, vt probatur in d. c. 1. §. qui vero. lib. 6. Tertia cōclusio: Delatio habitus extra religionem quantocūque tempore non inducit professionem. Hoc voluit tacite iste text. in vers. in aliqua religione, argumento isto sumpto per ɔ̃riū, & expressius tenet hic glo. in ver. aliquam singularirer notabis facit cap. vt clerici de regu. Quarta cōclusio: Delatio habitus indistincti, vt est ille, quo vtuntur pariter monachi, & conuersi, inducit intra annum post pubertatem professionem tacitam in ca. 1. eo. lib. 6. Quinta conclusio: Delatio habitus distincti latenter, puta per benedictionem, inducit per annum professionem in illo monasterio, in quo habitus delatus fuit. Hæc conclusio singulariter probatur per istum tex. assumptio autem habitus professorum inducit professionem in genere, si datur perseuerantia tridui, de quo tñ dicendum, vt hr̃ in c. constitutionē. eo. tit. lib. 6. in fi. ēt si talis habitus patenter distinguatur ab habitu professi. vt probatur in d. c. i. in fi. nec in hoc ille textus mutatur per istum, quia loquitur in alio casu, ad quem littera ista restringitur, vt notatur hic in gl. magna in uerbo hodie uero quo ad hunc casum. Ex prædictis, & ex magna gl. in uer. ex his nota triplicē habitū nouitiorū. Et ꝙ ad professionē faciendā tacite, uel expresse requiritur pubertas, ita ꝙ masculus debet esse 14. annorum. femina uero 12. nec sufficit ad istum effectum, ꝙ prudentia, uel malitia suppleat ætatem: & hoc uoluit gl. in uersi. ætate. Nota de habitu nouitiorum, & quo ad hoc dr̃ nouitius quicumque non professus; aliter accipitur hoc uerbum ĩ. in cle. proxi. §. sane 1. ubi de hoc in gl. 1. scholasticis. Nota de professione, quæ obligat speciali religioni in genere de hoc in gl. licet igitur. Zabarel.

¶ Pubes per annum deferens habitū nouitiorū non patenter distinctum ab habitu professorum, intelligitur professus. Io. And.

CAP. II.

EOs † [d] qui deinceps [e] in discretionis cōsti-

† De materia uide oĩnɔ Abbatem, & Doctores post glossam in c. ex parte, extra de regularibus, & doctores. in c. 1. §. distinctos. de regularibus, li. 6.

[Gl. prima dicit, quid determinat.]

d ¶ Eos qui.] Se summat determinans decre. ex parte. eo. tit. & quod ibi not. Ber. & Inno. & ipse Inn. & Host. eo. tit. c. 2. & Abb. eo. tit. consulti. & decr. 1. eo. tit. lib. 6.

[Glo. seq. probat ꝙ ius nouum continet, dicens quid de iure ueteri, & quomodo capitulum suum casum nō excedit, distinguens triplicem habitum.]

e ¶ Deinceps.] per hoc patet, & per uerbum ĩ. decernimus, ꝙ hæc constitutio ius nouum statuit, & præterita non respicit. Dicebamus enim olim, ꝙ tunc delatio habitus per annum inducebat professionem tacitam, qñ erant habitus indistincti: & sic intelligebatur decret. ex parte, eod. tit. ut ibi not. in fi. ult. gl. Si uero erant distincti: secus, qualiscunque foret distin. eo. tit. statuimus & apertius eo. tit. c. 1. in fi. lib. 6. Hodie uero quo ad hunc casum distinguimus qualis sit distinctio habitus, an patens altero de tribus modis hic expressis: an latens, puta per benedictionem uestium, personā dantē, locū, uel formā dationis. ex duabus. n. capis quarū altera benedicta, uel data per prouincialē, uel in capitulo, altera non: primā a secunda discernere nescis. Primo casu delatio talis habitus, ēt ultra annū non inducit tacitam; secūdo sic: Ideo aūt dixi quo ad hunc casum, quia quo ad alios casus adhuc stamus iuri antiquo, ut sufficiat qualiscunq; distinctio: Vnde adhuc hodie maior, qui scienter & sponte recipit habitū distinctū per modū quem s̃. dixi latentē, si perseuerat triduo, professus est, quod dic ut eo. tit. constitutionem. lib. 6. Ex his not. triplicem habitum nouitiorū, distinctum, indistinctum, & indistinctissimum. Item primus, scilicet distinctus duplex,

Habitus distinctio qñq; est patēs qñque uero latens.

Nouitiorum habitus triplex.

habens

habens,s.distinctionem latentem, & patentem,vt hic. In habitu ergo nouitiorum latenter distincto, vel indistincto,vel indistinctissimo, dumodo receptus fuerit ab adulto,delatio per annum inducit tacitam,& hoc indubitatum. Delatio vero habitus nouitiorum patenter distincti, vel indistincti, vel indistiuctissimi, vbi receptus fuerit ab impubere, per lapsum anni non inducit tacitam, & in his casibus adhuc verũ esset qđ no.Inno. decr.ex parte & Abbas ĩ decre.consulti. qui dicebãt, ꝙ delatio habitus nouitiorum distincti quãto cunq;tpe, non inducit professionem. Et Abbas dicebat,ꝙ vidit litteram Papalem absolutoriam cõcessã illi,qui talẽ habitum detulerat fere ꝑ xx.annos.hęc probãtur.s̃.e. ex parte i.& c.statuimus,& e.tit. ca.i.lib.6.& hic.Dubitatur tñ ne decretalis ista intendat corrigere, quod vltimo dixi de habitu indistinctissimo recepto ab impubere, vt inf. dicam.

tuti ætate[a] nouitiorum habitum in aliqua [b] religione [c] per annum [d] portauerint, [e] hoc ipso religionem illã [f] decernimus esse professos: Nisi huiusmodi habitus in colore, [g] scissura, [h] vel forma se distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum.[i]

TITVLVS X.

De statu monachorum, vel canonicorum regularium.

r Vide oĩno concil. Trid. sess. 25. de Reg.c.15.ubi ad professionẽ ualidã,tã in masculis, quã in feminis ætas 16. annorum requiritur.

a ¶ Ætate.)xiiij.1 in viro.& 12.in muliere, & requiritur ætas consummata.s̃.eod.ad nostram.Nec sufficit, quod prudentia, vel malitia suppleat ætatem. de hoc sup. eod. postulasti.

b ¶ In aliqua.) secus ergo si extra religionem, & sic non corrigitur decre.vt clerici.sup. eod.

c ¶ Religione.) per sedem Apostolicam approbata.de vo.c.vnico li.6.sup.eod.ca.proxi.in fin.siue sit Mendicans vel non.Io. Andr.

(Glo.seq.exponit,& dubium soluit.)

d ¶ Per annum.)integrum.eo.ti.c.1.lib.6.ibi, & quod si totum &c.& per hanc litteram,quæ habetur sup.eo. ex parte & eo.ti.c.1.lib.6.patet,satis esse, quod detulerit per integrum annum, licet annum non excesserit: debet ergo nolens obligari,intra annum deponere.sup. eod.statuimus.Io.And.

(Glo.seq.exponit casum excipit,quem dicit non correctum,& dubium soluit.)

e ¶ Portauerint.) licet enim ante annos discretionis inducrint: ex quo tamen post illos per annum portauerunt,sunt professi;hoc verum,nisi eo casu tanta esset in distinctio habitus, quod sæculares illis conuiuentes vterentur illo.e.ti.c.1.2.respon.li.6.Nisi dicatur,quod hæc decre. quæ solum ponderat delationem non assumptionem,illud corrigat,secundum, quod non esset hodie dare habitum indistinctissimum. Sed non credo. quod hæc decre.illud corrigat,quod probat littera sup. nouitiorum habitum facit de electione. cum expediat. lib.6.cum concor. Item intelligas hanc litteram de illo, qui sponte recepit, vel saltem portauit, alias non obligaret portatio, quæ fieret durante probabili metu. quod me.cau.c.1.Io.And.

f ¶ Illam.)licet igitur illa tacita professio, de qua eod. ti.constitutionem,2 respon.li.6.obliget religioni in genere,vt ib.:ista tamen obligat in specie, vt hic.

g ¶ Colore.) vt quia nouitij album,alij grisæum, vel nigrum: apud quasdam Moniales distinguuntur professæ per velum album ab nigro. Sed communis est illud distinctiuum consecrationis.

h ¶ Scissura,vel forma.) patet in ordine Minorum,vbi noui nouitij non habent sutum caputium.

(Glo.seq.addit casum, de quo remittit.)

i ¶ Professorum.)adde casum qñ protestatur,ꝙ per lapsum non intendit obligari religioni: & hoc præcipue. si protestatio fuit conuentionalis. de hoc scripsi post Vin.eo.ti.ex parte post Host.eo.tit.ca. 2.& c.ad Apostolicam,& de hoc in Spec.de ista. mona. in vlt.q.

Clemens quintus in concilio Viennen.

¶ Præmittit exordium breue,in quo cõstitutionis causam ponit, & generale interdictum monachorum nigrorum circa exquisitum ornatum,vel notabilem excessum in vestibus, cibis, potibus,equitaturis, & lectisternijs.



CAP. I.

NE IN † AGRO [k] DO

DE STATV MONAchorum,vel canonicorum regularium.

Cõtinuatio.

(Visum est s̃. qualiter quis obligatur religioni ẽt per tacitã professionem, verũ quia posset dubitare aliquis de statu obligatorum, iõ subijcit rubricã,de statu monachorum,& canonicorum regularium.)

NE ĩ agro.) Diuidit ĩ decẽ partes,vt patet in rubro. Secunda,ibi,(Statuimus.) Tertia, ibi, (Sane.) Quarta,ibi,(Porro.) Quinta, ibi, (Si quis autem.) Sexta, ibi, (Quia vero.) Septima,ibi,(Ad hæc.) Octaua,ibi, (Ceterum.) Nota ibi, (Ad ampliationem.)Vltima,ibi, (Pręmissa.) Imola.

† No. primo de laudib.regu.monach. de hoc in glo.3.not.2. ibi ĩ uestib. & ibi ĩ cibis de morib. reformãdis tã in uestib.q̃ ĩ cibis, & quo ad cibos, dic ꝙquinq;modis excedit. de ꝯsecr. dis. 6. quinque. quos ꝓseq̃ Stepha. in quo nõ expedit instare. Zabar.

CASVS. Vidi s̃.de regularib.& qualiter quis obligatur religioni, sed vellem informari de conuersatione obligatorum religioni,& vtrum sit eis licitum vti quibuscunque vestib. cibis, & lectisternis ad libitum suæ voluntatis? vel vtrum aliquam modestiam in prædictis teneantur seruare? Dicit Clemens Romanus Pontifex, quod ipsi debent cauere, ne ponant excessum in uestimentis,cibis,& lectisternijs. Et ratio huius constitutionis ponitur in prin.huius c.Et quia cap. est nimis longum,ideo,accipiatis diuisionem gl.uestræ, & procedatis per partes secundum diuisionem. No. ꝙ ista cle.hẽt decem partes. Prima incipit,ibi, (Ne in agro.) in qua ponit exordium,& causam,quare fecit istam cõstõnem & prohibet generalr monachis, ne excedant in habitu,siue in uestib.cibis,& potibus, equitaturis,& lectisternijs.Secundo,ibi,(Statuimus.)spãliter prouidet circa uestes proximas habitui, ut sunt almutia, caputia, calceamenta,zonæ,cultelli,calcaria, sellæ, & fræna equorum: & ultimo circa habitum superiorem. Tertio, ibi, (Sane.) Prouidet circa ipsorum monachorum confessionem,communionem, & circa expositionem rłæ, & circa instructionem, seu doctrinam paruorum nouitiorum.Quarto,ibi,(Porro) prouidet circa uenationes, & aucupationes,qualiter, & qñ debẽt uenari. Quinto, ibi,(Si quis autem.) punit aliquos transgressores istius constitutionis, & iubet puniri alios secundum disciplinam rłarem.Sexto,ibi,(Quia uero nonnulli,) prouidet seu statuit cõtra professores euntes ad curias principũ. uel alias uagantes, uel intra septa monasterij arma tenentes. Septimo, ibi,(Ad hæc prædecessorum.) prouidet ꝯ ipsorum solitudines. Octauo,ibi. (Ceterum prioratus) prouidet de priorum ætate, & ipsorum sacerdotio,professione,& habitatione.Nono,ibi,(Ad ampliationẽ aũt.) ꝓuidet de monachorum ordinatione. & de ipsorũ doctrina.Decimo,ibi,(Præmissa igit̃ oĩa.)cõfirmat,& innouat decretalẽ s̃. eo.cum ad monasteriũ, & c.in singulis. Et ꝑ partes poteris legere Clementinam.

(Prima glossa summando diuidit.)

K ¶ Ne in agro.) p̃mittit exordiũ breue,in quo ꝯstõnis causam ponit, & generale interdictum monachorum nigrorum circa exquisitum ornatum, uel notabile excessum in uestibus, cibis,potibus, equitaturis,& lecti-

ſternijs. Secundo ſpecialiter prouidet circa veſtes habitui proximas, almutias, capucios, calceamenta, zonas, cultellos, calcaria, ſellas, & frenos ipſorũ, & vltimo circa habitũ ſupiorẽ. Tertio circa ipſorũ cõfeſſionẽ, cõionẽ, expoſitionẽ rlæ, & inſtructionem nouitiorũ. Quarto circa venationes, & aucupatiões ipſorũ. Quinto punit certos prędictorũ trãſgreſſores, omnes alios punire iubens, iuxta diſciplinã regulæ. Sexto contra profeſſos eũtes ad curias principum, vel alios vagãtes, vel ĩ. ſepta monaſterij arma tenẽtes. Septimo circa ipſorũ ſolitudines. Octauo prouidet de priorum ætate, & ipſorũ ſacerdotio, profeſſione & habitatiõe. Nono de Monachorũ ordinatiõe, & ipſorũ doctrina. Vltimo cõfirmat, & innouat decr. ſ. e. cũ ad monaſterium, & c. ĩ ſingulis. Partes hui⁹ diuiſionis, quæ aliter ẽt fieri poſsẽt, ſignabo in textu.

† al. perniciosa in ſegetem.

* ¶ Agro.] habet Dñs agrũ, vt hic, & vineã. de magiſt. c. vlt. in fi. domũ. de elec. cũ in cũctis, in prin. de cuſto. Eucha. c. 2. & amplã, in qua ſunt mãſiones multę, đ pen. diſt. 4. in domo. quid vltra? non inſtemus in his, quia ipſius eſt terra, orbis, terrarũ, & c. de deci. tua 2.

minico ſacra [a] videlicet monachorum nigrorum [b] religione, indecorum aliquid obrepat, [c] aut vitioſum quicquam perniciose † in ſegetem [d] coaleſcat, [e] ſed vt in illa [f] potius flores honoris, & honeſtatis [g] fructus in vbertate ſucreſcant: eis [h] in veſtibus inordinatum [i] omnem ſeu exquiſitum [k] ornatum, aut cultum, necnon in cibis [l] & potibus, equitaturis, [m] & lectiſternijs [n] quemuis notabilem interdicentes exceſſum. [o]

¶ Specialiter prouidet circa veſtes habitui ꝓximas, almutias, caputia, calceamenta, zonas, cultellos, calcaria, ſellas, & frænos ipſorum, & vltimo circa habitum ſuperiorem. Ioan. Andr.

¶ Statuimus, [p] vt ſuperior veſtis ipſorum habitui [q] proxima, nigri, bruni [r] aut albi coloris [s] exiſtat, iuxta morem apud eos ſeruari ſolitum in regione [t] qua degunt; [u] nec in qualitate panni regularis excedatur modeſtia, nec quæratur quod pretioſius, & ſubtilius, [x] ſed quod vtilius valet inueniri.

¶ Sit etiam veſtis ipſa rotunda per circuitum, & nõ ſciſſa, nec longitudine nimia aut breuitate [y] notanda: largas etiam manicas habeat vſq. ad pugnum [z] protenſas non conſutitias, vel quomodolibet [a] botonatas. Almutijs de panno nigro, vel pellibus caputiorum loco cum caputijs habitus, quem geſtauerint ſint contenti, iuxta tamen diſpoſitionem abbatis ſciſſis ſuper humeros, [b] & honeſtis caputijs vti poſſint. ¶ In veſtibus ſenda-

[Glo. ſeq. alleg. duas concor. & ponens antiquum, & modernum ſtatum ordinis, & duplex ſignificatum coloris, conſtitutionem commendat.]

a ¶ Sacra.] concor. ſ. eo. recolentes in princip. de priuil. cum & plantare. in prin. Sanctitatem, & venerationem huius ordinis oſtendunt documenta patrum, & abundantia temporalium, quibus monaſteria huius ordinis pullularunt. ſed nunc 1 pro dolor quam in multis deficiunt verborum, & exemplorum documenta, & ad inſtar filij prodigi diſſipatæ ſunt patrum ſubſtantiæ, & quandoque noſtri cupiunt replere de ſiliquis ventrem ſuum, Lucæ xv. 38. diſt. §. hanc etiam ille filius, & cum habitus nigredo in mortificationem carnis vitiorum fuerit inuenta, vtinam meritorum, & virtutum obfuſcationes per illam hodie nõ ſignentur, ad quod optatum laborat hæc conſtitutio. Io. And.

1 Hæc accipienda ſunt de malis, & diſcolis religioſis: nunquã tñ defuerũt, nec deſũt, q obſeruẽt diſciplinã rlarẽ, quã vouendo promiſerunt.

(Gl. ſeq. ſoluit dubiũ, & rõnem diuerſitatis reddit.)

b ¶ Nigrorum.) in alijs non videtur hæc conſtitutio locum habere, in quantum. ſ. ius nouum inducit; ſaluo ꝙ infra dicam. §. ſane in prin. & §. quia vero. cum §. ſequentibus. & potuit eſſe conſideratio, quia alij monachi communiter habent corpus, & caput maius, vt Ciſtercieñ. Camaduleñ. & his ſimiles: quo quia carent nigri monachi, minus ibi viget correctio facit infr. capi. prox. in prin.

c ¶ Obrepat.) quaſi latenter ſubintret. & eſt idem verbum in procemio huius compil. poſt prin.

d ¶ Segetem.) 24. q. 1. quoniam vetus. 66. diſt. naſci.

e ¶ Coaleſcat.) quaſi caleſcat, alatur, vel nutriatur.

f ¶ In illa,] religione nigrorum.

g ¶ Honeſtatis. Eccleſiaſtici 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis.

h ¶ Eis.] interdicentes quod eſt infra.

i ¶ Inordinatum.] beatus Bernardus contra Cluniaceñ. Nullus quidem ordo quidpiam recipit inordinatum.

K ¶ Exquiſitum.] hoc ſoluit omne contrariũ, quod de munditia, vel ornatu poſſet opponi. quod dic vt nota, 21. q. 4. in ſumma. & per totũ. de cuſto. Eucha. cap. vlt. in vlt. gloſſ.

l ¶ Cibis, & potib.] de vita & hone. cler. a crapula. & de his ĩ regula. 39. & 40. diſt. capitulis. Dicit autẽ Anaſtaſius: Abſtinẽtia continẽtię nutrix eſt, quæ facilius frenos patitur, ſi non delitiarum calcar. b. incitetur.

Abſtinẽtia ẽ continentiæ nutrix.

m ¶ Equitaturis.] de his inf. dicetur.

n ¶ Lectiſternijs.] cõponitur lectus cum ſterno: & ſumitur ꝓ lecto ſtrato, & parato, & omni ipſius paramento.

Lectiſterniũ quid ſignificat.

o ¶ Exceſſum.] ſonat in vitium. ĩ. ti. 2. c. 1.

p ¶ Statuimus.] ſecunda pars.

q ¶ Habitui.] floco, cucullæ, vel ſcapulari, vt inf. dicetur.

r ¶ Nigri, bruni, aut albi.] hos tres colores permittẽdo, alios omnes, vel miſculos prohibet, ꝙ multi non ponderant, quod ergo dicit regula 45. cap. de colore, non cauſentur monachi. non intendit, quod omnibus coloribus licet eis vti, nam etiam ſæcularib. clericis ſunt quidam interdicti. de vi. & hone. cler. clerici. 2 ſed hoc intendit, quod non cauſentur inter colores permiſſos; quod iſte ſit fixior, pulchrior, vel melior illo.

ſ ¶ Coloris.) iſti colores ſine tinctura ex lana poſſunt haberi, & ideo potius approbati.

t ¶ Regione.) regio, regionis dicitur a rex, regis, patria, ſ. quam rex regit, & habet diminutiuum regiuncula, quaſi parua regio.

Regio dicitur a rege.

u ¶ Degunt.) concor. 12. diſt. illud. 76. diſt. vti, iam.

x ¶ Subtilius.) vnde dicit regula prędicta ca. 51. de groſſitudine non cauſentur monachi.

y ¶ Breuitate.) de vita & hone. cle. clerici. 23. diſt. non liceat 2.

z ¶ Pugnum.) hoc eſt clauſa manus cum apprehenſione digitorum, & dr̃ a pungo, qui enim manu vult pungere, ſtringit pugnum, non denudent ergo brachium, vt faciunt dominæ, & quidam Hiſpani, nec vtantur guernachijs, quas prohibet hæc littera.

Pugnus vnde dicitur.

a ¶ Quomodolibet.) ergo etiam vnum, vel duos botones portare non licet.

b ¶ Humeros.) apud nos cõius ſcindunt ante pectus: & tñ. ĩ. imponitur pœna. Et aduerte quia modum ſciſſuræ non reliquit hic diſpõni abbatis, ſed ſolum in deferẽdo vel nõ: ſatis tñ videret ſufficere diſpoſitio tacita.

ta, ſcilicet cũ ipſe abbas caputio vtatur iſta vero ſciſſura debet eſſe tanta, ꝙ appareat & patẽs ſit. facit. ſ. tit. prox. c. fi. & quod dixi. ſup. ea. compil. de vita & honeſt. cleri. cap. 2.

m ¶ Albis.] non ponitur pro colore, ſed pro veſte ſacra, de qua ſequitur verſus.

Dicitur vrbs Alba, veſtitur presbyter alba.

Vrbs illa de qua loquitur verſus, eſt de prouincia [Lombardiæ.]

Alba dupliciter accipitur.

tum [a] pro foderaturis † nõ portent Aeſtiualibus [b] largis, aut botis [c] altis pro calceamentis vtãtur. Nullus zonam, cultellũ, calcaria cum ornatu deferre, aut cum ſella clauorum ornatu decorata ſuperfluo, vel nimis aliàs ſumptuoſa, ſiue cum freno ferraturam ad ornatum [d] habente æquitare præſumant.

¶ Rurſus in locis, in quib. fuerit congregatio duodecim [e] monachorum, aut ſupra, infra ſepta [f] monaſterij abbas, † prior, aut alius præſidens portet flocum [g] de panno pro flocis aut cucullis in ipſo monaſterio cõſueto: [h] monachi vero alij in monaſterijs, in qbus flocos ſoliti [i] ſunt portare, debent etiã vti eis. In alijs autem monaſterijs, & intra domos, & alios Prioratus, vbi nõ eſt tanta congregatio monachorum, cucullas [k] clauſas deferant & honeſtas. Cum vero abbates, priores, aut alios præſidentes & monachos alios extra monaſteriũ proficiſci continget, flocum, cucullam, aut capam [l] clauſam habeant: & ſubtus capam, ſi eam portauerint, cucullam deferant: aut ſi maluerint ſcapulare. Cum autem ad ſeruiendum in diuinis officijs albis [m] vel ſacris veſtibus induẽtur, aut cum occupabũtur in operibus vt eis liceat ſcapulari.

¶ Verum ne ex diuerſa acceptione, quam in diuerſis regionibus huiuſmodi vocabula, flocus videlicet & cucula, dicuntur habere, hęſitandi circa præmiſſa materia relinquatur: cucullæ nomine habitum longum & amplum, ſed manicas nõ habentem: nomine vero floci habitum, qui longas & amplas hẽt manicas, nos intelligere declaramus.

¶ *Prouidet circa monachorũ cõfeſſiones, communionem, expoſitionẽ regulæ, & inſtructionem nouitiorum. Ioan. And.*

¶ Sane [n] † ſingulis menſibus [o] tam in monaſterijs quam extra (ſublata occaſione quacunque) ad confeſſionem ſaltem ſemel accedant omnes, & ſinguli [p] monachi. Et in prima [q] Dominica menſis cuiuslibet in monaſteriis ſemꝑ cõmunicent: niſi ex cauſa forte, quam abbati, priori, aut pœnitentiarijs monaſteriorum non differãt intimare, eorumque iudicio, vel abſtineãt, [r] vel accedant. Regula quoq; cũ in capitulo legitur ab illo, qui præeſt ipſi capitulo, vel alio, cui hoc ipſe iniunxerit, ꝓpter iuniores [s] vulgariter † exponatur. [t] Nouitiis [u] etiam fidelis [x] deputetur inſtructor [y] tam in diuinis officiis, quam in obſeruantia regulari.

¶ *Prouidet circa venationes, & aucupationes monachorũ. Io. And.*

¶ Porro [z] a venationib. a

Sendatũ qd notat.

† al. foderatura.

a ¶ Sendatum.] omne ſericum comprehendit, & vide. quod dixi. ſ. ca. 1. ſuper ver. ſericis.

b ¶ Æſtiualibus.] in vulgari vocamus ſtiuale, & ſunt calceamenta corij, quibus in æſtate vtor, & optima fiunt apud ſanctum Seuerinum.

c ¶ Botis altis.] quę capiunt ſupra talos, & aliquid de crure, & ligantur qñdoque & hos infra vocat ſotulares corrigiatos.

d ¶ Ad ornatum.] per hoc verbum ſup. duplicatũ patet, ꝙ qñ nõ ad ornatum, ſed propter ingruentem neceſſitatẽ talib. vterẽtur, eſſent excuſabiles. ad hoc de vita & honeſt. cler. clerici. & infra. § porro.

† al. ita: abbas aut prior, aut aliꝰ p̄ſidens portet flocũ de panno ꝓ flocis, aut cucullã in ipſo Monaſterio cõſuetã.

Septa & cepta differũt.

e ¶ Duodecim monachorũ.] Incluſo p̄lato. de ſimo. c. fi. de priuileg. ex ore.

f ¶ Septa.] id eſt clauſuram ſic dictã a ſepio, pis, per, e, ſcripta aliud ſignificabit, vt dicetur infra, de hæret. ad noſtrum. in princip.

g ¶ Flocum.] in regula non habetur hoc nomen & infra dicetur, quid ſit flocus

h ¶ Conſueto.] ſic ergo videntur excuſabiles Monachi Angliæ, ſi meliori panno vtuntur quã noſtri.

i ¶ Soliti.] concord. 31. diſt. ca. 1. de cẽſib. cũ Apoſtolus in fin. Ioan. And.

k ¶ Cucullas.] de hoc 20. q. 3. præſens. 19. q. 3. capit. 2. de ætate & quali. cap. intelleximus.

l ¶ Capam.] rõdelli, qui nũc in vſu ſunt, non ſunt proprię capæ, ſiue capa dicatur à capite, ſiue à capio capis: quia totũ hominem capiat: non enim habent caputium appenſum. Et not. qa licet ſub capa ſit portandũ ſaltem ſcapulare, ſub floco, vel cuculla nõ quaſi illa ſint habitus, ſed non capa.

Capa vnde dicitur.

n ¶ Sane.] tertia pars.

o ¶ Menſibus.] arctantur ergo monachi ſingulis menſib. ad qđ fideles arctantur ſingulis annis. de pænit. & remiſ. omnis. propter religionis. n. perfectionem aliquid debẽt ad pẽſum ſanctæ inſtitutionis adijcere. 4. diſ. denique.

Monachi ſingulis mẽſibus cõmunicent.

p ¶ Singuli.] concor. de exceſ. p̄la. nimis. 1. & 2. in fin Et dubito an ꝑ hoc intẽdat dilatare hãc cõſtitutionem quo ad alios monachos, qđ ſatis eſt honeſtum.

q ¶ In prima.] non puto, ꝙ ſolennitas feſti occurrẽtis ea die, puta Reſurrectionis, Pẽtecoſtes, vel patroni monaſterij, habeat hoc alterare, facit eo. tit. cum ad monaſterium in prin.

† Vide cõciliũ Trident. ſeſſ. 25 ti. de Regularibꝰ. c. 10. Et qđ diſpoſitio huius. §. habeat locũ in canonicis Regularibꝰ tradit Oldradus cõſ. 222.

r ¶ Abſtineant.] concord. de pænit. & remiſ. omnis.

s ¶ Iuniores.] vbi ergo tales non eſſent, iſta expoſitio nõ fieret. facit. de elect. in demnitatibus. §. pen. lib. 6. & infra de iure patron. c. 1. §. ſane

† Not. de regula exponẽda vulgariter, ꝙ ſit ad plenam eius notitiã. Ex hoc infer Paulus ad examinationẽ teſtiũ, quibus capitula dẽnt legi vulgariter, ſi nõ intelligũt litteraliter, & debẽt eis exponi de verbo ad verbũ, vt no. in Spe. de teſte §. nunc tractandũ. poſt prin. Card.

t ¶ Exponatur.] 8. q. 1. oportet. 43. diſt. §. vltimo.

u ¶ Nouitijs.] Id eſt ſcholaſticis non inſtructis, qui ſub diſciplina degunt: dato etiam, quod ſint profeſſi, cum eadem & fortior ſit rõ; aliter ſumitur ſup. tit. 1. ca. fi. cum concor.

x ¶ Fidelis.] non ſolum catholicus, ſed etiam diligens, & fidelis, & legalis.

y ¶ Inſtructor.] 12. q. 1. c. 28. diſtinct. de his in authen. de mona. §. volumus in fin. col 1.

z ¶ Porro.] quarta pars.

a ¶ Venationibus.] Hæ propriæ fiunt ad beſtias, aucupationes, de quibus ſequitur. fiũt ad aues. in de

accupator, auium captor.

& aucupationib. omnes semper abstineant: nec eis interesse,[a] aut canes, vel aues venaticos [b] per se, vel alios tenere præsumant,[c] nec a familiaribus [d] secum morantibus teneri permittant, nisi saltus,[e] viuaria, vel garenas proprias, vel ius venandi in alienis haberent, in quibus cuniculi vel feræ aliæ forsan essent, quo casu hoc eis permittitur: dum tamen intra monasteria seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras venaticos canes non teneant, nec venationi præsentiam exhibeant personalem,[f]

¶Punit certos prædictorum trangressores, omnes alios puniri iubens iuxta disciplinam regulæ. Ioan. And.

¶Si quis autem [g] præmissorum temerarius extiterit violator, regulari [h] subiaceat disciplinæ; Et nihilominus si sotulares [i] nõ corrigiatos & altos, [k] aut caputia (vt præfertur [l]) non fissa [m] portare præsumpserint, si quidem abbas, vel prior non [n] habens abbatem proprium fuerit, per annũ se nouerit à beneficiorum collatione suspensum: Si uero alius [o] fuerit, ab administratione, si quam obtinet, sit per annum suspensus. Quod si nullam [p] habeat, eo ipso per annum reddatur inhabilis ad administrationem & ecclesiasticum beneficium obtinendum.

¶Si qui vero eorum venationi, aut aucupationi clamosæ, vel aliàs cum canibus aut auibus [q] ex proposito [r] interfuerint, iuxta præmissam personarum distinctionẽ [s] dictarum suspẽsionis & inhabilitatis pœnas per biennium ipso facto incurrãt. Abbate autem vel priore a collatione (vt præmittitur [t]) beneficiorum suspenso, ad priorẽ claustralem cum consilio & assensu conuentus, vel maioris partis ipsius, eorundẽ beneficiorum collatio deuoluatur.

¶Prouidet contra professos euntes ad curias principum; vel aliàs vagantes, vel intra septa monasterij arma tenentes. Io. And.

¶Quia vero [u] nonnulli monachorum ipsorum (sicut accepimus) suaui [x] iugo [y] obseruantiæ regularis abiecto, interdum (proprijs relictis monasterijs se in eis secure morari non posse fingentes, vel alio colore quæsito) per curias principum euagando discurrunt: & nisi a prælatis eorum petita pensio vel subuentio assignetur eisdem, conspirantes in illos: eisque proditionem, vel alia grauia imponentes, eos capi, & incarcerari, ipsorumque monasteria comburi procurant, & interdum monasteriorum ipsorum bona in totum uel in partẽ † non modicam occupare præsumũt: Nos eorum in

a ¶Interesse.] concord. inf. de bapt. præsenti, cum concordan.
b ¶ Venaticos.] de alijs, qui sunt ad custodiam, non prohibet.
c ¶ Præsumant.] hæc prohibentur etiam sæcularibus clericis. de cleri. venat. ca. 1. & 2. cũ suis concord.
d ¶ Familiaribus.] tenetur quis de facto familiæ. de hoc de rest. spolia. cum ad sedem in gloss. penult.
e ¶ Saltus.] de saltibus & viuarijs habet. ff. de vsufruct. l. vsufructuarium venari. primo respõso, & primo, §. Dicitur autem saltus nemus ratas habẽs arbores, vbi feræ. & venatores & canes bene saliunt, dixit quidam.
Esse nemus, saltus, salientis dr actus. Viuaria dicuntur talia loca, quia ibi viuunt, & nutriuntur feræ, & circa pisces vtimur hoc verbo Garenæ non est nostrum vulgare, & forte dicũtur a garrio, garris, Et quo & quare dicãtur ista loca forestæ, syluæ, insulæ, & prata, scripsi post Host. de dona. cum dilecti super. 1. glos.
[Glossa seq. ostendit reprobatam opinionem. Host.
f ¶ Personalem.] reprobat, quod no. Hostiẽ de cle. vena. c. 2. vbi dicit per ver. vagationes, ꝙ si redditus clericorum ẽt religiosorum consistũt in venatione, puta cuniculorum, vt in prouincia, vel ferarum, vt in anglia, licebat illis tamen tempore competenti maxime deficiente familia, & in proprijs personis venationẽ capere & vendere, cum id non sit vagari, sed necessitati & vtilitati ecclesiæ subuenire, ad qđ clerici tenentur. 7. q. 1. præsentium, & ca. placuit, vt nemini. 16. q. 1. qui vere. & c. vos autem. quo ad religiosos hoc hic corrigitur.
g ¶ Si quis autem.] quinta pars.
h ¶ Regulari.] id est, quam dictat regula, scilicet 33. 6. & duob. seq. 18. & duobus sequentibus. & de hoc scripsi de regu. cap. fin.
i ¶ Sotulares.] à sub & talo, nec recedit à præmissa permissione æstiualium: sed dicit sotulares cum illis vtẽtur tales esse debere.
k ¶ Altos.] de quibus prædixi ibi. boris altis.
l ¶ Præfertur.] in parte. 2. ver. almutijs.
m ¶ Non fissa.] super humeros.
n ¶ Non habens.] cõcord. eod. tit. in singulis. in prin.
o ¶ Alius.] quàm abbas, vel prior non habens abbatem.
p ¶ Nllam habeat.] similis dis. sup, ea. cõpil. de vita & honest. clerico. quoniam. de deci. c. 1. & inf. de pœnis multorum.
q ¶ Auibus.) si ergo sine his fieret venatio vel aucupatio cũ retibus vel laqueis. non est locus huic pœnæ.
r ¶ Ex proposito.) secus si ex casu, & con cor. de sentẽ. excom. cum voluntate. in princ. de schis. c. vnico. ver omnem.
s ¶ Distinctionem.) vt scilicet abbates, et Priores non habẽtes abbates, à collatione beneficiorum, alij ab administratione bñficiorum sint suspensi, & non habentes sint inhabiles p biennium, & ex maioritate pœnæ patet, quod ista est maior culpa quam præcedens. 23. q. 1. non afferamus.
t ¶ Vt præmittitur.] restringit ergo hanc prouisionem ad hos casus, .l alijs ergo seruetur, quod habetur ne sede vacan. c. vnico. lib. 6.
u ¶ Quia vero.) sexta pars, cuius causa potuit esse, quod no. Io. Mo. de elect. generali. ver. clericos. li. 6
x ¶ Suaui.) Matthæi. 11. in fin. & dic suaui iustis & appetẽtibus de pœn. distin. 1. perfecta quibus est claustrum quasi aqua piscib. 16. q. 1. placuit. 2. alijs est carcer. de senten. excom. vt fame ad vtrumque. 28. dist. de his.
y ¶ Iugo.] idem ver. in prædic. ca. de his. & de præsum. cum

Sotulares vñ dicũtur.

Religiosorum redditus quãdoq; consistũt in venatione.

† al. ita: vel in parte nõ modica.

Iugũ vnde dicitur.

eum in iuuentute. in princ. & dr̄ a iungo gis, & ſic ſolet vocari inſtrumentum, quo boues iunguntur.
a ¶ Canonici.) de hac ergo parte non dubitamus quin liget etiam monachos non nigros.
b ¶ Non habentes.) illos enim qñque pro ipſarum adminiſtrationum cauſis illuc ire oportet, quas proſequi poſſunt, licet non ſint perpetui. de iu. cum deputati.

hac parte reprobis auſibus obuiare volentes, hoc edicto perpetuo prohibemus, ne monachi aut regulares canonici [a] adminiſtrationem aliquam non [b] habentes, ad curias [c] principum abſque ſpeciali [d] prælatorum ſuorum licentia ſe cōferre præſumant. Quod ſi vt ſuis prelatis aut monaſterijs damnum aliquod inferant,† ad dictas curias ſe conferre preſumpſerint, excommunicationis ſententiam eos incurrere volumus ipſo facto. [e] Prelatis eorum diſtricte nihilominus iniungentes, vt ipſos a prædictarum curiarum acceſſu, & alijs quibuslibet vagationibus, & diſcurſu diligenter compeſcere, ac ſuper hoc non parentes eiſdem, ſeuere corrigere non omittant. Præfatæ quoque ſententiæ, monachos [f] infra [g] ſepta monaſteriorum ſine licentia abbatum ſuorum arma [h] tenentes [i] decernimus ſubiacere.

¶ *Prouidet circa monachorum ſolitudines. Ioa. And.*

¶ Ad hæc [k] prædeceſſorū noſtrorum [l] veſtigijs inhærentes [m] perpetuo prohibemus edicto, ne monachi [n] ſinguli in ſingulis ſibi cōmiſſis adminiſtrationibus, vel prioratib. habitare præſumant. Sed ſi prouentus prioratuum ſeu adminiſtrationum huiuſmodi duob. [o] forte non ſuppetant: ijdem prioratus ſeu adminiſtrationes, niſi per abbates ad ſuſtentationem duorū ſufficientes reddantur, locis alijs vicinioribus ad eorū monaſteria pertinentibus, vel ipſorum monaſteriorum officiis [p], aut inter ſe inuicem, [q] prout erit commodius, cum conſilio & aſſenſu [r] abbatum per

(Glo. ſeq. ponit ſecū dum Hug. 12. abuſiones clauſtri primā ꝓſequēs de qua hic loquit, & totidē ſeculi, ſecundū Cyprianū.)
c ¶ Curias principum.) de offic. ordi. quanto. Inter duodecim abuſiones clauſtri enumerat iſtam Hug. de Folleto, li. 2. de animæ clauſtro, ſic dicēs: Duodecim ſunt abuſiones clauſtri, quibus tota religionis maſſa corrūpitur, prælatus negligens, diſcipulus inobediēs iuuenis otioſus, ſenex obſtinatꝰ, monachus curialis, monachus cauſidicꝰ habitus pretioſus, cibus exqſitus, rumor in clauſtro, lis ī capitulo, diſſolutio ī choro, irreuerentia circa altare. Et hęc ſingula ibi pulchre proſequitur, & dicit ibi ad ꝓpoſitum, ꝙ cū dicitur monachus curialis, ex adiuncto deſignatur aliquid leuitatis. Ordo enī clauſtri, & otdo curiæ, diuerſus eſt, ibi dextra tua repletur muneribus, hic lauas manus tuas inter innocentes. Ibi pauperū res violenter auferuntur, hic a paupere ſponte offeruntur. Ibi laudatur peccator ī deſiderijs animæ ſuæ, hic bene fit iuſto. Et poſt pauca ſubmittit, quod monachus curialis pro ſæculari principe Alpium frigora, & Italicos calores libenter patitur, qui pro magiſtro ſpirituali multo minora forſan inuitus pateretur, & huic concor. 47. diſt. omnes. Et ex quo circa iſta vagamur, ad religioſorum refrigerium, ſcire debes, quod Cyprianus librum fecit de duodecim abuſionibus ſæculi, dicens, quod ſunt hæ, ſapiens ſine operibus, ſenex ſine religione, adoleſcens ſine obedientia, diues ſine eleemoſyna, femina ſine pudicitia, dñs ſine virtute, Chriſtianus contentioſus, pauper ſuperbus, Rex iniquus, epiſcopus negligens, plebs ſine diſciplina, populus ſine lege, dicens quod ſic ſuffocatur iuſtitia: & ibi ſingulas ordinate proſequitur.

† Idē ſi inferre attētauerūt, & nō inferant, ut dicit gl. ī uerbo. ipo facto facit l. qſqs. C. ad leg. Iuliā. maieſt. tñ. Io. An. in ca. pœnis. de reg. iu. lib. 6. dicit qñ pœna p legē ipſo facto īfligitur, requiritur perfecta delicti cōſūmatio. F.

Ordo clauſtri diuerſus eſt ab ordine curiæ.

d ¶ Specialis.) generalis ergo, puta, quod poſſint ſe quo voluerint abſentare non ſufficit.
(Glo. ſeq. notat ad hanc pœnam duo requiri, & illa ſufficere, & contrarium ſoluit.)
e ¶ Ipſo facto.) ad hanc excommunicationem cōtrahendam duo videntur neceſſaria, ſ. quod intrauerint curiā, & quod cauſa damnificandi monaſterium. vel prælatū. licentiam vero habere, non puto ponderandū, cum hic non repetatur. hinc eſt quod etiam de licentia prælati. Clement.

intrās curiam, ſi ad hoc intrat, ligatus eſt: ex ſolo igitur exitu clauſtri ob hanc cauſam non ligatur. ſimile ne cler. vel mona. c. 3. & vlt. Idem ex quo intrauit ob hanc cauſam, licet damnum nō intulerit, ſiue quia non potuit, ſiue quia pænituit ligatus eſt. ff. de ho. pro humani, lib. 6. & ꝙ ibi no. Nō obſtat. ff. de furtis, vulgaris. §. qui furti quia licetis, qui domum intrauit animo furandi, adhuc nō teneatur furti, tenetur tamen iniuriarum, vel de vi, ſi vim intulit, vt ibi. ſic & iſte, licet de damno non teneatur, quod nōdum intulit, tamē intrando conſummauit delictum quo ad hanc pœnam.

Domū ītrās aīo furandi, an ſtatim teneatur furti.

f ¶ Monachos.) non repetit regulares canonicos.
f ¶ Infra.) pro intra. Et patet per hoc, ꝙ extra tenentem pœna non includit. Io. Andr.
h ¶ Arma) ī communi ſignificatione cōprehendunt tela, ſed dicuntur arma ſtricte, quibus defendimur, tela, quibus impugnamus inſtitut. de publi. iudi. §. item lex Cornelia. de homi. ſi perfodiens. ſed vt ibi not. telorum appellario, etiam fuſtes & lapides ꝯprehendit, & omnē, ꝙ arcu, & manu mittit̄ prædicto. §. item lex Coinelia. & ff. de verb ſigni. armorum appellatio, non puto tamen auctorem ſic latiſſime. Intellexiſſe. Ioan. Andr.

Arma & tela differunt.

i ¶ Tenentes.) Veniens de foris ad clauſtrum cum armis non animo tenendi, nec tenet, ex delatione ligari non videtur, vt verbum cum effectu, &c. de cleri. non reſi. relatum, cum concor.
K ¶ Ad hæc. ſeptima pars, & expone, id eſt, præter, vel vltra hæc.
l ¶ Noſtrorum.) ſcilicet Alexandri & Honorij. eo. tit. c. 2. de capel. mona. c. pen. & vlti.
m ¶ Inhærentes.) concor. de iuramen. calum. ca. 1. & de re iud. cum olim. de tornea. c. 1. Ioan. Andr.
n ¶ Monachi.) ſimpliciter loquitur vnde de omnibus intelligitur. Ioan. Andr.
(Glo. ſeq. notat contra opi. & remittit.)
o ¶ Duobus.) ſcilicet priori, & ſocio, & per hoc patet non eſſe neceſſe, quod prior habeat duos ſocios: licet quidam contra per decreta. vltim. de capellis monach. ad quam reſponde, vt ibi ſcripſi ſuper uerbo, monachos.
p ¶ Officijs.) ut eleemoſynariæ, ſacriſtiæ, cellelariæ, & ſimilibus.
q ¶ Inuicem.) quia. ſ. duo talia loca, quorum neuter ſufficit ad priorem, & ſocium, unientur.
r ¶ Aſſenſu.) ſi hoc non addidiſſet, ſufficiebat conſiliū quærere. de arb. cum olim. & licet hic reqratur cōſenſus abbatis, nihilominus neceſſarium puto conſenſum

capituli ecclesiæ cathedralis, s̃.ea.compila. de rebus eccle. non alie. si vna.

[Glo.seq.dicit q̃d approbat, secundo quærit, alleg. pro. & contra ponit opi. q̃ approbat cum determinatione.)

a ¶ Ordinarios.] approbat, quòd not. Innoc. & Abbas de exces. prælat sicut vbi tenent, quod abbates ecclesias, etiam pleno iure sibi subiectas, vnire non possunt. & facit quod dixi s̃. ead. compila. de re. eccl. nō alie. si vna. de rerū permu. c. vnico. Quærit. Arch. de preb. cū singula. lib. 6: an abbates possint hoc prescribere, allegat, quod sic de exces. prelat. accedentibus, Allegat ad contrarium. 100 dist. cō tra morem. 94 dist illud. tenet quod possint saltem circa prioratus simplices manuales non habentes curam, sicut possent vnire grangias, vel maneria. ff. de leg. 1. quod in rerum. §. vl. de leg. 2. Caius. §. 1. ff. de verb. sign. l. locus. ad hāc allegationem facit quod not. de præb. tuæ. Satis videtur per ea. quæ no. de prescri. auditis. & quæ scripsi in prædicta decreta. accedentibus. quod cum istud sit dignitatis, & iurisdictionis ordinis, quod prescribi possit: tamen cum titulo, nisi præscriptio sit talis, cuius initij non sit memoria. de præscrip. c. 1. lib. 6.

†a¹. & ecclesijs.

1 In ho casu dubitat Abbas nā q̃do sūt pleno iure subiectæ, pñt abbates ī illis exercere Ep̄alia iurisdictionalia, vt not. gl. singularis in cle. 1. de reb. eccl. nō alie. & facit q̄ plene dixit ipse Abbas in ca. significasti de for. cōp. hæc ex Panorm.

locorum ipsorum ordinarios [a] vniantur. Monachis locorum, quæ alijs vniuntur prioribus, ad claustrum [b] primitus reuocandis, & † clericis seruitutis [c] ibidem, de locorum ipsorum prouentibus prouisione debita facienda.

¶ Prouidet de priorum ætate, & ipsorum sacerdotio, professione & habitatione. Ioan. Andr.

¶ Ceterum [d] prioratus conuentuales [e] alicui, nisi XXV. annum attigerit, alij vero curam animarum habentes, etsi [f] cura ipsa per sæculares habeat presbyteros exerceri, cuiquam nisi XX. annum peregerit, [g] conferri nequeant aut committi. Qui autem prioratus istos, [h] vel illos habuerint, [i] infra annum computandum a tempore collationis seu commissionis sibi factæ de eis, & possessionis eorū adeptæ, [k] vel intra vigesimum quintum ætatis suæ annum, si ante [l] annum ipsum non cōuentuales prioratus eis commissi fuerint, aut collati, se faciant ad sacerdotiū promoueri. Quod si (cessante rationabili [m] causa) non fecerint, eo ipso nulla etiam monitione præmissa prędictis prioratibus sint priuati, qui ipsis iterū ea vice nullatenus conferantur. [n] ¶ Sane, prioratus aliquis siue administratio committi alicui vel conferri non possit, nisi expresse [o] professus fuerit ordinem monachalem: neque prioratus aut administrationes extra monasteria obtinentes, permittantur in monasterijs, sed teneantur in ipsis prioratibus seu administrationibus, (quacunque non obstante consuetudine [p]) reside-

singuli. facit de exces. prela. dilecta. talis autem potest dari delegatus per Papam. sup. ead. cōpil. de rescr. ca. 2.

f ¶ Etsi.] pro quamuis vbi vero curam deberet exercere per seipsum, puto, q̄ debeat attigisse 25. annum. de elec. cum in cūctis. §. inferiora. Non obstat, q̄ sit manualis. facit de elect. nemo deinceps. libr. 6. & per istud, quamuis, videtur comparare ad minorem ætatem: videtur enim aliquibus sufficere talem esse maiorem 14. annis, ex quo alius curam exercet, & hoc tollit: tamen de mente iuris non est, quod claustralis gerat curam populi. de capel. monachor. c. 1. & vide quod ibi dixi.

Claustralis curā populi gerere nō debet.

[Glo.seq.alleg. quinque concor. & remittit, & rationem diuersitatis dicit non reddendam.]

g Xx. annum peregerit.] concor. de regula. ad nostram. de offic. deleg. cum vicesimum. vbi de hoc plenius. de elect. cum in cunctis. ad idem eo. ti. indemnitatibus. lib. 6. de æta. & qual. c. vni. lib. 6. quod autem hic requiratur annus perfectus, & supra sufficit inchoatus, & ē de arbitrarijs, quæ pendent ex principis voluntate.

h ¶ Istos vel illos.] scilicet conuentuales, vel non conuentuales curatos. Et not. quod licet decre. licet canon. de elect. lib. 6. locū non habeat in ecclesijs collegiatis, & assumptis ad ipsarum regimen. vt eod. tit. statutum. in prioratibus tamen conuentualibus, & religiosis, & ipsorum prioribus locum habet, vt hic.

[Glo.seq.probat quod dicitur, monachos non manere solos, de claustralibus intelligi.]

b ¶ Ad claustrum.] sæpius dixi & scripsi de capel. mona. cap. si quæ. concord. huic, quod iura, quæ tractant de monachis ne soli maneant in capellis, de claustralibus intelliguntur: quod patet hic & ibi. Si ergo monachus est perpetuus institutus ad curam populi, & sic nihil habet commune cum monasterio. 15. q. 1. ne pro cuiuslibet. socium non tenet, & sic seruatur de facto, nec occurrit ratio, quare abbas talem monachum de suo claustrali monacho sociaret, sed obedientiarius, qui claustralis est, qui solo nutu abbatis reuocatur ad claustrum, iste non debere esse solus, vt cum socio aliqualem stabilitatem claustri seruet, & idem in regulari canonico, vt scripsi eo. tit. quod Dei timorem. super magna glo.

Monachi claustrales soli ī capellis manere nō debēt, sed bene perpetuo instituti.

[Glo.seq. exponit, & obiectionem soluit.]

c ¶ Seruitutis.] cum titulo vel sine, de capel. mona. ca. fi. inf. de exce. præl. frequens. ver. quidem. Sed dices quod etiam clericus sæcularis debet habere socium, cum quo celebret. de fi. presby. veniens. cum concor. fateor, quod eget seruitore, sed non socio, & ideo sufficere poterit talis locus presbytero, & seruienti, qui duobus monachis non sufficeret.

d ¶ Ceterum.] octaua pars.

e ¶ Conuentuales.] in quibus. s. sunt plures collegialiter, de quo satis scripsi de iure patronat. nobis, non vt

[Glo.seq. notat specialem casum.]

i ¶ Habuerint.) non dicit, receperint, per quod vult cōprehēdere etiam iam promotos, & est simile de elect. cū in cūctis. §. hoc sane. sed cōtradicit littera sequens: ibi, a tempore collationis, & c. sed supplendum videtur in prius commissis a tempore, quo ligat constitutio.

Cap. licet canō ī Prioratibus habet locum.

k ¶ Adeptæ.) vel ex quo per eos staret. de elect. commissa lib. 6.

l ¶ Si ante annum.) & sic non sunt apti ad sacerdotiū. sup. ead. compil. de æta. & qual. generalem.

m ¶ Rationabili causa.) vt infirmitatis, irregularitatis superuenientis sine culpa sua, vel præcedentis, in qua sufficienter dispensatum esset. de æta. & qualit. tuam. vel his similibus.

n ¶ Conferantur.) concor. de elect. commissa. §. porro. lib. 6.

o ¶ Expresse.) reprobat quod no. Ægidius de elect. cum in magistrum. vbi dicebat tēporalibus administrationibus monasteriorum posse præfici non professos, cū illi sint quasi castaldi: hic autem vides quod non sufficit tacita professio, vt decre. nullus. de elect. lib. 6. etiam in his hodie locum habeat.

p ¶ Consuetudine) not. casum nouum, quo damnatur

con-

cõſuetudo. ſic inf. c. proxi. in fi. & inf. tit. 1. c. 2. §. vt autem, & ſup. ead. compil. de æta. & quali. vt hi. cũ ſuis concor. Et no. licet damnet conſuetudinem de non reſidendo in prioratibus, nõ per hoc damnat illam, quę habet, ꝙ tales priores vocẽ habeant in electione maioris abbatis, de qua no. de priuil. ca. 1. in fi lib. 6. & dixi de relig. domi. c. fi.

Cõſuetudo de nõ reſidendo in Priorati- bus no valet.

[Gloſſa ſequens notat ſeptem æquiparantias.

Prioratus manualis ęqparatur, in multis ꝑpetuis bñficijs.

re: [a] niſi ex ſtudiorũ [b] vel alia cauſa [c] rationabili ad tempus forte ab hmõi reſidentia excuſentur.

¶ Prouidet de monachorũ ordinatione & ipſorũ doctrina. Io. And.

¶ Ad ampliationem [d] autem cultus diuini: ſtatuimus, quod monachi quilibet [e] ad monitionem abbatis ſe faciant ad omnes ordines ſacros (excuſatione ceſſante legitima [f]) promoueri. [g] Rurſus, vt ipſis monachis proficiendi in ſcientia, via opportuna non deſit, [h] in ſingulis ipſorum monaſterijs, quibus ad hoc ſuppetunt facultates, [i] idoneus teneatur magiſter, qui eos in primitiuis ſcientijs inſtruat diligenter.

¶ Confirmat & innouat decretalem ſupra eodem, cum ad monaſteriũ, &c. in ſingulis. h. d. Io. And.

¶ Præmiſſa [k] igitur omnia, & ea nihilominus, quæ felicis recordationis Innocẽtius Papa quartus prædeceſſor noſter circa ſtatum monachorum ipſorum pro vberiori cultu obſeruantiæ regularis, quo ad vſum camiſiarũ, abdicationem proprietatis, ſilentium, & eſum carnium, ac de eorum capitulis de triennio in trienniũ celebrandis, & etiam quo ad quælibet alia ſtatuit, [l] (quæ omnia innouamus & approbamus) expreſſe volumus, & ſtatuimus firmiter obſeruari. [m]

¶ Idem in eodem.

¶ Moniales, quæ nulli ſubſunt niſi Papæ, & canonici ſæculares, ꝑ ordinarios, & alia exempta per ſuos prælatos debent annis ſingulis viſitari. Et ponit numerum perſonarum viſitationi intereſſe debentium. hoc dicit. Zabarel.

CAP. II.

Attendentes [n] † quod vbi gubernaculum diſciplinæ contemnitur [o] reſtat vt religio naufragetur, [p] prouidendum cenſuimus eſſe pręcipue, ne per contemptum huiuſmodi [q] in his, qui ſe Chriſto [r] voto celebri [s] deſponderunt, quicq̃ reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam, &

† Vide cõc. Trid. ſeſſ. 25. ti. de Regularibus. cap. 9.

Attendentes.] CASVS. Sanctiſſime pater, vellẽ informari a ſanctitate veſtra, videlicet vtrum ordinarij, hoc eſt epiſcopi debeãt viſitare monaſteria Monialiũ, & qualiter debeant viſitare? dicit Clemens, ſiue monaſteria ſint exempta ſiue non, ordinarij debẽt illa viſitare: ſed ſi ſint exẽpta viſitãt auctoritate hui⁹ c. ſibi delegata a Papa: ſi nõ ſint exempta, tũc viſitãt auctoritatẽ ſua ordinaria. Sed quæritur, ſub qua forma debeant viſitare illa monaſteria? Dicit qđ forma hic contenta. Nota ibi, [Monialiũ &c.] de monaſterijs Monialiũ viſitandis. Et dicit Pau. qđ nomine Monialiũ non comprehendunt monaſteria virorum. ff. đ leg. 2. ſi ita ſcriptũ, quia femininum nõ comprehẽdit maſculinum. vt ibi. ꝓ hoc no. ĩ. §. ſtatuimus, in glo. in abbatib. Nota de macula euitanda in religione: nam ſine macula & ruga dẽt eſſe ſpõſa Chriſti. 21. diſt. quamuis. Zabarella.

[Prima gloſſa ſimul diuidit, & ſummat.]

n ¶ Attendentes.] ¶ Primo ponit exordium. Secundo conſtitutionẽ; ibi, [Hoc igitur ſacro.] in quo primo ſtatuit qđ ordinarij ſingulis annis viſitent monaſteria Monialiũ nõ exẽpta, & exempta, quæ ſoli Papæ ſubſunt: reliqua exempta viſitent ſuperiores ipſorum. Secundo ſtatuit de officio viſitantiũ, ibi] viſitatores.] Tertio præcipit abbatiſſas benedicendas debere intra annũ, poſt confirmationem bñdici, & pœnã imponit; ibi, Statuimus.] Quarto: ibi, [illas quoque.] cõſtitutionem prorogat ad canonicas cũ quadam proteſtatione. Quinto: ibi. [Ipſos autem.] determinat comitiuam viſitãtium. Sexto, ibi. [Si qui vero,] punit illos, qui viſitantes prædictos impediunt.

a ¶ Reſidere.] colligе ex hac conſtõne, & ex illa. ſup. ea. cõpil. de ſupplen. negli. prælat. c. vnico. quomodo in multis ęqparantur Prioratus manuales perpetuis beneficijs, ſcilicet in tempore Laterañ. cõcilij. de conceſ. præben cap. 2. in cenſib. nouis non imponendis, neque antiquis augendis, in fructibus ipſorum cum vacent non occupandis, in ipſorum pluralitate non habenda, in ætate, in ordine, in profeſſione, & reſidentia.

b ¶ Ex ſtudiorũ] de ele. nõ reſi. relatum.

c ¶ Cauſa rationabili.] propter infirmitatem, aeris intẽperiẽ, capitales inimicitias vel ſimilia.

d ¶ Ad ampliationem:] nona pars, & huic princip. concor. de conſti. cap. penultimo.

e ¶ Quilibet.] nõ põt ergo negari, quin in omnibus monachis locum habeat quod hic dicitur.

f ¶ Legitima.] quam ſi habet & non exauditur, ſupplicet vel appellet ad ſuperiorem abbatis ad inſtar ſerui ſupplicantis cõtra dominum, C. de preci. Impe. offe. l. 1. de ap. de priore. de iure patronatus nullius.

Seruus ꝯ dñm ſupplicare põt.

g ¶ Promoueri.] ita & contra prohibitionem abbatis promoueri non debent, de temp. ordi. ad aures.

h ¶ Non deſit.] concor. de magiſtris. cap. 1. & cap. quia nonnullis.

i ¶ Facultates.] Si Abbas hoc non ſeruans, dicit facultates non ſufficere, epiſcopus, facta de hoc inquiſitione, ſi inueniat illas ſufficere, illũ coget ad hoc, vel ponet ibi magiſtrum, de magiſtris, c. 2.

k ¶ Præmiſſa.] decima pars.

l ¶ Statuit.] eo. tit. cum ad monaſterium, & c. in ſingulis, & ibi vide de his prohibitis.

m ¶ Obſeruari.] præcedens ergo diſſuetudo circa præſcripta vel ſupradicta non iuuat, & tamen innouatio iſta de facto non proficit.

o ¶ Contemnitur.] 45. diſt. Salomon. & c. ſeq. Io. Chryſoſtomus: Vbi non timetur reprehenſor, ſecurus accedit tentator. & facilitas venię, &c. de vita & honeſ. cleri. vt clericorum, cũm ſuis concor.

p ¶ Naufragetur.] quaſi naufragium patiatur, facit de pænit. diſt. 2. poſt naufragium 24. q. 1. non turbatur. 23. diſt. c. 1. poſt princ.

q ¶ Hiuſmodi.] correctionis & diſciplinæ.

r ¶ Chriſto.] 27 q. 1. quæ Chriſto.

s ¶ Celebri.] Dicitur a cælo, & ponitur pro ſancto, pro ſolemni, pro feſtiuo, pro frequentato.

diuinam merito possit offendere [a] maiestatem. ¶ Hoc igitur sacro approbante concilio duximus statuendum, vt singula Monialium monasteria per ordinarios, [b] exempta videlicet, quę ita sedi Apostolicæ, quod nulli alii subiecta noscuntur, Apostolica, [c] non exempta vero ordinaria auctoritate, ac exempta alia [d] per alios qbus subsunt, annis [e] singulis debeant [f] visitari. ¶ Visitatores autem huiusmodi solicitudinis studium diligenter impendant, [g] vt Moniales [h] ipsæ (quarum nonnullos dolentes [i] audiuimus in subscriptis excedere [k]) pannis fericis, [l] variorum foderaturis, sãdaliciis, [m] comatis & cornutis [n] crinibus, scacatis & virgatis [o] caputiolis non vtantur: non choreas, [p] non festa [q] sæcularium prosequantur, nõ die noctu vel per vicos & plateas incedant, [r] aut voluptuosam aliàs vitam ducant, easq; solertius [s] retrahant ab insolentiis [t] quibuslibet & mundi huius illecebris, [v] ac inducãt easdem ad impendendum in monasteriis suis deuotum & debitũ virtutum Domino famulatum. Ad quæ omnia [x] obseruanda Moniales easdem (non obstantibus exemptionibus & priuilegiis quibuscunque, quibus tñ quo ad alia [y] nolumus præiudicium generari) per illos, de quibus supradictum est, compelli [z] iubemus remedijs opportunis.

¶ Statuimus insuper, vt quæuis ad regimen abbatiarum assumptæ in mo-

a ¶ Offendere.] quod grauius est, quàm offendere terrenam, de hæret. vergentis.

b ¶ Per ordinarios.] annis singulis debeant visitari, quod est inf.

c ¶ Apostolica.] auctoritate, quod sequitur.

[Gl. seq. distinguit duas species exẽptarum, & ad quæstionem respondet.

Monasteriorũ exẽptorũ duę sunt species.

d ¶ Alia.] istorum ergo monasteriorũ exẽptorũ duæ sunt species: aliqua sunt exẽpta, quæ nõ recognoscunt superiorẽ: nisi Papam; alia sunt exẽpta, quia sunt ordinum exemptorũ; sicut monasteria ordinis Cistercieñ. Camaldul. & similiũ, illa ergo non corrigat ordinarius loci, sed Abbas vel Prior, cui subsunt. Si autẽ monasteria Monialium, subsũt alijs monasterijs Monialiũ, cũ illa maior pﾛlata clausurã exire non debeat. eo. tit. c. vnico, li. 6. vñ quod illud monasterium sic subiectum possit ordinarius visitare. Archidiaconus in pdi. decr. vnica. tenet, quod illa maior pﾛlata per se visitare non possit, sed cũ iuste sit impedita, visitabit p aliũ. 10. q. 1. episcopum. facit de offi. ord. inter eo. tit. si episcopus. lib. 6 & secundum hoc cessabit ibi officium ordinarij.

[Glo. seq. in quæstione remittit, & aliam soluit.]

Visitatio iterari potest.

e ¶ Annis singulis.] an sufficiat hoc fieri in fine primi anni & in principio secundi, vide quod scripsi eo. tit. in singulis, in prin. hæc autem visitatio fiet semel tãtũ in anno: iterari tñ poterit, si subsit causa, q dic vt no. de offi. archi. mãdamus de censi. cum venerabilis, q de non exemptis est indubitatum: sed idem puto de exemptis, nec ista littera contradicit.

Debeo debes necessitatẽ importãt.

f ¶ Debeant.] male facient prælati, qui has visitationes omittunt, cũ hoc verbum sit præcepti, & necessitatẽ importet, de appell. oblatæ. in fi. de senten. excõ. vt famæ, etsi quandoq; sapiat honestatem: sed illud speciale. de despon. impu. c. 1.

g ¶ Impendant.] capitula, super quibus inquirunt visitatores monasteriorũ, formauit Guli. in Spe. de inquisitione. §. tunc tractemus, versi. licet autem.

h ¶ Moniales.] Abbatissas includit. de simo. cap. fi. de priui. ex ore.

i ¶ Dolentes.] concor. sup. eo. recolentes. in prin. de celeb. Miss. dolentes. inf. de censi. ad nostrum. in princ. s. ea. compil. de elect. in plerisque.

k ¶ Excedere.] iunge hic litteram, non vtantur. Ioan. Andr.

l ¶ Sericis.] imo nec habere debent sericam texturã. 21. q. 4. c. 1. sed portare debent vestes aptas professioni & sanctimoniæ. 21. q. 4. c. fi. 23. dist. sanctimoniales. & facit sup. ea. compil. de vita & hon. cle. quoniam in prin. Fulgentius ad Probam. Vestis talis sit sacræ virginis, quæ testis sit intimæ castitatis.

Fulgentij dictum.

m ¶ Sãdalicijs.] de his de vsu. pal. c. fi. & 93. dist. §. compagis, & sunt calceamenta, quibus vtuntur epi induti pontificalibus.

[Glo. seq. tractat, an Moniales tondeantur.]

n ¶ Et cornutis.] per hanc copulam non videtur prohibere comas ipsarũ, vbi cornutæ nõ sũt, facit. 30. dist. quicunque. & 20. q. 3. c. 2. vbi tenet hoc Lau. cũ ibi pcipiat clericos tonderi & nõ Moniales: apud nos cõiter tondẽtur Moniales: & quęcunque. de sæcularibus feminis intelligitur, quæ in sui velamen & subiectionis signum crinibus vtuntur. Refert Vegetius de re militari, q cũ Romanis neruorum & funium copia defecisset, & nõ possent ad resistẽdũ bellatoribus machinas reparare, Romanæ mulieres abscissis crinib. eos maritis tradiderũt p quos reparatis machinis aduersariorũ impetũ repulerũt; maluerũt n. (vt ipse dicit) pudicissimæ feminæ maritis conuiuere capite deformato, quam integris crinibus hostib. seruire. sic puto plus Monialib. expedire deformato capite Deo cõuiuere, q crines polliendo humani gñis hosti seruire. Io. An.

Mulieres Romanę p machinarũ reparatione crines abscãderunt.

o ¶ Virgatis.] hæc prohibentur etiam sæcularibus clericis, sup. ea. compil. de vita & hon. cleri. quoniam. in prin. & in fine.

p ¶ Choreas.] Vide quod dicam infra, de celeb. Miss. c. vnico circa medium.

q ¶ Festa.] Cyprianus de laude virginitatis sic loquitur. Nec cõputari iam potes inter puellas virgines Christi, quæ sic viuis, vt possis adamari.

r ¶ Incedant.] etiam ex honesta causa, debent enim manere sub clausura. eo. tit. c. vno. lib. 6.

s ¶ Solertius.] sup. ea. compil. de offi. ord. ca. vnico. ibi exponitur.

t ¶ Insolentijs.] sup. ea. compil. de offic. ord. cap. 1. ibi exponitur.

v ¶ Illecebris.] scilicet carnalibus, vel illicitis delectationibus: sic dictis, quia illiciunt.

x ¶ Omnia.] & similia de const. translato. de rescrip. inter. ff. de legi. non possunt. vnde si portarent vestes rubeas vel virides, vel in similibus hic non expressis excederent, coercebunt ordinarij.

Procuratio visitationi est annexa.

y ¶ Alia.] legis diœcesanæ vel iurisdõnis, quæ plene no. ff. de offi. ord. dilectus. per hoc tamen non eximit illas a procuratione, cum illa sit annexa visitationi. de præscript. cum ex officij. de censi. cum venerabilis.

[Gl. sequens soluit dubium principale, & quoddam incidens.

z ¶ Compelli.] per hoc vñ, q non possunt exemptas destituere: facit quod scripsi post Inn. de æta & quali. quæris. in fi. de rescr. dilectus. 2. & facit, s. e. ti. ea quę.

nasterijs, in quibus abbatissæ sunt solitæ [a] benedici, [b] intra annum à suæ cōfirmationis tempore [c] cōputandum, † munus benedictionis suscipiant, alioquin à iure suo (nisi subsit causa rōnabilis, [d]) prorsus se nouerint cecidisse, [e] per illos [f] ad quos id pertinet, prouisione de abbatissis monasterijs ipsis canonice facienda. ¶ Illas quoque mulieres, quæ vulgo [g] dicuntur canonicæ sæculares, [h] & vt sæculares canonici vitam ducunt, non renunciantes proprio, nec professionem aliquam facientes, per locorum ordinarios; si exēptæ non fuerint, suas, si vero exēptę fuerint, Apostolica auctoritate præcipimus visitari: Per hoc tñ nō intendentes earū statum, regulam seu ordinē approbare. [i] ¶ Ipsos autem visitatores notarijs duobus, [k] & personis duabus [l] suæ [m] ecclesię: quatuorq; viris [n] aliis honestis vtique & maturis [o] præcipimus in ea, quam visitando facient, inquisitione fore cōtentos. [p] ¶ Si qui vero visitatores ipsos [q] in p̄missis impedire [r] præsūpserint,

† Al. numerandum.

versi. hæc eadem, quam per hanc immutari nō puto, quinetiam hodie illa loca visitēt visitatores à capitulis prouincialibus deputati, ꝙ patet, quia visitant ēt non exēpta, vt ibi, ergo ordinariorū potestas nō impedit ipsorum officiū. Exerceant ergo ordinarij quo ad exēptas censurā, & disciplinas regulæ, sup. ca. proxi. §. si quis, & hæc sunt remedia opportuna, de quibus sequitur.

[Gloss seq. infert, quærit, & soluit.]

Abbatissę nō omnes benedicuntur.

a ¶ Solitæ.] licet ergo Abbatissæ bñdicantur, tñ non omnes. inspicitur ergo mos monasterii. concord. sup. c. proxi. parte 2. versi. monachis alienationes. & 12 q. 2. allegationes. Quid si aliquæ fuerint bñdictæ, aliquæ non? puto si de more seruato per xl. annos pateret posset, illū sequēdum, licet prius vel post seruatum fuerit contrarium, arg. de præb. cum de beneficio lib. 6. vbi vero affirmatiua, vel negatiua tanti temporis non apparet; puto pœnam istam locum non habere quasi ex varia obseruatione videatur hoc voluntarium, ad hoc de censi ex parte.

[Glo. seq. ponit differentiam inter benedictionem abbatis & abbatissæ: secundo quærit, an sit iterabilis, & duas opiniones ponit.

Abbas plus consequit̄ p benedictionem quam abbatissa.

b ¶ Benedici.] vt scripsi post Host. de accusa. meminimus, minus habet benedictio abbatissæ quā abbatis: quia abbas bñdictus monachos benedicit. de suppl. neglig. præl. c. 1. & confert minores ordines, de æta. & qualit. cum contingat, quod ex fragilitate sexus abbatissa non facit, de pęnit. & rem. noua. cum simil. Licet ergo benedictio abbatis nō sit simplex, sed mixta inter simplicē, & ordinariā, vt scripsi post Host. de æta. & qual. tuam. benedictio tñ abbatissæ simplex videt̄. Itē licet benedictio abbatis, à qua dependet ordinandi potestas his diebus dari debeat, quibus dādus est ordo, sec. Host. qui dicit id tutius, de æta. & qual. cum contingat, de ista tñ, a qua potestas illa nō dependet, minus vr̄ dubiū, qn quolibet die dari possit, facit de consec. eccl. vel alta. c. 2. & satis est certū tp̄s illi, vel suis dependentijs non esse præfixū. Sed dubitatur an hæc benedictio sit iterabilis? [1] Hug. hic tenet ꝙ nō. 1. q. 1. manus, est. n. quasi sacramentum, & ad instar benedictionis nuptiarum, de sec. nupt. c. 1. & 3. Quidā cōtra. Inquirendum esset quid seruet curia: certum est autē pro his benedictionibus dandis, vel datis pretiū exigi non debere, de simo. sicut 3.

1 De hoc dubio uide omnino Turrecrematā in c. manus impositio. 2. q. 1.

c ¶ Tempore.] sic etiam currit tempus consecrationis epi. s. post confirmationem 100. d. ca. 1. de hoc de ele. cum in cunctis. ver. cum vero.

[Gloss. seq. ponit quinque exempla notabilia pro necessitate.]

d ¶ Rōnabilis.] puta ipsius infirmitas, volūtas dięcesani per ipsum sępius requisiti, vacatio sedis, vel his similia 2. Idē puto si possessionē abbatiæ nō habuisset, neque p cā stetisset, ad hoc 92 d. si qui epi. de elect. commissa. lib. 6. Itē si corrupta promota esset per eū, qui posset nō bñdiceretur. & facit ꝙ no. Host. 20. q. 1. iuuenculas, qui eū qui posset, dixi: quia corrupta non pōt in abbatissā eligi, vt ibi, & facit 1. q. 7. c. 1. ver. nouimus, & no. 31. q. 1. quomodo virginibus, non. n. posset corrupta virginitatē hortari. 26. dis. c. penul. in fi. ergo non præsit virginibus.

[Glo seq. quæstionem soluit.]

e ¶ Cecidisse.] In abbatibus, in quibus hoc nō exprimit̄, non habet locū hæc pęna: licet enim masculinum 2 comprehēdat femininū, non tamen conuertitur: exemplo. n. & c. ff. de lega. 2. si ita sit scriptum.

2 Vide Arc. in ca. si quis suadente. 17. q. 4.

f ¶ Per illos.] siue sīt collegia, ad quæ spectat de iure communi, de elect. 16. q. vlt. c. vlt. & de elect. c. 1. siue sint alii, ad quos de iure speciali spectet prouisio, de res. in integ. c. 2.

g ¶ Vulgo.] facit infra c. proxi. in princ. cum concor.

h ¶ Canonicæ sęculares.] de his. de elect. c. de indemnitatib. §. pen. lib. 6. & no. 12. q. vlt. c. vlt. & de maior. & obe. dilecta. in gl. pen.

i ¶ Approbare.] imo reprobare videtur 18. q. 2. perniciosam.

K ¶ Duobus.] negatiue sumitur, i. non pluribus, facit 26. d. c. 1. & de hoc no. de resti. licet r. Idem repete de sequentibus, & hæc probat littera, contentos, quæ sequitur.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

l ¶ Duabus.] decr. vt iuxta. de off ord. dicit de duabus vel tribus, sed hæc decre. specialiter loquitur in monasterijs Monialium.

m ¶ Suæ ecclesiæ.] cathedralis vel inferioris.

n ¶ Viris aliis.] non distinguit. sint clerici, vel alij, tamen decret. vt iuxta, de off. ordin. præcipit sæculares excludi.

o ¶ Maturis.] ætate, de ele. cum in cunctis, in prin.

[Gl. seq. ponit duo diuersæ, & dubium soluit)

Visitās quot personas debet habere.

p ¶ Contentos) circa visitationem aliorum monasteriorum, & locorum seruetur decr. vt iuxta, de off. or. circa visitationē, q̃ facit ep̄s de proprio capitulo, præcipue regulari, seruetur extrau. Bonifacij, de of. ord. debent. hic autem taxat numerum intromittendorū in capitulo tempore visitationis, per hoc tamen non restringit numerum procutandorum statutum, de censi. cum Apostolus.

q ¶ Ipsos.) ordinarios visitantes Apostolica auctoritate, vel propria, uel superioris ipsorum monasteriorū.

[Gl. seq. primo soluit quæstionem, secundo quęrit, arguit primo & contra.)

Visitare uolens, an debeat præmonere uisitandos.

r ¶ Impedire.) per hanc litteram puto, ꝙ necesse sit impedimētū præcedere, & monitionē sequi ad hoc, ut locus sit huic pęnæ, hoc dico, qa uidi pręlatos scribentes, quandoque Monialibus, quod parent se certa die ad recipiendā uisitationem ipsorū, & in eisdem litteris faciunt monitionē, ꝙ nullus impediat, talis enim monitio debet fieri, ut desistāt ab illato impedimēto, ut locus sit huic pęnæ, facit quod scripsi de cōcess. præb. cum nostris, & super gl. 2. Sed nunquid illato impedimento fiet monitio nominatim, an sufficiet generalis? pro & contra facit sup. ea. compil. de uita, & honestate clericorum. cap. 1. de sent. excom. constitutionem. lib. 6.

(Gl. seq. remittit ad simile, secundo dubiū soluit.)

a ¶ Ipso

a ¶ Ipso facto.) est ergo iste casus, quo sufficit monitio, nec est necessaria sententia. concor. decr. sup. ead. compil. de uita & honest. cle. c. I. Absoluit autem ordinarius: ex quo Papa non reseruat, ut de sent. excom mun. nuper.



VM de quibusdã.] Accipe gl. & ẽm diuisionẽ prosequere particulas, & nõ ĩdigebis positione cas⁹. Not. primo, ꝙ ad hoc, ꝙ qs dicat̃ religiosus, oportet ꝙ ꝑmittat tria vota, quę sũt de substantia cuiuslibet religionis. s. obediẽtiam, paupertatem, & castitatẽ. Secundo not. iuncta gl. personas, quibus permittitur prędicare No. tertio casum, in quo qs ipso facto ĩcurrit sñiam excõicationis; videlicet, si mulieres Beguinę assumãt statum suum post istã constõnem, vel si nõ dimittant, tũc. n. ipso facto sunt excõicatæ. Not. tres sunt ordines B. Francisci: Primus est masculorũ, qui profitẽtur omnia substãtialia ordinis, & religionis cuiuslibet: Et iste est strictissimus, de quo in clem. exiui đ paradiso. de ver sig.

seu aliquo præmissorum (ni si moniti resipiscant) ipso facto a excommunicationis sententiam se nõuerint incursuros, priuilegiis, statutis, & consuetudinib. quibuslibet in contrariũ minime valituris.

TITVLVS XI.

De religiosis domibus, vt Episcopo sint subiectæ.

Clemens V. in Concilio Viennens.

¶ *Mulieres statũ Beguinarũ sectantes, & de nouo assumẽtes, ac religiosi in hoc dantes cõsilium, vel fauorem ipso facto sunt excommunicati: Status tamẽ pænitẽtialis per hoc nõ interdicitur, secundum Pau.*

Secundus ordo B. Franc. est ordo S. Clarę sororũ, q̃ ẽt profitẽtur illa substantialia. Sed differt à primo, quia iste habet ꝓpriũ in cõi, ꝙ non habet primus ordo Minorũ. Tertius est ordo cõis masculis, & feminis, in quo existẽtes promittũt obediẽtiã, & quãdam habet regulam, nõ proprie, quo ad tria substantialia, sed ad quendã modum viuendi per Sedem Apostolicam approbatum, & hoc voluit gl. in ver. obedientiam. Et ille tertius ordo est pro viuentibus in coniugio, tamen secundũ modum viuendi eis datum abstinent certis diebus qualibet septimana à thoro: Ideo nota ex prædictis, ꝙ non profitentes tria substantialia, non dicũtur proprie habere regulam, sed quẽdam modum viuendi, & per cõsequens, nõ dicunt̃ proprie regulares. No. etiam ꝙ nedum feminis, & laicis maribus prædicare non licet, sed nec etiã clericis, qui non sunt curati, vel priuilegiati. No. ꝙ nomine mulierũ continẽtur mulieres cuiuscunq; conditionis, etiam virgines, de hoc in gl. 2. No. in §. Sane. in fine, ꝙ inspiratio ad bonum procedit à Deo, & hæc est lex priuata, quæ superat omnem, de reg. licet, de renun. nisi §. verum. 21. q. 2. duæ. dat Lau. ver.

Tu spiras vbi vis, tu munera diuidis vt vis.

Tu q̃d vis cui vis, tu quẽ vis munere quo vis. Zab.

[Prima glossa summando diuidit, dicit quid causã constitutioni dederit, tandem subdit de quibusdam declaratorijs.]

b ¶ Cum de quibusdam.] Primo ponẽs constitutionis causã abolet, & dãnat statum Beguinarum, & excommunicat illum sectantes, vel de nouo assumentes. Secũdo ibi, [prædictis] excõicãt religiosos dantes circa id consilium, auxilium, vel fauorem. Tertio protestat statum pęnitentiæ, & humilitatis per id mulierib. nõ prohiberi. ibi, [Sane.] Constitutioni forte causam dedit, qod no. Hostien. de pæniten. & remiss. cum ex eo, dum enim ibi dicitur, quod quæstores eleemosynarũ non hospitentur in locis incongruis, dicit ibi Host. parcit, quod non dicit prostibulis: sed cauẽdũ est à quasi prostibulis, sicut sunt hospitia Beguinarum, qđ pernicìosum genus est mulierum, quæ [1] de facili alios quam religiosos admittũt, à quib. omnib. modis est cauendum. 18. q. 2. diffinimus, & c. perniciosam, Alibi etiam no. Host. quod à Beguinis cauendũ est. de fri. fraternitatis. post prin. de vi. & honest. cle. monasteria alibi no. de iure. iur. & si Chr̃s. ver. Angelus, quendã dixisse tempora mutata in malum, ex quo conscientia cœpit esse peccatum: Deus nouit iuramentũ, & Beguinatus religio. dicitur quædam declaratoria super hac constitutione emanasse, quam de curia habere non potui, & a quibusdam audiui, quod a curia non manauit. Vide autem duas contrarias, & vt puto in Alemania compositas, quarum altera videbatur edita ad consultationẽ Episcopi Argentini.

CAP. I.



VM b † de quibusdã mulierib. c Beguinabus d vulgariter e nuncupatis f quæ cũ nulli † promittant obediẽtiã, g nec propriis renũcient, neq; profiteantur aliquã regulam approbatam religiosę nequaquã existunt: quamquam habitum, qui Beguinarum dicitur, deferant, & adhęreant religiosis aliquibus, ad quos specialiter trahitur affectio h earũdem) nobis fide digna relatione insinuatum extiterit, quod earũ aliquę quasi perductæ in mentis insaniam, i de summa Trinitate ac diuina essentia disputent k & prędicent, l ac circa †

† Vide cle. Ad nostrũ. inf. de hær. & extrauag. Io 22. inci. S. Romana, tit. de relig. domib.

† Al. nullã.

1 Al. ita: nec de facili alios, &c.

† Al. ita: ac circa fidei catholicę articulos, &c.

c Mulieribus.] Virgines nuptas, & viduas comprehẽdit, de hoc. ff. de verb. sig. mulieres. in prin.

d ¶ Beguinabus.] de erroribus [2] Beguinarũ, ꝙ Beguadorum Alemaniæ, inf. de hær. ad nostrum.

e ¶ Vulgariter.] inspicitur elocutio vulgi sup. ti. proxi. c. vlt. ver. illas quoque, infra de hære c. I §. sane de torne. c. I. de iniurijs. & si pignorationes, in prin. lib. 6. cum suis concor.

f ¶ Nuncupatis.] hic iunge litteram, nobis fide digna, &c. quod sequitur est interpositio.

Gl. seq remittit, & quæstionem soluit.]

g ¶ Obedientiã.] vide quod scripsi, qui cle. vel vo. consuluit, & quod no. Spe. de sta. mon ver 37. Et per hoc vr̃, ꝙ hæc cõstõ sorores minorũ, q̃ dñr tertij ordinis, [3] non includat, cum illæ promittant obedientiã. & habeant regulam non proprie, quo ad tria substãtialia, sed quendã modum viuẽdi per Sedem Apostolicam approbatum, quod mihi constat, & facit inf. de sent. excom. cum ex eo in princ. Secundus autem ordo est sororum S. Claræ quæ profitentur substantialia, sed differunt à primo, quia habent proprium in communi, quod non habet ordo Minorum.

h ¶ Affectio.] sic 95. dist. olim.

i ¶ Insaniam.] sicut illæ de quibus habetur 26. q. 5. episcopi, quæ se dicunt Dianam.

k ¶ Disputent.] quod etiam maribus laicis non licet, de hære. c. 2. §. 1. lib. 6. C. de sum Trin. l. pen.

l ¶ Prædicent.] hoc nõ licet mulieribus ẽt [3] prælatis

2 De horum errorib. vide plene ꝑ Guidonem Carmelitã ĩ summa de hæresib. tit. đ hęresibus Beguinorũ, & Beguinarum.

3 Vide Concil. Car. 4. c. 99. refert Iuo in decr. pa. 8. c. 324. & Grat. ĩ c. mulier hoc loco citato. 23 dist. Sorores minorum sunt in duplici differentia.

de

de pænit.& remiſ.noua 23. diſt.mulier.33.q.5. mulierem.nec licet maribus laicis,de hæret.cum ex iniuncto. nec clericis, niſi ſint curati, vel ſuper hoc priuilegiati, ſup.ead.Cōpil.de ſepult.dudum, poſt prin.& §.huiuſmodi,in principio.

fidei articulos, & eccleſiaſtica ſacramenta opiniones catholicæ fidei cōtrarias introducant,[a] & multos ſuper his decipientes ſimplices,eos in errores diuerſos inducant, aliaque quamplura periculum animarū parientia † ſub quodā velamine ſanctitatis[b] faciant & committant: Nos tam ex his, quam ex alijs de ipſarum opinione ſiniſtra frequenter auditis, eas merito ſuſpectas habentes, ſtatum earundē ſacro approbante Concilio perpetuo duximus prohibendum, & Dei Eccleſia penitus abolendū.[c] eiſdem & alijs mulierib. quibuſcumque ſub pœna excommunicationis, quam in contrarium faciētes incurrere volumus ipſo facto[d], iniungentes expreſſe, ne ſtatum huiuſmodi dudum[e] forte ab ipſis aſſumptum, quoquo modo ſectentur[f] vlterius, vel ipſum aliquatenus de nouo aſſumant.

¶ Prædictis vero religioſis,[g] per quos eædem mulieres in huiuſmodi Beguinarij ſtatu foueri, & ad ipſum ſuſcipiendum induci dicuntur, ſub ſimili excōmunicationis pœna quā eo ipſo, quod ſecus egerint ſe nouerint incurſuros,[h] diſtrictius inhibemus, ne mulieres aliquas prædictum ſtatum (vt præmittitur) dudū aſſumptū ſectantes, aut ipſum ſectātes, aut ipſum de nouo forſitan aſſumentes, quomodocumque admittant: ipſis ſuper eo ſectādo, vel aſſumendo prębētes vllo modo conſilium, auxilium, vel fauorem, nullo cōtra præmiſſa priuilegio valituro.

¶ Sane ꝑ prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin ſi fuerint fideles aliquæ mulieres, quæ promiſſa continentia, vel etiam non promiſſa honeſte in ſuis cōuerſantes hoſpitiis pænitentiam agere voluerint, & virtutū[i] Domino in humilitatis[k] ſpiritu deſeruire, hoc eiſdem liceat prout † Dominus ipſis inſpirabit.

¶ Idem.

¶ *Ponens constitutionis cauſam, ſtatuit hoſpitalia reformari per collatores ipſorum, & cogi rectores eorum ad conſeruationem locorum, & ſuorū iurium, & ad hoſpitalitatem tenēdam, ſtatuens per locorum ordinarios ſuppleri defectū, vel negligētiā collatorū ēt circa exēpta. Io. An.*

C A P. II.

QVIA † con-

a ¶ [Introducant.] quod hæreticum eſt, de hæret. ad abolendam in prin.

b ¶ [Sanctitatis.] ſm Gregorium. Simulata æquitas, duplex eſt iniquitas: ratio eſt, quia malum facit, & abutitur bono.

c ¶ [Abolendum.] concord. 68. diſt. chorepiſcopi.

d ¶ [Ipſo facto.] ex quo Papa ſibi, vel alteri abſolutionē non reſeruat, abſoluet ordinarius, de ſent.excom.nuper.

e ¶ [Dudum.] reſpicit præterita, quia illud exprimitur, & quia ratio huius antiqua.

f ¶ [Sectentur.] quaſi ſequantur, vel aſſequantur.

g ¶ [Religioſis.] alios non ligat, vt dicam ĩ. de ſen.excom.c.1.

Gloſ.ſeq.obiectionem ſoluit.]

h ¶ [Incurſuros.] quia participans crimini damnato, incurrit eādem pœnam excommunicationis de ſen. excom. nuper. & c.ſi concubinæ, non videbat hoc exprimi neceſſe: ſed quia vi ſcripſi in prædict.decret. nuper. illa pœna locum non habet, niſi duo concurrant, ꝙ crimini, & crimino ſo participet, ideo fuit hic expreſſum.

i ¶ [Virtutum.] ſ. tit. proxi. c. vlt. ver. viſitatores. in fi.

[Gl.ſeq.de humilitate dicit vnde dicatur, & plurib. auctoritatibus illam cōmendat, tres ipſius gradus interſerit.]

K ¶ [Humilitatis.] † ab humo dicitur, & vt B. Bernardus dicit. lib. de gradibus humilitatis: Humilitas eſt virtus, qua homo veriſſima cognitione ſibi vile ſcit, & poſt multa: Glorioſa res eſt humilitas: qa ipſa quoque ſuperbia palliari ſe appetit ne vileſcat facit 8. q. 1. in ſcripturis, in fine, de talibus dicitur, quod ſub ſpecie agni, lupum gerunt, de hæret. ut officium, libro 6. Caſſianus ponens decem humilitatis indicia, ponit illud octauum, cum quis ſe reliquis inferiorem non ſuperficie pronunciat labiorum, ſed intimo cordis credit affectu. Inde dicuntur tres gradus humilitatis: Primus, ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe æquali. facit 22. diſtin. de Conſtantinopolitanæ. in fine Secundus, ſubdere ſe æquali nec præferre ſe minori. Tertius ſubdere ſe minori, facit de pænitentijs, diſtinctione ſecunda, capitulo primo. Prima dicitur ſufficiens, & neceſſaria, ſecunda abundans, tertia ſuper abundans. De humilitatis efficacia, diabolus ad Macharium, vt legitur in vitis patrum: Ieiunas interdum, & ego nullo vnquam cibo reficior; tu ſæpe vigilas, me nunquam ſopor oppreſſit: humilitas tua ſola me vincit, & Ambroſis dicit, quod humilitas eſt clauis, quæ aperit regnum cælorum, & reſerat myſteria ſcripturarum. Et Gregorius in 4. Dominica de Aduentu: Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæcatur, & vide 93. diſtinct. Dominus. 100. diſtinct. contra morem.

QVia contingit.] Diuiditur in quattuor partes, vt patet in rubro ſecunda: ibi [Vt autē.] Tertia. ibi, [Præmiſſa.] quarta: ibi, [Cæterum.] Imol.

CASVS. Quia rectores eleemoſynariarū & leproſariarum negligebant curam dictorum locorum, & illa cura ſeu ſolicitudine poſtpoſita res, & bona ipſorum locorum non curabant reuocare ad proprietatem, & bona ipſorum locorum conuertebant in ſuos vſus, ꝙ eſt ꝯ intentionem fundatorum, & augmentationem ipſorū locorum: ideo fuit Papæ ſupplicatum, vt Concilium dignaretur prouidere; quod Concilium ſtatuit, vt bona alienata reuocent, & de redditibus faciant reparationes vtiles, & neceſſarias ipſis locis, & non conuertant in ſuos proprios vſus. Et quia rectores iſti poſſent eſſe negligentes, ideo ſtatuit concilium, ꝙ ordinarius loci eos compellat ad faciendum inuentarium de omnibus bonis ſpectantibus ad iſta loca. Item ꝙ compellant ipſos ad reddendum rationem quolibet anno. Item ordinauit Concilium, ꝙ illa loca non darentur clericis in titulum, ſed perſonis honeſtis, quæ habent vnde poſſint reſarcire damna, ſi qua eiſdem locis intulerint. Item dicit, quod ſi in illis locis ſint paupe-

peres

† al. parantia.

† Humilitas, quid ſit & de religs ſpectātib. ad materiā huius glo. vide plene B. Th. 2.2.q.161.

† al. ita: prout ipſis Dominus miniſtrabit.

c ¶ Relicti.] licet verbum, relicti, ad viui tabulas non ptineat, ff. de tab. exhi. l. 1. ad fi. facit de foro comp. conquestus. Idem tamen puto si inter viuos transferat vẽdendo pluribus vniuersitatem, vel permutando cum pluribus, vel plurib. donando, qui sunt modi transferẽdi, vt nota. eo. ti. cum sæculũ donationem tamen non posset facere priuatis sine cõsensu episcopi. vt plene scripsi. eo. ti. illud

Ius patronatus multipliciter trãfertur.

ab vno [a] ex patronis [b] ecclesiæ relicti [c] hæredes, [d] vocem dũtaxat vnius habebunt in pręsentatione rectoris. [e]

¶ Et vt [f] facilius [g] prouideatur ecclesijs, non inconueniens reputamus patronos [h] ipsos inter se posse libere [i] conuenire, de rectore ab eis alternis [k] vicibus præsentando: Quibus [l] etiam ex eadem [m] causa permittimus, [n] vt plures [o] ad vacantem ecclesiam possint eo modo præsentare [p] personas, [q] quod vno ex eis eligi per episcopum [r] valeat, & admitti.

d ¶ Hæredes.] sui vel extranei, cum nõ distinguat de hoc. 16. quæst. 7. considerandum, & dixi. eod. tit. cũ seculam.

e ¶ Rectoris.] & clerici: cum eadem sit ratio est tamen in hoc opinio, an patronus præsentet clericũ: tenet tñ quod not. eo. tit. postulasti.

[Gl. seq docet de tribus opi. primam approbatam, duas alias reprobatas.]

f ¶ Et vt.] circa hũc ver. erat triplex opinio. Prima, qđ hoc fieri posset: Secũda, ꝙ non posset: Tertia, ꝙ posset de auctoritate epi, aliàs non. hic reprobatur secũda, quã tenebat Inn. eod. tit. c. 1. & tertia, quã ipse idem tenebat. eo. tit. querimoniam, & approbat primam, quã tenebat Ber. eo. tit. c. 1. in fi. 1. glossę. & apertius ibi Tã. qđ placebat Vin. Phil. & Gof. inducebant. l. quoties ff. de vsuf. & ff. de ser. l. via in fi. ad idẽ. ff. cõi. diui. l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu.

g ¶ Facilius.] optarem hanc rationem ponderatã fuisse sup. proxi responso.

h ¶ Patronos.] oẽs; facit quod no. de elect. quia ꝓpter versi. vel saltem aliàs, iure communi, & c. de reg. iur. in re communi. lib. 6.

[Gl. seq dupliciter litteram exponit, & contrariũ soluit: secũdo soluit qõnem, ꝯ sol. alle. tria iura, quib. respondet, & solutionem iustificat.

i ¶ Libere.] id est sine superioris auctoritate, & sic improbat, quod no. Inn. in decre. querimoniam. Item dic libere, ẽt si nõ vacet ecclesia. facit de dona. consultationibus. sup ea. cõpil. de rebus eccle non alie. si vna, hoc ꝓbat plurale, alternis vicibus: certũ est. n. ꝙ vna vice nõ cõcurrit duplex vacatio. Nõ obstat de concess. præbẽ. c. si. quia illud fiebat in fraudem vacaturę, hoc aũt fit ad tollendã discordiam, & ad faciliorem prouisionẽ ecclesiæ. Et eadem rõne videretur patronos pluriũ ecclesiarum posse inter se diuidere. s. vt vnus sit patronus in vna, & alius in alia, vt not. Vinc. eod. titu. ca. 1. & c. ex insinuatione. Sed contra. ff. fami. ercis. l. quædã. ff. de ali. leg. l. 3. ff. de iure pat. l. fi. per quæ patet, patronatum libertorum inter patronos diuidi nõ posse, licet alimentorũ præstationes diuidere possint. Sed dici posset, ꝙ fortius est ius patronatus libertorũ quàm ecclesiarum, vnde illud nõ alienatur, istud sic: illud transit in suos etiã non hæredes. ff. de iure pa. filij. ff. de lib. le. Aurena, & lio. §. Caius. istud nõ

Patroni plurium ecclesiarum

pñt inter se facere, qđ vnus sit patronus in vna, & alius in alia.

vt scripsi post Innoc. eo tit. cum seculum. Item vt ibi nota. permutatur patronatus cum patronatu, quare ergo pars patronatus vnius ecclesię cũ parte, quã habet com patronus in alia, non poterit permutari, vt ꝙ iuris de toto, &c. de offi. deleg. pastoralis. §. 1. ff. de rei vend. quæ de tota.

K ¶ Alternis vicib.] id est, quod vnus prima vice qua occurreret vacatio, alter secũda, alter tertia: has ẽt vicissitudines qñq; seruant singulares psonę collegiorum in collationibus spectãtibus ad collegia. de præb. c. vlt. lib. 6.

Collationes qñq; fiunt per vices.

l ¶ Quibus etiam.] tertium dictũ inducens ius nouum & ęquissimum. quod intelligo de laicis vt inf. dicam.

m ¶ Ex eadem cã.] facilioris prouisionis ecclesiarum.

n ¶ Permittimus.] olim ergo hoc non licebat: bene. n. poterat laicus præsentato vno aliũ præsentare. eo. tit. quod autẽ & c. cum autem. & potior erat conditio instituti ab episcopo, vt ibi: videbatũ tñ epũs primo teneri: quod intellige vt dixi. eo. tit. pastoralis. Si ergo licebat sic successiue accumulare, honestum est, vt liceat etiam sic præsentare.

o ¶ Plures.] quotcunque, vt dixi in princ. cap.

p ¶ Præsentare.] simul vel successiue, licet enim cum olim laicus præsentabat secundũ, daretur optio epo, ipse tñ laicus instabat pro secũdo: mõ vero potest relinquere hoc epi optioni. Et sic no. qđ licet electionis nõ possint fieri alternatiue. de elec. c. 2. lib. 6. præsentationes sic, vt hic qđ de laicis intelligo vel clericis p̃sentãtibus ex patrimonio, in quibus locũ habebat, ꝙ dixi sup.

Electiones nõ possunt alternatiue fieri.

q ¶ Personas.] Etiam in minoribus constitutas. quod dic vt de instit. c. 2. lib. 6. Io. And.

r ¶ Per epm.] vel aliũ instituentẽ. cum eadẽ sit ratio.

TITVLVS XIII.

De censibus, & exactionibus & procurationibus.

¶Clemẽs V. in Cõc. Vien.

¶ Religiosi subire tenẽtur onera, quæ incũbebant ecclesiis per eos ante hoc concilium acquisitis, nisi priuilegio exẽptione, vel alia iusta causa iuuentur: quæ priuilegia vel exẽptiones non iuuant in ecclesiis post concilium acquirendis. h. d. Io. And.




CAP. I.

VM

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, &c.

Cõtinuatio

¶Visum est sup. de iure pat. verum quia patronus aliqñ in fundatione, & ẽt dotatione retinet aliquẽ censum auctoritate epi, & aliàs ꝓcurationes seu comessationes: ideo annectit rubricam, de censibus, &c.



Vm sit.] duæ sunt partes: quia primo, rõne premissa ponit statutum suum cum exceptione. Secundo, exceptionem limitat & declarat: ibi, Priuilegia. Imol.

CASVS. Papa alicui loco religioso ecclesiã Pictauen. vel Bituricẽ. dięcesis donauit, vel forte ipse episcopus cũ consensu sui capituli, a qua ecclesia episcopus cõsueuerat habere iura epalia, puta exigere procurationẽ ratione visitationis: quæritur vtrum p istã donationem ecclesia sit exempta ab omnib. oneribus.

ribus & iuribus ep̄alibus, vel vtrū religiosi illa onera teneātur soluere? Dicit Clemēs, quod tenētur supportare huiusmodi onera, nisi velint assignare congruā pensionem vicario, vt possit illa onera supportare: & hoc verū nisi iuuarentur priuilegio exemptionis, vel alia causa legitima, tamen priuilegium vel exemptio (si qua cōpetat) non ꝓficit in ecclesijs post cōciliū acquirēdis. Not. ꝙ q̄ sentit commodū, nō debet onus recusare vulgariter: Qui sentit onus, sentire debet & commodum. Et sumpta sunt hæc. ff. de reg. iur. tn̄ melius diceretur, quod sumunt a iuribus, vnde sumitur regula. l. 1. ff. de reg. iu. No. magis specifice cum ecclesia datur loco religioso ex donatione ep̄i, Papæ vel legati, tunc datur cum omnibus oneribus suis, & hoc nisi donarent pēsionem vicario vt sustineret huiusmodi onera. Not. iuncta gl. qđ Papa potest priuilegiare aliquē, vt non teneatur ad procurationem Apostolicę sedis, vel vt non teneat ad iura episcopalia. Et sic princeps pōt priuilegiare aliquē a solutione tallharum, vt ille priuilegiatus non teneatur soluere tallijā: tamen secundum doctores illam portionem non debet imponere alijs. alias peccat. No. qđ vicarij constituti in bn̄ficijs spectātibus ad monachos, non tenētur ad onera, sed ipsi monachi. Not. quod priuilegia sunt restringenda pro hoc hæc littera in fi. ibi,] Non extendi] & de rescrip. c. vlt. lib. 6. de deci. cap. 2. eo. lib. Zabar.

sit [a] naturæ [b] consonum illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur: Hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt religiosi [c] quicunquē pro monasterijs & ecclesijs, quæ ad eos quocunque sunt titulo [d] deuoluta, ꝓcurationes legatorum sedis [e] Apostolicæ, ac iura episcopalia [f] & alia præstari pro ipsis antequā ad eos peruenissent, solita; [g] prompte soluere studeāt: nisi forsan sedis Apostolicæ, priuilegio, [h] exēptione, [i] vel alia cā legitima [k] ab his se valeant excusare.

¶ Priuilegia vero seu exemptionis [l] huiusmodi ad monasteria, seu ecclesias, quæ ad eos obuenire continget, in posterum [m] volumus [n] non extendi.

¶Idem.

¶ Ponit quadam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis, præcipue Cistercienſibus, & illa fieri prohibet statuens, quod episcopi, qui in monasterijs Cisterciensis ordinis charitatiue procurantur, sint contenti cibarijs, quæ per illos sibi ministrātur. Si uero procurantur ex debito, ipsis volētibus carnes ministrari debent extra septa monasterij, vel saltem extra portam, quæ dicitur Regularis. Ipsorum etiā eleemosynarij fragmenta mensarum possunt pauperibus erogare. hoc dicit. Io. Andr.

[Glo. prima summat, & diuidit.]

a ¶ Cum sit.] religiosi subire tenent onera, quæ incūbebant ecclesijs ꝑ eos ante hoc cōciliū acquisitis: nisi priuilegio, exēptione, vel iusta cā iuuentur quę priuilegia vel exemptiones non iuuant in ecclesijs post cōcilium acquirendis. Secunda: ibi,] priuilegia.]

[Gl. seq. dubium soluit inducens duo similia.]

b ¶ Naturæ.] sumptum de regula formata per modum conuersum. ff. de reg. iu. secūdum naturam. & vide de reg. iur. qui sentit. lib. 6. & dicit lex, quod nō est ferēdus, qui lucrū amplectitur, &c. C. de cadu. toll. l. vnica §. pro secundo in fine.

c ¶ Religiosi.] in alijs ergo locum non habet in quātū inducit ius nouum. simile. sup. ea. compil. de deci. c. 1. de testa. c. 1.

[Gl. seq. tria exempla approbat, & tria reprobat.]

d ¶ Titulo.] vt donatione. de do. cōsultationib. permutatione, de re permu. ad quæstiones: vel præscriptione. de iure pa. cura titulo vero emptionis haberi nō pñt. de simo. querelam de iure pa. de iure. & an transeat cū vniuersitate, scripsi. eo. tit. ex litteris; titulus ēt ædificationis, vel fundationis adaptatur huic casui.

Titulo multiplici possunt ecclesiæ ad religiosos pertinere.

e ¶ Sedis Apostolicæ.] de iureiur. ego. N. de censi. cum instantia.

[Glo. seq. quæstionem soluit.]

f ¶ Iura episcopalia.] de quibus de offic. ord. conquerēte. sup. tit. 1. c. 1. Et vides ꝓ procuratio legatorū, & iure episcopalia ponūtur vt diuersa: per quod patet, qđ qui ex pacto tenentur ad iura episcopalia, nō per id tenentur ad procurationem prædictam.

[Gl. seq. tria ponit exempla.

g ¶ Solita.] vel ex impositione facta tempore fundationis. 18. q. 2 Eleutherius. e. ti. quāto de iure pa. præterea. 2. vel ex antiquo vsu. de hoc. eo. ti. ꝑuenit. vel q̄a res aliqua habēs onus annexū, ꝑuenit ad ecclesiam in quam transiuit cum suo onere. ar. 16. q. 1. si quis laicus, de deci. pastoralis ff. de pig. c. ex literis. ff. d ꝯhē. emp. alienatio.

h ¶ Priuilegio.] hoc iuuat quo ad omnia prædicta.

i ¶ Exemptione.] si intelligas ab ep̄ali iurisdictione, hoc non iuuat quo ad procurationes legatorū sedis Apostolicæ, ad quas exēpti tenētur. nō obstat eo. ti. cum instātia, ꝙ expone vt ibi dixi ꝯ illas ēt non valet pręscriptio. de præscr. accedentes.

[Gl. seq. ponit tria exempla. in primo & tertio distinguit, secūdo quærit & soluit.]

k ¶ Legitima.] puta compositione. j. c. prox. versi. nec cōpositiones, ꝙ intellige quo ad illa, in quib. valeret cōpositio. de hoc. eo tit. cū venerabilis. uel res iudicata. de re iud. cum inter. & no. de præscr. cū ex officij. in vlt. gl. Pręscriptio nō vr̄ hic adaptari, cum loquatur textus de his, quæ p̄stari solebāt: noua uero p̄scriptio post acquisitionē illarum bene posset adaptari in his iuribus, quæ sunt p̄scriptibilia, de præscrip. de quarta Sed nunq̄d erit legitima causa, si dicat indebita fuisse? Sol. puto de mente huius constōnis, qđ percipiēs in possessione defendatur, donec probetur indebitū. eod. tit. peruenit facit de elect. querelam ad finem, & quod ibi no. de offi. ord. duo simul. in 3. glo.

l ¶ Exemptiones huiusmodi.] intelligo generales, uel a prædictis iuribus.

[Gl. seq. alleg. 2. concor. ponit tempus concilij quærit & soluit.

m ¶ In posterū.] concor. de deci. nuꝑ simile. s. ea. cōpil. de rescri. litteras. Vides ergo ꝙ priuilegia vel exēptiones. quas habebāt religiosi, ēt circa ecclesias acquirēdas nō hn̄t locū nisi in acquisitis ante concil. Vien̄. de religiosis dixi: q̄a circa sęculares nil immutat ista ꝯstitutio. Et scias, ꝙ cōciliū inchoauit anno dn̄i M. cccxj. die cal Octobris, & terminatū fuit anno sequēti. 6 die Aprilis, & sic durauit vltra sex mēses. Scito ergo qn̄ acquisiuerint, scias ante cōciliū uel post. Quid de acquisitis durāte cōcilio uel post cōciliū anteq̄ constitutiones ligarēt, de quo satis dixi in proœmio, æquū uideret, ꝙ acq̄sitæ anteq̄ ligarent constōnes, priuilegijs, & exemptionibus gaudeant, per ea, quæ ibi dixi.

Clementinæ qn̄ fuerunt factæ.

[Gl. seq obiectionē soluit, & allegat quatuor similia.

n ¶ Volumus.] sit pro ratione uolūtas, cum alias deceat

Volūtas qn̄ que est ꝓ ratione.

stat priuilegium principis esse mansurum. de reg.iur. decet.li.6.cum concor.& est si.s̄.ead. compil.de sepult. dudum §.pe.in fin.& s̄.tit.1.c.1.in fi.de rescri. cap.vl. de deci.cap.2. lib.6.fuit tamen motiuum, quia priuilegium tendebat ad noxam.de deci.suggestū. vbi de hoc.

CAP. II.

AD † nostrum [a] (quod dolentes [b] referimus) peruenit auditum, quod ecclesiarum pręlati ad monasteria Cisterciensis ordinis accedentes, licet ab eis charitatiue recipiantur & eis curialiter necessaria ministrentur: cibis tamen regularibus [c] non contenti, contra priuilegia dicti, ordinis carnes petunt, & si eis non ministrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eisdem fiant eleemosynę competenter; ipsi tamen pręlati ipsis religiosis inuitis [d] alias eleemosynas faciunt etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent de consuetudine, vel de iure. Pro equitaturis quoque ferrandis licet ferris [e] non egeant, & coci eorū sui officij [f] ratione pecuniā exigunt, & extorquent: Nec compositione [g] super procurationib. inter prelatos

† Vide c.cum Apostolus extra de cēsib. & c.1.2.& 3. eod. tit.li.6. & oīno ꝯcil. Trid. ses.24. de refor.c.3. ubi plene de materia uisitationis.

AD nostrum.] prę supponendū est ꝙ aliquādo patroni faciunt ordinari per episcopū, vt tali die illa ecclesia teneatur dare vnam procurationem, id est, comestionem.

CASVS. A nonnullis in concilio Viennensi fuit expositū, ꝙ episcopi in fundatione ordinis Cisterciensis, qui ordo est exemptus a diœcesanis, petebant procurationes, siue comestiones, quas monasteria tenebantur soluere: isti episcopi nō erant contenti cibis vel epulis regularib. & cōmunibus ipsis secundum regulam suam, sed petebant carnes, & etiam illas petebant administrari sibi intra sepra monasteriorum, ꝙ est ꝯ ipsorum regulam. Et cum ipsi Cistercienses nō velint sibi dare procurationes, vt ipsi epi petunt, ipsi rapiūt violēter, & faciūt quam plures eleemosynas de bonis religiosorum, quamuis etiā ipsi religiosi sufficientes eleemosynas faciant, & etiā epi istas procurationes accipiunt in pluribus locis, in quibus non debent habere. de iure vel consuetudine. Item episcopi vt magis grauarent monasteria Cistercien. faciebant ferrari equos suos, quamuis non indigerent. Item coci episcoporū dicebāt, date mihi pecunias, ego feci coquinā, & paraui cibaria vestra dño meo, ego non teneor sibi parare tpe visitationis, imo monasteria tenentur mihi soluere, & sic iste cocus exigebat vnam quantitatem pecuniæ. Item isti episcopi non approbabant compositiones factas inter prelatos super procurationibus recipiendis, imo existebant graues & rebelles, sic quod multa bona monasteriorū dilaniabant, & cōsumebant in modico tempore, & adhuc non erant contenti de ꝓcurationibus suarum personarum, sed ēt habebāt magnos & paruos canes venaticos, quibus necesse erat ꝓcurationes dari. Item habebant aues venaticas, vt accipitres, & quamplurima alia onera inferebant. Nam si religiosi non satisfaciebant voluntati ipsorum episcoporum, ipsi vel seruitores frangebāt portas monasteriorum. Item ipsi recipiūt plures procurationes in die: qa accipiunt pecuniam loco procurationum, & non visitant quæ visitare debent, imo omittunt visitare accepta pecunia pro procurationibus, & sic ipsi prælati accipiunt & exigunt ab ipsis religiosis illa, ad quæ ipsi non tenentur. Itē sunt aliqui prælati, qui quando vident, ꝙ Papa mittit aliquos nuncios in diœcesi ipsorum, ipsi exigunt pecuniam pro procuratione illorum nunciorum, & illam exigunt, saltem exigunt maiorem partē a locis exemptis, & alijs locis religiosis, & hoc faciunt vt ipsi non tantum grauent presbyteros suos, sed etiam vt ipsi seipsos liberent. Et illi, qui ista exposuerunt in concilio, dicebant: ꝙ isti prælati grauabant monasteria exempta in multis alijs, quare isti exponentes quærunt a Romano Pontifice quid fiendum de istis? Et dicit Clemens, quod si isti prælati epi veniant ad ista monasteria exempta non causa visitationis, sed charitatiue, & gratia hospitalitatis tunc ipsi dēnt esse contenti, & debent recipere victualia regularia, & ista cibaria debent illis tradi intra septa ipsorum religiosorum, nō tamē īntra portam, quam regularem appellant, & hoc maxime si illa cibaria non sint consueta nec secundum regulam ipsorum religiosorum. Et ad hoc quod supradixi, ꝙ isti faciebant eleemosynas, quamuis religiosi sufficiēter facerent: Respōdet, ꝙ ipsi pñt facere eleemosynas de fragmentis mensæ, hoc est, de residuo eorū, q̄ restant ex mensa. Et si de cetero isti prælati velint euitare indignationem sedis Apostolicę, docet eos quiescere ab istis grauaminibus superi⁹ expressis. Not. ꝙ episcopus nō dēt recipere eadē die plures procurationes, nisi hoc haberet ex priuilegio sedis Apostolicæ: iō dicit textus: pluresque ꝓcurationes recipiūt vna die sedis Apostolicæ priuilegio non suffulti. Nota iūcta glossa, ꝙ potest fieri compositio de & sup modo procurandi, & numero procurandorum, si contentio, & controuersia fuerint inter procurandum, & illum, qui debet procurare: puta episcopus potest facere talem compositionem, totiens quotiens ego veniam charitatiue vos visitando, dabitis procurationem, id est alimēta pro me, & sex de meis seruitorib. vel quatuor, vel plus, vel minus. Nota quod epi cum visitant, non debent habere canes venaticos, nec aues: imo etiam non debent habere, dū non visitant: quia omnia ista sunt prohibita clericis etiam sęcularibus. Nota: ibi, [Sunt nonnulli.] quod tam exempti quam non exempti tenentur conferre ad procurationem legati seu nuncij sedis Apostolicæ. No. ibi, (Charitatiue recipiantur.) ꝙ monasteria tenentur ad recipiendos hospites, sic & alij clerici. de præb. de monachis. de emp. & vendi. cap.1. Et dicit Laud. ꝙ ad hoc possunt per excommunicationem compelli 44. dist. §. hinc etiam. Nota de cibis regularibus, & de hoc in glo. 3. & sunt oua, caseus, & pisces. Zabarella.

(Prima glo. summat, & diuidit.)

a ¶ Ad nostrum.) Ponit quædam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis, p̄cipue Cisterciensibus, & illa fieri prohibet, statuens, ꝙ epi, qui in monasterijs Cistercieñ. ordinis charitatiue procurantur, sint cōtēti cibarijs, quæ per illos ministrantur. Si vero procurantur ex debito, ipsis volentibus carnes ministrari debent extra septa monasterij, uel saltem extra portam, quæ dr̄ Regularis. Ipsorum etiam eleemosynarij fragmenta mensarum possunt pauperibus erogare. Prima pars ponit grauamina, secunda prouidet. ibi, (Nos igitur.)

b ¶ Dolentes.) s̄. ead. compil. de statu mona. cap.2. uer. uisitatores. & ibi concor.

c ¶ Regularibus.) de quibus in regula B. Bñdicti. 39. ca.

d ¶ Inuitis.) non erat ergo dicenda eleemosyna, quæ de rapina fiebat. 1. q.1. non est putanda.

e ¶ Ferris.) uide quod no. eo. tit. exigit. in gl.2. lib.6.

f ¶ Officij.) ꝯ id eo. tit. Romana. §. procutationes. lib.6.

(Glossa seq. obiectionem soluit.)

g ¶ Compositiones.) compositio 1 per quam tollatur procuratio debita uisitanti, non ualet: sicut enim uisitatio per compositionem tolli non posset, ita nec procuratio quæ debet iure annexionis, sicut de pręscriptione dicit de p̄scrip. cum ex officij sed erant compositiones super modo ꝓcurandi uel numero ꝓcurandorum, quæ seruandæ erāt. facit quod not. 16. q.7. quicunque: sicut etiam

1 Procuratio uisitāti debita tolli non p̄t p cōpositionē. uide plene Abbatē in c. cū ex officij. de p̄scrip.

etiam super decimis fit cõposito. de deci. ex multiplici.
a ¶ Ipsis.)prælatis.
b ¶ Consumit.)contra id eo. tit. cum Apostolus. Refert Suetonius libro 2. ꝙ Tiberius præsidibus suadentibus prouincias onerari tributo, rescripsit, boni pastoris est tondere pecus, non deglutire.

Pastoris boni officium.

ADDITIO. Vel potius deglubere, id est, pilos euellere: ita dẽt esse, qui aliter legit non intelligit.

ipsos, & eos initas eis seruant: Ipsis [a] etiam in recipiendis procurationibus, ita graues existunt, quod ipsis in eorum monasterijs & ecclesijs procurationes recipientibus longi temporis victum breuis hora consumit: [b] & dum procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones, & accipitres secum habent; [c] Et nisi voluntati satisfiat eorum, valuæ [d] monasteriorum seu ecclesiarum per violentiam sæpe franguntur, [e] & ornamenta ecclesiæ exportantur, [f] pluresque ꝓcurationes recipiũt vna [g] die sedis Apostolicæ priuilegio non suffulti: interdum in pecunia numerata, visitationis etiam officio non impenso, [h] & occasione dictarum procurationum ijdem prelati ab ipsis frequenter exigunt, quæ illis soluere non tenentur, intolerabilia eisdem grauamina cumulantes: Sunt † [i] & nonnulli, qui procurationes nunciorum Apostolicæ sedis, aliaq. extraordinaria onera exemptis, & alijs religiosis pro maiori parte imponunt, vt se ac presbyteros liberent sæculares, religiosos ad ordinandum huiusmodi onerum distributionem minime assumentes: [k] In multis etiam alijs prefati prelati, exempta monasteria, & ipsorum ecclesias vtroque [l] illis iure subiectas grauant in procurationibus recipiendis, & oneribus insolitis imponendis.

¶ Nos igitur super his volentes de opportuno remedio prouidere, sacri approbatione concilii duximus statuendum, vt si episcopi non causa visitationis, sed charitatiuæ hospitalitatis ad monasteria venerint supradicta, [m] victualia gratiose [n] recipiãt, quæ charitatis gratia eis fuerint ministrata. Ipsis autem episcopis ad monasteria venientibus supradicta, & procurationes ibidem recipientibus sibi debitas de iure communi, consuetudine, priuilegio, vel iure alio speciali, [o] in domibus ipsorum [p] monasteriorum, extra tamen septa ipsorum existentibus, si quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin [q] intra septa ipsa non tamen intra portam, quam regularem [r] appellant, carnium pro congruentia temporis si voluerint [s] (priuilegio non obstante quocumque) cibaria ministrentur. Nec inconueniens reputamus si fragmenta, [t] quæ de mensis ipsorum episcoporum, & suorum familiarium [u] colliguntur, [x] per ipsorum episcoporum eleemosynarios ibidem [y] pauperibus erogentur. Ab

c ¶ Habent.)cõtra id eo. titu. cum apostolus de cle. vena. cap. 1. & 2.
d ¶ Valuæ.)de spon. cõsultationi. in principio.
e ¶ Franguntur.)an hæc liceãt etiam habenti iustam causam & possidenti, cui denegatur pẽsio vel hospitium: vel procuratio plene scripsi post Inno. de immu. eccl. c. p. 1. 1.

1 Vide ibidẽ Panormit.

f ¶ Exportãtur.)hoc non possunt etiã collectores decimarũ, sup. ea. compil. de deci. si beneficiorum.
g ¶ Vna die.)cum tñ numerus procurationum non debeat excedere numerũ dierum. e. ti. procurationes. quod locum hẽt etiam in visitãte plura loca, quorũ quilibet ad procurationẽ sufficiat. eod. tit. felicis. lib. 6.

Procurationũ numerus dierũ numerum non excedat.

h ¶ Impenso.)contra id eod. tit. procurationes & c. exigi. li. 6. eod. lib. de offi. or. si episcopus.

† al. Sunt etiam, &c.

i ¶ Assumentes.)contra id de regul. iur. quod omnes. libr. 6.
k ¶ Alijs.) de quib. de exces. præla. frequens.
l ¶ Vtroque.)de priuileg. quoniam.
m ¶ Supradicta.)scilicet Cistercienfis ordinis, tamẽ, & de alijs idẽ videretur, ab idẽtitate rationis, & sup. proxi. generaliter loqt̃ de exẽptis.
n ¶ Gratiose.)dicit prouerbium Italicorum, nõ respiciendũ dentẽ equi donati. (vnde quidam: Quadrupedis dentes donati cernere noli) cui conuenit. ff. de ædi. edic. ad res donatas.
o ¶ Speciali.) puta pacto vel onere imposito fundationis tempore, vt dixi sup. c. proxi.
p ¶ Ipsorum.)ergo non aliorũ priuatorum, vel ecclesiarum, etiam si domus essent ad hoc aptæ, nisi ipsi prelati consentirent ibi procurari.
q ¶ Alioquin.) idem si extra septa non fuerint domus monasterij ad hoc aptæ.
(Glossa seq. alleg. vnam concord. quærit & soluit, & solutionem determinat.)
r ¶ Regularem.)licet ergo in parte domus, ꝙ in alia parte non licet. de sta. mo. cum ad monasteriũ. Sed q̃d si extra portam illam non est locus aptus? Satis videt̃ ꝙ propter necessitatem, quæ sic arctat possint tũc intra portam illam ministrari, vt sicut propter necessitatem tempore prohibito licet carnes comedere, sic liceat ex eadem causa etiã in loco prohibito. de obser. ieiu. consilium, in fin de reg. iur. quod non est. facit. de custo. Euch. c. 2. Posset tamen dici, ꝙ cum priuilegium istorum non tollatur intra portam, ꝙ tunc episcopus secundum formam priuilegij cibis regularibus debeat contentari. vbi vero non haberent priuilegium contrarium, sit locus ei, quod prius dixi.

Carnes licet comedere tẽpore prohibito ꝑp necessitatem.

s ¶ Si voluerint.) honeste facerent episcopi declinãdo ibidem sexta feria vel sabbato, vel die, qua cibaria regularia conuenirent: tamen si alio die declinant, subditi superiori inuito legem cibariorum nõ dabunt, 41. dist. non cogantur, & concor. de cen. cum instãtia. in fine.
t ¶ Fragmenta.)dicta a frango, gis. panes ergo integros, qui de mensa leuantur, inuitis monachis, nõ dabit eleemosynarius, vel capones integros vel similia.
u ¶ Familiarium.)cũ episcopo, vel post comedentium.
x ¶ Colligũtur)in ꝓcuratione, q̃ datur ex debito, hoc est certũ; sed in illa, quæ datur gratuito, non videtur id inuitis monachis fieri posse, & forsan auctor de vtraq; intendit, quasi fragmenta videantur esse largita.
y ¶ Ibidem.)ad alium ergo locum mittere non posset distribuenda illis inuitis.

a ¶ Euitare.)

a ¶ Euitare.] Vide quod dixi inf. de sent. excom. c. 1. in glo. Mendicantes in fine.

PRæsenti.] CASVS. Ista Clemētina venit executiue vel est executio c. quamquam. eo. tit. lib. 6. quia il lud c. dicit, quod exigētes a clericis pedagia vel guidagia ipso facto sūt excōicati; Istud. c. mandat oib. diœcesanis, vt illos exactores denūcient & faciāt publice denunciari excōicatos, donec & quousq; venerint ad cōdignā satisfactionē. No.: Deferūt.] i. portāt. No. ꝙ verbū, [iubeo] est pcepțiuū & obligat, 1. gl. hic i verbo, iubemus. & p ꝯñs infert, ꝙ plati nō obseruātes hmōi clementinæ dispositionem, peccant mortaliter, vt in c. ꝙ præcipitur. 14. q. 1. iūcto c. 2. de maio. & obe. No. ibi. [Vel psonis.] ꝙ bona clericorum gaudēt eodē priuilegio cū reb. ecclesiarū, fm Lau. & Pau. Not. ex verbo, negotiandi.] a ꝯrio, ꝙ in his, q̄ deferunt clerici cā negotiandi, non gaudent immunitate de hoc in glo. a contrario Zabarel.

[Prima gl. summat, & dicit quid declarat.]

b ¶ Præsenti.] Casus Diœcesani [qbus hoc constat] illos qui exigēdo a clericis pedagia vel guidagia excōicāti sunt vel interdicti publicare dēnt. venit executiue ad decre. quamquam. eo. tit lib. 6.

c ¶ Iubemus.] ergo obligat ex præcepto 14 q. 1. quod præcipitur, quod non bene ponderatur simile. sup. ea. compil. de sta. mo. c. 2. de relig. do. c. 2.

d ¶ Personis.] vide quod dixi in decre. quamquam,

e ¶ Rebus.] vel personis, vt in pdicta decre. quamquā.

f ¶ Proprijs.] scilicet personarum vel ecclesiarū, vt sic etiam professos, qui proprium habere nō possunt, includat pro talibus rebus, quæ ad vsum proprium portantur, etiam laici non soluunt vectigalia. C. de vecti. & com. l. vniuersi. Plures alios casus in quibus nō soluuntur, vide quæ no. ff. de publi. l. 4.

[Gl. seq. arguit ad contraria, & remittit: mouet dubia, & soluit.]

g ¶ Nō negotiādi.] a contrario dat intelligi, ꝙ in his, quas causa negotiādi deferunt, non gaudent immunitate, vt etiam no. Guli. in Spec. de immu. eccle. in fin. vbi etiam arguit cōtra emptores reddituum clericorum, qui volūt immunitate gaudere, sed ipsi ēt clerici non gauderent negotiationis causa deferendo, vt hic. Si aūt inter leuatorē pedagij & delatorē fit quæstio, vt quia ille negat eū clericum, vel dicit res deferri negotiationis causa, vel res illius non esse, graue esset sp iudicē adiri pro fide huius rei recipiēda, vnde vr committendū iuramento deferentium vel suorum nunciorum, si personarum qualitas non dissuadeat, vel nisi de contrario fides haberetur in prōptu. facit de iureiur. cap. fi. quod me. cau. c. fi. Quo ad persona nam videtur sufficere, si sit in habitu & tonsura clericali. per decre. si iudex. de sent. excom. lib. 6.

h ¶ Pedagia vel guidagia.] exponuntur hæc de verb. significatione, super quibusdā, & omnia ista dicūtur portoria vel vectigalia, vt ibi not.

† al. ita: diligēter prorsus abstineant.

† Nota, ꝙ res clericorū gaudent eodē priuilegio, quo res ecclesiarū ca. vlt. de vi. & ho. cle. c. ecclesiarū seruos. 12. q. 1. Anch.

Laici qnq; vectigalia nō tenētur soluere.

Pedagij rōne orta quæstio inter leuatorem ipsius & delatorē rerum qualiter terminabitur.

alij autem grauaminibus expressis superius, prælati diligenter † abstineant, si Dei & Apostolicæ sedis indignationem voluerint euitare.[a]

¶ Idem in eodem.

¶ *Diœcesani (quibus hoc constat) illos, qui exigendo a clericis pedagia vel guidagia excommunicati sunt vel interdicti, publicare debent. Io. And.*

CAP. III.

PRæsenti[b] constitutione iubemus,[c] vt locorum diœcesani contra eos, qui ab ecclesijs vel personis[d] ecclesiasticis pro earum rebus[e] proprijs,[f] quas non negotiandi[g] causa deferunt, aut deferri faciunt vel transmittūt, pedagia,[h] vel guidagia suo vel alieno[i] nomine, exigunt vel extorquent[k] in animarum suarum periculum, & eorum, a quibus ea exigunt, præiudicium & grauamen, excōmunicationis[l] & interdicti[m] sententias a iure[n] prolatas, postquam de † his ipsis constiterit,[o] omnino publicent, vel a suis subditis[p] tamdiu faciant publicari, donec[q] illi sic exacta † restituerint,[r] & de transgressione huiusmodi satisfecerint[s] competenter.

TITVLVS XIIII.

De celebratione † Missarum, & alijs diuinis officijs.

¶ Clemens V. in Concilio Vień.

¶ *Prælati, ad quos spectat correctio, & illis negligentibus superiores ipsorū debent esse soliciti, vt horis debitis in cathedralibus et collegiatis ecclesijs horæ canonicæ deuote psallantur, & qđ in ecclesijs alijs celebretur couenienter & debite diurnum officium & nocturnum. Io. And.*

i ¶ Alieno.] de regu. iur. quod alicui. lib. 6. cum concor.

K ¶ Extorquent.] vbi enim reciperent ista a sponte soluētibus, non est locus pœnis. simile. de simo. dilectus. 2.

l ¶ Excōmunicationis.] quo ad singulares personas.

m ¶ Interdicti.] quo ad ciuitates, castra, vel loca, quorū collegia, vel vniuersitates i his delinquūt, & periculosissimū est: p ꝙ forsan tota Italia est iterdicta: & vltra Italiam, testificētur experti & vide quod dicam. inf. de sen. excō. grauis in prin.

n ¶ A iure.] eod. titu. quamquam. lib. 6.

[Gl. seq. supplet & remittit secundo dubiū soluit per duas rationes.

o ¶ Cōstiterit.) parte vocata cōtra quā fit publicatio, de quo satis scripsi. ea. compil. de offi. deleg. c. vnic. Puto autē de hoc inquiri, & constare posse etiam in illo, qui soluit de hoc nō conquerēte: tum quia hoc bñficium respicit fauorem ordinis clericalis, non personæ tm, & spectat ad ius publicum, de foro comp. si diligenti. de sent. excom. cōtingit. 1. dist. ius publicum tum propter animarum periculum, de quo præmisit, & præcipue in facto manifesto, de vsu cum in diœcesi. de diuor. porro.

p ¶ Subditis.] vicinos etiā eps requirere possunt: 11. q. 3. curæ. de treu. & pace. c. 1. sup. ea. compil. de foro compe. quamuis. §. penult.

q ¶ Donec.] licet isti restituant, & satisfaciant, vt sequatur: est tñ necessaria absolutio excōicationis vel relaxatio interdicti, vt in prædicta decre. q̄quam. in fine:

r ¶ Restituerint.) plenarie dicit decre quamquam, qđ forsan hic omittit: quasi sonet in idem verbū restitutionis & plene restitutionis. facit: ff. de ver. sign. cum prætor. ff. de vsur. videamus. 2. §. in Fauiana, nec sufficeret hic cautio. cōcord. quod no. de elect. quia sepe. li. 6.

s ¶ Satisfecerint.) vide quod dixi post Inn. de cohabi. cleri. sicut.

† al. de ipsis cōstiterit, &c.

† al. extorta.

† al. ita: De celebratione missarū, & aliorū officiorum.

Restitutio & plena restitutio in idē sonant.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, &c.

¶ Visum est sup. de capellis & ecclesijs tam religiosorū, q̄ secularium, in quibus diuina officia & Missarum solemnia celebrantur; ideo, &c.



Raui.]CASVS. Concilio generali Spiritu sancto legitime cōgregato fuit ꝓpositū, ꝙ plures, clerici dicebāt Horas Canonicas, discurrēdo, & q̄nq; verba inhonesta ꝓferēdo, & dū ibant ad diuinū officium, ducebant secum canes venaticos, & aues; vnde modicā reuerentiam faciebant ipsi ecclesiæ, & scandalum inde oriebat; cōstituit cōcilium, ꝙ ipsi celebrēt diuinum officiū cum deuotione & reuerentia, & ꝓ hoc deputauit aliquos, vt cōpellāt clericos ad celebrādū cū deuotione vt decet:& cātor, vel decanus, vel Prior tenetur cōpellere clericos suæ ecclesiæ, & in defectu ipsorum eps. Nota:ibi, [Ministri.] iuncta gl. ꝙ clerici nō bn̄ficiati non tenent ad Horas Canonicas, dicēdas, nisi essēt in sacris cōstituti. [Nota;ibi,] Fructū. iuncto. c. dolētes eo. ti. in antiq. videlicet; qđ qui est adstrictus ad dicendū Horas, illas dēt dicere attente. No ꝙ obligatus ad Horas canonicas debet singulas dictiones & syllabas distincte proferre. No. ꝙ beneficiati cum ad ipsas ecclesias accedūt, dēnt accedere, id est ire cum humilitate: Item debent esse honesti in corona seu tōsura, & in vestibus: vnde tōsura est rasura in superiori parte capitis: Sed rasura est in inferiori parte capitis. No. qđ in cœmeterijs, nō debent celebrari choreæ, nec cantilenæ dici, & multo minus in ecclesiis. Not. ꝙ licitū est turbari sup delinquētes; nā Deus his turbatur, & irascitur, de reb. eccl. nō alie. si quis. Not. ꝙ Horæ Canonicæ debent dici cum puritate. Ex hoc arg. qđ quis est in mortali, si dicit eas, nihil agit, sicut sunt concubinarij, fures, & similes, vnde in Psal. Peccatori aūt dicit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Zabare.

† De materia hui⁹ Clemen. pręter doctores hic vide canonistas, in c. 1. & c. dolētes extra de celeb. Missarum.

[Prima gl. dicit, quid facit, & diuidit, & summat.

a ¶ Graui.] Prima pars ponit tres species excessuum, quos scđa pars per superiores corrigi p̄cipit: ibi (Ne igitur.) Et est prima species de clericorū excessibus in celebratione diuinorum. Secunda: ibi. (Nonnulli.) de dissolutionibus clericorum & laicorū, quas in ecclesijs & suis cęmeterijs faciebāt. Tertia: ibi. (in multis,) de indecentia vestimentorū, vasorum, & ornamentorum ecclesiasticorū. Et principaliter hoc intēdit, prælati, ad quos spectat correctio, & illis negligētibus superiores ipsorum debēt esse soliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis ecclesijs Horæ Canonicæ deuote psallantur, & quod in ecclesijs alijs celebretur conuenienter, & debite diurnum officium, & nocturnum.

1 Vide Ioā. An. & alios in c. 1. de celebra. Miss. & Arch. in c. Eleutherius. 91. dis.

b ¶ Quæ.] negligentia.

c ¶ Consueuit.) de vita & hon. cle. vt clericorum cum sitis concord.

d ¶ Ministri.) argue pro clericis, qui beneficiati non sunt, quod non teneantur 1 ad horas, de quo satis scripsi eo. tit. c. 1. super glo. fi.

CAP. I.



RAVI a † nimirū turbatione mouemur, qđ ex nonnullorum rectorum negligentia, quæ b dum spem impunitatis permittit, multam nutrire pestilentiam consueuit c in subditis, plerique ecclesiarum ministri d modestia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo sacrificium laudis e fructum f labiorum suorum in puritate conscientiæ & animi deuotione deberent, Horas g Canonicas h dicere, seu psallere i transcurrendo, syncopando, k exttanea quidem & plerumque, vana, l profana, & inhonesta intermiscendo colloquia, m tarde ad chorum conueniendo, seu ecclesiam ipsam absq; rationabili n causa ante finem officii exeundo o frequenter, aues interdum portando seu faciendo portari, canesque secum ducendo venaticos, p ac quasi nihil prætendentes de clericali militia, q in corona vestibus & tonsura r diuina etiam celebrare, aut eis interesse nimis indeuote præsumunt.

¶ Nonnulli etiam tam clerici quàm laici præsertim in festorum certorum vigiliis, s dum in ecclesiis deberent orationi t insistere, non verentur in ipsis earumque cœ-

e ¶ Laudis.] Psal. 49. Deus deorū, ibi, Imola Deo sacrificium laudis.

[Glo. seq. dat quotam: arguit & remittit.

f ¶ Fructum labiorum.] sumptum ad Hebręos vltimo, vltra mediū. Et arguit ex hoc, qđ satis est, labijs 2 seruire i diuinis Horis, licet cor diuertat ad alia. de hoc scripsi post Inn. & Host. eo. titu. dolentes, & facit quod de oratione dicā: inf. de relig. c. vnico. in glos. de oratione, in septimo membro.

2 Priusq̄ descendas in hanc glo. sniam cōsule Theologos & p̄sertim B. Tho. li. 4. de sent. dis. 15. q. 4. art. 1. q. 4. & ibid. Paludanum distin. 15. q. 5. & Gabrielē in canone Missę lectione. 62.

g ¶ Horas.] aspiratur, vt dixi sup. ea. cōpil. de vi. & hone. cle. c. 2.

h ¶ Canonicas.] septem, de quibus. eo. tit. cap. 1. & quare sic fuerint per ecclesiā institutæ, & q̄ teneātur ad eas dicendas, ibi scripsi: Missam de officio dicimus, sed non de Horis: qđ patet, quia etiam epi de honestate inuitantur ad illas dicendas vel audiēdas, de priuile. c. fi. lib 6. distributiones tn̄ ꝓ Missis vt ꝓ Horis in ecclesijs statuuntur, facit j. tit. 2. c. 1. in fi. Canō distinguit solus duas Horas Matutinalē, & Vespertinā. 11. q. 3. si q̄s episcopus in cōcilio. quod quō intelligatur, no. 92. dis. c. vlti. Pythagoras ēt dicebat duorum temporum curam habēdam, s. mane & vesperi, id est eorum, quæ acturi sumus & eorum, quæ gessimus.

i ¶ Psallere.] hic iunge litteram inf. nimis indeuote præsumunt.

k ¶ Syncopādo.) hoc exponit. eo. tit. dolentes in 1. glo.

l ¶ Vana.) cū tn̄ de oī. verbo otioso reddituri sumus rōnem in die iudicij. Matth. 12. 22. q. vlt. c. quotiens.

Verbi cuiuslibet ociosi reddenda est ratio.

m ¶ Colloquia.) 1. ad Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. & no. 37. dist. turbat.

n ¶ Rationabili causa.) esset rationabilis, q̄n nimis fatigatus est spiritus, & cā recreationis sine scādalo aliquantulum exijt ecclesiam, vt scripsi post Inn. eo. tit. dolētes. Idem si infirmitas vel iusta occupatio superueniret. 7. q. 1. illud: & c. seq. de consecr. dist. 1. nullus. de cler. non resi. ex parte. 2. eo. tit. c. vnico. lib. 6.

o ¶ Exeundo) ēt laici Missā audiētes ante bn̄dictionē sacerdotis exire nō dēnt. de cōse. dist. 1. Missā. & c. seq.

Missa integraliter est audienda.

p ¶ Venaticos:) quod ēt extra ecclesiam eis non licet. de cle. vena. per totum.

q ¶ Militia.) quæ cęlestis est. 11. q. 1. Christianis. de cle. ægro. c. 1. ne cle. vel mo. c. 1. in fi.

r ¶ Tonsura.) sic de vita & hone. cle. clerici. & su. ea. cōpil. eo. tit. c. 2. & quod corona & tonsura designet, ibi scripsi, & habetur. 12. q. 1. duo sunt.

s ¶ Vigilijs.] in quibus clericalis modestia deberet studiosius obseruari. de statu. mon. cum ad monasterium ver. in refectorio. vbi sæpius dixi verbum Senecę. 18. epistola ad Lucillum: Festiuis maxime diebus animo imperandum est, vt tunc a voluptatib. solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuerit.

Senecæ dictum notabile.

t ¶ Orationi.] vide quod de oratione dicam. inf. tit. 2. c. vnico. ad fin.

s ¶ Choreas.]

a ¶Choreas.] dicitur à choro: chorizantes enim in suis ludictis, cantilenis, & saltibus quodãmodo tenẽt chorum, & de his forte loquitur Psal. 11. In circuitu impij ambulant, & facti de vita & honest. cleri. cum decorem 16. quæst. prima. legi. & has euitare debent Moniales supra ead. compil. de statu monaco. 2.

Chorea unde dicitur.

m ¶Nocturnum.] eo. ti. dolentes. in fi.
n ¶Exercere pertineat.] excludit feminas licet prælatas, quod dic, vt de maio. & obed. dilecta. De maioribus curatis, & qui iurisdictioni prosunt, dic vt not. secunda quæstione prima, nemo. de offi. ordina. cum ab ecclesiarum, plenius per Host. in sũma de sen. excomni. §. quis possit excommunicare. in vl. col. Io. And.

meterijs choreas [a] facere dissolutas, & † interdum canere cãtilenas, [b] ac multas insolentias [c] perpetrare: ex quibus ecclesiarum, & cœmeteriorum violationes, [d] inhonesta variaque delicta quandoq; sequũtur, & ecclesiasticum plerumq; perturbatur [e] † officium in diuinæ maiestatis offensam, & astãtiũ scandalum populorum.

† al. ita: etiã interdũ, &c.

¶ In multis insuper ecclesiis cum vasis, vestimẽtis, [m] ceteris ornamentis ad diuinum cultum necessariis, indecentibus [f] vtique (pensatis earum facultatibus) deseruitur.

† al. pertur bant.

¶Ne igitur trãsgressiones inualescant [g] huiusmodi, aliisque veniant in exemplũ sacri Concilij approbatione hoc fieri prohibẽtes, sancimus, vt illi, ad quos id pertinet, & in eorum, si vtique exempti nõ sint, negligentiam [h] vel defectum locorũ ordinarij, si vero exẽpti fuerint, aut alias circa hoc priuilegiati, superiores [i] ipsorũ (omni negligentia vel incuria penitus relegata [k]) circa reformanda præmissa, & eorum singula corrigẽda, nec non vt in Cathedralibus, Regularibus, & collegiatis ecclesiis horis debitis [l] deuote psallatur: In aliis uero cõuenienter, & debite celebretur diuinũ † diurnum, & nocturnũ [m] officium, si Dei, & Apostolicæ Sedis indignationem euitare uoluerint, solicitã curent diligentiã adhibere, contradictores per censuram ecclesiasticam (dũmodo ad eos illam exercere [n] pertineat) aliisq; opportunis remediis compescendo, facientes prout ad eos spectat in his, & aliis, quæ ad diuinum cultum, & morum reformationẽ pertinent, ac ecclesiarum, & cœmeteriorum respiciunt honestatem sacrorũ statuta canonum, ad quæ [o] scienda [p] diligens curẽt adhibere studium [q] irrefragabiliter obseruari.

† al. ita diuturnum officium pariter & nocturnũ.

¶Idem in eodem.

¶Clerici et religiosi domestici, cõmensales, Cardinaliũ, vel Episcoporũ, se possunt illis in diuinis officijs coaptare. h. d. Io. And.

CAP. II.

Dignũ [r] † prorsus & cõgruũ [s] arbitrantes, quod clerici tam religiosi, quã alii [t] Cardinalium sacrosanctę Romanæ [u] Ecclesiæ, ac, quorũcũq; Pontificum.

† Vide omno extrauagantem Pij V. Pont, Maxi. incip. Quod a nobis per quod recitatio Roman. Breuiarij restituit, & aliorũ aboletur.

b ¶Cantilenas.] 37. dist. c. 2.
c ¶Insolentias.] de off. ord. c. 3. ead. compil. & ibi exposui.
d ¶Violationes.] in talib. enim facile venire solet de ludo ad rixam, ex qua sequi solent effusiones sanguinis, vulnera, & homicidia, per quæ loca polluuntur, de cõsecr. ecclesiæ, vel altaris. propositi, & quando vno polluto pollutum fit reliquum, dic, vt eod. titu. cap. lib. 6.

Pollutio loci sacri ex quibus procedit.

e ¶Perturbatur.] vide quod not. & dixi de app. dilectus.
f ¶Indecentib.] non ex immunditia, contra quam prouisum erat. de custo. Euch. cap. 2. sed ex vilitate pretij, vel æstimationis ipsorum, quod patet ex eo, quod de facultatibus quæritur, & de his de consec. dist. 1. altaris pala & c. vasa. cum duobus c. seq. & fratribus, vero Minorib. & reprobatur excessus circa ista ordinamenta. supr. de uerb. sign. exiui versus finem §. quamuis.
g ¶Inualescãt.] principijs obsta, & cap. vt no. de resc. ad hęc in finem.
[Gl. seq. arguit, & remittit.
g ¶Negligentiã.] arguo, quod de iurisdõne minorum prælatorũ diœcesani se non intromittunt, nisi in casu negligentiæ, de hoc de off. ordi. cum ab ecclesiarum, & c. pastoralis.
[Gl. seq. quæstionem soluit.]
i ¶Superiores.] voluit his casibus dare diœcesanis delegatam potestatem, sicut fecit ea. compi. de suppl. negli. præla. c. unico, de sta. monac. c. 2. de relig. dom. c. 2. quia propter hæc multum usitata nimis præiudicatũ fuisset priuilegiis exemptionis.
k Relegata.] hic iunge litteram solicitam curent diligentiam adhibere.
l ¶Debitis.] dicebat Host. eo. ti. c. 1. quod pulsare, & psallere Horas debitis horis seruabatur in cathdralibus & collegiatis ecclesijs.

o ¶Ad quæ.] statuta. Io. And.
p Scienda.] propter mediũ horum triũ quæ premisit, s. de reformatione morum non esset facile iura colligere, de quibus sciendis hortat, sed sufficiat allegare. de vita & honest. cleri. per totum, ad primũ eo. tit. per totum. de consec. dist. 1. per totum. ad vltimum, de cust. Eucha. ca. 2. de immũ. eccles. per totum. & eo. titu. per totum. lib. 6.
q ¶Studium.] 20. d. si decre.

Dignum.] Primo ponit dictũ. Secundo circa illud remouet dubiũ. Secunda: ibi, [Nec ad dicẽdũ,] Imo. ¶ Præsupponẽdũ est, quod quilibet tenet dicere Horas Canonicas ad vsũ illius diœcesis, in qua est beneficiatus. CASVS. Ego sum cõmensalis, vel domesticus alicuius Cardinalis, vel epi, qui dicit Horas ad vsũ ecclesiæ Rom. Ego sũ de alia diœcesi quærit, an possim dicere Horas meas sicut ipse, & in tali vsu? Dicit Clemens, quod sic. No. quod appellatione Pontificũ nõ ueniũt electi in episcopos, & cõfirmati, nisi sint consecrati, etiam in concessione priuilegiorum, ut glo. cum tex. in uerbo, Pontificum. Not. quod quis debet se coaptare ijs, cum quibus conuersatur 12. distinct. illa. in fi. 40. distinct. cap. primo. in tantum quod etiam sibi propter hoc licent aliqua, quæ non licerent, vt hic de hoc de statu monа. recolentes.
[Glo. prima summar.
r ¶Dignum.] Clerici etiam religiosi, domestici, commensales Cardinalium, uel episcoporum, se possunt illis in diuinis officijs coaptare.
s ¶Congruum.] quasi conueniens.
t ¶Alij.] commensales domestici, quod est inf.
u ¶Romanæ.] non Compostellanæ, uel Rauennatis, de

de offi.archipresb.c.2.& dixi de conſti.cum omnes,ſu pertertia gloſſa.
a ¶Pontificum.]electos confirmatos nondum conſecratos non videtur includere.
b ¶Habentium.]ſimile de præſcrip. veniens,& exponitur hoc verbũ, de off.ord.ꝙ ſedem. in vlt.gl.

cum[a] gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentiũ,[b] cõmẽſales domeſtici[c] ſe poſſint[d] ipſis[e] in diuinis officiis[f] coaptare,[g] vt illud qđ iidem Cardinales,ſeu Pontifices dicent officiũ[h] licite[i] dicere valeant: Nec ad dicẽdum aliquid aliud teneantur, ſacri † approbatione Concilii indulgemus.[K]

† al. ita: ſacro ap.pbãte cõcilio indulgemus.

c ¶Domeſtici.] de his de verb.ſig.c.fi. lib.6.
d ¶Poſſint.]non dicit,quod teneantur: facit.ff. de iudi. non quicquid.
e ¶Ipſis.]Cardinalibus, vel Epiſcopis.
f ¶Officijs.] ſi de cibis addidiſſet, hoc multũ monachis placuiſſet, per ea, quæ nota.16.q.1.c.3.
g ¶Coaptare.] facit 12.diſt.illa.(& hic iũge finem.
h ¶Officiũ.] ſic Gregorianum, Ambroſianũ vel monachale cuiuſuis ordinis. Item ſiue dicant de feria,vel de feſto.
i ¶ Licite dicere.] No.ad qõnẽ 1 de monacho prælato eccleſiæ ſæcularis.ꝙ reget illã ſm officiũ clericale nõ monachale,hoc placet Io.17.q.1.c.3.Gof.de ſta.mona.in ſumma §.ſed nunquid abſoluit.& Hoſ. in ſum.ipſius tit.§.2.ver.ſed nunquid talis,facit de preſer.cũ olim. Sed dices contrarium probari per hanc decretalem, dum hic fuerit conceſſa ſpecialis indulgentia,præter quam hoc non licuiſſet,vt dicam.in fi. Sol.iſti nõ sũt perpetuo trãslati, ſed ille nihil habet commune cum monachis 16.q.1.ne pro cuiuslibet.

1 Monachus prælatus eccleſiæ ſæcularis, ꝙ officium dicet, hucſpectant tradita ꝑ B. Tho.2.2.qõ.185.art.8.cũ uideto.

K ¶Indulgemus.] prius ergo non licet.

TITVLVS XV.

De baptiſmo, & eius effectu.

¶Clemens V. in Concilio Viennenſ.

DE BAPTISMO, ET EIVS EFFECTV.

¶Viſum eſt de ſacro eccleſiæ,quod eſt ſacrm Euchariſtiæ,nunc videndum eſt de ſacramento baptiſmi.

PRæſenti.]Tres ſunt partes principales,quia primo ponit regulam.Secundo duos caſus excipit ab ea:ibi,[Niſi]tertio punit contra facientes:ibi.[Quia autem]Imo.

CASVS.Fuit a nonnullis in Cõcilio Generali expoſitũ,ꝙ licet fuiſſent in eccleſiis parochialib. deputati ſacri fontes ad baptizandos paruulos:tamẽ plures baptizabãt in ſuis domibus,uel alijs locis priuatis,ꝑꝑ quod fuit ortum ſcandalum, ideo conſtituit Concilium,quod de cetero nulli baptizentur, niſi in eccleſiis,demptis & exceptis filiis principum,vel niſi ſubſit rationabilis cauſa,& contra facientes puniunt vt in textu.No.ꝙ æquiparantur nobilitas & neceſſitas,de hoc in gl.hic,comparantur.no.quod neceſſitas legi non ſubiacet,de obſer.ieiu.conſilium.regula,qđ non eſt.de re iud.Zab.

(Glo.primo ſummat & diuidit.)


l ¶ Preſenti)in fontibus eccleſiarum,non in priuatis domibus debet baptiſma cõcedi. Duos caſus excipit, & tranſgreſſores puniri præcipit. Exceptio: ibi. Niſi punitio.ibi,(Qui autem)
m ¶ Ne quis.)omnes cõprehendit, nedum eos, quib. ex officio cõpet baptizare,1 ut presbyteris. De diaconis dic,vt 94.diſt.diaconos.

1 Vid B. Th. 3.p.q. 67. de miniſtris ſacramenti,baptiſ.

n ¶In aulis.)aula dicitur ſala,uel ſpacioſũ habitaculum communiter quatuor habens alas.
o ¶Cameris.]concor.de appel.qua fronte,& quod ibi no.in gl.2.
p ¶Priuatis domibus.]bene concor.in Auth.vt in priua.do.ſacr.myſt. non fiant.col.5.per totum.

¶In fontibus eccleſiarum nõ in priuatis domib.debet baptiſma concedi,duos caſus excipit,& tranſgreſſores puniri ꝑcipit. Io.And.

CAP. VNIC.



Ræſenti[l] † prohibem* edicto,ne[m] quis de cetero in aulis,[n] vel cameris,[o] aut aliis priuatis[p] domib9,ſed dũtaxat in eccleſiis,in qb. ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati,[q] aliquos[r] (Niſi regũ[s] vel principũ, quibus valeat in hoc caſu

q ¶ Deputati.]de maio. & obed. & his q̃. de capel. mon.c.2.& tales eccl'ę dicuntur baptiſmales,de nou. oper.nũ.c.1. in prin. & de his 16. qõ.1.de decimis.§.2.13.q 1.§.2.verſic. decimas, & quia renaſcimur per baptiſmum, dicũtur matrices.de præſcri. ex tranſmiſſa,inf. de ſen.excom.c.1.

Eccleſiæ baptiſmales dicuntur matrices.

r ¶Aliquos.] hic iunge litterã inf.audeat baptizare.

† Conferunt tradita ꝑ B. Th.p.3.q. 83 art.3.

[Glo.ſeq. dat tres concor. quęrit quis dicatur princeps:ponit 12. æquiuocationes, & ſoluit,dicens tyrannos non includi. & reſpondet contrario.]
o ¶Capituli.] hæc littera infra pluries repetita: & decretalis infra proxima faciunt ad quæstionē, an capitulum sede vacante,[3] possit visitare, & debeat procurari, de quo per Ioā. Mon. de suppl. negl. præl. Ecclesiæ, & per Archid. eo. tit. si episcopus, & quod possit. alleg. quia episcopus hoc potest, & est iurisdictionis, in qua succedit capitulum. de maio. & obe. his quæ, & cap. cum olim eo. tit. cap. primo. libro 6. de institu. cap. primo, eodē lib. ergo hoc poterit: alias tempore vacationis remanebunt crimina incorrecta, alleg. etiā prædictam decretalem, ecclesiæ, vbi visitator datus a metropolitano, a quo certus casus excipit̄, in alijs vr̄ potestatē habere: quasi per exceptionem firmet̄ regula. ff. de fun. instr. quæsitum. §. denique Neratius 32. q. 7. dominus. Cum autem metropolitanus nil habeat nisi de iure transfuso de capitulo in metropolitanum: ergo capitulum hoc habet, faciunt notata per Inno. de hære. ad abolendam. In contrarium, hoc non est iure expressum, ergo nec attribuendum, licet enim capitulum conseruet iura episcopatus 12. quæst. secunda. charitatem, & cap. illud & ius reddat agentibus, accusantibus, denunciantibus: non tamen visitat: sed is, qui datur a Papa 62. dist. obitum, vbi probatur, quod vacans Ecclesia destituitur visitatione. Sed sec. Arch. dici posset, quod illud (destitutæ,) non respicit visitationis operam, sed ecclesiæ vacationem: sicut de elect. ecclesia 1. & 2. in princ. Item capitulu[4] est necessarius, non voluntarius administrator, ergo nō poterit, quod ad ministrationi necessario non incumbit. Et hoc tenet Io. Mona. sed Arch. non eligit: videtur tamen plus accedere primo dicto, pro quo facit: quia iste non est actus, per quem præiudicetur episcopo, sicut beneficiorū collatio, & alienatio personarum, & rerum, de quibus de maiorita & obed. cap. 71. distin. fraternitatem 12. quæstio. 2. si qua de rebus egeret declaratione nō solum in hoc, sed in pluribus aliis articulis hoc, quod dicitur, capitulum succedere in iurisdictione vacante sede. Volens tenere opinionem Io. posset dicere illam veram in generali visitatione ciuitatis, & diœcesis, cōtrariam in speciali visitatione, vel inquisitione contra certas personas, vel loca.

3 Capitulū utrum sede uacante possit uisitare, & procurationem exigere. uid Io. de Lignano, & Abb. in c. cū olim. extr. de maio. & obe.

4 Vide Abbatem in c. uerū. de fo. comp. & Fel. c. cū oēs, de consti. & decis. Rotę 32. in nouis.

[Gl. seq. notat & remittit, & duo dubia soluit.]

p ¶Requisierint. requirit ergo par parem, de hoc de off. deleg. cum causa, in 1. gl. puto sufficere vnam[5] requisitionem, & facit quod notatur 18 distin. si episcodus in vlt. gl. & quod dixi de iureiurando, ego N. & in requisitione non est necesse terminū exprimi, sed ipso iure statim currit, sic de excep. pia. lib. 6. & sup. eadem compilatione, de deci. cap. 1. & hic adde quod ibi dixi. Io And.

5 Vide Feli. in c. ex litteris. de cōsti. Pan. c. ego. n. de iureiur. Ro. cōs. 426. Alciat. consi. 81. lib. 6.

q ¶Ipso iure. quo ad iuris effectū[6] si. n. de facto tortus est, vel dure carceratus, hoc nequit nō fuisse. ff. de capt. & postliminio reuer. l. in bello. § factæ, & facit, quod dixi, de appell. vt nostrum. Sed si interlocutoria

6 De materia glossæ. uid Corsetū in suis singularib. ĭ uerbo confessio & in uerbo appellatio, & Zanch. tract. d her. c. 29.

ſede vacante delegatus cũ inquiſitore, aut inquiſitor cum altero eorundẽ propter pręmiſſa nequeat, aut nolit [a] perſonaliter conuenire poſſit epiſcopus, vel eius ſeu capituli ſede vacante delegatus inquiſitori, [b] & inquiſitor Epiſcopo, vel eius delegato, ſeu ſede vacante illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus ſuper [c] illis committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per [d] litteras conſilium, & conſenſum. [e]

¶ *Prouidet circa muros, vel carceres hæreticorum, ipſorum claues, custodes, & custodum ministros. Io. And.*

¶ Sane, quia circa cuſtodiã carcerum hæreticalium, qui muri [f] in quibuſdam partibus vulgariter [g] nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas; Nos † volentes ſuper hoc prouidere ſtatuimus, vt quilibet talis carcer, vel murus, quem de cetero Epiſcopo, & Inquiſitori prædictis volumus fore cõem, duos [h] cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtrios, & fideles, vnum quem volet Epiſcopus, & prouidebit [i] eidẽ, alium, de quo voluerit Inquiſitor, cui etiam [k] prouidebit, & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum & fidum poterit habere miniſtrum, [l] In quolibet etiam conclaui [m] eiuſdem carceris ſiue muri, erunt duæ claues diuerſę, [n] quarum vnã vnus, aliam alius tenebit prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi, quæ incarceratis fuerint miniſtranda ſuo poterit committere, vel ſubdelegare [o] miniſtro.

¶ *Ponit iuramentem custodum, miniſtrorum ſuorũ, & notoriorum, & aliorũ officialium. Io. And.*

¶ Porro coram Epiſcopo, vel capitulo ſede uacante, & Inquiſitore prædictis, vel ſubſtitutis ab eis, cuſtodes ſupradicti, antequam ſuum officium exequantur, iurabunt [p] ad ſancta Dei Euangelia corporaliter a ſe tacta, [q]

ſoria ſolũ lata eſſet ſuper carcere, vel tortura, illa nulla eſſet & lex permittit tunc appellare, quia grauamen tolli non poſſet per appellationem interponendam poſtmodum a diffinitiua, de appel. ſuper eod. 2. 1. reſpon. 2. q. 6. ante ſententiam, ff. de appel. recip. vel non l. 2.

a ¶ Nolit.] ſimile de reſcr. ſciſcitatus, in fi.

b ¶ Inquiſitori.] hic iunge finem, ſuper illis, &c.

c ¶ Super illis.] carceratione, tortura, & ſententia.

d ¶ Per litteras.] concord. 61. diſt. c. 1. & 2. de temp. ord. nec Epiſcopi.

[Glo. ſeq. ponit diuerſitatem & rationem diſiunctæ.]

e ¶ Conſenſum.] ſufficit ergo, ꝙ committat, vel conſentiat illum procedere: quæ ſunt diuerſa. facit, qđ ſcripſi de foro comp. ſignificaſti ſuper gloſ. de eccleſ. ædific. ad audientiam 2. ſuper 1. glo. vnde in electione licet primum, & non ſecundum. de elect. ca. penult. in fi. lib. 6. ita hic delegatus Epiſcopi, vel capituli poteſt ſecundum & nõ primum: quod forte fuit cauſa huius diſiunctæ: alterum vero iſtorum hic eſt neceſſarium intra octo dies poſt requiſitionem, poſt octo vero dies neutrum eſt neceſſarium, vt ſup.

f ¶ Muri.] eod. tit. ut commiſſi, lib. 6. verſ. & illorum.

g ¶ Vulgariter.] ſimile ſup. ead. compil. de relig. domi. cap. 1. in prin. & ibi concor.

[Gl. ſeq. in quæſtionem allegat pro, & ſoluit contrarium.]

h ¶ Duos.] niſi de vno concordarent: in caſu enim diſcordiæ manaſſe videtur hæc prouiſio, facit de appell. cum ſpeciali, puto contrarium, ſcilicet, quod de vno conuenire non poſſint, ſed neceſſarij ſint duo, nec eſt hoc prouiſum propter diſcordiam, ſed ad ſecuriorem cuſtodiam, quod ſatis ſonant verba, facit optime, ff. de cuſto. reor. l. vlt. in princ. ibi, nec vni, ſed duobus cuſtodia committenda eſt, & idem dicimus. de miniſtris, de quibus ſequitur.

i ¶ Prouidebit eidem.] de ſuis redditibus, non de parte prouentuum inquiſitionis officio deputato, vt in extrauag. Benedicti, ex eo quod §. verum quia.

k ¶ Etiam prouidebit.] inquiſitor, ſcilicet de prouentibus deputatis officio.

l ¶ Miniſtrum.] ſimile de fil. presbyt. propoſuit in fin. facit, quod dixi ſuper rubrica de offic. cuſto. Ioan. And.

m ¶ Conclaui.] concordat de elect. vbi periculum. §. in eodem cum ſuis concor. lib. 6.

n ¶ Diuerſæ.] ne vnus cuſtos ſine altero poſſit aperire. Interdum enim in eadem ſera habent plus ſocij plures claues, ut quilibet per ſe & aperire, & claudere poſſit: cuius contrarium hic intendit.

o ¶ Subdelegare.] quod alias non poſſet: cum ſibi miniſterium demandetur ſine iuriſdictione, in quo vr̄ electa induſtria perſonæ, de off. dele. cap. fin. & puto per hanc litteram, ꝙ in aſſumendo miniſtro non requiritur conſenſus Epiſcopi, vel inquiſitoris.

p ¶ Iurabunt.] ſimile ſup. ead. compil. de relig. domi. c. 2. ver. illi etiam, de magiſt. cap. 2. ſed in illis nihil dĩcitur de corporali tactu.

[Glo. ſeq. de corporali iuramẽto remittit, & opinionem ponit, cuius rationem determinat, ponit dictum Innocẽtij: ſubdit quadruplicẽ formam iurandi, & conſuetudinis interpretationem, quam determinat.]

q ¶ Tacta.] vt no. de elect. vt circa. ver. coram, lib. 6. in gl. 2. in corporali iuramento non ſufficit præſentia, ſed requiritur tactura Euangeliorum. Quidam dicunt, quo ad corporale iuramẽtum ſatis eſt, quod habeat corporis ſenſum, vt viſum, facit 35. q. 6. Eps per id, ꝙ de poſſeſſione dr̄, ꝙ ibi requiritur actus corporalis, & cum viſu transfertur, ff. de acquir. poſſ. leg. quod meo. §. ſi per venditorem, & l. 1 §. pen. & not. de conſuet. ca. 2. ſed illud verum, cum tradens & accipiens hoc intendunt, ſecus ſi poſſeſſio erat vacua. vt ibi not. Vt ergo ſcripſi poſt Innoc. de iureiuran. etſi Chriſtus, verſ. quod autem: iuramenta, quæ pręcipiuntur, a iure, ſicut teſtis, calumniæ, veritatis, vel quæ a iure, iudice, vel parte ex neceſſitate deferuntur, debent fieri tactis Euangelijs: alias fieri poſſunt ſine tactura, & uide quod not. 22. q. 1. in ſumma. Sed videtur, quod plus obliget corporale: facit 2. q. 5. quanto & c. ſeq. C. ſi minor ſe maio. dix. l. ſi alterius. Quædam autem iura dicunt ſimpliciter iurari, quædam corporaliter, quædam ſuper ſancta Dei Euangelia, quædam addunt ipſorum tacturam, vt hic. & 1. q. 7. quoties, & ſup. ea. compil. de iureiu. Romani. ver. porro. de frigid. & maleſi. laudabilem. Patet de primo, de iureiur. eo. titu. per totum, libro 6. de teſtibus præſentium. & cap. penult. de excep. paſtoralis, qui ma. ac. cuſ. poſſ. cum in tua, de ſenten. excom. ex tenore. De ſecundo,

† De materia iſtius §. vide Zãchi. tract. de hæret. cap. 8. & 10. Gondiſaluum tracta. de hære. q. 11. Sylueſ. in verb. hæreſis. 2.

Iura an ſemper præſtari debeant tactis Euangelijs. Vide Abbatem in ca. etſi Chrus de iureiu. & in c. fraternitatis de teſtibus. Anc. in c. ut circa. de elect. lib. 6. & Fely. in c. 1. de fide inſtrum.

secundo, de hæret. ad abolendam, §. statuimus, de sentent. excommu. venerabilib. de elect. vbi periculum, §. super his, &c. vt circa, & c. procurator, lib. 6. De tertio, de purga. cano. quotiens. Apud Italicos interpretatur consuetudo, quod sufficit quemlibet librũ, vel quamlibet scripturã tangere: quod satis puto procedere, etiã vbi de corporali iuramento exprimitur, non sic vbi de tactura Euangeliorum, vt hic, & in concor.

† Vide Arch. in c. clericus 81. dist. & in c. si peccauerit 2. q. 1. & Io. And. in c. ult. de hæret.

a ¶ Ponendorum.] vbi hoc exprimitur, iuratur super futuris & sic non obstat de iureiur. c. penult.

b ¶ Poterunt. 22. q. 2. faciat.

c ¶ Secreto.] simile de elect. vbi periculum: §. nulli, lib. 6. cũ suis concord. & de secreto habetur. infra, cap. proxi. de pœnit. dist. 1. §. hoc ergo, in princ. & ver. filiam, & de hæret. cap. ulti. libro 6. nec sumitur tam amare hoc uerbum, quin alter custos in absentia alioqui possit, de non secretis ipsis incarceratis.

d ¶ Absque diminutione.] non sicut infideles seruiẽtes, uel ministri, qui semper de eo, quod dominus datur, decimam, uel aliam quotam subtrahũt, ut notatur 1. q. 1. Christus. 14. q. 1. §. 2. ver. sed videte.

Ministri quidam sunt infideles dñis suis.

e ¶ Coram eisdem.] Episcopo, vel capitulo, & inquisitore, uel substitutis ab illis.

f ¶ Pro dicto crimine.] de incarcerandis ergo pro alijs criminibus non iurant inquisitori.

† De iuro notariorũ Hos. & doctores in c. ut officiũ. §. ad conscribendas de hæret. lib. 6. & in c. sicut, ne cleri. uel monach.

g ¶ Deputandi.] dato ergo, quod capitulum haberet iurisdictionem & carcerem: non tamen in suo carcere, sed episcopali tales tenebit sede vacante.

h ¶ Notarij.] qui possunt esse constituti in sacris, & religiosi: quod dic, vt eo. tit. ut officium, §. ad conscribendas, libro 6.

quod in custodia immuratorum & aliorum pro crimine supradicto, in sua custodia positorum & ponẽdorum, [a] omnem diligentiã & solicitudinẽ, quam poterunt, [b] fideliter adhibebunt: Et quod alicui incarcerato nihil vnus in secreto [c] † loquetur, quin hoc audiat alter custos. Et quod prouisionem, quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, & illud, quod a parentibus, & amicis, vel alijs personis fidelibus offeretur eisdem (nisi Episcopi & Inquisitoris, vel suorum commissariorum ordinatio refragetur) ipsis fideliter, & absque [d] diminutione aliqua ministrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebũt. Et idem iuramentũ & coram [e] eisdem personis ministri custodum, priusquam suum exerceât officium, exhibebunt. Et quia sæpe contingit Episcopos proprios habere carceres, sibi & dictis Inquisitoribus non communes: volumus & districte præcipimus, vt custodes ad incarceratorum pro dicto crimine [f] custodiam, per Episcopos, vel sede vacante per capitulum deputandi, [g] & eorum ministri coram dictis inquisitoribus, vel substitutis ab eis præstent simile iuramẽtum. Notarij [h] † quoque inquisitionis coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis ab eis iurabũt [i] suum officiũ fideliter exercere. Et idem fiet de alijs personis [k] necessarijs ad prædictum officium exequendum.

¶ *Punit Episcopos, Inquisitores & eorum substitutos, qui faciendo, vel omittẽdo delinquunt in officio. hoc dicit.*

¶ Verum, quia nimis est graue ad exterminationem prauitati prædictæ non agere, [l] quod ipsius contagiosa enormitas agẽdum requirit: graue est quoque, & damnatione dignissimum [m] malitiose insontibus eandem imponere prauitatem: Episcopo, & Inquisitori prædictis: ac aliis ad dicti executionem officij substituendis ab eis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt sic discrete, & prompte contra suspectos, vel diffamatos de huiusmodi prauitate procedant, quod malitiose, aut fraudulenter [n] tantam labem, seu quod ipsos in executione officij Inquisitionis impediat, falso alicui non imponant. Quod si odii, gratiæ, uel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, [o] contra iustitiam, & conscientiam [p] suam omiserint, contra quenquam procedere, vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut obtẽtu eodem [q] prauitatem ipsam, vel impedimentum officij sui alicui imponendo, eum super hoc præsumpserint quoquo modo vexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eisdem) Episcopus, aut superior suspensionis ab officio per triennium, alij uero [r] excommunicationis sententias eo ipso [s] incurrant: A qua quidem

i ¶ Iurabunt.] speciale [1] est propter magnitudinem criminis, & fauorem fidei, alias sufficere debet iuramentum in creatione præstitum, de sic. præscript. ad audientiam, de cuius forma scripsi. ne cleri. uel monach. sicut te. [& Specul. de fide instrum. §. restat. uersi. sed quæro.]

1 Vide Aretanum de hære. notab. 36. Bernardũ in lucerna, uer. sic. notarius primo.

K ¶ Personis.] officialibus, nuncijs ad citationes faciendas, & apparitoribus de quibus infra, capitul. proxi.

l ¶ Non agère.] concor. de simo. nemo, & quod ibi not.

m ¶ Dignissimum.] idem uerbum 81. distinct. capitu. primo, in fi.

n ¶ Fraudulenter.] falso alicui non imponant, quod sequitur.

o ¶ Obtentu.] ubi ergo uon pp alterum prædictorum: sed forte timore, uel propter uitandum scandalum hoc omitterent, non est locus pœnæ.

p ¶ Et conscientiã.] Not. quod & copulat. [2] concord. de re iudicata, cum æterni, lib. 6.

2 Et copulat. l. ea tñ adiectio, ff. de lega. 3. l. hæredi. §. Caio. ff. de fundo instru.

q ¶ Eodẽ.] odij, gratiæ, &c. ut sup.

r ¶ Alij uero.] s. inquisitores, uel substituti ab eis, uel ab Episcopis, uel capitulis uacãte sede.

[Gloss. seq. inducit hoc computato 20. iura, quod constitutio Ecclesiæ liget ad pœnam omnino occultam: dicens per hoc indubiam quæstionẽ de dubio hæretico. In qua recitat opinionem. In contrarium inducit 13. iura subdit duas opiniones, & prius dictum approbat.

s ¶ Eo ipso incurrant.] hic patet aperte, ꝙ cõstitutio Ecclesiæ militantis ligat crimen omnino occultum

Crimina occulta an ligẽtur per constitutionẽ ecclesiæ militãtis. Vide Doctores j. citatos.

excommunicationis a sententia, qui eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem, nequeant, prę terquam in mortis [b] articulo, † & tũc [c] satisfactione præmissa, absolutionis beneficium obtinere; nullo in hac parte priuilegio suffragante.

¶ *Confirmat antiqua iura huic constitutioni nõ obuia. Io. And.*

¶ Alia sane, quæ circa præmissum inquisitionis officium a nostris sunt p̃decessorib. instituta (quatenus præsenti decreto nõ obuiant) sacri approbatione Concilij roborata, in sua volumus firmitate manere. [d]

¶ Idem in eodem.

¶ Primo, ponẽs cõstitutionis causam determinat ætatem inquisitorum. Secũdo, punit inquisitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquẽt, vel ob delictum clericorũ Ecclesiarum bona confiscant. Tertio pręcipit notarijs, officialibus, & socijs, vt hoc facientes reprehendant, & superioribus denũciant, si probare possunt. Quarto, prohibet inqsitoribus abusum armorum, & circa quantitatem, vel qualitatem officialium. h.d. Io. And.

CAP. II.

NVllatenus [e] splendorem solitum negotij fidei per actus indiscretos & improbos [f] quorũuis inquisitorum hære-

eultũ quo ad pœnas suspensionis, & excõmunicationis, ad idẽ sup. ea. compi. de statu monã. c. 1. §. quia vero infra de pæn. c. cupientes. § qui vero. Nec turbẽtur aliqui: nam hoc idem probatur, de schisma. ca. 1. ver. omnes. lib. 6. & eod. lib. de elect. vbi periculum. ver. nulli. & c. fundamenta. § qđ si secus. & c. quia sæpe. facit. e. ti. sciant, & c. sequ. & c. indẽnitatibus. §. postremo. de off. deleg. c. fin. §. pars vero. de off. ord. c. vlt. de iudi. c. 2. ver. prouiso. đ re iudi. c. 1. & 2. ad fi, de homici. ꝑ humani. vers. sacri. Ad idem antiqua iura. de sen. ten. excom. porro. & c. cum non ab homine, de temp. ordin. c. vlt. patebat idem de immunitate ecclesiæ, clericis. li. 6. vers. nec non. Et ex his videtur indubitatum, ꝙ Arch. habebat pro dubio, & disputationi relinquebat in decretali, cum quis, de sent. excom. lib. 6. an hæreticus ꝫ omnino occultus sit excõicatus. Ioan. tenet quod sic. 34. q. 1. in summa & in gloss. sequen. de pæni. distin. 1. cogitationis. placet ẽt Gof. & Rayn. in summa, de hære. Ad contrarium inducitur 25. dist. erubescant, & quod ibi notatur 33 dist. habuisse, 50. d. §. sed illud in fi. 2. q. 1. nõmen, & q. 5. consuluisti. & 6. q. 1. si oĩa. 15. q. 6. c. 1. uer. non potest. 30 quæst. vlt. §. his ita, & cap. seq. 32. quęs. 5. cap. vlt. de simon. sicut tuis in fi. & cap. seq. Facit ad hoc, quia ex uoluntate, quæ non procedit in actum, non scandalizatur Ecclesia, 14. quæst. 3. Deus quibus. Sunt qui nolunt fateri per clauem Ecclesię legari posse omnino occulta, nisi illa sint expresse lege diuina damnata, vt vsura, in qua damnatur spes occulta de vsu. consuluit. Alij dicunt, quod si factum est publicum, sed occultum quis fecerit, ligari potest per Ecclesiam. 5. q. 1. quidam de off. ordi. si sacerdos. Si vero & factum, & faciens sunt occulta, secus, vt in contrarijs. Sed vtrique dicto obuiant iura allegata in princ. glossæ, quare de plano fateamur, ꝙ constõ militantis ecclesiæ ligat omnino occulta, nõ tamen nominatim de illis iudicat tribunal Ecclesiæ, imo ipsa Ecclesia in quantum per hominem, iudicat hominẽ nominatim, & in quantum est collectio fidelium, ligatus sic occultos habet pro solutis de sen. excomm. a nobis 2. & sic loquuntur contraria.

[Gl. sequens in quæstione alleg. affirmatiue, & soluit cõtrarium format incidentem quæstionem quam soluit.]

a ¶ Excõicationis sñia.] de suspẽsione † nil dicit, quare vr̃, ꝙ ab illa superior possit absoluere. Dic contra & ratio illius omissionis fuit, quia tẽpus habet determinatũ, & vbi sic determinatum est, vr̃ ꝙ non possit superior absoluere, vt no. de elect. cupiẽtes. §. ceterũ. in gl. est ergo. Sed quid si tempus determinatum non esset? Videtur, quod possit ex quo superior non reseruat de sen. excõ. nuper: nec prohibet, vt inf. de priuileg. c. 1. vers. si qui. facit quod not. de reg. non solum.

in fi. lib. 6. & quod dixi de solu c. 2. in fi. secus si reseruasset, de testi. tam litteris in fi.

b ¶ Mortis articulo.] qui casus semper excipitur. inf. c. prox. de off. ord. pastoralis, & vide quod ibi no.

c ¶ Et tunc.] s. quando in mortis articulo per epm, vel presbyterum absoluuntur, & hoc intelligo, si facultas est faciendi, & tempus hoc patitur, alias absoluetur cum cautione. facit. inf. c. ꝓx. de sepult. c. vlt. de sent. excom. a nobis.

d ¶ Manere.] concor. eo. tit. c. vlt. in fi. li. 6.

NOlentes.] Diuidit in quatuor partes, vt patet in rubro. Secũdo. ibi, [inquisitoribus.] Tertia: ibi, [Notarij.] Quarta: ibi, [Porro] Imola.

¶ Pro casu nota, ꝙ Inquisitor hæreticæ prauitatis nõ est aliquis deputãdus, nisi habeat quadragesimum annum. Et sic est casus specialis cõtra cap. cum uicesimum. de off. & potestate iudicis, de leg. in antiq. Et istud fit, quia agitur de magno scandalo. Nota ꝙ inqsitor, vel eius commissarij sub vmbra sui officij facientes illicitas exactiones, est ipso facto excõmunicatus, à qua excommunicatione non absoluitur nisi satisfactione plenarie facta, nisi in articulo mortis. Nota, ꝙ pro delicto prælati bona Ecclesiæ non confiscãtur, & hoc uerum, quando solus Prælatus deliquit, secus, si Prælatus, & capitulũ deliquerunt habita deliberatione, tunc enim bona Ecclesiæ confiscarentur. l. iubemus, de sacrosanct. eccl. C. vbi nauis Ecclesiæ fuit cõfiscata Imperatori. Not. quod si in constitutione ponatur verbum, extũc, incipit ipsa constitutio obligare a tempore ipsius publicationis, nõ expectato lapsu duorum mensium, qui alias regulariter præfigitur, ꝙ intelligo quo ad hoc, ut contra factum non valeat, nõ autem quo ad hoc, ut contra facientes hoc ignorantes obligati sunt ad culpam, ut not. gloss. notabilis in uerbo, exnunc: Pro clara intelligentia huius Clementinæ accipe diuisionem glossæ, & illum prosequere. Nota de splendore fidei. Et dicit Lauren. quod talia, quæ sunt fidei, in luce, & splendore tractari debent. Not. quod improbi actus uitandi sunt, de hoc in gl. 2. Zabar.

[Prima gl. simul diuidit, & summat.]

e ¶ Nolentes.] Casus. Primo, ponẽs cõstõnis cãm, determinat ætatem inquisitorum: Secundo, ponit inqsitores, qui prætextu officij pecuniã illicitis modis extorquent, uel ob delictum clericorum ecclesiarum bona confiscant. Tertio, præcipit notarijs, officialib. & socijs, vt hæc facientes reprehendant, & superiorib. denuncient, si probare pñt. Quarto prohibet inquisitoribus abusum armorum, & circa quantitatem, uel qualitatem officialium partes patent.

f ¶ Improbos.] qui dederunt causam, & merito huic constitutioni, & præcedenti.

ADDITIO. 49. dist. huic etenim Zab.

† In mortis articulo nulla est casuũ reseruatio, atque õ oẽs sacerdotes quoslibet pęnitentes a quibusuis peccatis & censuris absoluere pñt ita Concil. Tri. sess. 14. c. 7. đ casuum reseruatione.

§ Hæreticus omnino occultus, an sit excõicatus, de quo uide omnino Alfonsũ Cast. li. 2. c. 18. de iusta hæret. punit & Caie. apud B. Tho. 2. 2. q. 11. ar. 3.

† Vide Abbatẽ in c. in litteris, de testibus.

Ecclesiæ bona pp delictum pręlati non confiscantur.

a ¶ Caligine.] Eſaiæ 5. in fine. Lux obtenebrata eſt in caligine.

[Glo. ſequens duas lecturas ponit.]

2 Vide Abb. Fel. & doctores in c. 2. de conſtitu.

b ¶ Extunc.] ac ſi dicat, deinceps, vel forſan 2 voluit Papa per hoc, ꝙ hęc pars cōſtitutionis ſtatim ligaret à tēpore promulgationis, non expectato lapſu duorū menſium, de quo dixi in procemio: non quo ad hoc, quod contra facientes hoc ignorantes obligati eſſēt ad culpam: ſed quo ad hoc, vt contra factum non valeret: prius vero datos afficere non intendit.

c ¶ Quadrageſimū.] concord. 20. quæſtione prima. ſanct. moniales. Et 3 eſt mirā dum, quod in Inquiſitore maior ætas requiritur, quam in epiſcopo, qui tamen inquiſitor eſt, & eſt ſimile de elec. nemo deinceps li. 6. & hoc eſt de arbitrariis, de quibus nō cogimur reddere rationem, vt ſcripſi de reſcr. ſi quando.

3 Inquiſitor debet eē antiquior Epiſcopo. Vide Conradum Brun. de hæret. li. 4. c. 1.

f ¶ Commiſſarijs.] de epiſcopis loqui non videtur, & ideo licet etiam ipſi ab his debeant abſtinere: pœna tamen quæ ſequitur non habet locū in illis concord. inf. ver. notarij, voluit ergo dignitati deferre. de offi. deleg. c. 1. lib. 6.

ticę prauitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine [a] obfuſcari: hoc ſacro Cōcilio approbante ſtatuimus nullis extūc, [b] niſi qui quadrageſimum [c] ętatis annum attigerint, officium inquiſitionis prædictæ committi [d] inquiſitoribus. Et tam ipſorum, [e] quam epiſcoporum, ſeu capitulorum, Sede uacante ſuper hoc deputatis commiſſariis, [f] quibuſcunque diſtrictius iniungentes, ne prætextu [g] officij [h] inquiſitionis quibuſuis modis illicitis [i] ab aliquibus pecuniam [k] extorqueant: nec ſcienter [l] attentent eccleſiarum [m] bona ob clericorum delictum [n] † prędicti occaſione officij fiſco etiā eccleſię [o] applicare. [p] Quod ſi ſecus in his [q] vel eorum altero fecerint, excommunicationis ſententię eos ſubiacere decernimus ipſo facto: A qua nō poſſint abſolui [r] preterquam in mortis [s] articulo, donec illis, à quibuc extorſerint, plene ſatisfecerint [t] de pecunia ſic extorta. Nullis priuilegijs, pactis, aut remiſſionibus [u]

g ¶ Prætextu.] vbi ergo non eo prætextu illicite exigit, licet male faciat, non tamen eſt locus pęnæ.

h ¶ Officij.] & ſic hoc cōmittit crimē concuſſionis, de quo 1. quæſt. 1 ad fin. 23. q. prima. capit. 2. in fi. & c. militare. & de immun. eccleſi. quia plerique, tamē tales abſolui permittit infra reſtituendo ſimplum tantum: cum tamen concuſſor ſoluat quadruplum 18. diſt. quoniam, in fi.

† Delictum prælati q̄n noceat eccleſiis. vide Feli. in c. ad audiētiam, de reſcr. & Alexan. cōſ. 23. lib. 1.

i ¶ Illicitis.] Pœnas pecuniarias 1 applicandas officio non prohibet imponi, & exigi, ſed illicitas exactiones fieri. ff. de of. præſi. illicitas in prin. de ſimo. in tantum, & c. audiuimus, & cap. ſequ.

1 Vide gl. in c. licet, d̄ pęn. Io. Andr. 1 c. 1. d̄ homi. in 6. Ancha. cōſ. 12. & Zāch. in tra de hæret. c. 19.

[Glo. ſeq. dicit per quos, ſecundo quærit, ſoluit, & remittit.

d ¶ Cōmitti.] per p̄latos prouinciales, vel Miniſtros illorū ordinū, quib. deputatio talium a ſede Apoſtolica eſt cōmiſſa. Idem puto de inquiſitoribus ab epiſcopis vel capitulis ſede vacante: vt hi quibus committunt, hr̄e debeant hanc ætatem. Sed quid ſi contra fiat; certū eſt, ꝙ puniēdi ſunt cōmittētes, tranſgrediētes hoc præceptum, & vide, ꝙ not. de elect. generali. §. illos. in vlt. gl. li. 6. & licet hic non apponatur decretum: vr̄ tn̄ quod non valeat commiſſio, pro & contra, de ele. licet canon. lib 6 & vide, quod ibi, not. in gl. 2.

[Gl. ſeq. dicit hic q̄onem ſolui, contra quā allegat, deinde illud fortificat, & contrario reſpondet.]

e ¶ Ipſorum.] commiſſarijs, ꝙ eſt infra. Et per hoc, & per c. ſup. proxim. ſoluitur, quod olim dubitabāt, an Inquiſitores poſſent cōmittere vices ſuas: & videbatur quod nō, quia decretalis, ut commiſſi in prin. eo. tit. li 6. permittit, vt committant citationes, & ſentētiarum denunciationes. vltra illa ergo permiſſa committere non poterant, de transl. c. 2. facit de of. deleg. c. vlt. §. vices quoque, vbi etiam conſeruatur nō committit niſi illa duo, vr̄. n. electa induſtria perſonæ, de off. deleg. c. vlt & c. is cui. li. 6. Contra, quia ſiue ordinariam, ſiue delegatam iuriſdictionem inquiſitor habeat committere pōt. Primum patet Secundum ſ. cū dicitur, delegatus: ꝙ videtur verius per decretalem, per hoc eo. tit. lib. 6. pro & contra, eo. tit. ne aliqui. eſt tamen delegatus principis, & cum iuriſdictione, non cum miniſterio tantum: ergo committit. ita ſeruatur, dāt ergo inquiſitores commiſſarios, quos vocamus vicarios, vel ſubſtitutos. ſup. eod. c. proxi. §. porro. & §. notarij, & § verum. Ad decretalem, vt commiſſi. reſpōdetur, ꝙ non loquitur negatiue, ſicut illa, quæ loquitur de conſeruatore. ſ. quod non poſſint niſi illa duo committere, ſed loquitur affirmatiue, 4 ſ. quod illa duo committere poſſint, & de illis forte dubitabatur, quaſi ante citationem non eſſet perpetua iuriſdictio, & per diffinitiuam eſſet functus ſuo officio. Ad primum, de off. deleg. paſtoralis §. 1. Ad ſecundum. eo. ti. in literis Io. And.

Inquiſitores hæret corū an poſſint aliis vices ſuas cōmittere. Vide Deciū in c. cām, de appellat. Gondiſaluum de hær. quæſ. 7. Zanchinum de hær. c. 30.

4 Vide Fel. in c. nonne, de præsūpt.

k ¶ Pecuniam.] intelligo large 1. quæſtione 3 per totum.

l ¶ Scienter.] ignoranter ergo non tenet hæc pœna, ſimile. ſup. ea. compi. de conſan. & ad fi. c. 2 nico.

[Glo. ſequ. nota contrario, & ſoluit quæſtionem de monacho.

m ¶ Eccleſiarum.] de bonis ergo clericorum proprijs non prohibet. Et per hoc dico, quod ſi monachus preeſſet Eccleſiæ, ꝙ etiam eorum, quæ acquiſiuit intuitu perſonæ, applicatio iſta fieri non poſſet: cū enim impediente profeſſione ſibi non poſſit acquirere, & ſic acquiſita poſt poſſeſſionē adeptam ſint Eccleſiæ, 18. q. 1. c. vnico, de priuil. cum olim 2. ergo etiam in illis eſt locus ei, quod hic dicitur, quod tamē in quodam inquiſitoris conſilio ante hanc cōſtitutionem clamare non profuit.

Monach. ſibi acquirere non poteſt.

n ¶ Delictum.] de reg. iur. delictum cum ſuis concor. libro ſexto.

o ¶ Eccleſiæ.] multo minus ſibi ipſis, vel officialibus, vel fiſco ſæculari, cui alias applicata ſūt ipſo iure bona laicorum damnatorum, de hær. eo tit. cum ſecundum. lib. 6. Et vide, quod not. de conceſſ. præben. quia diuerſitatem, & quod ibi dixi ſuper gloſſa antepenultima.

p ¶ Applicare.] idem verb. de præb. c 3. probatur autem hoc eod. tit. excommunicamus. in prin. vbi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter Eccleſias, à quibus beneficiati ſunt.

q ¶ In his.] duobus proxime dictis. ſ. de pecunia extorquenda, & de bonis Eccleſiæ confiſcādis, primum. n. caſum. ſ. de ætate, includi non puto, quod patet per ſequentia, ibi. donec illis, &c.

r ¶ Abſolui.] per ordinarios, cum ſibi non reſeruet. de ſent. excom. nuper.

ſ ¶ In mortis articulo.] ſup. c. proxi. in fi.

t ¶ Satisfecerint.] ſi habent vnde: alias vero paupertas excuſat. de vſu. cum tu. de rap. cap. 2. & vide quod no. de verb ſign. ex parte 1. in fi. 4. gl.

u ¶ Remiſſionibus.] concor. de cenſi. exigit. ad fin. de reſcrip. ad ſtatutum, circa finem. li. 6. & adde quod ibi nota.

a ¶ Com-

a ¶ Commissarios.] nil dicit de episcopis, vt etiam sup. dixi. & facit. ſ. verbum, prælatis.
b ¶ Talia.] in alijs ergo non habet locum, quod sequitur.
c ¶ Corrigere.] quantum in eis est: vel, id est corripere qđ possunt, sed non corrigere: manus cõprimere possunt, sed non animum mutare. 47. dist. §. necesse, in fi. Io. And.
d ¶ Secreto.] 2. q. 1. si peccauerit.
e ¶ Valeant.] alias, teneant. 2. q. 7. plerumque. Io. And.
f ¶ Amoueri.] licet Prælatus † inquisitoris, s. Prouincialis illum ab officio remouere possit, vt hic patet: iurisdictio tamen inquisitoris nõ ab ipso prælato, sed a Papa immediate depẽdet: vt solus actus committendi, vel remouendi pendeat penes illum, & hæc patent in priuilegijs officij: ex quo sequitur, qđ corrigere, vel altera se non posset secta per illum virtute officij: sed illum amotũ puniat, vt hic.
g ¶ Teneantur.] non dicit, possint.
h ¶ Prædictos.] notarios, officiales, & socios. Io. And.
i ¶ Quibus.] ordinarijs locorum.
k ¶ Perferant.] de statu reg. c. vlt. de cleri. ægro. c. vnico, §. si autem. lib. 6.
l ¶ Concessione.] facta per priuilegia officij, vt hĩc possit officiales armatos.
m ¶ Exequenda.] sint enim tales, qđ velint, & possint officio deseruire. si. de præben. super inordinata, de cler. non residen. cap. 3. & 4.

AD nostrum.] A nõnullis in Cõcilio Viẽnẽsi fuit expositum, quod erat quædam secta hominum, qui homines vulgariter appellantur Beguardi: & quædam mulieres nuncupatæ Beguinæ: quæ sub vmbra cuiusdam sanctitatis seminabant multos errores, de quibus ponuntur octo in textu: tunc Concilium reprobauit illam sectam & errores suos: & præcepit eis, vt desisterẽt a tali secta: & similiter præcepit Episcopis, vt illos non admitterẽt: & imponit pœnam, si perseuerauerint in sua secta. Nota de verbo. (Secta,) quod accipitur hic in malum, alibi in bonum, de hoc in gloss. 2. Nota quod diabolus dr̃ sator malorum, de hoc in gl. in ver. satore, de sepul. clem. dudum. ver. ab olim. Zabarel.

Corrigere & corripere differunt.

† Inquisitor hæreticæ prauitatis an possit remoueri ab eo, qui sibi iurisd. dedit, vide notata per Doctores in ca. fi. de rescr. & Cy. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport.

† Vide Gonsaluum de hær. q. 11.

super hoc valituris. Notarij vero & officiales dicti officii, nec non fratres, & socii Inquisitorum & cõmissariorum ipsorum, qui dictos inquisitores aut cõmissarios [a] secrete nouerint talia [b] cõmisisse (si indignationem Dei & Apostolicæ sedis vitare voluerint, & offensam) ipsos grauiter arguere, & corrigere [c] studeant in secreto. [d] Qđ si taliter ea sciuerint, vt ea probare valeant, [e] si sit opus, hæc prælatis Inquisitorum & commissariorum eorundẽ, ad quos id pertinebit, nunciari sollicite debeant. Qui equidem prælati, inquisitores & commissarios prędictos reos inde repertos ab officiis amouere, [f] & motos alias punire debite seu corrigere teneantur. [g] Prælatis autem inquisitorum id negligentibus agere, præmissa omnia nũciari per prædictos [h] locorũ ordinarios volumus: quibus, [i] vt ea in Apostolicæ sedis notitiam perferãt, [k] in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus.

¶ Porro inquisitoribus ipsis districtius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet concessione [l] portationis armorum, † nec officiales, nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua cum inquisitoribus ipsis officia exequenda. [m]

¶ Idem in eodem.

¶ *Damnat sectã Beguardorum, et Beguinarũ Alemaniæ, & octo ipsius errores, excitans diœcesanorũ, & inquisitorum officium contra illos. h. d. Io. And.*

CAP. III.

AD † nostrum [n] (qui desideranter in votis gerimus, ut fides catholica nostris prosperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fideliũ extirpetur) non sine displicẽtia [o] grandi peruenit auditum, quod secta [p] quædã abominabilis quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierũ, quæ Beguinæ [q] vulgariter appellantur in Regno Alemaniæ (procurante satore [r] malorum operum) damnabiliter insurrexit: tenens & asserens doctrina sua sacrilega, & peruersa inferius designatos errores. Primo [s] videlicet, qđ homo in vita præsenti tantum, & talem perfectionis gradum [t] potest acquirere, quod red-

[Prima gl. summat, & diuidit.]
n ¶ Ad nostrum.] CASVS. Damnat sectam Beguardorum, & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipsius errores, excitans diœcesanorum, & Inquisitorum officium contra illos, & Primo ponit sectam & errores. Secundo: ibi, [Cum autem,] illam damnat. Tertio excitat: ibi, [Porro.]
o ¶ Displicentia.] simile supra eadem Compil. de censi. ad nostrum.
[Gl. seq. ponit differentiam.]
p ¶ Secta.] scribitur per c. & non per p, & dicitur a seco secas, alij quod a sequor sequeris: & est proprie habitus animorum, & propositum in malo circa falsam disciplinam. inde tales dicuntur secti, id est separati & diuisi ab vnitate fidei, & Ecclesiæ: tamen interdum sumitur in bona parte. C. de pactis, l. vlt. in fin. Per p, scripta desi gnat clausuram sup. ead. Compil. de statu mona. ne in agro post prin.
ADDITIO. Scribitur etiam seta sine c, & p, & significat pilum durum, cũ quo potest trahi filũ, de pœnit. dist. 2. sicut se ta. Zab.
q ¶ Beguinæ.] de quibus sup. ea. Compil. de relig. domi. c. 1.
r ¶ Satore.] id est seminatore diabolo. su pra de elect. licet. de euitanda, in princ. & supra eadem Compil. de sepul. dudum post prin.
s ¶ Primo videlicet.] scio, qđ expedit textum cuicumque facultati cõueniat per glossam aperiri. Item puto dicere, quod in declarandis infrascriptis erroribus, loquar apertius mere canonista: quia in sacra pagina licet modicum studui sub ipso excellentissimo Doctore magistro Io. de Parma, ordinis Prædicatorum, per cuius doctrinam Deo duce ista clarescent: hoc dixi, vt prolixitati parcatur.
t ¶ Gradũ.] vide qđ no. de pe. dist. 2. radicata, §. hęc quę, de charitate, in 1. & 2. gl. 47. dist. omnes, in fi.
[Gl. seq. ponit duos intellectus, quorum primus catholicus, secundus hæreticus. ad auctoritatem quæ facit pro secundo, remittendo respondet.]

† De secta & erroribus Beguardorũ vide Clem. 1. sup. de relig. do. & extrauag. Ioã. XXII. incip. Sãcta Romana. de relig. dom. & extrauag. eiusdem Ioann. XXII. incip. Rõ recta. eo. tit. de relig. do. inter cõmunes adde Guidonem Carmelitam in summa de hæresib. Beguinorũ, & Eymericum in directorio inquisitorum par. 2. q. 15.

a ¶ Impecca-

detur penitus impeccabilis, [a] & amplius in gratia proficere non valebit: [b] nam (vt dicunt) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior [c] inueniri. Secundo, [d] quod ieiunare non oportet hominem, nec orare [e] postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas [f] est ita perfecte spiritui & rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere quicquid placet. [g] Tertio, quod illi, qui sunt in prædicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientiæ, [h] nec ad aliqua præcepta ecclesiæ [i] obligantur: quia

Impeccabilis an possit aliquis fieri.

a ¶ Impeccabilis.] si hoc intelligeretur de Dei potẽtia absoluta, catholice dictum esset, per eam reddi posse quem impeccabilem, & hoc priuilegium gloriosæ virginis Mariæ creditur datum esse diuinitus: dicere autẽ hoĩem hoc posse ſm legem cõem, qua Deus sanctis dona gratiæ suæ dispensat, hoc est hæreticũ. Nam ſm legẽ cõem nullus põt impeccabilis fieri, nisi per Dei beatificam visionẽ, qualis solũ post hãc vitam datur beatis, vt ĩ.dicetur, & etiam dicit B.Tho. par.1. q.100. ar.2. Forte mouebantur isti auctoritate Ioan. in epist. 1.c.3.ibi. Omnis, qui natus est ex Deo, nõ peccat. Sed Hieronymus ꝯ Iouinianum plene huic auctoritati respondet, de pœn.dist.2.si enim, inquit, probans multis auctoritatibus, hominem etiam perfectum in via, aut in hac vita peccare posse: illud idem probans exemplis Dauidis, Salomonis, Iosuæ, Petri, & aliorum præelectorum, quia in via peccauerunt. Io.And.

Charitas perfectissima in hac uita haberi non potest.

b ¶ Non valebit.] Augustinus ad Hieronymum cõtradicẽs, quod charitas in quibusdam est perfecta, in quibusdam imperfecta, sed perfectissima in hac vita haberi non potest, de pœn.dist.2.charitas. in quibusdam, facit ead.dist.si quis tantam, dicebat enim Psalmista 1. Ambulabunt de virtute in virtutem, & Apostoli Lucæ 17. in prin. Auge nobis fidem, quæ plene uideas, de pœn. dist.2.cum sanctam.

1. Psal.83.

[Gl.seq.arguit, respondet per rationem, quam per simile probat, & concludit.

c ¶ Perfectior.] hoc est falsum: minus enim per augmentum potest peruenire ad quantitatem maioris in ijs, quæ habent quantitatem vnius rationis, & facit de priuileg.ex ore, versi. porro, sed gratia alterius hominis se habet ad gratiam Christi, sicut virtus particularis ad vniuersalem. vnde sicut virtus ignis, quantumcunque crescat, non potest æquari virtuti Solis: ita gratia hominis quantumcunque perfecti, non potest æquari virtuti & gratiæ Christi: vt etiam dicit Thom.3.parte, qõ.7.artic.11.in fi. non est ergo facienda æquatio finiti ad infinitum, facit de sum.Trin. damnamus, uer.cum ergo, in fi.

[Gl.seq.primo hoc dictũ improbat ratione, & exemplo. Secundo allegat pro illo dicto auctoritatem Euangelij, & tripliciter respondet.]

Ieiunare tenentur etiã perfecti.

d ¶ Secundo, quod ieiunare.] hoc est hæreticum, constat enim quod perfectio quantumcunque magna in hac vita ordinem Ecclesiæ non subuertit, sed perficit, sed quamdiu manet ordo Ecclesiæ, manet obedientia inferiorum ad superiores: sic.s.quod eorum præceptis obedire tenentur 93.distin.per totum de maior. & obedien. per totum, ergo per nullum gradum perfectionis absoluitur a præcepto ieiunij, uel alijs præceptis Ecclesiæ, ut dicam infra versicul.proxi. Qui tamen teneantur ad ieiunia Ecclesiæ, scripsi de obser.ieiu.super rubrica, & c.2.in fi. Paulus ergo, qui perfectissimus fuit, per ieiunia & corporalia exercitia castigabat corpus suum dicens; Castigo corpus meum, &c.1. ad Corinth.cap.9.in fi. & de pen.distin.2.si enim.versic. Paulus. Sed pro istis faciebat Lucæ 5.ibi, Non possunt filij sponsi ieiunare, quamdiu cum ipsis est sponsus. Sed sponsus est cum perfectis, spiritualiter illos inhabitans, Matthæi vlt. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: ergo perfecti ad ieiunia Ecclesiæ non obligantur. Sed ad hoc respondetur tripliciter, Primo secundum Chrysost. istud intelligitur de Discipulis, qui adhuc imbecilles in corporali præsentia Christi, magis erant fouendi dulcedine, quam exercendi austeritate ieiunij, vel secundum Hieronymum illud de ieiunio veterum obseruantiarum quasi per id innuat Dominus Apostolos non detinendos in veteribus obseruantijs: quos perfundi oportebat gratiæ nouitate. vel tertio secundũ Augustinũ illud intelligitur de ieiunio quod pertinet ad humilitatem tribulationis. vnde vbi Lucas dixit filios sponsi ieiunare, Matth.9.c.dixit lugere, hoc non conuenit perfectis, quibus conuenit ieiunium cum gaudio mentis in spiritualia suspensæ, & de hoc Thom.2.2.q.147.ar.1.in fi.

[Glo.seq. probat duplicem orationem conuenire cuique perfecto, & de vtraque remittit.

Orare teneantur etiã perfecti.

e ¶ Nec orare.] hoc est falsum, nam homo quantumcunque in statu viæ perfectus habet orare, vt diuina virtute perseueret in illa perfectione, ad quam perseuerantiam virtus propria non sufficit, vnde omnibus viatoribus, quantumcunque perfectis dicere incumbit ex Dei præcepto, Matth.6. Et ne nos inducas in tentationem, & reliqua contenta in oratione Dominica. hoc dicit Augustinus in libro de perseuerantia, constat etiam quod multis datur gratia, quibus non datur perseuerantia in gratia, nec neges per hoc illam gratiam, habebant enim per illam quod perseuerare poterant. Item ille inchoata est quantum ad mentem, sed non consummata quantum ad carnem, quod prius erit in patria, vbi non solum perseuerare poterit, imo non perseuerare non poterit, & hoc per Thom. 1.secundæ, q.109.art.vlt. Item quantumcunque in vita perfectus habet orare pro beatitudinis adeptione, quam nondum habet, sicut Psalmista, Vnum petij a Domino, hanc requiram vt inhabitem in domo Domini. Vnde Christus in quantum homo orauit pro corporis gloria, & similibus dicens, Ioan.XVII. Clarifica filium tuum. &c. & de hoc etiam quomodo Christo conueniebat oratio, Thom.par.3.quęst.21.artic.3.de oratione autem satis scripsi sup.ead.Compil. de reli.c.vnico, ad finem.

Sensualitas quid est.

f ¶ Sensualitas.] quæ est vis animæ appetens desiderabilia corpori, & refutans nociua, & hanc dicimus animam sensitiuam, de qua satis dixi, sup.ea. Compil. de sum.Trini.c.vnico.2.responso.

g ¶ Placet.] dicunt isti licere quodlibet.4.dist.denique in fi. Alexander ad Didymum. Et quæ voluntas sibi vendicat, honestate plerumque negamus admittere, dedit nobis multas natura blanditias, quas plerumque virtus cohibet. Ouidius epistolarum.

Est virtus placitis abstinuisse bonis.

facit 11.q.1.aliud, & q.3.qui ergo.

Ouidij dictum singulare.

h ¶ Tertio quod &c. obedientiæ.] reprobatur, de renuncia.nisi versic.sed dices de regul.licet, & peccatum paganitatis incurrit, qui cum Christianũ se asserat, sedi Apostolicæ obedire contemnit.81.dist.si qui sunt, in fi. quod intellige, ut not.19. dist.nulli fas, & de elect. generali.§.illos, lib.6.

Papæ contẽnens obedire, paganitatẽ incurrit.

[Glossa seq.improbat dictum per auctoritatem & similitudinem Ecclesiæ triumphantis, & per naturalem rationem.]

Ecclesia quare est una.

i ¶ Ecclesiæ.] hæc sunt omnino hæretica & contraria illi articulo fidei, unam sanctam catholicam ecclesiam. Constat enim ecclesiam ideo unam, quia in uniuersali Ecclesia est unum caput supremũ, cui omnes de Eccle-

sia obedire tenentur, scilicet Papæ hoc illo statuẽte, per quem reges regnãt, & legũ conditores iusta decernunt. prouer. 8. alias. 3. Est enim Ecclesia militans exemplata diuinitas a triumphante, dicente Ioan. in Apoc. 21. in princip. vidi Hierusalem sanctam nouam descendentem de cælo, &c.

(vt asserunt) vbi spiritus Domini, ibi libertas. [a] Quarto, quod homo potest ita finalem beatitudinem, secundum omnem gradum perfectionis in præsenti assequi, sicut eam in vita obtinebit beata. [b] Quinto, quod quælibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata: quodque anima non indiget [c] lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruendum. Sexto, quod se in actibus exercere virtutum est hominis imperfecti, [d] & perfecta anima licentiat

Obedire Papæ est de necessitate salutis.

Et Moysi dictum est Exod. 25. in fi. quod omnia faceret secundum exemplar sibi monstratum in mõte. cum igitur in Ecclesia triumphãte sit vnus princeps supremus, cuius obedientiæ tota ipsa Ecclesia perfectissime ẽ subiecta, scilicet Deus: necessario sequitur toti militãti vnum supremum Principem prę sidere, scilicet Papam, cuius præceptis oẽs obedire tenẽtur: & hoc est de necessitate salutis, vt in extrauag. Bonifacij. vnam sanctam, & fortius in ijs, qui sunt perfecti 22. q. 2. ne quis. Inde prędictum fuit, Osee. i. Congregabuntur filij Iudæ, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum: & Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. de bap. licet. & infra de senten. excommu. cap. i. cum concord. Hanc obedientiam probat naturalis ratio: sicut enim operationes rerũ naturalium procedunt ex naturalibus potentijs, ita operationes humanæ procedunt ex humana volũtate: oportuit autem in naturalibus vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitus: sic oportet in reb. humanis ꝙ superiores moueant inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ, vt satis probat Th. 2. 2. q. 104. art. 1. Istorũ autem superiorum mouentium vnus est supremus, vt prædixi. Omnes igitur sunt subiecti motioni illius, & sunt in illo quasi membra de membro, & c. de ele. significasti, quod allegant isti, non obstat vt statim dicam.

[Glo. seq. respondet austoritati Apostoli.]

Seruitus est duplex.

a ¶ Libertas.] 2. ad Corint. 3. 19. q. 2. duæ sunt, in fin. & hoc intelligitur de libertate a seruitute peccati, non a seruitute. quia viri quãtumcunque perfecti sunt adstricti Prælatis Ecclesiæ vel sæcularib. principib. nam virtus, qua homo subijcitur homini ad corpus pertinet, non ad animam. quæ manet libera, licet ergo in via per Christi gratiam a defectibus animæ liberemur non tamen a defectibus corporis, quod patet per Apostolum ad Rom. 7. Filij ergo Dei per gratiam licet sint liberi a spirituali seruitute peccati, non tamen a corporali, qua ecclesiasticis vel temporalibus dominis sunt adstricti, vt dicit glossa super 1. ad Timoth. 6. illi quicumque sub iugo, &c.

[Glo. seq. improbat primo hoc dicto per rationem 3 de qua remittit. Secundo distinguit absolutam Dei potentiam & legem communem. Item beatitudinem accidentalem, & essentialem.]

Perfectionis beatificę omnẽ gratiã an quis in hoc, sęculo possit obtinere.

b ¶ Quarto, quod homo, &c. Beata.] hoc est falsum. quia vt supra dixi, in via huius peregrinationis charitas quãtumcunq; perfecta deseri potest, sed non in patria, & vide, ꝙ notaui de pœni. dist. 2. in summa. & dist. 4. si ex bono. circa medium in glos. vnde Ouidius. & facit Prou. 24. de pę. distin. 3. septies. vnde Apostolus. 1. ad Corint. 13. in fi. Videmus nunc ꝑ speculum in ænigmate, tũc aũt facie ad faciem. Circa hoc autẽ sciendum, ꝙ homo mortalẽ vitã agens, ẽt per Dei potentiam absolutam non vr̃ posse obtinere omnem gradum pfectionis beatificæ, loquendo de beatitudine accidentali. Ratio; quia ad illius beatitudinis pfectionem pertinet perfecta impassibilitas & glorificatio, q̃ pp ꝯdictorium cum eius passibilitate stare nõ p̃t; secũdum ẽt legẽ communẽ, qua Deus beatificat hoĩes, nullus p̃t eleuari a Deo ad suæ essentiæ beatificã visionẽ, nisi totaliter moriatur, sicut cõiter est de animabus nunc beatis. vñ Exod. 33. Nõ videbit me homo, & viuet: vel nisi sic abstrahatur a sensib. corporis, ꝙ nesciat an sit in corpore, vel extra corp⁹, sicut accidit Paulo, vt inf. dicã, & de hoc Th. p. 1. q. 12. ar. 11. Sed dicere hoĩem ꝑ Dei potentiam absolutam, & ipsius priuilegiũ speciale posse finalẽ beatitudinẽ cõsequi secũdum oẽm gradũ beatificæ pfectionis, quantum ad essentialẽ beatitudinẽ, quæ cõsistit in perfecta visione diuinæ essentiæ, & secundũ quosdam in perfecta Dei dilectione & fruitione secundũ doctorẽ meum catholicũ est: & inducit illud Augustini 11. super Genesim, ad litteram. & in li. de videndo Deum, ad Paulinã dicentis, ꝙ Moyses ex Dei priuilegio spãli adhuc mortalẽ vitã agẽs, Deũ ꝑ essentiam uidit tanquam futurus Iudæorũ doctor. uñ Numeri 12. de ipso, palam uidit Deũ, & non ꝑ ænigmata, & facie ad faciem allocutus est eum. Exo. 33. 8. q. 1. Moyses. ubi de hoc, & Paulus idem priuilegium habuit tanquam futurus doctor gentium. unde dicit 2. ad Corint. 12. se raptum in paradisum Dei. cõstat autem intelligentib. secundum eum, quod omnem perfectionem beatificæ uisionis, & fruitionis puræ creaturæ possibilem potuisset Deus eis conferre & communicare per suam potentiam absolutam. alleg. Th. 4. sent. dist. 46. ar. 7.

[Glossa. seq. errorem litteræ ostendit per canonẽ, auctoritatem, & rationem.]

Deũ uidere ꝑ essentiam nulla intellectualis natura potest.

c ¶ Quinto quod, &c. Non indiget.] quasi hoc possit sua naturali uirtute. Hoc expresse est hæreticum & reprobatum de cons. dist. 4. c. ult. & ibi soluitur, qđ opponitur de libertate arbitrij: & est ꝯ doctrinam Apostoli. ad Rom. 6. Gratia Dei uita æterna, id est beatitudo perfecta. Huius ratio est: quia illud, quod est proprium superioris naturæ, non potest natura inferior assequi, nisi per actionem superioris naturæ, cuius illud est proprium, sicut nec aqua p̃ot fieri calida, nisi per actionem ignis, uidere autem Deum per essentiam (in quo perfecta beatitudo consistit) soli Deo est proprium, nulla igitur natura intellectualis potest Deum per essentiam uidere, nisi Deo hoc faciẽte, propter quod Dominus Ioan. 14. Qui diliget me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum, & uide quod dixi sup. ead. compilatio de magist. c. 1. in princip. in glo. per quam.

† al. mandata.

a Ali.

dat ipso facto. Quamuis enim super hoc satis plene in iure alibi [a] sit prouisum ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia iuris se satagat excusare, [b] hoc expresse præmissis duximus annectendum.

¶Idem.

¶ Procurantes capi viros ecclesiasticos, vt renũcient beneficijs, vel vt citati non vadant ad curiam: præter pœnam excõmunicationis, quam per canones antiquos incurrunt, si sint prælati, a perceptione fructuum per triennium, sunt suspensi: inferiores vero beneficijs sunt priuati. Eandem pœnam incurrunt ipsi citati, qui se capi procurant. Resignatio etiam sic facta non tenet, etiamsi per prælatos recepta fuerit vel ratificata: hoc dicit. Ioan. And.

CAP. II.

MVltorum [c] ad nos grauis querela deduxit, quod nonnulli obtinentes temporale dominium [d] viros sæpe ecclesiasticos [e] capere, captosque, [f] donec suaresignent beneficia, aut ne citati ad Apostolicam [g] sedem ab homine [h] vel a iure [i] venire ad ipsam valeant, ausu detinere sacrilego non verentur: citatos eosdem in exitu eorum † districtuum vt plurimum capientes.

† al. ita: suorum districtuũ &c.

¶ Considerantes igitur quãtum ex his tam nostro & Apostolicæ sedis honori, [k] quam personarum ecclesiasticarum quieto, & prospero statui non sine damnanda exempli pernicie derogetur: sacro approbante concilio statuimus, vt præter sententiam canonis, [l] quam facientes, & fieri procurantes præmissas [m] † incurrere dignoscuntur: procurantes ipsi persouæ ecclesiasticæ [n] existentes, a perceptione fructuum ecclesiarum suarum, si fuerint prælati, [o] triennio sint su-

† In antiquorib. codicib. et ĩpressis cõstãter legit. præmissa.

siasticas in quieto & prospero statu. & exponit Zenz. (quieto) ab actibus humanis ne cleri. vel mona. per totum. (prospero,) quo ad actus spũales inducendos. 23. q. 18. conuenior. No. ꝙ in pœnis ponendis distinguitur inter maiores, & minores, de hoc in glo. similis, & pro hoc de accus. inquisitionis in prin. & ca. qualiter 2. §. licet. Zabarella.

a ¶ Alibi.) de sent. excom. eos qui lib. 6.

b ¶ Excusare.) simile de loca c. 1. in fine. de simo. quoniam in fin. de pœniten. & remis. omnis.

MVltorum.) CASVS. Cum haberem titulum canonicum, idest, iustum & æquum in beneficio, fui a possessione expulsus per aduersariũ meũ: vel aduersarius meꝰ procurauit, vt in carceraret donec renunciassem meo iuri in manibus collatoris: vt sibi cõferret beneficium. Non est dubium, vel saltem nemo debet dubitare, quin capiẽs & procurans sint ipso facto excommunicati: Sed quæro, nonne incurrũt ipsi alias pęnas? Dicit, quod sic: vnde si sint prælati, sunt suspensi a beneficijs per tres annos: si nõ sint, tunc ipso facto perdũt omnia sua beneficia. Idẽ de illis, qui capiũt citatũ ad curiam Romanã, ne ad diẽ assignationis compareat. Idem est de citato, qui procurat capi, ne possit cõparere ad diem suæ assignationis. Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ cõstitutio pœnalis de clericis disponens, non extẽditur ad laicos, licet in eis videatur ratio eadem: tamen constitutio pœnalis disponẽs contra obtinẽtes dominium tẽporale certis casibus, extenditur etiam ad personas ecclesiasticas dominium tẽporale obtinẽtes, vt dicit glossa in verbo, dominium iuncto tex in verbo, ecclesiasticos. Nota, quod quamuis lex vel canon imponat priuationem omnium beneficiorum obtentorum non tamẽ propter hoc videtur inhabilitare ad obtinenda, vt glo. in verbo, obtentis. Idẽ est in casu conuerso, inhabilitatus enim circa obtinenda non censetur priuatus obtentis, vt in clemen. si q̃s suadente. sup. eo. ti. iuncta glo. in ver. obtinẽda. No. ꝙ sæcularis capiens clericũ, licet non animo iniuriandi seu iniuriam faciendi, ne citatus vadat ad curiam Romanam, incidit in excommunicationem, quia manus sua sæua, & iniuriosa est sedi Apostolicæ, & toti ordini clericali, vt in glo. in verbo, sæculari. No. ꝙ procurãs suã captionẽ, ne citatus ipse vadat ad curiam Romanam, incidit non solum in pœnam hic contentam, sed cũ de hoc cõstiterit ꝯ ipsum procedetur tamquam contumacem vt in glo. in verbo, procurauit. Not. ꝙ resignatio beneficiorum facta per intrusum in carcerẽ, ad istũ effectũ resignationis consequendæ, est ipso iure nulla, et quo ad ipsum resignantẽ, quãquam a resignãtiũ ipsorũ p̃latis recepta vel rata habita sit, vt dicit glo. in verb. nullius. Et no. hic duos casus, quib. aliquis ipso facto incurrit sententiã excommunicationis. Not. ꝙ ad Papam pertinet conseruare personas eccle-

(Prima glossa summat, & diuidit.)

c ¶ Multorum.) procurãtes capi viros ecclesiasticos, vt renũciẽt beneficijs, vel vt citati non vadant ad curiã, præter pęnam excõmunicationis, quã per canones antiquos ĩcurrũt, si sĩt p̃lati a p̃ceptiõe fructuum per trienniũ sunt suspẽsi: inferiores vero bñficijs sũt priuati Eandem pęnam incurrũt ipsi citati, qui se capi p̃curant. Resignatio etiã sic facta non tenet, etiam si per pręlatos recepta fuerit, vel ratificata. Et primo ponit excessum. Secundo: ibi, (Considerantes) prouidet, statuendo pœnam. Tertio ibi, (locorum) p̃uidet circa ipsius publicationem, & executionem.

d ¶ Dominium.) qđ quãdoque etiam habẽt clerici: quem casum etiam videtur ĩcludere, ne cleri. vel mona. c. vlt. lib. 6.

(Glossa seq. notat a contrario.)

e ¶ Ecclesiasticos.) in laicis ergo si caperẽtur ad impediendam citationem ipsis factam ad curiam, nõ est locus pœnæ.

[Glossa sequens dubium soluit.]

f ¶ Captosque.) hic iunge litteram, ausu detinere sacrilego non verentur, & per hanc copulam dico, quod procurans capi. clericum non ad resignationem beneficij vel ad citationem impediendam: licet excommunicationem incurrat, non tamen alias pœnas hic insertas.

g ¶ Ad Apostolicam sedem,) si citati essent per alium, non est locus huic pœnæ.

h ¶ Ab homine.) de do. & contu. cum dilecti de accu. veniens.

i ¶ A iure.) de ele. c. 1. & c. cupientes. de off. ord. quamuis. de appel. c. 1. lib. 6.

K ¶ Honori.) quem Papa negligere non debuit. de vsu. pal. nisi. de immu. eccle. quoniam. lib. 6.

l ¶ Canonis.) 17. q. 4. si quis suadente. de sent. excom. nuper.

m ¶ Præmissas.) captiones scilicet, & detentiones ob causas prædictas.

n ¶ Ecclesiasticæ.) laicos non punit, nec sunt capaces huius pœnæ.

o ¶ Prælati.) non curo siue sint ad quorum collationẽ spectant beneficia, de quorũ renũciatione quæritur, vel

alij : cum generaliter loqaatur, & fortius hoc quo ad fecundum cafum de impedienda citatione.
a ¶ Sufpenfi.]vide quod no. de elect. cum Vuintoñ.in glo.not.quod, in fin.
[Glo.feq.alleg.3.concor.[& ex his infert. & remittit.]

fpenfi : [a] quod fi inferiores [b] extiterint, eo ipfo obtentis [c] beneficijs fint priuati. Illis pœnam incurfuris eandem, [d] qui ne citati (vt præmittitur) ad fedem Apoftolicam veniant, fed vt fe fub obtentu huiufmodi a veniendo excufent, a poteftate fæculari [e] fe capi, (vt interdum contigiffe audiuimus) procurarint. [f] Sane refignationes beneficiorum modo [g] fupradicto extortas (licet a refignantium ipforum prælatis receptæ, [h] aut ratæ [i] habitæ fuerint) nullius [k] omnino decernimus † effe firmitatis: Locorum ordinarijs iniungentes, vt poftquam eis conftiterit [l] aliquos fibi fubiectos pœnam, & fententiam incurriffe præmiffas, ipfas publicare [m] non differant, executionique debitæ (prout ad eos pertinuerit) demandare.

¶ Idem.

¶ Excommunicat religiofos Mendicantes tranfgreffores conftitutionis Bonifacij de exceffibus præla. c. vnico.lib.6. Item omnes religiofos, qui in fermonibus vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant a folutione decimarum, quarum folutionem certis diebus, & in cõfeffionibus fuadere tenentur fub certis pœnis, quas incurrunt: Nifi fint tales, quorum monafterijs vel ecclefijs competat percipere decimas. Ioan. And.

CAP. III.

CVpientes [n] eos, quos ad obferuantiam iuriũ, virtutum [o] præmia non inducũt, tam adiectarum exaggeratione [p] pœnarum, quam adijciẽdarum de nouo formidine [q] a temerarijs aufibus refrænare, tranfgreffores conftitutionis [r]

b ¶ Inferiores.] fimilis diftinct.o fup.ea. compi.de vi.& hon. cl.quoniam.in prin. & circa fi. de deci.c. 1.de ftatu mon.ne in agro.§. fi quis.Et fic patet, quod in pęnis defertur dignitati. de offi.delega. c. 2.li.6. de hoc de trãfactio. ca.vltimo in vlt. gl. de iureiurand. cum quidam.
c ¶ Obtentis.]in obtinendis non videtur impedire: econtra fupra c.proximo, ver. ipfius filij.
d ¶ Eandem.]fufpenfionis a pceptiõe fructuum per triẽniũ, fi fint prælati, & priuationis beneficiorũ quo ad inferiores.
e ¶ Sæculari.] non eft ergo locus pœnæ, cũ per poteftatem ecclefiafticam fe capi pcurant. Et fcias quod fęcularis poteftas hoc faciẽs, canonis excõmunicationẽ incurrit, etiã fi clerico nõ intẽdat iniuriari: manus enim eft fęua & iiuriofa fedi Apoftolicę; & ordini clericali de fent.excommu. contingit. Ioan.An.
f ¶ Procurarint.]& tales non folum hãc pœnam incurrunt: fed etiam, fi de hoc conftiterit, procedetur contra ipfos vt contra contumaces, vt lit. non conte.quoniam.poft prin.fup.ea.cõpil.de iud.dudum. ff. fi quis cau.l.2.in fi.cum concor.& huic eft fimile de offi.delega.paftoralis, in fine.

† Singularis tex. ad hoc, ꝙ no. in 3. not. q a alias vt notant de Imo. in glo. nullus & Anch. gefta per metũ tenent ipfo iure. c. Abbas, quod met. cau.& dicit hic Imo gñaliter act9 q fiũt cũ incarcerato nõ valere.l.q in carcerẽ. ff.ꝙ me.cau.Fõt.

g ¶ Modo fupradicto.] fcilicet per captionem & detentionem fæcularium poteftatum, & facit quod no.quod metus cau. Abbas.& c.feq.
h ¶ Receptæ.]a principio.
i ¶ Ratæ habitæ.]ex poft facto.
[Gl.feq.exponit, arguit, quærit, remittit, & foluit.]
k ¶ Nullus oĩno.] ita ꝙ nõ valeant ẽt quo ad renunciantem, & facit ad ea, q̃ notaui & fcripfi de renun.ꝙ in dubijs. Quid fi interuenerit iuramentũ? vide ꝙ not.de iureiu.fi vero.& tene quod habes eo.ti.verum.
l ¶ Conftiterit.]parte vocata, & vide quod no. fup.ea. compil.de offic.deleg.c.vnico.
m ¶ Publicare.] non requiritur fententia, quam incurrunt ipfo facto, fed fufficit publicatio concord. de homi.pro humani.in fi.lib.6.fup.ead. compi.de cenfi.præfenti.de priuil.c.1.in princ.

CVpiẽtes.) Tres funt partes principales fecunda: ibi, (illos) tertia, ibi, (Sane) Imola.

CASVS. Dicitur in c.1.de excef.pla.in 6.ꝙ religiofi Mẽdicantes non acquirant aliqua loca de nouo Romano Pontifice inconfulto, nec loca donata a laicis recipiant, nec aliquas domos permutent ipfo Romano Pontifice inconfulto, & ignorante: Ponamus, quod quidam religiofi fecerunt totum contrariũ, quia acquifiuerunt res hæreditarias, domos fuas permutauerunt, & fine confilio Romani Pontificis: quæritur quam pœnam tales incurrunt? Dicit Clemẽs ꝙ vltra pœnas cõtentas in ca. illo primo de excef. prælat.in 6.ipfi ĩcurrunt fententiam excommunicationis. Item multi erãt religiofi, qui in fermonibus fuis fubtrahebãt parochianos a folutione decimarũ. Itẽ in confeffionibus dicebant populo, ne decimas foluerent fuæ ecclefiæ parochiali: & ꝙ nõ foluẽdo nõ peccabant. Dicit Clemens Põtifex Romanus, quod tales ipfo facto funt excommunicati. imo mandat ipfe Pontifex Romanus, quod ipfi religiofi commoneãt populum, vt foluant decimas locis, quibus debentur. & ɔ̃facientes vltra pœnã illius capituli incurrunt fententiam excommunicationis. hoc dicit. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia, & primo ꝙ ɔſtitutio difponẽs contra Mendicantes non includit alios religiofos non mendicantes: fecus fi conftitutio difponat ɔ̃ religiofos in genere: tũc enim comprehendũtur Mendicantes, & non Mendicantes, vt dicit gloff. in verbo, religiofus. No. diuifionẽ gl. & fummarium, & fm illã lege tex. & facilem reperies. No. ꝙ. virtutib. præmia tribuenda funt, de hoc in gl.2.& pro hoc.12.q.2. ecclefiafticis. vnde in pfal. Beati qui faciunt iuftitiam in omni tempore. Not. quod qui non põt per præmia induci ad obferuantiam iuris: debent per pœnas coerceri. pro hoc quia quos Dei timor, &c. de elec. cum in cunctis. §.clerici.& de hoc in glo. 4. Zaba.

(Prima gloffa dicit quid faciat.)
n ¶ Cupientes.) Excõicat religiofos Mendicãtes tranfgreffores conftitutionis Bonifacij de exceffib. prælat. c.vno, lib.6. Item omnes religiofos, qui in fermonibus vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant a folutione decimarum: quarum folutionem certis diebus & in confeffionib: fuadere tenẽtur fub certis pœnis, quas incurrunt, nifi fint tales, quorum monafterijs, vel ecclefijs competat percipere decimas. Vltimo ibi, (Sane.) excommunicat violatores decre.1.de fepul.li. 6. & abfolutiones Papæ referuat.
o ¶ Virtutum præmia.) facit C.de fta. & ima.l.vlt.in prin.ff.de iuft.& iur.leg. 1.poft princ.
p ¶ Exaggeratione.) ideft, aggrauatione.
q ¶ Formidine.) de elect. cum in cunctis in fin.cũ fuis concordan.& de præben.eum qui 2.refpon.lib. 6.(adde no.de offi.ord.irrefragabili.in vlt.glo.
r ¶ Conftitutionis.) Bonifacij de excef.præla.ca. vnico. lib.6.

s ¶ Men-

quæ religiosis mendicantibus [a] domos ad habitandum, vel loca quæcunque de nouo recipere, recepta hucusque mutare, vel ea trãsferre in alios cuiusuis alienationis titulo interdicit; Illos † etiam religiosos, [b] qui aliqua proferre, vt audientes a decimarũ ecclesijs debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis vel alibi proferre præsumunt; excommunicationis subiacere sententiæ decernimus ipso facto.

¶ Et quia nisi fiat, quod bonum est, a malo abstinere non sufficit: [c] religiosis omnibus iniungimus sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vt quotiens populo [d] prædicabunt in prima [e] Dominica, quarta, & vltima Quadragesimæ, & in festis ascensionis Dominicæ, Pentecostes, [f] natiuitatis beati Ioannis Baptistæ, assumptionis, & natiuitatis beatissimæ virginis Marię matris Dei, audientes expresse [g] studeant informare, si ab ecclesiarum rectoribus vel vicarijs, aut loca tenẽtibus eorundem requisiti [h] fuerint: Necnõ & his, quorum confessiones audient, conscientiã facere. quod decimas soluere nõ omittunt. Quod si forte in p̃dicationibus hoc ipsum supradictis diebus suadere scienter omiserint, per superiores eorum grauiter arguantur. [i] Quibus etiam superioribus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, vt contra taliter omittentes statuta pœnalia faciant; [k] secundum quæ sic acriter puniant transgressores, quod pęna eorum sit ceteris in exemplum: Constitutione bonę memorię Gregorij [l] Papę decimi † prędecessoris nostri circa hæc edita in suo nihilominus robore duratura. Qui vero scienter postposuerunt cõfitentibus conscientiã facere de soluendis huiusmodi decimis, ab officio p̃dicationis tãdiu maneant ipso facto suspensi, [m] donec confitentibus ipsis (si hoc ipsum sibi

a ¶ Mendicãtibus.] qui sint hi, habetur de relig. domi. c. vnico. lib. 6 sic & alibi differunt mendicantes a non mendicantib. de elect. quorundã. lib. 6. de regu. non solum. & c. cõstõnem. de sta. reg. c. vnico. §. sane. eo. lib. 6. facit, quod dicam infra de sent. excom. cap. 1.

b ¶ Religiosos.] Mendicantes vel alios. facit. ĩ. ver. prox. seculares ergo clericos vel laicos. nõ arctat hæc pœna. concordantias dabo infra de sent. excom. c. 1.

c ¶ Non sufficit.] Ps. 33. Benedicam Dominum, ibi declina. aliàs diuerte a malo, et fac bonũ, inquire pacem, &c. & 22. q. 5. de forma. 12. q. 1. duo, in fi. de pœn. dist. 2. si. n. ibi, scienti bonum & non faciẽti illud peccatũ est, qđ fuit verbum Iaco. c. 4. in fine

d ¶ Populo.] cum sermocinantur, ad clerũ nõ vidẽtur adstringi.

[Glo. sequens quæstionem soluit.]

e ¶ In prima.] octo festa enumerat, quibus voluit hoc prædicari fuit autẽ de arbitrarijs. & facit, quod dixi de rescrip. si qñ. & sic non cogimur aliter respondere, quare non dixerit de festo Natiuitatis Domini, & Resurrectionis.

f ¶ Pentecostes.] vide quod dixi. sup. ea. cõpil. de reliq. & vener. sanctorum. ca. vnico: circa finem.

g ¶ Expresse.] satis exprimunt, sed parum informant.

h ¶ Requisiti.] aliàs nõ tenentur, de iure iur. breui de sent. excom. c. 1. cum concor. lib. 6.

i ¶ Arguantur.] hoc spectat ad prælatorũ officium. dist. 45. cap. 1. & ca. cum beatus. in princi. de accus. qualiter. 2. ver. licet autem.

K ¶ Faciãt. Nota, qđ religiosi correctio primo spectat ad suum prælatum de hoc, de offic. ord. quanto.

l ¶ Gregorij.] de deci. cap. 1. lib. 6. quæ dirigitur solis Prædicatoribus & Minoribus & loquitur non solum de decimis, sed de alijs rebus ecclesijs debitis, hic solũ de decimis.

[Glo. seq primo remittens de varietate pœnarũ. de suspẽsionis pœna prosequitur ponens. 25. suspẽsionis species cum suis diuisionibus, secũdo infert suspẽsum ab officio nõ suspẽsum a bñficio, ponẽs circa id quinque opiniones, quarũ tres vltimas dicit cõiungẽdas.

m ¶ Suspensi.] Nota nouam speciem suspensionis. Ad cuius eudiẽtiam sciendum varias species pęnarum a iure statutas. de officio ord. ad reprimendam, & ibi de his in gl. 2. plenius per Hostien. in summa, de pœnis. §. quot sint species. inter quas est pęna suspẽsionis, de qua prosequẽdo sciendum est, q̧ de suspensione multiplici tractant iura. Est. n. suspensio a communione fratrum simplex, 18. dis. si quis autem. determinata ad duos mẽses. ea. dist. c. fi. Quandoque ad fratres nõ suę ecclesiæ ea. dist. placuit. 58. dist. c. fin. Est etiam suspensio a cõmunione eucharistię, donec pæniteat. de elec. Osius de his quę fiũt a ma par. ca. cap. c. in fi. Item ab oblatione altaris. 17. q. 4. miror. Item a perceptione sacramẽtorũ. 11. q. 3. sicut Apostoli. & c. sequentib. de cleri. excom. mini. ca. fi. Itẽ a cõsecratione episcoporum simpliciter. de transl. c. 2. & determinata ad annũ de elec. prouida. li. 6. Item a collatione ordinum oĩum, & simpliciter. de temp. ord. vel non est, & c. dilectus. & cum determinatione anni, eo. titu. eos qui lib. 6. & triennij. de simo. c. penult. Quandoq. ceterorum ordinum tantum. eo. tit. litteras. Quandoque clericalis tonsuræ tantum. eod. titu. nullus lib. 6. Item ab ipsorũ executione qñque simpliciter. eod. tit. nullus. li. 6. Quandoque certi ordinis tantũ simpliciter. eo. tit. litteras vel ad tẽpus, eo. tit. vel nõ est, de simo. ca. pen. Qñque a pontificalibus. tantũ. de transla. c. 2. Qñque ab officio sacerdotali. de off. dele. sane 2 eod. titu. c. 2. li. 6. Qñq; non a toto sacerdotali officio, sed solũ a celebratione Missę. Qñq; per duos menses. de cleri. percus. præterea. Quandoque per annum 55. dist. nullus de cõsecra. dist. 2. relatum. Quandoq; per duos annos de cler. percus. præsentium. Item est suspensio ab ingressu ecclesiæ quandoque simplex. 17. q. 4. nullus. & c si quis deinceps. de pęnit. & emis. omnis. de offi. deleg. c. 2. lib 6. Quandoque determinata ad mensem de sent. excom. sacro. Qñque quousq; satisfecerit de censi exigit. lib 6. Quandoq; suspenditur quis de ingressu & diuinis p mensẽ. de sent excõ. eo tit. lib. 6. Et qd importet suspensio ab ingressu, habetur de sent excõ. is cui. li. 6. Item est suspensio ab officio quandoq; simplex. de vsur. quia in omnibus in fi & sup. ea. cõpil. de reb. eccl nõ alie. c. 1. Quandoque per annũ de off. deleg. c. vlt. §. vt autem. lib. 6. de re iudi. cum ęterni. eod. lib. Qñque per trienniũ. de cland. despõ c. fi. ad fi. & sup ea. cõpil. de hæret. c. 1. ad fin Itẽ est suspensio a voce capituli, donec quis ordinetur. s̃. ea. cõpil. de æta. & qualit vt hi qui 2. rñ.

† Vide cõci. Trid sess. 25. de refor. ca. 12.

Suspẽsio est multiplex.

† In manuscripto codice legitũ non illa constõ cuius hic sit mentio, q̃ habetur in ca. de decimis. lib. 6 in oĩb. exẽplarib⁹ tã manuscriptis, q̃ ẽt impressis quæ videre licuit, tribuit Gregorio nono.

Pœnarum spẽs, variæ sunt iure statutæ.

bi dicendi [a] commode facultatem habuerint) conscientiã fecerint : Exinde [b] excommunicationis incursuri sententiam ipso facto, si prædicare pręlum pserint prædicta negligentia (vt præmittitur) non purgata. Ad † religiosos tamen monasteriorũ vel rectores ecclesiarum decimas percipientium [c] nolumus hoc extendi.[d]

¶ Excommunicat violatores decre. 1. de sepult. lib. sexto, & absolutiones Papæ reseruat: hoc dicit. Ioã. And.

¶ Sane temerarios violatores constitutionis [e] illius, quę religiosis & clericis sæcularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittẽdum inducant, vt sepulturã apud eorũ ecclesias eligant, vel iam electam vlterius, non immutent: similem [f] sententiã (pœna in dicta constitutione cõtẽta [g] in suo perdurante robore) incurrere volumus ipso facto; ab alio quam a sede Apostolica (præterquam in mortis † articulo) nullatenus absol-

† In antiquis codicibus ẽt impressis cõstãter legitur ita: Ad religiosos tñ monasteriorũ vel ecclesiarum decimas pcipiẽtium, &c.

Supplicium leuius dat ius, q̃ iura ministrans

† In articulo mortis, nulla est casuũ reseruatio, atque ideo oẽs sacerdotes quoslibet pænitentes a quibusuis peccatis, & censuris absoluere pñt ita cõc. Tri. sess. 14. c. 7. de casuũ reseruatione. bñficiũ sine magna cã nõ est subtrahendum.

Itẽ a beneficio habito simplex. de elec. nihil est determinata ad sex menses & annum, sup. ead. compil. de vita & honest. cleric. c. 2. Ad triennium de rebus eccle. non alien. cap. 2. lib 6. de elect. cum in cunctis eod. tit. cap. 1. & ca. cupientes. §. ceterum. lib. 6. Ad tempus incertum, scilicet quamdiu tacuerit. de elect. generali. lib. 6. determinata etiam quo ad partem distributionum, vt in prædict. decre vt hi qui. 2. respon. suspenditur etiam quis a beneficio obtinendo per sex menses & per annum, vt in prædi. decret. 2. de vita & honest. cleri. Quandoque per annum, & biennium. de statu mona. ne in agro. §. si quis. Item est suspensio ab officio & beneficio simplex. de de testi. tam litteris. in fi. de secund. nupt. cap. 1. de priuileg. tuarum. Quandoque determinata ad tempus satisfactionis: vel restitutionis: de electio. quia sæpe. de cẽsi. exigit. lib. 6. & quandoque hæc suspensio dicitur ab ordine & dignitate de schismati. capit. 1. in fin. & quãdoque fit alternatiue. de vita & honesta. cleri. a crapula. Item suspenditur quis ab administratione simpliciter. de solut. cap. 1 & cũ determinatione triennij de reb. eccl. nõ alien. c. 1. Et interdum suspenditur ab officio, administratione, & beneficio vsq; ad satisfactionem. sup. ea compi. de deci. c. 1. Item suspẽditur quis a priuilegio clericali, quandoq; in persona, quãdoq; in rebus. de vita & honestate cleri. c. vlti. & sup. ea. compil. eo. tit. c. 1. Itẽ suspenditur, quis a collatione beneficiorũ simpliciter, de præbẽ. graue, ne sede vacãte. cap. vnico. lib. 6. & cum determinatione anni vel biennij, sup. ea compil. de statu mona. ne in agro. §. si quis. Itẽ suspenditur quis a cõfirmatione episcoporũ simpliciter. de transla. ca. 2. quandoque per annum. de elect. prouida. lib. 6. & quandoq; a confirmatione inferiorũ. de elect. nihil est. Item suspenditur prælatus regularis a receptione professionis. de regular. non solum in fin. lib. 6. Item suspenditur officium minoris legati præsente legato de latere de offic. leg. volentes. Item suspenditur status canonicorum Alemaniæ. de elec. indemnitatib. §. pen. li. 6. & sup. ea. cõpilatione. de statu regul. attẽdentes. §. illas quoque. Item suspenditur quis ab officio aduocationis & notariæ. de hęr. si aduersus. Itẽ a collatione magisterij. sup. ea. compilatione. de magi. cum sit. Item ab officio prædicandi, vt hic. Et quia supra posui vt diuersa suspensionem officij, & beneficij, videtur, quod suspensus ab officio: nõ per hoc sit suspensus a beneficio: alias superflue adderetur scđa, si includeretur sub prima, & hoc putabat. Hostiensis verum in suspensione iuris vt not. post eũ de iudi. cum ęterni li. 6. cui cõcor. Archid. ibi vt sic statutũ iuris pęnale restringatur de elect. statututũ. li. 6. facit de deci. ad audientiam cum concor. Secus dicũt ibi in suspensione hominis, de cleri. c. coniuga. [diuersis, & ca. Ioannes de præbend. cum secundum. de ætate & quali. cum bonæ, de appell. pastoralis. de except. Apostolicæ. & sic dixit Hostiensis intelligẽdum, quod not. in summa. de verbo. signifi. §. vlt. ver. in fin. not. & seq. Ad hoc facit, quod dicitur mitius agi cum lege q̃ cũ ministro legit. ff. de arbi. l. Celsus nec debet iudex esse clementior lege. in Auth. de iudic. §. oportet colla. 6. In cõtrarium. 81. distin. si quis sacerdotium. & ca. eos & quod ibi no. de cõsue. cum dilectus. in glo. suspẽsus. circa medium & de cleri. excom. mini. latores. nam beneficium datur propter officium de rescript. cap. si lib. 6. & videtur expressum. 23. distinct. præter hoc. & ibi directe contradicit Ioannes supradictæ distinctioni Hostiensis, vt scilicet suspensus ab officio a iure, sit suspensus a beneficio, si ab homine, non: nisi in sententia exprimatur & ibi vide. Tanc. & Vincen. dicebant de ætate, & qualita. cum bonæ, vt ibi dixi super glo. 2. tunc demum suspenso subtrahi beneficium, cum est in mora petendi absolutionem, alias non: allegant de elect. cap. vlti. 2. quæst. 5. super causa. facit ne sede vacan. cap. vnico. §. cum vero lib. 6. Abb. in decret. a crapula de vita & honestate cler. vt ibi dixi, super gl. 2. distinguebat suspẽsum ab officio pro crimine, vel pro infamia tantum, vel facto, de quo dubitat an sit mortale, vt primo casu sit suspensus a beneficio: secundo, nõ facit secunda quæst. 5. presbyt. de purg. cano. cap. 2. & cap. inter. hoc forsan habuit a Goff. q no. de appel. pastoralis. in vlt. gl. quod cum plerumque suspensio fiat ex leui causa, vt propter infamiam vel scandalũ: vt in prædicto. c. pſbyter. nõ subtrahetur per id beneficiũ, quod sine magna causa subtrahi non debet. 16. quæst. 7. inuentum: quia nec sunt subtrahenda stipendia quamdiu, &c. C. de exec. rei iu. l. stipendia secus vbi suspẽsio fit ex magna causa. de pur. can. cum inter. vel si suspensus contemnit suspẽsionem de ætate. & quali. cum bonæ. Videtur istę tres vltimæ opiniones coniungendæ & sequẽdæ: nisi aliud pro vel contra in sententia iuris vel hominis exprimatur.

a ¶ Dicendi.] Nota cõtraria contrarijs purgari. ad idẽ de purg. can. inter. & c. cum in iuuentute de hær. c. 2. in prin. lib. 6. peccatum ergo tacendi dicendo purgatur. 43. dist. sit rector.

b ¶ Exinde.] posset exponi, id est post suspensionẽ, vel id est, postquam omiserint cum potuerint conscientiã confitentibus facere, de qua præmisit. Io. And.

c ¶ Percipientium.] soli enim non percipientes solẽt in his delinquere.

d ¶ Hoc extendi.] in originali littera est hęc, per quod videtur respicere etiã versi. illos etiam, vt scilicet religiosi tales asserẽtes aliqua, quæ retrahant a solutione decimarum, excommunicati non sint.

e ¶ Constitutionis.] de sepul. c. 2. lib. 6.

f ¶ Similem sententiam.] excommunicationis, de qua dixit vltimo, & illam supra vocauit sententiam reliquæ sunt pœnæ.

g ¶ Contenta.] punit illa constitutio eligentes vt quo ad sepulturam intestati decedant. Item allicientes, vt si eos sepelierint, restituere teneantur corpora, si petãtur, & omnia, quæ peruenerũt ad eos ratione sepulturæ intra decem dies, alias ipsorum ecclesiæ, vbi sepulti fuerint, & ipsarum cœmeteria sunt interdicta.

a ¶ Absoluen-

a ¶ Abſoluendos.) hoc reſpicit vltimum caſum tm̃ ſic ſeparatũ ab alijs: a ſuperiorib. ergo excommunicationibus abſoluent ordinarij. de ſnia excõicationis, nuper.

e ¶ Pęnitentiæ.) nec Euchariſtiæ. eod. tit. quod in te. & de hoc ſatis dixi. de celebr. Miſſ. ſane, & de ſepultura. patet in prin. c. vlt. 13. q. vlt. no. Hoſt. de ſepult. ex parte 2. ꝙ furca ſuſpenſus non deponetur ſine licentia [1] iudicis, q̃ tamen petitam facile concedere dẽt. ff. de cadapu. l. 1. & 2. & 3. & ſi poſtea fuerit pænitens, ſepelietur, vt in præd. c. vlt.

f ¶ Miſericordię.) cui nec mẽſuta poni pt, nec eius tẽpora poſſunt definiri. 26. q. 6. is qui. de pęn. diſt. 1. multiplex.

g ¶ Commode poterunt.) ſimile de ele. quã ſit, & ca. cupientes. §. ceterum. lib. 6.

h ¶ Neceſſe.) qa monitioni non parent.

i ¶ Cenſura.) de ver. ſign. quærenti.

1 Vide Antoniũ Gomez. tom. 3. variat. reſolut. ca. 14. nu. 8. ubi pulchre agit de materia huius gl.

DE PÆNITENTIIS ET remißionibus.

(Viſum eſt ſupra de pœnis in foro cõtentioſo, ſeu litigioſo: nũc vidẽdum eſt de pœnis in foro pænitẽtiali. Et quia in remiſſionem vel diminutionẽ pęnę ſolent concedi indulgẽtiæ: ideo, &c.)



Vm ſecundum. CASVS. In concilio Viennen. fuit a nonnullis expoſitũ, quod licet in ſtatutis canonicis ſit cautũ, quod condemnatis non dẽt denegari ſacramentum pænitentiæ, & Euchariſtiæ: tamen plures iudices temporales cõdemnatis hoc denegabant, & ad ſuã excuſationẽ allegabãt conſuetudinem: Cõcilium primo damnauit illam cõſuetudinem, quæ potius abuſus dicitur. & mãdat ordinarijs locorum, vt moneant iudices, vt non faciant denegari illa ſacramenta condemnatis & ſi recuſauerint obedire, illos cõpellãt cenſura eccleſiaſtica, id eſt, excõicatione, & interdicto, quod continetur nomine cenſuræ, hoc dicit. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ ſacramentum pęnitentiæ condemnatis ad mortem non debet denegari. Idem de Euchariſtia, quãuis non loquatur tex. Clemen. formaliter, nec valet cõſuetudo contraria. No. ꝙ aliquando verba exhortatiua, & deprecatiua imponunt neceſſitatẽ: quia habemus conſilium reuerentiæ, quod obligat ſicut præceptum, quando materia eſt neceſſaria. ſ. ob reuerentiam perſonarũ, quibus Papa ſcribit: verbis deprecatiuis, & exhortatiuis, vt hic. Nota qđ diœceſanus poteſt monere, & excõmunicare dominum temporalem. Nota modum obſecrandi per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti. concord. de elect. vbi periculum. §. ceterum. libr. 6. Nota quod qui miſericordiam facere recuſat, Chriſtum, qui eſt miſericordia. negat. 7. q. 1. omnis. de pæn. diſtin. 1. ſerpens. Zabar.

† Vide notata p doctores in c. 2. extra. de furtis.

uẽdos: [a] nullis priuilegiis, aut ſtatutis cuiuſcunque tenoris exiſtant, ſuper his valituris.

TITVLVS IX.

De pęnitentiis, & remiſſionibus.

Clemens V. in Concilio Viennenſ.

¶ *Damnatis ad mortem hoc petentibus pænitentia concedi debet, nec valet cõtraria conſuetudo. Secundo locorum ordinarios ad hoc exequendum excitat; ibi, Locorum hoc dicit. Io. Andr.*

CAP. I.



Vm † ſecundum [b] ſtatuta canonica [c] vltimo deputandis ſupplicio, negari (ſi petãt) [d] non debeat pænitentiæ [e] ſacramentum: abuſum damnabilem in quibuſdã partibus contra hoc introductum aboleri omnino volentes, iuſtitiarios omnes & dominos temporales, vt ab huiuſmodi deſiſtant abuſu hortamur in Domino, & obſecramus per viſcera miſericordiæ [f] Ieſu Chriſti: Locorum ordinariis nihilominus iniũgentes, vt eos ad hoc cum primum commode [g] poterunt diligenter monere, & ſi neceſſe [h] fuerit; eccleſiaſtica cenſura [i] compellere non omittant.

¶ Idem.

¶ *Repetit concilium generale de quæſtoribus non admittendis ſine litteris Apoſtolicis, vel diœceſanorum. Et addit per diœceſanos litteras Apoſtolicas, prius examinari. hoc dicit. Ioa. Andr.*

CAP. II.

ABuſionibus, [k] † quas nonnulli eleemoſynarum quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, vt ſimplices deci-

ABuſionib.) Tres ſunt partes principales, quæ patent. CASVS. Fuit in concilio Viennẽ. expoſitum, ꝙ nõnulli, id eſt, aliqui quæſtores eleemoſynarum plures abuſus perpetrabant, vt ſubtraherẽt pecunias a populo. Concilium decreuit, vt nullus quæſtor admittatur, niſi oſtendat litteras domini Papæ, vel diœceſani, per quas ſit ei cõceſſa facultas, & licẽtia faciẽdi quæſtum: & niſi etiam declaret cauſam ſui aduentus & debet litteras ſuas oſtendere dięceſano, in cuius dięceſi vult facere quæſtũ. Et ſi Dięceſanus timet de abuſu, nõ debet illos admittere, niſi conſtet, de approbatione ſedis Apoſtolicæ. Poſtea in verſ. (Ad hæc.) recitat Clemens abuſus, quos perpetrabant & faciebant iſti quæſtores, & mandat vt ab ipſis abſtineant. hoc dicit. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia.

¶ Primo ex principio c. ꝙ quæſtores non ſunt permittẽdi prædicare, ſed ſolũ declarare contenta in ſuis indulgentijs. Not. ꝙ quæſtores non ſunt recipiendi, niſi exhibeant, id eſt, niſi oſtendant litteras ſuæ facultatis & poteſtatis. Nota iuncta gl. ꝙ minores epĩs non poſſunt ſua auctoritate concedere indulgentias. Not. ex fine, ꝙ quæſtores in hmõi officio ſubijciuntur ordinarijs: non obſtante priuilegio exemptionis. Not. ꝙ abuſio eſt euitanda: vnde priuilegiũ perdit, qui abutitur. 11. q. 3. priuilegium. damnatur etiam abuſus clauiũ, 11. q. 3. ipſe. Not. quod ſimplices non ſunt decipiendi, & uř hic excuſari ſimplicitas, & quo ad hoc ſimplices, dicuntur, qui de facili credunt. 22. q. 4. innocens. Zabar.

† Quæſtorũ nomẽ & vſũ omnino aboleuit concil. Trid. ſeſſ. 21. de ref. ca. 9.

(Prima gloſſa ſummat, & diuidit.)

b ¶ Cum ſecundum.) Damnatis ad mortem hoc petentibus pænitentia concedi dẽbet, nec valet contraria conſuetudo. Secundo, locorum ordinarios ad hoc exequendum excitat: ibi, (locorum.)

c ¶ Canonica.) 1. q. vlt. c. pen. de furtis c. 2.

d ¶ Si petant.) facit de eo qui dux. in matri. cap. ſignificaſti. in fi. & quod ibi not.

(Prima gloſſa dicit quid facit, & diuidit.)

K ¶ Abuſionib.) repetit concilium generale de quæſtoribus non admittendis ſine litteris Apoſtolicis, vel dięceſanorum. Et addit p dięceſanos litteras Apoſtolicas prius examinari. Ponit ſcđo octo rephẽſibiles actus

piant, & aurum subtili vel fallaci potius ingenio [a] extorqueant ab eisdem: cum in animarum cedat † periculum & scandalum plurimorum, viam prout est nobis possibile, [b] precludere cupientes, iuxta statuta † concilij generalis [c] duximus prohibendum districte, ne quæstores [d] aliqui (nisi Apostolicas, vel diœcesani episcopi litteras exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur [e] (Cum solum ipsis competat [f] indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitatiua postulare subsidia suppliciter ab eodem) vllatenus ipsi populo predicare, nec [g] aliud exponere, quam quod in litteris continebitur supradictis. Litteras [h] quoque Apostolicas, diœcesani episcopi (ne quid fraudis committi valeat per easdem) antequam admittant quæstores ipsos examinēt diligenter.

¶ Ponit octo reprehensibiles actus quæstorũ, quos fieri prohibet, & contraria priuilegia reuocat. Ioan. And.

¶ Ad hæc, cum aliqui ex huiusmodi quæstoribus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum indulgētias populo motu suo proprio de facto [i] concedant, super votis [k] dispensent, a periurijs, homicidijs, & peccatis alijs sibi cōfitentes absoluant: male ablata incerta [l] (data sibi aliqua pecuniæ quantitate) remittant; tertiam, †; aut quartam [m] partem de pænitentiis iniunctis relaxent; animas tres vel plures parentum vel amicorum illorũ, qui eleemosynas eis conferunt, de purgatorio (vt asserunt mendaciter) [n] extrahant, & ad gaudia paradisi perducant, benefactoribus locorum, quorum quæstores existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipsis eos a pœna [o] & a culpa (vt eorum verbis vtamur) [p] absoluant: Nos abusus huiusmodi, per quos censura vilescit ecclesiastica, & clauium Ecclesiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodo aboleri volentes: Ea per quoscunque quæstores fieri, vel attentari de cetero districtius inhibemus Omnia & singula priuilegia, si qua super premissis, vel eorum aliquo sint aliquibus locis, ordinibus vel personis [q] quæstorum huiusmodi quomodocunque † concessa (ne ipsorũ pretextu sit eis materia talia vlterius presumendi) auctoritate Apostolica quantum ad præmissa penitus reuocantes.

Delinquentes quæstores per episcopos puniri præcipit, non obstantibus priuilegijs. hoc dicit. Ioan. And.

¶ Quæstores autem, qui deinceps in præmissis vel aliquo premissorũ deliquerint, vel aliàs etiam quibuscunque suis priuilegiis abusi fuerint, sic per locorum episcopos puniri [r] volumus (nullo prorsus eisdem quæstoribus in hac parte priuilegio suffragante) quod a suis temerariis ausibus, qui ubique (vt communis habet assertio) nimium excreuerunt, pœnæ formidine propensius [s] compescantur.

quæstorũ, quos fieri prohibet: & cōtraria priuilegia reuocat. Tertio delinquentes per episcopos puniri præcipit non obstantibus priuilegijs. Secunda: ibi. (Ad hæc.) Tertia: ibi. (Quæstores.)

† al. cedunt.

a ¶ Ingenio.) sumptum. C. de cōmer. & mer. l. 2. facit. 14. q. 5. dixit.

† al. statutũ.

b ¶ Possibile.) de cle. vt circa. in prin. lib. 6. inf. de verbo. sign. sæpe.

c ¶ Generalis.) eo. ti. c. cum ex eo.

d ¶ Quæstores.) eleemosynarum de quibus de priu. tuarum. in princip. habemus enim quæstores iudiciorum, de quibus de ver. sign. forus. & de his quæstoribus pecuniarum & ærariorum, vide quod not. ff. de offic. quæstio. l. vnic.

e ¶ Nec permittantur.) vllatenus ipsi populo predicare, q sequitur.

f ¶ Competat.) concor. de hæret. vt officium. §. compescendi. lib. 6

g ¶ Nec.) repete, permittantur.

h ¶ Litteras.) hoc addit concilium generale.

i ¶ De facto.) Hoc enim est episcoporũ, & non inferiorum. de exces. prælat. accedentibus. & quo ad proprios subditos, non quo ad extraneos. eod. titu. quod autem.

k ¶ Votis.) hoc etiam est episcoporũ, quod dic vt dixi de do. capit. 1.

l ¶ Incerta.) vide qđ dixi supr. ea. compi. de priuil. c. 1. ver. nec legata.

1 Vide Theologos scholasticos li. 4. sen. dist. 45. & Ioan. Roffensẽ contra Lutherũ vt 19. & aliquot sequentib.

m ¶ Quartam.) idem puto de alia quota.

n ¶ Mēdaciter.) cum sint Dei iudicio reseruatę 25. dist. quali. profunt tamē suffragia, 13. de quibus 13. q. 2. animæ defunctorũ. & vide quod dixi sup. eo. tit. q autē. & quod no. Hostien. in summa. de remiss. §. quibus prosint. & §. vlt.

o ¶ A pęna & culpa) ista ē illa plenissima peccatorũ remissio, quæ conceditur cruce signatis pro subsidio vltramarino. de qua scripsi post Hosti. de Iudæ. ad liberandam, quæ datur in anno cēteratio in extrauaganti Bonifacij: Antiquorum habet quam solus Papa concedit.

† al. ita: tertiā, aut quartā partē alijs de pænitentijs, &c.

2 Vide alias extrau. aliorũ pontificũ tit. de pœni. & rem. in cōmunib. ubi annus cēteſimus ad minus tēpus reducitur.

p ¶ Vtamur.) concor. s. ea. com. de priuil. ca. 1. in principio.

q ¶ Vel personis.) quandoque hæc differunt, de priuil. nonaliquib. lib. 6. (Gl. seq. ponit quatuor species iurisdictionis, quas per Clemen. habent ordinarij in exemptos.)

r ¶ Puniri.) per has Clementinas quādoque ordinarius punit exemptos, vt hic, & supra de testa. c. 1. de sta. reg. c. 2. de reli. do. c. 2. de iur. pa. c. 2. quādoque nō punit, sed pęnā iuris publicat. s. de pri. c. 1. quādoq. non punit, sed absoluit de sepul. c. 1. quādoq; solũ circa loca datur iurisdictio. de sup. negl. prela. c. vni co. de priui. c. 2 generaliter datur iurisdictio cōtra eos. de priuil. c. 1. lib. 6.

Exēpti, quādoq; puniūt per ordinarium.

† al. quo quo modo.

s ¶ Propensius.) idem verbũ s. ead. compila. de ætate & qualitate. vt ibi qui. & ibi exposui.

D E.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, suspensionis, & interdicti.

[Visum est supra per discursum titulorum de pluri delictis; verũ quia pro delictis hoies incurrũt sentẽtiã excõicationis: ideo videndũ est de sententia excõicationis: Vel sic põt continuari ad rubricam præcedentem, videlicet, de pænitentijs, &c. Visum de sacramẽto pænitentiæ, cuius sacramenti excõicati sunt incapaces; idcirco uidendũ est de sententia excõmunicationis.


TITVLVS X.

De sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti.

¶ Clemens V. in Concilio Vieñ.

¶ Religiosi etiam exẽpti violantes interdictum positum per sedem Apostolicam vel ordinarium loci, vel generalem cessationẽ diuinorum factam per p̃uinciale conciliũ, vel eum, qui hoc possit, seruatam p̃ cathedralem vel matricẽ ecclesiam loci, excommunicati sunt ipso facto: Nõ obstantibus priuilegijs, conuentionibus, consuetudinibus & statutis; & respicit pendentia. h. d. Io. And.

C A P. I.



EX frequentibus [a] † prælatorum querelis [b] accepimus & nos ipsi experientia [c] certa probauimus in minoribus constituti, quod plerumque religiosi nunc palam excusationibus fucatis [d] & friuolis innitentes; nunc latenter ecclesiarum suarũ ianuis perforatis, aut in eis factis fenestris, seu modis alijs exq̃sitis, non absque damno cathedraliũ & parochialiũ ecclesiarum & scandalo plurimorum, dirumpendo neruum [e] ecclesiasticæ disciplinæ, ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia [f] interdicta præsumptione damnabili violare præsumunt.

¶ Nos igitur in sancta Dei ecclesia, cui disponente Domino præsidemus, quę quidem vnica est, & vnum Deum prędicat atque colit, vnam [g] fidem firmiter & simpliciter confitetur, vniformitatem (quantum commode possumus) conseruare volentes: circa interdictorum obseruantiam prędictorum auctoritate sedis [h] Apostolicę, vel a locorum ordinarijs, positorum, de fratrum nostrorum consilio districte prçcipiendo mãdamus: quatenus religiosi [i] quicunque tam exem-



EX frequẽtibus.] ¶ Casus sic figurat. Concilio generali in Spiritu Sãcto legitime celebrato, fuit a nõnullis prælatis expositũ ꝙ plures religiosi, maxime exẽpti tam Mendicantes, quam non Mendicãtes violabant interdictum gñale celebratum in aliqua prouincia, & istud faciebant latenter & secrete seu colorãdo facta sua; Cũ enim prohibitum sit omnib. clericis celebrare diuinum officium quotiens interdictum est positum. Itẽ cũ sit prohibitũ, vt nulli accedant ad Ecclesiã, vt valeãt audire Missã vel aliud diuinũ officiũ, isti religiosi faciebant foramina in ianuis suis & in parietibus suis, vt populus audiret diuinum officiũ; ex quo ecclesię cathedrali graue gñrabat̃ scãdalũ, propter qđ ordinauit cõcilium, vt postquam interdictum gñale erit celebratũ, ꝙ nulli sint tã audaces vt faciant de cetero, & amodo seu deinceps talia foramina in ianuis suis vel parietibus suis, alias ipso facto incurrunt sñiam excommunicationis, vt in c. alma. li 6 h. d. H R. No. ꝙ vnica ecclesia est, licet ipsius plura sint mẽbra. Et dr̃ ecclesia congregatio fideliũ in ea existentiũ; quia Sarraceni & Turcæ non sunt de ecclesia. No. qđ vniformitas ecclesiæ est seruanda. Not. quod religiosi exẽpti debent seruare interdictũ celebratũ in ecclesia matrice, vel cathedrali. Not. qđ nõ solum in legem committit, qui offendit verba; sed etiã ille, qui offendit mentem legis. Not. quod tẽpore interdicti in tantũ debet ianuis clausis celebrari, vt nec p̃ foramina, vel fenestras laici respiciant. Not. quod sententia cẽsuræ est neruus ecclesiasticæ disciplinæ. de hoc in glo 5. Zabarella.

¶No. ex ver... ...o, frequen... ...ib. ꝙ iura ...daptantur ...d ea, q̃ frequenter ...mergunt. ...e hoc de ...espon. im... ...ub. literas. ...abatella.

[Prima glossa summat, diuidit, & in fine remittit de tempore huius constitutionis.]

e ¶ Ex frequentibus.] Casus. Religiosi et exempti violantes interdictũ positũ p̃ sedẽ Apostolicam, vel ordinariũ loci, vel gñalem cessationem diuinorum factã per prouinciale cõcilium, vel eũ, qui hoc possit, seruatã per cathedralem, vel matricem ecclesiam loci, excommunicati sunt ipso facto: non obstantib. priuilegijs, conuentionib. consuetudinib. & statutis. Et respicit pẽdentia. Et primo ponit religiosorum excessum, qui fuit constõnis causa. Secũdo ibi, (Nos igitur prouisionem circa obseruationem interdictorum, & cessationum cum sui pœna, quam tertio. ibi, [Porro. prorogat ad pendẽtia, & tollit obstantia. Et vt in proœmio dixi, hæc decretalis præcessit concilium, & hæc probat sequens.

b ¶ Querelis.] simile de priuile. episcoporum. lib. 6.

c ¶ Experientia. quę est rerum magistra. de elect. quàm sit. in princip. lib. 6. vbi de hoc.

d ¶ Fucatis.] quasi tinctis vel coloratis. & habetur hoc verbum de conse. dis. 5. fucare. vbi no. versus

Si vitium frontis alicuius fucus inauret, &c.

Fucatus q̃d significat.

e ¶ Neruũ.] de cõsue. cũ inter. Et expone neruũ, id est vigorẽ Panormitanus.

f ¶ Generalia interdicta.] de ver. signif. cũ in partibus.

g ¶ Vnam fidem.] ad Ephes. 4. s̃. ea. compi. de sum. trin. c. vnico. §. ad hæc de exces. præl. frequẽs ad fin. Vide quod de multiplici vnitate scripsi de sum. tri. damnamus super verbo, collectiuam.

h ¶ Sedis Apostolicæ.] per hoc vr̃ comprehẽdere interdictũ iuris exemplum. sup. ea. compil. de pęnis. si quis suadente. §. ciuitas. cum concor.

Vnitas est multiplex.

[Glo. seq. præter istam ponit decem clementinas, q̃ ligant solos religiosos, & quatuor, diuersimode tamẽ ligant mendicantes, & duas eis fauentes, & ipsorum querelam.

i ¶ Religiosi quicunque.] mendicãtes vel non. Et per hoc patet, ꝙ clericos sæculares nõ seruãtes interdictũ vel cessationẽ, q̃ seruat matrix Ecclesia, non ligat hęc cõstitutio. Et multos tales casus, quib. per has clemẽtinas ligantur religiosi tantũ, collige sup. de elec. c. in plerisq;. ver. nullus. de sup. neg. præ. c. vnico. de rebus eccl. nõ alien. c. 1. de testa. c. vnico. de decr. ca. 1. de sta. mo. c. 1. de reli. do. c. 1. ver. p̃dictis. de cẽs. c. 1. de priui. cap. 1. de pœnis, cupientes ver. illos etiam. & ver. seq.

Religiosi p̃ multas clementinas ligantur.

Specialiter contra mendicantes, qui transeũt ad non mẽdicantes, prouidet decre. 1. de regu. Generaliter ꝯ mẽdicantes. præd. decre. cupientes. in prin. de pœnis. Specialiter contra prædicatores & minores decre. dudum. de sepul. specialius contra minores. inf. eo. cũ ex eo pro religiosis emanauit. de censibus, c. 2. de excess. præla. frequens. conqueruntur tñ religiosi, ꝙ constitutiones, q̃ fauorem ipsorum respiciunt, sunt sine pœna: sed ꝯ ipsos editæ sunt pœnales.

† Hęc duo verba, seu parochialẽ, desunt in antiquorib. exẽplarib. ẽt impressis.

a ¶ Exempti.] qũo per diuersas constitutiones Clementinas probatur non expedire priuilegiatis vel exẽptis, quod fiant generalia cõcilia, dixi. s. ea. compil. de sepult. dudum. in principio.

pti, [a] quàm non exempti cuiuscunque ordinis, & conditionis existant, cum cathedralem vel matricem [b] (seu parochialem †) loci ecclesiam illa viderint aut sciuerint [c] obseruare [d] (non obstantibus quibuscunque appellationib. [e] antea etiam ad eandem sedem, vel alium, seu alios interiectis & aliis obiectibus quibuscunque [f]) absque dolo & fraude, cum moderatione tamen decretalis Alma, [g] inuiolabiliter † conseruẽt: Alioquin non seruãtes excommunicationis sententię [h] hoc ipso volumus subiacere. [i]

¶ Quod etiam in interdi-

† al ita, inuiolabiliter ea seruent.

[Gl. seq. primo exponit q̃ sit matrix, & quare de ea dictum, & dubium soluit. Secundo quærit mistim de duobus, & soluit. Tertio q̃rit de metropolitana. Arguit pro soluit contrarium. Quarto quærit, quæstionẽ specificat, & soluit illam & similem.

Matrix est ecclesia baptismalis.

b ¶ Matricem.] id est maiorem & baptismalem, quæ dr̃ matrix; quia sicut mater generat, sic & illa regenerat per baptismum sic sumitur. de præscript. ca. 1. & c. ex transmissa. de transac. præterea. 2. igitur interdicunt q̃nq; loca nõ habentia intra se ecclesiam cathedralẽ, hñt tñ matricẽ, ideo hoc expressit. & dico hoc locũ habere etiã, cum illa matrix ecclesia religiosis nõ seruantibus subest quo ad præsentationẽ, collationem, vel quia sit ipsorũ vicaria, cum hic generaliter loquatur. Sed q̃d dices hic ecclesiam, an episcopum vel prælatũ tãtum, vel capitulum tm̃, vel vtrumque mistũ? & q. d. si vacat ecclesia cathedralis, & partes capituli seruat: & pars nõ seruat, & partes forte sunt æquales? In omnib. his casibus puto ecclesiam sumi pro ipsa materiali, ecclesia & ipsius ecclesię parietibus de hoc ne p̃lauic. suas. c. vlt. cũ concor. & ꝙ ex quo in ecclesia celebrẽt continue ianuis apertis, &c. siue per p̃latũ siue p capitulũ totũ, vel per partem, siue per alios clericos ecclesiæ, nõ sit locus huic pęnæ, licet pœnæ irregularitatis & aliæ, de quibus infra dicam, possent locũ hr̃e vt sit mens litteræ, q̃d ex quo in matrice ecclesia seruat & in alijs obseruetur. Sæpissime videmus ꝙ in cathedralib. & matricibus ecclesijs inferiores clerici, mãsionarij & capellani, vt plurimũ ẽt sine p̃lato & canonicis officiãt ecclesias ipsas. Sed nunq̃d quo ad interdictũ ꝓuinciæ diceẽ ecclesia metropolitana matrix, ita quod illa seruante interdictũ religiosi totius ꝓuinciæ nõ seruantes, ligati sint hac pœna, & de sciẽtibus loquor. Vr̃ q̃d sic, de post. c. 1. ver. sed inde. 12. d. de his. ꝯriũ puto ꝑ hanc litterã, quæ dicit, cathedralẽ vel matricẽ loci. Constat aũt ꝙ metropolitana ecclesia, pone Rauenas, nõ est matrix vel cathedralis ciuitatis Bonon. vel Mutin. de offi. ordi. pastoralis. 9. q. 3. si autem, & c. nullus ligabuntur ergo religiosi dięcesis Rauennæ tãtum. Item quid si interdicta est villa vel castrum nõ habens inclusam certam ecclesiam cathedralem, vel matricẽ. q̃d esse posset: puta quia matrix ecclesia est in alia terra nõ interdicta, vel quia plures sunt ecclesiæ in villa vel castro, & nulla principatior, q̃a quælibet baptizat suos parochianos, & forte ex illis ecclesijs aliquę seruãt interdictũ, aliquæ nõ. Puto, q̃d tunc non sit locus huic constitutioni deficiunt enim mens & verba; sicut nec locũ haberent quando in loco singulariter interdicto nulla ecclesia esset, nisi illa religiosorũ non seruantium. Habeant ergo tunc locum iura antiqua, vt dicam infra in glo. additur.

Ecclesia q̃d cõprehẽdit in cle. 1. de sent. excõ.

Ecclesia metropolitana an dicaẽ matrix quo ad interdictũ prouinciæ.

c ¶ Sciuerint.] alio sensu quam per visum, de quo p̃misit probabiliter: ergo ignorantes talem obseruantiam non ligat hæc pœna.

[Gl. seq. q̃õnem soluit, quinq; rationes inducens.]

d ¶ Obseruare.] No. quia nõ obseruando non dicit, ꝙ se conforment: addere. n. intendit hęc cõstitutio nõ diminuere ab obseruantia interdictorum, vt patet in principio, sup. ea. compil. de pręb. c. 1. in fi. Et statutũ hic factũ ad pœnam, non debet trahi ad gratiam. de transla. ca. 2. vltra medium. Et argumentũ a ꝯrio sensu cessat: vbi illius argumenti contrarium reperit in iure, vt satis scripsi. de elec. publicato. super vltima glo. Itẽ contrariorum nõ est eadem disciplina, vbi verba & mens resistunt. de ver. signi. c. fi. de offi. leg. studuisti. Excessus ergo clericorũ matricis ecclesiæ non dabit religiosis materiã delinquendi. de priuileg. pestis. intelligo autẽ illos seruare, quando abstineat animo obseruandi, & facit, q̃d ibi dixi super verbo, violauerint.

Argumẽtũ a contrario q̃nq; cessat.

Cõtrariorũ non semper est eadẽ disciplina.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

e ¶ Appellationibus.] non dicit, quod præcedẽs appellatio non vitiet interdictũ, ne corrigat. de app. ad hoc quoniã, & c. delictis, cum similibus. Sed dicit, ꝙ quamuis interdictũ sit nullum propter præcedẽtem appellationẽ vel aliam causam, ex quo tamen matrix ecclesia illud seruat, religiosi violantes sunt excõicati.

l ¶ Partibus.] vī per plurale, quod 3̄dictio unius partis tm̄ non vitiet processum: ita res de facili reuertitur ad sui naturam, vt dicā in vir. glo. & facit, qđ dixi super ver. & qa in gl. p. p. alias dixisset, vel earum altera. Sed forte hoc subauditum est de mente, qđ patet si resoluatur nō 3̄dictio in sensum, vt si dixisset, cōsentiētibus partibus: quia tūc patet, ꝙ alterius 3̄dictio vitiaret, & est similis altercatio, q̄ scripsi, sup. ea. comp. de elect. in plerisque. Sed pone, quod de cōsensu partium iudex seruauit solemnia ordinis iudiciarij: postea pænitet partes, & volunt, quod procedat sine figura: nūquid deinceps illis inuitis poterit seruare solemnia? Vī quod sic, per regulam, quod semel. de reg. iu. lib. 6. cum suis concord. & vnico actu quis renunciat, & consentit, de constit. cum accessissent. vbi de hoc, de offic. delegatum, de appell. solicitudinē, & sufficit semel factum, qui matr. accus. poss. insuper, & propter sui contrarietatem istæ viæ præiudiciales videntur, & sic vna electa non venit alia, de postul. c. vnico, de elect. si quis, lib. 6. Item vniformis debet esse finis principio, de baptis. maiores, ante medium, de appel. secundo requiris. His rationibus puto, quod si partes expresse consenserunt, quod iudex in tota lite, vel simpliciter seruaret ordinem iudiciorum, quod inuito iudice, qui sic inchoauit procedere, pœnitere non poterunt: vbi vero non cōsenserunt expresse, sed non contradixerunt: puto, quod in occurrentibus postea contradicere poterunt, facit littera præcedens, ibi. (In toto, vel in parte.) Item singulares actus iudiciorū sunt per se actus perfecti: unde singulariter intitulantur, de libel. obl. cum rubr. seq. bene facit, quod scripsi post Vinc. & Compost. de rescrip. dilectus 2. in princ. quod etiam no. Guliel. in Spec de appel. restat. ver. & no. secundum Vinc. de cita. §. 1. versic. quid si reus.

Iudex procedēs uno modo de cōsensu partiū, an possit illis renitētibus, & inuitis illū modum prosequi.

m ¶ Propter hoc.] posset enim subesse alia causa irritationis.

n ¶ Irritus.] ipso iure, vt alias de lit. contest. c. vnico & tit. seq. accedens 1. & 2.

o ¶ Irritandus.] per sententiam, vt alias de re iudicata, cum causa, & c. cum Bertholdus, in fin. & concor. huic fini de iuram. calum. c. 1. 2. respon. in fi. lib. 6. & scias, quod iste finis non conuertitur, nam si in causis, quę requirunt figuram iudicij, procederetur, non contradicentibus sine figura, non teneret processus, & idem si expresse cōsentirent, de hoc de offic. deleg. de causis, in gl. 2. 2. q. 1. in primis, in fi. & c. seq. & in Spec. de sen. prol. §. iuxta verb. quid si de partium, quod intellige, vt not. de re iud. c. vlt. lib. 6. in 5. glos. Ratio diuersitatis patet, quia in casu isto fit contra ius commune, sed in casu, quem ponit littera, res redit ad ius commune, & ad sui naturam, quod facile fit 35. dist. ab exordio. ff. de pac. si vnus, §. quod, si nō vt totum. Natura uero naturans, cū ad illam redibimus, per intercessionem Virginis gloriosæ nos collocet cum electis. Amen.

Processus in causis plenis omisso iuris ordine etiā de partiū cōsensu nō tenet.

etiam partes, siue ad earū instantiam, siue ex officio vbicūq; hoc æquitas suadebit. Snīam vero diffinitiuam (citatis ad id [a] licet non peremptorie [b] partibus) in scriptis, [c] & (prout magis sibi placuerit) stās, [d] vel sedens proferat: etiā (si ei videbitur) conclusione [e] nō facta, prout † ex petitione, & probatione, & alijs actitatis in causa fuerit faciendum. [f] Quæ omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constōnem [g] nostram, vel alias [h] procedi potest simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, volumus obseruari. Si tñ in præmissis casib. solemnis [i] ordo iudiciarius in toto, vel in parte nō contradicentibus [k] partib. [l] obseruetur, nō erit processus pp [m] hoc irritus, [n] nec ēt irritādus. [o] Data Auinione 13. Kal. Decēbris, Pontificatus nostri anno secūdo.

FINIS.

PRO


RO istius arboris declaratione, quam format glossa hic, præmitte, ꝙ A patronus positus in radice siue in prima cellula istius arboris habuit tres filios, scilicet B.C.D. ut patet ascendendo ad tres cellulas sequentes, & duodecim nepotes, vt patet ascendendo ad duodecim cellulas immediate sequẽtes: & triginta, & septem pronepotes tam laicos, quam clericos, ut patet ascendendo ad duodecim ultimas cellulas. Et aduerte, ꝙ in istis ultimis cellulis clerici significantur per istã litterã C. & laici.

laici, per istam litteram L ita quod quoties ponit littera. C. in cellulis superioribus significat tot fore patronos clericos, & idem de littera. L. quo ad laicos.

SEcundo aduerte, ꝙ iste A. patronus habebat ius patronatus, quod reliquis vna cum hæreditate tribus filiis quos habebat, s. B. C. D. Cuius pñtationẽ secũdum Car. hic ipsi filij diuiserũt in tres partes, & sic p capita, nec adhuc habet locum dispositio istius clemẽ. Ius patronatus tamẽ est in solidum penes quẽlibet illorũ, cum sit indiuisibile: eius pñtatio tñ potest diuidi, sec. Inn. c. 1. sup. eo. ti. & Card. hic: & in prima voce succedet primus filius istius A. s. B & post eum duo filij eius, s. primus & secundus, & isti succedent in illa voce per stirpes, secundũ dispositionẽ istius cle. secũdum cõem intellectũ, & post istos duos filios B. in eodẽ iure succedent nouem nepotes ipsius B. s. tres clerici, & sex laici, qui ponũtur in duabus cellulis descẽdentibus a duobus filijs B. in quarũ est prima littera C. & in secũda sunt litteræ. C. duæ, & litteræ L. sex: & isti nouẽ sunt pronepotes ipsius A. primi patroni positi in prima cellula.

SImiliter C. secundus filius ipsius A. succedet in secunda voce, & quatuor filij eius positi in quatuor cellulis descendẽtib: a cellula. C. succedent eidem. C. in illa voce per stirpes, iuxta tenorẽ istius cle. & eodẽ iure decẽ nepotes ipsius. C. succedẽt in eodem iure patronatus per stirpes, quorũ nepotũ quinq; sunt clerici, & alij laici. Et ponuntur oẽs isti nepotes in quatuor cellulis superiorib. trahentib. originẽ a quatuor filijs C. in quarũ prima sunt vna littera C. & tres L. in secunda, duæ C. & vna L. in tertia, duæ C. in quarta, vna L. & oẽs isti sunt pronepotes ipsius A. sicut alij nouem, secundum computationem gl. hic.

SImiliter D. tertius ipsius filius A. succedet ĩ tertia voce, sicut dictum est de duob. primis filijs, & sex filij eius post eũ succedent in illa tertia voce iuris pñsentãdi per stirpes, eodem modo sicut dictum est de alijs, ita ꝙ illi sex non computabuntur nisi pro vno sicut eorũ pater, qñ viuebat, s. D. & decẽ, & octo nepotes ipsius D. eodem modo succedent in illa voce per stirpes succedendo sex filijs ipsius D. & isti decẽ, & octo nepotes ponuntur in sex cellulis descendentibus à sex filijs D. quorum nepotum nouem sunt clerici, & alij sunt laici, vt patet in figura, secundum Imolam hic: & omnes isti decem, & octo sunt pronepotes ipsius A. primi patroni.

TErtio cõsidera secundum gl. hic quod isti tres, s. B. C. & D. æqualiter successere isti A. in hæreditate, & in iure patronatus ei hrẽditati annexo, & sic diuisa hrẽditate quælibet hẽt quatuor vncias, & totidẽ in iure patronat⁹ ei annexo. licet sec. Imo hic, & Inn. in c. 1. eo. tit. hæredes inæqualiter succedant ius patronatus tñ ad eos transit æqualiter, vt ponamus, qđ A. habet hæredes B. C. & D. & quòd B. succedat eidẽ in sex vnciis. D. ĩ quatuor, C. in duab. & sic in portionib. inæqualib. omnes tamen æqualiter succedent in iure patronatus annexo illi hæreditati.

QVarto notandum est pro declaratione vltimarũ cellularum, in quib. reponuntur pronepotes ipsius A. quod licet aliqui illorũ pronepotum sint clerici, aliqui laici, ius patronatus tñ illis cõpetit iure laico, non iure ecclesiast. imo iure successionis, & p inde haberi, deẽac si essent oẽs laici quo ad istud ius, ita ꝙ clericorum nõ erit melior conditio ppter clericatum in isto casu. ex quo infertur, quòd clerici in isto casu poterunt variare in eorum præsentatione sicut laici vsq; ad acceptationem à superiore factam, nec habebunt nisi quatuor menses ad præsentãdum sicut laici, sec. Car. hic, & Pau. in c. eam te, de iure pat. & sec. Spec. in tit. de relig. dom. in §. vnico. ver. esset etiam sufficiens, quod est valde notandum pro declaratione istius figuræ.

QVinto notandum est, quando vni soli patrono originario succedũt plures hæredes per capita: illi etiã sunt patroni in capita. & tunc non seruatur dispositio istius cl. filij vero istorũ hæredũ succedũt in stirpes eorũ patrib. vt est videre in trib. cellulis B. C. D. descẽdentib. à cellula A. nã illi tres respectu A. eorum patris succedẽt in capita, duo filij B. quatuor filij C. sex filij. D. succedent in stirpes sublatis de medio eorũ patrib. s. B. C. D. & tunc seruabitur dispositio istius cle. sec. gl. hic Car. & Imo, & secundũ Roc. de Cur. in tract. de iure pat. colum. 148.

SExto pro declaratione discrepantiarũ, quæ solẽt esse in istis cõpatronis, aduertẽdũ est circa pñsentationes ꝙ in pari numero stipitũ siue patronorũ originariorũ regulariter locus est gratificãdi, dũmodo merita pñsentatorũ paria sint, & non obstet aliud canonicũ impedimẽtũ. Numer⁹ tñ stirpis põt esse par, & eius pñsentatoriũ erit impar, vt est videre si vnus præsentaretur ab vno filiorũ B & à trib. filijs C. & alter pñsentaretur a trib. filiis D. & ab vno filio C. ibi ꝙ libet præsentatur a quatuor. & tñ si cetera sint paria præsentatus ab vno filiorum B. & a trib. filiis C. præfertur: quia licet ab æqualib. præsententur in numero, nõ tñ in suffragio. Car. in prin. q. 2. & Imo col. 5. Ex quo infert Car. vbi s. ꝙ nõ sunt hic tot suffragia vocũ, quot sunt capita patronorũ, nã vna stirps non habet nisi vnam vocem, vt decem & octo nepotes ipsius D. qui ponuntur in sex cellulis superiorib. partis dextræ: non habent nisi vnam vocem sicut D. eorum auus habebat, & de aliis idem.

ADuerte tñ ad vnũ, licet gl. magna aliter dicat hic & male, ꝙ illud, quod sit à maiori parte vnius stirpis, respectu minoris partis eiusdem, habetur pro ualido ad illam stirpem, respectu præsentationis fiẽdæ per totam illam stirpem, dũmodo non cõtemnatur minor pars, quia plus obest cõtẽptus vnius, quã contradictio multorũ, vt dicit tex. in c. venerabilem ĩ. de elect. & iõ si minor pars stirpis recte vocata à maiori in pñsentatione fiẽda discordet, nihil habebit in præsentatione pro illa vice, vt possumus videre, si tres ex quatuor filiis C. præsentarẽt vnũ, & quartus nollet eũ præsentare, ille quartus nihil haberet in præsentatione. Idẽ si quatuor ex sex filiis D. præsentarẽt vnũ, & alij duo alium, præsentatus à duob. non haberet ius ex parte præsentationis illorũ duorũ, imo dicit Panor. in ca, cum inter canonicos. de elect. post tex. ibi, quod maior põt renũciare fauori introducto in honorẽ totius collegij, quod est valde notabile, & regulariter verũ, & traditur regula per Bart. in l. qđ maior, ff. ad municip. fallit tamen in sex casib. positis per Soc. in regula, factum. in fallen. suis.


SEptimo no. secũdum. Roc. vbi sup. in declaratione illius verbi, ipse, vel is à quo cãm habuit, & glo. hic, quod licet ista arbor intelligatur in descendentibus eo modo dicendũ est in collateralibus, s. ꝙ fiat successio in stirpes in iure patronatus, licet aliter dicatur de hæreditate collateralium, ut per scribẽ, in §. cũ filius. Institut. de hær. quæ ab intesta defe. Alia tñ iura debita patronis ratione iuris patronat⁹, vt alimẽta in egestate pinguiora quã alijs pauperib. de fructibus ecclesiæ patronatæ, honorarius locus processionalis, studiosum obsequium, debentur per capita patronis, licet iura præsentandi debeãtur per stirpes, secundum Inn. & Panor. in c. 1. sup. isto tit. Cardin. & Imo hic, & Roc. vbi sup.

ADuerte tamen ad vnum dictum Ioan. de Imo. hic col. 2. circa mediam, quod declarare sigillatim, quot gradus præsentationis haberet quælibet istarũ personarũ situatarum in cellulis superioribus, illud esset magis tædiosum quam subtile, cũ quilibet bonus computator hoc faciliter inueniat quam bonus canonista, & etiam propter difficultatem probationis: nam pauca habemus alia iura hæc probãtia, nisi istam cle. ideo non eget altiori declaratione.

SEV BREVIVSCVLAE SVPPLETIONES,

Titulos Clementinarum luculenter declarantes, cum capitulorum numero in marginibus signato.

Cap. 1. De summa Trinitate & fide Catholica.]



FIRMITER credenda pro fundamento circa titulos humanitatis Ch[illegible]ti, iuxta Euangelium. Ioa. 19. & quod virtutes per baptismum infundantur infantibus in habitu.

Cap. 5. [De rescriptis,]

Subaudi regulariter exequendis, & fallit in quinq; casibus de quibus hic.

Cap. 1. De electione.]

Subaudi formaliter facienda, & etiam confirmanda, canonice, aliter cassanda, fallit in quinque casibus, & qualiter causæ beneficiales, quæ ad Curiam Romanam deuoluuntur, per appellationes prosequi debeant.

Cap. 8. [De renunciatione.

Subaudi vt facta canonice admittatur, & teneat. nisi cum procuratoris ad renunciandum reuocatio intimatur superiori, &c.

Cap. 1. [De suppl. [illegible] prælat.]

Subaudi auctoritate Apost[illegible] per superiores, & ordinarios circa collationes prioratuum regularium. Vt non applicentur mensæ.

Cap. 1. [De æta. & qualit. ordin.]

Subaudi necessario requisita [illegible] consequenda beneficia iuxta canones, & promotione canonicorum ad sacros ordines obseruanda, iuxta Ecclesiæ consuetudinem generalem.

Cap. 1. [De offi[illegible].]

Subaudi perpetui, vt etiam [illegible] alijs sacerdotibus curatis in iure.

Cap. 1. [De officio deleg.]

Subaudi & executoris apostolici cum potestate subdelegandi certum articulum.

Cap. 2. [De officio ord.]

Subaudi & eius potestate & iurisdictione plena sibi competente, & collatione beneficiorum etiam per legatos facta.

Cap. 4. [De procurat.]

Subaudi, vt eorum mandata generalia, vel specialia ad iudicia, vel negotia exequi debeant etiam probari per litteras, fallit in quatuor casibus, de quibus hic.

Cap. 1. [De in integ. restit.]

Subaudi concedenda ecclesiæ læsionem probandi intra quadriennium continuum, &c.

Lib. ij. Cap. 1. [De iudicijs.]

Subaudi ordinarijs, & quandoque summarijs, & citatione. & alijs eorum partibus, & in toto iudiciali processu canonice procedendo, & de citatione per edictum.

Cap. 1. [De foro compe.]

Subaudi, vt. s. forum rei actor quilibet sequatur, fallit in casu de quo ibi.

Cap. 1. [De causa possess. & propt.]

Subaudi, s. simul eodem iudicio tractanda, nisi suspendatur possessorium, etiam in secunda instantia alterius partis.

Cap. 1. [De dolo. & contu.]

Subaudi, scilicet canonice punienda, vt, s. absque alia citatione procedi possit ad difinitiuam cōtra scinole appellantem.

Cap. 2. [Vt lite penden. nil inno.]

Subaudi s. neque per iudicem, neq; per actorem. neque per alium quemcumque etiam post citationem intimatam partem plene informantem.

Cap. 1. [De se quest. poss. & fruct.

Subaudi quandoque permista, scilicet post primam sententiam latam in Romana Curia in possessorio, vel petitorio.

Cap. 1. [De probat.]

Subaudi quibuscunq; regulariter admittendis, s. ex verbis Papæ renunciatiuis de facto proprio, vel alieno, in quo fundant intentionem.

Cap. 1. [De testibus.]

Subaudi, & attestationibus regulariter admittendis etiam Christianis contra Iudæos, & Sarracenos etiā in criminalibus; non tamen post publicationem, & in causa appellationis super eisdem, vel directo contrarijs articulis.

Cap. 1. [De iureiurando.

Subaudi regulariter præstando, & obligatorio, & obseruando & per Imperatores, & Reges Romanæ fidelitatis in forma, de qua hic.

Cap. 1. [De exceptionibus.

Subaudi, excommunicationis, & alijs regulariter admittendis, iam dilatorijs, quam peremptorijs.

Cap. 2. [De sententia, & re iudi.]

Subaudi ferenda canonice, & exequenda, & confirmanda.

Cap. 7. [De appellationibus.]

Subaudi iudicialiter, & extraiudicialiter regulariter admittendis, & temporibus earum.

Lib. iij. Cap. 2. [De vita & honest. cleric.]

Subaudi moraliter obseruanda iuxta canones.

Cap. 6. [De præbendis.]

Subaudi canonice impetrandis per quarum impetrationem etiam motu proprio vacant priora beneficia incompatibilia, nec in ea veniunt dignitatis curatę, eleemosynarię, nec hospitalia.

Cap. 1. [De concessione præben. & ecclesiæ non vacantis.]

Subaudi & mandato de prouidendo, cum afficiente decreto ne ad id compellantur, alias puniantur ordinarij ante conditionis insertæ euentum sine tēporis adiectione currentis, ex quo publice in loco est no. vacatio.

Cap. 2. [De reb. eccle. non alien.]

Subaudi nisi ex necessitate seruatis seruādis, & vnio ne earum mensæ episcopi non facienda.

Cap. 1. [De rerum permut.

Subaudi, & beneficiorum alias quam permutantibus non conferendorum.

Cap. 2. [De testamentis, & vltimis voluntatib.]

Subaudi, & eorum executione, ad cuius rationes reddendas religiosi etiam exempti sunt conpellendi.

Cap. 3. [De sepulturis.]

Subaudi ecclesiasticis regulariter prohibitis tempore interdicti ecclesiastici, alias exempti contrafacientes eo ipso sunt excommunicati.

[De

[De decimis.]

Cap.2. Subaudi non uſurpandis, & appropriandis per religioſos: & de decimis beneficiorum ſecundũ taxam, & monetam locis exigendis abſque occupatione ornamẽtorum eccleſiaſticorum.

[De regularibus.]

Cap.2. Subaudi mendicantibus, ſ. etiam licite ad non mendicantes tranſlatis, nõ aſſumendis regulariter ad locũ, nec uocem capitulo, nec ad prioratus, & tacite per annum profeſſis cum habitu profeſſorum.

[De ſtatu monachorum.]

Cap.2. Subaudi nigrorum, & alborum moderando in ueſtibus, cibo, potu, & ſacramentis: uagatione & armis, & monaſterijs monialium uiſitandis annis ſingulis.

[De religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubdictæ.]

Cap.2. Subaudi Bcguinis abolitis, &c. & pijs locis, ut eorum cura non poſtponatur.

[De iure patronatus.]

Cap.2. Subaudi, ut patroni per diœceſanum compellantur ad aſſignandum congruam portionẽ præſentatis, &c. & ut eorum plures hæredes uocem unius tm̃ habeant.

[De cenſibus.]

Cap.3. Subaudi, & procurationibus per religioſos regulariter ſoluendis, uiſitantibus in temporibus a iure ſtatutis. Et pedagijs, & guidagijs non exigendis ab eccleſiaſticis, uel eccleſijs.

[De celebratione miſſarum.]

Cap.2. Subaudi, & diuinis officijs debite celebrandis in cathedralibus, & collegatis, &c. in quibus commenſales Cardinalium, & epiſcoporum poſſunt ſe illis coaptare.

[De baptiſmo.]

Cap.1. Subaudi in eccleſijs, & fontibus deputatis faciendo: ſalua neceſſitate, & poteſtate deferendi principibus; alias præſumentes caſtigentur.

[De reliquijs & ueneratione ſanctorum.]

Cap.1. Subaudi in quibus Dominus laudari iubetur, & de feſto ſacri Corporis Chriſti cum indulgentia.

[De immunitate eccleſiarum.]

Cap.1. Subaudi regulariter ſeruanda, iuxta concilium generale, & Lateranenſe, reuocato c. clericis, eo. tit. in 6.

[De conſanguinitate, & affinitate.]

Lib.4. Cap.1. Subaudi regulariter non contrahendo in gradib. prohibitis, neque alias per clericos, uel religioſos: alias eo ipſo ſunt excommunicati ſæpius nunciandi.

[De magiſtris.]

Subaudi deputandi ad linguam Hebraicam, Arabicã, & Chaldæam docendã. Et de moderatione expenſarum circa doctoratum. Lib.5. Cap.2.

[De Iudæis, & Sarracenis.]

Subaudi quibus Machometi nominibus prohibetur inuocatio, & ad ueneranda corpora ſuorum deuotorum peregrinatio. Cap.1.

[De hæreticis.]

Subaudi per diœceſanum, & inquiſitorem ſimul cõdemnandis, &c. & de octo erroribus Bcguinarum, uel Beguinorum. Cap.3.

[De homicidio uoluntario, & caſuali.]

Subaudi commiſſo per furioſum, infantem, uel arctatum, ut non inducat irregularitatem. Cap.1.

[De uſuris.]

Subaudi ſuper quibus ſtatuentes, aut ſtatuta non reuocantes, aut iudicantes, quod ſoluantur, aut ſolutæ nõ repetantur, ſunt excommunicati, & qood eorum libri edantur, & hoc hæreticis habeant, negantes eas exigere non eſſe peccatum. Cap.1.

[De exceſſibus prælatorum.]

Subaudi non committendis, & puniendis, ſcilicet ſi ſuis iuribus non contenti alijs iniuriantur. Cap.1.

[De priuilegijs.]

Subaudi miniſtrandi ſacramenta prohibitis religioſis: alias ipſo facto ſint excõmmunicati. Et quod liceat archiepiſcopis crucem ante ſe deferre etiam per loca exempta. Cap.2.

[De pœnis.]

Subaudi offendentium Epiſcopos, & filiorum, capiẽtium Eccleſiaſticos, ut propterea renuncient beneficijs, & excommunicantur etiam religioſi prohibentes decimas ſolui. Cap.3.

[De pænitentijs.]

Subaudi non indigendis per quæſtores: alias puniuntur per ordinarium. Cap.2.

[De ſententia excommunicationis.]

Subaudi ipſo facto incurrenda a religioſis, & dominis temporalibus, & eorum ſubditis uiolantibus interdictum: & ut ſorores ſcilicet tertij ordinis tunc ad diuina non admittantur. Cap.4.

[De uerborum ſignificatione.]

Subaudi uidelicet illius clauſulæ, ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura, &c. & regulæ Mendicãtium. Cap.2.

FINIS.

EXTRAVAGANTES
TVM VIGINTI
D. IOANNIS PAPAE XXII.
TVM COMMVNES
SVAE INTEGRITATI
VNA CVM GLOSSIS RESTITVTÆ.

Et nunc recens illustratæ nouis Additionibus D. Prosperi Carauitæ, Patricij Ebolitani, & Iurisconf. celeberrimi.



VENETIIS, MDCXV.

IOANNES Papa XXII. natione Gallus, patria Caturcensis ex prouincia Aquitania, anno MCCCXVI. Romanus Pontifex creatus est. Is præter constitutiones Clementis V. prædecessoris, multas quoque suas publicauit.

Ad quas Zenzelinus de Cassanis, quem alij Genzelinum vocant, vberes composuit commentarios.

TABVLA EXTRAVAGANTIVM TVM Viginti Ioannis XXII. tum etiam titulorum, & capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem distincta.

Tabula Extrauagãtiũ viginti Ioannis xxij. secundum ordinem alphabeti.

Tabula titulorum quinque librorum Extrauagantium communium secundum ordinem alphabeti.

Tabula

Tabula omnium capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem.


A



F I N I S.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra;
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA Arborea licet ad septimum deberet gradum protendi, cum vsq; ad eum secundum decreta sit prohibitio coniugalis. sup. q. 3. cap. de affinitate, & extra de clande. despon. c. cum inhibitio. tñ quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto c. cum inhibitio. & de consang. & affin. c. non debet, ideo vsq; ad quartam duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec idipsum graduum cognitionē quoquo pacto impedit, qui enim duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius opus sit, deducere poterit.

Quam aptissime hęc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis, arbor iudicet, qui huiusce causæ trigesimæquintæ canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con, quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguēs, & est triplex, scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA Regula magistralis pro linea recta. Ascendentium, & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus a Petrucio (Petricium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato; & intermedijs: quinque sunt personæ: deme vnam: quatuor sunt gradus: & sic de alijs.

¶ Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facias abauum stipitē inter P. & pronepotem propatrui [nam illi sunt in linea æquali:] quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exēplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori scilicet a p. sed a p. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA. In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Non secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali, quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorē optas enumerationē, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.



CIRCA LECTVRAM Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post eos lecturæ ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io. An. inter decretorum doctores minimus, & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentib. materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & [prout expedire credidi] compilaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundo, an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. probatio enim ad oculum alias vincit insti. de gradi. §. agnationi. 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur, quam elocutione, extra de donat. Apostolicæ. ver. fi. Hinc est, quod agrorum mensio subijcitur oculis. 16. q. 3. inter de præscrip. quia indicante. C. fin. reg. l. 3. Ventris inspectio, an mulier sit prægnans. ff. de ven. inspi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo: extra de pb. ꝓposuisti. an arcta, de frig. & ma. fraternitatis, vel aliter impedita, eod. tit. ex litteris. Iniuriæ, an sit atrox. estimatio. ff. de fer. l. 2. Et litteræ papales an sint veræ vel falsæ. de cri. fal. licet. Oculis multa subijciūt.

¶ Ad secundum, dic quod arbor authentica est, quod patet ex canonib. Isidori. & Alexādri. 34. q. 5. c. 1. 2. & vl.

¶ Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalib. est idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisq; famosum, quod repetita lectio probat C. de emend. ue. cod. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statutum iurium nouorum, antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit consanguinitas, & vnde dicatur: quid linea: quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formetur, & quare sic formetur, & quare sic punctetur & interseremus regulas, per quas cognoscuntur gradus, demum ponemus quædam notanda, & quasdam quæstiones.

¶ Ad primum dico, quod consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis vnitas: a con. & sanguine: quia de communi sanguine descendunt, & quo ad probationem coniugij non distinguo, an tales consanguinei sint producti, ex vxorio coitu, vel ex fornicatione, quod est expressum. extra. de proba. per tuas. Cōsanguinitatis diffinitio.

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continenss, & numeros distinguens. Et est triplex, linea scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium, vt infra patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. iurisconsultus. Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas.

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. gradus. Gradus descriptio.

¶ Formatur autem sic arbor. primo vide cellulas ascendentium: secundo descendentium, demum collateralium. Arboris cōsanguinitatis formatio.

lium. Aſcende ſuper cellulam vacuam: quæ remanſit ideo vacua, quia non potuit nomen propriũ habere: cũ aliæ cellulæ (exceptis his, quæ per genitiuũ nominãtur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris fratrem fratris, patrem filij: & ſic de ſingulis? & eã alij vocant Ioachim: alij Protheũ: alij truncum, nos autem a nomine bidelli noſtri vocemus eam Petrucium. Et ſcire debes ꝙ cõpetẽter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcẽdentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularũ ponerent nomina mariũ, vt abauus, proauus, &c. a latere ſiniſtro nomina mulierum, Vt abauia, proauia, &c. quia poſiti à latere dextro deſcendũt a maribus, & econuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum ſupra & vnum infra. Supra illam eſt cellula auus, auia, continens duo puncta ſupra. Et duo infra. Supra illã eſt cellula proauus proauia cõtinens tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illã eſt cellula abauus, abauia, habens quatuor ſupra, & quatuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua eſt cellula habens filium & filiam, & habet vnum punctum ſupra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem, & neptem, & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa proneptem, & pronepotẽ: & tria pũcta ſupra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quatuor puncta ſupra, & quatuor infra.

Ius canonicũ eſt excellentius ciuili.

¶ Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes ꝙ punctorum numeratio eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum puncti inferiores ſecundum ius ciuile, &c. Ponitur autem cõputatio canonica in ſuperiori parte cellularũ: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum, quo inſtruimur in matrimonijs, quæ licite cõtrahi poſſint necne: & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſię, in eo præcipue lex minor eſt canone. extra de ſecun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione aſcendẽtium & deſcendentium cõcordat vtrumque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Regula lineæ rectæ.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrumque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcẽdẽtium & deſcẽdentium quot ſunt perſonæ, de quibus q̃ritur, cõputatis intermedijs vna dẽpta, tot ſunt gradus inter eas. Si igĩ vis ſcire, quantũ diſtat abauus a Petrucio: vtroq; computato & intermedijs, quinque ſunt perſonæ. deme vnam quatuor ſunt gradus. Item dico de ipſo P. ad abnepotẽ; quia eo modo erit reperire quinq; perſonas: & ſic quatuor ſunt gradus. Si velis, ſcire, quot diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouẽ perſonas cõputato P. & ſic octo erũt gradus. Scias autem, ꝙ iſte P. nõ habet totam ſuam cõputationẽ in arbore Scias. n. ꝙ quilibet habet duos parẽtes quatuor auos: octo proauos: ſexdecim abauos: & ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſſibile fuiſſe tot perſonas in arbore ſcribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea eſt perpetua.

¶ Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ cõiugalis excedat quartũ gradum? Et dicit Goff. in ſum. de conſang & affini. §. item quantum. quòd non. per decre. non debet. eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter cõtradicentes inter aſcendẽtes, & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicũt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc. 35. q. 3. progeniẽ. & duobus capitulis ſequẽt. in quibus dr̃, ꝙ olim non ſolum vſq; ad ſecundum gradum, ſed etiam in quãtum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcẽdentem & alterũ aſcendentem, perdurat prohibitio; ad idem inſtit. de nup. §. 1. ff. de rit. nup l. nuptiæ, & hoc verum puto.

Regula collateralium.

¶ Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrẽ & ſororem & cauſa breuitatis proſequendo ſolũ partẽ mediam arboris ad modũ vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: qđ per ſe patet dicamus de fratre & deſcẽdẽtibus: Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis: & frater P. eſt cũ P. in primo gradu ſm canones: in ſecũdo ſm leges. Eius filius in ſcđo ſm canones: in tertio ſm leges. Nepos in tertio ſecũdũ canones, in quarto ſecũdũ leges. Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſm canones: in quinto ſecundum leges; & ſic debet eſſe vtraq; punctatio, & iſti ſunt collaterales ad P. Et nũc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequẽter ſtipitem de auo, ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis, & amitinus, ſoror patruelis & amitina, ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecũdo gradu, frater patruelis et ſecundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto ſecũdum canones. Per leges autẽ patruus in tertio; frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraq; pũctatio. poſtea fac proauum ſtipitem, & habet filios patruũ magnum, amitam magnã, auum & auiam, auunculum magnũ, & materteram magnã illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus, ꝓpior ſobrina. ex illa horũ filius filia, ex illa eorũdẽ nepos neptis. Et q̃a P. diſtat a proauo, quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio. & à propiori ſobrino tertio. & à filio tertio, & à nepote, q̃ exit lineam æqualitatis, quarto ſecundu canones, ſecundum leges vero diſtat P. à patruo magno quarto, à propiori ſobrino quinto, & à filio ſexto a nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe vtraque pũctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filijs, ſcilicet propatruo, proauo, & proauũculo, de proauũculo nõ proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horũ filius filia, ex illa horũ nepos neptis, ex illa eorundẽ pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cũ P. in quarto gradu, q̃a P. diſtat à ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes diſtãt quarto, ſecũdum leges ꝓpatruus diſtat v. fili[9] vi. nepos vij. ꝓnepos viij & ſic dẽt eſſe vtraq; pũctatio.

Regula canonica ꝓ collateralib. in linea ęquali.

¶ Nũc videndum eſt q̃bus regulis gradus illorũ collateraliũ cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones.

¶ Collateraliũ in linea æquali quoto gradu q̃s diſtat à communi ſtipite; toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. hoc ſecũdum canones. Exẽplum pone: qñ facis abauum ſtipitẽ inter P. & pronepotem propatrui, nã quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

Regula ciuilis ꝓ collateralib. in linea æquali.

¶ Secũdum leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à cõi ſtipite: toto duplicato diſtãt inter ſe, vel ſibi attinẽt. Vides ergo ex ſuperi[9] dictis, & ex punctatione, ꝙ p̃dicti P. & ꝓnepos propatrui diſtant viij. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecũdum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus, Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones vero duæ perſonæ faciũt vnum gradum Vnde (vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones, in ſecũdo, ſecundum leges: ſed computatio eorũ ob aliud fit, quã noſtra. 35. q. 5. cap. 2. Bene ergo dr̃, ſecundũ leges, ꝙ in æquali linea collateraliũ ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis, nõ eſt reperire diſparem gradum vide in linea paris numeri ſecũda, vel iiij diſparis numeri j. vel iij. In prima ij. gradus, in ſcđa iiij, in tertia vj. in quarta viij. quod non, eſt ſm canones, quia in ęquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum; quia in prima primũ in tertia tertium, in quinta quintum; et ſic de ſingulis.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Nũc reſtat videre de collateralib. in linea inæquali, de quibus traditur talis regula ſecundum canones Collateraliũ in linea inęquali quoto grado remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtãt inter ſe. Exẽplũ pone faciendo abauum ſtipitem P. & filius ꝓpatrui

sunt in linea inæquali, computemus ergo à remotiori, s à P. sed P. distat à stipite quarto gradu : ergo à filio propatrui iiij. & idẽ in descendẽtibus vsque ad lineam æqualitatis: & hoc est, ꝙ dicimus, ꝙ persona ad dita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus, quia propatruus, filius eius nepos, & pronepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

[Collateraliũ in linea inæquali quot sunt personæ [stipite dẽpto] tot sunt gradus vnde P. à stipite distat iiij à propatruo v. a filio vj. a nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum, Vides ex sup prædictis, ꝙ P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat. n. a summo, s. ab auo: ab imo, s. a nepote; ab extremis collateralium, ab oĩbus his quarto: à medijs citeriori: per quod satis patet, qđ cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, ꝓ crearet filiam, posset P. cum illa cõtrahere, licet autẽ contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas, prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat potuit tolli sed naturalia sunt immutabilia. 5. dist. in princ.

Regula ciuilis in linea inæquali.


¶Scire debes, ꝙ communiter dicunt doctores, ꝙ abauus & proauus & auus sunt bigami dicentes, ꝙ si nõ essent bigami, non possent filij eorum coniũgi, cum essent fratres: sed de hoc nõ multũ curo : quia eadem ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, ꝙ personæ earũ essent bigami. Vñ fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur ꝓpatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciẽdum est etiam, quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam ergo tu meam. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam. ergo nec tu meã. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu. & non econuerso. vnde propatruus huius filius. & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

Quæstio notabilis.

¶Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus est in quinto, & alter in primo puta filia P. & ꝓpatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Host. ꝙ non & hoc no. extra. eod. quod dilectio. & c. tua. & in summa huius tit. de consan. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic. scilicet pater & filius vna persona cẽsentur. C. de impu. & alijs sub, l. vlt. Si cut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cũ filijs stipitis. bene facit prædicta decre. tua. vbi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Ber. quod colligitur ex alio, quam ponit sup. eo. tit. ca. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo; & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ. s. eo. c. vlt. dum dicit ibi: descendentium ab eodem, sed certum est, ꝙ propatruus descendit a stipite. Præterea aut dicis, ꝙ est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium. aut collateralium: de primo patet negando, ꝙ certum est filiũ P. nõ descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium. sed certum est, quod isti distant quinto. quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video, Io. And.

ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam, quæ modo clara patet.



AFFINITATIS

DECLARATIO.

AFFINITAS secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnũ finem vnitas: eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit. vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶ Scias autem, ꝙ affinitas est perpetuum impedimẽtum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virũ, & inter consanguineos viri & mulieris contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo cõsanguineus tuus cognoscat mulierẽ: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis & semper in primo genere. Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris, quia ſm canones etiã per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. consan. vxo. suæ. c. discretionem. & c. penul. Inter consangnineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur; quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. vnde duo fratres contrahunt cũ duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierẽ de consang. & affini. quod super his.

REGVLA. Quotiescunque inter vnam personarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius nõ est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio: vt inter me & coniugem nepotis mei non põt esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradũ.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta, quia inter me, & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.



DARBOREM. Affinitatis, & eius materiam transeamus. Et primo vidẽdum est quid sit affinitas, & vnde dicatur, & quo modo ipsius genera insurgant & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quęstiones.

Affinitatis definitio. Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela. hoc secundum canones: sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptijs, & requiritur secundum leges, quod legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundũ leges, vel per coitum secundũ canones copulãtur, & alter ad alterius cognationis finẽ accedit, vt in ea. l. §. affi.

Sed quod per fornicariũ coitũ & incestuosum secundũ nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ c. discretionẽ, & eo. tit. c. pen. Sed consideratio legis fuit circa hęreditates & tutelas deferẽdas, & nequis cogatur aduersus affinem testimoniũ dicere, ff. de gradi. l. iuriscõsultus, in prin. & ff. de testi. l. 3. & 4. q. 3. §. itẽ in criminali. ver. itẽ lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibẽda cõsiderauit vnionẽ carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secundũ hoc, quod concurrere põt attinentia consanguinitatis, & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam suã, oẽs consanguinei vtriusq; sunt vtriq; affines. Scias aũt quod affinitas est perpetuũ impedimentũ, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris 35. q. 3. extraordinaria. & adde. quod ibi not. *Affinitas per coitũ nefariũ contrahitur.*

Et insurgit affinitas ex coitu interdum cũ publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate, vt si cognosco vxorem vel spõsam, hic impedimentũ est publicæ honestatis, & affinitatis: si cognosco non spõsam hic affinitas sola est: si spõsam nõ dum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tuæ, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cũ consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quod possis cõtrahere cũ illa, nõ obstãte quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc cõtrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentũ publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere non obstãte impedimento publicæ honestatis pro eo, quod desponsasti cõsanguineam eius in quarto gradu. & non obstante, quod est tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulã, sed nõ gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed nõ gradum. Isto modo, si is, qui est mihi in secundo gradu cõsanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secũdo gradu affinitatis, & primo genere, si alius eã cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis & secundo gradu: si ille aliam mulierem cognoscit, illa attinet *Affinitatis genus per quã regulam cognoscitur.*

mihi

mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionẽ,& quia B. plene tradidit: ex tra de consan. & affi. non debet hic circa hoc non insisto. ergo si persona mihi consanguinea cõiungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis, si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secũdo genere, si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est quod affinitas non habet hodie prohibitionẽ nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed cõputantur gradus affinitatis secundum gradus cõsanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille consanguineus toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Affinitatis gradus cõputantur sicut gradus consanguinitatis.

Arboris affinitatis formatio.

Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quatuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secũda secundus in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponãtur in medio fratris, & sororis: Secundo, quare non exprimant attinentiam dicendo primus gradus affinitatis, & sic de singulis.

Ad primum dic, hoc fuisse, vt detur intelligi, quod affinitas oritur ex consanguinitate, & quod ab vtroq; sexu virili, & femineo affinitas contrahatur.

Ad secundum dic, attinẽtiam nõ fuisse expressam, vt illa computatio graduum ad consanguinitatem, & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu cõsanguinitatis, frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde a latere dextro dictæ lineę ponitur alia linea quatuor cellulas continens. in prima scribitur frater, in secũda fratris filius in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quatuor cellulas, in quarũ prima scribitur vxor fratris olim relicta, in secunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis, in quarta vxor pnepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quatuor cellulæ: quarũ prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis, Ad dorsũ harum sunt aliæ quatuor: prima vir sororis olim relictus, scd'a vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponũtur ẽt aliæ duę cellulæ, vna a latere dextro cõtinens, relictus relictæ fratris, a sinistris relicta relicti sororis: quæ secundũ omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandũ genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem nõ habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarũ vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis: in qua scribitur primũ genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem scribitur.

Quæstio.

Circa hoc quæro quare in cellula, vxor fratris scribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse propter cellulam, quæ ponitur ad dorsum illius. quasi dicat, frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta cõtraxit cum alio viro, illa demũ mortua ista relictus a relicta fratris vult contrahere cum sorore, nunquid potest: Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu: hodie vero potest. Idem sit repetitum quoad cellulam viri sororis.

Regula magistralis gradus affinitatis & genus manifestãs.

Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis, & genus tam per formam arboris, quam ex prius dictis tolle hanc solã regulam magistralem. Per carnalem copulam viri, & mulieris inter cõsanguineos mulieris, & virum, & inter cõsanguineos viri, & mulierem cõtrahitur affinitas primi generis, & eiusdem gradus cuius est cõsanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & nõ viri & vxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri, & mulierem, ideo dixi, quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas, vñ duo fratres contrahunt cum duabus sororibus pater, & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter cõsanguineos mulieris, & ipsum virum, & consanguineos viri, & ipsam mulierem, extra de consan. & affi. ꝙ super his. Primi generis quare dixerim etiam ex superioribus patuit, & eiusdem gradus cuius est cõsanguinitas, vide hoc in arbore, nam frater, & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis ex fratre in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filia fratris, & ipsi fratri in secundo gradu

con-

consanguinitatis, maritus eius in secūdo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis.

Vnde vir proneptis sororis attinet fratri, & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis, & hoc ideo, quia to to gradu cōsanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, qa si pronepos fratris hēt filium, ille excederet lineā æqualitatis, & sic attinet quinto gradu, secundū regulas traditas in proxima arbore.

Post hoc notandum est, illud præcise nō sequitur, ego & tu sumus affines ergo filius, quē procreo, est tibi affinis. Nā interdū filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis, & ipse cōsanguineus, interdum nihil attinet tibi, interdum mutat gradum. interdum nec mutat genus, nec gradū. Exemplū si ego, & tu sumus affines per appositionē mei q.a, s. contraxi cum cōsanguinea tua si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi cōsanguineus, non affinis, sed si ego maritus cōsanguineæ tuæ ex alia muliere filiū procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis: Si vero tu consanguineus vxoris meæ filiū procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel in æquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio ipsa in secundo, vel primo: tunc ipse filius mutat gradū, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu, & vxor mea eratis consanguinei in linea inęquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secūdo: tunc filius tuus non mutat genus, nec gradū, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Itē no. quod istud ēt nō sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possū accipere filiā tuā, ergo nec tu meā, quia si habeā consanguineam tua in vxorē, tu bene potes contrahere cū filia mea, quā habui, ex alia muliere, quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, sed inter virū, & consanguineos mulieris, & inter mulierem, & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de consang. & affi. ꝙ super his. Sed ego non possum contrahere cū filia tua, nisi forsitan illa excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto, & est simile ēm quod dixi supra in proxima arbore cica fi.

Nunc quæritur an affinitas inter ascēdentes, & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tm̄ vsq; ad quartum gradum? Et si teneremus opi. Goff. de qua dixi supra de arbore proxima circa medium diceremus quod vsque ad quartum gradū tm̄. Sed tenendo contrariam opinionē dicemus quod prohibitio sit perpetua. Dicit. n. tex. qđ ita abstinere debemus a cōsanguineis vxoris, vt a proprijs, extra de consang. & affi. c. 1. 35. q. 3. de propinquis, & cap. æqualiter. Si ergo consanguineos ascendentes, & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines, ad idē Instit. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex qđ tales affines ascendētes, & descēdentes hñr loco parentū, & liberorū, ff. de gradi. l. non facile, §. & retro. in fi. Eodem mō posset formari qō de affinib. quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in cōsanguineis dixi supra in arbore proxima, in fi. An aūt liceat diuersis tēporib. habere in vxores duas cognatas, scilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint de hoc, vide no. de consang. & aff. c. non debet.

Vltimo quęritur ad vtrāque arborē an prohibitio consanguineorū, vel affinium cōiungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias ꝙ olim propter necessitatē frater necessario habuit contrahere cū sorore, & consanguinei cum consanguineis, vnde tunc in collateralib. non erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filijs, & nepotibus Adæ: hoc ēt fuit post diluuiū in nepotib. Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim personæ quas, vide no. extra. de resti. spo. litteras. & de diuo. c. gaudemus. Demū ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos, & affines primi generis coniūgi in vij. gradu & citeriori, quæ prohibitio postea vsq; ad quartum gradū est restricta extra eo. non debet: reuocatis ēt quibusdā alijs prohibitionibus vt patet, Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & extra. de test. ca. licet ex quadam. per quod patet quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partem ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur, 35. q. 1. c. 1. §. i. fuit. n. propter charitatē ampliandā. Nā si contraherē cū sorore: idē esset pater, & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrē, alium socerū, numerosius se charitas protenderet, in qua vniuersi fideles, & pręcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Affinitas per notabilia declarat.

Affinitatis ꝓhibitio inter ascendētes, & descēdentes est perpetua.

Consanguinei, & affines quo iure prohibentur coniungi.

Ratio prohibitionis matrimoniorū iter aliquas personas de iure positiuo.

Diuini ac humani Iurisconsulti, & causarum sacri palatij auditoris, D. Ioannis Francisci de Pauinis, ad Extrauagantium, Regularum cancellariæ, & Decisionum Rotæ notitiam, vtile præludium.



Vintus Mutius versus Seruium Sulpitium illo fuit vsus sermone: Turpe est patritio, & nobili viro ius, in quo versatur ignorare, sed longe magis in plerosq; nostra ætate hæc sñia retorquenda est, qui Extrauagantiũ sãctiones, Pontificũ iura enucleata, desidia aut ignauia contẽnere videnť: cũ omnes magistratus, præsertim ecclesiastici, in dicendis sententiis, & ceteri iurisperiti, quib. interpretandi cõsulendiq; tribuitur facultas, responsa sua iuxta illarũ decisiones sint ꝓlaturi, si ipsis Extrauagantibus adsint requisita, q̃ epistola Inn.3.ad Helien.epm deposcit. Quare ad ipsarum lectionem iterum atque iterum hortor moneoq; ne cum Sulpitio iure obiurgemur, imo illum imitemur, qui post reprehensionem adeo iuri operam dedir, vt inter iurisconsultos merito palmam fuerit assecutus. Verum ipsis Extrauagantibus parem vim pene regulæ Cancellariæ viuente earum conditore, & non mediocrem decisiones Rotæ vti prudentum responsa auctoritatem habere censentur: sicut enim illis interpretandi ius ciuile, & prætorum edicta potestas sũma erat: ita, & auditoribus Rotæ in summorum Pontificum leges impertitum est ab ipso principe summum arbitriũ. Igitur circa tria hæc breuem, & perutilem subieci notã.

Loquitur de c. pastor. de fid.instr.

Snĩa contra extrauagantẽ lata an teneat.

Notandũ est, ꝙ sñia lata contra Extrauagantem publicatam, & indubitatã, est ipso iure nulla: ante publicationem vero secus, vt no. in procemio Clementinarum, in verbo, de cetero, & in cle. nolentes. de hære. Sed si est publicata, & indubitata sententia contra eam lata est ipso iure nulla, vt dictum est tamquam lata contra legem scriptam, vt no. Bal. in l.2. C. quando prouoc. non est neces. & Butr. in cap.1. & c. cum inter. de re iud. & probatur in l.1.§.iterum cum contra sacras, ff. q̃ sen. sine appel. rescin. exemplũ in Extrauaganti, execrabilis, sm̃ Abbatem in c. pastor. de fide instr. idem de Extrauaganti, ad regimen. quam allegat decisio in nouis 349. incipit: item si mandatur. Secus autem si de ea dubitatur, per c. pastoralis. de fide instrum. & l. cum prolatis. ff. de re iud. secundum vnam lecturam, ideo super ea papa est consulendus, & si reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata per authenticam, ad hæc. C. de fid. instr. & l. Celsus. ff. de prob. sm̃ vnam lecturam, facit c. ad audientiam. de præscript. & idem præsumitur, quando reperit inter Extrauagantes. 20. q.1. c. quoniam progenitorum. maxime si reperitur glossata per doctorem famosum, sicut Zenz. Lau. & Io. Mo. & alios: per no. in d.c. pastor. probatur. l.1. in fi. C. de nouo codi. con. & quod no. in l. 3. C. de leg. vel si fuit diu obseruata, vt no. Bar. in glo. fi. super Extrauaganti, qui sint rebelles. de quib. plenius ꝑ Bar. in l. cum prolatis alle. & Butr. & Abbatem, & modernos in d.c. pastor. vbi sm̃ Boat. potest de ea dubitari ad instar eius, quod no. in c. nemo. de elect. in 6. de quibus etiam per Ludouic. in consil. 250. quod incipit, in Christi nomine in proposito casu, vbi etiam subdit, ꝙ si fuisset talis, per declarationem successoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ, etiam ad petitionem singularis personæ facta ad legem, vel ordinationem aliquam præcedentem, legem gñalem constituit ad omnes per l. fi. C. de legibus, & no. in c. in causis, de re iud. ꝙ facit ad id quod dicam super Extrauaganti. ad onus, & Extrauaganti, iniunctæ, & ad Apostolatus, & cap. Ex quib. idẽ dicit Bal. in statutis in suo peculio, in ver. statutũ licet nõ sic, &c. Itẽ non est necesse, ꝙ cõstet de datis, sm̃ Bartol. in dicta data, qui sint rebelles, Præmissa intelligo de Extrauagãtibus emanatis, post compilationem lib.6. secundum Io. And. in procemio. lib.6. ad fin. & in c. fi. de hæret. e. lib. Etsi contradicant iuri scripto, dic vt plene per Io. And. Io. de Ligna. Io. de Sandæis. & Dominicum post Io. Mon. in c.1. in princ. de const. li.6. & per Arch. post Hug. 19. dist. c.1. si Romanorum. & in summa. Adde Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de leg. & in c. si in laicis. 30. dist. Nec est de substantia [vt redigatur in scriptis] de quo plenius per Io. And. in reg. nemo potest. de reg. iu. in mer. lib.6. & in decisionibus Rotæ, deci. 238. per gl. in l.1. C. de leg. probatur in c.1. de renun. li.6. & per Abbat. in c.1. de postul. præl. qui dicit, q̃d de hoc videtur communis opinio.

Scriptura ñ est de substãtia extrauagantium.

Extrauagantes qualiter & ubi debẽt ꝓduci, si de eis dubitat̃.

Debent autem Extrauagantes quando de eis dubitatur, per allegantem in forma authẽtica produci sub plũbo si extra curiã sunt producendæ: vel sub signeto uicecancellarii, si in curia sunt producendæ, & hoc de illis, q̃ sunt descriptæ in libro cancellariæ. illæ autem, quæ sũt descriptæ in camera Apostolica, signantur cum signeto camerarii, vel sub plumbo, &c. Et ita seruatur in curia Romana. Et idem. s. ꝙ in forma authentica debeant ꝓduci, dicimus in statuto non contento in volumine statutorũ, secundum Bart. in l. oẽs populi, ad fi. ff. de iu. & iur. & modernos in d.c.1. de const. lib.6. & in d. c. past. forma autem authentica habetur in regulis, & stylo cancellariæ. Quid autem de sententia principis diffinitiua vel interlocutoria? Dic vt in c. in causis. de re iudic. & 16. q.3. licet. & ff. quod met. cau. l. metum. §. sed ꝙ ait prætor. Et præsumitur quæstio determinata pro illa parte, & opinione, pro qua fuit ultima collatio facta, vbi aliter non constat de expressa decisione, secundum Bal. in l. bona fides. ff. depos. Et no. Dom. in c. fi. de hær. lib. 6. quod ordinationes, & mandata papæ habent eandem vim, quã habent constitutiones, per no. in ca. a nobis 1. de sent. exc. per l.1. & fi. C. cõmin. uel epistol. Itẽ ꝙ rñsa Papæ ad consultationem inferiorum sunt pro iure seruanda. alleg. 3. dist. in summa.

Mandatũ Papę hẽt uim constõnis.

De interpretatione autem doctorum, & cõi opinione dic ut per Abbatem in c.1. de post. prælat. ubi glos. & no. in c. unico, eo. tit. li.6. & in l.1. Co. de profes. qui in vrbe Constantinopolitana, &c. de cõi opinione notatur 3. q.7. §. tria, & an excuset a dolo, no. decis. Rotę 279. & Oldr. in l. quæsitum, ff. de fun. instru. Et an sit standũ vlt. opinioni. gloss. & Innoc. &c. no. Ioann. And. de pœnis, cap.1. & de sent. excom. cap.1. lib. 6. in nouella. & not. in l. qui filium, ff. ad Trebel. & per Bald. in l. si mater. §. tua. ne de statu defuncto, & in l.1. ff. de constitut. principum. & in tit. apud quem controuersia feudi determ. in vsib. feu. faciunt no. in c. capellanus, de fer. De his tamen plenius tractat Matth. de Matthæsilanis in suo tractatu de electio. opinionum qui incipit, quidã tractatellus. Et de opinione glossæ præferenda, dic ut per Iac. But. & alios in l.1. C. qui pro sua iuris. & Lapũ alle. 38. incipit, magister Hospitalis.

Regulę cãcellarię q̃ uim habent.

Regulæ cancellariæ sapiunt naturam legis, ut no. in c. a nobis, de sent. exc. & in cle. 1. de vi. & hone. cler. de quo per But. in procemio Clementinarum, ubi uidetur aliter sentire: quia non sunt perpetuæ, no. Ioan. Andr. in regula, nemo potest. in ult. col. in nouella, & quale ius faciant, no. per Pet. de Anch. in consil. 296. & 298. in quibus uult, ꝙ non censeantur constitutiones gñales, sed derogatoriæ uoluntatis Papæ edentis, & expirant morte, &c. de quo tñ dic ut in decis. 349. quæ incipit, Item si mãdatur. Quędam uero ex eis sunt de dandis, & istę ut fidem faciant extra curiã dantur sub plumbo in forma aliarum bullarum: Aliquę aũt dantur cum sub-

subscriptione duorum officialium de Parco maiori, & signeto vice cancellarii: & istæ fidem faciunt solum in Romana curia, si producãtur in Rota, vel apud alios officiales, & cõmissarios curiæ Romanæ. Et productæ semel coram vno auditore, possunt postea reproduci coram omnibus aliis, habita de hoc fide a notario producente. Illæ vero, quæ non sunt de dandis, non faciunt fidem extra cancellariam, quasi dent normam solis officialibus cancellariæ: & si non essent seruatæ in confessione literarum, remittentur literæ ad cancellarium corrigendæ, &c. vel de speciali mandato Papæ, vel per auditorem, aut alios commissarios, coram quibus causæ penderent.

Decisiones Rotæ non faciunt ius.

Decisiones Rotæ non faciunt ius, nec iudex secũdum eas tenetur iudicare, sed habentur pro decisionib. magistralibus, per no. per gl de post. præl. cap. 1. in gl. no ꝙ & c. Et sæpe Rota iudicat contra ipsas, vt dicit Card. in c. pastoralis. de fide instru. in vlt. q quod intellige, nisi secundum eas sæpius reperiatur iudicatum: adeo quod introductus sit stylus vel consuetudo, per l. si de interpretatione, & l. nam Imperator. ff. de leg. & no. in l. nemo iudex. C. de sent. Et si reperiantur contrariæ adeo, ꝙ per distinctionem non possunt concordari, tunc stabitur vltimis secundum doctores in simili. in c. 1. de constit. li. 6. & in c. contingit, de iureiur. eo. lib. Et quod decisiones faciant ius, probat tex. in c. sicut. de re iud. ubi Papa allegat stylum sapientum, facit quod no. in cap. fi. 20. d. No. tamen ꝙ Card. & Pet. de Anch. & Dom. consuluerunt contra decisionem Rotæ no. 114. incipit. item si vnus, in quantum approbat opinionem Archidia. ut refert idem Dom. cap. duobus, de rescr. lib. 6. Et [cum pace eorum] minus bene: quoniam ad auditores principaliter spectat interpretari verba, & mentem Papæ in rescriptis, & cum causæ cognitione, & pleno examine, &c. & sunt in hac quasi possessione sciente, & patiente imo uolente, & mandante Papa, arg. eius ꝙ no. Io. And. post Host. in c. 1. de post. præl. quod non est dubitãdum in curia Romana propter earum obseruantiam continuam, ꝙ clemen. 2. vt lit. pend. non habet locum in curia Romana. decisio. 275. incipit, item quod cle. 2. Similiter cap. oblatæ. de appe. vt patet in decisione 99. incipit: item no. ꝙ c. oblatæ. Similiter quod ca. nonnulli. de rescr. & c. ipso iure. eod. tit. lib. 6 non habent locum in Romana curia, vt patet in decisione 167. incipit, item ꝙ commissio. Quod patet etiam determinatũ expresse per decisiones in nouis 35. incipit, item legitimus. vbi reprobatur opinio Ioan. Monach. & Ioan. And. Item decisio. 65. quæ approbat opinionem Ioan. Mona. cap. 1. de offic. vica. Approbant etiam, & allegant opiniones doctorum, vt patet in opinione Io. And. in c. duobus. de rescript. in 6. per decisionem 58. quæ incipit, item voluerunt, & idem in decisione 213. incipit, item si quis dicit. vbi patet ꝙ color probandus est per spoliatum petentem se restitui in beneficialibus, & no. in clem. 1. de cau. pos. & propriet. & per Io. And. in additione Spe. de rest. spol. in princ. & in multis aliis similibus. ad idem decisio. 364. incipit, item si in forma communi, &c. & in decisionibus antiquis, 316. & idem cle. 1. cũ in multis, de rescr. lib. 6. & in decisionib. antiquis, incipit, item cum actor. & patet in decisione 96. incipit, item omnes Domini. Item decisio. in nouis 359. quæ incipit. itẽ si mandatur mihi. prouideri. Item decisio in nouis 258. quæ incipit, item in religiosa, quæ concludit contra communem sententiam doctorum. Item in nostris constitutionibus approbatur opinio. Ioan. Andr. in cap. fin. de consuet. lib. 6. quod motus proprius cum clausulis generalibus apponi consuetis in bullis tollat statuta, & consuetudines deoptando. Ex quibus patet, quod saltẽ decisiones in curia Romana faciunt ius ad instar styli, per not. cap. ex literis. de consuetudine, & in clem. 1. de sequest. pos. & fruct. & quod no. Lap. all. 48. cap. fraternitatis, de frigid. & no. in cle. 1. de sent. excom. & c. quã graui. de cri. falsi. & c. pen. de confir. vtili. vel inut. & c. ad audientiam 1. de rescrip. Et extra curiam tamquam responsa prudentum Instit. de iure nat. gen. & ciui. §. responsa prudentum, velut electiua discrepantium opinionum doctorum, quibus reuelat præcipuam Sanctus Spiritus veritatem in medio illorum constitutus, tã in Missa, quam in peculiari eorum oratione inuocatus. 20. dist. cap. fin. & Matth. 17. cap.

F I N I S.

C O N-



Euerendissimo in Christo patri domino domino suo, Arnoldo, Dei gratia sancti Eustachij diacono Cardinali Zenzelinus de Cassanis utriusque iuris doctor minimus cum recommendatione sui ad intellectus acumen deducens præsens opus, Deus ab æterno præuidens, & humanæ naturę ad malum procliuæ misericorditer prospiciens, uicarium suum in terris instituit vniuersalis Ecclesiæ regimini pręsidentem: qui ex varietate causarum, personarum, locorum, & temporum, nunc per nouorum editionem iurium, nunc antiquorum declaratione, modificatione correctione, necnon & rebellium debita coerctione ad ea, quæ medentis sunt, manum apponat. Cũ igitur instructor peruigil humani generis uerbo pariter & exemplo, uidelicet sanctissimus pater dominus Ioannes digna Dei prouidentia Papa xxij. nonnullas constitutiones per se nouiter editas promulgauerit: mũdo prospicecupiens uniuerso, quę quidẽ pp intellectus simpliciũ ruditatẽ, in eruditionẽ aliq̃ dirigendam expositionẽ, interpretationẽ, elucidationẽ in aliquibus exposcere dignoscuntur: ea propter ad honorem illius, cuius opera sunt inseparabilia sanctæ, s. & indiuiduæ Trinitatis, ac etiam matris vnigeniti Dei filij incarnati in eius vtero virginali & vniuersalis Ecclesiæ sponsæ suæ, suique uicarij, generalis ueri pastoris & gregis Dominici directoris, ac etiam nostri decus, licet hebes & ingenio rudis & imbecillis in iurium intellectu, confisus de omnipotentis Dei gratia, reuelando sibi uiam meam, & sperans in eo ut ipse faciat, iuxta uerbum Prophetę, audaciam sumpsi [utinam ad utilitatem publicam.] aliqua per modum commẽti in scriptis redigere super constitutionibus antedictis: eadem uestræ paternitatis salubri correctioni more solito commendando.

CONSTITVTIONES XX.

IOANNIS PAPAE XXII.

Cum familiari apparatu D. Zenzelini de Cassanis, adiectis patentibus summarijs, dataq; singulis apta situatione, nec prætermissa glossarum vtili explicatione.



TITVLVS I.
De electione & electi potestate.

¶ Electi, qui pro suarũ electionum negotio ad curiã venire tenẽtur, etiam sede vacante non tenentur de necessitate ĩ ipsa curia morã trahere: & licet alibi morentur, nullũ eis præiudiciũ generatur. facit Clene Romani. §. fi. eod. tit.

CAP. I.

AD onus[a] Apostolicæ seruitutis[b] superna dispositione[c] vocati, ambiguitates[d] ex quibus possent ecclesijs[e] dannosa prouenire dispẽdia, tollere cupientes,[f] de potestatis plenitudine,[g] ac fratrum[h] nostrorũ consilio[i] ordinamus,[k]

Diuisio.



AD onus.] Hęc extrauagans licet propter styli connexitatem commode diuisionem non recipiat: tamen non inepte dici potest, quod habet duas partes. in prima parte constitutio iuris electorũ conseruatiua ponit, In scda obstaculũ huic obuians tollit. ibi, Nõ obstãtib.

a ¶ Ad onus.] Nota reputari onus in Apostolica sede seruire. Multæ. n. & innumerabiles sunt ei præsidentis solicitudines, extra de purg. can. ca. inter solicitudines, & de magi. inter solicitudines, cle. 5. per quas ad morũ correctionẽ vitiorũ extirpationem adstringitur attendere, ne sanguis subditorum de suis manib. requiratur, 43. di. c. Ephesijs, extra de offi. ord. c. irrefragabili. cum & secundum. B. Hieronymum non sit facile stare in loco Petri & Pauli. 40. dist. c. non est, & ad hoc ad de quod dixi in decre. suscepti. in uer. solicitat. licet aũt istis respectibus dicatur onus, nihilominus tamen honor est summus, cum dicatur apex dignitatis omnes, qui ad eam eriguntur, illustrans. 40. dist. c. non uos.

b ¶ Seruitutis.] a seruiẽdo reipublicæ dictæ, ff. rem pu. sal. fo. l. 2. ff. de adopt. l. non aliter, C. eo. tit. l. 2. & hoc respectu Papa se uocat seruum seruorũ, quod dico ut no. 1. q. 7. c. quotiens cordis. nõ autem a seruãdo, de qua loquitur tex. insti. de iure per so. §. serui. illa enim est, quæ impedit ad honorem puehi. C. si seruus, aut libertus ad decu. asp. l. 1. & 2. li. 10. extra de ser. nõ or. c. 1. 54. dist. quasi p totum. — Papa se vocat seruum a seruier.do.

c ¶ Superna dispositione.] hoc dicit, quia non debet sibi quisquam honorem assumere, nisi qui uocatur a Deo tãquã Aaron. ad Hebræ. 5. 8. q. 1. in scripturis, & extra de elect. qualiter post obitũ, C. de episc. & cle. l. si quẽquam, potissime autẽ in tanti honoris fastigio hoc pcauẽdum. cum uniuersitas fideliũ ex illius incolumitate animaduertat se pendere ppẽsius, 40. di. c. si Papa iuxta illud, Integritas præsidentium salus est subditorum, 61. dist. miramur, in corp. Auth. ut iud. sine quoquo suffra. §. cogitatio. col. 2.

d ¶ Ambiguitates.] i. dubitationes, simile C. de vsufr. l. ambiguitatem, de testi. l. ambiguitates.

e ¶ Ecclesijs.] hoc videas, quod no. in c. suscepti. super ver. ecclesijs.

f ¶ Cupientes.] attende principẽ Ecclæ cupere & desiderare, vt tollantur ab ecclesijs damnosa solicitando, remedijs inuigilat subiectorũ, vt quietẽ et eis pparet, labores voluntarios appetendo. In corpo. Authẽ. vt diuinæ iussiones, in prin. col. 8. & in procœmio. 6. libri.

g ¶ Plenitudine.] quia solus princeps ecclesiæ gaudere reperitur; ceteri enim in parte solicitudinis sunt vocati. 2. q. 6. decreto, & c. qui se. extra de vsu pal. 1. ad honorem, de ele. illa, de ista enim plenitudine 1 potestatis non oportet sermonem effundere: quia superfluum est solem facibus adiuuare, 6. q. 1. si omnia, & super hoc videre potes, quod no. Ber. extra de transl. epi. ca. quanto. & Host. plenius de pcess. præb. proposuit, de vo. & vo. redem. c. magnæ. Quibus autem rationib. fulciri põt talis plenitudo vide, qp no. p Host. extra qui filij sint leg. c. p venerabilem circa fi. in uerbo, plenitudine potestatis. — 1 De plenitudine ptãtis Romani Pontificis uide oĩno Turrecrematam in summa de ecclesia, lib. 2. c. 52. & 53.

h ¶ Fratrum.] hic videas, qp dicam in decre. execrabilis, in uer. fratribus, & in decr. quia quorundam.

i ¶ Consilio.] & hic si placet, attende quod dicam in decre. execrabilis.

K ¶ Ordinamus.] non dicit, declaramus, ut denotat, qp ĩ. sequitur, esse ius nouum non antiquum, cum forte secundum hoc, esset contrarium eius, quod hic statuitur, ut infra subiicietur.

quod quibuscunque [a] electis, [b] qui ad sedem [c] Apostolicam venire [d] vel mittere [e] tenebantur, [f] ac ipsorum electionum instructoribus, [g] qui in veniendo ad sedem [h] ipsam & se præsentando [i] ipsa sede vacante, vel non vacante seruauerunt [k] tempora a canonibus [l] instituta (dummodo præsentialiter [m] adsint [n] in ciuitate [o] Lugdunē. vel fuerint Auinione in calendis [p] Octobris) vbicunque [q] sede vacante moram traxerint, nullum [r] ipsis [s] seu eorū [t] iuri præiudicium ex mora interim facta vbilibet [u]

a ¶ Quibuscunque.] Nota verbum vniuersale, vt omnes electos venire adstrictos, uel mittere comprehendat, siue sint exempti, siue non ad cathedrales, uel regulares, vel collegiatas ecclesias electi, argu. ff. de hæred. instit. l. hoc articulo extra. de maior. & obed. c. solitæ, 19. dist. si Romanorum, sic sentit. Card. de ele. cupiētes, in versi. cathedraliū & ibi dixit, licet Guliel. ibi contra sentire videatur.

b ¶ Electis.] subaudi vel prouisis: a quorū prouisione appellatur ad Papam, cum in illis sit eadē ratio & penitus similis: vnde cōstitutio illa, cupientes, licet pœnalis loquens tantum de electis, in casu penitus simili idem statuisse videtur. argu. ff. de adult. l. si postulauerint §. ratio. de eden. l. quædam. verbo, nummularios, & colligitur ex decret. cupientes, iuncta ad illam decre. si postquam §. vlti. de elect. lib. 6. x & ex decret. licet canon eo. tit. iuncta cum decret. vnica, de offic. deleg. clem. 5. sic sentit Card. dicto. cap. cupientes, in vers. omnes electi, & Accur. in corpo. Authen. ut hi qui oblise ha. perhibētes minorum, §. 1. ubi lex pœnalis inducta ꝯ creditorem suscipientem curā sui debitoris, extenditur, vel inducta censet ꝯ suscipientem tutelam pp identitatis rōnem, ut ibidem no. glo. quæ incipit. Nunquid idē. de hoc scripsi plenius de rescrip. abbates, cle. 5. in gl. sed gratia huius. Item intellige, electis, per quorum mortem vacare dicuntur ecclesiæ, argu. de elec. ne pro defectu, & sic electus in magistrum maiorem Hospitalis ut quondam Templi, non adstringit dicta constitutione, cupientes cū per eorū mortē uacare ecclesiæ nō dicantur, cum iuris spiritualis & ecclesiastici non sint capaces, utpote in pluribus laicis, uel illi etiā qui eliguntur ad dignitates, quæ subsunt alijs, puta ad præposituras, ac archidiaconatus uel similes. sic no. Car. dicto c. cupientes, in uer. oēs electi, & in vers. cathedralium. Item quod dicit, electis debet intelligi de masculis, secus de feminis. In illis enim cōstitutio, cupientes non uendicat in omnibus sibi locum ob sexus fragilitatem, extra de elect. c. indemnitatibus, §. sed cum eis, lib. 6. & antea idem not. Car. in dicto c. cupientes, in glo. 1. episcopalium.

Constitutio pœnalis, pp identitatem rōnis est prorogabilis.

x Vide quod ego ibi not. in gl. fi. & in gl. Italiæ, ca. 1. de tēp. or. li. 6. & uide Euerardū doctorē Louaniensem in loco a rōne legis larga. uer. tertio casu principali, quo remige secure nauigabis illud periculosum mare extensionū. Font.

c ¶ Sedem Apostolicam.] intellige etiam vacantem per iura noua de elect. ne Romani, §. ult. clem. 5. & sic sentire uidebatur Card. licet ex falsa causa, dicto c. cupientes, in ver. coram nobis, in ver. canon. Guliel. autem contrarium ibi tenebat, cuius opinio hodie succumbit.

d ¶ Venire.] personaliter.

e ¶ Mittere.] procuratores sufficienter instructos.

f ¶ Tenebantur.] exempla pone de his per decr. statuimus, cupientes. indemnitatibus, §. sed cum eas, lib. 6.

g ¶ Instructoribus,] de istis habes dicto c. cupientes, §. ad hoc. & §. si vero.

h ¶ Ad sedem ipsam.] vacantem, ad quem sicut ad non vacantem tenentur hodie venire, ut sup. dixit.

i ¶ Se præsentando.] s. personaliter: & hoc si possent, alias sufficeret hoc publice protestari, arg. ff. de nau. fæno. l. 2. sed an unica protestatio eis sufficeret, uide quod no. Card. dicto c. cupientes in uer. prædictos.

k ¶ Seruauerunt.] In illis igitur, qui non seruauerunt, non habet locum, ꝙ infra sequitur, nec beneficio huius constitutionis gaudent. Tum quia, ꝙ de certis statuitur contra ius commune, de alijs denegatum uidetur, ff. de iud. l. cum prætor. extra de præsum. nonne. Tum quia si de omnibus conditor idem statuere voluisset, hoc utiq; expressisset, arg. extra de deci. ad audientiam, C. de cadu. tollen. l. 1. §. sin autē ad deficientis. Tum ēt quia in seruantibus tempora diuersa, ratio iura diuersa inducere facit. C. de transac. l. interposita, ff. de legi. l. ꝙ vero omnes, extra de reg. iu. quæ a iure li. 6. quia ipsi nullam diligentiam adhibuisse reperiuntur, sed seruantes sic, tam in veniendo quam in præsentando.

l ¶ A canonibus instituta.] extra de elect. statuimus, &c. cupientes, lib. 6.

m ¶ Præsentialiter.] nō ergo sufficeret ꝑ aliū ibi esse, cū opus sit præsentia personali. arg. C. de procur. l. vlt. si minor se maiodi. l. 2. extra de iudi. ca. 1. de elec. vt circa, lib. 6.

n ¶ Adsint.] scilicet de præsenti tempore huius constitutionis. verbum enim, quod de se præsentis temporis est, nec ad præteritum, nec ad futurum proprie trahi potest, arg. ff. de iniu. & irri. test. l. cum in seruo. si cert. pet. cum quid præsens.

o ¶ Ciuitate Lugdun.] in qua fuit creatus in papam dominus noster Io. Papa xxij. Sed qualiter intelligas istos præsentes in ciuitate, an illos, qui sunt infra muros, vel etiam qui sunt in suburbijs? Videtur quod illi, qui sunt infra muros tm̄, arg. ff. de verb. sign. l. urbis. extra de sen ten. excom. c. si ciuitas. lib. 6. Sed contrarium credo, cū hic agatur de pœna vitanda: cuius uitatio est fauorabilis, & sic extendenda, ff. de lib. & posth. l. cum quidam. extra de reg. iur. odia lib. 6. & quia satis censetur præsens in ciuitate, qui in suburbijs est. ff. de uer. sig. l. qui in continentibus & l. ædificia. & l. pupillus, §. incola. & de penu. leg. l. nam quæ liquidæ. §. item si ita. ad muni. l. qui ex vico. de procur. l. præsens, C. de epi. & cle. nulli, §. quod si in uico. de na. li. l. si quis seu liber, extra de ele. vbi maius, §. porro. li. 6. ad idem. 63. di. c. ego. Ludouicus cum ibi not. & per Guliel. extra de rescri. statutū. in ver. ciuitatibus. Quid enim si electi essent tot numero, quod cum alijs curialibus non possent intra muros ciuitatis commode recipi; eos non reputari fuisse præsentes uidetur forte absonum & iniquum.

Præsens in ciuitate est, q. in suburbiis est.

p ¶ In Calendis Octobris.] sed de proximis calendis post huius constitutionis publicationem dēt intelligi ff. de uerb. obli. l. cum qui calendis. & hoc si a tempore publicationis huius constitutionis restabat tm̄ de tempore, ꝙ in calendis Octobris posset commode apud Auinionem peruenire, alias non de proximis primis, sed alijs subsequentib. haberet intelligi arg. de uer. oblig. l. interdum de eo, ꝙ cer. lo. l. non utique, §. si quis ita, Sed si in die ipsarum calendarum fuisset huius constitutionis facta publicatio, de sequentib. uideretur intelligendum, ut dicta. l. eum qui.

Calēdę sunt de ꝓximis intelligendę.

q ¶ Vbicunque.] in hoc inducit ius nouū hæc constitutio: nā alia primæua iura arctātia electos ad ueniendū, & se personaliter præsentandum uibebātur exposcere, ꝙ ipsi sede uacante in curia haberent morā trahere, cū nec ab ea sine licentia possint discedere donec ecclesiæ esset de pastore prouisum. extra de elect. cupientes, iuncta decret. si postquam, §. fi. eo. tit. lib. 6. & c. ne Romani, §. ult. cle. 5. ad quid enim arctarentur electi uenire sede uacante ad curiam, ut ibi dixi, nisi & uenientes expectarent creationem noui pastoris? certe frustra potissime cum spes sit de proxima eius creatione, ut ibidem, & adde quod dixi sup. in glo. intellige.

r ¶ Nullum.] præiudicium, quod statim sequitur.

s ¶ Ipsis.] scilicet electis.

t ¶ Eorum iuri.] id est, eis per electionē quæsito, quod & quale sit illud, dic ut no. 63. dist. quanto.

u ¶ Vbi libet.] ex hoc uerbo & alio simili ubicunque, quo est. s̄. intelliga, siue in loco ꝓximo ad curiā, siue remoto electi moram traxerint, cū hæc duo uerba singula

gula per ſe loci vacationē de ſui natura denotent, extra de priuil. antiqua. §. dominicæ, & eo. ti. c. vlt. lib. 6. ſicut & temporis. ff. de interrog. actio. l. vbicunque, extra de pœnis. c. vbicunque. lib. 6.

generetur: a ſed b eorum iura circa electiones huiuſmodi hoc c non obſtante perinde ſeruentur illęſa, ac ſi apud ſedem Apoſtolicam d moram contraxiſſent: e Non f obſtantib. prædeceſſorum g noſtrorum conſtitutionibus quibuſcunque: q̃bus tñ quo ad alia nullũ volumus h p̃iudiciũ generari. Nulli i ergo, &c. noſtræ ordinationis infringere, &c. Datũ k Lugduni viij. Idus Septembris, anno 1.

a ¶ Generet.]ꝙ ante hanc decre. generandum videbatur. ſcilicet priuationis ipſo iure ab oĩ iure ſibi per electionem acquiſito, dicto c. cupiẽtes, §. inſuper & ca ſi poſtquam, §. 1. de ele. lib. 6.

b ¶ Sed eorum iura.] Idem, eis per electionem quæſita.

c ¶ Hoc nõ obſtante. ſcilicet ꝙ ſede vacãte vbilibet alibi morã traxerint.

Sedes Apoſtol. ubi dr̃ cẽ cũ uacat.

d ¶ Sedem Apoſtolicam.]Sed vbi reputabis eſſe ſedẽ Apoſtolicam cum vacat? Põt dici, ꝙ ſicut ſedes reputatur eſſe vbi Papa viuens morã trahit. arg. extra. de præb. c. præſenti. §. loca. li. 6. cũ cathedra ſacerdotem non faciat, ſed ſacerdos cathedram: nec locus ſanctificat hoĩem, ſed homo locũ, 40. di. c. multi, de quo plenius dic in c. execrabilis, in ver. Romanæ Eccleſiæ, ſic & ipſa remanere dicetur in ciuitate, in qua vel in cuius territorio ipſum mori contingit, cum ibi ſucceſſoris ſit regulariter electio celebranda, extra de elect. vbi maius. §. 1. & §. porro. lib. 6. & eo. tit. ne Romani, §. ſane, cle. 6. Et quia per mortem Papæ ſedes vacare dicitur, alibi niſi ubi eſt, mori non poteſt: ergo ibi erit ſedes uacans, vbi mors eius contingit. Niſi diceres Papa moriente in certo loco cauſarum, & litterarum Apoſtolicarum audientiam alibi remanſiſſe, nec per papam uiuentem ordinatum fuiſſe de ipſa alibi tranferenda: in illo enim caſu ſedes vacans remanere diceretur forte vbi audientia remanſerat, cum ibidem ſit ſucceſſoris paſtoris electio celebrãda vt dicto. §. ſane, & in ſede vacante ſi commode fieri poteſt, ſit electio facienda, 22. di. in nomine Domini. extra de elec. quod ſicut.

e ¶ Morã cõtraxiſſent.]ſed quare Papa ſic voluit iſtis electis iura ſua ſeruari ac ſi ſtatuta canonum obſeruaſſent, quæ tamen non ſeruauerunt, imo illa contempſerũt alibi q̃ apud ſedem ipſam moram trahendo? Ad hoc põt dici, ꝙ q̃a per creationem de ſe factam ad apicem ſummi Pontificatus de puro homine primæuo factus fuit Chriſti vicarius, & ſic quo ad ptãtem clauium nouus homo factus. arg. ff. de adi. leg. l. ſi ſeruus, igitur ob tam iucundã creationẽ exuberare ſuã munificẽtiam voluit, arg. C. de fer. l. omnes dies, circa fin. ibi, noſtris ẽt diebus, &c. & extra de pe. priui. c. priuilegia. §. illud, Vel põt aliter ad hoc dic. ꝙ Papæ ſic diſponere placuit, quia cum ſede vacante ante ſui creationẽ Dñi Cardinales ad quos ſpectat futuri paſtoris electio, eſſent in multis partib. & locis diſperſi, vt experientia facti manifeſtauit, quorum aliquos electi, & alij alios ſequebant̃, forte ꝓ ſuarũ electionũ expeditione in futurũ fructuoſi⁹ ꝯſequenda vel forte ad eos inducendũ, vt ſe congregare vellent ſimul ꝓ futuri electione paſtoris, & ſic in totũ deſides forte nõ erant in ꝓcurando quantũ in eis erat honorẽ, & ꝯmodum vniuerſalis eccleſiæ & ſuorũ membrorum: merito ergo remuneratione aliqua digni fuerunt, maxime cũ ſupponant̃ ſtatuta canonum tam in ueniendo q̃ in ſe præſentando legitime obſeruaſſe; nec enim ad alios huius ꝯſtitutionis bñficium ſe extendit ut ſ. in uer. ſeruauerunt, quaſi ẽt in ſatis leui culpa dicantur fuiſſe, ſi cõtinue apud ſedẽ vacãtẽ moram traxerint, cum tũc ſuarũ electionũ]expeditionẽ obtinere minime potuiſſent a cętu dñorũ Cardinalium ſede vacãte iuriſdõnẽ aliq̃ nõ habente. de elec. ne Romani clem. 5. licet Car. ꝯtrarium notaret in c. cupientes. arg. ff. ſi quis in ius vo. ñ ie. l. 2. §. vlti. & eorum quæ no. in ſimili p Ber. extra de do & contu. c. vlt. & eod. tit. c. actor. li. 6. quare talis culpa de facili potuit & debuit remitti. argum. extra de accu. c. cum dilecti. ff. de ven. inſpic. l. 1. §. vlt. vel dicas, quod papæ ſic placuit ordinare reuocãdo in hoc ſuorum prædeceſſorum ſtatuta, vt ſequitur de ſuæ plenitudine poteſtatis, vt ſ. dicitur. Sed cum ibi ſubiungit̃, ꝙ de fratrum cõſilio ſic ordinauit, & non ſit veriſimile papam cõſulẽtem & fratres cõſilium dantes motos fuiſſe ſuper hoc ſine cauſa, arg. C. de legi. l. humanum. potiſſime cum in rebus nouis conſtituendis, &c. ff. de conſti. prin. l. in rebus. extra de conſue. conſuetudinis. quod prius dixi magis placet. Per hoc autem, quod dicit textus, perinde ſeruent̃ illæſa ac ſi, &c. apparet quod ſi iſti electi uenerunt ad curiam ſine munimentis, & actis factum electionum ſuarũ concernentibus, non ſeruantur indemnes uel illęſi in hoc, quod poſſint obtinere remiſſionẽ pro illis exhibendis alibi quam in curia, niſi ex cauſa, ut in decre. cupientes. §. inſuper, uer. electos, cum nec ob hoc ſeruentur immunes illi, qui apud ſedem continue reſediſſent, & iſti ex beneficio conſtitutionis huius habentur ſolum perinde, ac ſi continuam traxiſſent ibidem moram, ut dicitur.

An Cardinaliũ cœtus ſede uacante iuriſdõnem habeat.

Papa cum Car. nihil facit ſine. cauſa.

¶ Beneficio vacante, cuius fructus ad certum tempus debentur alicui annalia habenti, vel alij, qualiter debeant fructus ipſi diuidi inter ipſum annalia habentem, & beneficiatũ, & diuiſione facta cuius ſit electio, hæc declarat conſtituto. Et potuiſſet poni ſub titul. de reſcrip. vel, ne ſede vacan. vel, vt eccleſia. vel de verbo ſignifi.

CAP. II.

SVſcepti † regimi-

† Hæc extrauagans reperitur inter cões ſub tit. ne ſede ua. cum gl. Domini. Gu. de Mõte Lauduno. Et uide extraua. Pij. V. incip. Durũ nimis.

f ¶ Non obſtãtibus.]attẽde, ꝙ Papa hic in ordinatione ſua contraria primęuis iurib. facit mentionem de illis vt illa reuocet: ſed hoc facit ex abundanti: quia iſta ordinatio ſua ultima ius inducens, quo ad electos, de q̃b. fit hic mẽtio, reuocaret priora iura ſibi ꝯtraria, licet de illis non faceret mẽtionem, extra de ꝯſt. c. licet Romanus, li. 6. de cog. ſpi. c. 1. ff. de legi. l. ſed & poſteriores. uel forte ideo hoc facit, q̃a iura prædeceſſorum expreſſe non ſtatutebant electos apud ſedẽ uacãtẽ debere cõtinuã morã facere, licet ex illorũ mente & ſnĩa hoc colligeret̃: ut ergo illa quo ad eorum mentem reuocaret, q̃tum ad iſtos electos de iſtis facere uoluit mentionem, uel quia quo ad iſtos electos fuit indulgentia ſpãlis, ut innui uſ. ſ. cum dicitur, de ptãtis plenitudine, q̃ haberet de iure cõi ꝯtrario facere mentionem, extra de capel. mo. ex parte. licet illa poſſit intelligi de ĩdulgentia ſingulari. Vel dic ut ſup. in glo. ſed quare.

Conſtitutio ſecunda primã reuocat ẽt non facta mentione d̃ ea.

g ¶ Prædeceſſorum.]ſ. Nicolai 4 qui condidit, c. cupientes. & Bonifacij. 8. qui fecit. decr. ſi poſtquam, de elec. lib. 6. & Clemen. 5. qui. promulgauit decre. ne Romani. eod. tit.

h ¶ Volumus,]quia quod non mutat̃, &c. C. de app. præcipimus, & de teſta. ſancimus, in corp. Auth. de admi. officia. circa fi. coll. 3. & ſic cõſtitutio. in uno, articulo reuocata in alijs firma remanet, ut hic.

i ¶ Nulli ergo.]ſup hac clauſa, q̃ ſequitur, uide ꝙ plene no. in decre. execrabilis. ubi eſt ſimilis clauſula.

k ¶ Datũ.]& hic recita q̃ dixi ĩ dicto. c. execrabilis. Zen.

SVſcepti.]Diuide cõſtõnem in partes ſeptem. In prima præmittitur arenga, & conſtitutionis ratio,

In ſecunda ſubiungit facti dantis cām conſtitutioni recitatio ibi. Cum itaq;. In tertia annectitur ipſa conſtitutio ibi, Nos de illo, &c. In quarta ſubinfert conſtitutionis determinatio, ſeu declaratio ibi, Et hoc in eccleſijs. In quinta determinationē non ſeruantis punitio ibi, Quod ſi alter, &c. In ſexta conſtitutionis præſentis trāſgreſſorum pęnæ infictio ibi, Et ſi quicquam, &c. In ſeptima priuilegiorum & ceterorum cōſtitutioni obuiantium reuocatio ibi, Non obſtantibus, &c.

nis [a] nos cura [b] ſolicitat, vt quę in eccleſijs [c] non abſque diſpendio [d] miniſtrorum, & cultus [e] detrimento diuini ſeruari viderimus, per appoſitionē congrui moderaminis [f] in melius reformemus. [g]

¶ Cum [h] itaque in [i] nonnullis eccleſijs obſeruetur, & a longis retro temporibus fuerit obſeruatum, quod fructus primi vel ſecundi, aut alterius cuiuſcunque ſequentis [k] anni beneficiorum vacantium in eiſdem, defuncto, [l] vel fabricæ, [m] aut eccleſijs, [n] vel [o] perſonis habentibus annalia † [p] de conſuetudine, priuilegio, [q] vel ſta--

a ¶ Regiminis,]id eſt, gregis Dominici & vniuerſalis Eccleſiæ Petro Apoſtolorum principi regendæ commiſſę, Lucæ 22.c.21.di.§.1.extra de elec.ſignificaſti, & in eius perſonam omnib. ſuis ſucceſſoribus, extra de re iud.cap.ad Apoſtolis, §.nos itaque, lib.6.40.diſt.c.non nos.

b ¶ Cura ſolicitat.]Hoc dicit ꝯſtitutionis præſentis conditor, attendens non eſſe facile ſtare in loco Petri & Pauli, tenere cathedrā regnātiū cū Xpo: non. n. ſancto-rum ſunt filij, qui loca tenent ſanctorum, ſed qui exercent opera ſanctorum, 40.diſt.c.non eſt.37.diſ. c.eccleſiæ. curā ergo ſolicitā non refugit in ſummi pontificatus regimine, ad mentē reducēs verbū B. Gregorij, Tanto q̄s eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque dēt ex munere, quanto obligatiorem ſe conſpicit in reddenda rōne, volenſq; vitare negligentiam, q̄ in prelato frequēter mortale peccatum inducit. 81.diſt.c.dictum, extra de reg.iur.quamuis, de offic.archid.c.ea quæ.in quibus. de hoc.

Filij ſanctorū non ſunt qui loca ſanctorum tenet, ſed q exercēt opera ſanctorū.

c ¶ Eccleſiis.]Verbū, Eccleſia, 1 multipliciter ſumitur. vt plene no.extra.ne præl.vic.ſuas, c.vlt.& proprie eccleſia dr̄ congregatio fidelium, de conſe.di.1.c.eccleſia. quæ vna tantum eſt, vt in ſymbolo Apoſtolorum: & in vnā ſanctā eccleſiā, de quo habet.15.diſt.c. canones, & ꝙ ſit vna, patet extra de ſum.tri.c. firmiter, §.vna, de exceſ p̄l.c.freques, §.vtrum Clem. Papa V.in plura iñ membra diſperſa.7.q.1.Nouatianus, de quibus membris vniuerſalis eccleſię hic loquitur.

1 De multiplici ſignificatione hui9 verbi eccleſia, late Turrecremata in ſumma, de Eccleſia, li.1. cap.2.

d ¶ Diſpēdio.]id eſt damno, quod vitandum eſt, de reſcrip.diſpendia.lib.6.licet ibi aliter hoc verbum per alios exponi conſueuerit.

e ¶ Cultus detrimento diuini.] qui potius augeri quā minui deſiderandus eſt.extra de conſti.ex parte, de reſcrip.qui p ambitioſam.lib.6. Sed in quo eſt detrimentum cultus diuini diſpendium miniſtrorum ? Rn̄deo quia ſublata ſufficiētia victus ipſis miniſtris, neceſſe eſt ſummoueri cultū diuinū, cum corporalis eccleſia ſine rebus corporalibus in nullo proficiat: ſicut nec anima ſine corpore exercendo ſenſus corporeos viuit.1.q. 7.ſi quis obiecerit.

f ¶ Moderaminis,] Nam nouis morbis noua conuenit antidota p̄parari. extra de iura.calu.ceterū, & rei nouę eſt nouum ꝯſilium, & remedium ſuggerendum, ff.de ven.inſpi.l.1. nā ꝙ medicamenta morbis exhibent, hoc exhibent iura negotiis, in corp.auth. hęc conſtitutio in nouat.coll.8.extra de reſcri.ad hoc, & experimenta morborum nos cogunt multas adinuenire medicinas. 50.diſt.vt conſtitueretur, no.dicto. c.ceterum.

Nouæ rei nouum ſuggerat remediū.

g ¶ Reformemus.]ad hoc p̄ſidentis officium dēt eſſe attentum in prooemio dn̄i noſtri Ioan. Papæ.22. clementinarum conſtit.§.hæc ſane.& arg.22.q.4.c. magnæ, ff. de coll.bo.l.nonnunquam.

h ¶ Cum itaque.]Secunda pars.

i ¶ In nonnullis.]id eſt, aliquibus, duabus negatiuis affirmatiuæ ęquipollentibus, ff.de verb.ſigni.l. duobus, & dixi plenius in decre.cum inter nonnullos.

K ¶ Sequentis anni.]puta tertij, & vlterioris.

l ¶ Defuncto,] id eſt, expendēdi pro redemptione animæ defuncti, vel in ceteros modos liberandi animam a purgatorio, q ſunt multi, vel eleemoſynæ largitio.13. q.2.ca. animæ defunctorum, &c.tempus. 82.diſt.ca. presbyter. aliter enim defuncto applicari nō poſſent, argu.ff. de ope.lib.l. qui libert9, §.poſthumus 20. di.c. qualis, cum mors omnia ſoluat in corp.auth. de nup.§. deiceps col.3.

m ¶ Fabricæ,]ſcilicet piæ, puta hoſpitalis, pontis, vel eccleſiæ, ſimile de reſcri.ſi propter, lib.6.

† Alias annualia.

n ¶ Eccleſijs,] quib. forte applicabantur tales fructus conuertendi in ornamenta ipſarum, vel aliam iuſtam cām, vt ad exonerationem æris alieni, vel ſimile, arg. ad hoc extra de teſti.c.vlt.vt eccleſ.benefi.c. vnico.

o Vel pſonis.]Si intelligas de eccleſiaſticis, planum eſt, ꝙ ad eas fructus tales ſpectare pāt de conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, cum ipſi uiri eccleſiaſtici ſint capaces, extra de for.comp.cū contingat.no. Inno.de reſt. ſpol.ca.olim inter. Si intelligas de ſæcularibus, poterunt ne tales fructus & ipſorum perceptio ad ipſos ptinere ? Dic ꝙ ſic ſpāli priuilegio Papæ: nam frequenter viſum eſt de regibus, & alijs mundi magnatibus, quibus Papa ipſos p priuilegiū concedebat, arg.63. di. Hadrianus, & c.ſeq.cum excōicare clericū poſſint de ſpāli Papę commiſſione, arg.96.di.ca.bonæ, & ibi no.& 32. di.§.verum quidem, per Gul.extra de offic. delega.cap. ab arbitris, li.6. Sed vtrum de conſuetudine talium fructuum perceptio poſſit ad tales ſpectare perſonas? Videt ꝙ ſic: quia qd̄ pōt pactū, pōt præſcriptio, arg.ff.de pact. non impoſſibile, vt no.de fun. pa.l. vlt.lib.12. ſed per pactum tpe fundationis appoſitum pōt ſibi laicus tales fructus retinere beneficij cum vacabit, 18.q.2. Eleutherius, ergo & per pręſcriptionem. Sed contrarium dicas, cū nec iura eccleſiaſtica tractare, vel ſpiritualia ſibi poſſidere, & ſic nec pręſcribere pōt ius ipſum talia percipiendi, arg. extra de elect. Maſſana. & ca.ſacroſanctam; de iud.decernimus, & c.quanto, de arb ca.contingit de reb.eccl.non alie.c.cū laicis, de pręſcri.ca. cauſam quæ 96.diſt.bene quidem.cū ſim. & quia talis conſuetudo reputari poſſet eccleſiis oneroſa, & ſic inualida, extra de conſue.cap.1.quia laici clericis oppido ſunt infeſti. 2.q.7.c.laici, extra de immu.eccl.cler.ius.lib.6. Nec obſtat quod dictum eſt de fundatore laico: quia illud eſt ſpāliter introductum in patrono, ut per pactum fructus tales ſibi poſſit retinere in ſuæ liberalitatis fauorē, vt ſic quilibet laicus citius inducatur ad fundandum vel dotandum eccleſias, & ne a tali exercenda liberalitate detrahantur. arg ad hoc, C.de bon. quæ lib.l.2.ff. de ope.pu.l.2.& iſta rōne de ſola gr̄a non de mero iure laico tali ex fundatione, ſeu donatione, ſeu conſtructione de iure permittitur ius patronatus, argu.19.quę. 2.c.ſi quis epiſcoporum.extra de iu.pat.c. qm̄ & ibi.n. per Hoſt. iſta etiam ratione eccleſia patronalis non pōt erigi in collegiatam per ordinarium inuito patrono, ſecundum Ber.notantem extra de iure patr.c.nobis.

Excōicare poteſt laicus ex Papę cōmiſſione.

Ius patronatus quare laicis conceditur.

p ¶ Annalia.]ſic vulgariter dicta, quia per annum emolumenta talium beneficiorum percipiebātur: & ſic ad uulgi denominationem reſpectus hr̄. argum. ff. de flu.l. 2.§.1.de fun.inſtr.l.cum de lanionis, §.aſinam.

q ¶ Priuilegio.]intellige per Papam conceſſo, quo ad perſonas ſæculares: illis. n. ab alio tale priuilegium concedi non poſſet, iuxta.not. ſup. in gl. ſi intelligas, & ſuper

per

tuto applicantur in [a] totum: ita quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice [b] obtinent, & ad quos alias [c] de iure fructus ipsi spectare deberent, [d] nihil inde percipiunt: [e] vnde illud inconueniens [f] sequitur, quod commode [g] nequeunt ad impendendum seruitium [h] debitum residere [i] in ecclesiis, in quibus [k] beneficiati existunt; Nos [l] † de illo super his remedio prouidere volentes, [m] per quod hi [n] & illi [o] in fructuum prædictorum perceptione participent, [p] & ecclesiæ debitis seruitiis non [q] fraudentur: Præsenti decreto statuimus [r] de fratrum [s] nostrorum consilio, quod illi, qui fructus prædictos ibi † hactenus integre [t] vendicabant [u] ex priuilegio, consuetudine vel statuto, nihil [x] exinde ultra summam, pro qua vnumquodque beneficiorũ ipsorum cõsueuit in solutione [y] decimę taxari,

† Alias, sibi.

per hoc vide quæ no. per Innoc. & Host. extra. de arbit. contingit.

a ¶ In totum.] & male extra de præb. c. de monachis, & eo. tit. c. vlt. constitutio Cle. Papæ V.

b ¶ Canonice obtinent,] hoc dicit, quia aliter obtineri beneficia non possunt. extra. de inst. c. ex frequentibus, de reg. iur. lib. 6. c. beneficium, & argu. ff. de decur. Herẽnius, Vnde ad titulum beneficii exhibendũ bñficiatus possidens potest cogi ex officio ordinarii absque libello, reiecta omni recusatione, licet nõ ad partis instantiã: vt no. Host. extra. de sim. c. licet Hely. & clarius Cõpost. sup. de rescr. capitulũ in gl. magna super verbo, sed secundũ hoc.

Bñficiatus an fruct⁹ bñficii faciat suos. Et uide de hac qõne Couarruuiã in c. cũ offiis: extra ꝺ testamen.

¶ Ego ex hoc §. noto, ꝙ prĩceps modificare põt aliorũ priuilegia, siue a se cõcessa. l. fundos, & doct. ibi. C. de oĩ agr. ꝺ ser. li. 11. sine ab aliis c. ꝗto, & ibi. Pet. de Anc. & de cẽ. Fon.

c ¶ Alias,) .s. deficiente tali consuetudine, priuilegio, vel statuto.

d ¶ Deberent.) arg. efficax videtur hic sumi posse, quod beneficiatus fructus beneficii suos faciat, ad idem ext. de fideius. peruenit, de cle. non resi. cap. vnico. §. qui vero, lib. 6. & hanc opinionem amplectitur Host. extra. de præbe. de multa in verbo, de suis, & Io. 12. q. 1. c. duo sunt gña. ipse tamẽ contra, no. ea. q. c. res Ecclesiæ, quod prosequere, vt plene no. Guli. extra. de rescr. statutum, §. assessorem, lib. 6. Et huic textui potest colorate responderi, quod ad beneficiatum spectent. s. percipiendi, & custodiendi, & in suas necessitates conuertendi, & fideliter inter pauperes distribuendi.

m ¶ Nobilia,] qualia possint dici illa, ex quibus expugnari possunt inimici, vel ex quibus patens est tuta defensio contra eos, vt sunt turres, mœnia & alia fortalitia, de quibus loquitur c.Pisanis, extra de resti. spol.& C.de offi.præfe.pręto.l.in nomine Dñi. Et possunt dici nobilia iuxta vsum loquēdi communem, ar.ff.de fi.l.1. §.1.de fun.instr.l.cū de lanionis,§.asinā; quia ad cōseruationem nedū rerum, imo & humanorum corporum sunt constructa, quæ dicuntur nobilissima creaturarū, ff.de ædi.edi.l.iustissime. Vel dicuntur nobilia propter sui pretiositatē & valorē, licet modicū annui redditus afferentia, de quibus loquitur lex in copore Auth. de non alie.§.si vero alicuius, colla.2.C.de sacrosan. eccl. auth.perpetua, ver. q̄ si res pretiosa. Sed iuxta hoc pōt quæri, vtrum priuato liceat facere talia ædificia, vel habere? Breuiter dicas quod in lumine impediri non licet, C.de fun.lim.l.2.lib.11.& d.l.in homine Domini. Sed an alibi possit, Dic quod ad æmulationem alicuius alterius, si materiam seductionis inducat, non licet, ff. de ope. pu. l. opus, alias autem licitum est, C.de ædi. priua.l. per prouincias,& ibi no. in d.l.2. Quid autem præsumetur in dubio? Dic quod præsumetur non ad inuidiam vel æmulationem facere arg. d.l p̄ prouincias, iuxta.l. merito, ff. pro soc.cū ibi no. & arg. eorum quæ no.ff.de dam.infe.l.fluminum,§.vlt. Si autem non licet, vt dictum est noua ædificia vel fortalitia talia facere vel habere: sic nec prius facta nec habita licitum est incastellare uel propugnaculare: & si contra factum est, condictione ex dictis iuribus vel officio iudicis agi potest per quemcū que, cuius interest, vt ipsa in statū pristinū reducantur, vt no.Inn.c.Pisanis.& Host.post eum.

Turres habere an liceat priuato.

n ¶ Magnificentia,] id est magnanimitas, vt colligitur de supl.negl.præla.c.grandi, lib.6. simile verbū in psal. Qm̄ eleuata ex magnificentia tua, &c.& in corpore Authen.hæc constō.in fi.de litigio in fi.col.8.vel expone magnitudo, C.de offi.præf.præt.l.in nomine Domini. alibi reperies diuersa nomina, quæ attribuūtur alicui præsidenti, quasi in fi.oīum condit.in corpore Authen.

Ex non semper priuat.

o ¶ Extruxerat,] idest cōstruxerat; syllaba enim, ex, hic non priuat, sicut nec in Euangelio, Et quædam mulier Martha nomine excepit eum, idest suscepit., & extra vt lit.non contesta.quoniam frequenter,§.quod si super, C.vbi in in rem act o.l.2.

p ¶ Decessorum,] Qn̄q; ponitur decessorum, qn̄q; prædecessorum, qn̄q; antecessorum.C.de ope.pu. l.vlt.qd̄ dic.si placet, vt dixi in prooemio dñi Ioanni Papæ xxij. super constitutionibus Clementis.

q ¶ Et quod,] Decimum inconueniens.

r ¶ Amarius,] idest periculosius.cum animæ & ipsarū cura sint rebus omnibus præferendæ, C. de sacrosan. eccl.l.sancimus.

Aīa est olb' p̄ferenda.

s ¶ Dolendem,] cum sanguis, i.conscientiæ subditorum de præsidentium negligentium manibus requiratur, 43.dist. Ephesijs.extra de offi.ord. irrefragabili de re. iur.quamuis, cum enim ratione officij ad animarum custodiam teneantur, præsumitur contra eos, si pereât. ff.de eden.l.si quis ex argentarijs, §.vlt.cū ibi no.& ad hoc ff.loca. si quis domum §. Imperator. extra de offi. archi.ea quæ.

t ¶ Negligitur,] talis negligentia contra negligentem peccatum mortale inducit, 81.dist.c.dictum. extra de offi.archi.ea quæ.vbi de hoc.

u ¶ Et vitiorum,] Vndecimum inconueniens.

x ¶ Sentibus,] si habes sentibus, potes exponere, idest incentiuis, vel inflamatiuis occasionibus, iuxta illud vulgare, quo dicitur: Opportunitas quē peccare facit, q̄ opportunitas est vitanda, de ele.c. fundamenta. de sta. re.c.1.lib.6.18.q.2.definimus.de cohab.cle.c.1. C.de epis.& cle.l.cū qui, ff.de vsu & hab.non aliter, cū sim. Si habes cœtib. expone.i.coadunationib. vel societatibus. sic sumitur extra de iudi.ca.mulieres lib.6.& illis. est via præcludenda iuxta illud.

Si non uis calui fugias consortia calui.

Mors p̄ sensus ad animā intrat.

28.q.1.c.sæpe malorū.ff.de ser.cor.l.1.§.p̄suadere de iniur l itē apud.§.appellare,& seq.& sic scd̄m hoc verbū cętibus, in mala parte sumitur: alibi sumit̄ in bona C.de profes.qui in vrb.l.1.lib.62. Si habes, sensibus p̄ vt est cōis littera: tunc planū est,& expones, sensib. scilicet quinq; corporalibus, p̄ quos tāquam per fenestras mors ad animam intrat, secundum beatum Ambrosiū.

¶ Fo-

fomentum [a] periculose [b] præbetur. [c] ¶Nos [d] itaque tot [e] malis tantisque discriminibus [f] occurrere cupientes, [g] omnes & singulas dispensationes [h] super receptione [i] aut retentione [k] plurium [l] dignitatum, [m] personatuum, officiorum, prioratuum, aut beneficiorum, quibus cura animarum sit annexa, sub quacumque forma [n] vel expressione verborum a nobis vel prædictis prædecessoribus, cuicumque [o] personæ [p] concessas (Cardinalibus [q] tamen sanctæ Romanæ [r] Ecclesiæ, qui cir-

a ¶ Fomentum,]idest, nutrimentum.

b ¶ Periculose.] vt puta animæ præiudiciale, simile de pen.dist.1. periculose.

c ¶ Præbetur,] hoc potest referri ad illos ex quorum psonis pdicta inconuenientia procedunt, vt eis tale fomentũ præbeatur in suarum periculũ animarũ, vt dixi in glo. si habes, vel parochianorũ ipsorũ ex curę neglīgētia, arg. extra de sent. excõ. alma. li.6. vel potest referri ad illorum superiorem, si in illis prædicta inconueniētia tolleraret, qa error cui non resistitur, &c.& negligere cũ possit p turbare puersos, &c. nec caret scrupulo societatis occultæ, &c. 23.di.error.& in extrauag.dicti domini Ioan. si fratrũ, §.qui igitur,& si ea quæ male vsurpantur, omittimus, & c.43.di.peruenit.35.q.9.loci ideo vicarius Christi huius ca.conditor volens quo ad subditos, & quo ad supradicta inconuenientia penitus euitare, statuit vt sequitur.

d ¶ Nos itaque.]Secunda pars.

e ¶ Tot malis.] prouenientibus ex vndecim inconuenientibus, ut in parte præcedenti.

f ¶Discriminibus,]de quibus dixi sup.prox.

g ¶ Cupientes.] simile de electus. cupientes, de conces. præb.c. testanda.lib.6.

h ¶ Dispensationes,]hic posset repeti quod dixi in parte pręcedenti, in uerbo, dispensatiue.

i ¶ Receptione,]dic ut dixi supra circa principium capituli, in uer. recipere, & expone, receptione, scilicet simul facienda.

k ¶ Aut retentione.]intellige etiam de collatis successiue talibus beneficijs, de quibus sequitur, ut sit sensus ad dispensationes obtentas super receptione talium In simul facienda, uel retentione ipsorum etiam successiue obtentorum moderationem infra positam suscipiant.

l ¶ Plurium.]quotcunque sint numero, ut patet sup.circa princ.

m ¶ Dignitatum.]super hoc uerbo & sequentibus dic dixi in parte pręcedenti.

n ¶ Forma.]de conces. præb.detestanda. de iureiu.cap. contingit, §.fi.lib.6.

o ¶ Cuicumque.]cum nedũ infinite, imo & uniuersaliter loquatur ad cuiuscunque qualitatis personas extendatur, ff.de hær.iusti. l. hoc articulo.de leg. præstan.l.1. §.generaliter, extra de maio. & eod. c. solitę, circa fi. de priuileg.quia circa.19.dist.si Romanorũ, & quia certę personę ab ista uniuersalitate excipiuntur, ut sequitur: unde per hoc in ceteris effectus uniuersalitatis confirmatur, ff.de fun.instr.l.quæsitum, §.idem rñdit domo instructa, in corpore Authen.de non alien. aut permu.eccles.5.ut autem. coll.2. cum not.in eis.

p ¶ Personæ.] per hoc uerbũ uidetur ꝙ hęc decreta.& eius moderatio extendantur & comprehendant dispensatione personis, non locis cõcessas: nã si idẽ de oĩbus uoluisset, hoc utiq. expressisset, quod cum non fecerit, p omisso dẽt haberi, extra de deci.ad audientiã, ff. de lib.& posth.l.cõmodissime.sol.matr.l. si cũ dotẽ, C.de cad.tol.l.1.§.fin aũt ad deficientis. Sed in contrarium uidetur, quia in omnib.uidetur eadẽ ratio, ergo idem ius, s.uitatio multorũ incouenientium, quibus pręsens occurrere intendit, ut hic dicitur, arg. extra de transl. episc.inter.de confir.uti.cum dilecta, ff.de fun.l.1.§.hoc interdictum, C.de cõsti.pecu.l.ult.Nam & statutum in uno, licet de se odioso, statutũ cẽset ĩ alio. ubi ẽ penitus rõnis idẽtitas, ff.de adul.l.si postulauerit, §.rõ, de eden. l.quædam, §.nũmularios. Et no. Garsias de elect.cupientes, in prin.in glo.sed posito.& colligitur ex decret.cupientes.iuncta ad illam decre.si postquã, §.vlt.eo.tit.& ex decr.licet canon, eo.tit.& iuncta ad decre.unicam, de offi.vica. clemen.5.& argum.in corpore authenti. ut ij qui oblise.habe.perhi.res mi. §.1.colla.6.ubi statutum licet pænale in curatore extenditur ad tutorem pp identitatis rationẽ, & de hoc plene alias dixi de rescri. abbates cle. 5. respondendo ad decre. statutũ, de elect. lib.6.quæ pdictis prima facie videtur obstare. Quid ergo dices? Respondeo ꝙ dispensationes locis uel dignitatibus concessas non tollit hęc decr.tũ quia hoc non exprimit, & agitur de iure psonarum per dispensationem quæsito tollendo, quare remanet, arg.26.q.2.c.1. & in multis capitulis eiusdem quęstionis, & in lib.feu.de feud.cog.c.1.in fi.tum quia in illis cessat personalis ambitio, vagatio & importunitas, quæ dederunt causam ob inconuenientia inde sequentia editioni huius decr.ut patet in prin.ergo cessare debet eius effectus, 72.dist.§.uerum, C.de trans.l.interpositas, tum quia citius personis quam locis uel dignitatibus concessæ dispensationes alibi summouentur de rescrip.quia per ambitiosam.de priuil.cap.ne alicui, lib.6.& arg.ff.de censi.l.ætatem, §.rebus, de aqua quoti.& æsti.l.1.§.præmittitur.

Statutum pænale qñque extẽditur ex rationis identitate.

q ¶Cardinalibus.] sic dictis, quia sedi Apostolicæ, quæ axis est & cardo aliarum ecclesiarum 22. dist. sacrosancta, seruiunt, ut sequitur: & sic cognomen sumitur ab eo cui deseruitur, argum.C.de excu.mu.l. hydraulæ lib. 10.de aquæ ductu, l.decernimus, §.vniuersos, de fabricen.quasi per totum, lib.11.ff. de verb.sign.l.ferri.§.fi. in corpore Auth.de defen.ciui.circa princ.colla.3.de armis.circa princ.C.de episc.& cler.l.decernimus, 21.dis. cleros, 16.q.1.si cupis.

Card. quare sic dicuntur.

r ¶Romanæ Ecclesiæ,] cui soli competit Cardinales habere, & non alteri, nisi hoc haberet ex priuilegio.not. Compostel.de constit.cum accessissent. Quid ergo erit de dñis Cardinalibus moderni temporis per dñm nostrum Papã hodie psidentẽ, & suũ antecessorẽ creatis: dicerentur ne de iure Cardinales Romanæ Ecclesiæ? Vĩ ꝙ non, cum proprie Romana Ecclesia sit in Vrbe Romana, arg.ff.de verb.signifi.l.bona ciuitatis, & l.eum qui, vnde a propria verbi significatione recedi non dẽt in dubio, nec ad abusiuam respectus haberi, ff.de leg.3.l.non aliter. in prin.& §.1.circa fi.de verb.sign.l.nepos: Item quia in urbe ipsa locum sedis Apostolicæ Dñs dicit elegisse.extra qui fil.sint legi.c.per venerabilem.§.rationibus, & ipsam vrbem Apostoli Petrus, & Paulus vno die pro merito, loco vno pro gloria, sub vno persecutore p pari virtute compassi glorioso cruore martyrij Christi Dño consecrarunt, 2.q.7.c.beati, ext.de elect. fundamenta, & ad illam venit Dominus iterum crucifigi, ut dicto §.rationibus, s.in personam Petri, 3.q.1.noli.in fin. Sed his, & alijs omissis, quę possent ad hoc allegari, dicas cõtrarium: certum est.n.ꝙ Deus non in loco, sed in persona S.Petri suam Ecclesiam fundauit, dicens, Tu es Petrus, &c. vt in Enang.Matth.& recitatur 21.dist.§.1.&c. vt not.in dicto cap.fundamenta, & potestas clauium Petro data in eius persona suis est successoribus attributa, 40.dist.c.non nos, ext.de translat. episc.quanto, & cap. inter.de re iud.ad Apostolicæ, §.nos itaq; lib.6.constat ẽt pesonam non solum sedẽ, uel cathedrã facere, 40.di. c.multi.Not, etiam de iure episcopũ esse in Ecclesia quo

Card.per Pãpã creati vbicunque, an dicantur Cardinales Ro. Eccles.

Ecclesia fuit fundata non in loco, sed in persona.

ad gubernationem & protectionē, & ecclesiam esse in illo quo ad obedientiam, 7.q.1.scire, ubi est ergo summus eps, qualis est Papa, ibi est Romana Ecclesia, ibi est sedes Apostolica: nam cum de iure communi in ecclesia vacante sit electio facienda 23. distinct. in nomine Domini, extra de elec. quod sicut, & Papa vbicunque moriē te, fit ibidem vel saltem in ciuitate proxima noui pastoris electio facienda, extra de elect. vbi maius, §. porro, & c. ne Romani, cle. 5. ergo sequitur, quod ibi Ecclesia Romana, & sedes Apostolica vacet, & sic necessario habet dici, ꝙ ibi sit, quia non potest vacare proprie, nisi ubi est, sicut non potest quis mori vbi non est, no. Guli. de elec. commissa. lib. 6. ad præmissa. facit satis expresse extra de præben. capit. præsenti libr. 6. vbi not. Gul. quod ubi est Papa, ibi est Romana curia. Ex his igitur resultat clare, quod creati Cardinales per Papam vbicunque, dici debent Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & diligenter aduertenti facilis est responsio ad allegata in contrarium, licet enim Deus disposuerit in vrbe Romana Apostolos martyrium pati, & ipsam eorum sanguine consecrari: hoc fuit ideo, ut in ea, quæ caput erat superstitionis caput quiesceret sanctitatis, & ubi gentilium principes habitabant, illic Ecclesiæ principes morerentur, vt dicto c. beati. in fin. quare non sequitur, quod ibi solum & non alibi, scilicet vbi Papa est, sit ecclesia Dei & sedes Apostolica, licet etiam respectu habito & ad locum peculiarē in vrbe Rom. dicatur Ecclesia Rom. quod verum est de illa, quæ membrum est vniuersalis Ecclesiæ, ipsa autem vniuersalis Ecclesia in plura membra hodie est dispersa, 7. quæst. 1. Nouatianus. in persona Petri fundata censetur fuisse vbicunque fuit Petrus, & adhuc esse ubi est hodie successor eius, ut dixi, & patet expresse per hunc textum. Sed ideo generaliter dicitur Romana, a ciuitate, in qua Petrus fundamentum Ecclesiæ mortem subijt temporalem.

Vbi Papa, ibi Rom. curia.

ca [a] nos vniuersali [b] Ecclesiæ seruiendo [c] singularum [d] ecclesiarum commoditatibus se impendunt, [e] ac regum [f] filijs, [g] qui propter

a ¶ Circa nos.] ad instar senatorum lateri principis assistentium, de quibus & eadem ratione de dominis Cardinalibus potest dici, ꝙ censentur pars corporis principis, vnde sicut in illis, ita in istis crimen læsæ committi dicitur maiestatis, C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis, extra de pœnit. felicis, lib. 6.

b ¶ Vniuersali.] quæ proprie dicitur collectio fidelium, de consecr. dist. 1. Ecclesia. & dicitur vna, quia una fides, extra de sum. Trin. firmiter, §. vna. in plura tamen membra singularia per orbem terrarum diffusa. 7. q. 1. Nouatianus 16. q. 7. decimas.

c ¶ Seruiendo.] Not. Cardinales dici seruitores Ecclesiæ: nec mirū, cum & Papa seruire ei dicat, quare se seruum appellat: & Imperator seruū vltimum Ecclesiæ se vocat, C. de of. præfect. præ. l. quas gratias. § 1. cupiens Dei, & ecclesię seruitium adimplere, ea. l. §. hoc ēt, ordo eñ seruiendi est in humana creatura, vt inferior superiori deseruiat: aliter eñ vniuersitas nulla poterit ratione subsistere, nisi ex diuersitate graduum ordo diuersitatem in ea seruaret 89. di. c. ad hoc.

Papa & Imper. vocant se seruos.

d ¶ Singularū ecclesiarum.] quæ membra dicuntur vniuersalis ecclesiæ. 7. q. 1. Nouatianus.

e ¶ Se impēdūt.] idest exhibent & promptos & obsequales offerūt simi. huic extra de cle. nō resi. cū dilectus.

f ¶ Regum.] intellige catholicorum. infidelium enim filijs non est verisimile Papam voluisse aliqd ꝑrogatiuę circa pluralitatem beneficiorum seruare, cum de iure communi illorum ipsi capaces non sint, saltem vsque ad secūdam generationem de hæret. quicunque. §. hæretici. lib. 6. per lineam tamen masculinam descendentes, contra statutum felicis & hoc verum esse probabiliter potest dici de dispensationibus per eos obtentis post incursam hęresim per parentes, quia negari nō pōt, quin tales dispensationes sint noui iuris ecclesiastici acqsitiuæ, a quo tales excluduntur, vt dicto, §. hæretici. Sed si ponas dispensationes obtinuisse aū hęresim parētū, erit ne idē? Credo, ꝙ nō: imo habebit locum ꝙ hic dr̄, quia ius q̄situm filijs, per talē hæresim parentū tolli nō dēt, arg. ff. de sena. l. filiam, de pœnis, l. crimē, C. eo. tit. l. sancimus, extra de ijs q̄ fi. a ma. par. c. quæsiuit, & argu. dicti c. quicunque, §. ad hoc, & §. vlt. vbi post hæresim parentū prohibet filijs beneficiorum acquisitio, non tollit ante facta, & emancipatio facta de liberis post hæresim parentum, nulla dicitur, ergo a contrario sensu ante bene tenet, & suo vigore potitur, ita & hic, quia non portabit iniquitatem patris filius, 1. q. 4. c. 1. & 2. & arg. C. de hęre. auth. idem est potissime, quia tales dispensationes non peruenerunt ad filios ex personis parentum, sed aliunde, arg. ad hoc, ff. de interdi. & releg. l. 2. de decu. l. 2. §. nullum de iure pa. l. 3. in fi. de bo. pos. contra tab. l. 3. §. emācipatus. Sed iuxta hoc quæro: pone aliqua nobilis vel alia mulier fuit vxor regis, illoque mortuo retinuit dignitatem reginæ, ff. ad municip. l. filij, §. vidua, extra de for. cp. c. ex parte, sed post suscepti filium ex aliquo nouo marito: nunquid ad alud extendetur quod hic dicitur? Dic ꝙ nō: tum quia nō est filius regis, quod iste textus exposcit: tum quia & si a marito, non tñ a rege illum suscepisset, ad illud quod hic dicitur, minime traheret: nam cōtrahēdo cum viro inferiori quā rege, illa desinit habere dignitatem reginæ, C. de inco. & muni. l. vlt. lib. 10. & dicto. §. vidua, & ff. de sena. l. feminę, C. de nup. l. cum te, & dicto. cap. ex parte: & sic nec ex rege nec ex regina ille natus est, quod hic requiritur, & quia in ipso deficit claritas generis regalis, & potissime ob verbum dumtaxat, quod de se omnium aliorum quam regum filios excludit, arg. ff. de triti. vi. & oleo leg. l. cum certus de cōtrah. emp. l. si debitor, §. verisimile.

Filij hæretici an perdant suã dispensationem pp hæresim parentum.

Regina vidua reginæ nomen perdit si nubat inferiori.

g Filijs.] quid autem esset de filiabus? pone autem, ꝙ tempore huius constitutionis aliqua filia regis dispensatiue teneret duas abbatias, vel alias dignitates Monialium, nunquid exceptio, q̄ hic fit de filijs cēsebitur facta de filiabus? vr̄ ꝙ non: certum est enim, ꝙ filia non est filius, & textus filios excepit, & illos duntaxat vr̄ excipere, cum dicit, dūtaxat. Sed cōtrarium teneas: quia hæc cum sit sublatiua iuris ex dispensatione legitima quæsiti rigorosa est, & quo ad hoc odiosa, quare restringenda, de reg. iur. odia. li. 6. ff de lib. & posthu. l. cū quidam: quare ꝑ cōsequēs exceptio q̄ ad eam fit, est fauorabilis & hoc denotant verba hic posita, prærogatiua gratiæ, &c. quare extēdenda, vt dictis iurib. & arg. de pb. c. si pluribus, lib. 6. vt sic & ad filias referatur, cum in eis generis claritas inducens ꝑrogatiuam gratiæ vt hic dicitur, sicut in masculis reperit, ff. de sana. l. feminæ, & l. filiam, nec dēt in eis accusari natura, quia ipsa masculos non generauit, C. de lib. prete. l. maximum vitiū. de legi. hære. l. lege. 12. tabularū, & quia in fauorabilibus appellatione filiorum filię continentur, ff. de testa. tute. l. si qs ita dixerit. de leg. 2. si ita sit scriptū. Et verbū dumtaxat, hic positū excludit hic filios aliorū q̄ regū, vt dixi sup. in gl. ꝑcedenti, non aūt regū filias, cū pro filijs sint habendę quo ad hoc, vt prędixi, & ꝓbat, ff. de uer. sig. l. filij, & arg. de mu. & hono. l. vacatio. de iure. immu. l. 4. Sed pone ꝙ talis filius vel filia concepti fuerint tpe quo pater rex erat: sed tempore quo nascuntur, desiit esse rex. puta qa depositus vel iuri regni renunciauit, nunqd ad talē filiā vel filium exceptio, q̄ fit hic, extēdet? Dic breuiter ꝙ sic, qa cōcepti pro iam natis habentur, cum de eorum commodo tractatur, ff. de sta. hom. l. qui in vtero est; vnd superueniens patris calamitas seu casus non tollit eis dignitatem quæsitam, ff. de sena. l. filiam, & est expressum eo. tit. emancipatum, §. si quis cōceptus, & ibi casus. & de decur. l. 2. §. in filijs, ver. si pr̄. & §. proinde, vnde nulla relinquitur qō, cū sit casus legis, in corpore Auth. de non eli. secun. nube. §. 1. C. de fur. l. ancillæ, & in eis not. Sed qd esset econtra: pone aliquē conceptum ex inferiori q̄ sit rex puta

Regum filiæ an potiantur priuilegio filiorum.

Filius cuius pater rex erat tpe cōceptionis non aūt tpe natiuitatis vel cō an potiaē priuilegio filij regis.

puta ex comite, vel alio tp̄e quo nascitur pater factus est rex: nūquid quo ad efficaciā exceptionis, quę hic fit, reputabit̄ ille filius regis? Videtur, ꝙ nō arg. eorū, q̄ no. C. de nupt. l. Imperialis. §. & his illud, & arg. C. de suis, & le. li. l. ex libera. vbi conceptus ex libera, & seruo non habet priuilegiū filii decurionis, licet pr̄ factus liber possit creari decurio.

sublimitatem [a] eorum.

Sed 5̄riū dicas: quia expressum est, ff. de sena. l. senatoris filiū, & de dec. l. 2. §. ī filiis, vt sic natiuitatis liberorū tp̄e superueniēs patris dignitas eis ꝓsit, vt ibi, & C. de na. lib. l. nuper, & de nup. si liberā. Non obstat dicta lex libera quia ibi ab initio iure ciuili nullū fuit mr̄imoniū inter liberā & seruū: quare conceptus ex eis fuit natus spurius, vt ibi, nec libertas vel honor patri obueniens illū legitimū reddit, quare vt spurius non gaudet priuilegio filii decurionis, vt ibi dr̄; cum illegitimus originali nobilitate patris non gaudeat, ff. de sta. ho. l. cum legitime. Itē pone, ꝙ natus est quis, & conceptus ex nō rege, qui tñ rex fuit, & esse adhuc sperat̄, vt q̄a depositus ē ad tp̄s, ante aduentū tp̄s illius mortuus est, nūquid iā natus reputabit̄ filius regis esse? Vr̄ ꝙ sic, arg. ff. decu. l. 2. §. si ad tp̄s. Et idem vr̄ dicendū, si quis sit cōceptus ex ñ rege, & anteq̄ sit natus, suus pr̄ rex efficit̄, & demū ipso nondū nato pr̄ esse desiit rex, vt quia depositus uel alio mō, natus postea filius regis videat̄ censendus, ut l. eo. §. præterea. Sed quid dices, an hic appellatione filiorū cōtinebuntur nepotes saltē nati ex filiis? Vr̄ ꝙ non: cū ēt in fauorabilib. appellatione filiorū nō cōtineant̄, ff. de testa. tut. l. ꝙ si nepotes, insti. qui dari tu. pos. § vlt. Sed contrariū pōt dici, arg. ff. de verb. sig. l. liberorū, §. sed & Papin. & l. filii appellatio. & l. iusta. nam de propria significatione verbi filiorum nepotes ex eis nati cōtinentur, quia per eos, vt per filios in æuum memoria gñis retinetur, vt dicto, §. sed & Papin. cuius generis claritas hic exceptionem inducit: licet aliqñ de vsu, & de consuetudine loquendi, aliter nepotes, aliter filii appellentur, vt in primis iurib. & sic no. dicto. §. vlt. quare in dubio hic filiorum appellatio cōprehendit nepotes iuxta propriā verbi significationē, ad q̄ & non ad aliam in dubiis respectus hr̄, ff. de leg. 2. l. non aliter. de verb. sig. l. nepos. Et an ꝙ hic dr̄ de filiis sit intelligendum de legitime natis, an ēt de aliis? vr̄ de oīb. cum oēs sint filii, & hic indistincte loquit̄. Sed contrarium videret̄, cū illegitimi de se nō sunt capaces talium bñficiorū, de filiis presb. c. 1. & fi. nec dicuntur fulgere claritate gñris patrū, vt s̄. dixi, vñ nō est verisimile, ꝙ hic Papa talib. dispensationes reseruare voluerit. Sed supposito, ꝙ dispensationes sufficientes obtinuissent, oīs illegitimatio fuit sublata, extra qui filii sint leg. per venerabilē. quare per hunc textum indistincte loquentem eis reseruare videret̄: potissime cū hic agat̄ de sublatione iuris per dispensationē quæsiti, vt sup. tetigi circa prin. huius gl.

Nepotes ēt regū cōtinēt appellatione filiorum.

1 An illi veniant appellatione filiorū uide q̄ dixi in c. statutū. de hæret. lib. 6. Addo hic singuli. Hipp. 31. incip. tu scis. F.

a ¶ Sublimitatē eorū.] hoc ad Cardinales referas ꝓpter hoc, ꝙ sequit̄ de generis qualitate, ꝙ ad filios regū ꝓprie est referēdū, licet ad eos hęc sublimitas referri possit, ꝑ hunc tex. & arg. de p̄b. de multa, §. vlt. Ista aūt sublimitas in dñis Cardinalib. attendēda est principaliter quo ad mores, & merita vitæ, 52. dist. c. miramur, nā nō qui maior in honore fuerit, ille est iustior, sed qui fuit iustior, ille maior, sm̄ Io. Chrysost. 40. dist. c. multi in fi. & alibi legitur, ꝙ non in sublimitate graduū, sed in amplitudine charitatis acquirit̄ regnū Dei. extra. de temp. ord. c. ad aures. Sublimitas hic sumit̄ quo ad eos pro status præeminentia vel excellentia; & vt alibi in corpore Auth. de filiis ante dot. instr. natis. in fi. col. 3. quib. mo. na. effi. sui. in fi. col. 7. cū sim. & dicto c. de multa, c. ult. Sed tñ (ut dixi) sublimandi merita, & mores nō inordinati affectus sunt intuendi, extra. de p̄b. graue. Quid p̄sumet̄ in dubio de sublimato, an ob sua merita uel ex alia cā sit sublimatus? Dic præsumendū fore, ꝙ ob sua merita, extra. de pręsump. cū in iuuentute, & dicto c. miramur, & 40. dist. c. 1. & no. Ber. extra. de rescr. p̄senti, ꝙ hodie est sublatū. Ad hoc p̄stat efficax arg. lex dicens. ꝙ quanto quis melioribus præest tāto maior, & honestior est id est, esse p̄sumitur, in corpore Auth. de defen. ciu. §. nos igitur, col. 3. licet gl. dicat ibidē, ꝙ non de honestate animi, sed sæculi loquitur, & alibi loquitur: quanto quisque est celsior, tāto & aliis potētior, 16. q. 1. c. sūt nonnulli: & quia sacrilegii instar obtinet, dubitare an ille dignus sit, quē princeps elegerit. C. de cri. sacr. l. 2. 17. q. 4. §. qui āt uer. si quis. alias est, ibi, c. & ar, C. de aduo. diuers. iudicū. l. restituendę, in fi. Sed gratia huius q̄ro, quale sit istius sublimitatis Cardinalatus priuilegiū? Ad hoc dicas, ꝙ est multiplex priuilegiū, quia hostiliter Cardinalē insequens xxxvii. pœnas patit̄, & incurrit, quas saltē oēs non incurrit insequens proprium suū ep̄m, vt colligitur extra. de pę. felicis, li. 6. & eod. ti. cap. si quis suadente. Cle. Papa v. Sm̄, quia cū dñi Cardinales sunt legati, conferre possunt bñficia, ēt ad Papam deuoluta, de p̄b. venerabilis. de off leg. c. officii. li. 6. Tertiū, quia legati excōicatos pro in ectione manuum vndecunque venientes absoluūt, extra. de offi. leg. c. excōicatos. Quartū, ꝙ legati de latere mare transeuntes, uti possunt insigniis Apostolicæ dignitatis, puta palefredo uel equo albo, vestimentis rubeis, fręno, & calcarib. deauratis, & similib. de priu. antiqua. vbi de hoc per Host. Quintum, quia dici possunt patricii, quorū nomina in diademate principis scribi consueuerunt, secundū Gul. notantem in d. c. officii. Sed me cū ipso tenere hoc casu non audeo, quia patricios Imperator sibi in patres eligebat. inst. qui. mo. ius pa. pōt sol. §. filius. C. de consul. l. vlt. li. 12. Papa autem Cardinales nō assumit in patres, sed tm̄ in filios, extra. de testi. c. licet dilectus, de præb. dilecto. nisi faciat eos ep̄os, quia tūc in fratres eos assumit, extra. de cri. fal. q̄ graui. Sextū, quia pars corporis papæ dici possunt ad instar senatorū, 6. q. 1. §. uerū, C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. sm̄ Gul. notantē in dic. c. officii. vnde alibi no. Inn. ꝙ collegium habet senatū, arg. 96. dist. Constantinus ut no. ipse. extra. de re iud. cum te, & de hoc. 16. q. 1. ecclesia. Illud autē aliter persuaderi pōt: nam cum promiscue loquendo de Cardinalibus, omnes fratres appellet: Ipsi tanq̄ fratres corporis sui pars fore sunt censendi, arg. C. de agri. & censi. l. cū scimus, §. vlt. lib. 11. & sicut in persona senatorū cōmitti dr̄ crimē læsæ maiestatis, quia pars corporis principis cēsentur, vt dicta l. quisquis, ita, & committi dr̄ in ꝑsonis dominorum Cardinalium, vt dicto c. excōcatis. ubi de hoc. Septimum, ꝙ ex præmissis insurgit, nā si ipsi cēseantur veri patricii statim cū sunt creati sunt liberati a patria potestate: dicto §. filius, & dicta. l. vlt. de consul. sed hoc nullo iure cauet̄, ꝙ sunt patricii, si cēseantur senatores, nō sunt liberati ex hoc dicto. §. filius, cū ex illis dignitatib. solum quis liberetur a patria potestate, ex quib. liberatur a curiali conditione, in corpore Auth. consti. quæ de d. §. gñaliter, col. 6. Sed a curiali liberatur ꝑ ꝑ xii. dignitates, C. de decu. l. ult. lib. 10. de quarum numero nō est senatoria. Quid ergo super hoc dices? Dic ꝙ si sint creati Cardinales ep̄i, nulla est dubitatio: quia saltē ex ep̄ali adepta dignitate liberi facti sunt a patria potestate, in corpore Auth. const. quæ de dign. §. illud. col. 6. C. de episcopi. & cle. Auth. sed dignitas, alias īcipit, sed hodie, extra. qui, filij sunt leg. per uenerabilem. Sed si tm̄ sint creati Cardinales, quid dices? vr̄ ꝙ nō sint liberati, nā cū ius patriæ ptātis consistit in multis, puta in viii. quæ nominantur insti. de patria potesta. § ius aūt, non dēt dici sublatū in patris præiudicium, nisi ubi in iure statutū reperit̄, cū non sit lex aliqua istud dicens arg. in corpore Auth. de nō eli. secun. nubētes. §. optimū utiq; coll. 1. ubi dr̄, non fraudetur pr̄ iure filii nec enim lex ē aliquid tale dicēs ad idē. C. de coll. l. illā. de repud. l. dissentiētis. ext. de sup. negl. præl. Romana. lib. 6. ne se uacan. c. illa, & ꝑ hoc scribitur erubescendū fore loq̄ sine lege in corpore Aut. de triē & semis. §. cōsiderem[9], col. 3. & q̄a aliorū honores aliis dānorū occasionē fieri nō oportet, C. de sta. & ima. l. & uirtutū, & de silētia, iubemus, li. 12. nec ulli ē cū alterius iniuria cōsulēdū. 22. q.

Cardinales nouē habēt priuilegia.

Sublimari p̄sumit̄ quis ob sua merita.

Erubescim[9] sine lege loqui.

a.c.primū est,C.de offi.perfect.vrb.l.præfectus.Sed his non obstantib.ↄriū ñ improbabiliter pōt dici: certū est .n.ꝙ multiplex est dignitas sæcularis vel officium,quæ vel quod aliquē liberat a curiali cōditione,vt colligitur dicta l.vlt.C.de consul.li.10.& illa eadē,quæ est in numero duodeno,vt p̄dixi,]hodie filiū liberat a patria potestate vt dicto §.gñaliter in quo numero cōputantur aduocati fisci,quęstores principatus agentium in reb. & similes multæ,de q̄b. minus vr̄ ꝙ liberent,cū ex earū virtute nullus effici dicatur pars corporis principis, & tñ liberant, ergo multo fortius dignitas Cardinalatus,sumpto arg. a minori de quo no.de ele.cū in cunctis, uñ licet nō sit hoc exp̄sso iure cautū,tñ de similib. ad similia proceditr̄, ff. de le.l.non possunt,cū plura sint negotia q̄ vocabula,ff. de præscr.verb.l.natura, & statutū in uno statutū cēsetr̄ in alio,ubi est penitus eadē uel maior rō. no.ff. de iud. l.cum p̄ror,nec ur̄ damnum ex hoc pr̄ uel iniuriā pati: cum .n. naturaliter augmentum in honorē filii desideret,extra.de test. c. super eo.cum eadē persona fingatur esse cum eo.C.de impub.& aliis subst.l.ult. & eadē caro,35.q.3.in hac auctoritate,& excellentia,& nobilitas filii patrē nobiliorem reddat, & laudē magnā patri afferat,& magnæ lætitiæ præbeat occasionem, ut legitur in dicto §.generaliter, & gloria patris est filius sapiens, Prouerb.17.& 25.c.95.dist.ca. esto subiectus in fi. tales honores,laudē,lætitiā,& gloriam dēt omni pecuniario commodo,ꝙ ex patria potestate potest contingere,pręferre.ff.si quis omis.cau.testa.l.Iulianus. Octauum priuilegium, ꝙ Cardinali asserenti se legatum credit̄ absque litteris 97.d.c.nobilissimus, licet aliqui hoc reuocent in dubium.No.ꝙ assertioni Cardinalis absq; actis creditur super his quæ corā eo acta sunt saltem de consuetudine curiæ,extra de appel.constitutus.ubi hoc no. per Host. in verbo, assertioni, & pro tali consuetudine pōt esse ratio,quasi credatur principem, qui ipsum ob singularem industriā explorata eius fide & grauitate ad tantam dignitatis magnitudinem adhibuit,nō esse alias aliter processurum seu iudicaturum esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus ar. ff.de offi.præfect.præt.l. unica circa finem.

Pr̄ & filius fingūt̄ eadē persona.

ac generis [a] claritatem sūt potioris prærogatiua [b] gr̄æ attollendi, duntaxat [c] exceptis) deliberatione [d] super hoc cū fratribus [e] nostris habita diligenti, de [f] ipsorū consilio,& ex certa sciētia [g] nostra, in forma subscripta duximus taliter moderandas; [h] ꝙ per moderamen nostrū effrenatā [i] circa easdē [k] personas talium

Nobilitatis rō in multis est habēda.

a ¶ Generis claritatem.]No habendam rationem nobilitatis generis,& hoc etiam in pęnis affligendis,de quo dic ut legit̄,& no.14.q.1.quid circa pacem,extra. de iureiu.cum quidam,ff.de pęnis,l.quædam, de incen. rui. nau.l.pedius,C.de paga.sacri.& tem.l.ult. cum similib. multis.Quantum in honoris exhibitione, & salutatione, & sedis inter iudices assignatione, de quo dic ut legitur,C.de offi.diuer.iu.l.2.& 3.ubi sena.uel cla.l.3.§. sedendi.de offi.ciu.iu.l.2.de hoc ēt no.3.q.9 c. necesse. Quantum in beneficiorum obtinenda multiplicatione, vt hic,& de præb c.de multa.§.ult. Quantum in facienda de ipsis præ aliis ceteris paribus electione, in corpore Auth.de defen.ciui.§.interim.col.3. extra.de appell. constitutis,cum notatis in ipsis,Quantum ēt in beneficiorum æquali facienda distributione, super quo uide quod dixi.sup.e.c.in uer.mendicant. Necnon in aliorū bonorū uberi administratione,ac ēt cōsumptione,ff de don.l.filius.§. nōnunq̄,de adm.tut.l.cū plures,§.tutor. de iud.l.si lōgius.in fi.de iure do.l.quæro,& in multis quæ diligens indagator per se poterit reperire.

b ¶ Prærogatiua gratiæ.] simile de off.del.hac constitutione,de offi.leg.c.officii.lib.6.

c ¶ Duntaxat exceptis. eadem uerba reperies de priuileg.c.ne aliqui.de offi.deleg.hac constitutione, libro 6. unde hæc uerba tollunt dubium,si ꝙ fieret, an inferior Cardinali,puta patriarcha,primas,archiep̄s, abbas uel filius inferioris rege: puta ducis vel comitis dispēsatione obtenta possit gaudere contra hanc decr. & dic quod non per hunc textum,& per ea quæ notaui.sup.in verbo,cuicunque.

d ¶ Deliberatione. No. principem qui omni lege solutus [1] est. ff. de leg. princeps.extra.de cō cess.præb.proposuit. deliberatione velle vti in agibilib. sim. de offi.leg.c.deliberatione.li.6.C.de le. l.humanū. ne filius pro patre.Auth.habita,ff.de his q̄ in test. delē.l.p̄xime,de iure pat.l.diui fratres. Eius igitur exemplo quicunq; alius idē facere dēt arg. 79.dist.legitur,2.q.1.Deus omnipotens, extra.de re iu. in causis.dubium.n. non est omnia omnino quæ consilio recto geruntur, iure meritoque, effecto & firmitate niti.C.de rep.l.3. & veritas sæpius examinata citiꝰ splēdescit in lucem, & fructus diuinus est iustitiā sępius recenseri,25.q.2.c.graue.unde alibi statuitur,ꝙ non cum pręcipitatione nec subitanee,sed cum deliberatione sūt sententiæ proferendæ,C.de sent.breui.reci.l.2.extra.de re iud.pastor.cle.5.§.uerum, ubi etiam de hoc dixi.

1 Qualiter ītelligatr̄ principē solutū esse legib. uide p B. Tho. 1.2.q.96. ar. 5.adde Barchardūli 15. decret.c.42.

e ¶ Cum fratribus.]collige hic,ꝙ cum Papa de Cardinalibus loquitur, indefinite uel promiscue appellat eos oēs fratres ut hic, & in locis multis aliis reperitur. Et pōt ratio reddi, quia licet soli ep̄i Cardinales regulariter,& peculiariter fratres, ceteri uero filii appellentur, de crim.falsi,c.q̄ graui.de testib. licet dilecte, de præb. dilectus,ne igitr̄ episcopi notabili fraterno nomine nuncupandi, ut ibi negligi uideantur, ideo & alii propter alios fratres appellantur,arg.ff.de iniu. itē apud,§.hoc edictum,23.d.c.quamq̄.extra.de hære.c. si aduersus.Et domini Cardinales non episcopi, qui fraterni nominis appellatione non sunt nuncupandi, ut dicto c.q̄ graui. nisi propter illos qui ep̄i sunt, fratres appellari merentur,sicut nepotes ex filiis,qui uere filii non sunt,nec sic appellari consueuerūt,ff.de testa.tut.l. quod si nepotes. insti.qui da.tu.pos.§ ult.tamen propter filios, & ipsi filii appellantur. Et sic ex personis episcoporū consequūtur quod ex sua singulariter non possunt, ut alias contingit,ff.de ędi. edi. l.cum aūt,§.fi.de bo. pos.contra tabula,l.nō putauit,§.si exhæredatus,quę res pig.ob.pos. l.Arist.extra de priuil.licet,§.1.de conc. præb.c.auctoritate,li.6.cum multis similibus.

Cardinales an sint a Papa filii, uel fratres nuncupandi.

f ¶ De ipsorum consilio.].s.Cardinalium,quorum consilio Papa utitur: quia uult,ut hic uides, non autem ad hoc de necessitate tenetur [2] ut no.]extra. de re iudic. ad Apostolicæ,lib.6.vocatus enim est in plenitudine potestatis.2.q.7.de cetero,extra.de usu. pal.ad honorē, nec potest ei,dici domine cur ita facis? de pęn. dist.]2. §. ex persona. Et super hoc, quia aliqua quandoque habent fieri simpliciter consilio alterius,aliquando cum consilio, aliquando de consilio, aliquando non possunt fieri sine consilio,& aliquando habent fieri cum alterius assensu,& quid iuris in omnibus istis sit, uide quod no. Compost.extra de constit.c.pen.& Guli.ne sede uac.c. 1.lib.6.& ibi dixi.

2 De hoc articulo uide plenissime Philip.Fran. & alios doc. in c. super e. de hær. li.6. Ho. & Io.A. in c.requisiti. de test. & Panor. in c.q̄siuit de his q̄ fiunt a præl. sine cōsen.c.

g ¶ Scientiæ.] factum ex certa scientia Papæ robur obtinet firmitatis: etiam si de se nullum erat,extra.de transact.c.2.de accus.cap.ad petitionem.3.q.7. c.hoc quippe,& arg.C de testa.l.omnium de appari.iud.l. probatorias.lib.12.

h ¶ Moderandas.]Diminutionem non augmentum denotat istud uerbum,extra de uerb. sig c. transmissæ.

i ¶ Effrænatam.] id est immoderatam, & indecentem. sim.ff.de test.l.1.in fi.extra eo.tit.c. significauerunt, & cap cum causam.

k ¶ Easdem personas.].s.quascunque, præterquam hic exceptas,ut sup.patet.

a ¶ Totali-

beneficiorum multitudinem refrenemus, ipsique impetrantes fructu dispẽsationem huiusmodi totaliter [a] non frustrentur. † ¶ Statuimus [b] itaque, & de fratrum ipsorum consilio ordinamus, quod obtinentes nunc [c] ex dispensatione [d] legitima pluralitatem huiusmodi dignitatum, personatuum, officiorum, aut prioratuum, seu beneficiorum, quæ alias absque dispensatione [e] obtinere nequibant, vnum tantum ex dignitatibus, personatibus, officijs, prioratibus, ecclesijs vel beneficijs huiusmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, personatu vel officio, prioratu, ecclesia vel beneficio sine cura, quæ habere maluerit, [f] prætextu dispensationis sufficiẽtis circa id eisdem indultæ, possint licite [g] retinere: Quæ tamen [h] teneantur [i] eligere, [k] intra [l] mensem [m] numerandum a tempore notitiæ [n] † constitutionis istius: ceteris beneficijs [o] cum cura, vel sine cura, quæ ipsius dispensationis prætextu tenebant, & quæ aliter non poterant [p] de iure [q] absque dispensatione [r] licite retinere, quæ [s] nos † extunc [t]

Principis indulgentia aliquid afferre debet.

a ¶ Totaliter non frustrentur.] sic enim est interpretanda indulgentia principis, vt aliquam gratiam afferat impetranti. C. de legi. l. 2. ff. de iure immu. l. 1. in fi. ext. de ver. sig. c. in his, nec aliter est interpretanda, ext. de verbo. sign. olim, ne aliàs delusoria videatur: ff. ne quid in lo. pu. l. vlt. de iudi. l. si prætor, extra de verbor. signifi. abbate. §. vlti. & ca. cum olim, de priuile.

† al. frauden tur.

b ¶ Statuimus.] hoc verbum rem perfectam significat, & cũ effectu, non uerbotenus accipiendum est, extra de ver. sig. c. in his, & tale statutũ principis, ex quo animo legem condẽdi factũ est omnino seruandum est, C. de legi. l. leges, 100. dist. contra morem, 19. dist. memoriam.

Constitutio an liget a tẽpore editionis.

c ¶ Nunc.] s. tempore publicationis huius decret. ante enim non ligauit in corpore Auth. vt factæ nouæ consti. col. 5. extr. de consti. c. cognoscẽte, de præb. cum singul. §. contra. lib. 6. & inf. sequitur, durum enim esset sentire, quod statim a tempore editionis ligaret forte penitus ignorantes contra iura, ff. de decre. ab ordi. faci. l. ult. 32. q. 4. dixit Sara. 82. distin. proposuisti, quid enim peccare diceretur antiquitas, si huius decret. inscia, &c. C. de testa. l. iubemus. per consensum enim non ignorantiam volumus obligari. C. de tab. generali.

Dispensatio legitima quę dicitur esse.

d ¶ Ex dispensatione legitima.] sed quam dispensationem reputabis legitimam? Rñdeo illam, in qua nihil tacetur, vel nihil exprimitur, quo expresso, vel non tacito princeps verisimiliter duci potest ad dispensationem denegãdam, de ele. dudum, §. pe. de præb. si dignitatem, cle. 5. sic enim dici consueuit in impetrationibus beneficiorum, de rescri. si proponente. de præb. si motu, 1 & c. non potest, lib. 6. Si enim in illis tanquam ambitiosa fit stricta interpretatio, de rescri. si gratiose, & de pręb. quamuis. li. 6. sic fit in dispensationib. vtpote a iure cõi exorbitantib. extr. de fil. presby. c. 1. & 2. lib. 6. & arg. ff. de nata. resti. l. 1. de excus. tut. l. qui testamento. stricte forma mandati, in illis, & forma dispensationis in istis seruata cessante argumento in vtriusque sumpto a minori, uel maiori, super quo uide, quæ not. per Host. de rescri. postulasti, 2 & c. in nostra, & per Inn. de conce. præb. dilectus, & quod alias super hoc dixi dicto c. si dignitatem, & quod no. de capel. mo. ex parte.

1 Vide ꝙ ibi notaui. Fon.

2 Et Cyn. in l. ꝙ fauore, C. de le. Fon.

e ¶ Absque dispensatione.] illa autem facta per illum qui potest & legitime, ut dixi in no. præcedenti, redditur licitum, qđ alias erat illicitum ar. de elec. c. dudum, §. nos igitur, de concel. præben. cum nostris, §. nos uero. de transa. cap. 1.

f ¶ Maluerit.] reseruat ergo optionem circa unum cum cura, & circa aliud sine cura, sicut alibi reseruatur optio retinendi unum de prius obtentis, de præben. cum singula. li. 6. & eo. ti. c. referente, c. præterea, & c. tuæ, ff. de colleg. illi, §. ulti. & per hoc refrænatur hæc effrænata multitudo super retentione plurium: per hoc ẽt in totum non frustrantur effectu dispensationis ipsam obtinentes cũ alias de iure cõi vna dignitas, uel personatus se non compatiatur cum alia, vel alio, etiã sine cura de præb. de multa, §. hoc idem, de ele. dudum, §. pen.

g ¶ Licite.] i. de nostra licentia per hanc decr. concessa, vel, i. non obstante alia iuris communis prohibitione.

h ¶ Quæ tamen.] scilicet vnum cum cura, & aliud sine cura, vt supra.

i ¶ Teneantur.] hoc verbum necessitatem videtur imponere eligendi.

k ¶ Eligere.] simile de præb. cum singul. §. circa, lib. 6.

l ¶ Intra.] limitatiuũ est tẽporis istũd verbũ, & vltra illud non est locus tali electioni. argumen. ff. de fideicomm. l. liber. Thais ancilla, §. intra, de leg. 2. l. statuliberum, §. Stichum, de condit. & dem. l. si in diem. Super quo vide, si placet, quod not. pro & contra de concess. præben. cap. cum ei. Clemen. Papa V. in glos. per hoc patet.

† No. hic ꝓbari gl. in c. 2. de reb. eccle. non alie. lib. 6. dicentem constit. not. q̃uis nõ public. ligare subditos, alleg. ẽt c. 1. ibi solũ sufficit, de post. præla. l. fin. ff. de decret. ab ord. Fon.

m ¶ Mensem.] sed quot dies facient mẽsem? Dic, quod tot, quot continebit mensis, in quo fiet notificatio præsentis constitutionis, vt sequitur, nisi enim sic dices, non numeraretur mensis à tempore talis notificationis, quod text. requirit, & si de illo mense erant aliqui dies lapsi, supplebuntur de sequenti, argumen. ff. de uerb. significa. l. cum bissextus, de diuer. & tempo. præsc. l. 1. de re iudi. l. nisi lex, sic not. Gar. de elect. cap. quam sit, & de rescrip. si propter tua, lib. 6.

† Vide quæ dixi in cle. 1. de conce. præb. de istis dictionib. ex nunc, & ex tunc. Fon.

n ¶ Notitiæ,] s. vere uel interpretatiue, quæ accidit lapsis duob. mensibus a tempore publicationis præsentis constitutionis in corpore Auth. vt factæ no. cõst. coll. 6. extunc enim ius interpretatur, & fingit quem habere notam constitutionem principis, nec extunc est probabilis ignorantia, ar. 16. dist. quod dicitis, extr. de postu. præla. ca. 1. ff. de instit. act. l. sed & si. §. proscribere, cum simil. A quo autem tempore ligent statuta, uel constitutiones aliorum, dic secũdum quod not. Host. in sum. de consti. §. quando.

o ¶ Ceteris beneficijs.] s. non electis.

p ¶ Non poterant.] vt sunt personatus plures, uel dignitates, etiam sine cura, ut sup. dixi.

q ¶ De iure.] per hoc uidetur innui aliqua beneficia, etiam plura numero de iure communi posse teneri, ad idem de rescri. gratia, 3 lib. 6. & eod. ti. ca. gratiæ, ele. 5. sic sentit Inn. de præb. cum iam dudum, hodie autem aliter sentire, uidetur ibid. de conces. præben. littera. de his plene per Gul. in Spe. tit. de leg. §. uidendum restat. ver. illud autem, per Gul. dicto c. gratia.

3 Vide ꝙ ibi notaui super gl. de iure, & in c. cum singul. de pręb. supr. eo. li. 6. Fon.

r ¶ Absque dispensatione.] per hoc excludit beneficia curata etiam, uel dignitates, seu personatus, cum non sint dimittenda si sunt talia uel tales, quæ de iure communi plures, uel plura possunt teneri, ut quia annexa, vel annexæ dependentia, vel dependentes ab alijs, de præben. c. super eo. de æta. & qual. eam te.

s ¶ Quæ.] s. beneficia curata: uel alia de iure sine dispẽsatione non se compatientia.

t ¶ Extunc.] s. lapso mense a tempore notitiæ huius constitutionis, non ergo ante finguntur, vel censentur uacare: uerbum enim, tunc, extremum tempus significat,

gnificat,ff. de condi.& demon.l.4.§.1.& est simile de præben.cum singula. §.1.& §.circa.

Tunc extremum tepus notat.

a ¶ Vacare decernimus.] No.ex potestate principis ecclesię.induci fictionẽ vacationis beneficij,ubi alias non esset : naturam enim rei immutare 1 potest in aliam, & fingere esse, quod alias vere non est, C. de rei vxo. actio. l.prima,& argumen. de concess.præb.cap. cum ei.cle.5. no.de transla.epis.c.quanto.Quibus autem auctoritatibus iuribus, & rationibus probatur Papam habere actoritatem summam & excellentem, & potestatem in omnibus, & per omnia,& præ omnibus,vide quod diffuse not.Host.ext.qui fin.sint legit.per venerabilem,§.rationibus.

vacare a decernimus, coram b ordinario c sub testimonio d publico intra idem tempns e verbaliter f & realiter g cum h effectu dimissis, absque i

b ¶ Coram,]tunc coram aliquo fieri dicitur, cum fit eo præsente,& intelligente,licet alias nolente,unde coram demente , uel infante , uel dormiente fieri non posset, ff.de uerb.sign.l.coram.

1 Cum Papa dr̃ immutare naturã rerũ, intelligit in his q̃ sũt iuris positiui,vt notatũ est in c. q̃to, ext.de translat.epi.in gl. in verbo ueri Dei vicẽ. in hac editione.

c ¶ Ordinario,] 1 episcopo, uel sede vacante capitulo, vt in §.ceterum , sed quem alias quam in casu huius capituli appellabis ordinarium quo ad talem dimissionẽ? Videtur quod episcopum, cum præordinator dicatur in cunctis,25.dist.perlectis: & quia omnes ecclesiæ cũ suis iuribus in eius potestate consistunt, & regendæ sunt pa rochię sub eius tuitione,10.q.1.decretum,& cap.regenda, ext.de reli.do.c.de Xenodochijs, cum simi. Sed cum non quæras de dięcesano, nec de loci ordinario,sed simpliciter ordinario,illum dicam ordinarium quo ad hoc, qui alias iure suo potest conferre,argu.ext.de offic.ord. c.cum ab ecclesiarum,de iudi.c.decernimus, & de offic. or.etsi ab Apostolicæ, cle.5.& hoc denotat tex.sequens cum dicit,siue noua collatione ab eo,qui facere poterat facienda,ut sic dimissio beneficiorum talium fiat coram illis , a quibus procedere poterat collat. not. de renun. c.admonet. Si autem quæreretur de diœcesano , vel ordinario loci nullo alio subiuncto,uideretur de episcopo fore intelligendum, arg.de vit.& hone.cle c.dięcesani, de æta.& qual.c.cum ecclesiæ,de seque.poss.ad compescendas,cle.5.in quib.de hoc dixi.

d ¶ Sub testimonio publico,]non dicit sub instrumento publico, uel litteris sigillo authentico sigillatis,sicut alibi fit de ele.ut circa.de offi.ord.si canonici,lib.6.2.q. 1.legatum.C.de epis.& cle. si qua per calumniam,quare videretur satisfactũ fore p̃senti constõni, si aliqua bene ficia dimittuntur coram ordinario sub testimonio fide dignorũ testium,per quos facta dimissio reuocata in dubium probari possit, argum. ff.de testam. l.hæredes palam,de ritu nupt.l.palam,in prin.& §.quæ ut in adulterio, attenta mente potissime huius decr. ut plura beneficia se alias non compatientia non retineantur nisi hic reseruata,quæ mens penitus est seruanda,ff.de excusat. tut.l.scire,§.aliud,de ele.si postquam,§.1.lib.6.unde cũ non arctet dimittentem ad dimittendum sub publico testimonio scripturæ , relinquam dispositioni iuris communis, arg.in lib.feu.de cogn.feu.c.1.quo iure cauetur regulariter, parem esse fidem testium & scripturæ,C.de fi.instru.l.in exercendis, de pac.l.pactum, licet fallat in casib.ibi not.& plenius per Host.de censi.Romana.lib. 6.hoc maxime dico, quia p̃sens constitutio ꝫ non dimittentem sub testimonio publico est pęnalis,ut sequitur, quare ob odium pœnæ vitandum, arg.de ele. statutum de reg.iur.c.odia. lib.6. intelligam testimonium publicum nedum instrumentorũ, sed & testium,argu.ad hoc ext.de præb.c.si beneficia, lib.6.ubi habens beneficium dimittere. liberatur dimittendo sub qualicunque testimonio cum ibi ad certam speciem testimonij nõ arctetur,alias uideretur arctari quis ad impossibile,ubi forte scripturæ testimonium habere non posset,quod sentire foret absurdũ:tutius 2 tñ reputo,ꝙ sub testimonio scripturæ fiat talis dimissio,cum promptior sit probatio per scripturã,quam per testes,ff.de pign.l.contrahitur,

Testium , & scripturæ fides par est.

2 Imo est verius , ponderãdo verbũ, publico. Fõ.

Probatio per scripturã est promptior q̃ per testes.

cum scripturæ fides non uariet,uel labilitatẽ memorię patiatur,sed testium sic frequenter,ff.de Carbo. edic.l. 3.§.duæ causæ,de acq.pos.l.peregre, §.1.

e ¶ Idem tempus,]scilicet mensis , ut supra.Igitur inf. eundem mensem infra quem de altero , de duobus habet electio fieri,debent alia dimitti per hunc textum alias pena sequens locum habet , si enim aliter diceres, non haberet fieri talis dimissio intra idem tempus,sed diuersum,argum.ff. de condi.& dem.l.si in diem, de fideicom.liber. l.Thais ancilla,§.intra.

f ¶ Verbaliter,].i.verbis expressis,quasi nõ sufficiat hoc in mente gerere , nisi uerbis oretenus exprimatur, ff.de uerb.ob.l.quicquid astringendæ,de condi.inde.l.ꝙ qui sciens, C.de condi.ob cau.l.si repetendi. Et hoc sane intelligas in illo, qui loqui potest : in alio autem : puta muto facto,maxime sine culpa,ista uerbalis dimissio cadere non potest.unde vr̃ sufficere,ꝙ nutu uel signo,uel in scriptura,si sit litteratus, se uelle dimittere ostendat, argum. ff.de lega.3.nutu.de procu.l.mutus,de iure do. l.mutus, C.qui testa.fac.poss.discretis, extra de spon.c. tuæ,& c.cum apud, non enim talis vr̃ ad impossibile p̃ hanc constõnem astrictus , 22.qõ.2.faciat homo.4.dist. erit aũt lex,ff.de regu,iu.l.impossibilium.Quid autẽ de illo,qui loqui nõ potest. sufficeretne ꝙ nutu,vel signo sine uerbis dimitteret? Vr̃ quod non,argum.dicti c.tuæ, cum ibi no.per Ber.& 43.di.c.sit rector per Ioan.& per hunc tex.qui exposcere vr̃ etiã uerbalem , & realem dimissionem. Sed non improbabiliter uideretur posse dici contrariũ arg. eorum,quæ not.Host.dicto c.tuæ,ẽt in summa,de spon.in rubricella, de matrimonio, §.qualiter contrahatur, ubi tenet, ꝙ matrimonium per potentem loqui nutu, vel signo contrahi põt : non.n.quis vr̃ esse deterioris conditionis ex hoc, ꝙ loqui potest,quin signo,nutu uel litteris exprimere suũ consensum possit ar.ff.de condi.& dem.l.falsa, C.de adop.per adoptionẽ, & de dign.l.maior.de agen.in reb.l.hac saluberrima,li. 12.maxime,quia uerba ad aliud inducta nõ sunt nisi ad declarandũ consensum,22 q.2.c.is autẽ, qualitercunq; ergo cõstet de cõsensu dimittentis,sufficere videt̃,argu. ff.de leg.3.l.Pamphilo.§.propositum,& ad hoc facit,ꝙ no.C.de test.l.iubemus,§.vlti. Et nunc r̃ndebis ad hunc text. cum dicit uerbaliter, subaudiens , uel alio modo æquipollenti,puta signis,nutu,uel litteris,ut mens seruetur,quæ verbis est præferenda, ut dixi sup.in gl.non dicit , nam uerba ad extraneum sensum trahuntur , ut mens seruetur, C.de lib.præte.l.3. legis enim uerba ciuiliter intelligenda sunt, argument. ff.de serui.l.si cui, cum nec ius calumniari,nec eius uerba captari, sed qua mente dicantur conuenit animaduerti , ff.ad exhiben. l.ad exhibendum, caute tamen egerit , qui loqui poterit , si uerbali dimissione vsus fuerit intra tempus huius constitutionis, ut opinionum periculum vitetur, ut satisfiat superficiei huius text. cum in his,quæ de facto possunt deduci in dubium , tutius sit sequendum , ff.de ven.in poss.mit.leg.1.§.sed si incertum , extra de spon.iuuenis,de cle.excom.min.c.illud, de pœn,dis.7. c.2.cum simil.

Beneficiũ si debeat dimitti verbaliter, qualiter a muto dimititur.

Matrimoniũ per potentẽ loqui an sine verbis posit ꝯhi p̃ nutus solum & signa.

Tutius in dubio declarãt iura sequendum.

g ¶ Realiter,] q.d.eorum possessionem dimittendo, parum enim prodesset uerbaliter illa dimitti , si de facto adhuc detinentur, argum.ff. de pig.act.non est mirum, de act.empt.& ven.l.2 §.vacua, ext.de re iudi.cum aliquibus, & arg. efficax ad hoc in corpore Auth.de inces. nupt.§.ad hoc quidem , col.3.ex cuius §. mente videtur sumptum,quod hic dicitur.

h ¶ Cũ effectu,]puta nullo in eis custode pro se dimisso, & abstinendo penitus a perceptione obuentionũ taliũ beneficiorũ,uerba.n.cum effectu intelligenda sunt, ff.ne quis eũ qui in ius voc.l.si alium,§.docere,ꝙ quisque iur.l.1.§.hæc uerba,ext.de cle.non resi.c.relatum.

Absque,& si ne priuant.

i ¶ Absq;.]hæc præpositio,absque, priuationem denotat,

tat, sicut & prępositio, sine, ff. de exer. l. 1. §. plures, & de inst. act. sed, & si. §. conditio.

a ¶ Sine noua collatione.] ergo cum illa poterit, sumpto arg. a contrario sensu in iure fortissimo reputato, 1 ff. de testa. qui testamento, §. mulier, de offi. eius cui. l. j. §. huius rei, de testi. l. ex eo. extra de his, q̄ fi. a præla. cum Apostolica, §. ult. & hoc verum, nisi ex illo sequeretur absurditas: tunc enim tale argumentum cessat, C. de epis. & cle. conuenticulam, cū similibus, cessat etiam vbi iura alia ɔ̄dicerent, not. de fo. comp. §. significasti 2. Sed huic obstare videtur extra de ele. commissa, §. porro, lib. 6. ubi beneficiū amissum in illa vacatione prima, quæ occurrit ɔferri non potest dimittenti. Sed patens est solutio: quia ibi ex culpa sua habens illud amisit, qui absq; iusta causa cessauit intra annum ad sacerdotium promoueri: hic autem obtinēs plura beneficia, absque culpa sua licet non sine causa, aliqua dimittere habuit tex. dispositione huius constitutionis, arg. ad hanc solutionem, extra de æta. & quali. c. 1. de ele. cum in cunctis, §. hoc sane, cum no. in eis.

1 Quia ipsū est mens legis, gl. in l. q testō. §. mulier. ff. de testam.

2 Ego addo c. nobis. 2. de sent. excom. ibi Panor. & Fely. l. fi. §. filius, C. de bon. q̄ lib. l. pen. C. q testa. face. pn̄t: quas ll. allegat Bar. c. nullus. de foro cōp. quem vide late loquentem de ar. a ɔ̄rio sensu. Font.

eo, quod ad illa nunquam sine noua [a] collatione, ab eo qui facere [b] poterit facienda, redire [c], aut eorū administrationi se immiscere [d] præsumant: Alioquin [e] tam [f] his, quā alijs omnibus beneficijs [g], quæ virtute huiusmodi nostri moderaminis retinere poterant (vt præfertur [h]) sint ipso [i] iure priuati, & prorsus inhabiles [k] ad [l] similia beneficia [m] obtinenda.

b ¶ Facere poterit.] istud dicit ideo: quia alias pro non facta habetur collatio, quæ fieret per illum, qui non posset eam facere, 1. q. 7. Daibertum, extra de iure patr. capit. quod autem, ff. de offic. proconsul. l. obseruare, §. vltimo.

c ¶ Redire.] non est mirum si ad ea non pateat regressus, quia cum decernantur vacare per lapsum mensis, vt supra dicitur, sine institutione canonica non possent licite detineri. extra de insti. ex frequētibus, de regulis iur. cap. 1. libro 6. & argum. ff. de decu. l. Herennius, imo aliter ea recipiens, intrusus non intitulatus diceretur, de præben. cum qui, libro 6. extra de elect. quisquis, & quasi fur, & latro, cum per ostium ingressum ad ea non haberet, argum. de elect. dudum. 2. & 7. quæstio. 1. cap. non furem.

d ¶ Immiscere præsumant.] s. iure primæuo, cum nullum competeret, ut d'x: in glo. præcedente. Quid autem si ad dimissa beneficia iuxta hanc constitutionē aliqui redijssent, uel eorum administrationi se immiscuissent non iure suo, sed alia causa probabili: ut puta ne ipsorum prouentus perditioni seu cōsumptioni expositi perirent, vel ne ab inimicis occuparentur, sed ut salui reseruarentur successoribus haberet ne locum contra tales pœnas sequens? Videt, quod sic, ob istius textus indefinitatem; quasi in culpa censeantur immiscendo se rei ad se non pertinenti, ff. de reg. iur. culpa, ut sic color omnis administrationis eis interdictus videatur, argu. de ele. auaritiæ, lib. 6. & in extrauag. Si fratrum. Do. Ioan. Sed ɔ̄rium credo ad instar tutoris, qui ante factum inuentarium administrare non potest: & tamen vt occurrat periculo bonorum consumendorū pupilli, administrationi illorum se potest ingerere sine pœna, ff. de administ. tut. tutor qui repertorium, & arg. etiam ad hoc, ff. de neg. gest. l. nam & seruus, §. si uino, & de fur. l. falsus, §. alienum, circa fi. ex illa enim causa se administrationi ingerens, magis videtur implere officiū, ad quod homo homini tenetur, ff. de ser. expor. l. seruus, extra de testa. c. cum in officijs, 22. q. 4. cap. 2. quam rei alienę se immiscere, ut not. dicta l. culpa, nisi enim sic intelligas, quod in fauorem beneficiorum videretur introductū, in eorum læsionem & damnum retorqueretur: contra legem, sancimus, C. ad Treb. de secun. nup. l. generaliter. extra de reg. iur. cap. quod ob gratiam. lib. 6. & officium charitatiuum de se meritorium videretur interdictum, & esset pœnæ inductiuum ɔ̄ communem legem, arg. ad hoc sunt, ff. de iur. do. l. cum in fundo, & deterioris ɔditionis diceretur talis se immiscens ex hoc,

Tutor qn̄q; ante inuentarium pōt administrare.

quia semel beneficiorum illorum rector uerus extitit ex dispensatione, quam alius, qui nullum ius in eis habuisset: & hāc credo fuisse mentem cōditoris huius capituli: unde eius uerba indefinita ciuiliter, & sine calūnia sunt intelligenda, ff. de leg. 2. l. debitor, §. ult. & dixi sup. in gl. 1. uerbis.

e ¶ Alioquin.] ad omnia supradicta referas: & expone, id est, si infra mensem, ut s̄. non elegerint, uel si nunc electa nō dimiserint, uel ad dimissa sine noua collatione redierint, uel eorum administationi se immiscuerint.

f ¶ Tam his,] s. non dimissis: si ad illa redire, uel administrationi eorum se immiscere pręsumpserint.

g ¶ Beneficijs,] s. uno curato, ut sup.

h ¶ Vt præfertur.] sup. in verbo, statuimus.

i ¶ Ipso iure.] & sic est canon latæ sn̄iæ, simile de elect. auaritiæ, & c. q̄ sit, cū simil. multis. Sed hic fortiter obstare vr̄ de p̄b. cum singula, §. statuētes, & §. circa eos, vbi nō eligentes ī. mensem, uel non electa dimittētes, non ipso iure, sed p sn̄iam priuant illis. Sed ibi in alio illi incurrunt maiores pœnas q̄ isti: cum ibi ex hoc fiant ineligibiles, & sic inhabiles nedum ad similia obtinenda bn̄ficia, imo ad maiora, hic aūt solum ad similia: quare ibi exaggeratur pœna in uno, mitigatur in alio: hic aūt non ita: Item hic fauorabilius est actum cum eis quam ibi, quia ex moderatione huius ɔstitutionis pmittitur duorum beneficiorum retentio de iure cōi se alias non compatientium: quare eius non debet perfru. beneficio, quam cōtemnendam censuerunt pro nouo beneficio vetus eligentes grauamen, ar. ad hoc, C. de iur. delibe. l. ult. si vero postquam, & §. sin autem. ibi autem non permittebatur, nisi solius nō vnius retentio: quare ibi minor pœna quam hic.

Oppositio textum.

K ¶ Inhabiles.] ista inhabilitas ambitionis vitio inducitur, ut de elect. dudū 2. de præb. cum singula, lib. 6. & sic collige hic illud quod dici consueuit, qui totū vult, totū pdit, simile de pręb. de multa, & d. c. cum singula, de despon. impu. c. accessit, de rescr. ex tenore, de transla. epis. & quanto, & arg. C. qui mili. non possunt, l. 3. lib. 12.

l ¶ Ad similia.] s. iam non obtentis, uel non dimissis.

m ¶ Beneficia.] s. cum cura dispensationem in sui retentione exposcentia. Nunquid igitur hæc inhabilitas illos reddidisse intelligitur inhabiles ad simplicia ruralia beneficia obtinenda? Dicas quod non, tum ob odiū pœnæ de sui natura restringendæ, ff. de pœnis, l. interpretatione. de pœni. dist. 1. pœnæ. Tum quia inhabilitatas ob pœnam ad maius assequendum, non censetur inhabilitatus ad minus, ff. de interdict. & releg. l. relegatorum, §. solet. Tum etiam quia in illis simplicibus hęc inhabilitas a iure non inducitur per hanc decret. ergo per hominem induci non debet, ff. de reli. l. at si quis, §. & generaliter, de sepul. viol. l. 3. §. non perpetuæ. 33. q. 3. §. in hoc. contenti enim debemus esse pœnis legib. comprehensis, ff. de verb. obliga. l. si ita stipulatio, tum etiam quia si huius canonis conditor voluisset inducere inhabilitatem in simplicibus, hoc utique expressisset, quod cum non fecerit pro omisso dēt haberi. de deci. ad audientiam. C. de cad. tollen. l. unica. §. sin autem ad deficientis. Tum etiam quia in certis beneficijs inducta non extenditur ad alia, de elect. statutum, lib. 6. Tum insuper, quia inhabilis de sui natura ad maiora beneficia consequenda, non sic inhabilis censetur ad simplicia, ideo ergo censeri debet de reddito inhabili ex aduentu per hanc constitutionem, argumen. extra de fil. presbyt. cap. 1. & ult. Quod autem dicit, similia, subaudias, & mentio uel maiora, de electio. dudum. & per ea, quæ dixi supra in parte prima, in uerbo, quamuis modicum.

Per hoc autē [a] ijs [b] qui dignitates, personatus, officia, vel alia beneficia curā aīarum habentia ex dispēsatione, quę ius [c]† tribuat iuxta nostram moderationem præscriptam [d], obtinent, & alia similia beneficia nostrornm, vel alias eorundem prędecessorum auctoritate litterarum expectant cum quibus [e] est, vt illa cum vacauerint, recipere, & vna cū obtentis retinere licite valeant, dispensatum, nolumus derogari, [f] quin ea cum [g] vacabunt infra dicti [h] temporis spaciū possint eligere, & dimissis [i] aliis recipere in forma p̄scripta [k], ac licite [l] retinere: pœnas [m] similes incursuri [n], si huius nr̄æ contraire [o] præsumpserint sanctioni [p]. ¶Porro [q] quia quorundam oculos [r] sic auaræ cupiditatis vitiū [s] excęcauit [t], quod plurima talia [u] bn̄ficia simul absque dispēsatione canonica retinere p̄sumunt: Nos de illis præsenti decreto [x] statuimus, vt omnia & singula beneficia sic [y] detenta, illo [z] tantum retento, quod vltimo [a] receperūt, dummodo in [b] eo ex collatione [c] canonica competat [d] ius eisdem, intra

† No.text. p̄ statuto faciē te mentionē de beneficijs q̄ iure obtinentur: nam ī tali veniūt beneficia dispensatiue retenta per tex. hic. Fōt.

a ¶Per hoc aūt.] s. qđ hic statuitur, non curatum beneficium ad aliud incuratū se alias nō cōpatientia, quia valeat eligere intra mēsem, & electa retinere, &c. omnia dimittere, & quod alias pœnas hic positas patiatur.
b ¶Ijs.] datiui casus est pluralis numeri.
c ¶Quæ ius tribuat.] vt quia est legitima, sufficiēs, & qua dicatur legitima s̄. notaui ī verbo, legitima.
d ¶Præscriptam.] dic vt sup. no. verbo præcedenti in gl. s. cum cura.
e ¶Cum quib. est.] sume verbum dispēsatum, quod est inf.
f ¶Derogari.] non immerito, quia qua ratione de pluribus iam obtentis vnum cum cura, & aliud sine cura possunt eligi eadem ratione de obtinendis, prætextu dispensationis, q̄ ius tribuat.
g ¶Cum vacabunt.] istud dicit, quia non vacātia effectualiter quisque eligere non potest, de conces. p̄b. c. qui in viuorum, 7. q. 1. non futuræ, & cap. eum qui, ff. de vul. & pup. substi. l. moribus, §. interdum, licet impetrans, cum clausula acceptandi incertum, puta primum uacaturum, uel ex causa secundum posset acceptare, quo ad hoc, ut manus ordinarij ligari dicantur, de conces. præben. quia cunctis, §. pen. & cap. ne captandæ, & ca. executor, de quibus contra hoc posset opponi, sed non obstat per iam dicta.
h ¶Dicti temporis,] scilicet mensis, ut sup. in uerbo statuimus.
i ¶Dimissis.] ab his. s. prætextu moderaminis huius cōstitutionis obtentis.
K ¶Præscripta.] supra in uerbo, statuimus.
l ¶Licite retinere.] ex huius capituli permissione etiā hic adde, quod dixi sup. in uerbo, dispensatione.
m ¶Pœnas similes.] s. illas, quas patiuntur illi, qui tempore huius decreta. plura talia beneficia obtinebant, & formam huius decreti non seruauerunt.
n ¶Incursuri.] s. priuationis ipso iure non dimissorum, prætextu moderaminis huius decr. obtentorum & inhabilitatis similium obtinendorum.
o ¶Contraire.] s. non eligendo intra mensem, vel non dimittendo beneficia non electa, vel ad dimissa sine noua collatione, & electione redeundo, vel eorum administrationi se immiscendo, vt sup. Sed a quo tempore computabis istum mensem? ipsum enim non potes computare a tempore notitiæ huius constitutionis, cū expectantibus post eius publicationem hic reseruetur ius. Dicas igitur ipsum computandum hoc casu a tempore notitiæ vacationis uere, uel interpretatiue beneficij recipiendi, iuxta, c. cum ei, de conces. præb. Cle. 5. nō ante per ea, quæ dixi sup. in gl. s. tempore publicationis, sicut nec habenti conferre currit tempus, nisi a tempore scientiæ, de conces. præb. quia diuersitatem, vtrum autem in illo præsumatur scientia, uel ignorantia vide quod not. Host. eo. tit. c. ex parte astensis, super verbo, recurrerunt.

Sanctio quid est.

p ¶Sanctioni.] sanctio proprie est principis constitutio pęna adiecta. 3. dist. summa, qualis est ista, ut patet sup.
q ¶Porro.] Tertia pars.
Oculos.] s. interioris intellectus, de illis loquitur non de corporalibus, ut alibi de ele. quorundam. lib. 6. Oculi enim tales debent esse deputati ab omni consciētiæ prauitate, 1. qō. 1. multi, de hoc in d. c. quorundam, oculi uero corporales debent esse pudici ab omni immundo aspectu. 31. q. 5. qui uiderit, aliquando uero certæ personæ administrandæ rei præpositę dicuntur oculi, qui peruigiles, & prouidi debent esse in agibilibus, 93. dist. diaconi, 6. q. 1. c. oues, extra de offic. archi. ad hoc, §. 1. 29. dist. c. pœnis.

Oculi sunt duplices.

s ¶Vitium.] ergo vitandum, cum sit animarum deuoratiuum de usu. cap. vsurarum. lib. 6.
t ¶Excæcauit.] not. auarum dici cęcum, quia non habet oculos interioris intentionis ad Deum, 47. distin. sicut, de elect. auaritia, & c. quorundam, lib. 6.

Auarus quilibet cæcus est.

u ¶Talia beneficia.] quæ in parte pręcedēti uocantur legitima, vel sufficiētia, & hęc uerba synonima reputātur quo ad hoc: quia idem in effectu significant. si enim est canonica, per consequens legitima. 3. dist. cap. canon. iuncta l. 3. ff de legi. Item ex consequenti sufficiens: quia cum talis dispensatio lex priuata dicatur. 3. dist. c. priuilegia, nihil imperfectum, nihil insufficiens continere debet. C. qui mili. pos. uel nō, l. si quis seruum, lib. 12.
x ¶Decreto.] quid sit proprie decretum, uide quod no. 3. q. in summa.
y ¶Sic detenta.] s. sine dispensatione.
z ¶Illo tantum.] in hoc strictius agitur cum istis cum dispensationem non habeant, quam cum alijs habentibus, ut patet in parte præcedenti, & ratio ibi ex textu colligitur.
a ¶Vltimo receperunt.] sed quare magis permittitur illius retentio, quam aliorum: Potes dicere ideo, quia, & si alia fuissent legitime quæsita per effectualem susceptionem vltimi: prima omnia vacassent sicut uacaret primum vnicum, de præbend. de multa, & eodem tit. cum singula lib. 6. nisi ex dispensationis virtute aliud contingeret, uel nisi ex causa in primis, uel primo detineretur beneficiatus, ut not. 21. quæstione 1. si quis iam translatus, & per Pet. de Samp. dicto c. de multa.
b ¶In eo.] s. ultimo recepto.
c ¶Ex collatione canonica.] Sed qualis collatio poterit hic dici canonica: cum detentio plurium beneficiorum iniusta quem a promotione repellat, de elect. dudum 24. Dicas ꝙ illa, quæ facta fuit a Papa, non obstante prædicta iniusta detentione, uel ab alio potente illam impromouibilitatē tollere, arg. de præben. ca. non potest. §. pen. lib 6. 1
d ¶Competat ius.] Not. per solam collationem canonicam etiam sine traditione tribui ius in beneficio, ut hic, & de præben. si tibi absenti & c. quorundam, in fi. libro 6. & cap. accedens. Sicut & in vltimis uoluntatibus rei relegatæ dominium sine traditione transit in legatarium, & rei donatæ in Ecclesiam, ff. de legat. primo, si tibi homo cum seruus, de leg. secundo, cum pater, §. surdo, quemadmodum ser. ami. l. si partem, §. 1. de furtis, l. a Titio, C. de sacrosanct. eccles. l. vlt. Vnde pro

1 Vide, quæ ibi no. Doct. in 1. col. & quæ ego notaui in cap. si gratiose. de rescr. libro 6. Font.

bene

tempus (vt prçſcribitur) limitatum,[a] verbo [b] & facto,[c] ac ſine [d] fraude coram [e] ordinario ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Qđ [f] ſi non fecerint, etiam illo [g] ſint ipſo [h] iure priuati, in quo ius eis alias competebat, & inhabiles penitus ad quecunque [i] obtinenda eccleſiaſtica beneficia cēſeantur. Quid vero [k] deinceps [l] receperint [m] dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium animarum curam habens [n] annexam, ſi antea ſimile [o] beneficium obtinebant, illud (quo ipſo [p] iure poſtquam ſecundi poſſeſſionem [q] habuerint,[r] vel per eos oī dolo, & fraude ceſſantibus [s] quominus habeant, ſteterit, priuati noſcuntur) abſque moræ [t] diſpendio in ordinariorum [u] manibus dimittere [y] debeant pari [y] modo: Alioquin [z] extunc [a] ſint ipſo [b] iure ſecundo priuati, & nedum ad [c] ſacros ſuſcipiēdos ordines,

beneficio collato, & eius iurib. agi poteſt per beneficiatum actione in rem etiam poſſeſſione nondum apprehenſa per dicta iura, ſic etiam not. Compoſt. de conſti. cum M. in rebus profanis regulariter ſecus eſt, C. de rei vendic. l. ſeruum. de pac. l. traditionibus, 1 ff. de fur. l. eum qui. cum ſimil.

1 Hinc eſt ꝙ poſterior emptor, cui primo res eſt tradita, præfertur primo emptori, cui res tradita nō eſt l. quoties. C. de rei ven. de qua l. vide Hipp. in l. qui duobus. ff. đ fal. & ad iſtā gl. faciunt not. in cap. ſi tibi abſenti. de p̄b. lib. 6. & Inn. in c. inter cetera. de præb. & vide quæ notaui ad ſi c. de conceſſ. p̄bē. lib. 6. Fon.

Sicut aūt inter iſta eſt differentia in acquiſitione iuris, ſic etiā eſt differentia inter iſta in acquiſitione poſſeſſionis, ſuper quo vide, quod plene no. per Innoc. de reſtitut. ſpol. cap. in litteris, ſuper uerbo, prius.

a ¶ Limitatū.] ſ. menſis, ut in parte præcedenti.

b ¶ Verbo.] hoc eſt, quod ſup. dixerat, verbaliter, & dic ut ibi dixi.

c ¶ Et facto,] ſup. dixerat realiter in parte præcedenti, ſed idē eſt in effectu.

d ¶ Sine fraude,] q. d. non retinendo illa per aliquam perſonam ſubmiſſam, & hoc deſignat, ꝙ in parte præcedenti dictum fuerat, cum effectu.

e ¶ Coram ordinario,] ſuper hoc verbo, & ſequenti dic, ut ſup. proxi. §. dixi.

f ¶ Quod ſi non fecerint,] .i. ſi beneficia omnia obtenta ſine diſpenſatione excepto ultimo rite collato verbo, & facto ſine fraude non dimiſerint.

g ¶ Etiam illo.] ſ. vltimo recepto, in quo eis ius quçſitum fuerat ex canonica collatione ut ſequitur.

h ¶ Ipſo iure.] dic, ut dixi in uerbo ſimili, ſup. prox. §.

i ¶ Ad quæcunq;.] magis generaliter ſeu vniuerſaliter in hoc §. incurritur inhabilitas iſta, quam ſup. §. proxi. vnde dicit quæcunque nedum ſimilia non dimiſſis, de quibus non eſt dubium per §. præcedentem, imo etiam diſſimilia, puta inferiora etiam ſimplicia, cū dicat quæcunque. ar. ff. de hære. inſt. l. hoc articulo, ext. de maio. & obed. l. ſtatuimus. illa quæ alias diſpenſatione præcedente legitime poterant retineri, & ad quæ dimittenda quis nullatenus arctabitur, vt quem maior prçcedit culpa, maiori plectatur vindicta. 50. diſt. c. quia tua, & c. in quo maior eſt culpa, & ext. de hæret. excōmunicamus, §. credentes, & de cler. excom. mi. latores, & ff. ad legem Aquil. item Mela. §. ſi plures, ad legem Corn. ne ſicar. l. vlt. cum ſimilib.

k ¶ Qui uero,] Quarta pars.

l ¶ Deinceps.] poſt huius decre. editionem.

m ¶ Receperint,] iuſte, uel iniuſte, puta per uiolentiam vel intruſionem, de præb. eum qui lib. 6.

n ¶ Habens annexam,] ſuper hoc verbo & alijs, quæ præcedunt, dicas ut dixi ſup. circa princ. decre.

o ¶ Simile.] puta dignitatem perſonatum, uel officium, etiam ſine cura, vel quodcunque aliud cum cura; quia quo ad habendam pluralitatem idem iudicium eſt de illis, licet non curatis, & alijs curam habent. b. extra de præb. de multa §. hoc idem. de ele. dudum 2. §. ſed cum in iure: non autem quo ad omnia alia, ut colligitur, de æta. & qual. c. 1. iuncta decre. licet canon. de ele. lib. 6. & colligi etiam poteſt extra ne cler. vel mo. c. ſuper Spec. iuncta decre. ſtatutum. eo. tit. lib. 6.

p ¶ Ipſo iure.] quaſi dicat, non expectata ſnīa hominis cum ſit ſnīa iuris. Et ubi conſtat quem ipſo iure priuatum, uel alias ius non habere in beneficio, quod detinet de facto expelli ab illo per iudicem poteſt, nec poteſt dicere ſe ſpoliatum, & ſic reſtituendum, quia iudex ep̄s magis exequi ſui beneficij debitum dr̄, quam violentiam inferre, ſic no. Inn. & Hoſt. poſt eum, de reſtit. ſpol. c. accepta, & de fil. presb. conſtitutus.

Bn̄ficiū de facto tm̄ obtinens, ab ep̄o expelli p̄ot.

q ¶ Poſſeſſionem,] ſ. pacificam, & ſuper hoc ſi placet videas, ꝙ dixi, & notaui de elect. commiſſa. lib. 6.

r ¶ Habuerint.] ſubaudi, & fructus ex eo percipere potuerint: alias primum quis dimittere nō tenetur, de præb. c. ſi tibi conceſſo, lib. 2. 2

2 Vide ꝙ ibi not. ad text. Font.

ſ ¶ Ceſſantibus,] nā dolum, vel fraudem adhibentes, in conſequenda poſſeſſione haberi debēt quo ad hoc pro poſſidentib. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. hoc interdictū, & de reg. iu. l. qui poteſt facere. ſicut per contrarium dolo deſinentes poſſidere, pro poſſeſſorib. ſunt habendi, ff. de rei uendic. l. ſi autem, §. primo. de reg. iur. l. parem, & eod. tit. c. pro poſſeſſore, lib. 6.

t ¶ Abſque moræ diſpendio.] q. d. non expectata ſententia priuatoria facti, uel litis conteſtatione, omiſſa facti allegatione, ut alibi, & ſimili modo exponi, & dici conſueuit, de reſcrip. c. ab excommunicato. de præben. ſi beneficia, lib. 6.

v ¶ Ordinariorum,] qui ſint illi cauetur inf. prox. §.

x ¶ Dimitere,] hæc dimiſſio ad factum ſolum refertur, cum iure in illo competenti ſint priuati. ut ſup. dr̄ ſicut alias contingit de ele. noſti, & ibi no. cum ſim.

y ¶ Pari modo,] ſ. verbo, & facto, & ſine fraude cū effectu, & ſub teſtimonio publico, ut ſup. proxi. §. & præcedenti, quod dic, ut ibi dixi.

z ¶ Alioquin,] i. ſi primum adepta poſſeſſione ſecundi, uel per eos ſteterit in ordinariorum manibus ſine mora non dimiſerint uerbo, & facto ſine fraude.

a ¶ Extunc,] non ergo ante, ut dix. ſup.

b ¶ Ipſo iure ſecundo priuati,] per hoc patet, quod hçc decre. eſt canon latę ſnīæ, nedum in priuando quem primo beneficio tali per ſuſceptionem ſecundi ſimilis, imo & etiam priuando illum ſecundo, vbi illud non dimiſerit prout hic ſtatuitur, olim autem videbatur ſententia neceſſaria quo ad priuationem ſecundi, de præben. de multa, ver. ſed ſi forte, vbi dicit, etiam alio ſpolietur, non dicit ſpoliatus ſit, & eodem tit. cum ſingula. lib. 6. cum dicit, repellatur, non dicit repulſus ſit, ut alias in ſimili dici conſueuit, & notari de foro compet. ſi diligenti, de exceſſ. præl. grauem, 11. quæſt. 1. inolita. C. de iur. omn. iudi. l. in criminali. unde ui, l. ſi quis in tantam. In quibus, & ſimilibus ſententia priuatoria eſt neceſſaria, quia ipſo iure, uel eo ipſo non inuenitur inflicta. Et ita ſecundum hoc decret. de multa. dicetur per iſtam in hoc correcta, 3 uel trahetur ad iſtam, ut uerbum ſpolietur, ibi poſitum exponatur, id eſt ſit ſpoliatus, uel ſpolietur de facto, quatenus de facto tenet. cum ipſo iure ius ſibi competens in illo amiſerit, ut hic dicitur, certum eſt enim, quod hæc decre. exaggerat pœnam, & inducit alias duas nouas, quę ſtatim ſequuntur, quę ipſo facto incurruntur, & quę in dicta decre. non erant.

3 Circa iſtud punctū vide ibi Pan. Fōt.

c ¶ Ad ſacros,] de non ſacris nihil ſtatuitur hic, quare non uidentur prohibiti ſuſcipi. ff. de interdi. & relega. l. relegatorum. §. ult. extra de bigam. c. 2. cum ibi no. per Hoſt. de cle. du. in duello, c. Henricus, 50. diſt. quicunq;, & c. placuit.

a ¶ Quod

quin etiam ad habendum quodcunque[a] beneficium ecclesiasticū inhabiles reputentur. Quæ omnia & singula beneficia vacatura [b](vt præmittitur)[c] vel dimissa,[d] nostrę [e] & sedis Apostolicę dispōni de ipsorū fratrū cōsilio reserua mus.[f] Inhibentes,[g] ne q̄s pter Romanū Pontificē [h] quacūq;[i] sit sup hoc auctoritate munitus, de hmōi [k] beneficijs disponere, [l]

a ¶Quodcunq;,de hoc dic,ut dixi sup. pxi.§.in gl.vlt.

b ¶ Vacatura.]s.ipso iure ex dispositione huius constitutionis.

c ¶Vt præmittitur.]s.præcedēte dispensatione electis duob. uno cum cura, alio sine cura,uel illis nō electis, uel ceteris nō dimissis,uel dimissis,si ad alia quis sine noua collatione redierit, vt s̄. in §.nos itaq;, vel nulla p̄cedente dispensatione retentis plurib.illisq; non dimissis,retēto ultimo rite collato. iuxta,§. Porro,vel scd̄o simili suscepto,& primo nō dimisso,iuxta istum §.in his.n. inducit̄ vacatio p hanc constōnē,in oīb.in §.nos in ultimo receptis in §.porro & in isto,& hunc intellectum innuit, §.sequens cū dicit,ut p̄mittit̄ perditis:nisi.n.sic intelligas, videret̄ hic innui, ꝙ omnia beneficia in futurum vacatura per susceptionem similium essent hic collationi Papæ reseruata,& super eis sublata potestas ordinarijs, uel Legatis sedis Apost. Cardinalibus conferendi, ꝙ est expresse ȝ decre.de multa,§.his quoque, & ȝ decr. cum singula. §.statuentes,ēt de præb.& haberet dici necessario,ꝙ illa iura cum suis similibus sint correcta,& non est verisimile conditorem huius canonis hoc sensisse, arg. de ele.ecclesia 2.§.denique,C.de inof.test.l.si qñ, nam iurium correctio uitanda est,de elect.cum expediat,lib.6. in corpore Auth.de admi.off.in fi.coll.3.nec uoluisse in tātum restringere ptātem ordinariorum in bñficijs conferendis,in magnum forte periculum diutinæ vacationis,ar.extra de priu.pastoralis. de præb.statutū, lib. 6.vr̄ ergo intelligendum hic reseruationem factam esse de beneficijs,quę per hanc constōnem uacare censetur, & quæ alias non uacarent,ut sic hoc intelligatur in q̄tum minus derogare dicetur alijs iuribus coīb. argu.de rescri.c.causam,quæ,de consue.cum d lectus,ff.de legi. l.sed & posteriores,iuxta id quod alibi statuitur, quoties enim sermo duas significationes exprimit,ea potissime recipiatur,quæ rei agendæ aptior est, i.iuri cōi nō contraria,ff.de reg.iur. l.quotiens idem sermo.& alibi legitur,quotiens sine captione nihil inuestigari potest, eligendum est,quod minus habet iniquitatis,ut eodem tit.l.quotiens nihil, & opinor hanc mentem fuisse conditoris huius capituli.

Iurium correctio vitanda est.

d ¶Vel dimissa.] intellige prætextu dispensationis sublatæ,ut statuitur sup. in §. nos itaq;. quid ergo si nulla sint dimissa, iuxta illum §. sed habens dispensationem super pluribus omnia de facto retinuit cōtra hanc decre. q̄ & qualia tanq̄ dimissa dices hic reseruata? Vr̄ ꝙ nulla,sed dic,ꝙ saltem censebuntur reseruata tanquam pro dimissis habenda,uel tanquam uacatura, ut dixi in gl.præcedenti. Non sic autem de obtentis pluribus sine dispensatione,iuxta,§.porro.illa eñ tanquam uacatura per lapsum mensis nō pñt dici reseruata, cū tpe huius constōnis editæ uacarent, sed nec tanquā dimissa, ubi dimissa non fuerunt, nisi diceres ipsa pro dimissis fore habenda. Sed si ponas ipsa dimissa,censebuntur ne ipsa reseruata? Videtur quod non:sicut nec dimissa prætextu adeptorum secundum similium, cum hic uideatur Papa reseruasse solum illa,quæ per hanc constitutionē ipso iure dicuntur uacare,ut dixi in glo.præcedenti,vel quæ sunt dimittenda ex dispositione huius constitutionis,non autem alterius.

e ¶Nostræ & Sedis Apostolicæ,]differētiā collige inter ista,de rescrip.c.si gratiose.lib.6.ff.loca.l.4.sed in casu præsenti quo ad effectum reseruationis nulla vr̄ dr̄ia, quia licet hæc reseruata per cōditorē huius constitutionis non conferuntur,remanerent cōferenda per successorem,cum nedum sibi reseruauerit,sed & sedi ipsi,quę non moritur,ut dicto c.si gratiose, & argu. in corpore Auth.qūo opor.epi.§. licentiam,coll.j. 12.q.1.c.liberti.

f ¶ Reseruamus,] sed supposita plenitudine potestatis iuxta quam Papæ dici non pōt,dñe cur ita facis? de pęn. dist.3.§.ex persona,si quæras a me quę potuit esse causa rōnabilis,ꝙ ipse talia bñficia ad se reuocauerit conferenda,possum rñdere quod cum solicitudo onerosa Pontificalis officij Papę imposita,ut in extrauaganti eiusdem dñi Papę, quæ incipit:Ad onus, multis indigeat ministris [cū messis quidē multa, operarij uero pauci,21.dist.c.in nouo] vocandis per eū in partem solicitudinis, 2.q.6.c.qui se.ext,de vsu pal.c. ad honorem, quos remunerare tenetur, nec non illos qui suis antecessorib.seruierunt, 12.q.2.c.hoc hmōi,& c.charitatem,& c ecclesiasticis,& ad eius sedē cōfluant, vndecunq; clerici indigentes, q̄b. paterna prouisione subuenire tenetur,maxime ne in cleri opprobriū mendicare cogantur,93.dist. c.diaconi,ext.de renun.cap.ad supplicationem, habeatque multis mundi magnatibus [illis potissime, qui Dei Ecclesiam in multis dotauerunt,uel illorum antecessores, & qui Ecclesię Dei fuerunt deuoti filij, & defensores] se fauorabilem exhibere,de rescr.Sedes Apostolica,in beneficijs conferendis ad eorum instantiam, ut ad subsidium Ecclesię pro tempore citius inducantur, & ne alias ab eo retrahantur,argu.C.de bon.quę libel.2.ff de ope.pub.l.2. iustū fuit,& æquū adinuenire modum, per quem Papa possit de multis beneficijs prouidere,ut per eū iusta fiat distributio de eisdem, ut in princip.huius capituli,potissime cum in eo donandi immensitas mensura dicatur, in corpore Authent.de non alienan. aut permu.re. eccles. §.si minus, coll.secunda,& ista potest dici ratio, quare beneficia uacantia per alium, quam per eum regulariter conferri non possunt,de pręb.licet ecclesiarum, lib. 6.& ibi de hoc dixi.

Papa multa bñficia sibi reseruat cū multis prouidere dēat.

g ¶Inhibentes,] post talem inhibitionē,uel reseruationem ligata sunt manus ordinarij, ut tunc cōferre non possit,ar.de rescr.tibi qui gratiam,de conce.pręb.c.executor,& c.si capitulo,li.6.cum sim.

h ¶ Romanum Pontificem,] subaudi,uel alium ab eo super hoc potestatem habentem,de pręben.licet, lib.6. tunc enim per alium faciens, hoc ipse facere censetur de reg.iur. c. qui per alium, li.6.oīa enim nostra facimus,& c.C.de vet.iur.enu.l.1.§.sed neque, ext. de pręben.si Apostolicę,lib.6.

i ¶Quacunque.] etiam legationis Cardinalis, cum sic indeterminate,& uniuersaliter loquat̄,& nihil excipiat arg.de maio.& obed.c.solitæ,circa fi.de hære.inst.l.hoc articulo,& ext.de præb.c.licet,lib.6. ubi sunt uerba similia,& magis specificata,quam hic, licet alias ex virtute legationis suæ posset conferre beneficia, etiam ad collationem sedis Apostolicæ deuoluta de præb. ca.uenerabilis.

k ¶Huiusmodi beneficijs,] s.dispositioni Sedis Apostolicæ reseruatis.

l ¶Disponere,]puta illa conferēdo, uel ad ipsa aliquem eligendo,uel de eis prouidendo. An autem per hoc videatur laico patrono interdicta ptās præsentandi ad talia bñficia.Sentire vr̄ Gul. ꝙ non, de pręb.c.licet,cū de iure pręsentandi non fiat mentio. Itē q̄a qui præsentat aliquem ad beneficiū nihil disponit de ipso,cū per præsentationem aliqd̄ ius in eo nō q̄rat̄, de re iud.cū Berthold.& ibi no.in 3. gl. sed textus huius indefinitas,& vniuersalitas contrarium innuit, potissime cum statim subiungat, uel alias innouare quoquomodo præsumat, nulli autem uenire debet in dubium,quin per præsentationem aliquid in beneficio innouari dicatur, cum alteri quàm præsentato de iure conferri non possit,fal-

Præsentato ius ex præsentatione non q̄ritur.

ieiu

vel circa illa per viam permutationis [a], vel alias [b] innouare quoquomodo præsumat. Nos enim si secus actum, seu attētatum fuerit, irritum [c] decernimus & inane.

¶ Ceterum [d] ordinarios intelligimus in casibus [e] supradictis Episcopos [f], in quorum ciuitatibus [g], vel diœcesibus cōsistunt beneficia seu aliquod eorum, quæ debent secundum [h] præmissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere commorantur [i], vel Ecclesijs cathedralibus [k] vacantibus [l] capitula eorundem [m]: & hi [n] de beneficiis tam dimissis, quam (vt præmittitur [o]) perditis [p], nos [q] vel Apostolicam sedem [r] certificare studeant quamprimū [s] commode poterunt indilate [t], vt de illis salubriter disponere valeamus. [u]

tem durāte præsentatione, & agi pōt, vt præsentatio admittatur d.c.cum Bertholdus.cum ibi no. maxime si sit facta a clerico, cum illa vim electionis habeat no. Inno. de iure pa.cum autem, nec ille variare possit, ibi, & eo. tit.c.pastoralis, & si præmissa vera sint, vr̄ hic patrono ēt laico, sublata præsentandi potestas, qđ fieri bene potest per Papam cum de sola gratia ius patronatus in laico toleretur, 16. qu.5. si quis epōrum, extra de iure pat.qm̄, & quo ad illud sit de foro Ecclesiæ, ext.de iu.quāto, ad hoc ēt notari consueuit ext. de iure pa.c.cum dilectus.

a ¶ Permutationis.] igitur permutatio de talib.etiam vacaturis hic est inhibita tam quam per reseruationem, inhibitionem, decreti interpositionem affectis, arg. extra de concess.præb.si capitulo, & c.si soli, lib.6.

b ¶ Vel alias.] puta translationis de aliquo beneficio ad alia faciendæ: vel forte illa alteri vniendo, vel alia diuidendo, vel alia submittendo, vel censum eis imponendo, vel similia faciendo, cum hic gn̄aliter dicatur innouare quoquo modo. Vel potest dici alias innouare, puta ad illa aliquem præsentando, vt dixi sup.proxi.

c ¶ Irritum.] hæc clausula ligat penitus etiā ignorantes de præb.si postquam, & c.dudum, de rescr.c.tibi, lib.6.

d ¶ Ceterum.) quinta pars.

e ¶ In casibus suprascriptis.] In §.nos itaque, & §.porro, & §.qui vero, & per hæc verba innuit, & denotat, ꝙ alias sint vel esse possint alij ordinarij, quam Episcopi, vt supra notaui in §. nos itaque, in uerbo coram ordinario.

f ¶ Episcopos.] intellige etiam talium beneficiorū collationem non habentes, cum generaliter loquatur, & hoc innuit textus sequens de capitulis ecclesiarum cathedralium mentionem faciens, ad quæ certum est de iure communi beneficiorum collationes non spectare, extra ne sede vac.cap.illa.cum sim.

Eps est triplex, s.originis domicilij, & beneficij.

g ¶ Ciuitatibus, vel diœcesibus.] disiunctiue ponuntur hæc duo, quasi vnum non sit reliquum, de rescrip.cap. Rodulphus.

h ¶ Secundum præmissa, s.in §.nos itaque. & in §.porro, & §.qui vero.

i ¶ Commorantur.] Episcopus igitur beneficij, & Episcopus domicilij hic ordinarij quo ad hoc sunt censendi: simile extra de temp.ord.c.cum nullus, lib.6. Si quæras quare hic conditor canonis non reputauit superiorem ordinarium Episcopum originis sicut ibi? Potest dici ꝙ ex causa ibi de illo, & alijs fit mentio, ut liberius & facilius possit quis ad ordines promoueri ab alieno Episcopo, cum a pluribus possit licentiam obtinere, & hoc denotatur ibi cum dr̄, hoc casu: hic autem non curauit conditor de originario episcopo facere mētionem, cum facilius coram ordinario domicilij (cum ibi commoretur beneficiatus) possit beneficia dimittere, vel saltem corā ordinario beneficij, cum sub illo in dubio præsumatur beneficiatus domicilium hr̄e, vt notat Inno.de priui.ex ore, quam coram ordinario originis, qui beneficia dimittenda in sua diœcesi forte non habet, nec personam habentem illa dimittere, saltem quoad forum, vt no.ff.ad municip.l.assumptio, §.1. Sed cū in loco originis dicatur quis. hr̄e domicilium regulariter, & quo ad honores, & quo ad munera, ff.ad municip.l.ordine, §.vlt.de mune. & hono.l.& qui originē, non vr̄ probabilis ratio, quare non sic talia possent dimitti beneficia coram ordinario originis sicut coram ordinario domicilij, vel beneficij, cum ille sicut iste Papam certificare possit de beneficijs dimissis coram eo. Sed cum textus ordinarios tm̄ reputat Epōs beneficij, vel domicilij, vel capitula ecclesiarum cathedralium eorundem, & nihil de ordinario originis dicat, non audeo dicere, ꝙ coram illo dimittendo quis beneficia satisfaceret huic constitutioni: vnde ex quo sic scripta est, seruanda est, 6.qu.3.scriptū est, 19.dist.in memoriam, ff.qui & a qui. l.prospexit, & in dubio verbis constitutionis habet stari, ff. de exerci.act.l.1.§. si is qui. ver. in re igitur, ad muni.l.constitutionibus, vt pœnæ hic impositæ euitentur. Ratio autē quare sic scripta est, potest reddi: quia Episcopi illi, & maxime Episcopus beneficij plenius Papam certificare poterunt de dimissione beneficiorum potissime reali, quam Episcopi originalis, ar.extra de præsumptio. c.quosdā, & c.quanto, C.de rescin.vend.l.quisquis.

k ¶ Cathedralibus.] id est Episcopalibus, ob honorem cathedræ sic dictis, arg.de offic.ordi.conquerente, de dona.pastoralis.

l ¶ Vacantibus.] intellige qualitercunque siue morte, siue renunciatione, depositione, translatione, uel alias. quoquomodo, cum indistincte loquatur, arg.7.q.1.§.ecce quibus, ff.de bono. posses.contra tab.l.1.§. ulti. pro socio.l.actio.§.publicatione. Et quia vtrobique est eadem ratio: hoc igitur casu capitulum cathedralis Ecclesiæ uices sustinet Episcopi, quo ad beneficiorum dimissionem recipiendam, licet ipsa, uel alia de se non conferant, ne sede va.illa.

Vacatio multipliciter cōtingit.

m ¶ Eorundem.] s. Episcoporum beneficij, & domicilij, ut supra.

n ¶ Et hi.] s.Episcopi: vel eis deficientibus, capitulum.

o ¶ Vt præmittitur.) sup.in tribus proximis, §.

p ¶ Perditis.] sed de quibus perditis hoc intelliges? dices ne loqui de perditis illis, quæ retineri poterāt: quia alia non dimittuntur iuxta præcedentes, §.ut eorum collatio spectet ad Papam: dicas quòd sic: mēs fuit enim conditoris huius canonis suæ collationi reseruare omnia beneficia, quæ ipso iure per hanc constitutionē vacare censentur, ut sup.dixi.

q ¶ Nos.] s.viuentes.

r ¶ Vel Apostolicam sedem.] s.nobis ad æternæ salutis gaudium euocatis. Vel potes dicere sedē Apostolicā ēt nobis uiuētibus, cum ibi sit Papa, ibi sedes Apostolica, ut notaui sup.in §.nos itaque, in uer.Romanæ Ecclesię.

s ¶ Quam primum commode.) s.arbitrarie, iuxta regionum longinquos, uel propinquos uiaium discursos, ar. de ele.c.cupientes, & c.quam sit lib.6.de appel.cum fit Romana, C.eo.tit.l.cum post, & est simile huic de cle. ægro.c.unico, §.si autem Episcopus, lib.6.

t ¶ Indilate.] i.absque torpore, mora, uel negligentia.

u ¶ Valeamus.) non dicit; de perditis aliquid ꝙ de illis ualeat disponere tanquam per hanc constitutionē reseruatis: quare facit pro hoc ꝙ dixi in uerbo; perditis, sed cum quantum ad certificationem Papæ faciendam, hic æquiparari uideātur dimissa, & perdita, vr̄ ꝙ sicut illa sunt hic reseruata, ita & perdita. Sed ad hoc potest dici, ꝙ licet de hoc sit Papa certificādus, ut ualeat de illis disponere, non ex hoc sequitur, ꝙ de omnib. ut de reser-

uatis

uatis disponat, vèl disponere velit, alias hæc reseruatio iuris cōis sublatiua, potestati ordinariorū derogatiua, & sic odiosa ampliaretur, & extenderetur ad casus non expressos, ꝙ de iure tolerabile non vr̄: per hoc aūt ꝙ dicit, salubriter disponere valeamus: vr̄ innui, quòd Papa sit certificandus de talibus beneficijs, & eorum qualitatibus, quia illarum expressio aperire, & parare potest viam salubri dispositioni Papæ.

¶ Quantum [a] autē ad modificationem attinet ante factam [b]: illa dumtaxat, & non alia beneficia Ecclesiastica [c] quocunq; nomine [d] nuncupentur, curam animarum habere censemus quæ parochias [e] habent, in quibus est animarum cura, nō per vicarios [f] perpetuos, sed per rectores aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales [g] vicarios exercenda: necnon & illa, quorum ministris ratione beneficiorum huiusmodi competit visitare [h], inquirere [i], procurationes [k] recipere, suspendere [l], excommunicare [m] seu ab excommunicationis, & suspensionis sententiis absolue-

a ¶ Quantum autē,] sexta pars.

b ¶ Ante factam.] s̄. §. nos itaque, s. ꝙ q̄s vnam dignitatē personatum, offm̄ prioratum, Ecclesiam, vel aliud bn̄ficium cū cura possit cum aliquo, vel alio simili sine cura licite retinere.

c ¶ Ecclesiastica.] qualia sunl illa proprie, quæ clerico tantum cōceduntur in perpetuum, id est ad vitam, quę residentiam exposcunt, q̄ exigit omne beneficium, nisi de contrario constet, vt nota, per Inno. de cle. non resi, clericos, & de talibus dr̄, quod sine canonica institutione detineri non possunt, de insti. ex frequentibus, de reg. iur. c. 1. lib. 6. ad differētiam illorum, quæ conferuntur etiam laico tanquā bene merito, 16. q. 1. c. possessiones, & q. 6. c. illud, C. de sacrosan. eccle. l. iubemus, 12. qu. 2. quicunque suffragio, uel causa pietatis, 12. q. 1. quia tua. 2. 2. dist. c. si qui vero.

d ¶ Nomine.] de nomine enim curandum non est, ex quo constat de corpore, arg. extra de procura. petitio, ff. de hære. insti. l. quotiens, cum simi.

e ¶ Parochias.) sed quæ beneficia hr̄e dices parochias? Dic, vt not. per Gar. & Guido, de elec. licet canon, lib. 6.

Curam insolidū pn̄t plures in eadem ecclesia hr̄e.

f ¶ Vicarios perpetuos.] beneficia igitur in quibus instituuntur uicarij perpetui, nō dn̄r quo ad hanc modificationem habere curam, quin cum alio curato possint retineri, ut hic, & de præb. super eo. lib. 6. de se tn̄ curata sunt quo ad vicarios ipsos, ut not. Ber. de offic. uic. ex parte. Sed an rector principalis nihilominus dicatur curam habere? Dicas quòd sic, quia cum spiritualē iurisdictionem super vicariū & alios habeat, ut d. c. super eo. curam habere dicetur, de elect. dudum, & inf. statim sequitur, sic sentit. Host. de præb. exposuisti, de fi. presby. cōst. tutus, in uerbo perpetuus, & in c. ad hoc, super uerbo, præfuerunt. Non enim est inconueniens, quòd in eadem Ecclesia sint plures curam in solidum habētes uno super alio existenti, no. Inno. de præb. cum non ignores ad hoc facit in arg. efficax iste textus: quia cum tantum quo ad modificationem præfatam tales Ecelesiæ habentes uicarios, non dicantur habere curam quo ad rectorē principalem, ut hic: ergo alias censentur quo ad illū curam habere: alias quo ad modificationem istam nihil specialitatis induceretur per hanc decre. argu. ad hoc de præb. lib. 6. præsenti, §. loca, de rerum permuta. §. 1. Itē quia statutum in certo casu singulariter, in alio effectū suum non extendit, arg. ff. de leg. 3. l. hæres meus, §. 1. de aur. & arg. leg. l. 1. §. item si duæ.

Vicarius tēporalis curā suo noīe nō exercet, ꝙ tn̄ facit perpetuus.

g ¶ Temporales uicarios.] ideo sic dictos: quia ad tempus, non in perpetuum duratura est eorum uicaria: puta cessante causa, uel lapso tempore, ob quam & usque ad quod talis uicaria concessa est, extra de appel. peruenit, & de æta. & quali. c. ex ratione, de ele. cum ex eo. §. porro, lib. 6. & talib. committenda est cura per ordinarium, ut in dictis iuribus, & de offic. archi. cum satis. Si quæras quare illa bn̄ficia, quæ reguntur per uicarios tēporales non dicuntur incurata, sicut illa, quæ reguntur per perpetuos? Respōdeo, quia rector principalis per tēporalem uicarium deseruiendo per seipsum deseruire, & curam exercere censetur, cum ille iure suo hoc non faciat, arg. extra de resti. spol. cū uenisset, ff. de acq. poss. l. quòd meo. secus autem est in perpetuo, qui nomine, & iure suo curam exercet, & pro illo iure agere, & defendere se potest de iud. eum deputari, de prob. ex litteris, cum beneficiū propriū dicatur habere de rescr. postulasti.

Inquisitio an possit fieri infamia nō precedente.

h ¶ Visitare.] Ista, q̄ sequunt̄ reddunt beneficium curatū, ut hic & de elect. dudū; & ad quid teneatur ille, qui visitat faciendum uisitationis tēpore: Dic ut legitur, & no. de offi. ord. inter cetera, 10. q. 2. decernimus, & c. Episcopum, & c. placuit.

i ¶ Inquirere.] de inquisitione, quæ fit parte instante ex mero officio, qualiter & quibus præcèdētibus habeat fieri, uide quod legitur de accus. qualiter, tam per ordinariam & extra ordi. glo. & per Inn. de simo. licet Heli. ubi no. quod inquisitio, quę fit ex mero officio iudicis, fieri potest ètiam publica infamia non præcedente, & per hoc tolerari posse uidentur inquisitiònes, quæ fiunt per iudices moderni temporis tam ecclesiasticos, quam temporales, & pro hoc facit extra, ut eccles. benefi. c. ut nostrum.

Procuratio an possit tolli præscript.

k ¶ Procurationes recipere.] quæ recipiendæ sunt iuxta formam, c. cum Apostolus, de censibus, & contra talem procurationē, quæ debetur ratione visitationis de iure communi non currit præscriptio ex parte illius, qui ad eam tenetur, licet alius in eo possit eam præscribere: secus autem si debetur procuratio consuetudinis ratione: tunc enim per habentem etiam illam præstare, præscribi potest, extra de præscrip. cum ex officij, cum not. ibidem. In quibus autem, & de quibus rebus procuratio sit præstanda, uide quod not. Inn. de censi. Romana.

Suspensus ab officio an intelligatur suspensus a beneficio.

l ¶ Suspendere.] suspensio est multiplex de quo uide, quod not. per Compost. de consue. cum dilectus per Innot. de exces. præla. tanta. per Ber. de cle. excom. latores. Sed iuxta hoc quæro, si quis est suspensus ab offi. an intelligatur suspensus a beneficio? De hoc dic, ut per Ioā. And. extra de pœnis, c. fi. in glo. quæ incipit, nota nouā speciem, circa fin. cuius opinionem approbo, quando dr̄ in fi. illius glo. uidentur iste tres opiniones iungendæ, & sequendæ, &c. Dic breuiter, quòd aut suspensio inducitur ab homine propter crimen, quod constat forè commissum, & tunc extenditur ad beneficium, nisi ex causa illud sibi retineatur, ut not. dicto. c latores, & de cle. pug. in duèllo. Henricus, & ad hoc facit de purg. cano. c. 2. & c. inter solicitudines, cum ibi not. per Host. secus inducitur a canone, quia suspensus ab officio, suspēsus non uidetur a beneficio, nisi a iure exprimatur, ut not. Host. & Gul. post eum, de re iud. cum æterni, & Io. 33. distin. c. præter hoc. licet in suspenso ab homine ibi notet idem, sed male.

m ¶ Excommunicare.] Excommunicationis diuersi sunt modi s̄m leges, & s̄m canones: dr̄ enim quis excommunicari secundum leges a perceptione corporis Dominici, in corpore authen. de san. epis. §. omnib. autem Episcopis, coll. 9. ibi not. de ista excommunicatione potest intelligi c. extra de usu. quia in omnib. quandoque a gremio sanctæ matris Ecclesiæ. C. de sacrosan. eccl. l. placet, & ibi not. quandoque ab ingressu ecclesiæ in corpore auth. de interdi. collegi. hære. circa fi. coll. 8. C. de sum. Trin. l. 2. quandoque a cōione fidelium sicut est banniri in 10. coll. in tit. hic finitur lex, circa princi. De alijs speciebus, & modis excommunicationis

secundum

secundum canonistas, & ipsarum effectibus, dic vt no. per Host. in sum. de sent. exc. §. quot sunt species, & §. quis sit effectus.

a ¶ Absoluere.] talis absolutio competit ratione iurisdictionis, non officii, vnde eam simpliciter impendens tẽpore interdicti, nõ esset irregularis: secus si alias eam impenderet officiando vt no. Inn. & Host. de exces. præl. tanta.

re[a] de consuetudine[b] vel de iure:[c] iuribus[d] aliis de animarum cura loquentibus in suo robore quo[e] ad cetera permansuris.[f] Nulli[g] ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum moderationis, statutorum, constitutionum, reseruationis, inhibitionis, & voluntatum infringere,[h] vel ei[i] ausu[k] temerario contraire. Si quis autem hoc attentare[l] præsumpserit, indignationem[m] omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli[n] Apostolorum eius se nouerit incursurum.[o] Datum[p] Auinione xiij. Calend. Decembris, anno secundo.

b ¶ De consuetudine.] collige hic talia de quibus præmittitur posse quæri per consuetudin. de ele. dudum. §. sed cũ iure. cum simi. & hoc indubitabile videt̃ de illis, qui talia habẽt facere rõne suorũ bñficiorũ. Sed nũquid alicui priuato clerico per consuetudinem quæri posset, vt alium posset excõmunicare? videtur quod non, argu. ff. de offic. archid. cum satis, & istam opinionem sequitur Host. de foro compet. cum contingat. Innoc. autem contrarium 1 tenet de restit. spol. cũ olim inter, & Host. ibidem in hanc sententiam declinare videtur.

n ¶ Dioeceſanus.] id eſt Epiſcopus dioeceſis, in qua eſt talem religionem ingreſſus, qui per hanc decr. cum talibus etiam exemptis poterit diſpenſare, huius enim capituli conditor bene ſciebat iſtas religiones, uel aliquas de ipſis fore exemptas.

o ¶ Singulis præmiſſorum.] ſ. ut poſſit in iam ſuſcepto ordine miniſtrare, & ad altiores prouehi, & ad beneficium, & officium eccleſiaſticum promoueri.

p ¶ Cum eo.] ſ. taliter ingreſſo.

q ¶ Quod obſiſtat.] puta irregularitas, uel delictum, de æta. & quali. c. ult. de renun. niſi cum pridem, de accuſ. inquiſitioni, cum ſimi.

r ¶ Ad ingreſſum.] ſ. faciendum.

ſ ¶ Sic ordinatum.] ſ. ad aliquem de ſacris ordinibus, in promoto ergo ad minorem ordinem, uel aliquem de minoribus, non eſt neceſſaria inductio, quæ facienda præcipitur, ratio huius poteſt eſſe: quia talis ordo in ſe non habet uotum caſtitatis annexum, quare non poteſt effectum matrimonij impedire, extra de cle. coniug. c. 1. & eo. tit. lib. 6.

t ¶ Conſummatum non fuerit.] illo enim conſummato ingreſſus etiam religionem eam dimittere eſt cogendus de conuer. coniug. c. 1.

u ¶ Præcipimus.) neceſſitatis eſt ergo talis monitio per Epiſcopum facienda: alias prætermiſſa in eo peccatum induceret, de offi. archid. ea quæ, cum ibi no. & per Hoſtien. de offi. ord. inter cetera, §. ult. de treu. & pa. c. 1. & alias dixi, de æta. & quali. c. 1. Clem. 5.

x ¶ Renuerit adimplere.) ſupponit expreſſe, ꝙ poſſit renuere, ut in ſeruo dr̃, qui licet iuſſus per dñm põt nolle hæreditatem adire, C. de hære. inſt. l. cum proponas, q̃a voluntarium ſeruitorem Deus ſibi quærit, non coactũ, 15. q. 1. ca. non eſt, & per hoc dr̃ reprobata opinio Hoſt. notata. d. §. & utrum, dicentis talem fore cogendum ad ingreſſum religionis, cum ad hoc cogatur q̃nque propter delictum, 33. diſt. c. fraternitatis, ad idem in corpore auth. ut nulli iud. §. adulteram. coll. 9.

a ¶ Inſti-

si sponsa eius institerit, [a] per [b] censuram ecclesiasticam compellédum decernimus contractum matrimoniũ cõsummare.[c] Nulli &c. nostrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, pręcepti, & cõstitutionis infringere. Datum Auinione Calend. Decembris, anno vij.

TITVLVS VII.

De religiosis domib.

¶ Secta, & religio fratricellorum siue beguinorũ, qui se dicebant de tertio ordine Beati Francisci cassatur quoniam inter ceteros errores ecclesiastica sacramenta despicebant: Et sub pœna excommunicationi in oĩbus iniũgitur, vt nulli de cetero, talem ritũ assumant, & ne Episcopi ipsum concedere præsumant: vide cap fin. eod. ti. in antiq. & cap. 1 eo. titu. lib. 6,

CAP. VNICVM.



Ancta [d] † Romana atque vniuersalis [e] Ecclesia, cui auctoritate [f] Dño [g] licet immeriti [h] præsidemus, sicut religiosa [i] & pia vota benigno fauore [k] prosequitur, [l] sic superstitiosos [m] conatus insolentiũ [n] hominum † detestatur, [o] videlicet ne sub ouina [p] pelle gregem Dominicũ [q] truculentia [r] lupi [s] rapacis [t] inuadat, sub pietatis [u] imagine [x] virus [y] hæreticæ prauitatis obrepat [z], & sub prętextu conuersationis angelicæ [a]

a ¶ Institerit.] non ergo aliter matrimonium cogitur consũmare cum esset promotus: sed possent alias vir & vxor continentiam vouere, 32. qu. 5. qui Deo patri. Post consummatum autem matrimonium ingressum religionem posset Episcopus ex suo officio reuocare ex causa, extra de conuers. coniu. c. 1. & not. 32. q. 6. mulier.

b ¶ Per censuram ecclesiasticam.] suspensionis, excommunicationis, uel interdicti, de ver. sig. quęrenti. Alibi reperitur quẽ per seueritatem canonicam, alibi per ecclesiasticam animaduersionem fore coercendum & puniendum, quod prosequere ut no. Host. de pœ. c. in quibusdam.

c ¶ Consumare.] scilicet per carnalem cõcubitum, ut sup. dixi vicissim enim quo ad hoc sibi sunt coniuges debitores, 22. q. 2. §. his ita, nec vir dicitur habere potestatem sui corporis sed mulier: nec contra. Sed licet iste cogatur muliere instante matrimonium cõsummare, nunquid ipse poterit ab illa debitum exigere? Dicas, quòd non: cum adhuc quo ad se voto continentiæ sit ligatus, no. de conuer. coniu. ca. quidam, & c. accedens, 27. quæstio. 2. c. Agathosa, in gl. sed nunquid, & not. Guil. extra de vo. c. 1. lib. 6. & ibi dixi Zenze.

Vir non hẽt potestatẽ sui corporis, & econuerso.

Diuiosio textualis.



Ancta Romana.] Hæc decret. diuisibilis est in partes quattuor. In prima, causa seu ratio constitutionis præmittitur. In secunda, facti damnationi subijciendi recitatio subiungitur ibi, Nonnulli tamen, &c. In tertia eiusdem facti sub certis pęnis damnatio annectitur: ibi, Cum itaque &c. In quarta prælatis eidem facto consensum præbentibus pœna infligitur: ibi, Episcopos quoque &c.

d ¶ Sancta Romana.] Ecclesia Romana quandoque appellatur sancta, vt hic, & 12. dist. præceptis. 15. dist. c. sancta, 19. dist. c. in memoriam, quandoque sacrosancta vt in proœ. lib. 6. & hoc ideo, quia sacro cruore Apostolorum Petri, & Pauli consecrata, de elect. fundamenta de reli. & vene. sanct. cap. 1. libr. 6. 21. distinct. capitu. quamuis.

Ecclesia Romana dr̃ sancta & sacros.

e ¶ Vniuersalis Ecclesia.] hic dicas, ut dixi in c. suscepti, in verbo Ecclesijs, & in c. execrabilis, in uerbo, uniuersalis Ecclesiæ.

f ¶ Auctore.] id est, causam originalem dante, simile, ff. de excep. do. l. apud Celsum, §. auctoritas, & §. auctoris, ff. de diuer. & tempo. præscr. l. in vsucapione. §. accessio. cum similibus.

g ¶ Domino.] scilicet Iesu Christo, & proprie dicit auctore, quia nihil boni sine eius gratia, 23. qu. 4. nunc ergo, alias, §. versus, in c. Nabuchodonosor, cum sine ipso factum est nihil. Ioan. c. 1. C. de uete. iur. enu. l. 1.

h ¶ Immeriti.] hoc ex humilitate dicit, vt alibi extra de magistris, c. inter solicitudines, circa prin. cle. 5. de re iud. ad Apostolicæ, §. nos itaque, lib. 6. vel nocat se immeritum conditor canonis præsentis propter ea, quę dixi in cap. suscepti, in prin. super uerbo cura solicitat. Quo autem ad omnes vniuersos Christicolas nedum benemeritus, imo & sanctus habẽdus est, quem apex tantæ dignitatis attollit, vt 40. distinct. cap. non nos.

i ¶ Religiosa.] uel religione fidei, de quibus loquitur lex, C. de ep. s. aud. l. nemo, vel religiosa, quo ad habitum, & professionem, ut infra colligitur.

k ¶ Fauore.] nã summa est ratio, quę pro religione facit, ff. de religio. l. sunt personæ.

l ¶ Prosequitur.] exẽplum potest multiplex de hoc dari per iura. C. de sacrosanc. eccle. l. sancimus, & l. vlt. extra. de fil. presbyt. c. 1. de aposta ca. ex litterarum, 66. d. ca. 1. cum multis similibus, quę disquerere magis laboriosum reputo, quam subtile.

† De Beguinorũ secta, & erroribus vide Guidonẽ Carmelit. in sum. de hę resib. Beguinorũ & Nicolaũ Eymericũ in directorio inquisitorum p. 2. q. 15.

m ¶ Superstitiosus.] Hoc verbum expone vt in decret. quorundam.

n ¶ Insolentium.] exponi potest, id est insolita adinuenientium. Alibi aliter sumitur de rescrip. quia per ambitiosam, lib. 6.

† Qui, ut dicit hic tex. & gl. ep. st. Iustini. C. de sũ. Tri. sub specie agni, & sub crede mihi, de quo p glos. in l. qui sub condi. ff. de condi. insti. l. nõ erit, §. diuus, ff. d̄ iureiu. & p̄textu boni, & æqui multis nocent. ∂. l. dudum, C. de contrahẽ. & commit. stip. ideo nõ est eis parcẽdũ, l. qui sub prętextu. C. de sacros. eccl. l. quidam ignauiæ, C. de decur. li. 10. cle. 1. de relig. do. Fõ.

o ¶ Detestatur.] simile de conces. præb. ca. detestanda, libro 6.

p ¶ Ouina pelle.] id est, simplici non astuta.

q ¶ Gregem Dominicum.] id est, populum Christianum.

r ¶ Truculentia.] id est, astutia, vel malitia.

s ¶ Lupi rapacis.] exponi potest, id est, diaboli, qui inimicus hominis alibi appellatur, extra de elect. ca. licet de vitanda. Vel potest exponi, lupi rapacis, id est hæretici. sicut alias, 25. qu. 1. sunt quidam, in fi. multis etiam alijs, modis sumitur lupus, ut no. Guli de hære. c. vt officium. in uerbo lupum, lib. 6.

t ¶ Inuadat.] simile extra de elect. ne pro defectu, unde sumitur, quod hic dicitur. Et alibi scribitur, quod aliqui sub agni specie gerunt lupum. de hære. c. ut officiũ, libro 6.

u ¶ Sub pietatis.] se extrinsecus exhibentis, interius autem minime subsistentis.

x ¶ Imagine.] id est simulatione seu velamine.

z ¶ Virus.] inficiens animam, sicut exterius sumptum occidit corpus: quod atrocius reputatur: quam gladio hominem occidere. C. de malefi. & mathema. l. 1. ff. ad leg. Cor. de sica. l. eiusdem.

z ¶ Obrepat.] id est latenter subintret? Sæpe enim vitia se esse virtutes mentiuntur, 41. dist. ca. sæpe vitia.

a ¶ Angelicæ.] accedit ad hoc quod alibi legitur, Angelus Satanæ frequenter in lucis angelum se transformat, 26. quæstione, 5. nec mirum, extra de regula, licet §. si vero.

a ¶ Spi-

incautis mentibus ſpiritus [a] malignus illudat, [b] cuius rei gratia ſacris canonibus [c] eſt interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, [d] vel habitum nouæ religionis aſſumat, ſed quicunque ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis. [e] Nonnulli [f] tamen profanæ [g] multitudinis [h] viri, qui vulgariter [i] Fraticelli ſeu fratres de paupere vita, Bizochi ſiue Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in [K] partib. Italiæ, necnon in inſula [l] Siciliensi, comitatu prouinciæ Narbonenſis, & Tholoſanenſis ciuitatibus, & diœceſibus, & prouinciis, aliiſq; diuerſis ciſmarinis [m] & vltramarinis partibus contra dictos canones habitum nouæ religionis aſſumere, [n] congregationes, & conuenticulas [o] facere, & ſuperiores ſibi ipſis eligere, [p] quos miniſtros ſeu cuſtodes, vel Guardianos, aut nominibus [q] aliis appellant, plurimos ad eorum ſectam recipere, [r] & loca de nouo conſtruere, [s] ſeu conſtructa [t] recipere, [u] in quibus habitant [x] in communi, publice [y] mendicare (quaſi eorum [z] ſecta foret vna de religionib. [a] per ſedem Apoſtolicam approbatis) temeritate [b] damnabili preſumpſerunt, [c] & præſumunt etiam inceſſanter. [d] Et vt ipſorum error [e] veritas, [f] & impietas religio repute-

a ¶ Spiritus malignus.] ſcilicet diabolus.

b ¶ Illudat.] ſub velamine enim latens prodit ſe dum ea cōfingit, per quę perſonas fallere nititur, & ſuper hoc vide quod legitur. 25. q. 5. nec mirum.

c ¶ Canonibus.) extra. de reli. do. c. ne nimia. & eo. tit. ca. religionum. li. 6.

d Inueniat.] ſicut nec nouū collegium debet quis per ſe inſtituere, ff. de collegi illici. l. 3.

e Approbatis.] per ingreſſum aliarum non videretur quis ligatus. ſic ſētire vī Hoſ. extra. de regula. is qui monaſteriū. & dixi. extra. de voto. c. ꝙ votū. li. 6.

f Nonnulli tamen.) Secunda pars.

g ¶ Profanæ.) id eſt. abominādæ. alibi ſumit̄ aliter iſtud verbum, ff. de rerum diui. l. ſacra. §. proprie.

h ¶ Multitudinis.) iſto caſu multitudini nō parcitur: quia videtur deſeri bonū vitæ. argument. de voto. capit. magnæ, §. igitur, de regul. iuris, cap. qui ſcandalizauerit, & dic vt ibi not. de tempor. ordin. ſane 50. diſtinctione vt conſtitueretur.

f ¶ Vulgariter.) habetur igitur reſpectus ad communē vulgi denominationē, ff. de flumin. l. 1. §. 1. de fund. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam. de pœnis. le. capitalium §. ſolet. vbi de hoc.

k ¶ In partib. Italiæ.) id eſt locis in Italia conſtitutis. ar. ff. de iud. l. inſulæ. de ver. ſig. l. notionē. §. cōtinentes.

l ¶ Inſula Siciliensi.) quæ de proprio patrimonio Beati Petri exiſtit. 10. q. 3. relatum 94. diſt. cap. valde neceſſarium.

m ¶ Ciſmarinis.) id eſt citra mare conſtitutis. alias eſt citramarinis.

n ¶ Aſſumere.) & male: cum hoc fieret contra canones prohibitionem expreſſam continentes, quod inducit pœnam depoſitionis, 4 diſt. §. ult.

Conuenticulas facere an liceat.

o Conuenticulas facere.) ipſas ad malum fieri per iura prohibitum eſt. C. de epiſc. & cler. conuenticulam, ff. de colleg. illi. l. 1. & argum. 11. quæſt. 1. coniurationū & c. conſpirationem 89. diſt. ſi quis propter. Ad bonū aūt fieri congregationes ꝑmittit̄, arg. dictæ. l. 1. §. ſi religionis. ſicut & confœderationes, & conſpirationes in bonum ſunt permiſſæ in corpore Auth. vt cum de app. cog. §. quis de parentib. cum ibi nota. C. de pęnis. l. quæ ſententiam, de profeſ. & med. l. magiſtros, lib. 10. & ibi no. & arg. eorū quæ no. per Ber. de vi. & ho. cle. c. cū decorem. & per Inn. & Hoſt. de ſchiſ. c. 1. de exceſ. præl. dilecta. ꝑ Hoſt. de iud. exhibita. & per eum in ſum. de iureiur. §. vlt. & plene per Gul. de ver. ſig. c. conſtitutionem. lib. 6.

p Eligere.) talium ſuperiorum electio in hoc caſu eſt inhibita, cū congregationes factæ ſupponātur in malū: alias quælibet congregatio licitā exercens profeſſionē vel negotiationem, aliquem ſuperiorem ſibi eligere poteſt. C. de iu. om. iu. l. per iniquū. 16. q. ult. c. cōgregatio, extra. de elect. nullus, de hoc plenius dixi in c. Eccleſiæ Romanæ.

q ¶ Aut nominibus aliis appellant.] puta ꝑpoſitos, priores, magiſtros, & ſic de aliis.

r Recipere.) & in hoc male, cum etiam in religione approbata Mendicātium prohibeatur talis receptio, ſaltē ad profeſſionem faciendā: niſi cū certo moderamine, & cū certa determinatione, extra. de regula. nō ſolum. lib. 6.

ſ ¶ Conſtruere.) hoc regulariter prohibitum eſt, ſaltē de locis diuino cultui dedicandis ſine licētia epī. ī corpore Authē. vt nullus fabricet orato. do. coll. 5. 18. q. 2. c. q̄ ſit, & c. qbuſdam. licet vnicuique fideli ſit permiſſum ſimpliciter oratorium habere, de conſecr. diſt. 1. cap. vnicuique.

t ¶ Conſtructa.) .ſ. per alios.

u ¶ Recipere.) iſtud religioſis mendicantis ordinis, licet alias approbati, expreſſe inhibitum eſt, extra de exceſ. præl. c. cum ex eo. li. 6.

x ¶ Habitant in communi.) habitare in communi religioſis approbatæ ꝓfeſſionis ne dum permittitur, imo & iniungitur: vt mutuæ conuerſationis, & honeſtatis ſibi teſtes exiſtant: niſi ex cauſa de ſuperiorum licentia aliud inducatur, in corpore Auth. de min. §. cogitandum. coll. 1. extra. de exce. præl. cum ex eo. de ver ſig. c. priuilegium, li. 6.

Quaſi, qualiter accipit̄.

y Publice mendicare.) taliter .n. licite mendicantibus quæſtus publicus tribuere victum ſolet. ext. de rel. do. c. 1. §. confirmatos. li. 6. C. de men. vali. l. vnica. li. 11.

z Quaſi.) pro tanquam expone, non eſt hic expreſſiuū veritatis, ſicut eſt alibi in euang. Io. 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti, & c. & alibi. ff. de ſenat. l. emancipatum cum ſimilibus.

a Religionibus.] .ſ. ordinis mendicantis.

b Temeritate dānabili.) ſic dicta, quia a iure dānata, & improbata, vel dānabili, id eſt animas talium dānante ꝑꝑ inobedientiæ notā, per q̄ mortale peccatū incurrūt, ext. de ma. & obe. c. ſi quis, & c. illud 4. d. §. vl.

c Præſumpſerunt.) .ſ. dudum, vel vſquequaque.

Corrūpit iuſtos hoīes comitatiua malorum.

d Inceſſanter.) huic malo occurrendum fuit, ne tales nedum ſui, ſed etiam plurimorum poſſint eſſe perditio. extra. de iud. cum non ab homine, nam ſæpe malorum conſortium corrumpit etiam alios de ſe bonos, 28. q. 1. c. ſæpe malorum, iuxta illud: Vna ouis morbida inficit totum gregem, ff. de act. emp. & uen. l. Iulianus. 40. diſt. c. ſed aliud. extra de ſta. reg. ea quæ Vnde uerſus.

Morbida ſola pecus, inficit omne pecus.

e Error.) errare eſt aliud pro alio putare. 22. q. 2. cap. in quib. reb. ff. de lib. & poſth. l. ſi poſthumus. §. vlt. approbare falſum, erroris eſſe proprium dicitur. 38. diſtinct. quamuis.

f Veritas.) de iſta dicitur, quod erroribus geſtorū mini-

tur, à plurimi eorum [b] regulam seu ordinem fratrum Minorum, quem sanctus Franciscus instituit, [c] se profiteri ad litteram [d] conseruare confingunt: [e] quamquam in obedientia Generalis, vel prouincialium ministrorum ipsius ordinis non morentur, [f] prętendentes [g] se a sanctę memorię Cęlestino Papa V. prędecessore nostro huius status seu vitę priuilegiū habuisse, quod tamen etsi ostenderent, non ualeret: cum bonę memorię Bonifacius Papa viij. prędecessor noster ex certis causis rationabilibus omnia ab ipso Cælestino prædecessore nostro concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit, [h] dictumque vitæ priuilegium non inueniatur per eundem Bonifacium approbatum. [i] Quidam autem eorum dictum habitum, [K] & viuendi ritum [l] a quibusdam episcopis seu eorum superioribus, vel aliis ecclesiarum prælatis, habuisse profitentur, quos [m] nec [n] eis concedere licuit contra formam concilii [o] generalis. Nonnulli etiam ex ipsis asserentes [p] se esse de tertio ordine [q] Beati Francisci pænitentium vocato, prædictum statum, & ritum eorum sub uelamine talis [r] nominis satagunt palliare, cum tamen in regula ipsius tertii ordinis talis uiuendi ritus nullatenus sit [s] concessus. Et quia in errorum barathrum [t] faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt, [u] ipsorum quāplurimi (sicut fide digna relatione percepimus) a veritate catholicæ fidei deuiantes [x] ecclesiastica sacramenta [y] despiciūt, ac errores alios studēt multipliciter seminare. [z] ¶ Cū [a] itaque talium damnanda [b] temeritas in eiusdem

me vitiatur, ff. de of. p̄sid. illicitas. §. veritas. rei manifestatæ cedere hēt error. 8. distin. c. veritas, quando act. de pęc. est ann. l. quæsitū, alias est ibi. §. sub l. 1. vide extra. de purg. vul. c. significantibus. Quid autem sit veritas, no. in decret. sedes Apostolica.

a ¶ Reputetur.] sępe enim vitia se esse virtutes mentiūtur, 42. d. c. sæpe. vt s̄. dixi.

b ¶ Eorum.] scilicet nouæ religionis habitum assumentiū, vt supra.]

c ¶ Instituit,] ut in decr. quorundam.

d ¶ Ad litteram.] quasi dicat absque aliqua transgressione illius regulæ.

e ¶ Confingunt.] id est simul fingūt sub cuiusdā vmbræ palliatione, cum veritas in eis regulæ n̄ subsistat. argu. extra. de consue. c. quāto, vel expone confingunt, id est simulāt exterius: cuius contrarium latet intrinsecus, q̄ fictio, & simulatio p̄hibita est, ff. de iust. & iur. l. 1. C. plus valere qđ agit̄: licet aliquoties ī bonū simulatio sit permissa, q̄ dic ut not. Ber. extra de his q̄ vi metusue cau. fi. c. 1.

f ¶ Non morentur.) hoc est contra verā regulam ordinis Minorū, vt probatur c. quorūdam. unde tales sub nullius veri prælati obedientia existentes tamquā acephali pro religiosis habendi nō sunt, arg. 93. dist. c. nulla ratione.

Acephali sūt qui nulli p̄lato subsunt.

g ¶ Prætendentes.) falso tn̄, vt sequitur.

h Vacuauerit.) & sic ex tunc tali priuilegio, & etiam reperto concesso, utendum non fuit, tamquam sublato: alias pæna falsi incurreretur C. de no. codi. confirman. §. hunc igitur. origine enim rei sublata non est imago ad effectum aliquem relinquenda. Co. de lati. lib. tol. l. 1. circa princ. & arg. ad hoc, ff. ad leg. Corn. de fal. l. ult. ad instar eius, quod dicitur: falsus procurator est, qui uerus prius fuit, sed post extitit reuocatus. Cod. de fur. l. falsus, extra. de rescript. ex parte decani. legis tamen licet abrogatæ notitia est necessaria, ut causa editionis eiusdem sciatur 6. dist. Moyses, 7. dist. c. fuerunt extra. de iud. nouit.

Legis ēt abrogatæ notitia est necessaria.

i Approbari.) omni igitur tempore habet dici uiribus vacuatum, ex quo non reperitur approbatum: sicut alias dicitur, quod generaliter prohibitum, expresse postea non concessum, omni tempore intelligitur denegatum extra. de uer. signific. c. exiui de paradiso. §. cum dictus Clem. 5. de trans. episc. inter corporalia. §. sed neque, ff. de postu. l. 1. §. ait prætor. quod cuiusque uniuer. nomine, l. nulli.

k Habitum.) scilicet nouæ religionis Fraticellorum vel Beguinorum, vt supra.

l ¶ Ritum.] id est, modum, simile verbum. C. de Iudæ. l. Iudæos.

m ¶ Quos.] .s. habitum, & viuendi ritum.

n ¶ Nec eis.] scilicet fratricellis vel aliis (ut supra) nominibus appellatis. unde pro non cōcesso dēt haberi cōcessum ab illis, qui ius concedendi non habuerunt, ff. de offic. procon. l. obseruare. §. ult. extra. de iure patr. c. quod autem. 1. quæst. 7. Daibertum. cum similibus.

o Concilii generalis.) extra. de relig. do. capitu. ne nimia. Non licet igitur episcopis contra inhibitionem gn̄alis canonis facere, cū sint adstricti ad obseruātiam canonum, extra. de ætat. & qual. c. cum Ecclesiæ. Clement. 5. vbi de hoc dixi.

ẽpi sunt ad canonū obseruantiam astricti.

p Asserentes.) falso tamen.

q De tertio ordine.) de quo habes in decret. cum ex eod. de sententia excomm. Clem. 5.

r. Talis noīs.) scilicet tertij ordinis S. Francisci: tale tamen velamen eis non prodest, ut sequit̄: & dixi in uerbo, confingunt.

s Nullatenus sit cōcessus.) ergo intelligendus est prohibitus, vt dixi, s̄. in gl. omni igitur.

t Barathrum.) id est inferni profundū.

u Anteponunt.) inniti suæ uolētes prudentiæ, imo potius fatuitati, contra dictum sapientis, extra. de constitut. capit. ne innitaris. Vnde de talibus scribitur quod qui non ad propheticas uoces, non ad Apostolicas litteras, non ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt, magistri erroris existunt, quia ueritatis discipuli non fuerunt 24. quæstio. ult. cap. quid autem iniquius. de hoc plenius dixi. in c. cum inter nonnullos.

Erroris magistri qui dicantur.

x Deuiantes.) ab ipsa deuiantes hæretici sunt cēsendi. C. de hæret. l. 2. 25. q. 2. cap. prima salus. cum similibus multis.

y Sacramenta.) de & super quibus firmiter credendum est, quod sancta Romana prædicat Ecclesia: alias macula hæresis incurritur, extra. de hæret. ad abolendam.

z Seminare.) quibus resistendum est muro inexpugnabili bellatorum, extra. ne cle. uel mon. super specula, §. ult. 10. coll. de statutis, consuetudinibus contra libert. ecclés. §. statuimus.

a Cum itaque.] Tertia pars.

b Damnanda.) id est damnatione digna.

a Fidei

fidei [a] detrimentum, fidelium ſcandalum; [b] præfatorum Minorum, & aliorum ordinum [c] opprobriũ, [d] & etiam ſuarum & aliarum animarum perniciem redundare noſcatur, [e] ſectã, ritum, & ſtatũ [f] huiuſmodi non obſtantibus p̃miſſis [g] eorũ excuſationibus, quas friuolas reputamus, [h] & quicquid per eos communiter vel diuiſim ſub religionis, cõuentus, collegij ſeu congregationis [k] nomine vel colore attentatum [l] extitit vel exiſtit, de [m] fratrum ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica nullius fuiſſe & eſſe decernim⁹ firmitatis: [n] & quatenus de facto ꝓceſſerunt de cõſilio & auctoritate præmiſſis, reuocamus [o] omnino, ac perpetuæ prohibitioni ſubiicimus, [p] & ab eccleſia Dei penitus abolemus. [q] Eiſdem perſonis & alijs quibuſcunque ſub pœna excõicationis, quam eas (ſi ſecus fecerint) incurrere volumus [r] ipſo facto, iniũgẽtes [s] expreſſe, ne ſtatum ſiue ſectam [t] & ritũ huiuſmodi ab ipſis aſſumptum [u] ſectentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere quoquo modo p̃ſumãt.

¶ Epiſcopos [x] quoque & eorum ſuperiores, & etiã alios prælatos quoſcunque, qui prædictis perſonis vel alijs ritum viuẽdi & habitum ſupradictos [y] præter ſpecialem Apoſtolicæ ſedis auctoritatem [z] deinceps [a] conceſſerint, prædictæ excõmuincationis pœnæ ipſo [b] iure decernimus ſubiacere. [c] Dignũ eſt.n. ut adulterinas [d]

a ¶ Fidei detrimentum,] cuius eſt potius proſperitas procuranda, extra de hæret. ad noſtram cle.5.

b ¶ Scandalum.] quod vitandum eſt, extra de pręſcri. nihil de noui ope. nuncia. cum ex iniuncto.

c ¶ Ordinum,] ſcilicet approbatorum.

d ¶ Opprobrium.] nã opprobrium facit religioni, qui religioſus non exiſtens habitum illũ religioni conuenietẽtem portat. ſimile C. de epiſ. aud. l. minime, & contra talem lex imponit pęnã corporalis ſupplicij & nihilomin⁹ exilij, in corpore Authen. de ſan. epiſ. §. penul. col.9.

e ¶ Noſcatur.] ſuper hoc dicas vt dixi in parte præcedenti in gl. huic malo occurrendum.

f ¶ Statum huiuſmodi.] non dicit religionem; ſic etiam dici non meretur: cum per ſedem Apoſtolicam non fuerit approbata, ſimile huic de relig. do. cap. cum de quibuſdam. Clemen.5.

g ¶ Præmiſſis.] ſcilicet proxi. §. in ver. & vt ipſorum. & in ver. quædam autem, & in ver. nonnulli.

h ¶ Reputamus.] & merito, cum aliquas ex ipſis nullum facti adminiculum habere, nec ex eis iuris fulcimentum venire noſcatur.

i ¶ Per eos.] ſcilicet talem ſectam, titum, vel ſtatum tenentes.

K ¶ Congregationis,] ac ſi foret a iure reprobatum.

l ¶ Attentatum,] de facto.

m ¶ De fratrum.] ſuper iſta clauſula dic, vt dixi in cap. Execrabilis.

n ¶ Firmitatis,] nec mirum: reprobato.n. auctore rõne ſectæ omnia eius dicta & facta pro reprobis ſunt habẽda extra de hæret. c. fraternitatis. & in extrauag. domini Ioan. quæ incipit, dierum, quod dic vt no. per Ber. & latius per Inno. & Hoſt. d. c. fraternitatis.

o ¶ Reuocamus.] bene dicit reuocamus, quatenus de facto proceſſerunt, cum de iure fuerint nulla: & ideo proprie reuocari & reſcindi nõ poſſunt ff. de iniuſt. & irri. teſta. l. nam & ſi ſub conditione. de ædil. edi. l. bouem, §. vlt. extra de deſpon. impub. c. ad diſſoluendum. Reuocantur igitur, quatenus de facto proceſſerunt, ne forte in opinione communi aut vulgi labijs nomen valoris alicuius habere poſſint dici, & alias, extra de re iud. paſtoralis, §. vlt. cle.5.

p ¶ Subijcimus.] concor. ad hoc extra de relig. do. c. religionum lib.6. & eod. tit. c. cum quibuſdam cle.5. Et ex quo talis ſecta per ſedem Apoſtolicam eſt prohibita & interdicta ab omnibus habenda eſt ꝓ inhibita & interdicta, quod.n. ipſa repellit, repulſum fore cognoſcere debent omnes 94. diſt. ca. miratus. ſicut per contrarium ꝙ ipſa tenet, & ſequitur, ab omnib. eſt tenendum. 24. q. 1. c. rogamus, C. de ſum. tri. l. 1. cum ſimilibus multis.

q ¶ Abolemus.] ſimile de reli. do cũ de qbuſdã. Cle.5.

r ¶ Volumus ipſo facto.] per hæc verba fertur excommunicationis ſententia extra de appel. pręterea. de reſt. cogen. cum ſuper. alias per ſola verba præcedentia ſub pœna, non ſententia, ſed comminatio inducitur C. com mi. uel epiſt. l. interlocutio. extra de iure patron. relatũ. de ſimo. cap. ſicut. de ſagit. c. 1.

ſ ¶ Iniungentes.] talis iniunctio non obtemperanti peccatum mortale inducit, vt alias ſæpe dixi, de maiori & obed. capi. ſi quis. & capi. illud, & ſuper hoc vide quod nota. Hoſt. de offic. ord. inter cetera §. vlti. de treu. & pac. cap. 1.

t ¶ Sectam.] ſimile de hæret. capi. ad noſtram, §. cum autem, cle.5.

u ¶ Aſſumptum.] ſcilicet iam in præſenti, vel in præterito.

x ¶ Epiſcopos quoque.] Quarta pars.

y ¶ Supradictos.] contra concedentes alios habitus vel ritum viuendi, pœna ſequens non videt̃ ſibi locum vendicare per hoc verbum: quia ſi de alijs cõditor canonis idem voluiſſet, hoc vtique expreſſiſſet. extra de deci. ad audientiam C. de cadu. tol. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. & quia pœna ad caſum tantum expreſſum reſtringenda eſt, argu. extra de elect. ſtatutum lib.6. de pœnit. diſt. 1. pœnæ, ff. de pœn. l. interpretatione. Sed in contrarium facit, quia in alijs nouis habitibus uel uiuendi ritibus eadem videtur ratio, quaſi & in illis idem ſtatutum licet pœnaliter videatur: ut dixi in decr. Execrabilis, & in c. abbates de reſcrip. Clemen.5. ſed quod prius dixi, tutius reputo.

z ¶ Auctoritatem.] cum illa ergo talem ritum & habitum concedentes pœnam, quæ ſequitur, non incurrunt: quia tunc magis ipſa ſedes quàm ipſi facere videntur. omnia enim noſtra facimus, &c. C. de vete. iu. enuc. leg. 1. §. ſed neque ex multitudine. extra de pręben. c. ſi Apoſtolicæ. lib.6. & quia quod lege permittente fit, pœnam non meretur C. ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus, ne principis auctoritate quis circumſcriptus videatur. C. de his qui veni ætat. impe. l. 1.

a ¶ Deinceps,] ad futura igitur non ad præterita trahitur ſequens pœna, arg. C. de legi. l. leges extra de conſt. cap.2. & vlt.

b ¶ Ipſo iure.] quaſi dicat non expectata hominis ſententia. ſimile extra de ſent. excom. c. eos, de reſcrip. ipſo iure. lib.6. in corpore Auth. de rap. muli. quę rapto. nub. §. vlt. col.9.

Ep̃i ſententiam excõicationis incurrere poſſunt.

c ¶ Subiacere.] eſt ergo in hoc p̃ſens conſtitutio canon latæ ſententiæ & ſic vides, quod epiſcopi excommunicationis ſententiam canonis incurrunt, ſententiam autem depoſitionis ab officio non incurrunt, niſi expreſſe cautum reperiatur. de elect. ſi compromiſſarius, §. huius de ſent excom. quia periculoſum, lib.6.

d ¶ Adulterinas.] quales [vt hic colligitur] ſunt, quæ

sine patre legitimo spirituali prorogatæ reperiuntur, vt sequitur.

a ¶ Pater cæleſtis,] qui plantare eas videtur, cũ per summum Pontificem vicarium suum plantatur. extra de transla. epiſ. inter corporalia, & c. quanto, & hoc procedit ex poteſtate clauium; quodcunque ligaueris, &c. Matth. 16. 24. qõ. 1. quodcunque. extra de re iudica. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque.

b ¶ Temeritatis.] in malũ sonat; vt alias. extra ne cle. vel mon. capit. ut periculoſa. lib. 6.

c ¶ In agro Dominico.] ſimile extra, de ſta. reg. c. ne in agro. Clemen. 5.

d ¶ Cõgregationis.] hic dicere potes vt dixi in parte 2. in verb. conuenticulas.

e ¶ Vepres.] species eſt spinæ: ut dixi in c. ne in agro. ſup. proxi. alleg.

f ¶ Cui.] ſcilicet Apoſtolico culmini.

g ¶ Gratia.] 24. q. 1. c. a recta, &c. rogamus.

h ¶ Nulli ergo.] ſuper hac clauſula dic, vt not. in c. Execrabilis. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.



Copioſus.] In tres partes diuiſibilis eſt p̃ſens conſtitutio. In prima cum quodam præiudicio facti præmittitur recitatio. In secunda comminatoria ſubiungitur conſtitutio: ibi, Cum igitur, &c. In tertia transgreſſorum eiuſdem annectitur punitio: ibi, Nos enim omnes, & cetera.

i ¶ In misericordia, Dominus,] & nedum eſt copioſus in misericordia, imo semper potens in ea, de pęni. diſt. 7. nullus expectet, omnia enim poteſt. quæ poſſe eſt aliquid poſſe, de pęnit. diſt. 2. ca. principium. ver. charitas. Quare misericordiæ eius nec menſuras ponere poſſumus, nec tempora definire: apud quem nullas patitur metas ueniæ conuerſio. de pęni. diſt. 1. c. ſerpens, uer. his autem, alias eſt sub ca. multiplex. per misericordiam enim non vult peccatoris perditionem, ſed conuerſionem, & ſalutem: delinquentes, qui corriguntur ſuſcipiens, in corpore Auth. ut non lux. contra natu. in prin. col. 6. 26. q. 6. ca. cognouimus & quotidianis hominum peccatis semper ignoſcere dignatur, & pęnitentiam noſtram ſuſcipere. C. de nup. l. imperialis.

Misericordia Dei non poteſt menſurari.

k ¶ Abundantia pietatis.] per quam pro peccatoribus Chriſtus aduocatus apud patrem exiſtens, propitiatio eſt pro peccatis, de pęn. diſt. 2. c. ſi enim, iniquit. ver. qui dicit.

l ¶ Obſequia.] id eſt digna ſeruitia, ſuper quo videre potes, ꝙ notaui in c. cũ ad ſacroſanctę. in uerbo pietatẽ.

m ¶ Succendit,] ideſt illuminat, uel accendit. nec enim per impenſa obſequia quis ad Chriſtum peruenire poteſt niſi ſibi datum fuerat a Patre. 23. q. 4. cap. de Tyrijs. vnde ad pęnitentiam cor peccatoris dicitur illuſtrare de pęnit. diſt. 5. c. falſas.

plantationes, quas non pater[a] cæleſtis, ſed humanæ temeritatis[b] audacia plantat, Apoſtolici culminis cenſura diuellat nec patiatur in agro[c] Dominico peruerſæ congregationis[d] vepres[e] excreſcere, cui[f] proprium eſt (diuina opitulante gratia)[g] virtutes ſerere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli[h] ergo, &c. Datum Auin. iij. calen. Ianu. anno ij.

TITVLVS VIII.

De Iudæis & Sarracenis.

¶ Vt Petrus filius regis Caſtellæ pio ductus ꝓpoſito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret, lata fuit excommunicationis ſententia in omnes, prohibita portantes ipſis infidelibus & Sarracenis præfati regni Granatæ. Concor. cap. ita quorundam. & c. ad liberandam. eod. tit. in antiq.

CAP. VNICVM.



Opioſus ĩ miſericordia Dominus,[i] qui de ſua abundãtia[k] pietatis corda fidelium ad ſuæ maieſtatis obſequia[l] deuotionis ardore ſuccendit,[m] præcordijs[n] dilecti filij nobilis viri Petri Infantis[o] nati[p] claræ memorię Sanctij regis Caſtellæ, adeo[q] copioſe gratiam[r] cęleſtis inſpirationis infudit, quod ſibi delectabile[s] reputat propriam exponere in ipſorum[t] proſecutione perſonam.[u] Pio quidẽ nobilis ipſe ductus propoſito[x] tamquam ſtrenus[y] athleta[z] Domini,[a] negotium impugnationis

n ¶ Præcordijs.] id eſt intrinſecis cordis affectibus.

o ¶ Infantis.] infantẽ eum vocat, licet maiorem ætate, alias tutor eſſe non poſſet, qualis eſſe inf. ſupponitur. C. de legi. tut. l. nemo. inſti. de fidu. tut. in fi. C. de leg. hære. l. vl. §. fi. Et applaudit conſuetudini & vſui loquẽdi cõi Hiſpanię: iuxta quam filij regum, qui reges non ſunt, Infantes appellãtur. ar. ad hoc. ff. de flu. l. 1. §. flumen. de fund. inſtru. cum de lanionis, §. aſinam. ſicut quandoque in vulgo aliqui iuuenes appellantur, qui tamen iuuenes non ſunt ff. de pęn. l. capitalium, §. ſolent. propriè enim infans eſt minor ſeptem annis. C. de iure delibe. l. ſi infanti.

p ¶ Nati.] id eſt, filii.

q ¶ Adeo.] ideſt, intantum.

r ¶ Gratiam,] hoc dicit: quia nihil boni eſt dare abſque gratia Dei. 23. q. 4. Nabuchodonoſor. 26. q. 5. nec mirum.

s ¶ Delectabile reputat:] quiſq; enim delectari debet in obſequijs maieſtatis diuinæ: nam voluntariũ militem ſibi eligit Chriſtus, voluntariũ vero ſeruum ſibi auctionatur diabolus, 15. q. 1. c. nõ eſt. aſpernatur enim Chriſtus coacta ſeruitia, & hilarem ſeruitorem diligit Deus nõ timore pęnæ, ſed amore iuſtitiæ ſeruientem ſecundum Apoſtolum, 23. q. 6. §. ex his.

Militẽ volũtariũ Chriſtus eligit.

t ¶ Ipſorum.] ſcilicet obſequiorum maieſtatis diuinæ.

u ¶ Perſonam.] maiorem oblationem Deo facere non poterat. maiorem enim charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis: vt ſcriptura teſtatur ſacra. & ad inſtar Eſaiæ prophetæ, qui Domino interroganti, quem ex duobus ad prædicandum mitteret, reſpondit: ecce ego, mitte me, Eſaiæ. 6. cap. 7. q. 1. in ſcripturis, & ad inſtar ſancti Martini dicentis, Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, ego non recuſo laborem.

Charitas maxima eſt animam ꝓ ſuis ponere.

x ¶ Propoſito.] ad quod Deus reſpectum habet. 1. q. 6. ſi ſacerdotibus in fi. 14 q. 5. ſi quid inueniſti.

y ¶ Strenuus.] animi magnanimitate de ſup. neg. præl. grandi. lib. 6.

z ¶ Athleta.] id eſt pugil. ſeu pugnator ſine mercede. ff. de his qui no. inf. l. Athletas. C. de athle. & ibi. no. in rubrica. lib. 10.

a ¶ Domini negotium.] Not. Chriſti negotium reputari impugnationem infidelium; ipſi enim, quia cũ Chriſto non ſunt per fidem, contra ipſum eſſe cenſentur iuxta illud: Qui non eſt mecum, contra me eſt C. de Iudæ. l. cælicolarum. vnde & hæreticus eſt, qui non eſt Eccleſiæ membrum, in corpore Auth. de priuilegio. §. 1. col. 8. cum dominus pro fide Chriſtiana vt non deficeret, repertus ſit exoraſſe, Lucæ 22. capi. 21. diſt. §. 1.

Agate

perfidorum Agarenorum, [a] a quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam [b] detinetur, [c] tutorio [d] nomine charissimi in Christo filii [e] nostri Alfonsi Castellæ regis illustris, qui sub teneritudine puerilis [f] ętatis adhuc dignoscitur constitutus, assumpsit sub [g] spe cælestis [h] auxilii feruenter [i] & viriliter [k] prosequendum.

¶ Cum [l] igitur omnia cupiamus obstacula [m] remouere, per quę dicti negotii ꝓsecutio posset quomodolibet impediri, vniuersis & singulis cuiuscũque conditionis, pręeminentię, [n] vel status existant, districtius inhibemus, ne arma, [o] equos, ferrũ, lignamina, [p] victualia [q] & alia quęcunque [r] prohibita per Romanos Pontifices praedecessores [s] nostros [t] ad terras Aegypti deferri ad Sarracenos dicti regni Granatae intra triennium [u] incipiendum à calend. Aprilis proxime

a ¶ Agarenorum.] species est quorundam infidelium, de quorum speciebus multas reperies enumeratas. 24.q.vlt.c.vlt.

b ¶ Contumeliam.] talis contumelia, quæ in religionẽ diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. C. de hæretic. l. Manichęos.

c ¶ Detinetur.] hoc contingit ob nostrorum multitudinem peccatorum: propter quam Pagani & infideles ceteri nocendi facultatem diuini tus, id est permissione Dei assequuntur, 7.q.1.c.sciscitatus.56. dist.c.si gens Anglorum.

d ¶ Tutorio nomine.] super ponere videtur textus iste satis aperte, quod tutor regis tutorio nomine impugnare possit infideles ad expensas regis pupilli, certum est enim, ꝙ ad onus principum temporalium spectet defensio Ecclesiæ: & eorum potestate est Ecclesia munienda: voluntas enim Dei est concitare temporalem potestatem aduersus hæreticos, & alios infideles: alias.n.de suo imperio Deo rationem reddere sunt adstricti, 23.q.5.cap.princeps, & q. 8.quando.extra de sup.negli.præla.grandi li.6. constat etiam, ꝙ vna potestas per aliam est iuuanda.26.dist.c. cum ad verum, & potestas secularis cogi potest per ecclesiasticam ad sibi auxilium præbendum, extra de maledi.c.2.de offi.ord.ca.1.& c.quoniam.22.q.5.cap.administratores: cum igitur ipse rex ad hoc faciendum sit astrictus, tutori hoc adimplenti de bonis regis pupilli nihil poterit imputari. argu.ff. admi.tut. l. fine hærede §.Lucius.de tute. & ra.distrahen.l.1. §.1. C. de admi. tuto.l.sumptus.

Principes ecclesiã defendere tenent.

e ¶ Filij nostri] regem ergo appellat Papa filium, non fratrem extra de crimi. falsi, quem graui, Nihil enim honorificentius, quam ut rex vel Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur, 23.q.8.c.conuenior. circa fin. & dixi in c.prodiens.

Imperator dr̃ filius Ecclesiæ.

f ¶ Puerilis ætatis.] No. puerilem ætatem teneram dici: vnde in ea constitutus, licet alias de se discretus, ad tractanda sapientium hoĩum iura inhabilis reputatur. C.de test.mili.l.vlt.& arg.ff.de decur.l.spurij, §.minores.de mune.& ho.l.l.ad rempublicam, extra de elect. c.ex eo.lib.6.

g ¶ Sub spe.] quam confidenter habere poterat ex pio suo mẽtis proposito iuxta verbum propheticum Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.

h ¶ Cælestis auxilij.] simile.C.de epi.& cle.l. Deo nobis.in corpore Auth.de quæst.in princ.coll.6.Nam cum domini Dei beneuolentia militarium rerum incipit ordinatio.ipsius enim prouidentia Dei dispositis Barbarorum quidem incontinentia refrænatur, rei vero publicæ res augentur, in copore Authen.vt neque miles neque feuda.in prin.coll.8.& dum rationes Christo fiunt, vincit populus suus: si relaxantur, vincitur. Exo. 17.c.36.dist.c.si quis uult.

i ¶ Feruenter.] quo ad animi feruorem.

K ¶ Viriliter. quo ad corporis vigorem, & strenuitatẽ.

l ¶ Cum igitur.] Secunda pars.

m ¶ Obstacula remouere.] iuxta hoc scribitur in lege, quod decursio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene se habendum reuocatur, licet prima prius gubernentur principia nisi etiã quod particulariter ei resistit, summoueatur. in corpore Auth.de resti.& ea quæ parit. in prin.coll.4.

n ¶ Præeminentiæ.] intelligo etiam regalis: tum ob istius textus indefinitatem: tum quia ad onus regis spectat defensio fidei, & impugnatio infidelium, ut dixi s. in gl.supponere, tum etiam argu.si fratrum §.quia igitur. vnde præ ceteris debet abstinere ab ijs, a quibus tenetur alios cohibere.argu. ff. si ser. vendicetur. l. altius. extra.de nat.ex liber. ven.cap.1.

o ¶ Arma.] appellatione armorum comprehẽduntur nedum arma offensionis cuiuscunque generis, imo & defensionis vt scuta, bloqueria, loricæ, platæ, displeides, & similia, ff. de vi & vi ar. leg.3.§.armis.institu. de interdic.§.qui autem.de publi.§. Item lex Cornelia. ff.de uerbor.signific.l.armorum. de fur.l. pignore, §.furem. & quia omne obstaculum est tollendum, quod posset impugnationem infidelium aliquatenus impedire: vt hic vides, de hoc dixi de statu mon.in c.ne in agro.§.præfatæ quoque.clem.5.

Armorum quædã sunt offensionis quædam defensionis.

p ¶ Lignamina.] galearum scilicet, vel de quibus galeæ vel alia nauigia fieri possunt. de Iudæ. ita quorundam. & c.ad liberandam.

q ¶ Victualia.] quid ipsorum appellatione contineantur, uide quod legitur, ff.de verb.sign.l.verbo victus.& l.quos nos.§.iniuriæ.

r ¶ Quæcunque prohibita.] quæ sunt illa, colligitur C. quæ res ven. pos.vel non, l.barbaricum, quæ res expor. non debent.l.1.extra de Iudæ.ita quorundam & cap.ad liberandam.

s ¶ Prædecessores nostros] vt Alexandrum tertium, dicto c. ita quorundam: & Innocentium tertium. dicto. c.ad liberandam.

t ¶ Ad terras Aegypti.] in quibus Christus natus fuit, s. in Bethleem, nutritus in Nazareth, & passus & sepultus in Hierusalem, no.extra de sepul.ca.1.quæ peccatis nostris præpedientibus ab infidelibus detinentur.

Christus vbi fuit natus, nutritus, & passus.

u ¶ Intra triennium.] res miranda videtur, ꝙ conditor huius c. terminum certum præfixit, intra quem sua duraret prohibitio facta de non portandis reb. prohibitis ad regnum Granatæ: cum infideles ibidem habitent, ut hic supponitur, cum lex humana ciuilis inhibeat sub pęna capitis, & sub pœna proscriptionis omnium bonorum, res inhibitas ad Barbaros deferri, C.quæ res exportari non debent.l.1.& iura alia canonica supr.glo. proxi.allega. simpliciter inhibeant res interdictas ad Sarracenos portari. Quæ igitur potest huius fuisse ratio? Ad hoc potest dici, ꝙ cum prosecutio istius negotij esset futura temporalis, per Petrum infantem, utpote facienda per eum tutorio nomine regis Castellæ, talem prohibitionem facere uoluit tẽporalem, pœnalem & sententiæ excõicationis inductiuã: vt ipse Petrus interim feruentius induceretur ad dicti negotij prosecutionẽ; ne forte alias ipse desidem illũ redderet: vnde cum ad ipsius Petri futuri tẽporalis prosecutoris supplicationem præsens constitutio pœnalis forte facta fuit, Papa eam facere perpetuam non curauit: potissime cum sciret iura alia cõia multarũ pęnarum inflictiua fore dudum condita generaliter contra portantes res prohibitas Sarracenis, quæ per istam decretalem in nihilum immutantur.

Sed ad istam per illam additur cum suis pœnis contra illos, qui isto durante triennio res prohibitas detulissent, nec ex virtute huius constitutionis quis pænas aliquas incurreret deferendo post triennium tales res prohibitas: sed remanent alia iura pœnalia contra tales. Nec potest argum. a contrario sensu colligi ex hac decretali, p quod diceretur, deferentes res prohibitas absque prohibitione huius decretalis non incurrere pænas a p̄decessoribus promulgatas: cessat.n. argumentum a contrario sensu ubi iura alia obuiarent. no. de for. cō pe. significasti & C. d̄ epis. & cler. l. conuēticulā. Vel dicas, quod cū a prædecessoribus aliquibus fuerunt pęnæ & sententiæ promulgatæ contra deferentes res prohibitas ad partes Aegypti, q̄ non ligarēt de le portātes ad alias partes: magnum fuit, quod Papa voluit eas extendi contra deferentes ad regnum Granatæ: non fuit ergo mirū, si certum tēpus voluit super hoc limitare.

Argumentū a contrario cessat aliqñ.

secuturi, quomodolibet[a] deferre præsumant. Nos[b] enim omnes, & singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, lignamina & victualia supradicta, & quæcunque[c] prohibita, contra tenorem huius nostræ[d] prohibitionis deferre præsumpserint, illis pœnis & sententiis, quas deferentes huiusmodi prohibita in Alexādriam, vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus subiacere. Et[e] nihilominus omnes & singulos, qui Sarracenis Granatæ præstabunt (dicti negotii prosecutione durante)[f] auxilium, consilium, vel[g] fauorem: aut prosecutionem dicti[h] negotii directe[i] vel indirecte,[k] secrete vel publice impedire vel turbare forte præsumpserint: excommunicationis[l] sententiam incurrere volumus ipso[m] facto. Nulli ergo nostræ inhibitionis, constitutionis, & voluntatis, & cetera.

Datum Auin. quinto Calend. Martij, anno primo.

a ¶ Quomodolibet.] quasi dicat nec per se nec per alium: nec p terram, nec per aquā vel alias quoquo modo.

b ¶ Nos.] Tertia pars.

c ¶ Quæcunque prohibita.] dic ut super hoc in parte præcedente dixi.

d ¶ Nostræ prohibitionis.] scilicet intra triēniū ut sup. a cōtrio ergo sensu deferētes non contra talem prohibitionem, non viderentur incurrere pęnam: sed dic ut supra dixi super uerbo intra triennium.

e ¶ Et nihilominus.] id est, vltra pœnas & sentētias a prędecessoribus promulgatas.

f ¶ Prosecutione durante.] ergo illa finita præstantes auxilium & similia, non incurrerent sententiam huius canonis: nihilominus tamen incurrerent sententiam aliorum iurium, vt sup. dixi.

g ¶ Vel fauorem.] super hoc verbo & duobus præcedentibus dic ut dixi c. dierum. §. nos.

h ¶ Dicti negotij.] scilicet impugnationis perfidorum regni Granatæ.

i ¶ Directe.] puta opponendo se contra impugnare volentes dictos perfidos.

K ¶ Indirecte.] ut persuadendo, uel monendo, uel a tali impugnatione desisteretur.

l ¶ Excommunicationis.] scilicet maioris. de senten. excom. si quem. quæ in hoc casu forte circa Papam tolli non posset: si supponas quod eam sibi retinuerit tollendam sententiæ promulgator: prout in talibus prædecessores facere consueuerunt.

m ¶ Ipso facto.] & sic est canon latæ sententiæ. Zenzel.

TITVLVS IX.

De torneamentis.

¶ Constitutio Clementis in quibusdam regnis torneamenta inhibens sub pœnis excommunicationis & interdicti, hic reuocatur, & illi qui huius occasione sententias incurrerant, absoluuntur.

CAP. VNI.

Quia in futurorū euētib.[n] sic humani fallitur[o] incertitudo iudicii, vt quod coniectura[p] probabili ex nunc interdum attenta[q] consideratio vtile pollicetur,[r] reperiris[s] damnosum quādocunque contingat: non nunquam quod consulte[t] statuitur ex sanioris inspectione iudicii consultius[u] reuocatur.

¶ Sane[x] felicis recordationis Clemens Papa quintus prædecessor noster attente considerans generale passagium[y] in concilio Viennensi pro terrę sanctæ subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta,[z] &



Quia in futurorū.] Primo arenga, seu præfatio prēmittitur. Secundo factus processus per Clementem Papam v. subiungitur: ibi, Sane felicis, &c. Tertio reuocationis eiusdem processus causa & ratio annectitur ibi, verum quoniam, &c. Quarto ipsa reuocatio subinfertur ibi, Nos ad dilecti, & cetera.

Diuisio.

n ¶ Euētibus.] qui de se incerti sunt. instit. de uerb. oblig. §. oīs. ff. de condi. & demō. l. 1. §. dies.

o ¶ Humani fallitur.] cum de futuris diuinare certitudinaliter non possit, vt extra. vt eccle. benef. cap. 1. ff. ad. l. aquil. l. si putator. simile. ff. manda. si fideiussor. §. si cum debitori. nec beatus Paulus, licet spiritū Dei repletus, secreta diuina futuri iudicij agnoscete potuit. 12. quęstione 2. cū beatus. solius enī Dei est præscire futura. ff. de iudic. leg. sed & si restituatur. §. vlt. 25. quæstione. 5. quod autem.

Futura solus Deus cognoscit.

Pollicitationis descriptio.

p ¶ Cōiectura.] id est, præsumptione.

q ¶ Attenta.] id est, deliberata.

r ¶ Pollicetur.] id est asserit per coniecturā. Pollicitatio. n. est. solius asserentis promissio absq; alterius præcedente consensu. & in hoc differt a pacto. ff. de pollici. l. pactum.

s ¶ Reperiri damnosum.] sumitur ex corpore auth. hæc constitutio innouat constitutionem. in prin. coll. 8. & in decre. quia nonnunquam reperies simile, vbi de hoc dixi.

t ¶ Consulte.] i. consilio & deliberatione præcedente.

Cōsiliū mutare sapientis est

u ¶ Consultus.] sapientis est enim mutare consilium in melius. in corpore Auth. vt fratrū filij in prin. co. 9. de nup. §. nos autem, coll. 4. ff. de col. bo l. nonnunquam, 22. dist. c. si aliquid, & c. magnæ. cum simil.

Torneamenta an sint p̄missa.

x ¶ Sane.] secunda pars.

y ¶ Passagium.] ultramarinum contra Sarracenos inimicos fidei faciendum.

z ¶ Torneamenta,] quæ dicuntur torneamenta, colligitur

gitur extra. de tornea. c.1. quæ licet causa experimento rum de iure ciuili videantur permissa.ff.de aleato.l.solent,§.senatus,ad l. Aquil.qua actione,§.si quis in colluctatione.de postul.l.1.§.quod si depugnauerit.de iure tamē canonico sunt inhibita ob mortem hoīum, quæ frequē ter exinde perueniunt, vt d.c.1.non.n. merentur dici ludi, ex

hastiludia a **siue iustras** **non leuiter** c **impediri:**

h ¶ Manifeſtat & ſic eſt tale, de quo facto negatio non ualeret prodeſſe, ff. de tribu. act. l. qđ in hęr. §. pe. C. de pę l. qui ſnĩam. & ꝑ hoc, qđ dicit lõge, inducit ꝑſumptio ſciæ talis facti inde proximo exiſtentis ext. de ꝑſump. quanto, & c. quoſdam.

i ¶ Subiecta.] nedum in ſpirituali. imo & in temporalibus.

K ¶ Greſſus.] .ſ. directos. Vel expone, greſſus, i. terminos.

l Fidelitatis.) ad quã ſeruandam erant aſtricti.

m ¶ Egreſſi.] .i. tranſgreſſi tranſgredientes terminos fidelitatis, quos poſuerant ipſi, uel parentes eorum, contra dictum Prophetæ, Prouer. 22. 24. q. 3. c. transferunt, ext. de ſepul. c. 1. ubi de hoc.

n ¶ Reprobæ.] cum etiam hoſti fides ſeruanda ſit, ff. de leg. 4. ult.

o ¶ Deuium.) in malum ſonat hoc uerbum ſicut alibi. ext. de præſump. c. 3. loco.

p ¶ Non longe.) q. d. ſed de proximo.

q ¶ Erigere prę ſumpſerunt.] propter hoc dicuntur ad infidelitatis deuium declinaſſe, in li. feud. quib. mod. feu. ami. c. ſi capitanei. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi, §. porro, & arg. C. de inoff. teſta. liberi.

r ¶ Suos.) ſ. dicti rectoris.

ſ ¶ Sæuientes.) .i. ſeueri, & impij exiſtentes, ſimile, ff. de ijs qui ſunt ſui, uel alie. iur. l. 1. ſol. mat. l. ſi conſtante, §. qui maritus.

t ¶ Reproboſas.] i. opprobrioſas, & uituperoſas.

u ¶ Subtracta.] .i. furata: per quod denotatur, ꝙ violentus deprędator furtum committit, nullus enim improbior fur eſt, quam qui vi rapit. Inſtit. ui bono. rapt. in prin. ff. eod. tit. l. 1. 1

x ¶ Cruentę.] id eſt crudelis.

y ¶ In ore gladij tradiderunt.] Id eſt, cum gladio eos interfecerunt.

z ¶ Inter quos.] ſcilicet ipſos morti tradẽtes.

a ¶ Non modica.] q. d. imo magna.

b ¶ Inerat.] ſimulãdo eos interficere.

c ¶ Non leuiter.] q. d. imo grauiter.

d ¶ Vel.] pro ſaltem ponitur.

e ¶ Cedere.] .i. locum dare non reſiſtendo.

f ¶ Illius,] .ſ. confuſæ multitudinis.

g ¶ Obuiare.] frequẽter enim tumult[9] populi de facili ſedari non poteſt, ff. ad leg. Corne. de ſica. l. qui cædem.

h ¶ Nos igitur,] Tertia pars.

i ¶ Territi,] ſimile, ff. de pœn. l. capitaliũ, §. famoſos. C. ad legẽ Iul. repet. l. 1. 38. q. 5. non fruſtra.

k ¶ Relabi,] pœna .n. ſemel tolerata quem emendatum facit, cũ de ſe ſit ad emendationem hominum introducta, ff. de pœn. l. ſi pœnam.

l ¶ Illorum.] malefactorum, quibus admiſti ſunt.

m ¶ Quibus poſſumus,] hoc dicit, quia malas uoluntates hominum ad plenum cohibere non poſſumus 31. quæſtio. prima, hac ratione: cum multæ viæ pateant hominibus ad malitiam, in corpore Auth. de nup. §. mitiores, vt hi qui ob. ſe habere perhibent, §. 1. coll. 6.

n ¶ Saluti.] ad quorum ſalutem anhelat princeps Eccleſiæ, ut hic vides.

o ¶ Pacifico ſtatui,] Ad hoc anhelare debet quicunque præſidens, ut placitam & quietam teneat prouinciam, quam regit, quod non difficile obtinebit, ſi ſolicite agat, ut malis hominibus prouincia careat, ff. de offic. præſi. l. congruit, in corpore Auth. de armis, circa princ. de quæſtio. in prin. col. 6. extra de re iudi. ad Apoſtolicæ, lib. 6.

p ¶ Paternis affectibus,] ſicut enim pater pro liberis conſilium capere conſueuit, ff. ad legem Iuliam de adulter. nec in ea. §. primo. ſic præſidens pro ſubditis, paternam eis prouidentiam exhibendo, in corpore Authen. de manda. princi. §. quod ſi delinquentes, in fine. coll. 4.

a ¶ Hac

1 Adde, ꝙ ex hoc ſolo meriti ſunt pęnã capitalẽ, l. pen. ff. ad leg. Iul. de uĩ publ. in hoc ẽt cõmiſerũt crimen capitale, ꝙ dictos officiales ꝓpria auctoritate detinuerunt captiuos, l. 1. C. de car. pri. Item iſti congregando ſe armatos comiſerũt crimẽ lęſę maieſt. l. 3. cir. med. ff. ad le. Iul. maie. cuius pęna hř, C. illo titulo, l. quiſquis. Fon.

Pœna eſt ad emendationem introducta.

Voluntates malę cohiberi nõ poſſunt.

ſtrorū cōſilio hac [a] in perpetuū valitura cōſtitutione ſancimus, vt quicunq; de prouincia ipſa, vel aliūde in eā prouinciā morā [b] trahēs clericus, vel laicus famæ ſuæ prodigus [c] (ipſius Eccleſiæ calcata [d] reuerētia) in hoc ſceleris genus irrepſerit, [e] qđ rectorē ſeu rectores, qui ꝓ tpe regimini dictæ prouinciæ in ſpiritualib. [f] & tēporalib. auctoritate Apoſtolica ꝓfuerint, vel ipſorū aliquē; aut eorū vel alicuius ipſorū vicariū [g] aut iudicē, vel iudices, vel ipſius ꝓuinciæ theſaurariū aut locū tenentē eiuſdē [h] (qđ abſit) occiderit, [i] aut ad offendēdū illum, vel [k] illos inſecutus [l] extiterit, ceperit, [m] captiuauerit, [n] detinuerit, [o] ꝑcuſſerit, [p] aut ēt vulnerauerit [q] aut ipſorū aliqd, vel alias ī locū vbi morā traxerint, inſultū [r]

a ¶ Hac in perpetuum.] ex his verbis patet, quod iſta cōſtitutio generale ius inducit: hoc eſt enim unum de ſignis per quæ diſcernitur cōſtitutio gñalis, C. de leg. l. 4.

b ¶ Moram trahens.] per hæc verba vr̄, quod pęnæ. inf. poſitæ non extendātur niſi ad de prouincia exiſtentes, vel ſaltem immorantes: & ſic ſi unus uiator, uel aduena committeret ibidem contra hanc decre. pęnas infra poſitas non incurrent. Tum quia in illis hæc conſtitutio in multis pœnalis non loquitur, unde durum videretur ad non expreſſos eā extēdere, ff. de ſepul. vio. l. 3. §. non perpetua, de reli. l. at ſi qs, §. & generaliter, 32. q. 2. §. in hoc extra de elect. ſtatutum, li. 6. Tum quia alias viderentur illa verba, moram trahens per modum limitationis poſita, nihil operari, & eſſe ſine effectu, contra iura. 29. diſt. ſi Romanorum, extra de priui. ſi Papa, lib 6. ff. de contrahen. emptio. l. ſi debitor, §. veriſimile, de trit. vi. & oleo leg. l. cum certus. Tum quia hic de pęnis infligendis agitur, in quibus non ſunt habenæ laxandæ, ff. dē pœn. l. interpretatione, per ea quæ dixi in c. ſancta Romana, § Epiſcopos.

c ¶ Prodigus.] ſimile extra de accuſ. c. prælatorum.

d ¶ Calcata reuerentia.] quantum eſt in illis, ſimile huic, C. de veſti. olo. & deau. l. temperent, lib. 11. Et ſic colliges dehoneſtari Eccleſiam, vel dominum temporalem in perſonis officialium ſuorum, cum Eccleſiam, vel ſuum dominum repræſentent, argu. 94. diſt. c. vlt. & 24. diſt. cad. 1. extra de off. vic. c. Romana, C. vbi & apud quem in int. reſt. poſtu. l. 3. C. de iudi. l. ult. iuxta illud: Dominum crucifigunt, qui eum in ſuis ſacerdotib. perſequuntur, 3. q. 1. ca. nulli, & Eccleſia pati dicitur in eis tanquam miniſtris ſuis ar. ff. man. in prin. & de manu. vin. l. pater de do. cau. mor. l. ſi filiofa. & tanquam in illis qui ſuo effectui ſunt ſubiecti, ff. de iniur. l. 1. §. omnem inſt. eo. tit. §. patitur.

Sacerdotum perſecutores Dñi ſunt crucifixores.

e ¶ Irrepſerit.] id eſt proſilierit, vel prorupetit, ſimile, C. de epiſ. & cler. l. ſi quis in hoc genus. extra de pęnis, c. felicis, lib. 6.

f ¶ In ſpiritualibus, & temporalibus.] non videtur ergo incurrere pęnas inferius annotatas, qui uicarium in ſpiritualibus tantum offendit, cum hic textus uideatur expoſcere, quod ſit uicarius in vtriſque contrarium nō improbabiliter poteſt dici, cum offendens vicarium, vel iudicem aut theſaurarium, uel eius locum tenentem ad pecuniæ tantum receptionem inſtitutum, ipſas incurrat, & tamen in neutro ex illis expoſcitur, quod hæc duo concurrant, ſed ideo dicit de rectore in ſpiritualibus & temporalibus: quia frequenter accidit, quod ſimul ad hæc duo conſtituatur, quam ad alterum tantum: idem tamen ſi ad vtrumque, argumen. ff. de leg. l. nam, ad ea.

g ¶ Vicarium.] ſi ſit unus, uicarios, ſi ſint plures, & idē dicas de iudice locum tenente.

h ¶ Eiuſdem.] ſ. theſaurarij, vt ſic ad proxima fiat relatio, ar. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi idem. Vñ per hoc vr̄. ꝙ offendens locumtenentem iudicis, uel uicarij, non incurrat pœnas ſequentes, cum de hoc nihil ſtatuatur, ſed hoc eſt ideo, quia cum ſupponatur uicarium, uel iudicem eſſe ꝑ ipſum rectorē conſtitutū, & ſic fore ꝑ ipſū delegatum, ille non pōt locumtenentem ſaltem generalem hr̄e, cum delegatus ab alio, quam a principe non poſſit ſaltem vniuerſaliter committere vices ſuas, licet vnam cauſam ſingulariter ſubdelegare poſſit, C. de iud. l. a iudice. extra. de appel. cum cauſam, ff. quis & a quo appel. l. 1. §. theſaurarius, & ſupponitur eſſe ipſius rectoris, nec per ipſum cōſtitutus, ſed dr̄ theſaurarius ipſius prouinciæ ſicut, & rector, quaſi per hoc innuat, ꝙ quilibet ex eis a principe ſit ad certum officiū cōſtitutus, ut ſic quilibet eorum ſuum uicarium, uel locū tenentē habere poſſit.

i ¶ Occiderit.) intellige qualitercunq; doloſe tñ, cū nō diſtinguat, & arg. C. de maleſi. & mathema. l. 1. Et enumerat decem & ſeptem modos offenſæ, uel culpæ, & ex vnoquoque quis incurrit pęn. ī. ſequētes, & hic eſt primꝰ.

k ¶ Vel illos.] ſupra nominatos.

l ¶ Inſecutus) Secūdus modus: ſola ergo inſecutio cauſa offendendi facta, facit quem incurrere pęnas. ī. poſitas, quaſi mala præſumpta uoluntas ex facti qualitate pro facto habeatur, ff. ad le. Corn. de ſic. l. 1. & l. diuus, C. eod. tit. l. ſi quis cum telo, de pœn. diſt. 1. ſi quis cum telo, ſimile huic, C. ad le. Iul. maie. l. quiſquis, de pęnis, c. felicis, lib. 6.

m ¶ Ceperit.) Tertius modus, & dic ceperit, ſ. in perſona ſecus enim ſi eius bona, arg. eorum quæ no. Inno. de ſenten. excom. monachi, ſumitur aliter uerbum, capere, ff, de verb. ſign. l. aliud eſt capere, & l. cepiſſe.

n ¶ Captiuauerit.) quartus modus, & multifarie poteſt intelligi iſtud verbum, puta ſi ipſos, uel alterum de ipſis in manibus hoſtium tradiderit: tunc enim traditus proprie captiuus dr̄, in tantum quòd ſeruus hoſtium efficitur. Inſti. de re. diui. §. item ea, ff. de capi. & poſtl. reuer. l. poſtliminij, & l. hoſtes, & de tali captiuante pōt infallibiliter intelligi textus iſte. Alio modo poteſt dici captiuauerit, puta tanquam ſeruum ſuum aliquem de ipſis inuitum detinendo: nam non multum a ſpecie ſeruorum differunt, quibus non datur libertas egrediendi, ff. de lib. ho. exhib. l. 2. de cōd. & demon. l. Titio, §. 2. vel dic, captiuauerit, id eſt captum in cuſtodia publica, vel in uinculis qualitercunque induxerit. ff. ex quibus cau. maior. l. ſuccurritur, & argum. extr. de ſent. excom. cap. nuper.

Serui efficiū tur captiuitate.

o ¶ Detinuerit.) quintus modus, & dic, detinuerit qualitercunque inuitum: uolenti enim non fit iniuria, C. de tranſa. l. cum donatione, ff. de iniu. l. 2. §. uſque adeo, de reg. iur. l. nemo videtur fraudare, & intellige, detinuerit, etiam abſque alia corporis læſione, vt differat a verbis, quæ ſequuntur, & arg. de ſent. excom. c. nuper. q

Iniuria non fit volenti.

p ¶ Percuſſerit.] ſextus modus, & hoc uerbum manus iniectionem denotat, arg. ff. de iniur. l. 1. §. iniuriam, & l. lex, Corn. in prin. & §. 1. abſque ulla corporis contaminatione, ut differat a uerbo ſequenti, & arg. de ſent. excom. c. contingit.

q ¶ Vulnerauerit.) ſeptimus modus.

r ¶ Inſultum fecerit.] octauus modus, & dic, fecerit cū multitudine ſecum coadunata ad hoc faciendum, argu. ad hoc, ff. vi bo. rap. l. 2. in prin. §. homines, & l. prętor, §. hoc edictum, & hoc ſi loquaris de inſultu, qui fieret in perſonam alicuius prædictorum, ſed ſi intelligas de inſultu, qui fieret contra locum, puta caſtrum, ciuitatem, uel uillam, niſi tales moram traherent, tunc non videretur proprie inſultus fieri cum paucis, argumen. ad hoc eſt, quod met. cau. l. non eſt ueriſimile, & d. §.

hoc

fecerit, aut ipſum, vel ipſos obſederit,[a] ſiue de ſuo regimine, vel officio forsã expulerit,[b] vel fugauerit,[c] vel [d] ſocius fuerit facientis, aut illũ, vel illos bonis [e] aliquib. ſpoliauerit, [f] vel prouinciæ ſupradictæ alicuius ciuitatis, caſtri, vel loci de ꝓuincia ipſa populũ, cõmunitatẽ vel vniuerſitatẽ, aut aliquos ex eis, vel quoſuis alios de ꝓuincia ipſa directe, vel indirecte [g] cõtra nos & pręfatã Eccleſiã ſeu Rectores, Officiales, & Locumtenẽtes prædictos, vel ipſorum [h] aliquẽ ad ſeditionẽ quõlibet excitabit [i], ac rebellionẽ [k] ſeu conſpirationem [l] per ſe, vel per [m] alium ſeu alios facere, vel procurare pſumpſerit, vel ad ea [n] ſiue ipſorũ aliquod dederit [o] auxilium, [p] conſiliũ, vel fauorẽ, [q] directe, vel indirecte, publice, vel occulte, cuiuſcunq; conditionis, [r] ordinis, dignitatis aut ſtatus eccleſiaſtici, vel mundani [s] fuerit, ẽt ſi patriarchali, vel archiepiſcopali ſeu Epiſcopali, vel ſuperiori [t] præfulgeat dignitate, perpetuo [u] ſit infamis: [x] vt nec ad teſtimoniũ, vel alios actus legiti-

hoc edictum niſi ex facti qualitate aliter foret arbitrandum, puta ſi quis per ſe ſolum, vel paucis coadunatis inſultum faceret talem, qui totum locum, & habitantes in eo terrere poſſet, puta ignem imponendo, vel flumẽ ad occupandum locum diuertendo, arg. ff. ex quib. cau. ma. l. metus, de inc. rui. nau. l. ne piſcatores. per hoc autem quòd dicit, inſultum fecerit in ipſorũ aliquem, vel locũ, &c. dicas pœnas infr. poſitas locum non hr̃e contra inſultum, vel rixam facientem in aliquos habitãtes locum, non tñ familiares prædictorũ: quia hoc non videtur fieri in aliquam dehoneſtationẽ Eccleſiæ, vel ſuorum officialium, & per ea quæ dixi ſupr. in gloſſ. per hæc verba.

Obſidiatus triplex eſt modus.

a ¶ Obſederit.] Nonus modus, & expone, i. ipſum. vel ipſos ſuo aliquo modo cuſtodiæ tenuerit, ſic ꝙ eis liber non pateat egreſſus, vt ſi in aliquo fortalitio, vel caſtro exiſtentes circũdantes exercitu, vel in multitudine armatorum, arg. ff. ex quib. ca. ma. l. ſuccurritur, & l. in ea. & l. necnon, §. 1. & ſuper hoc uidere potes, quæ not. per Inn. & Hoſt. de ſent. excom. nuper, alius modus obſidiatus in iure reperitur, puta cum per hoſtes populo Romano, vel per ipſum hoſtibus præſtantur obſides pro pace ineunda, vel ſecundum Ioannem pro inita conſeruanda, ff. ad leg. Iul. maie. l. 1. de quibus legitur, quòd non poſſunt facere teſtamenta. ff. de teſta. l. obſides, bona quæ interim acquirũt, fiſco applicãtur, ff. de iure fiſci, l. diuus. Alius 1 autem eſt modus obſidiatus, in vulgari vocatus, obſtagium, cum quis pro ſe, uel alio promittit, uel iurat non exire certum locum, vel territorium, niſi ſoluto debito, uel attento promiſſo, d. l. nec non, §. 1. ext. de iureiu. c. ex reſcrip. de arbi. expoſita. 23. q. ult. c. ut pridem.

1 De iſto vide Dñm Mõtolonium in uer. obſes, in prõptuario ſuo diuini et humani iuris. Fon.

b ¶ Expulerit.] decimus modus, & expone, expulerit per uim expulſiuam, in qua nulla eſt uolunras.

c ¶ Fugauerit.] id eſt, ipſos, uel ipſum fugando ſeu proſequendo ad dimittenda officia compulerit, & eſt undecimus modus.

d ¶ Vel ſocius fuerit.] Duodecimus modus, & intellige, ſocius fuerit in ipſo maleficio, & hoc denotat uerbum facientis, quod ſequitur: ſecus autem dicas ſi aliquis eſſet ſocius illius, qui talia faceret, cui in hoc aſſẽſum non præberet, argu. de ſent. excom. c. ſi concubinę, C. de teſti. l. qui liberi.

e ¶ Bonis aliquibus.] videtur intelligendum de quantiſcunque, & qualibuſcunque bonis, cum indefinite loquatur, arg. de priuil. quia circa.

f ¶ Spoliauerit.] priuando illos talium bonorum poſſeſſione, hoc enim denotat ſignificatio huius uerbi, & eſt decimuſtertius modus.

g ¶ Vel indirecte.] quaſi dicat per ſe, uel per alium expreſſe, uel tacite, uel ſubdole.

h ¶ Ipſorum aliquem.] ex ſeditione igitur incitata contra alium quam contra Papam, uel Eccleſiam Romanam, uel aliquem de prædictis, non incurreret pœnas ſequentes per hunc textum, & per ea, quæ dixi ſupr. in gl. per hæc uerba, & in glo. octauus modus.

i ¶ Excitabit decimus quartus modus, & talem ſeditionem excitandi in populo quandoque pœna capitalis ſecundum legem imponitur, vel minor quandoque, ff. de pęnis. l. ſi quis aliquid. §. fauores, & l. capitalium, §. ſolent, C. de ſedi. l. prima, & 2. quandoque imponitur pœna legis Iuliæ maieſtatis, ff. ad leg. Iul maieſta. l. prima.

Seditioſi quã pœna sũt puniendi.

k ¶ Rebellionem.] facere, vel procurare, præſumpſerit, quod eſt infra, & intellige in dicta prouincia, vel caſtris eiuſdem, vt ſupra. Et hic poteſt denotari decimus quintus modus.

l ¶ Conſpirationẽ.] Decimusſextus modus, & hic conſpiratio in malam partem ſumitur, & 11. quæſtio. 1. conſpirationibus, & extra de teſti. cogen. cap. vltim. aliquando ſumitur in bonam, vt dixi in ca. ſancta Romana, ſuper verbo, conuenticulas, & probatur, C. de pœn. l. qui ſententiam, de profeſ. & medi. l. magiſtros. & l. nota. lib. 10.

Conſpiratio in bonam & in malã partẽ ſumitur.

m ¶ Per alium.] in maleficijs enim non refert an per ſe, uel per alium quis faciat, ff. de ui. & ui. arm. l. 1. §. deieciſſe, de iniur. non ſolum, §. ſi mandato, & §. Proculus, extra de reſti. ſpol. cum ad ſedem, de ſẽnten. excommunic. c. mulieres, de homic. c. is qui lib. 6. cum ſimilibus.

n ¶ Vel ad ea.] ad omnia ſupradicta videtur referendum, quod hic dicitur, argumen. ff. de lega. 1. l. talis ſcriptura, extra de appella. cap. ſecundo requiris.

o ¶ Dederit.] Decimusſeptimus modus.

p ¶ Auxilium.] qualiter uideatur quis opem, uel auxilium, uel conſilium præſtare, colligitur, inſtit. de oblig. quæ ex deli. naſ. §. ope. ff. de fur. l. in furti. §. ope. & §. conſilium, & l. ſi pignore, §. qui ferramenta.

q ¶ Fauorem.] ſed qualiter fauorem quis præſtare uideatur in talibus, uel ſimilibus, uide quod not. Gul. de hære. c. quicunque. §. 1. lib. 6.

r ¶ Conditionis.] id eſt qualitatis, ſimile, ff. de uſufr. l. ſed & ſi quid, §. primo, no. extra de cleri. non reſid. quia nonnulli.

2 Vide, quæ ibi notaui & ibi dicit Alber. ꝙ exco. eſt priuatus actib. legitimis. c. pia, de excep. & iõ non promouetur ad docto. cum illa ſit dignitas cũ adminiſt. authẽ. habita. ne fil. pro patr. § illud, in prooemio Digeſtorum. Fon.

ſ ¶ Mundani.] cum prędixerit cuiuſcunque, comprehendere uidetur comitem, uel etiam regem, & argu. ad hoc in c. ſi fratrum, §. quia igitur.

t ¶ Superiori.] hic recita, quod dixi in c. fratrum, §. quia igitur.

u ¶ Perpetuo.] Enumeratis decem, & ſeptem modis enumerat decem, & octo pœnas, quas omnes incurrit quis ex vnoquoqne de prædictis modis.

x ¶ Infamis.] Prima pœna. Et dic infamis infamia iuris cuius infamiæ pœna multos effectus pęnales inducit, repellit enim quem a teſtimonio, ut ſequitur, & in corpore Auth. De teſtib. l. 3. & l. ob carmen. extra de prob. licet. Item a dignitate. C. de infam. libr. duodecimo, extra de exceſſibus prælatorum, inter dilectos, de regulis iuris, infamibus, libro ſexto. Item a patrocinando, ff. de poſtul. l. prima, §. remouetur. Item ab actibus legitimis, ut ſequitur, & extra de teſti. licer ex quadam. Nonnullos etiam alios effectus inducit iuris infamia;

quos

timos [a] admittatur: Sit intestabilis, [b] vt nec testandi liberam habeat factionem, [c] vel ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur: [d] Nullus [e] ei super quocunque negotio respondere, sed sed ipse aliis respondere [f] teneatur: Nec [g] quæuis causæ ad audientiam præferantur illius: Nec [h] valeant eius sententiæ [i] uel [k] processus: Nullus [l] ei in quacunque [m] causa, vel negotio patrocinium præstare præsumat: [n] Nec [o] ipse ad [p] patrocinandum aliis admittatur: [q] instrumenta [r] confecta per eum, si forte officium tabellionatus exerceat, [s] nullam habeant firmitatem; [t] sed potius cum auctore damnato damnentur. [u] Dignitatibus, [x] officiis, & beneficiis ecclesiasticis, vel mundanis, [y] quæ obtinet, [z] quęcunque sint & quocunque nomine censeantur, [a] sit eo ipso [b] priuatus, ac [c] inhabilis, & indignus ad ea, [d] & quælibet [e] alia in posterum obtinenda; Filii eius ad nullos honores ecclesiasticos, vel mundanos, ad nullas dignitates, vel beneficia ecclesiastica, aut officia publica quomodolibet [g] admittantur. Libertati-

quos curiosus lector per se poterit inuenire.

a ¶ Legitimos.] non videtur intelligendum hic de omnibus actibus, qui a lege sunt inducti, quia sic ab omni contractu, & cōmercio, & extremæ voluntatis cōfectione, & quocumq; officio ēt oneroso repelleretur infamis: ꝙ forte verum non est 1 arg. instit. de excep. §. vlt. C. de decu. l. si quis procurationē. l. 10. 50. dist. c. accedens, cum ibi not. sed intelligi potest de actib. pro quadam prærogatiua honoris inductis, arg. ff. de decurioni l. eos.

a Benedicit. adde not. in c. tuā, de æt. & qualit. c. infames. 3. q. 7. Font.

b ¶ Intestabilis.] actiue, & passiue, vt sequitur. Et est secunda pœna.

c ¶ Factionem.] in hoc efficitur intestabilis actiue.

d ¶ Vocetur.] & in hoc efficitur intestabilis passiue. simile, C. de hæret. attendētes, extra de hær. excōmunicamus, §. credentes. de poe. c. felicis, li. 6. sicut alibi est videre, ꝙ aliquis efficit ineligibilis actiue, & passiue, ext. de conse. cum dilectus.

e ¶ Nullus ei.] Tertia pęna cui concordant iura, scilicet proxi. alleg.

f ¶ Aliis respondere.] hoc ideo ne ex sua malitia commodum consequatur, extra de iud. intelleximus, non. n. immunitatem pęna præstare debet. ff. de interd. & rele. l. relegatorum, §. vlt.

Pęna, immunitatem nō præstat.

g ¶ Nec quæuis causa.] Quarta pęna, & sic erit priuatus omni iurisdictionis, exercitio in causis, simile reperitur in iuribus sup. prox. alleg. in gl. & in hoc.

h ¶ Nec valeant.] Quinta pœna.

i ¶ Sententiæ.] si de facto eas tulerit.

k Vel processus.] indistincte loquitur: quare debet intelligi de quibuscunque processibus tam iudicialibus, quam inquisitoriis: & quæ dicantur esse de processu, colligitur extra de prob. c. quoniam contra falsam, & sic cum citatio sit de processu vt ibi: sua citatio aliquē nō arctabit. arg. extra de elect. c. bonæ 2. iuncto c. ad audiētiam, de consue. ff. de iurisd. om. iud. l. vlt. iuncta l. 2. si quis in ius voc. non ierit cum ibi no. & extra de accusa. veniens, & per Inn. de dila. c. præterea.

Citatio est de processu.

l Nullus ei.] Sexta pœna.

m Quacunque causa.] criminali, vel ciuili.

n Præsumat.] & ita subtrahitur sibi communio patrocinii, sicut & interdicto, vel excommunicato communio Christiani. extra de vsur. post miserabilem, 11. q. 3. cum excommunicato. cum similibus.

o Nec ipse.] Septima pœna.

p Ad patrocinandum.] id est, aduocationis officium pręstandum, arg. ff. de postul. l. 1. § postulare.

q Admittat.) subaudi ēt si sponte, vel gratis patrocinari vellet, sicut de alio infami dr̄. ff. de postu. l. 1. §. remouet & arg. insti. de excus. tut. §. idem rescripserunt.

r Instrumenta.) Octaua pęna.

s Exerceat.) .s. post tales offensas, vel aliquam de ipsis commissam.

t Firmitatem.) hoc intellige de confectis postquam talia commisit: confecta autem ante bene valerent, sic pōt intelligi, ꝙ no. in corpore auth. de tabel. §. nunc tñ. coll. 4. & per Inn. de hær. c. fraternitatis, & arg. ff. de off. præto. l. Barbarius, ff. de iti. actuq; priua. l. nec. n. C. de admin. tut. l. sancimus, de reg. iur. factum legitime. lib. 6. quia alias puniret̄ ille ad cuius cōmodum facta fuerant instrumenta illius odio, contra legem, si quis in suo, C. de inoff. test.

u ¶ Damnentur.] simile extra de hær. c. fraternitatis.

x ¶ Dignitatib.] Nona pœna.

y ¶ Mūdanis.] Nota principē ecclesiæ priuare posse ex causa nedū clericū, immo & laicum, non tantū a beneficio, & officio ecclesiastico, immo ēt temporali, & mundano. nec mirū: quia & libertate, quæ est de iure naturali. ff. de iust. & iu. l. manumissiones, inst. de iure psona. §. 1. priuat eū qñque extra de iudę. c. ita quorundā, 15. q. vlt. c. cū multæ. Et si quæras, quomodo hoc fieri pōt, cum iura naturalia, sint de se immutabilia, instit. de iure natura. §. sed & naturalia, nec ea q̄ competūt de iure naturali, uidentur posse tolli ēt per principem. extra de re iu. pastoralis, §. ceterum. cle. 5. & arg. ff. de pęn. l. quidam sunt, & no. C. de preci. impe. offe. l. quotiens, & per no. extra de const. c. quæ in ecclesiarum, & de immunit. eccl. c. quia plerique. Rñdeo, ꝙ ius naturale in se totale immutabile est, & semper æquum, & iustum remanet: sed in particulari ea quæ de iure naturali competunt: ex causa, puta ex delicto summoueri possunt, sic notatur, C. si contra ius, vel vtili. pub. l. vlt. vnde, & libertas, licet de iure sit naturali, tolli potest etiā per pactum: puta si maior xx. annis ad pretium participandū patiatur se uendi tanquam seruum alicui credenti ipsū seruum, ff. de sta. ho. l. & seruorum, §. serui. instit. de iure perso. §. serui. & in eis not.

Libertas a Papa potest auferri.

z Obtinet.] scilicet de præsenti.

a Censeantur.] non curatur ergo si sint simplicia beneficia, curata vel non curata.

b Eo ipso.] & sic non erit sententia hominis priuatoria necessaria. Simile de elect. quam sit de hæret. cum secundum leges, in corpore auth. de rap. mul. §. fi. coll. 9. cum similibus.

c Ac inhabilis.] Decima pęna.

d Ad ea.) scilicet prius habita, quibus eo ipso priuatus est.

e Quælibet alia.) non dicit prioribus similibus, quare de oībus habet intelligi hæc inhabilitas, super quo uide quod dixi in decr. Execrabilis.

f Filii.) Vndecima pęna. Sed an ista pęna extendatur ad nepotes? Dicas quod non: cum de odio agatur. arg. ff. de testam. tu. l. quod si nepotes, de liber. & posth. l. 2. & l. cum quidam. alias dic ut dixi in decr. execrabilis, in verbo, filius.

g Quomodolibet.) .s. quasi dicat siue patris delicto cōsenserit; siue non: si enim consensissent, tunc ex proprio delicto paterentur hanc pęnam, ut su. Sed summa vr̄ iniquitas, ꝙ filius innocens ex delicto patris punia-

Filiꝰ an pos sit ob patris crimina ple cti, uide quæ ego notaui in c. nō dēt, de reg.iur.& de istis statu tis, ꝙ pr̄, & filius teneā tur p se inui cem. H p.in l. infans, ff. đ fcatiis. Fon.

o Vide Alfō. Castr.li.2.de iusta hæret. punit. c. 10. & 11.

niatur? cum scriptū sit lege diuina: non portabit iniq. tate patris filius, nec econtra. 1.q.4.c.1.& 2. Itē lege humana canonica, & ciuili scriptū est, peccata suos auctores, nō alienos tenere debere. C.de pę.l. sancimus, extra de his quæ fiunt à ma. par. c. quæsitū. Itē expressum vr̄, ꝙ crimen paternum vel pęna paterna nullā maculā filio infligit, ff. de pę. l. crimē. Ad hoc dicas, ꝙ atrocitas delicti aliqñ pęnā facit infligi aliis ob delicta parentū, vt hic, & ext. de pœ. c. felicis. C. ad le. Iul. maiest. l. quisquis. Sed per hoc adhuc nō respondet contrariis? Dicas sic, ꝙ ideo filii puniūtur, quia ī eis paterni criminis exēpla metuūtur, vt d. l. quisquis. Sed ista ratione cōsiderata uidetur, ꝙ ex quocūque publico crimine pœna paterna dēret filiū afficere: sed hoc non est verum, vt in contrariis. Potes igit meo iudicio ꝓbabilius rñdere, ꝙ hoc contingit nō vt principaliter puniat filius propter crimē patris, cum sit innocens: sed cum pater terreatur ob affectum paternum in pœna filii magis quam in sua, vel quam ipse filius, ff. ꝙ met. cau. l. isti quidem, ad plus puniendum patrem nedum in seipso, sed & in filio, in certis criminibus sic statuitur: licet occasionaliter filius puniatur, vt & pater arceatur a talibus criminibus committendis, cogitans de pœna nedum sibi, sed & suis filiis infligendis: Sic est videre de sententia interdicti quę ob culpam domini temporalis fertur in subditos, ut nedum in se, sed in subditis, ad quos tenetur affici, sentiat se punitum, & vt citius a tali culpa committenda propter hoc arceatur, extra de offi. deleg. sane quia. de spon. non est. Reliqua dic, ut no. 1. q. 3. in summa, & per Gar. extra de usur. c. usurarum, li. 6.

bus, [a] & etiam immunitatibus realibus, [b] & personalibus, priuilegiis, & indulgentiis quibuscunque sub quacunque forma verborum ab [c] Apostolica sede concessis ex tunc [d] penitus careant: Vasalli, [e] & homines a iuramento fidelitatis, & alia quauis obligatione, quibus tenentur eidem, sint penitus absoluti. [f] Feuda [g] quoque, iura, honores ac officia, & alia quæcumque bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchię, & alibi vbicumque a prædicta Romana [h] obtinent Ecclesia, sint eo ipso [i] penitus [k] confiscata: [l] Aliis [m] vero feudis, iuribus, honoribus, officiis, & bonis immobilib. quæ a quibuscumque aliis [n] tenent ecclesiis, sint eo ipso [o] priuati: quę sic ad easdem ecclesias libere [p] reuertantur, quod de illis earum rectores pro sua voluntate [q] disponant: [r] mobilia [s] vero bona ipsius [t] concedimus fidelibus occupanda. [u] Illud [x] nihilominus adiicientes nostrę huiusmodi sanctioni, [y] vt sic [z] delinquens excōmu

a Libertatibus.) Duodecima pœna.

b Realibus.) id est rebus concessis, ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. permittitur. de cens. l. ætatem. §. reb. & tales libertates summouentur isto casu, licet alias duraturæ forent de sui natura, etiam persona extincta, vt in dictis iuribus, cum suis similibus.

c ¶ Ab Apostolica sede.] sed pone, ꝙ ab alia sede tales libertates, vel priuilegia fuissent isti concessæ, videbunturne hic sublatæ? Videretur, quod non, vt in simili dixi sup. in gl. per hæc verba, & in glo. octauus modus, nisi in quantum diceres talē fore priuatum omnibus honoribus, quod ab aliis ecclesiis obtinebat, infra in versu, aliis uero.

d ¶ Ex tunc.] postquam. s. aliquem de prædictis offensæ modis commiserit.

e ¶ Vasalli.] Decimatertia pœna.

f ¶ Absoluti.] concor. ad hoc, c. si fratrum, §. pen. & dic vt ibi dixi. ad idem in lib. feud. tit. hic finitur, lex circa princ. 15. q. 6. c. nos sanctorum, vbi de hoc, & extra de hær. c. ult. Et hic uidere potes quæ no. Inn. & Host. de dolo & cont. c. ueritatis.

g ¶ Feuda.] Decimaquarta pœna.

h ¶ Romana obtinent ecclesia.] vel ab aliis, vt statim sequitur.

i ¶ Eo ipso.] . s. ꝙ aliquid de p̄missis cōmissum fuerit.

k ¶ Penitus.) id est, in totum.

l ¶ Confiscata.) talis confiscatio bonorum confiscatorū dominiū transfert in fiscum absque aliqua traditione, ut, & alias, ff. de publ. & vect. & cōmissis. l. cōmissa, ff. de incest. nup. l. cū ancillis. in corpore, auth. eo. tit. §. 1. coll. 3. de rapt. mulier, §. vl. coll. 9. ext. de hære. c. cum secundū leges, cum simil. Quid autem de honorib. & officiis? dic ꝙ sint confiscata, intellige de talib. honorib. & officiis, qui vel quæ secundū forte cōem vsum loquēdi patrimonialia cēsentur: si autē de illis honorib. & officiis intelligas, dices ipsa confiscata. i. ad fiscū ecclesiæ deuoluta, vt de illis in psonis aliorū disponere possit, arg. tex. seq.

m Aliis.) Decimaquinta pœna.

n Aliis.) . s. ab Ecclesia Romana, quæ dicūtur vniuersalis ecclesiæ fore membra. 7. q. 1. Nouatianus.

o Eo ipso priuati.) absque alia hominis sentētia priuatoria, vt dixi sup. in glos. & sic non erit, & concordat ad hoc de elect. c. vbi maius, §. ipsos insuper, & c. fundamenta. §. quod si secus, de pœn. c. felicis, lib. 6. & eod. tit. cap. in quibusdam.

p ¶ Libere.] quasi dicat, absque aliqua contradictione illius de elect. ubi maius, §. ipsos insuper.

q ¶ Voluntate.] quasi dicat, illo etiam non uocato. arg. de præb. c. licet.

r ¶ Disponant.] sed hoc aliter intelligas, poterit ne talis de possessione talium bonorum deiici per uiam executionis, vel occupationis bonorum absque aliqua alia sententia declaratoria, quod crimen fuerit per illum cōmissum? Dicas, quod non, C. de iure fisci. l. ult. li. 10. ext. de hære. c. cum sm̄ leges, sed talis sententia declaratoria promulgata, non est sñīa hominis necessaria priuatoria, ut prædixi: quia tunc statim succedit, & locum habet sententia iuris, & sic intelliguntur iura dicentia quem incurrere ipso facto bonorum confiscationem, de homic. pro humani. §. vlt. lib. 6. & in iurib. allegatis, in gl. talis confiscatio. Et si quæras quid ergo prodest quem ipso iure fore priuatum prius bonorum suorum dominio? Respondeo propter fructus medio tempore perceptos, quos restituere compelletur, ff. de his quib. ut indig. l. eum qui. & ita no. in corpore, auth. de incestu. nup. §. sancimus, coll. 3.

s ¶ Mobilia.] subaudi, uel mouentia: quia de illis idem est iudicium, ff. de uerb. sig. l. mouentium

t ¶ Ipsius.] . s. qui aliquid de præmissis commiserit.

u ¶ Fidelibus occupanda.] non ergo aliis: & sic vides bona alicuius ob sua demerita concedi per ecclesiam alteri occupanda, cum, & aliqñ nedū bonorū, sed & psonę talis occupatio concedatur, ext. de Iudæ, c. ita quorundā. & statim occupanti dñium bonorū occupatorū acquirit vt alias. Instit. de re. diu. §. itē ea q̄ ab hostibus. ff. de acq. rer. dom. l. naturalem. §. ult. cum similibus.

x ¶ Illud nihilominus.] Quarta pars.

y ¶ Sanctioni.] .i. pęnali constitutioni, quæ proprie sanctio appellatur, not. 3. dist, in summa.

z ¶ Sic delinquens.] . s. altero de modis sup. expressis.

a ¶ Excom-

nicationis [a] sententiæ, Vniuersitas [b] uero seu communitas, quæ deliquerit [c] in prædictis, eiusque territorium, & districtus intedicto [d] ecclesiastico subiaceant ipso [e] facto: A qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio, quam a Romano [f] Pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis articulo [g] † constitutus. Per [h] hoc autem non adimimus sæcularibus Potestatibus [i] facultatem utendi legibus [k] contra talem, quas aduersus sic [l] delinquentem catholici principes ediderunt. [m] Dignum etenim est, ut quos timor Dei a malo non reuocat, pœnarum [n] moles in eos exaggerata compescat. [o] Nulli &c. nostræ functionis, & sanctionis insuper, &c. Datum Auinion. viij. calend. Septemb. anno tertio.

TITVLVS XIII.

De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

¶ *Taxatio gratiarum sedis Apostolicæ impetratarum tā cum clausulis consuetis, quam non consuetis hic continetur. Et quot litteras, quotque dictiones linea complecti debeat, declaratur, ad paupertatem respectus habetur. Cōtra trāsgressores pœna suspēsionis ab officio usque ad sex menses, & quandoque priuationis imponitur, & ultra illam Abbreuiatoribus sententiam excommunicationis Papa comminatur.*

CAP. VNIC.



Vm ad sacrosanctæ [p] Romanæ Ecclesiæ sinum [q] uelut [r] ad matris ubera referta dulcedine, [s] ac Romani Pontificis Christi vicarii successorisque [t]

a ¶ Excommunicationis,] scilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur, de sententia excom. ca. si quem, & est xvj. pœna.

Vniuersitas delinquere potest.

b ¶ Vniuersitas,] hic dicas vt dixi in c. si fratrū, in verbo ciuitatibus, & no. extra de exces. præla. c. tanta.

c ¶ Quæ deliquerit,] pōt ergo vniuersitas delinquere, vt hic, & de pœnis, si quis sua dente. §. ciuitas, Clemens. v. de pęnis. ca. felicis, §. vlt lib. 6. ff. quod met. cau. l. metum, §. animaduertēdū, licet nō de facili. ff. de dolo. l. sed, & si ex dolo. §. 1. in quib. de hoc: cū de facili non consentiant. ff. qđ cui. vniuer. l. 1. & de hoc no. de simo. dilectus. p Ber. & In no. & plenius p Hosti. & de sen. excom. grauem, per Inno. & Host. post eum.

Interdictum varias habet species.

†Quia ī mortis articulo nulla est casuū reseruatio. vide conci. Trid. sess. 14. c. 7. de casuū reseruatione.

d ¶ Interdicto ecclesiastico.] xvij. pœna. Et signanter dicit ecclesiastico, vt denotetur quod quādoq; subijcitur quis alij interdicto, puta q̄do sibi certū officiū, vel ministeriū interdicitur. ff. p pęnis, l. more, §. solet, & l. ult. C. p postu. l. 1. ff. eo. ti. Imperatori quandoque interdicit solus ingressus ecclesiæ extra de sent. excom. c. is qui de priui. ca. ēporum. li. 6. quādoq; vero interdicitur, & ingressus alterius loci territorii, uel district⁹, ff. de interdi. & relig. l. te legatorum, §. dubitatū, & §. sequenti.

e ¶ Ipso facto,] & sic est canon latæ sententiæ, non ferēdæ. simile de pęnis, felicis, li. 6. cum similibus.

f ¶ Romano Pōtifice.] subaudi, vel alio per ipsum deputato, de senten. excom. ad eminentiam.

g ¶ Mortis articulo.) iste casus semper intelligitur exceptus, de senten. excom. non dubium.

h ¶ Per hoc autem.] Quinta pars. Et expone per hoc scilicet, ꝙ sic, vt. s̄. puniri uolumus taliter delinquentes.

a Iudex sæcularis punire pōt iā punitum, p iudicem ecclesiasticum. Et de hoc articulo vide plene Antoniū Gomesiū Tomo 3. variar. resolut. ca. 2. nu. 40.

i ¶ Potestatibus.) pro præsidentib. iurisdictioni sumitur istud uerbum ut in c. fratrū, & c. Ecclesiæ Romanæ, ff. de ver. sig. l. potestatis.

k ¶ Legibus,) id est. pœnis per leges inductis.

l ¶ Sic delinquentem,) scilicet ut supra pręmittitur in §. nos igitur.

m ¶ Ediderunt,) super hoc tu curiose lector considera singulos modos offensæ supra expressos, & cōtra eorū quemlibet pœnas in iure inductas iuxta facti uarietatē reperies, & per hoc patet, ꝙ punitus per iudicem ecclesiasticum, adhuc pro eodem delicto puniri poterit per iudicem sæcularē. 1. sic extra de pęn. c. felicis. §. per hoc quoque. 16. q. 1. c. placet, in fine. licet laicorum punitio primo spectet hoc casu ad iudicē sæcularem. 14. q. 4. de presbyterorum, & no. 90. dist. c. placuit, in glo. ult. 23. q. 5. c. sunt quidam. Sed hoc principi ecclesiæ sic disponere forte placuit ob horrorē criminis, & dehonestationē factā ecclesię in personis, ut sup. dixi in gl. q̄tum est in illis, uel quia tales satis puniti non erant, illæ pęnæ potuerūt supaddi, iuxta nota. extra de iud. c. at si clerici. in glos. pe. ul. de hoc etiam dixi dicto. c. felicis.

n ¶ Pęnarum moles,] id est multitudo, uel accumulatio.

o ¶ Cōpescat.] simile extra de uita, & hon. cleri. ut clericorū. C. de emēda. proprin. l. 1. Zenzeli.



Vm ad sacrosanctę. Potes istam cōstitutionē diuidere in partes septem. In prima per modum cuiusdam arengæ, seu pludii ratio constitutionis edēdæ præmittitur. In secunda ipsa constitutio. sup taxatione litterarum Apostolicarum consuetis clausuli concessarum subiungitur ibi, [Qua de re, &c. In tertio clausularum insolitarum in litteris appositarū certe taxatio cum moderamine tā pro scriptura quam pro registro, quam pro Abbreuiatoribus annectitur ibi, [Si uero eisdem, &c. In quarta litterarum in forma communi pauperum obtentarum taxatio subinfert ibi. [Hoc licet, &c.] In quinta quid de taxatione litterarum iustitiæ faciendum sit, statuitur, ibi, (Citra taxationem, &c.) In sexta ad ipsam constitutionē certum quid adiicitur ibi, (Ad hæc prædictæ, &c.) In septima trangressoribus constitutionis pœna infligitur ibi,) Cæterum ut prædicta.)

Diuisio textualis.

p ¶ Sacrosanctæ,) hic dicas ut dixi in c. sancta Romana.

q ¶ Sinum.) i. est, refugium, vel secretum simile verbū. ff. de proba. l. quoniam testamentum 2.

r ¶ Velut,) pro tamquam, ponitur.

s ¶ Dulcedine,) similitudinarie loquitur, sicut. n. infans sugendo ubera in sinu matris repleta dulcedinem reperit, sic quicūq; ad matris spiritualis Ecclesiæ sinū recurrit, dulcedinē ex cōfidētia reperire sperat, ut eius uberib. nutriatur, & eius auctoritate defendatur, & a suis oppressionibus releuetur: quia non potest, nec debet mater filium suum obliuisci. 2. q. 6. ca. ad Romanam 2.

t ¶ Successorisque Petri.) simile 40. dist. si uos, extra de translat. ca. inter corporalia, & c. quanto, & de re iud. Apostolicæ, §. nos autem. lib. 6.

Petri clementiam, tamquam ad patris[a] plenam prouidentiam pietatem[b] orbis[c] terrarum, & qui[d] habitāt in eo gratiarum[e] spe[f] assidue confluāt vniuersi; indignum credimus nostris fore temporibus[g] vt quibus nos & Ecclesia ipsa exuberamus in gratijs, deficiamus in[h] donis, ne murmurandi inde præstetur occasio,[i] vnde gratitudine[k] necessitas[l] aderat collaudandi: ne ve[m] scriptura[n] reddat onustum,[o] quod liberalitas[p] fecerat gratiosum. Qua[q] de re circa litterarum[r] nostrarum scripturas, registri[s] quoque nostri, nec nō Abbreuiatorum Romanæ curiæ notas, illam in taxando volumus moderationem[t] apponi, qua[u] personæ, quibus gratiæ huiusmodi conceduntur, se gratias ipsas ab Apostolica sede liberaliter[x] sentiant consecutas, ac litterarum ipsarum scriptoribus, registri etiam nostri notarumque Abbreuiatoribus antedictis, qui interdum in eis etiam multo labore[y] desudant, de suo labore congrue satisfiat.[z] ¶ Ad tollendos igitur excessus[a] difficultates, circuitus,[c] & anfractus, qui possent ex varijs litterarum Apostolicarum taxationibus[d] prouenire: sancimus,[e] vt modus subscriptus in

a ¶ Patris.] consilium salutare pro liberis capientis, ff. de adulte. l. nec in ea. §. ius occidendi.

Vinculo multiplici hoīes sunt adinuicem alligati.

b ¶ Pietatem,] multiplex est uinculum quo homines adinuicem alligantur: Primum est pietas, inter patrem & filium spiritualem, ut hic, 2. q. 6. ad Romanum, 2. extra de excep. pia. li. 6. illud idem potest dici esse in patrē, & filiū carnalem, procedens a parente in filiū. C. de neg. ge. l. 1. ff. de adul. l. nec in ea circa fi. 5. q. 1. nō osculatur, vel procedēs a filio in parentē, ff. de cura. fur. l. furiosæ, C. de pa. po. l. si fili⁹. Secūdū est inter eos amor seu dilectio singularis. C. d̄ cur. fur. l. vl. ff. qd̄ met. cau. l. isti quidem, & dicto c. non osculatur. Tertium est inter hominem, & hominis officium, ff. de seruis ex por. l. seruus q. C. de neg. gest. officio, ext de testa. c. cū in officijs, Quartū est obsequium inter liberū & patronū, ff. & C. d̄ ob. e. in rub. & dic. l. officio. C. q. pet. tu. l. patroni. Quintum est pietas inter sāguine coniunctos. C. de sispe. tu. l. pietatis. Sextū ē reuerētia inter inferiorem & superiorem, C. dè of. rec. prouinciç, l. potioris, de of. diuer. iu. l. sciant principes, extra de of. de leg. cap. 1. lib. 6. Septimum est illa eadem reuerentia uel honor inter iuniorem & seniorē ff. de iur. immun. l. semper, 15. q. 1. c. contra statuta, 93. dist. c. a subdiacono. Octauum est obedientia inter subditum & prelatū: 2. q. 6. c. qui se. extra de ma. & obed. c. 2. & c. oēs. Nonū est fidelitas inter uasallū & dominū, in lib. feu de forma fidelitatis, & per quos fiat inuestitura, circa fin. 22. q. 5. c. de forma. Decimū est disciplina seu correctio inter discipulū & magistrū, ff. ad l. Aquil. l. sed & si quicūque, §. vlt. extra de sent. excom. cū uoluntate, §. fi. Vndecimū est beneficiū inter homines, ff. cōmo. l. in cōmodato, §. sicut. extra, eo. tit. c. 1. Duodecimū uero est religio inter Deū & hominē, ff. de iusti. & iur. l. ueluti. De his ēt notaui extra de reg. iur. c. nō est sine culpa. lib. 6.

c Orbis terrarum.] id est uiuentes, & in eo habitantes: mundus enim de se quid inanimatum existens confluere non potest, & expones uerbum, & quod sequitur pro id est, simile in c. dierum, & ibi dixi.

d Qui habitant in eo.] sumitur ex psal. Dñi est terra.

e Gratiarum.] scilicet consequendarum.

f Spe.] sperat igitur uniuersim a principe gratiam consequi, ut hic, simile C. de offic. præfe. præto. in nomine Domini, §. penult.

g Temporibus,] cum ipse princeps petentibus se exhibere consueuit liberalem extra de rescrip. sedes Apostolica, & sibi in donando mensuræ immensitas est, in corpore authen. de non alien. tut. permut. reb. eccl. §. si minus, colum. 2.

h In donis.] hanc enim sibi quodammodo nobilitas legem imponit, ut debere se quod sponte tribuit existimet, & nisi in beneficijs creuerit, si ipsa multiplicando, nihil se præstitisse putet, extra de dona. c. 1.

i Occasio.] ad quam frequenter impinguntur qui scrupuloso corde sine causa mouentur, 16. q. 7. decimas.

k ¶ Gratitudine,] exponi potest, i. gratiæ factione: gratia enim facta eam recipientem impellit ad laudum relationem: cum facientis eam debitor existat ad antidora, ff. de fur. l. si pignore, §. 1. de peti. hęre. l. sed & si lege cōmissoria, §. cōsuluit, & arg. ff. mā. l. si uero non remunerandi, §. idē Papinianus. Vel dic, gratitudine, id est, gratiarum redditione.

l ¶ Necessitas aderat,) ex instinctu naturæ ꝓuenit ista necessitas, ut benefaciēti benefacere q̄s cogat, ut iurib. sup. in gl. proxi. allegatis. ex hoc dici cōsueuit, ꝙ est beatius dare quā accipere. 16. q. 1. c. ꝑditator. extra de celeb. mis. c. cū Marthæ.

m ¶ Ne ve.) expone, ve, pro vel.

n ¶ Scriptura,] scilicet recipienda ad ꝓbationē gratię prius factæ.

o ¶ Onustum.] i. onerosum. simile de elect. vbi periculum maius, in prin. lib. 6.

p ¶ Liberalitas,] s. conferentis.

q ¶ Qua de re.] Secunda pars.

Registrū facere vtile est.

r ¶ Litterarum nostrarum scripturas.] id est quæ fiunt de litteris nostris.

s ¶ Registri.] in quo omnes litteræ gratiosæ registrantur, ut ad ipsum publicam fidem facturum recursus habeatur, si principales litteræ deficiant, vel esse falsæ dicantur. argu. extra de præscrip. ad audientiam. C. de fid. instr. auth. ad hoc.

t ¶ Moderationem.] restrictionem denotat istud verbum, non laxationem, extra de uerb. sign. c. ult.

u Qua.] id est, per quam.

x Liberaliter.] quasi dicat nihilo dato pro illis: alias enim gratia si non gratis datur uel accipitur, gratia nō est. 1. q. 1. c. gratias.

Gratia gratis dari & accipi debet.

y Labore desudant.] unde remuneratione digni sunt in corpore auth. de iudic. §. ne autem. col. 6. 12. q. ecclesiasticos, C. de offi. præfec. præto. l. in nomine domini, §. pe. de prin. agen. in re. l. agentes, lib. 12.

z Satisfiat.) Dignus est enim mercenarius mercede sua iuxta Verbum Euangelij, & in corpore authen. de iudic. §. ne autem nec fraudari denario diurno debent in vinea Domini operantes extra de magi. cap. super specula.

Mercenarius mercede dignus est.

a Excessus.] qui per scriptores metas rationis excedentes, in exigendo salario pro scripturis frequenter committuntur, de rescrip. statutum, §. notarium, lib. 6. C. de iure fis. l. facultas, lib. 10.

b Difficultates,) quia forte gratiam obtinentes de difficili cum illi super petito salario conuenirent.

c Circuitus.) simile, ff. de condi. indebi. l. dominus in testamento.

d Taxationibus.) quæ quandoque maiores fieri consueuerunt pro vnis litteris quam pro alijs, iuxta factæ gratiæ qualitatem.

e Sancimus.) id est sub certa pœna statuimus. Sanctio enim proprie dicitur pęnalis constitutio 3. dist. in summa, cum ibi not.

Sanctio est pęnalis constitutio.

a ¶ Litera gratiæ.] idest, quæ fit de gratia: ipsa tantum gratia fit verbo, sed litera fit ad eius probationem: quod si placet, prosequere, ut dixi in cap. sedes Apostolica, §. verbum, in verbo, literas, de rescrip. c. literas. cle. 5.

b ¶ Consuetis.] iuxta morē, & stylum curiæ Romanæ.

m ¶ Non communes.] id est, non consuetæ communiter apponi.

n ¶ Apponantur.] vel quia in supplicatione manu propria signata, vel in sua gratia proprio motu facta, erant insertæ clausulæ tales.

huiusmodi taxationibus obseruetur: videlicet, qđ litera [a] gratiæ cum clausulis consuetis [b] super canonicatu, & præbenda, & alio beneficio ecclesiastico, cum cura, vel sine cura, vacante, vel vacaturo: etiam si dignitas, officium, vel personatus existat, decem Turonen.[c] grossis, & non [d] vltra taxetur: executio [e] vero eiusdem [f] duodecim [g] Turonensibus, & non vltra taxetur: & idem in [h] similibus literis beneficialibus gratiosis, puta super Prioratu aliquo, administratione, & [i] huiusmodi, ac executorijs earundem seruari debebit. [k] Si [l] vero eisdem literis gratiæ, & executorijs earundem (vt supra) aliquæ clausulæ non [m] communes, vel insolitæ apponantur, [n] circa taxationem [o] clausularum huiusmodi congrue poterit sic distingui, videlicet, quod non habeatur consideratio in eisdem [p] maioris, vel minoris gratiæ eius [q] quod conceditur, nec quod ipsius [r] sint maiores, vel pauciores fructus, redditus, & prouentus, & ex hoc plus minusve taxetur, [s] sed habeatur in taxando illa consideratio ad [t] laborem, vt scilicet longior scriptura magis, [u] & minus [x] breuior [y] æstimetur: [z] hoc tamen circa huiusmodi clausulas apponendas addito moderamine in taxando, vt si scriptura clausulæ appositæ [a] non faciat [b] lineam, nec ipsa clausula [c] literæ taxationem augmentet. [d] Si vero per [e] se, vel saltem alijs [f] addita clausulis faciat lineam [g] in quarta parte Turon. groß. taxetur, [h] & sic pro qualibet [i] linea huiusmodi additæ clausulæ

c ¶ Turonēsib. grossis.] s. argētis, sic vulgariter appellatis ad differentiam Turon. paruorum.

d ¶ Non vltra.] non prohibet quin ad minorem numerum Turonensiū possit taxari, sed quod vltra nō fiat: sic alias est videre in simili, C. de dilat. l. 1. & hoc si partes cōueniant de minori, argum. ff. de noui ope. nunc. l. 1. §. inde quæritur, sed si nō conueniant, ad minus debetur ista taxatio curiæ.

e ¶ Executio.] id est, litera executoria, q. s. executorib. gratiæ dirigitur.

f ¶ Eiusdem.] gratiæ.

g ¶ Duodecim Turonen.] Plus ergo litera executoria taxat, quam gratiosa, cum plus de litera fit in illa quam in ista: cū gratiosa de verbo ad verbum inferi cōsueuerit ī effectu in executoria: quare pro maiori labore scripturæ maior fuit taxatio facienda. Quid igitur si literæ tales fiant curia existente in regione, in qua talis moneta cursum non hēt? Vel quid si ipsa in vsu cursum habere desijt ob uoluntatem regis francorum eam facientis: de qua moneta fiet tunc taxatio? Dicas, ꝙ de moneta currēti fiet taxatio, iuxta valorem, & numerum Turonen. grossorum 1 argum. de censi. c. olim cum canonicis, & pro hoc facit quod no. ff. de pig. act. l. eleganter, §. qui reprobos, & ꝙ dixi extra de mag. cum sit minus, in verbo. Turonensium. Et si a me quæras quare decre. conditor, talem numerum Turonensium præfixit pro ista taxatione, non ampliorem, uel pauciorem? Respondeo quia sic sibi placuit? Vnde est pro ratione voluntas, ff. de consti. prin. l. 1. & talem numerum pro labore ratus est sufficere, arg. C. de temp. in integ. restit. l. superuacuam, nam maiorem numerum, vel pauciorem statuere potuisset: vnde hic certa ratio reddi non potest, sicut nec in aliis iuribus positiuis ff. de leg. l. non omnium.

h ¶ In similibus.] nam de similibus idem est iudiciū, io. col. de pace iura. firm. §. vlt. extra de confir. vti. cum dilecti cum similibus.

i ¶ Et huiusmodi.] puta obedientia, personatu, uel officio, & similibus forte consuetis regularibus assignari.

K ¶ Debebit.] scilicet ut literæ gratiæ x. executoriæ xij. Turonen. & non vltra taxentur.]

l ¶ Si vero.] Tertia pars.]

a Benedicit vide Gu. Papæ in decisi. suis q. 492. allegantē Bar. in l. Pau. ff. đ sol. ego addo. Pet. de Anch. in cle. si. de deci. §. ex prędictis, vers. in casu. quē vide, & Bar. Alex. de Imo. col. 3. 4 l. cum quid. ff. si cer. pet. Doct. c. q̄to, de iureiurā. de pœna expēdentis falsam monetā, vide Bar. l. lege Cor. ff. de fal. Fō.

o ¶ Taxationē clausularum.] non dicit literarum: quia illa remanet taxata per textum præcedentē: & vltra taxationem illarū restat amplior facienda taxatio insolitarum clausularum: per hunc textum sequentem.

p ¶ In eisdem.] s. taxandis clausulis.

q ¶ Eius quod conceditur.] id est, siue maius siue minus sit hoc quod cōceditur: cum per eius maioritatem, uel minoritatem scribens, vel dictans clausulā plus minus non laboret.

r ¶ Ipsius.] s. quod conceditur.

s ¶ Taxetur.] cum maioritas, vel minoritas prouentuū maioritatem, vel minoritatem laboris non inducat.

t ¶ Ad laborem.] s. toleratum pro scriptura, vel dictamine clausularum.

u ¶ Magis.] id est, maioris laboris.

x ¶ Minus.] id est, minoris laboris.

y ¶ Breuior.] scilicet scriptura.

z ¶ Aestimetur.] cū naturaliter maior labor in prolixiori subeatur.

a ¶ Appositæ.] scilicet non communis, vel insolitæ, ut supra.

b Non faciat lineam.) s. completam.

c Clausula.] s. non communis, sed insolita.

d Augmentet.) apparet ergo vltra taxationem literarum, ꝙ habeatur respectus de facienda taxatione, vel non facienda clausularum, ut sup. dixi.

e Per se.) s. solam.

f Alijs.) intelligendum videtur communibus, cum in definite loquatur.

g Lineam.) s. integram.

h Taxetur.] & illius chartæ taxatæ forte fit solutio de moneta minuta, non quòd quarta pars Turon. diuisi soluatur, quia forte desineret cursum publicum habere: mutata enim forma publica in Turonensi grosso apposita, iuxta legem primam, ff. de contrah. emp. & ven. ipsa substantia Turonen. mutata censetur, ff. ad exhib. l. Iul. §. si quis, & sic ex tunc reprobus reputatus non liberaret soluentem, ff. de pigno. act. l. eleganter, §. qui reprobos.

Forma pecuniæ mutata censetur mutari eius substantia.

i Pro qualibet linea.] quasi velit dicere, si per lineæ talis partem additam alij illa reddatur completa, & per aliam partem sui alia completa reddatur, qualibet de sic completis. pro quarta parte Turonen. taxabitur.

in taxando quarta pars gros. Turonen. addatur, & si[a] quid superfuerit.[b] & minus linea, illud superfluũ nec taxationem immutet.[c] Lineam [d] autem quæ centum [e] & quinquaginta literas, seu xxv. continet dictiones, intelligi volumus in [f] hoc casu, & ut texatio huiusmodi) dum[g] exempla ponuntur) quodammodo procedat, inserta illa[h] clausula, verum ne sub eo prætexto, & cætera: quæ quatuor [i] continet lineas, vno Turon. grosso taxetur.[k] Illa etiã clausula,[l] præbendam vero ac dignitatem, quæ cum[m] acceptatione reseruat,[n] quæ quattuor, & paulo [o] plus continet[p] lineas, vno Turonen. grosso texetur: & in similibus[q] clausulis additis secundum linearum numerum idem [r] fiat. Eandem [s] taxationem cum moderamine [t] antedicto quo ad præfatas literas [u] in registro nostro seruari [x] uolumus cum, fuerint registrandæ. Eandem etiã taxationem quoad præfatarum literarum notas, scilicet gratiæ, cum antedicto numero Abbreuiatores obseruent.[y] De executoriis vero huiusmodi gratiarum Abbreuiatores ipsi, etiam si clausulę non communes vel insolitę apponantur [z] eisdem, duos [a] tantum recipiant Turonen.

¶ Hoc [b] licet sic [c] in taxatione prædictarum [d] literarum obseruari velimus, in forma tamen pauperum deferri volumus paupertati,[e] & nostrã taxationem in [f] illa, uidelicet octo Turonen.[g] gros. inuiolabiliter [h] obseruari: nam beatum fore uirũ, qui super pauperem, & egenũ [i] intelligit,[k] verbis propheticis [l] edocemur.[m] ¶ Circa [n] taxatio-

a ¶ Si quid.) idest, aliquid.
b ¶ Superfuerit.] vltra lineas per illam additã cõpletas.
c ¶ Immutet.) q.d. illo superfluo, reputato modico pro ipso nec plus nec minus, arg. de consec. d. 2. c. re uera. ff. de in integ. rest. l. scio.
d ¶ Lineam.] . s. per quam solam vel alijs redditam fit ultra taxationem literarum alia taxatio.
e ¶ Centum, & quinquaginta literas.] sed hoc qualiter esse potest, cum ĩ alphabeto vel alibi non reperiãtur tot diuersę literę? Dicas forte intelligẽdum de literis alphabeti, quæ reiteratę cõplere poterunt talem numerum.
f ¶ In hoc casu.) istud sic fuit inductum ad vitandas multas fraudes, quæ per scriptores vel dictatores cõmitti possent scribentes, vel dictantes in pergameno stricto, vt sic clausula per se lineam faceret, vel alijs addita illas cõpleret. Quid igiẽ erit si linea pp membranę strictũram nõ continet istũ literarum numerum, nec etiam dictionũ, fiet ne aliqua taxatio de illa, vel nulla? Credo ipsam, faciendam de multis lineis coadunatis illum numerum apprehẽdentib[9] & non vltra: alias labor scribentis, vel dictantis sine mercede remaneret: quod esset contra mentem huius constitutionis, ut sup. dixi. & gratiam obtinens de alieno labore rideret, quod esset contra omnem æquitatem, & præstat ad hoc arg. extra de censi. c. procuratores.

Labor non debet esse sine mercede.

g ¶ Dum exempla ponuntur.] proposita enim exempla facti, cum pateant oculatis, ueritas oculata fide magis quam per aures animis hominum infigitur, instit. de gra. cog. §. vlt.
h ¶ Illa clausula.] quæ quandoque in literis Apostolicis apponitur.
i ¶ Quatuor continet lineas.) id est continere põt probabiliter, & uerisimiliter iuxta cõmunem scribendi modum: alias enim de tam gracili litera posset esse scripta, vel in tã amplo & extẽso pergameno, & ipsas quatuor lineas non cõtineret, nisi tu diceres hẽndum fore respectũ ad lĩarum, uel dictionum numerũ, sup. proxime designatum: vnde facit iste textus ad id, quod ibi dixi.
k ¶ Taxetur.] vt sic quælibet linea de quatuor pro quarta parte Turonensis taxationem recipiat, vt supra dicitur.
l ¶ Clausula.) quæ quandoque etiam in literis Apostolicis apponitur.
m ¶ Cum acceptatione.) id est cum ptãte acceptandi.
n ¶ Reseruat.) s. beneficium conferendum illi, cui gratia fit.
o ¶ Paulo plus.) de quo nulla taxatio fit, ut supra.

p ¶ Continet lineas.] hoc dicere potes, vt sup. proxime super hoc dixi.
q ¶ Similibus clausulis.] alijs ab illis proxime expressis gratia exempli.
r ¶ Idem fiat.] vt pro qualibet linea fiat taxatio quartæ partis vnius Turoñ. pro modico aũt plus taxatio non mutetur.
s ¶ Eandẽ taxationẽ] . s. quæ facta est tam de literis gratiosis, quam executorijs, su. in §. qua de re.
t ¶ Moderamine antedicto.] sup. in verbo, hoc tamen.
u ¶ Litera.] . s. gratiosas, & executorias.
x ¶ Seruari uolumus] s. vt literæ gratiæ ultra decem, executorię vero vltra Turon. xii. non taxentur.
y ¶ Obseruẽt.] s. vt literę gratię ultra x. Turon. non taxentur vltra eã taxationẽ clausularũ insolitarũ iuxta dictũ moderamen.
z ¶ Apponantur eisdem.] in salario ergo percipiendo per Abbreuiatores de literis executorijs nõ distinguitur an ipsæ clausulas solitas cõtineant: ratio huius põt esse: quia cũ taxationẽ habeant de literis gratiæ, & ultra pro clausula insolita apposita amplius super hoc in executorijs laborare non hẽat super nouo dictamine abbreuiationis faciendæ.
a ¶ Duos tantum.] nõ ergo plures.

Psalmo 40.

b ¶ Hoc licet.) Quarta pars.
c ¶ Sic.) vt dictum est in §. præcedenti, si uero.
d ¶ Prædictarum literarum.) s. gratiæ.
e ¶ Paupertati.) No. rationem paupertatis hẽri in taxatione salarii, sicut, & alibi in taxatione procuratoris, extra de censi. cum instantia. &c. procurationes, & in exactione mulctæ pecuniariæ, ff. de off. præs. l. illicitas. §. vltim. & in examinatione iudiciali facienda de eius causa, in corpore auth. de man. prin. §. sit tibi, col. 2. & in ap. per eum in scriptis emittenda, ff. mandati. l. si procuratorem. §. si ignorantes, & in multis alijs quæ sollicitus indagator per se poterit inuenire.

Paupertatis rõ in multis est habenda.

f ¶ In illa.) s. forma.
g ¶ Octo Turonen.) hic potes dicere, quod dixi in parte secunda super taxatione decem, duodecim, Turonen.
h ¶ Inuiolabiliter) quasi dicat ultra aliquatenus taxatio nulla fiat.
i ¶ Et egenum.) s. releuandum, potissime ne fame pereat, alias non reseruans ipsum necare dicitur quo ad Deum, 86. dist. c. pasce. ff. de l. b. agno. l. necare, 47. dist. c. sicut hi.
k ¶ Intelligit.) id est, intendit, & operam dat.
l ¶ Propheticis.) s. prophetæ Dauid.
m ¶ Edocemur.) in psalmo, Beatus qui intelligit.
n ¶ Circa taxationem.) Quinta pars.

a Litte-

nem autem litterarum, [a] quæ per audientiam transeunt, nihil ad præsẽs aliud diximus ordinandum, sed rationabilis [b] modus obseruatur in illis qui solitus est hactenus obseruari, maxime [c] secundum taxationem litterarum ipsarũ, quę in libro [d] Prouinciali inuenitur esse conscripta. In quarum taxationibus litterarum [e] ex causis rationabilibus [f] sustinemus, vt Turonensis groſſ. quamdiu scilicet Romana curia extiterit citra montes, Romanino [g] succedat. Ceterum vbicunque [h] de Turonens. grosſ. in taxationibus prælibatis fit mentio, intelligi volumus quãdiu curia [i] fuerit citra [k] montes.

¶ Si vero vltra montes Romæ .s. vel in aliis locis vel Italiæ partib. curia ipsa constiterit, in taxationibus antedictis Romaninus pro Turon. ponatur. [l]

¶ Ad [m] hæc prędictæ nostræ adiicimus [n] sanctioni, vt si forsan (quod quandoque [o] cõtingit) eueniat, videlicet qđ nõ culpa, [p] negligentia [q] vel defectu scriptoris, vel ex ignorantiæ [r] cæcitate, aut torpore desi-

a ¶ Litterarum.] .s. de iustitia.

b ¶ Rationabilis.] quasi dicat non excessiuus, & onerosus, nec nimis ẽt mollis seu delicatus, iuxta illud: Nec onerosus creditor, nec delicatus debitor audiendus est, ff. de pig. act. l. si seruos, in fi. Vel dic melius rationabilẽ illũ dici, qui solitus est obseruari, vt sequitur. vñ facit p hoc in arg. ꝙ in talib. similib taxationib. standum sit ei quod solitũ est seruari, ad hoc extra de off. ord. dilectus. de sent. excom. venerabilibus, §. deniq; li. 6 C. de ve. vniuer. ff. de decr. ab or. fa. l. vl. ad munic. l. de iure. cũ ibi no. ff. adm. tu. l. sine hærede, §. Lucius, de elec. l. si fundus, sicut in aliis stylus, & cõsuetudo curiarũ locorũ singulorũ seruandi sunt circa processus, arg. optimũ ad hoc. C. de ue. iur. enu. l. 1. §. sed & si quæ leges ext. de const. ex litteris, vbi de hoc per Host. de crim. fals. c. quam graui. & per Innoc. de off. leg. c. qđ translationem.

c ¶ Maxime.] innuit per hoc quod seruanda esset solita taxatio etiam in litteris, quarum taxatio scripta non reperitur in libro Prouinciali.

Salaria scriptorũ sunt ĩ libro prouinciali cõprehensa.

d ¶ In libro Prouinciali.] in quo libro contineri vidi verba quæ sequuntur: Circa salarium scriptorum duximus prouidendum, ꝙ scriptores pro litteris quas scripserint vltra taxationem infrascriptam nil exigant vel etiam sponte oblatum recipiant: & si quis contra fecerit, dans & recipiens excommunicationis sentẽtia sunt adstricti. Taxatio autem pro litteris scribendis talis est. Pro litteris simplicib. s. super terris, & rebus aliis, &c. super vsuris, super iniectione manuum, super reuocandis alienatis, super monachatum, sex denarios vsualis monetæ: pro litteris in quibus consueuit poni, præterea, vel iidem quoq; vel alias, nouem denarios pro litteris super defectu natalium, ix. denarios: pro simplici confirmatione vel protectione, quæ bullanda est cũ serico, xii. denarios: pro confirmatione, & protectione in vna littera, xviii. denarios: pro littera super absolutione monachorum, xviii. denarios: pro littera, quoniã vt ait Apostolus, danda cathedralib. ecclesiis, & aliis magistris collegiis, quę cum maiori diligentia est scribenda, ii. solidos: pro priuilegiis, x. solidos. Alias autem in quibus certa & gñalis taxatio in scriptis redigi non põt, propter diuersitatẽ ipsarum, distributores, qui pro tpe fuerunt, habita consideratione ad alias taxatas prout eis melius videbitur, melius taxare studebunt, & taxationem ipsarum tam impetratores q̃ scriptores sub pœna eiusdem sententiæ obseruabunt: scriptores qui rescribẽdas gratias, gratis non rescripserint anteq̃ alias incipiãt scribere, eadem excõicationis sententia sint ligati: scriptores qui litteras curiæ non scripserint antequã alias incipiant scribere, per septẽ dies a scripturæ officio sint suspensi. Verum si litteræ curiales, & rescribendæ gratis scribendæ simul occurrant, negotium semper curiæ præferatur: petitionarii vero vltra x. solidos nihil exigant pro aliqua petitione formanda. Sed & ĩ quãtitatẽ eãdẽ, prout negotii exegerit qualitas, & labor exposuerit salario sint cõtẽti: si vero negotiũ multũ fuerit intricatum, ad cuius expeditionem labor, & peruigil diligentia requirantur, tunc vltra dictam quantitatem, ĩ. tamen 20. solidos taxetur salarium arbitrio notarii, quem impetrans duxerit eligendum. Facit autem iste tex. in ar. ꝙ scriptura antiquorum librorũ facit fidem, & super hoc vide ꝙ no. tam per ordinarios, q̃ per extraordinarios glossatores. extra de prob. cum causam.

e ¶ Litterarum.] .s. quæ per audientiam transeunt, quæ propter lega. non consueuerunt.

f ¶ Rationabilibus.] forte ideo, quia Romaninus in tãta abũdantia non reperitur in loco curiæ citra mõtes existentis sicut Turonẽsis grossus. Vel quia forte ñ sic publicum cursum habet sicut Turonẽsis grossus, & forte difficilius esset litteras obtinentibus Romaninũ soluere propter sui raritatẽ quã Turonẽsẽ grossum, cum omne rarum dicatur carũ, in auth. de consul. §. quantũcunque in fin. col. 4. 59. dist. c. si officia, in fi. 14. distinct. cap. legitimus.

Rarum est carum.

g ¶ Romanino.] id est pro Romanino Turonẽsis grosſ. ponatur.

h ¶ Vbicunque.] vt est videre in taxationibus litterarũ gratiæ, & executoriarum, ĩ. in §. qua de re. vel in taxatione clausularum solitarum, ut sup. in §. si uero, uel in taxatione registri uel Abbreuiatorũ, vt in eodem, §. ver. eandem, uel in taxatione litterarum in forma communi. ut sup. §. prox.

i ¶ Curia fuerit.] quæ ubi uideatur esse, uideas quod no. in c. Execrabilis: in uerbo, Romanæ Ecclesiæ, & in c. Ad onus.

k ¶ Citra montes.] sicut nunc de præsenti existit.

l ¶ Pro Turonensi ponatur.] forte quia ibi Turon. non sic publicum cursum habet sicut Romaninus, uel forte ex aliis causis, quas dixi statim in gl. forte ideo.

m Ad hæc.] Sexta pars.

n Adiicimus sanctioni.] simile de uit. & hon. cler. cap. quoniam. §. vlt. clem. 5.

o Quandoque contingit.] unde ad hoc ius aptandum fuit in corpore authen. ut debi. ma. & credi. §. quia uero, collat. ff. de legibus, l. nam ad ea. de libe. leg. l. legaui.

p Non culpa.] ubi ergo culpa uel aliquod de sequentibus interueniret in personam scriptoris expensis eiusdem, non Abbreuiatoris esse littera rescribenda.

q Negligentia.] nouerca eruditionis dicta, 83. dis. c. nihil, utpote cuncta lædente, in corpore auth. de q. §. hæc omnia. col. 6.

Ignorans cæcus dicitur.

r Ignorantiæ cęcitate.] No ignorantem dici cęcum, unde & scribitur: quoniam quidam ignorantiæ nubilo turpiter excæcati: nec mirum: quia ignorantia mater dicitur cunctorũ errorũ, 38. dist. c. ignorantia, & scripturarum ignorantia Christi dicitur ignorantia, ut 100. dist. capit. qui iuxta, & qui ea quæ Dei sunt, nesciunt a Domino nesciuntur; iuxta illud, ignorãs ignorabitur, 100. dist. cap. qui ea, & hæc uera de illis qui hñt a quo discerent, sed dare operam noluerũt: in aliis enim secus 36. d. §. uerum, & arg. ff. de bo. pos. l. in bonorũ, quis ordo

diæ [a] vel ex occupatione, [b] distractione, [c] aut alia quauis occasione [d] Abbreuiatoris, qui notam ex qua littera grossa [e] procedit, [f] inepte [g] formauerat, eadē grossa litteris gratis [h] fuerit [i] rescribenda; hoc ipsi scriptori, [k] vel illi cuius [l] littera huiusmodi [m] fuerit rescribenda non noceat, [n] sed Abbreuiatori [o] debeat imputari, in tātum vt eidem scriptori Abbreuiator ipse satisfaciat [p] integre, iuxta taxationem [q] eiusdem grossæ litteræ rescribendæ.

Ceterum [r] vt prædicta, quæ a nobis pro vtilitate publica [s] sunt instituta salubriter, eo diligentiores sui [t] obseruatores inueniant, quo transgressores ipsorum maiori nouerint se pœna [u] percelli: statuimus, vt præfati omnes & singuli, tam litterarum nostrarum, quam registri nostri scriptores, quam Abbreuiatores notarum [x] ipsarum (quibus etiam Abbreuiatoribus [y] specialiter vltra infra scriptas pœnas quatenus prædictas [z] taxationes obseruent sub excommunicationis pœna [a] mandamus) qui contra præmissa fecerint, plus scilicet præfatas nostras beneficiales [b] litteras vel notas [c] ipsarum vel earundem [d] in dicto registro scripturas taxando, exigendo, [e] vel recipiendo [f] pro ipsis, quam superius sit taxatum, vsque ad semestre [g] tempus officio in quo sic [h] deliquerint, sint eo ipso [i] suspensi: Et si secundo [k] delique-

in bonorum possessione seruetur. l. vtile, §. vlt. de iur. & fa. igno. l. regula. §. sed iure. C. de ingen. manu. l. si a-uia tua.

a ¶ Desidiæ.] id est pigritiæ non adhibita circumspe-ctione vel diligentia.

b Occupatione.] .s. nimia aliorū negotiorum, quæ frequētēr neutrum de agilib. bene agi permittit. C. de asses. l. nemo. 15. q. 1. presbyteros. de simili occupatione habes in corpore auth. de tabellio. §. & non fingāt. col. 4. extra de sent. exc. si aliquando.

c ¶ Distractione.] .s. aliqua ad alios cogitatus perdit .n. memoriā bene agēdorum mens alienis distracta cogitatib. ar. 83. d. c. nihil. ff. de c. & postlim. reuer. l. nihil. nec sufficit aliquid legere nisi adsit & intelligere, vt dixi in decr. quia quorūdā. §. nos aūt. Vel dic distractione animo abbreuiandi, sicut dici consueuit quē fore distractū ab actu consueto uel exercitio puta lecturæ, vel alterius operis explicandi, quod sicut per exercitiū suscipit incrementum. C. de re mil. l. milites lib. 12. ff. de leg. 3. legat. seruis. § ornatricibus, sic & per contrarium suscipit detrimentum. arg. ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. diui fratres.

Lectura per exercitiū suscipit incrementum.

d Occasione.] forte dolo, malitia, odio uel corruptione.

e ¶ Grossa.] id est, in grossum vel mundum redacta.

f ¶ Procedit ad instar publici instrumenti ex protocollo, nihil addito nilque remoto procedere habentis, in corpore auth. de tabel. §. illud quoq; col. 4.

g ¶ Inepte formauerat.) iuxta stylum Cancellariæ, vel considerata qualitate negotii in grossum redigendi.

h ¶ Gratis.] id est nihilo exacto ab habente litterā Apostolicam obtinere.

i ¶ Fuerit rescribenda.] ad arbitrium Vicecancellarii, & Correctorum curiæ, qui ad hoc sunt propositi.

k ¶ Scriptori.] cui nihil imputari potest, si prout in nota reperit, illam scripsit.

l ¶ Cuius.] id est ad cuius commodum.

m ¶ Huiusmodi.] .s. inepte formata.

n ¶ Non noceat.] quia nec scriptor expēsis propriis, nec ille cuius est pro rescribenda ipsa aliquid dare tenebitur, vt statim innuitur.

o ¶ Abbreuiatori.] ex cuius culpa uel facto apparet littera rescribenda.

p ¶ Satisfaciat.] .s. de suo.

q ¶ Taxationē.] de qua vidisti, s. in §. de qua re. & seq.

r ¶ Ceterum.] Septima pars.

s ¶ Publica.] vtilitati singularium de se præferenda, in corpore auth. de rest. & ea quę parit §. quamobrem. col. 4. extra de post. præl. bonæ, 1. cum similibus.

t ¶ Sui.] .s. institutorum.

u ¶ Pœna percelli.] id est puniri: pœna enim unius metus est multorum, ff. de pęn. l. capitalium, §. famosos, C. ad l. Iul. repe. l. 1. & in ext. dierum.

x ¶ Notarum ipsarum.] ex quib. litteræ grossandæ procedunt, vt in §. præcedenti, & sume. inf. prædictas taxationes obseruent.

y ¶ Abbreuiatorib.] solū istis fit comminatiuū mandatū sub pœna excōmunicationis, & ñ aliis. Sed hoc forte ideo, quia ab eis priusquam a scriptoribus procedit taxatio, & exactio quam factam frequēter indebite scriptores de facili sequunt 1 quare ipsis, vtpote huius mali auctoribus fit ista comminatio, argu. 86. dis. c. tant. 24. q. vlt. c. qui aliorum, ext. de cler. excommunic. c. latores, ff. de ser. cor. l. in hoc iudicium. C. ad l. Iul. de vi pub. l. quoniam multa. cum similibus.

z ¶ Prædictas taxationes.] factas s. in §. qua de re. & seq.

a ¶ Sub excommunicationis pœna.] comminatio est, non sententia. C. comminationes vel epist. l. interlocutio. no. extra. de simo. c. sicut.

b ¶ Beneficiales.] id est ad assequenda beneficia concedendas.

c ¶ Notas ipsarum.] quę in vulgari appellari consueuerunt minutæ.

1 Cap. statutū, §. notariis de rescr. li. 6. ibi uide glo. si. qū dicit mag. ubi dicit Phi. cōtra Anch. q delegatus pōt ministris cū effectu puidere de salariis. Et de salariis aduocatorū no. Alex. I apost. ad Bart. l. 1. §. aduocationis, ff. de uariis, & extra or. cog. & ui de do. meū. Stellā Doct. Aurelianēsē subtilissimā in l. 1. C. de suffr. Fon.

d ¶ Earundem.] .s. litterarum.

e ¶ Exigendo.] Exigere proprie est ab inuito extorquere, ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem, & quæ in fraus cre. leg. pupillus.

f ¶ Recipiendo.] uidetur intelligendum ēt a spōte soluente, vt differat a verbo præcedenti; & arg. ad hoc extra de censi. c. exigit. de rescr. statutum. §. si quid autē, li. 6. considerata potissime vtilitate publica ob q̃ præsēs constitutio emanauit: vt sup. & est expressum in libro Prouinciali, de quo sup. est facta mentio superius in §. qua de re. & seq.

g ¶ Semestre.] .i. sex mensiū, de sup. negl. præl. licet.

h ¶ Sic.] .s. plus taxando, exigendo, recipiendo quā debeant.

i Eo ipso.] est ergo sententia suspensionis iuris, simile de elec. quam sit lib. 6. in corpore auth. de rapt. mul. §. pen. col. 9. cum simil. b.

k Secundo.) nota plus puniri peccatum iteratum. C. ad leg. Iul. de ui publ. seruos. de seru. fugi. l. quicunque, ff. de iure pat. l. 1. de pęn. l. capitalium, §. solent, & l. aut damnum. §. quisquis extra ut lit. non contestata, quoniam frequenter, §. vlt. de testi. co. c. 2. de maled. cap. statuimus. 34. dist. c. quorundam, 26. dist. una tantum, contumacia enim facit cumulari pęnam, ff. de pœnis, l. relegati. & remissionem ueniæ crimina, nisi semel cōmissa, non habent, C. de epis. non aud. nemo deterior. namque dolus eius agnoscitur, qui iterato committit, quam qui semel delinquit, in corpore auth. lit. §. omnem, circa fi. col. 8. ubi de hoc not.

Peccatū iteratum plus punitur.

a ¶ Eodem officio.] scilicet scriptoris, Abbreuiatoris, Registratoris, & sic de alijs.

Officiũ maculat, qui in eo delinqt.

b ¶ Maculare.] Not. officium alias de se licitum maculari vel vituperari dici per delinquentem in eo.

c ¶ priuatos agnoscant.] in hac decr. sententiam iure priuatoriam inducit. simile in ca. dierum, & de pœnis, ca. felicis, lib. 6.

d ¶ Nulli ergo.] sup hac clausula dic vt plene dixi in c. Execrabilis. Zenzel.

Diuisio textualis.

Quorundam.] ¶ Diuide hanc decr. in partes quinque prin. cipales. In prima causa & occasio multiplex præmittitur. In secunda parte, quorundam fratrum Minorum a sui communitate ordinis discrepantiũ allegatio mulrifaria subiungitur, ibi, in §. Quia ꝓpter. In tertia, constitutio ipsa in aliquibus declaratiua admittitur, ibi, in §. Quocirca. In quarta eius constitutionis cum alijs declaratæ continuatio subinfertur, ibi, in §. Eodem modo, &c. In quinta, omnis formidinis suspicio remouetur, ibi, prope fin. in §. Nec formident.

e ¶ Scrupulositatis.] id est, credulitatis nõ ex causis probabilibus ortum habentis, sic exponitur hoc verbum per Hostien. extra de simo. per tuas 2. quare talis credulitas hic cæca appellatur.

f ¶ Ambiguum.] id est, dubiũ, simile C. de vsufru. l. ambiguitatem. de test. l. ambiguitates. de acqui. poss. leg. nemo ambigit.

rint in eodem, ipso facto eodẽ [a] officio (quod quantum in ipsis fuerat maculare [b] conati sunt) perpetuo se priuatos [c] agnoscãt. Nulli [d] ergo liceat, &c. Datum Auin. iv. idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

TITVLVS XIV.

De verborum significatione.

¶ Cum fratres Minores indumentis vilibus secundum eorum regulam debeant indui, de qua vilitate sit intelligendum, hoc relinquit iudicio superiorum, præcipiens sub pœna excõmunicationis illis obediri & reprehendens fratres, qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos, & nouitatis plenos portabãt, qui transgressores regulæ non dicentur, si in hoc superiorib. obsequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda sint granaria, & cellaria pro necessarijs ad victum colligendis. Tandem fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati, & castitati esse præferendam, hoc dicit, & est valde notabilis. Concor. ca. Exijt qui seminat. eodem tit. lib. 6. & clementina Exiui de paradiso. eodem titulo.

CAP. I.

Quorundam exigit cæcę scrupulositatis [e] ambiguum, [f] ac ipsorum quodammodo indocta [g] scientia (ne dixerimus [h] quod irreligiosa [i] horum sit vana [k] & in hoc superstitiosa [l] religio [m]) vt dum suis [n] mauult [o] temere [p] sub conscientiæ, [q] velamento [r] cõceptibus, quam prælatorum ordinis sui cum obedientiæ [s] merito [t] prouide [u] inhærere sententijs: nos post prædecessorũ nostrorum, & præsertim felicis recordationis Nicolai [x] iv. ac piæ memoriæ Clementis [y] v. Romanorum Pontificum super intellectu, & obseruantia regulæ [z] ordinis fratrum Minorum, declarationes [a]

i ¶ Irreligiosa.] i. non religiosa, vt sic prima syllaba priuatiue vel negatiue exponatur, argu. ff. de re mil. l. miles, §. irreuerens, de iure patro. l. 1.

k ¶ Vana.] id est, extrinsecus ostentatiua, vel in veritate non subsistens. a arg. ext. de consue. c. quanto.

l ¶ Superstitiosa.] ex poni potest, i. in obseruantijs extrinsecis inutilis, & superuacua.

Religio vnde dicitur.

m ¶ Religio.) quasi religatio seu vinculatio.

n ¶ Suis.) conceptib. quod est inf.

o ¶ Mauult.] i. plus vult vel præelegit, & sume verbum, inhærere, quod est infra.

p ¶ Temere.] benedicit temere: quia nullus suæ prudẽtiæ vel conceptui inniti debet, iuxta verbum sapientis extra de const. c. ne innitatis, nec in agendis suo sensu vel leuitate duci. 11. q. 3. summopere, ext. de const. c. 1.

q ¶ Conscientiæ.) in hoc non bene nec recte informata, argu. extra de tempo. ord. ad aures, de simo. ca. per tuas.

r ¶ Velamento.) expone, id est velamine, vel palliatiõe seu simulatione, alibi sumitur aliter istud verbum. C. de postu. l. velamento.

s ¶ Obedientiæ.] Sic no. regularem teneri ad præstandum obedientiã prælato suo. ext. de temp. ord. ca. ad aures ubi de hoc.

t ¶ Merito.) ꝙ non est modicum, immo magnũ, quia Deo gratum, cum melior sit obedientia quã victima. ext. de ma. & obe. illud, & ar. ad hoc. ff. de re mili. l. 2. §. in bello. cum ibi no.

g ¶ Indocta scientia.] sic forte dicta, quia a seipsis ipsam didicerint, non a voce magistra, contra consilium Hieronymi, 16. q. 1. c. si clericatus, in fi. quæ non secundum sensum proprium, sed secundum patrum traditionem addiscenda & docenda & ab eo & per eum qui eã a maioribus secundum veritatem sibi creditam seruat. 37. di. relatum, & argum. C. de excu. artificum. l. 1. libr. 10. ff. de dona. l. Aquilius, aliter enim scientia adulterina tradi, & adipisci dicitur, in procem. digest. §. hoc autem tria.

h ¶ Ne dixerimus.] q. d. de illorum malis hic dixisse sufficiat, vt per hoc plura dentur intelligi, ar. ff. ad Maced. l. 1. in corpore auth. quib. mo. na. effi. leg. §. & quidam. coll. 6. cum no. in eis. Vel dicit se non dicere quod tamen dicit, vt alibi de rest. spol. litteras, §. nos autem. C. de episc. & cler. l. si quis non dicam.

u ¶ Prouide.) reputatur ergo prudentia vel prouisio, suæ conscientiæ proprio conceptu dimisso, superioris ordinationem ordinabiliter sequi, ut hic, & arg. 24. qu. vlt. c. quid autem mitius, 36. di. relatum.

x ¶ Nicolai iv.] qui condidit decr. Exijt qui seminat, de verb. sign. lib. 6.

y ¶ Clementis v.) qui condidit decr. Exiui de paradiso, in eo. tit. in compilatione suarum constitutionum.

z ¶ Regulæ.] dictæ quasi regulantis quem in modo viuendi iam spiritualiter quam temporaliter, uel ad rectum quem ducentis, 3. di. c. canon, verb. regula.

Regula vnde dicitur.

a ¶ Declarationes.] ex hoc collige Papam declarationem super enim regulã religionis posse facere, cum enim omnis regula rite dictata ab ipso saltem per approbationem processerit, extra de reli. domi. cap. ne nimia, & eodem titulo, c. religionum, libr. 6. & ar. 11. distinct. c. quis.

salubriter [a] editas, solidas [b] quidem, & claras, & lucidas, [c] multaque maturitate [d] digestas, nostras Domino fauente indubias [e] ipsorum prædecessorum declarationibus declarationes adiungamus; [f] sicque dies [g] † diei eructet verbum, & nox nocti scientiam manifestet, ne perperam paucorum [h] dicti ordinis fratrum (quod absit) inscitia, recta ipsarum declarationum verba [i] conuertens [k] in deuium, illaq; [l] suis [m] eis [n] profecto contraria [o] accommodans [p] sensibus, ingrata [q] Deo, superioribus [r] contumax, præfato [s] ordini detrahens, odiosa [t] confratribus, vnionem [u] scindens, si [x] valeat reddatur, ac graue in populos scandalum [y] allatura, quin potius (vt nostra vehementer flagitat [z] intentio) antedictis profugatis [a] incommodis, [b] hæc sancta Minorum fratrum religio, ad quā iam dudum (cum minor [c] nos gradus haberet [d]) dilectionis & deuotionis feruor

† Psal. 18.

c. quis nesciat, ad illum potest & debet spectare declaratio vel interpretatio, ad quem pertinuit editio. C. de leg. l. vlt. & de vete. iur. enucle. l. 1. §. ne autem in fi. extr. de sent. excom. inter alia. 11. q. 1. §. ex his, nec mirum, cum etiam super articulis fidei possit declarationem facere, 24. q. 1. quotiēs, &c. hæc est fides, & patet in decr. cum inter nonnullos, vbi de hoc dixi.

Papa pōt super fidei articulis declarationē facere.

a ¶ Salubriter.] i. ad salutem animarum.

b ¶ Solidas.] id est, firmas quæ incōcussæ seruandæ sunt donec per illum qui potest in totum vel in partem fuerint reuocatæ. ar. 40. d. ca. conquens. & ca. nostro. 25. qu. 2. ca. 1. & 2. in corpore authē. de admi. offi. §. vlt. colla. 3. cum similib.

c ¶ Lucidas.] quia constitutio principis debet esse clara, non obscura. 4. d. c. erit autem lex. & non per signorum captiones, nec per compendiosa ænigmata, sed per litterarum consequētiam est scribenda & exemplicanda, ar. C. de vete. enu. l. 1. §. quod autem, in contra facientem pæna falsi locum habet, vt eodem ti. l. 2. §. eandem autem pænam. alias est versus sub §. hoc autem.

Constitutio prīcipis qualiter scribenda est.

d ¶ Maturitate.] cum qua & non cum leuitate vel præcipitatione facienda est constitutio principis. C. de legi. l. humanam, & in procemio libr. 6. sicut & sententia proferenda, arg. C. de sent. ex breuiculo recitan. l. 2. 11. qu. 3. c. summopere. extra de re iud. pastoralis, §. uerum. Clem. 5.

e ¶ Indubias.] id est, indubitatas.

f ¶ Adiungamus.] alias adiungentes, hoc non incongruum nec insolidum existit, cum & omissum per antecessorem, per successorem suppleri & induci frequentissime sit repertum, argu. ff. de testi. l. quæsitum, extra de rescr. c. litteris.

g ¶ Dies diei.] verba sunt psalmographi prophetæ Dauid.

h ¶ Paucorum.) sed quomodo dicit paucos, cum multi essent fratres, id quod sequitur facientes? Respondeo quòd pauci dicuntur respectu multo maioris numeri aliorum, 45. dict. ca. disciplina, ubi 23. millia hominum pauci dicuntur respectiue, ff. de verb. sign. l. maiore. ext. de cle. excom. mi. c. latores, & ibi. no.

i ¶ Verba.] super quibus ex quo recta sunt & clara, nulla debet fieri in obscurum ædificatio. ff. de leg. 3. l. ille. §. cum in uerbis, & argum. ff. de uer. obl. l. continuus. §. cum ita.

k ¶ Conuertens in deuium.] id est peruersum intellectum forte amplectentes declarationem uerborum ipsorum mente circumuenta, contra iura, ff. de leg. l. contra legem, extra de reg. iur. in c. certum est. lib. 6. cum potius esset contrarium faciendum, s. uerba offendere, vt mens seruetur, C. de lib. præt. l. 3. ff. qui petant tu. l. scire, §. ad aliud. de iure pat. l. adigere, §. quāuis. no. ext. de uerb. sign. c. intelligentia, & dicta. l. contra legem.

l ¶ Illaque.] declarationum verba.

m ¶ Suis.] sume uerba, accommodans sensibus, quæ sequuntur.

n ¶ Eis.] expone, scilicet sensibus, vel eis, scilicet verba declarationem conuertentibus in deuium.

o ¶ Contraria.] maxime attenta verborum mente.

p ¶ Accommodans.] id est, applicans vel inducens.

q ¶ Ingrata Deo.] sume verbum, reddatur, quod est inf. & enumerat sex incommoda, quæ ex tali scientia proueniunt, & hoc est primum, & per hoc quod dicit, ingrata Deo, est penitus excludenda, argum. in corpore authent. vt non luxu. contra naturam, in prin. collat. 6.

r ¶ Superioribus cōtumax.] Secundum incommodum, quòd ex hoc etiam est tollenda, argum. 6. q. 3. cap. sin autem nobis, & c. seq. extra de maio. & obe. ca. 2. argumen. ff. de re mil. l. 3. §. bello. & l. miles. §. irreuerens.

s ¶ Præfato ordini detrahens.] Tertium incommodum, & per hoc suam turpitudinem ostendens, cum turpis sit pars suo vniuerso non congruens. 8. d. cap. quæ contra. & aliter uiuere volens quam se habeant mores eorum inter quos viuit, suspiciosus aut intemperans est, 41. distin. ca. quisquis, 12. distinctio. illa, & argum. extra de sta. regu. recolentes.

t ¶ Odiosa confratribus.] Quartum incommodum & non odiosa sed potius debuisset per mutuam conuersationem affectuosior & charior reddi, argum. C. de castren. pec. l. cum allegas, libr. 12. ff. eod. tit. l. si forte, 63. d. ca. vota ciuium, & §. principibus, extra de elec. innotuit, §. multa.

u ¶ Vnionem scindens.] Quintum, ex quo solo detestabilis est habenda, cum solum in congregatos in vnum Spiritus Sanctus ueniat, 24. q. 1. §. si autem, & congregatis in unum aliquibus Deus in medio eorum esse dicitur Matth. 18. 1. q. 1. cum scriptura. 18. quæst. 1. cap. alienus, talem unionem scindens, diaboli opera subministrat tollens inter homines mutuam charitatem, sine qua (etiam concurrentibus omnibus alijs bonis operibus) non est salus, teste Apostolo, de pænit. dist. 2. cap. euidenter, & dist. 3. cap. si quis autem, & propheta clamante, Bonum & iucundum est habitare fratres in vnum.

Salus nō est sine charitate.

x ¶ Si valeat.] id est, crescat seu ualere uel crescere permittatur, non enim debet intelligi, nec exponi hoc verbum, valeat, id est, de se teneat, cum certum sit eam non tenere, utpote multa mala inducentem.

y ¶ Scandalum.] sextum incommodum, & ob hoc intollerabilis est dicenda, illa enim quæ sine peccato mortali omitti possunt, vel committi, sunt ob uitandum scandalum 1 omittenda, & etiam committenda. 1. ad Corinth. 8. extra de nou. ope. nun. ca. cum ex iniuncto, 12. dist. cap. illa, quia nihil cum scandalo, &c. de præscript. nihil. 10. quæstio. 3. cauendum, 11. quæstio. 3. nolite.

1 Scandalum est vitandū, & uide oīno B. Th. 2. 2. q. 43. ar. 7. & 8.

z ¶ Flagitat.] i. desiderat, vel affectat.

a ¶ Profugatis.] i. procul fugatis, siue pulsis.

b ¶ Incommodis.] quæ sunt sex, vt prædixi.

c ¶ Minor.] s. quam sit Papalis, in quo hodie sumus.

d ¶ Haberet.] improprie uidetur loqui textus, nō enim gradus vel status (cum sit quid inanimatum) dicitur

habere

incanduit [a], nunc uero post susceptum a nobis Apostolicæ seruitutis [b] iugum [c], ad illius [d] religionis gubernationem, protectionem, defensionemque interius [e] exteriusque [f] propitiam pastoralis [g] curæ sollicitudo nos angit [h], paternę [i] cogit prouidentię debitum [k], ac internę charitatis zelus accendit, quieta [l] pace gaudeat, sancto proficiat otio [m], innumero [n] ac merito [o] & quam plurimum augeatur, blandeque [p] in redeuntium [q] filiorum suæ scilicet professionis ruat oscula [r], mactet [s] vitulum, eorumque [t] liberis [u] & sedula corruat in amplexus: profecto cum ipsius religionis odor [x] trahat, charitas attrahat, [y] scientia lucidet [z], oratio mereatur, quæ [a] in conualle lacrymarum huius scilicet mundi miseria [b], vel cordis contritione & humiliatione [c] purissima [d] ascensiones in corde suo disposuit [e], vt non solum in virtutem de virtute ꝓficiat [f], sed in eisdem virtutibus permanens, [g] quasi quibusdam harum ad profectionem tendentibus [h] gradibus de die in diem facta [i] se melior ascendat in altius terrena despiciat [k] ac cęlestia complectatur [l], sicque tandem diuino numine collocata in [m] patria,

habere personam, sed persona dicitur habere statum vel gradum, uel esse in illo. argu. 40. distinct. c. multi. & ff. de decur. l. ·os.

a ¶ Incanduit.] id est incitauit, uel inflammauit.

b Seruitutis.] a seruiendo dictæ; & per istam similitudinem appellat Imperator se seruum C. de offic. præf. c. præto. l. quas gratias. circa fi. 3. columnæ. & notarius seruus publicus dicitur. ff. de adopt. l. non aliter. inst. eo. ti. §. cum autem. & C. eo. tit. l. 2.

c Iugum.] simile 11. dist. c. in memoriam.

d Illius religionis.] scilicet fratrum Minorum.

e Interius.) quo ad animam & spiritualia.

f Exteriusque.] quo ad corpus & temporalia.

g Pastoralis curæ.] simile extra de re iudi. pastoralis. Cle. 5. cum similib. multis.

h Angit.] alias adigit id est, adstringit.

i Paternæ.] per similitudinem loquitur, sicut enim pij & boni patris est, consiliū salutare pro liberis capere. ff. de adult. l. nec in ea. §. 1. ita debet esse præsidentis pro subditis deuotis in corpore authentic. de manda. princ. §. quod si delinquentes. in fi. coll. 3.

k ¶ Debitum.] hoc dicit quia sicut ad patrem carnalem spectat correctio filij in omni licita disciplina. 39. dist. c. legant. extra de simo. licet Hely. C. de emen. propinquo. l. 1. sic & patris spiritualis est subditū ob errorem corripere & increpare, 45. dist. c. 1. 23. q. 4. forte. ne sanguis subditorum, &c. extra de offi. ord. c. irrefragabili.

Pater filium corrigere debet.

l ¶ Quieta pace,] ad quam procurandam inter subditos quicūque præsidens anhelare debet. in corpore auth. ut differentes iudices. in princ. coll. 9. de offi. præsi. l. congruit. 5. q. 2. c. si primates, 23. q. 5. c. non frustra.

m ¶ Otio.] status ergo religionis dicitur esse in otio, scilicet quo ad meditationem sollicitudinis temporalis, ut hic, & extra de regula, licet. §. si uero.

n ¶ In numero.] scilicet personarum.

o ¶ Merito.] scilicet uitæ, & uirtutum. C. de sta. & ima. l. & uirtutum.

p ¶ Blandeque.] quasi dicat non subdole. sed cum animi synceritate, sicut fecit Iudas osculo filium hominis tradens.

q ¶ Redeuntium,] scilicet ad unitatem & obedientiam suæ religionis, de quibus redeuntibus gaudere debent præsidentes ad instar Christi plus gaudentis super uno peccatore pænitentiam agente, quam supra xcix. iustis, qui non indigent pænitentia, ut scribitur in Euangelio, & legitur, 23. q. 4. §. ex his. & arg. C. de hęre. l. Manichæos ff. de re mil. l. non omnes §. ult.

Osculum varijs ex causis præstatur.

r Oscula.) osculum quandoque præstatur ad decipiendum, ut fuit in Iuda proditore osculum Christū tradēte, & tale osculum omnino est prohibitū, immo iustiora reputantur vulnera amici, quam uoluntaria oscula inimici Prouer. 27. c. 5. q. 5. non omnis, &c. non osculatur. cum corpore cū osculato esse uideatur, mēte tñ & animo contrarius est, quare multo nequior fore censetur, quam foret euidens inimicus. 93. dist. c. si inimicus. & C. de don. l. data, cum ibi not. quandoque aūt ꝓstatur ad reuerendum & obediendum: & istud aliquando est permissum, ut est uidere in osculo quod præstatur summo Pontifici in pede, 1. C. de domes. & protest. l. 1. lib. 12. cū ibi not. quandoque vero prabetur ad designandum consensum, in malum, puta adulterium uel fornicationem, & hoc de iure dānatur. ff. de adul. l. ꝙ ait lex, quandoque ad ipsum designandū in bonum, puta coniugalem affectū, uel pacis inductiuum, vel iniuriæ remissiuum, & tūc est permissum. C. de do. inter vir. & vxo. l. si a sponsa. extra de spon. duo. c. 1. 63. dist. cum Hadrianus. instit. de iniu. §. vlt. quandoque etiā præbetur nedum ad inducendum consensum præsumptum, sed ut omnia finita esse pacis osculo denotentur, de consecr. dist. 1. ca. si episcopus & dist. 2. cap. pacem, iuxta uerbum prophetæ, Iustitia & pax osculatæ sunt.

s Mactet uitulum.] scilicet. Minorum religio in signum gaudij & lętitiæ de illorum regressu ad instar patris, qui de reuersu filij aberrantis gaudens uitulum saginatum occidi fecit.

t Eorumque.) scilicet redeuntium.

u Liberis.) quasi dicat, spontanea & prona.

x Odor trahat.) dest, inducat & sollicitet.

y Charitas attrahat.] id est, non se reuocet, & inclinet.

z Lucidet,] id est, manifestet.

a Quæ.] scilicet charitas.

b Miseria.] nota mundi miseriam conuallem lacrymarum dici, ut in antiphona beatæ Virginis, Salue regina.

c Humiliatione.] iuxta uerbum prophetæ, Cor contritum & humiliatum, &c.

d Purissima.) quasi dicat non ficta, ab omni fictione & hypocrisi deputata, arg. 28. q. 2. ex hic de pænit. dist. 2. c. 1. ubi charitas.

e Disposuit.] quasi per gradus.

f Proficiat.] circa quod dicit propheta, & ambulabunt de uirtute in uirtutem. unaquæque enim uirtus quasi quibusdam gradibus augetur. de pæn. distin. 2. dum sanctum. et c. charitas in quibusdam.

g Permanēs.] per inchoationem boni operis.

h Tendentibus gradibus,] cum inchoata ad perfectum protrahitur.

i Facta se melior.] cum in eiusdem bonæ operationis profectione & consummatione solidatur. de pæn. dist 2. cum sanctam.

k Despiciat.] per solicitudinis temporalium depositionem.

l Complectatur.] scilicet per contemplationem.

m In patria.] scilicet cœlesti. omnipotens enim Deus pro

r Barb. tñ. 2. lectura pœ. Cle. ver. salutē ad fi. dicit doctorē ꝑp excellētiam recipiendum a Pontifice ad osculum. Quod sibi factum dicit Ang. in l. 1. C. de sē. pat. si uerū dicat inquit Barr. Deus scit, & de effectu osculi uide gl. 1 q̃ Fel. dicit centum manibus notandam c. super abbatia de off. deleg. & osculum datū a spōsa facit, ut spōsalitia largitas matrimonio nō secuto solum pro dimidia reuocetur Dom. meus. §. est & aliud. inst. de do. l. si a sponso. C. de don. ante nupt. & de osculo uide gl. 3. l. 1. ff. de extraor. crimi. c. nec aliqua. 27. q. 1. Fos.

tanto [a] Deum secundum huius sanctę ascensionis gradus cognoscat apertius [b], quanto nunc in huius [c] peregrinationis angustijs illos [d] conscenderit [e] altiores, nam secundum Dauid prophetam eximium, dum sanctam Ecclesiam Deus suscipiet, in [f] eius gradibus dignoscetur [g]. Qua propter [h], tantis incommodis, tantisque eiusdem ordinis excitati periculis [i], ac ad [k] illa salubribus & opportunis per eiusdem sedis prouidentiam circumspectam adhibendis summouenda, remedijs, [l] nostrę solicitudinis studium conuertentes, ad Dei laudem, beati Francisci pręconiũ, eiusque pręfati ordinis pacem, consolationemque fidelium [m], nec non minus cautis minusque habentibus inobediendi vel euagandi occasionis subducendam materiam [n] ad trepidandum vbi timor non [o] aderat, scrupulosam [p] caliginem [q] detergendam, eosque suauiter [r] deducendos vt filios [s] ad ipsius religionis gremium velut matris [t]: Diligenti [u] super his perscrutatione & matura deliberatione [x] prąhabitis, de fratrum nostrorum consilio infrascriptas declarationes, commissiones, ordinationes & pręcepta, quę inferius inseruntur, duximus adiungenda.

¶ In primis cum dicatur in regula: quod illi qui promiserunt obedientiam [y], habeant [z] vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui habere voluerint. [a] Item quod fratres omnes vestimentis vilibus [b] induantur, & super prædictorum [c] verborum, sensu a præfatis prædecessoribus nostris Nicolao & Clemente declarationes (vt præmittitur) limpidæ [d] emanarunt: dictusque Clemens hu

producto fructu falcem mittit & messem suã desecat, quia cum vnumquemque ad opera perfecta produxerit, temporalem uitam per missam mortis sententiam incidit, ut granum suum ad cælestia regna perducat. dicto c. cum sanctam.

a ¶ Tanto.] id est intantum apertius, qđ est infra.

b ¶ Apertius.] in virtutũ quippe nostrarum gradibus Deus ascẽdere dicitur, qa in tanto nobis sublimior ostenditur, quã to noster animus a rebus infimis separatur dicto c. cũ sanctam in fine.

c ¶ Huius peregrinationis.] scilicet uitæ temporalis.

d ¶ Illos.] scilicet gradus.

e ¶ Conscenderit.] scilicet per contemplationem & bonorum operum perfectionem.

f ¶ In eius.] scilicet Ecclesiæ.

g ¶ Dignoscetur.] scilicet Dominus uel [1] eius gloria, qa eius gloria per illius incrementa declaratur. quanto enim sanctã Ecclesiam ascendẽdo proficit, tantũ Deus omnibus hominib. ex eius virtute innotescit, ut d.c. cũ sanctã. in princ. legitur.

1 Vide B.Th. par. 1. q.18. art.3.

h ¶ Qua propter.] Secunda pars.

i ¶ Periculis.] quæ colliguntur ex parte præcedenti.

K ¶ Ad illa.] scilicet incommoda & pericula summouenda. quod est infra.

l ¶ Remedijs.] quia q̃ medicamẽta morbis exhibent, hæc iura negotijs, in corpore authen. hæc constitutio innouat coll.8. & nouis morbis, &c. extra de iuramen. calum. ceterum.

m ¶ Fidelium.] inter quos per prædicta incommoda scandalum generabatur, ut in parte præcedenti.

n ¶ Materiam.] Nota tollendum fore omnem modum & occasionem mali, ad hoc extra, ne cleri. vel mona. cap. ut periculosa. lib 6. & per contrarium opportunitas ad bonum subministranda est. de electio. cũ ex eo. lib.6. iuxta illud. Da sapienti occasionem, & sapientior erit. 23.q.5.c. vides. de hoc latius dixi in c. Execrabilis in glo. si habes.

o Non aderat.] vt in psalmo & argu. extra de simo. per tuas.2. no. de off. deleg. pastoralis. §. quia uero.

Psal.13.

p Scrupulosam.] simile de simo. per tuas 2.

q Caliginem.] id est mentis obfuscationem. simile de hære. c. nolentes. Cle.5.

r Suauiter.] su. dixerat, blande, in parte pręcedenti. & hoc dicit, quia leuiter castigatus de facili reuerẽtiam exhibet castiganti, asperitatis nimiæ autem, &c. 45. di. cum beatus. ff. ad leg. Aquil. l. præceptoris.

f ¶ Vt filios.] dic, vt dixi in parte præcedenti in verbo paternæ.

t ¶ Matris.] consuetæ filio misereri. argu. ff. de adult. l. nec in ea. §. ult. ff. q falso tuto. auth. falsus §. Iulianus. de re milit. l. milites. §. desertorem. in corpore authen. vt sine prohi. ma. §. j. coll. 7. extra de præsumptio. afferte. cum similibus.

u ¶ Diligenti.] simile. C. ne fil. pro patre. aut. habita.

x ¶ Matura deliberatione] hoc dicit, quia sapientis est deliberate agere, in corpore auth. de appel. §. sancimus, coll. 4. 11. q. 1. ca. summopere. nam quæ consilio recte geruntur, iure meritoque & effectu firmitate nituntur. C. de repu. l. 3.

y ¶ Obedientiam.] subaudi castitatem, & proprij carentiã, hæc enim dicuntur religionis esse substãtialia. extra de statu mo. cum ad monasterium. §. ult.

Vota tria sũt de religionis substantia.

z ¶ Habeant.] non intelligas quod habeãt absq; omni iure vtendi, cum simplex vsus absque omni iure nõ recipiat, nec de se sit possibilis, ut in decre. ad conditorem, & cap. cum inter non nullos.

a ¶ Voluerint.] illas ergo habere merę uoluntatis est arg. ff. de iudi. l. non quicquid. C. quomodo & quando iud. l. 1. in his ergo fratribus Minoribus velle liberum relinquitur, sicut & velle cibo & potu refici & hoc ideo, quia sine istis uita humana sustentari non potest. ff. de aliment. lega. l. legatis. de uerborum signific. l. uerbo uictus, 1. q.3. si quis obijcit, sicut et quo ad alia uelle habere dicuntur. 11. q. 4. c. monachum. extra. de regula. licet. et ibi ratio de hoc redditur, et 19 quęs. 2. c. duę sunt. alias enim regulariter uelle uel nolle habere non dicitur, de ele. si religiosus. de test. c. 2. de sepul. c. ult. li. 6. 16. q. 1. non dicatis.

Religiosi an velle nolle habeant.

b Vilibus.] hoc per regulam, causa ducendę humilitatis institutum fuit, nam & clerici sęculares in uestibus ac calceamentis decorem quęrere non debent, 41. dist. cap. clericus, extra de uita, et honesta. cleric. cap. clerici. 20. quęst. 4. in sum. et cap. 1. sicut nec in cantando lenitatem uocum 92. dist. cap. cantantes, et cap. in sancta. ornatus enim extrinsecus frequenter quem ad uoluptatem & elationem inducit, iuxta id, incompositio corporis incompositionem indicat mentis 41. dist. cap. vlt.

Clerici in vestimentis decorem q̃rere non debent.

c ¶ Prædictorum verborum.] in vestimentis uilibus.

d ¶ Limpidæ.] id est, claræ, non obscuræ, sed dilucidæ.

¶ Iudi-

Iudicium est æquiuocum.

a ¶Iudicium.] .i. determinationem & declarationem, uel proprie potest sumi, quia super hoc isti qui sequuntur per decr. Clem. 5. uidentur iudices constituti, aliter autem alibi sumitur hoc uerbum, iudicium, super quo vide quod not. instit. quibus non est permiss. fac. test. §. præterea.

p ¶Discreparent.] in hoc contra mores aliorum gesta sunt pro morum illorum diuersitate uitanda tanquam turpia reputata. 8. di. c. quod contra mores, & adde quæ dixi in parte præcedenti, in uerbo, detrahens.

q ¶Nec eos.] s. habitus.

b ¶Committendū.] ut in decre. Exiui. §. præterea, cum in regula.

c Super hoc] quæ uestimenta uilia, uel non reputentur.

d Onerando] periculosum est illud onus si contra fiat, cum ex hoc peccatum mortale incurratur. 28. q. 1. §. ex his. ext. de restit. spol. litteras, §. porro simile hēs alibi ubi habentis aliquid facere, cōscientia oneratur. ext. de hære. c. statutū. §. ult. lib. 6. de sepul. dudū. §. verum, de rel. dom. ca. 2. §. ut aūt, de iure pa. c. 1. §. præcipimus Cle. 5. ext. de iureiur. cap. mulieri.

e Nec ob hoc] s. quód Papa Clem. uestimentorum uilitatem illorum duxit iudicio omittendam.

f In quibusdā] h. d. quia illi respectu aliorum pauci erant (ut dixi in parte præcedenti) in uerbo, paucorum.

g Plus sapere.] hoc est contra doctrinā Apostoli ad Roma. 12. ca. de pæn. dist. 3. ca. adhuc instant extra de renunc. cap. 1. lib. 6.

h Quæstionum.] ad quas decidendas fuit opus declarationibus, quæ inf. subijciuntur.

ius vilitatis iudicium [a] ministris, custodibus, seu guardianis ordinis prędicti dixerit committendum, [b] eorum super [c] hoc conscientias onerando, [d] nec [e] ob hoc in quibusdam [f] ex fratribus antedicti ordinis volentibus plus [g] sapere, quam oportet sapere, nouarum adinuentiones ambiguitatum cessauere, quamplurimę, vel non omnino non vetustarum explicatio quęstionum, [h] tam videlicet super longitudine, & latitudine, quam grossitie, & subtilitate, forma & figura vestimentorum [i] ipsorum: quinimo adeo huiusmodi adinuentiones, & quęstiones propria excreuere licentia, [k] vt ex eisdem Fratribus aliqui habitus propterea [l] curtos, strictos, [m] inusitatos, & squalidos, [n] nouitate [o] plenos, ac dissidij non ignaros, cum a communitate ordinis discreparent [p] assumerent, nec eos [q] ad ministrorum, custodum, Guardianorum eorum mandatum requisiti deponerent, [r] nec alios prout eiusdem ordinis communitas deferebat habitus, iuxta eorundem ministrorum, custodum, & Guardianorum arbitrium ducerent resumēdos [s] dicentes in [t] hoc eorundem prelatorum suorum non [u] parendum fore arbitrio, cū & suum [x] sic [y] despectum [z] regularem, [a] & cruciformem [b] assererent, ceterorum [c] vero superfluum [d] habitum irregularemque [e] censerent: Nec huic eorum opinioni [f] prefati Clementis declarationem sępius repetitam [g] obesse; Nam licet ministris, custodibus, & Guardianis prefatis uestium vilitatis detur in illa [h] iudicium, [i] tamen inibi [k] consequenter adiungitur, ita tamen quod vilitatem in vestibus seruent, [l]

r ¶Deponerent.] suā inobedientiā ostendentes. arg. de temp. ordi. cap. ad aures, de offi. ord. quanto.

s ¶Resumendos.] quæ tamen facere tenebantur, argu. ext. de uita & hone. cler. ca. Deus qui.

t ¶In hoc] s. deponendo habitus quos portabant, & in resumendo communes habitus aliorum.

u ¶Non parendū fore] & hoc male dicebant, cū præcepto superioris de se iusto, uel saltem de quo est dubium, sit obtemperandum. 23. q. 1. ca. qui culpatur, not. de temp. ord. cum ad aures, & de hoc ff. de reg. iu. l. factum a iudice, & extra de reg. iur. c. quod quis mandato, lib. 6. & ibi etiam de hoc dixi.

r Circa hoc dictum consule theologos, & vide B. Th. 2. 2. q. 104. art. 5.

x ¶Et suum] s. habitum.

y Sic] s. curtum & strictum.

z Despectū] per hoc forte dicentes ipsum magis humilem reputandum.

a Regularem] .i. regulæ (secundum eos) conuenientem.

b Cruciformem.] i. cruci conformem, quæ consistit ex stipite in longum porrecto, & brachio in trāsuersum extenso: sic dicebant de habitu suo, cuius longitudinem stipiti crucis, & ipsi habitus manicas extensas, brachio in transuerso stipitis extenso forte comparabant.

c ¶Ceterorum.] secundum communitatem ordinis faciendam.

d ¶Superfluum.] propter longitudinem.

e ¶Irregularemque.] .i. nō sic regulæ conuenientem sicut suum.

f ¶Opinioni.] supple quod suum habitum deponere, & aliorum habitum suorum superiorum arbitrio habere tenetur.

g Repetitam.] sup. in parte precedenti, & in isto, & d. c. Exiui. de paradiso, §. præterea.

h In illa] s. declaratione Clementis.

i Iudicium] expone ut sup. in simili uerbo, iudicium.

k Inibi.] s. in ipsa declaratione Clementis.

l Seruent.] per quod videbatur eis, quod in pmissis superiorum suum stare iudicio minime tenebatur, quasi aliorum habitum non reputarēt vilem, sed irregularem, & superfluum, ut sup. sed in hoc verbo, declarationis Clementis conuertebantur in dubium, vt prima parte dr.

i Vestimentorum.] .i. qualis longitudinis, latitudinis, grossitiei, subtilitatis, formæ, & figuræ deberent esse vestimenta, quinimmo ad expositionem huius uerbi uide quod no. Guli. de rescr. tibi, lib. 6.

k Licentia.] s. fratrum.

l Propterea.] .s. quod dicebant se debere indui uilib. uestimentis.

m Strictos.] & sic uilitatem uestimentorum credebant referendam etiam ad curiositatem, strictaram, squaliditatem ipsorum.

n Squalidos.] exponi potest hoc uerbum. i. viles uel tristitiam indicantes, argu. ff. de iniur. l. uestem, & l. item apud §. hæc autem fere, ubi simile uerbum reperies.

o Nouitate plenos.] in hoc isti fratres male attendebant quod scribitur, in reb. nouis constituendis euidens debet esse utilitas, ut discedatur ab eo quod diu æquum uisum est, & ideo reprehensione digni fuerunt, 11. d. c. quis nesciat. no. extra de consuetudi. cum consuetudinis.

quare

quare eorum intellectus in hoc reprimitur, ut in parte sequenti traditur.

praesertim [a] cum & in declaratione prædicti [b] Nicolai dicatur, quod semper [c] in eisdem fratribus [d] & eorum actibus paupertas sancta reluceat, [e] prout ipsis [f] ex eorum [g] regula inuenitur indicta, ac constitutionibus eiusdem ordinis generalibus caueatur (vt [h] asserunt) quod in omnibus, [i] quæ ad habitum fratrum spectant, reluceat semper asperitas, vilitas, & paupertas: [k] vnde cum nec paupertatis, vel vilitatis oblatæ per ministros, custodes, & guardianos vestes existerent, [l] nec ipsorum superiorum ordinis sui in deponendo, vestes, quas [m] gererent, nec in reassumendo, quas [n] darent, sequi iudicium vllatenus tenebantur [o] † generali [p] ministro & ceteris fratribus, qui pro communitate eiusdem ordinis aderāt [q] suis rationibus (quas breuitatis [r] causa omittimus) contrarium asserentibus ex [s] aduerso, prout hæc & alia hinc inde coram nobis, & eisdem fratribus [t] nostris scripto [u] lecta, verboque fuere proposita, [x] ac etiam coram aliquibus ex fratribus [y] nostris prædictis super hoc deputatis [z] a nobis præsertim per aliquos ex fratribus dicti ordinis, qui in prædictis [a] communitatibus aduersabantur eisdem, fuerunt pluries [b] repetita.

¶ Quocirca [c] nos seriosius rationibus [d] prædictis auditis, & [e] alijs, illisque [f] plenius [g] intellectis, [h] volentes perpetuum præfato finem dare negotio, de prædictorum [i] fratrum nostrorum consilio declaramus, & dicimus, quod cum (sicut prætangitur [k]) dicatur in regula, quod fratres omnes vestimentis uilibus induantur, & cum vilitatem huiusmodi vestiū tam habitus, quam interiorum tunicarum illam prefatus Clemens intelligi debere decreuerit, [l] quę secundum consuetudinem [m] vel conditionem [o] patrię debeat (quantum ad colorem panni & pretium) [n] vilitas merito reputari, atque consequenter huius vilitatis iudicium Ministris, Custodibus seu Guardianis prędictis (ipsorum super hoc

a ¶ Præsertim.] i. maxime, simile de foro compe. si diligenti.

b ¶ Prædictis.] Nicolai. s. tertij, alias quarti. in decre. Exijt, de verb. signif. lib. 6.

c Semper.] i. omni tempore.

d Fratribus.) s. Minoribus.

e Reluceat.) quam non relucere dicebant in habitibus aliorum.

f Ipsis.) s. fratribus.

g Eorum) s. fratrum minorum.

h Vt asserunt) si uere ꝙ sequitur dicebant aliquem colorē habere videbantur, qui tamen eis non sufficit, ut inf. §. proxi. sequitur.

i In omnibus.) hoc verbum sic vniuersale & indefinitum, eis sic dicendi occasionem aliqualem dare uidebatur, quæ nec eis proficit, ut §. proxi.

K ¶ Et paupertas] volentes per hoc forte dicere, ꝙ talis vilitas & paupertas habetur & denotatur in breuitate & strictura habitus; quem portabant.

l ¶ Existerent] secundum illorum intentionem.

m ¶ Quas gererent.] s. curtas & strictas.

n ¶ Quas darent] s. longas & superfluas secundum eos.

o ¶ Tenebantur] fundantes se in quibusdam verbis regulæ, & in quibusdam generalib. constitutionib. ordinis, quas allegabant, ut sup.

p ¶ Generali ministro] s. ordinis Minorum.

q ¶ Aderant.] i. præsentes erant.

r ¶ Breuitatis causa.] Nota iuxta id quod dici consueuit, gaudent breuitate moderni, ad hoc, ff. l. Aquil. ita vulneratus §. æstimatio.

s ¶ Ex aduerso.] scilicet illos sequi debere superiorum suorum iudicium in deponendo uestes, quas portabāt & in reassumendo illas quas illis offerebant.

t ¶ Eisdem fratribus nostris,] scilicet Cardinalibus.

u ¶ Scripto.] id est in scriptis.

x ¶ Proposita.] & sic per assertionem partium causę, merita fuerunt pandita, C. si per uim uel alio modo, l. ul. extr. de in integ. rest. c. tum ex literis, §. prospeximus

y ¶ Ex fratribus nostris.] s. Cardinalibus.

z ¶ Deputatis.] s. auditoribus.

a ¶ In prædictis.] s. in vestib. dimittendis, quas portabant. & in reassumendis, quæ offerebantur eisdem.

b ¶ Pluries repetita.] ad maiorem forte indaginem & examinationē, arg. 35. q. 9. graue, 30. q. 5. iudicantem. extra de fid. instrum. cum Ioannes. §. verum. C. de ede. l. 2. in principio.

c ¶ Quocirca.] Tertia pars.

d ¶ Rationibus prædictis.] scilicet in proxi. §. hinc inde allegatis.

e Et alijs.] s. de nouo propositis.

f Illisque.] s. tam primo quam subsequenter propositis.

g Plenius.] i. plene, vel plenius, quam ante.

h ¶ Intellectis.] per hoc collige habentē iudicare prius debere iura & rōnes partium cum diligentia rimari & intelligere, non se in ferenda sentētia pręcipitare, C. de sent. ex breui. reci. l. 2. & 11. qu. 3. summopere. ext. de dolo & contu. olim. cum ibi no. de re iu. pastoralis, §. verum. Cle. 5. ubi de hoc dixi. Prout enim hic Papa fecit, ceteri eius exemplo docti facere debent: quia docti uiri cautela, &c. 81. di. c. legitur, & arg. ext. de re. iu. in causis, C. de legi. l. ult.

Iudex sentētiā laturus multa rimari debet.

i De prædictorum.] sub hac clausula dic ut no. in decr. Execrabilis.

k Prætangitur.] in §. quapropter.

l Decreuerit.] in dicta decr. Exiui. in §. præterea.

m Cōsuetudinem.] iuxta quā quælibet patria, & prouincia gaudet in suo sensu, secundum Hier. 86. d. veniam, extr. de sepul. certificari, arg. ff. de admin. tutor. l. siue hærede, §. Lucius, ff. de legi. l. si seruus plurium, §. ul. quod vi aut clam. l. prohibere §. si præses.

n Conditionem.] i. qualitatem, simile, ff. de vsu. l. sed & si quidem, §. 1.

o Pretium.] ꝙ iuxta consuetudinem mensurarum regionis, & qualitatem eiusdem, ipsius uile & non vile reputatur, vt hic, & probatur in corpore auth. de col. in prin. coll. 9. & in 10. col. de pace tenen. §. post natale, de contrah. emp. l. Imper. de eo quod certo loco, l. ideo, ad leg. Falc. l. pretia. §. vlt.

† Forte legerunt vsquā non obtemperandū superiori qn̄ sequeret inconueniens (ꝙ ipsi secuturum putabant) Fely. c. si qn̄, de rescr. Lud. Ro. in l. si uero, §. de viro, in 7. fall. ff. sol. matr. hic ut euitetur inconueniens restringitur gn̄alitas l. 2. C. de noxal. ad Bart. in l. oēs. 6 q. principali, ff. de iustit. & iu. Pan. ca. solitæ, 1. col, de maior. & obed. Fon.

Breuitas amatur.

† Vide hic q̃ ego no.in c. statutum. §. assessorẽ, super gl.relinquat, de re scr.li.6.Fõt.

a ¶ Duxerit committendum.) quia ad omnes regiones non poterit certus pretij numerus assignari, vt d.§.præterea.
b ¶ Continetur.] & patet dicta decreta. Exiui.§.præterea, cum in regula.
c ¶ Auctoritate committimus.] Videntur ergo isti super hoc iudices ordinarij dari a lege, vel saltem a principe, a quib. quis sortiri dicitur ordinariam iurisdictionem, argum.2.q.6. quod arbitris, ff.de iurisd. om. iud. l. & quia, not. extra ne prælati uic.suas, ca.2. potissime cũ hic non constituatur sup hoc delegatus sicut alibi. extra de offic.ord.irrefragabili, §. ceterũ de hæret. ad abolendam, §.ult.
d ¶ Subtilitatis.] & tenuitatis vel leuitatis quo ad bonitatẽ intrinsecam.
e ¶ Similium accidẽtium.] puta ad colorem magis, vel minus nigrum vel brunum.
f ¶ Ipsorumque.) scilicet fratrum.
g ¶ Caputia.) cuius quantitatis uel formæ existant.
h ¶ Quibus.) scilicet habitibus, caputijs, & tunicis.
i ¶ Cuius.) id est, qualis, quo ad pretium.
k ¶ Quãtæque.) quo ad grossitiẽ uel subtilitatem.
l ¶ Et an.) repete eorum iudicio est relictum.
m ¶ Reluceat.] In tali relucentia asperitatis & uilitatis innitebantur, a sua communitate discrepantes, vt supra proxim. §. quæ contra eos hic superiorum iudicio est commissa.
n ¶ Quantum ad colorem.) in hoc & sequentibus illi innitebantur, sed nec ipsis iuuantur, ut sequitur.
o Superquibus) a uersu eorundem, huc usq; expressis.
p Oneramus.) hic dic ut dixi supra proxi.§.in uerbo. onerando.
q Mandantes.) contra tale mandatum præceptiuum ueniens peccat mortaliter, ar. 14.q.1.quod præcipitur. extra de ver.sig.l.in his.de maio. & obed.c.si quis.qui si.sint legi.per uenerabilem, §.rationibus. ad fi.ff.de re mili.l.in bello.not.Hostiẽ de offi. ord.c.inter cetera.§.vlt.de treu.& pa.ca.1. & Ber.de off.ord.ea, quæ, & dixi de æta.& quali.c.1.Cle.5.

Peccat mortaliter q. uenit cótra mãdatum præceptiuũ Papæ.

conscientias onerando †) duxerit [a] committendum, prout in eiusdem Clementis litteris super hoc confectis plenius continetur [b]: In eorundem Ministrorum Custodum, seu Guardianorum eodem modo iudicio est relictum: Nosque nihilominus præfatorum Ministrorum, Custodum & Guardianorũ iudicio pręsentium auctoritate [c] committimus determinare, videlicet, arbitrari, atque præcipere, cuius longitudinis & latitudinis, grossitiei & subtilitatis [d], formæ siue figuræ atque similium [e] accidentium esse debeant tam habitus, ipsorumque [f] caputia [g], quam interiores tunicæ, quibus [h] fratres omnes Minores dicti ordinis induuntur, ac insuper cuius [i] quantæque [k] vilitatis indui eos ipsis vestimentis oporteat, & [l] an in vestimentis huiusmodi secundum regulam & declarationes eorundem prædecessorum nostrorum & præfatas ordinis constitutiones, reluceat [m] asperitas, vilitas & paupertas: vtrumne quantum [n] ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque ac cetera † accidentia supradicta, Fratres vestimentis induantur vt debent: super quibus [o] eorundem Ministrorum, Custodum, & Guardianorum conscientias oneramus [p], Statuentes & districte præcipiendo, mandantes [q], & quod in prædictis [r] & his similibus [s] eorum [t] arbitrium [u] determinationem siue iudicium, Generalis quidem in [u] totius ordinis, Prouincialium vero in prouincialium Ministrorum ac Custodum & Guardianorum administrationibus, Custodijs, ac Guardianijs siue consimilibus ordinis memorati commissis eisdem [x], Fratres omnes [y] & singuli sequi omnimode [z], illisque parere [a] per omnia [b] teneantur. [c] Ac insuper quod illorum [d] sequendo arbitrium [e] determinationem siue iudicium [f], illisque [g] parendo, [h] nec [i] sint nec dici [k] possint vel debeant, nec ipsi se ipsos autument, seu suæ regulæ vel constitutionum [l]

† Nota hic expressum q cui cõpetit cognoscere de principali cõpetit et cognoscere de ijs quę cõsequenter accedunt. ui de gl.fi. inf. eo. in extrauag. ad conditorẽ. Fori

r ¶ in prædictis.) supra proxi. declaratis.
s ¶ Similibus.) arbitrarie consideratis. cum non sint ipsa similia omnia in iure expressa, ut inf. sequitur, argu. ad hoc extra de offi.dele.de causis, ff.de leg. 1.si domus. §.in pecunia.
t Eorum.) scilicet ministrorũ, & aliorum s̃. & ĩ. nominatorũ.
u In totius ordinis.) administrationibus, quod est inf.
x Eisdem.) s. Generali, Prouinciali, Ministris, Custodibus, Guardianis.
y Omnes.) ut uniuersi, ut differat à uerbo sequenti.
z Omnimode.) q.d. excusationibus supr. expressis & alijs quibuscunq; friuolis reiectis.
a Parere.) id est obedire uel obtẽperare.
b Per omnia.) intellige licita. in alijs.n. magis Deo, quã hoĩ parendum est, 10. q.3. qui resistit, & c.iuliantur, & ca.si dominus, & c.nõ semper.
c Teneantur.) hoc verbum necessitatem parẽdi uidetur imponere, ut dixi in decr. execrabilis.
d Illorum.) s.ministrorum & aliorum sup.nominatorum.
e Arbitrium.) id est uoluntatem uel ordinationem argu.ff.de verb.obl.l.si quis arbitrium, C.de contrahen.empt.l.ult.
f Iudicium.) expone ut supra.
g Illis.) s. ministris & alijs.
h Parẽdo.) id est obediendo.
i Nec sint.) s.quo ad rei ueritatem.
k Nec dici possint.) quo ad vulgi opinionem.
l Constitutionum transgressores.) nec mirum, cum omnino ex præcepto constitutionis præsentis in præmissis obedire suis superioribus sint adstricti eis parendo, non uidentur esse in dolo uel in culpa, cum habuerit parere necesse, ff.de reg.iur.le.nõ uidetur.§.qui iussu, de aqua plu. arc.l.quamquam, cum simi. & quia canonis huius auctoritate præceptiua talis obedientia præstatur, quæ a peccato obtemperantem excusat, 23.qu.3.ca.qui peccat. 33.qu.ulti.noluit, C.de adul.l.Gracchus, alias diceretur quod per hanc constitutionem obtemperantibus laqueus inijceretur contra iura, 27.qu.1.ca.de uiduis, & eius auctoritate ipsi essent circumscripti, contra leg.1. C.de his, qui ueni.æta.impetr.

a Ma-

sui ordinis transgressores, maxime [a] cum nec expresse, vel determinate in prædicta Fratrum Minorum dicatur regula, vel declarationibus antedictis, quantæ longitudinis, quantæ latitudinis, quantę grossitiei, vel subtilitatis, qualis formę, qualis ve figurę huiusmodi debeant [b] esse vestes, sicut nec qualis, quantęque vilitatis eas esse oporteat, exprimitur in eadem, sicque quodammodo eadem vrgente necessitate, æquitate non [c] impari, vero sensu, vero id regulæ suadentibus intellectu, eiusdem Clementis inhęrentes vestigijs, prefatorum Ministrorum, Custodum & Guardianorum in [d] prædictis, horumque similibus fore iudicium declarare compellimur [e], illaque [f] eis [g] (vt prędicitur) committere inuitamur [h]: Non enim particularium omnium certa potest dari scientia [i] neque eorum (cum infinita [k] sint) contingit [l] fieri disciplinam; [m] non ars, non regula circumstantias singulas, accidentiaque cuncta complectitur [n]: habent in [o] illis minores maioribus [p] obsequi [q], illisque intendere [r], non in certis [s] solum, verum etiam in dubijs [t], & incertis præsunt [u] artibus quibus [x] obediant, pręsunt re-

a ¶ Maxime.] proprie intelligas istud aduerbium, non idem esset, si in regula vel constitutionibus ordinis, vel declarationibus alijs essent expressa quæ sequuntur, nã & contra illa præcepta huius constitutionis parendum est, & pareri potest absque aliqua transgressione. extra. de vo. ca. non est vot. cum tales obseruantias possit Papa nedum declarare, immo & penitus tollere, etiam posset totum Minorum ordinem submouere, cum ab ipsius approbatione processit. no. Inn. extra de sacra. non ite. c. presbyter, non ergo mirum si obtẽperantes nec sint, nec dici possint, nec se sentire debeãt transgressores, alias viderentur de potestate Papæ, non sine periculo dubitare, 15. dis. ca. sancta Romana. ver. item opuscula beati Leonis, 19. d. c. nulli fas, & arg. C. de legi. l. ult.

b ¶ Debeant esse.] trãsgressionis igitur omnis nota cessat, si obtemperetur in his quæ regula vel cõstitutiones ordinis nullatenus interdicunt, cum & si interdicerent, idem esset, vt supra gl. proxi.

c ¶ Non impari.] quasi dicat, immo pari, vt sic de similibus ad similia ex æquitatis similitudine in agibilibus procedatur. C. de consti. pec. l. ult. extra de confir. uti cũ dilecta, cum simi.

d ¶ In prædictis.] s. in longitudine, grossitie, subtilitate, forma vestium, uel figura.

e ¶ Compellimur.] hoc intellige in quãtum digna vox censetur principis se alligatum legibus profiteri. C. de legi. l. digna. ob causatiuam necessitatem executionis officij pastoralis, arg. in proœ. C. in prin. iuncta. l. ul. ff. de separa. bon. alias præcise compulsio nulla sibi fieri potest, cum sit lege humana solutus, ff. de leg. l. princeps nec sua sedes a quoquam iudicari potest, 21. dist. ca. nec autem.

f ¶ Illaque.] scilicet quantæ longitudinis, &c. vt supr. legitur.

g ¶ Eis.] scilicet ministris, & alijs su. nominatis, & dic eis, id est eorum arbitrio uel iudicio.

h ¶ Inuitamur.] id est inducimus.

i ¶ Scientia.] iuxta hoc scribit lex, non possunt omnes articuli aut legibus, aut sigillatim constitutionib. comprehendi, ff. de leg. l. non possunt, ex cuius mente sumptum videtur hic quod dicitur, natura enim introductum est, vt sint plura negotia quam uocabula. ff. de præscr. uerb. l. natura.

Negotia plura sũt quam vocabula.

k ¶ Infinita sint.] scilicet particularia, natura enim quotidie nouas deproperat edere formas, 10. colla. quæ fuit prima causa beneficij amittendi, §. prædictis. C. de uete. iur. enuc. §. sed quia diuinæ. in proœ. lib. 6. Et potes colligere quod de his, quæ de se infinita sunt, certa lex non potest constitui, cum enim lex de se debeat esse certa, ff. de iur. & fac. igno. l. in omni. 4. dis. erit aut, habeãtque principium & finem, ut in proœmio Digestorum, §. sed quia solitum, in fin. merito de hoc quod

Lex de infinitis constitui non põt.

infinitum est, & sic incertum, non constituitur, nec infinitatem amplectitur, C. de sacrosan. eccl. l. vlt. extra de rescrip. c. cum in multis. lib. 6. Quod intellige iuxta talem breuem distinctionem, quia aut agitur de actibus concernentibus salutem animæ, puta laudare Deum, & similia, & tunc infinitas probatur, 22. dis. sacrosan. 36. dist. ca. si quid vult. C. de sum. Trin. inter claras, in fi. de off. pręf. pręto. l. quas gratias, aut de alijs, & tunc aut de iuducentibus exceptionem: quo casu infinitas approbatur. ff. de exc. do. l. pure. §. fi. C. de excep. l. si pactum, inst. eo. ti. §. appellatur aut de inducentibus obligationem, quo casu aut verba obligationis sunt de sui natura limitata infinitatẽ sapientia. & tunc infinitas approbatur. de vsufru. le. l. cum quidam, & l. cũ ad hoc. de fideius. l. si stipulatus. aut non sunt de se infinitatem sapiẽtia, si quidẽ certatur de obligatione nouiter inducenda, tunc infinitas reprobatur. ff. de damno infe. le. qui bona. §. ultim. & idem si tractatur de de obligatione prius inducta post amplĩada, etiam si uerba obligationis sint de se flexibilia ad finitatem vel infinitatem, ff. de leg. 3. l. fideicommissa, §. si quis.

Infinitas su reprobetur.

l ¶ Contingit.] scilicet scientiam.

m ¶ Disciplinam.] id est doctrinam.

n ¶ Complectitur.] de arte probatur, ff. de leg. l. non possunt, de regula, idem. ff. de regu. iur. l. omnis definitio.

o ¶ In illis.] s. circumstantijs & accidentibus.

p ¶ Maioribus.] C. de offi. præfe. præt. vrb. l. studentib. ff. de offi. rect. prouin. l. potioris. 95. dist. c. ecce. & c. esto subiectus. extra de maio. & obed. solitæ. de censi. omnis anima. uniuersitas. n. alia ratione subsistere nõ posset, nisi magnus ordo distinctionis graduum eam seruaret, 89. dist. ad hoc.

q ¶ Obsequi.] id est seruire in suo gradu. 93. a subdiacono.

r ¶ Intendere.] id est obtemperare, uel obedire.

s ¶ In certis.] de quibus non est dubium quin in eis si certa sunt quod sint iusta, inferiores superioribus parere debeant, extra de maior. & obed. cap. 1. & 2. & ca. illud. 11. quæstio. 3. ca. absit, de regu. iur. non possunt dolo.

t ¶ Dubijs.] scilicet an sint iusta uel nõ ob bonum obedientiæ, 23. q. 1. quid culpatur, extra de temp. ord. ca. ad aures, ubi de hoc, & plenius per Host. ff. de iud. si quis ex aliena, si quis ius dicen. non obtemp. l. 1. extr. de appel. si duob. de hoc scripsi extra de reg. iu. ca. quod quis mandato, lib. 6.

u ¶ Præsunt.] exponi potest, scilicet maiores, obediant, scilicet minores, Vel potest exponi, præsunt, s. minores artibus uel disciplinis.

x ¶ Quibus.] scilicet cum quibus obediant, uel obtemperent.

a ¶ Il-

gulis ſingulis, quibus obtemperent diſciplinis, vt illarum[a] finis[b] egregius debitis[c] obſequentium[d] miniſteriis, ſubſequatur: Sic iudicans, cuncta[e] rimatur & diſcutit, leges caſibus[f] applicat, canonum decreta ſecernit:[g] ſic morbis aggrauatus medicum,[h] ſic virtus conſtans in medio ſapientem prudentemque[i] depoſcit: ne ſi quiſquam regatur vt[k] appetit, confeſtim corruat,[l] vt[m] non quærit, neque taliter[n] conuenientibus[o] non ordo, ſed horror inhabitet: adſit[p] (quod abſit[q]) diſcordia[r] religans religio relegetur; ſententiæ namque variantur vt[s] capita, & creſcit in[t] ſtolidis opinionibus phantaſia.[u]

¶ Eodem[x] modo eiſdē que quodammodo rationibus inuitati,[y] cum præfatorum Miniſtrorum, vel Cuſtodum ſub certa forma: ſimul ſcilicet & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodiis, cum Guardiani &[z] duorum de conuentu[a] loci[b] diſcretorum[c] ſacerdotum[d] & antiquorum[e] in ordine Fratrum conſilio[f] & aſſenſu præfatus Clemens iudicio duxerit[g] relinquendum, an ſit multum credibile ex iam expertis,[h] quod Fratres ipſi abſque granariis, & cellariis[i] non poſſint vitæ neceſſaria inuenire,[k] quo[l] caſu

a ¶ Illarum.) .ſ. artium, & diſciplinarum.
b ¶ Finis egregius.] .ſ. aſſecutio ſalutis æternæ, cū obedientia maior quam victima cenſeatur, extra de maior. & obed. illud.
c ¶ Debitis.] ideo dicit forte debitis, quia ad indebita quis obſequi non tenetur, vt dixi. ſup. in verbo, per omnia, vel dicit, debitis, vt denotet obſequia fore per minores ſuperioribus debita, vt s.
d ¶ Obſequentium.] id eſt obedientium.
e ¶ Cuncta rimatur.] 32. diſt. iudicantem, extra de fide inſtru. cum Ioannes, §. verum. C. de eden. l. is qui apud quem.
f ¶ Caſibus.] ſcilicet occurrentibus quotidianis. ff. de li. leg. l. legaui. de vſuca. l. ſi iuſto.
g ¶ Secernit.] id eſt ſeorſum cernit, parat & inducit ad caſuum emergentium deciſionem.
h ¶ Medicum.] depoſcit, quod eſt infra, ad hoc in corpore authen. hęc conſtitutio innouat. in prin. col. 8. ff. de var. & extra ord. l. medicus, extra de pęn. & remiſ. omnis. §. ſacerdos cum ſimilibus.
i ¶ Prudentemque.] cum diſcretione dicta aliarum virtutum matre, 1. q. 5. præſentium, extra de offi. cuſtod. c. 1. de re iudic. paſtor. §. verum, cle. 5.
k ¶ Vt appetit.] .ſ. ſenſu proprio indiſcrete ducto. 36. d. c. ſi quis vult. 38. d. relatum, & arg. ff. de do. l. Aquil. in prooemio Digeſtorum. §. hoc autem.
l ¶ Corruat.] .ſ. in totum vel in promptum periculum incidat, C. de bo. quæ li. l. vlt. §. ſilii autem, iuxta illud. Væ ſoli, &c. extra de ſta. mo. monachi 81. d. c. in omnibus. extra de æt. & qual. cum ſit ars.
m ¶ Vt non quærit.] nullus enim caſum ſui appetere præſumitur, ſed aſcenſum, extra de cle. non reſid. cap. 1. 93. diſt. legimus, C. de numera. & actu. & chart. l. nulli lib. 12. quemadmodum ciui. mune. indi. l. maioribus. lib. 10.
n ¶ Taliter.] .ſ. vt appetunt a ſua communitate diſcrepantibus.

Diſcordia eſt mater litiū.

o ¶ Non ordo.] ad hoc in corpore auth. de hære. & fal. §. inordinatum, coll. 1.
p ¶ Adſit.) id eſt præſens ſit.
q ¶ Quod abſit.] .ſ. iuxta uotum noſtri ordinis.
r ¶ Diſcordia.] quæ de ſe pacis eſt æmula, mater litiū, materia iurgiorum, vt in prooemio Decretalium, & hic adde quod dixi ſup. parte prima, in uerbo, vnionem ſcindens.
ſ ¶ Vt capita.] iuxta illud: Quot capita tot ſententiæ. de conſec. diſt. 3. c. ſicut in ſacramentis, extra de conceſ. præb. quia diuerſitatem. ff. de lib. vniuerſi. l. 2. de arbit. item ſi unus. §. principaliter.
t ¶ In ſtolidis.] id eſt fatuis, vel capitaneis probabilitate non ſuffultis.
u ¶ Phantaſia.] exponi poteſt hoc uerbum, id eſt, non vera, ſed falſa ſententia: non a ueris doctoribus, ſed a ſenſu capitaneo inducta. 24. q. vlt. c. hæreſis, & cap. quid autem 11. q. 3. cap. ſummopere. extra de conſtit. cap. ne innitaris.
x ¶ Eodem modo.] Quarta pars.
y ¶ Inuitati.] id eſt inducti, vt expoſuit ſup. prox.
z ¶ Et duorum.] nō ergo vnius ſolius, & ita trium ad minus debet expectari conſilium & aſſenſus in his quæ ſequuntur, ſcilicet, Guardiani & duorum de conuentu ſacerdotum.
a ¶ De conuentu.] nō ergo aliunde, cum illi melius præſumantur ſcire loci neceſſitatem quam foranei. arg. 93. d. illud. extra de elect. poſtquam, ff. de quæſt. l. de minore. §. tormenta.
b ¶ Loci.] de cuius fratrum ſuſtentatione agitur.
c ¶ Diſcretorum.] arbitraria hæc conſideratio.
d ¶ Sacerdotum.] nō videtur ergo ſufficere ab inferioris ordinis fratribus petere conſilium, & aſſenſum, de quib. ſequit. arg. extra de electio. nemo, lib. 6. alias videretur fruſtra appoſitum iſtud verbum, contra 19. diſt. c. ſi Romanorum, de priu. ſi papa. li. 6. ff. de uſur. ſi ſtipulatus, de legi. l. & quādo. Et hoc intellige ſi in conuentu ſint duo ſacerdotes diſcreti: alias uideretur ſufficere expectare conſilium, uel aſſenſum aliorum, attenta mente conſtitutionis uolentis neceſſitati fratrum loci prouidere, arg. ad hoc. ff. de condi. & demonſtr. l. in teſtamento & argu. eorum quæ no. in ſimili per Innoc. & Hoſt. de elect. quia propter in uer. tres.
e ¶ Antiquorū.] qua antiquitate? Dicas ꝙ arbitraria, cū non ſit hic uel alibi ſuper hoc expreſſa, arg. ad hoc. ff. de leg. 3. l. non aliter. in fi. cum ibi no. per Inn. extra ut lit. non cont. quoniam, & quia hic non curatur de antiquitate ætatis, ſed temporis, quo iſti ordinem ſunt ingreſſi. ar. extra de maio. & obed. c. ſtatuimus, &c.
f ¶ Conſilio & aſſenſu.] non ualet conſilium niſi aſſenſus expectetur, arg. extra de offi. del. c. uenerabili. & ſuper hoc uide ꝙ no. per Comp. de conſti. c. pen. & quod alias plenius dixi, ne ſe. uac. c. 1. lib. 6.
g ¶ Duxerit relinquendum.] ut in dicta decr. Exiui. §. rurſus.
h Ex iam expertis.] .ſ. dudum retroactis temporibus, ex quibus aliquando præſumitur in futurum, 24. quæſtio. 5. cap. ſi apud. ff. de re mil. l. non omnes. §. a barbaris, de accuſ. l. ſi cui. §. habendæ, extra de re iud. cap. ſemel. lib. 6. ext. de præſumpt. mandata, & c. ſcribam, ubi de hoc, & plenius in ſumma Hoſt. eo. tit. §. 2. uer. tertia diuiſio.
i Cellariis.] in quibus bladum, & uinum recolligunt.
k Inuenire.] quia forte ibidem non reperientur uenalia, nec ſperantur prouenire ex eleemoſyna.
l Quo caſu.] .ſ. ubi non poſſent aliter ueriſimiliter uitæ neceſſaria inuenire.

granaria & cellaria, congregationes, & conseruationes huiusmodi eis ipse concessit, prout in prædictis eiusdem Clementis litteris plenius continetur: Nos de prædictorum fratrum nostrorum consilio, eorundem Ministrorum, & Custodum sub [b] eadem forma, iudicio, præsentium auctoritate commitimus determinare. videlicet, arbitrari, atque præcipere eo [c] casu qualiter, [d] vbi, [e] & quando, [f] & quotiens granum, [g] panem & vinum [h] pro vitæ Fratrum necessariis, Fratres ipsi quærere debeant, conseruare siue reponere, etiam si reponenda sint in prædictis granariis, & cellariis conseruanda: Statuentes & districte præcipiendo [k] mandantes, quod in prædictis [l] & [m] his similibus eorundem arbitrium, determinationem siue iudicium Generalis quidem in totius, Prouincialium vero in prouinciarum, Ministrorum, ac Custodum simul & separatim administrationibus, & custodiis ordinis memorati commissis eisdem, cum [n] Guardiani tamen (vt supra prædicitur) & duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum, & antiquorum in ordine Fratrum consilio & assensu, † Fratres [o] omnes & singuli, obsequi [p] omnimode, [q] illisque parere per omnia teneantur: Ac insuper quod illorum [r] sequendo arbitrium, determinationem siue iudicium, illisque parendo, nec dici possint vel debeant, neque ipsi seipsos autument suæ regulæ vel constitutionum sui ordinis transgressores. [s] Ideoque [t] omnes & singulos Fratres antedicti ordinis Minorum, qui strictos, curtos & difformes habitus ab ipsius Generalis Ministri, & aliorum de dicta communitate habitus coram nobis, & fratribus nostris, & aliis in Romana curia detulerunt vel deferunt, monemus & hortamur in Domino, eis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, [u] & sub [x] excommunicationis pœna per Apostolica scripta mandantes, quatenus ad mandatum ipsius [y] Generalis deponant quos deferunt habitus, & aliis iuxta eiusdem generalis arbitrium, determinationem siue iudicium (vt supra prædicitur) induantur: ipsique Generali in omnibus istis & aliis, & per omnia secundum Beati Francisci regulam & prædictas prædecessorum nostrorum declarationes, concessiones, & commissiones, in ipsis declarationibus comprehensas; & nostras cōtentas in præsentibus [z] humiliter obediāt,

a ¶ Continetur.] dicto c. Exiui §. rursus.

b ¶ Sub eadem forma.) simul & separatim, & aliis. sup. prox. expressis.

c ¶ Eo casu.] .s. prox. expresso, i. vbi non possent credibiliter vitæ necessaria inuenire.

d ¶ Qualiter.) id est, per quem modum.

e ¶ Vbi.) id est, in quo loco.

f ¶ Quando.] id est, quo tempore. arg. ad hoc extra de accusat. qualiter.

g ¶ Granum,) non exprimit quod vel quale: & ideo de quocūque grano ad vitam necessario intelligendum videtur. ff. de verb. sign. l. frugem.

h ¶ Vinum.] sed nunquid alia quæ sunt, ad vitæ sustentationem necessaria vidētur hic permissa conseruari, puta pisces, casei, oua, & similia? Videt̄ quod sic: quasi in omnibus sit eadē ratio. Sed contra, qa hic certorum conseruandorum grani, & vini, fit expressio, in non expressis aliud statuisse videtur. arg. 25. dist. qualis. extra de præsumpt. nonne. ff. de iud. l. cum prætor. & in aliis regulā prohibitoriam cōfirmare. ff. đ fun. instr. l. quæsitum. §. idem respondit domo. & argu. ad hoc dicta l. frugē, & licet sic tenere forte tutum videretur: nā vbi aliqd gñaliter prohibetur, quod exp̄sse non cōceditur, intelligitur denegari, vt dicta decr. Exiui. §. porro cū dictus. tñ propter identitatē rōnis, qđ prius dixi, satis est de iure rōnabile: & per textum sequentem in prædictis, & similibus.

i ¶ Reponere.] cōseruanda, quod statim sequitur.

k ¶ Præcipiendo mādantes.] dicas hic vt dixi sup. parte prox. ver. mandantes.

l In prædictis.] .i. qualiter, vbi, qñ, quotiens granum, &c. vt sup. prox.

m Et his similibus.] puta oleo, caseo, piscibus, ouis, & similibus, & ista similitudo referatur ad talia.

n ¶ Cum Guardiani tamen.] hæc verba & sequentia determinate ponuntur, vt dixi sup. prox.

o ¶ Fratres omnes.] .s. vniuersi, vt differat a verbo sequenti.

p Obsequi.] id est obedire.

q Omnimode.) hoc verbum, & aliud qđ sequitur, scilicet teneantur, necessitatē imponere videtur, vt sup. dixi.

r Illorum.] scilicet Ministrorum, & Custodum, & verba sequētia expone ut dixi sup. prox. verbo, hac insuper.

s Transgressores.] hic dicas ut dixi sup. prox. §. in gloss. nec mirum.

t Ideoque.] scilicet parendo in præmissis iudicio superiorum, non sunt, nec possunt dici regulæ uel constitutionum ordinis transgressores.

u Sanctæ obedientiæ.] hæc uerba contra trāsgressores dura sunt, ut sup. dixi.

x Sub excommunicationis pœna.] talia uerba comminationem, non sententiam inducunt, nisi aliter constaret de mente ipsa proferentis. arg. C. commina. epis. l. interlocutio, in corpore auth. de armis, §. hāc igitur. cum similib. cum ibi not. coll. 6. & sic no. extra de simo. sicut de sagit. ca. 1. de iure pat. relatū. & de hoc ēt per Inn. extra qui matrimonium accu. pos. cum in tua.

y Ipsius Generalis.] nihil dicit hic de mādato Ministrorū uel Custodum: quare uidetur quod depositio, de qua sequit̄ solum habeat de necessitate fieri ad mandatum Gñalis ministri: si enim de his idem uoluisset, hoc utiq; expressisset: ꝙ cum non fecit, pro omisso debet haberi. arg. extra de deci. ad audientiam. C. de cadu. toll. l. 1. §. si autem deficientis, 2. quæst. 5. cōsuluisti.

z In præsentibus.] scilicet litteris.

obligatl cōsiliū obseruare ca. ne pro defectu. de elec. c. cū oli de arbit. & cū alteri consulens se nō obliget. l. 2. ī fi. ff. mād. nō est ēt aliter adstrict⁹ seq ī auth. iusiuran. ꝙ p̄s. ab. §. & æquius. col. 2. nisi vbi lex iubet consil. sequi sicut hic, & l. ī puberib⁹. ff. de suspec. tu. tūc .n. licet mutet̄ aliqū persona cōsulēs, nūq̄ tñ illa cuius cons. requirēdū est. Ias. l. si eū. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. in iud. Font.

a Veli

† Nisi ista dictio addita fuisset, non fuissent alii

a ¶ Vel appellationibus.) repete non obstantibus.
b ¶ Quæ.) s. priuilegia, & alia supra proxi. numerata.
c ¶ Derogare,) in alijs ergo in quib. non derogarent, in suo robore remanebunt: quia quod non mutatur, &c. C. de testa. sancimus. de app. præcipimus.
d Vacuamus,) hic no. principem ex causa reuocare priuilegia vel libertates concessas, cũ & talia ex causa multiplici pdi possint, no. de deci. c. suggestum.

Priuilegiũ ex cã reuocari potest.

e ¶ Subrahantur.) collige hic meritum religionis perimi in subdito si se ab obediẽtia subtrahat, & superiori præiudicium generat: cui obediẽtia est præstanda, per subtractionẽ eiusdẽ, vnde tãquam spoliatus ad eã restituitur, licet alias electionẽ violentam non probet de re iud. c. suborta. ubi hoc no. per Innoc. & Host.

Religionis meritũ perdit q. se ab obedientia subtrahit.

f ¶ Paupertas,) scilicet istorum ostẽditur in rebus.
g ¶ Integritas.) s. in carne.
h ¶ Maximum,) in superlatiuo gradu quo ad mentem.
i ¶ Prima.) s. paupertas.
k ¶ Rebus.) donatur quod est infra proxi.
l ¶ Secunda,) s. integritas, de qua scribitur: sola est possibilis animas Deo represẽtare. in corpore auth. de loc. §. sancimus, col. 3.
m ¶ Tertia uero.) s. obedientia.
n ¶ Quod,) s. mentẽ & animum.
o ¶ Effrænes.) id est sine fræno & temperie. simile ff. de testa. l. 1. §. fi. extra eo. tit. c. significauit, & c. cum causam.

pareant, & intendant: non obstantibus quibuscunque priuilegijs, indulgentiis, litteris, libertatibus, immunitatibus vel exemptionibus, eis vel alicui ipsorum a præfato Clemente concessis, vel appellationibus [a] ab eis vel ipsorum aliquo ad sedem Apostolicam interiectis, quæ [b] (inquantum possent derogare [c] præsentibus) viribus vacuamus [d]. Religio namque perimitur, si a meritoria subditi obedientia subtrahantur [e]: magna quidem paupertas [f], sed maior integritas [g] bonum est, obedientia maximum, [h] si custodiatur illæsa: nam prima [i] rebus, [k] secunda [l] carni, tertia [m] vero menti donatur & animo, quos [n] velut effrænes [o] & liberos [p] ditioni [q] alterius humilis iugo [r] propriæ [s] voluntatis adstringit. Ad hanc [t] itaque fratres prędicti non inuiti, sed [u] sponte redeant, hanc [x] velint & appetant, hanc magnis desiderijs concupiscant, illudque [y] votis canticorum † ingeminent osculetur me osculo oris sui, charitatis [z] vtique & dilectionis religionis huius obedientia sancta purificans: [a] nam meliora sunt vbera [b] tua præceptorum, [c] si quidem & consiliorum [d] quædam nutrientia [e] pocula, vino, vnguentis optimis, scilicet bonæ famæ [f] fragrantia suauitatis odorem. [g] Nec [h] formident hi ad obedientiam ordinis Deo auctore, dum redeunt: nam prælatos suos (ut firmiter speramus [i] eisque iniungimus) [k] sibi benignos & mites [l] inuenient, ceteros [m] dulces atque palpabiles, [n] cum sint & esse debeant omnes & singuli fratres [o] in Christo, & clamitent: [p] Quis mihi det [q] te fratrem meum communi scilicer patre beato Francisco congenitum: sugentem vbera matris meæ, [r] religionis

z ¶ Charitatis.) sine qua non est salus æterna. de pęn. distin. 2. euidenter, & dist. 3. si quis autem.
a ¶ Purificans.) s. quem ab omni peccati macula, si seruetur illæsa, ut sup. proxi. & ad hoc in corpore auth. de mona. in prin. coll. 1.
b ¶ Vbera tua.) hoc alibi legitur, q̃ dulcior est religiosa castigatio, quam blãda remissio: & dulciora sunt amici vulnera, quam voluntaria oscula inimici. 5. q. 5. omnis, & c. non osculatur.

† Cant. 1.

c ¶ Præceptorũ.) de se necessitatẽ importantium. 13. q. 1. c. ꝑ pręcipitur. extra de verborum sign. cap. in his.
d ¶ Consiliorũ.) liberam cuiusque uoluntatem excitãtium. 4. dist. c. vl. 13. q. 1. quia ergo. & c. quisquis.
e ¶ Nutrientia.) s. animum.
f ¶ Bonæ famæ.) ad cuius conseruationem quisque debet attendere, alias crudelis dicitur. 14. quæstio, 1. nolo.

Famã negligens crudelis est.

g ¶ Odorem.) bona ergo alicuius fama odorem bonum dare dicitur, cum fine virtute animi non subsistat. ad hoc extra de accusa. ca. licet, ff. de quæstio. l. de minore. §. tormenta.
h ¶ Nec formident.) Quinta pars & expone, formident, id est timeãt, perhorrescãt ferocitatem vel sæuitiam prælatorum.
i Speramus,) nam de quocunque præsumẽdum est bonũ in dubio extra de ꝓsump. dudum, & ff. de leg. 2. cum quidam, & l. cum patr. §. rogo.

Præsumitur bonũ de quolibet.

p Liberos.) ab omni subiectione.
q Ditioni.) id est potestate uel imperio. extra de ele. quorundam, & c. si religiosis, lib. 6. alibi autem verbũ ditio, exponitur pro iurisdictione. in corpore auth. de non eligen. secundo nuben. in fi. de fideius. in fin. col. 1. in procem. instit. §. 1.

Ditio est æquiuocum.

r Iugo.) id est subiectione simile 21. distinct. capit. in memoriam.
s Propriæ,) s. spontaneæ, cui violentia non infertur. 32. q. 5. §. 1. unde scribitur, voluntarium sibi militem eligit Christus: voluntarium sibi seruum auctionatur diabolus. 5. q. 1. c. non est.

Voluntarius miles a Deo eligitur.

t Ad hanc scilicet obedientiam.
u Sed sponte.) ne alias & rem & meritum perdant. d. §. ex his.
x Hanc.) s. obedientiam.
y Illudque.) s. quod legitur in Canticis.

k ¶ Iniungimus,) ex præcepto ergo tenent superiores ad reddendum se mites, & benignos.
l Et mites,) hoc dicit quia superioris nimia asperitatis increpatio, nec correctionem recipit nec salutem, 45. dist. cum beatus, & cap. disciplina, ff. ad leg. Aquil. l. numquam.
m Ceteros.) s. non prælatos scilicet eiusdem ordinis fratres.
n Palpabiles.) id est tractabiles per mutuam conuersationem, arg. ad hoc, C. de eroga. mili. annonæ. cum allegas, lib. 12.
o Fratres in Christo.) in quo omnia unum cõstituũt, in corpore auth. de mona. §. huic nobis, & §. ordinatione, in fi. col. 1.
p Clamitent.) id est clamando resonent.
q Det.) id est dare poterit.
r Matris meæ.) s. spiritualis: & sic mater religiosorum ipsa religio dicitur.

E 2 a Eius

a ¶ Eius.] scilicet religionis, uel eius scilicet beati Francisci; & repete, sugentem.
b ¶ Velut, &c.] & repete iterum, sugentem: aliàs suggerentem.
c ¶ Pocula.] scilicet spiritualia. a1.38. dist. c. ignorantia, & c. si iuxta.
d ¶ Foris ab eiusdem obseruantijs.] id est extra eiusdem obseruantias.
e ¶ Me.] s. propter te.
f ¶ Immo.] hoc verbum frequenter correctiue ponitur ff. de manu. test. l. Stichus. de hęred. inst. l. si ita scriptū. de pœn. dist. 2. qui dicit. 1. q. 1. opponitur, extra ut lit. nō contest. accedēs, qñque sumitur pro vt C. d nouo Co. fac. §. quib. qñq; pro vel C. de sacrosan. eccle. l. iubemus, §. œconomus de hoc dixi cap. Execrabilis.

Immo multifariam sumitur.

g Despiciat,] i. supgnat uel contemnat.
h Profecto,] id est certe.
i Foris,] id est extra obseruantias cōmunes religionum.
k At si.] alias quasi, pro tanquam.
l Desides.] i. à sua cōitate discordes.
m Despexerant.] id est spreuerant uel cōtempserant.
n Internę.] id est intrinsecę & mentalis.
o Conformis obseruantię.] quasi dicat à sua cōitate nō discrepantis: sed eidem se aptātis, ut dixi supr. in §. quapropter.
p Efferet,] id est extollet, quia discrepātes ad cōmunitatem ordinis sunt reuersi. Zenzelinus.

vtiq; & professionis eius [a] velut [b] matris contemplationis & electionis suauia & dulcia pocula, [c] vt inueniam te foris [d] ab eiusdem obseruantijs quodámodo disparem, & deosculer blande, videlicet intra charitatis viscera te complexus: & iam, me, [e] immo [f] & te nemo despiciat, [g] profecto [h] quos foris [i] positos multi ac si [k] diuisos & desides [l] fortasse despexerant, [m] intus, puta intra dilectionis internæ [n] præcordia & conformis [o] obseruantiæ claustra repositos, iam nemo despiciat, sed suscipientes eosdē dulcedine quisque digne laudibus efferet [p] & susceptos. ¶ Nulli ergo, &c.

¶ Præmisso qualiter glossantes decretalem, Exijt qui seminat. eod. titu. lib. 6. excommunicationem ipso facto non obstantibus quibuscunque priuilegijs incurrunt, illam excommunicationem vsque ad sedis Apostolicæ bene placitum suspendit: Et per istam suspensionem contra Fratres Minores obloquendi non intendit tribuere occasionem.

CAP. II.

Quia nonnunquam [q] quod [r] coniectura profuturum credidit, sub sequens experientia [s] nociuum [t] ostendit, non dēt reprehensibile iudicari, [u] si canonum [x] conditor [y] canones a se vel suis prædecessoribus editos, [z] vel aliqua in eisdem contenta canonibus [a] reuocare [b] modificare [c] vel suspendere [d] studeat, † si ea obesse [e] potius viderit quam prodesse. ¶ Sane [f] dudum felicis [g] recordationis Nicolaus Papa iiij. prædecessor noster quandam constitutionem declaratiuam quæ incipit: Exijt. super regula dilectorum filiorum Fratrum ordinis Minorum, quam beatus Franciscus almus confessor instituit [i] promulgauit: [h] sub certis pœnis arctius [k] interdicens [l], ne concordantiæ, [m] contrarieta-

† Vide q̄ notaui in c. alma mater. de sent. exco. li. 6. Font.

Diuisio textualis.

Quia nonnunq̄.] Ista constitutio diuisibilis est in partes quinque. In prima, arenga quædam siue Papalis excusatio præmittitur. In secunda constitutionis Nicola. Papæ iij. alias iiij. recitatio subiungitur. ibi, Sane dudū. In tertia, ipsa constitutio annectitur ibi, Nos autē, &c. In quarta, quædam certa facta protestatio subsequitur ibi, per suspensionem, &c. In quinta, q̄ præsens constitutio publice patere debeat, facta pollicitatio subinfertur ibi, Ne autem in posterum, &c.

Affirmatiuā duplicata negatio ponit.

q Nonnunquam.] id est quandoque, ut duplicata negatio pro una affirmatione exponatur, plene dixi in c. cum inter nonnullos.
r Coniectura.] id est probabilis humanæ naturæ prę sumptio.
s Experientia,] s. facta, quæ dicitur via rerum efficax. extra de elect. quam sit. in 6. C. de Iust. Cod. confir. circa fin. primæ col. in corpore auth. quib. mo. na. effi. sui. §. illud tamen, col. 7.

t Nociuum ostendit.] iuxta hoc alibi scribitur, quod credebat coniectura prodesse, experimento inuenitur inutile. in corpore authen. hæc constitutio inno. constit. col. 8. in prin. & ex hinc fuit sumptum quod hic dicitur.

u Iudicari,] simile extra de consangui. & affi. c. non debet.
x Canonum.] s. generaliter omnes adstringentium, & ab omnibus habentium obseruari, extra de constit. capit. primo. C. de leg. l. leges sacratissimæ.
y Conditor.] qualis est Papa.
z Editos,] quos nō debet erubescere ex causa penitus etiam tollere: nō enim erubescimus, si quid melius etiam horum q̄ ipsi prius diximus, adinueniamus, hæc sancire: & competentem prioribus imponere correctionem: nec expectare ab alijs corrigi legem, in corpore auth. de nup. §. nos autem, col. 4. nec debet pudere principem suum errorem corrigere, qui præpositus est ad aliorum corrigendos errores. extra de accusa. c. qualiter. de re iudi. cum olim, 35. q. 9. cap. sententiam.
a Canonibus,] id est & alios canones.
b Reuocare.] scilicet in totum.
c Modificare.] id est temperare & limitate potest dari. exemplum per c. dudū. de iudi. Clem. Papa V.
d Suspendere.] quo ad effectum, ut aliquem non ligent, ut infra patebit.
e Obesse.] id est nocere, uel ad noxam seu damnum tendere. de rescript. statutum, de except. pia. lib. 6.
f Sane,] Secunda pars.
g Felicis,] simile de pœnis, c. felicis, lib. 6.
h Promulgauit,] quæ per Bonifacium Papam viij. reposita fuit sub titulo de verborum significatione, libro 6.
i Sub certis pœnis,] quæ colliguntur ex d. c. Exijt. §. cum igitur.
k Arctius,] id est arcte.
l Interdicens,] eius interdictum antea seruabatur, & merito: quod enim princeps Ecclesiæ interdicit, reputare deberet omnis sibi penitus interdictum, 93. dist. in. miratus, sicut & eius præceptum ab omnibus est seruandum 11. dist. præceptis, & c. non decet. 19. distin. in memoriam.
m Concordantiæ,] scilicet iurium aliorum.

a Con-

tes, [a] seu aduersæ uel diuersæ opiniones [b] ab ipsius constitutionis lectoribus [c] seu expositoribus aliquatenus inducantur, nec super constitutione glossæ fiant ab aliquibus, nisi forsan per [d] quas verbum [e] vel sensus ipsius, [f] vel ipsa cõstitutio quasi grammaticaliter [g] & ad [h] litterã exponatur: nec intellectus ipsius [i] per legẽtem distorqueatur [k] ad aliud, quam constitutionis eiusdem littera [l] ipsa sonat: glossantes autẽ in [m] scriptis constitutionem eandem aliter quam superius est expressum [n], facientes quoque commenta, scripturas seu libros, & ex [o] certa scientia & deliberatione determinantes in [p] scholis, seu prædicantes [q] contra contenta in constitutione prædicta, uel aliqua seu aliquod prædictorum [r]) nõ obstantibus [s] aliquibus priuilegiis seu indulgentiis, aut litteris Apostolicis, quibuscunque personis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religiosis vel sæcularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborum concessis: quæ noluit aliquibus in prædictis quomodolibet suffragari) ipso [t] facto excommunicationis [u] sententię voluit [x] subiacere [y].

¶ Nos [z] autem attendentes quod argumentis [a] frequentur & collationibus latens veritas aperitur [b] †, quod quę sub eadem littera sępe latet multiplex [c] intellectus, nec non [d] esse difficile volentibus constitutionem prędictam perfecte [d] legere

a ¶ Contrarietates. i. quæ in iure reperiri non debent, C. de ve. iur. enuc. l. tanta. §. contrarium, & in proxi. decret. §. sane. & ibi not.

Quot capita tot sensus.

b ¶ Opiniones.] quia frequenter quot capita tot sñiæ, de consecr. distin. 4. c. sicut in sacros, ff. de arb. l. item si vn⁹, §. principaliter. & diuersitatem corporum, &c. extra de conces. præb. quia diuersitatem.

Lector ꝑ ingenio audiẽtium se adaptet.

c ¶ Lectoribus.] Lector volens audientibus ꝓficere, se talem exhibere dẽret, vt ꝑ ĩgenio addiscẽtiũ semetipsum possit adaptare, & verbi sui ordinẽ pro audientium capacitate dirigere, 8. q. 1. oportet. qui. n. ea docet q̃ ab audiẽtibus nõ valent intelligi, nõ eorum vtilitatem, sed sui ostentationem facit 44. dist. c. pariter. Quæ autem & qualia in promouendo ad honorem doctoratus exposcantur: & q̃b. gaudet de iure priuilegijs doctor factus: & quot nominibus nuncupatur, vide [1] si placet quod super his plane notaui, extra de mag. ca. cum sit nimis, super uerbo, honorem, clem. 5.

1 Vide ẽt ꝙ notaui ĩ ꝓœmio Sexti, ĩ gl. doctorib. q̃b. adde Bar. in proęmio. Cle. Font.

d ¶ Per quas.] si habes quos, expone, s. lectores vel expositores: si habes, quas: expone, scilicet glossas.

e ¶ Verbum.] forte in sui intellectu obscurum

f ¶ Ipsius,] s. constitutionis.

2 Addo tibi l. Plautius, ff. de auro & argen. lega.

g ¶ Grammaticaliter.) vt forte recte loquendi vsum habeat 2. & inter falsa & uera dijudicet. 37. dist. ca. si quis grammaticam.

h ¶ Ad litteram exponatur.) ad rudium animos informandos, insti. de iusti. & iure, §. hic igitur.

i ¶ Ipsius.] s. constitutionis.

K ¶ Distorqueatur.] idest, per quandam violentiam inducatur seu applicetur ad iactationem scientiæ vt plus scire videatur, 47. dist. §. pariter, in fi. & talis distortio fuit signanter inhibita. 3. quia multorum pios aĩos inuoluere, & ab ingressu religionis Minorum corda posset subtrahere, vt in cap. Exijt, §. cum igitur.

3 Addo. l. fi. ff. ad exhib. Font.

l ¶ littera ipsa sonat.) sane intellige mente & sensu seruaris non contritis: non enim sic est cortici lr̃æ inherendum, vt mens vel sensus aliquatenus confundantur. 4. extra de iureiur. c. Romani, §. verum, cle. 5. ff. qui petã-tur. l. credendum, de iure pat. l. adigere, §. quamuis, de excus. tut. l. scire, §. aliter.

4 Ca. Marciũ & Basilides, 1. q. 1. gl. l. non dubiũ C. de leg. Errans non consentit.

m ¶ In scriptis.) puta commenta super ista constitutione faciendo.

n ¶ Expressum.] s. quasi grammaticaliter exponendo.

o ¶ Ex certa sciẽtia) secus ergo si ꝑ errorem: errantis enim nullus est cõsensus, ff. de iudi. l. consensisse, de iurisdictio om iud. l. si per errorem, quare scriptum est. Scientiam non ignorantiam uolumus obligare, C. de tabu. l. generali, lib. 10.

p ¶ In scholis.] & sic in publico, forte disputationis vel repetitionis tempore: hoc enim exposcebat dicta decr. Exijt. §. cum igitur.

q ¶ Prædicantes.] puta in sermonibus clero potissime faciendis.

r ¶ Prædictorũ.] s. ꝙ cõcordãtiæ, vel cõtrarietates, vel oppositiones essent inducẽdæ, & sume hic illa verba, ipso facto excõicationis, &c. q̃ sunt inf.

s ¶ Non obstãtibus.] istam clausulam tu curiose lector in multis potes decretalib⁹ reperire: sed super ipsa vide quod not. in decre. suscepti.

t ¶ Ipso facto] Et sic erat ipsa constitutio in hoc canon latæ sententiæ: nihilominus tamen sub pœna officij & beneficij prohibita fuerunt præmissa fieri, vt dicto cap. Exijt, §. cum igitur, sed in hoc fuit cõminatiua, non sentẽtiæ priuatoriæ inductiua argu. extra de celeb. Missa. dolentes, cum ibi no. & inf. etiã innuitur.

u ¶ Excommunicationis.] s. maioris, quę ĩ dubio inflicta vr̃, de sen. exc. c. si quem.

† De vtilitate disputationis oĩno vide syluã nuptialẽ. Io. de Neuizan. in prin. Fon.

x Voluit.] s. ipse Nicolaus. iij. alias. 4.

y ¶ Subiacere.] quam sententiam a nemine tolli uoluit, nisi a Romano Pontifice, vti dicto c. Exijt, §. cum igitur, circa finem.

z ¶ Nos autem.] Tertia pars.

a ¶ Argumentis.] quæ frequenter ex iuribus canonicis & ciuilibus inducuntur, ff. de lega. 1. nõ possunt, extra de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta.

b ¶ Aperitur.] iuxta hoc alibi legitur, ꝙ notando & disputando bene & optima ratione aliqua discernũtur, ff. de mune. & non. l. munerum. 2. §. mixta. Et de aduocatis scribit ꝙ dirimi faciunt ambigua facta causarum suę gloriosæ uocis munimine, C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati. Sed quæras a me qñ aliter ꝑ collationes habitas latens veritas aperitur? Rñdeo quia frequenter reuelatur minori quod maior nescit. 5. 95. distin. esto subiectus, C. de offi. recto. prouin. l. potioris, quod in collatione verbum prolatum frequenter aliorum sñia tamquam subtiliori rationi subnixum ad se trahitur, ff. de arb. l. si in tres. & arg. de cond. ob causam, l. dedit, § si quis: de iure pat. l. diui. fratres, C. de his quæ in test. delen. l. proxi.

5 Addo tibi l. 1. §. sed neque. C. de vete. iure enu. quẽ tex. Bar. cõs. 1. col 19. li. 3. dicit aureũ, facit gl. & ibi doc. ca. ad nostrã de consue. Fon.

c ¶ Multiplex intellectus.] idem enim sermo multas significationes vel sñias frequẽter exprimit, ff. de ver. oblig. l. quotiens in stipulationibus, de reb. dubijs l. quoties, de regu. iur. in quib. reperies multa iura allegata, per quæ poteris exempla ponere.

d ¶ Nec non.) repete attendentes.

e ¶ Perfecte.] id est cum perfecto & completo intel-

lectu legere lectura quidem perfecta dici non meretur, nisi diligentissima atque exactissima legentis interpretatione singula tradantur. Instit.de iusti. & iure. §.his igitur,C.de profes.qui in vrbe.l.1.lib.11.

poena contrafaciens,pęnam illam non incurrit : cũ per talia uerba non inducatur snĩa, sed solum fiat comminatio, ut dixi in parte p̃cedenti in verbo, ipso facto, de hoc hẽs extra de simo. sicut de sagitta.ca.1.C.cõmina. episto.l.interlocutio. in corpore authen.de armis.circa medium,.col.6.

ac [a] intelligere, poenas adiectas in constitutione huiusmodi deuitare: [b] viam veritatis aperire volentes, [c] & periculis, [d] quæ ex prædictis [e] possent litteratę personæ pręcipue [f] scholasticæ incurrere, salubriter obuiare, præsertim cum de nouo suborta [g] sint aliqua dubia, circa quæ posset periclitari [h] veritas, [i] & erroribus [k] via pandi, nisi liceret conferre [l] super contentis in constitutione huiusmodi, [m] & disputare; [n] prohibitiones, & poenas prædictas [o] tam latas, quàm comminatas, [p] & earum effectus, in fratrum nostrorum [q] ac multorum archiepiscoporum, episcoporum, & aliorum prælatorum, nec non multorum professorum vtriusque iuris, & multorum sacræ Theologiæ magistrorum præsentia, dum consistorium teneremus, auctoritate Apostolica duximus vsque ad sedis [r] Apostolicæ beneplacitum suspendendas. [s] Per suspensionem [t] autem huiusmodi [u] nequaquam licentiam cuiquam intendimus impertiri, [x] quod contra Fratrum regulam prædictorum [y] dogmatizare, [z] scribere [a] seu determinare, [b] prædicare [c] seu praue [d] loqui liceat publice, vel occulte: quinimmo [e] hæc omnibus, & singulis auctoritate prædicta [f] districtius inhibemus. [g]

¶ Ne [h] autem in posterum præmissarum prohibitionum, & poenarum suspensio in [i] dubium reuocari valeat, aut alicui propter defectum probationis [k] impingi, [l] quod velut transgressor prohibitionum [m]

a ¶ Ac intelligere.] parum enim prodest legere, nisi adesset ĩtelligere, 11.q.3.c.eorum 39.dist. c.sciendũ,ff.de verb. signif.l.coram, iuxta illud: Legere,& non intelligere, negligere est,argu.de celebr. Miss.c. dolentes.in corpore auth.de q.§. hęc omnia,& pręcep. col. 6.

b ¶ Deuitare.] cum a uero, & perfecto intellectu, qui sine diligenti, & exacta interpretatione haberi nõ potest, ut prædixi. habent tales desistere, vel poenas præmissas incurrere.

c ¶ Volentes.] ad inuestigãdam enim veritatis fidem quicunque præsidẽs anhelare dẽt ,C. de eden.l.2.20.q.5.ca.iudicantẽ,extra de fide instr. cum Ioannes.cum illi comperte cedere habeat opinio 8. di. c.ueritate,ff.quando act.de pecu.est annalis.l.quæsitum, alias est ibi §.sub.l.1.

Veritas est inuestigãda.

d ¶ Periculis.] scilicet sententiarum, & comminationum.

e ¶ Prædictis.] s.quę interdicta erant per decr. Exijt.§.cũ igit.

f ¶ Præcipue scholasticæ.]de illis præcipue dicit, quia illi p̃ alijs arguere, & conferre consueuerunt ad instar diligentis venatoris cuncta rimari volentis, nec transitorio studio uti uolentes in corpore authen. de quæst.§.illud, & §.hæc omnia collat.6.

Scholastici comparãtur venatori.

g ¶ Suborta sint.] scilicet super intellectu dict. decre. Exijt,ut patet per decr. Exiui de paradiso,clem.5. & patet in extrauag. domini Ioannis, quarum una incipit: Ad conditorem,alia vero: Quia quorundam.

h ¶ Periclitari.] id est, periculum pati.

i ¶ Veritas.] de qua legitur, ꝙ sæpius exagitata magis splendescit in lucem, 35,q.9 c.graue. disquisito de singulis,cum non possit ad veritatem aliter perueniri 33.q,vlt.occidit ff. de q.l. de minore, §.tormenta, de poenis l.aut facta.extra de testi.cum causam.

K ¶ Erroribus via pandi.] præcludenda est,siue loquaris de erroribus contra fidem 24.q.vlt.c. quid autẽ iniquius, siue de errorib. cõtra ius scriptum in procemio, Digestorum, §.hæc autem omnia de iusti. & iure.l.1.

l ¶ Conferre.] id est,collationem habere.

m ¶ Huiusmodi.] scilicet Nicolai.3.

n ¶ Disputare.] cum disputando, & conferendo latens veritas illucescat,ut supra.

o ¶ Prædictas.] quæ sup.parte proxi.colliguntur.

p ¶ Comminatas.] ex hoc collige, & ꝙ vbi in aliqua cõstitutione aliquid fieri prohibet simpliciter sub certa

q ¶ Fratrum nostrorum.] hic potes recitare quod super hac clausula dixi in cap. Execrabilis.

r ¶ Sedis Apostolicę beneplacitum.]quod numquam extinguitur donec cõtrarium constet, cum omni tempore sedes duret, licet secus sit in beneplacito personæ, arg. in corpore auth. quomodo oport.epi. §.licentiam.col. 1. extra de rescript.c.si gratiose.li.6.1. ff.loca.l.3.

r Vide quæ ibi notaui. Font.

s ¶ Suspendendas.] talis facta per Papam suspensio tollit effectum sententiarum, vt tunc aliquem non ligent: nec ẽt contra facientem pęnam aliquã incurrere faciũt: quid autẽ de suspensione facta per alium de sententia excõicationis,uel interdicti: vide quod super his notari consueuit de appel.dilectis filijs.

t ¶ Per suspensionem autem.] Quarta pars.

u ¶ Huiusmodi.]scilicet factam de prohibitionibus, & sententijs latis, & comminatis, & ipsarum effectibus.

x ¶ Impertiri.]id est, concedere.

y ¶ Prædictorum.] scilicet Minorum.

z ¶ Dogmatizare.] idest, falsam doctrinam condere: dogma enim consistit in vera doctrina. de consecra. d. 5.cap.vlt.no.3.c.1.

a ¶ Scribere.] id est, in scriptis redigere.

b ¶ Determinare.] puta in cathedra, vel in scholis.

c ¶ Prædicare.] in sermonibus.

d ¶ Praue loqui.]id est,uel subdole,argu.C.de postu.l. quisquis.

e ¶ Quinimmo.] simile de rescrip.cap.tibi,lib.6.ff.de pac.l. iuris gentium.§. quinimmo, & dic super hoc ut dixi in c.Execrabilis.

f ¶ Prædicta.] l.Apostolica.

g ¶ Inhibemus.] talis inhibitio contrarium facientibus poenam infligi facit extra de constit.cognoscentes, 4.distin.§.vlt.

h ¶ Ne autem.] Quinta pars.

i ¶ In dubium reuocari valeat.] scilicet an sit facta.

K ¶ Probationis.] cuius facultas non arctanda, sed laxanda est, C.de hære.l.quoniam cognouimus,de rebus cre.l.generaliter,ff.de testi.curent.

i ¶ Impingi.]id est, imponi,uel imputari,& repetere, valeat.

m ¶ Prohibitionum ipsarum.] scilicet factarum constitutione Nicolai 3,alias 4.

a ¶ Ante-

a ¶ Antedictas.] supra in parte secunda, & d. c. Exiit. §. cum igitur.
b ¶ Chartas.] simile, ff. de bo. pos. secundum tab. l. char.
c ¶ Membranas.] quia de membris, & pellibus animalium factas simile. 19. dist. c. si Roman.

m Potius quam prodesse.] hoc frequenter contingit ex variatione personarum, causarum, temporum, & locorum. 19. dist. c. sciendum, 61. d. §. his omnibus, 35. q. 9. c. sententiam, extr. de consang. & affin. c. non debet, in corpore auth. de nupt. §. nos autem, coll. 4.

d ¶ Eandē.] quæ tollit effectum, & ligamē vt sententiarum ut prædixi.
e Maioris Ecclesiæ.] id est cathedralis, q̄ maior dēt omnibus aliis ecclesiis reputari cum illis omissis possint per ipsarum parochianos in eadē ecclesiastica recipi sacramenta. extra de off. arch. c. officiū, & arg. 50. d. c. in capite.
f Quæ,]. s. chartę uel membranæ.
g Sonoro p̄conio.] similia verba reperies in c. si fratrū, & sup his, & sequentib. verbis dic, vt ibi dixi.
h Publicabūt.] vt ex tunc probabilis ignorantia non valeat allegari. 16. di. c. quod dicitis, extra de postul. prælat. ad hæc, de Iudæ. c. in nōnullis. ff. de instit. act. l. sed & si quis, §. p̄scribere. Zenzel.

Diuisio text. in nouē par.

AD conditorem.] ¶ Præsens cōstitutio diuidi pōt in partes nouem. In prima cōstōnis præmittitur rō. In scđa cōstōnis Papæ Nicolai subiungit̄ recitatio: ibi, Dudum si quidē, &c. In tertia annectitur eiusdē cōstitutionis Nicolai incōmodæ pro tēpore multiplex impugnatio: ibi, in §. Quā quā autem. In quarta, simplicis usus facti in reb. consumptibilib. reprobatio: ibi. in §. Quod autem. In quinta ad quoddam obiectū datur rn̄sio ibi in §. Nec obuiat supradictis. In sexta quod in rebus consumptibilibus nō sit dare simplicem facti usū, fit multiplex inductio; ibi, in §. Licet aūt in rebus. In septima constitutionis Nicolai inducitur impropriatio: ibi, in §. Rursus nedum. In octaua subinfertur ipsa cōstitutio: ibi, Nos itaque, qui ueritatem. In nona fit certa q̄dam protestatio: ibi circa finem. Per hoc autem, &c.

Canon gn̄alis a solo Papa conditur.

ipsarum in pœnam seu pœnas inciderit antedictas.[a] Nos volentes super hoc de opportuno remedio prouidere, chartas[b] seu membranas[c] suspensionem continentes eandem,[d] appendi seu affigi in maioris[e] Ecclesiæ Auinion. ostiis seu supliminaribus faciemus, quæ[f] suspensionem prędictam suo quasi sonoro[g] pręconio, & patenti iudicio publicabūt.[h] Dat. Auin. vij. Calend. April. anno sexto.

¶ *Dominium rerum, quæ perueniebant ad Fratres Minores retentum ab Ecclesia Romana, simplici vsu facti Fratribus ipsis reseruato in cap. Exijt qui seminat. eod. tit. li. 6. summus Pontifex refutat, multiplici ratione probans eos non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti: & statuit, quod de cetero nullum ius, nullumque dominium habeat Ecclesia Romana in huiusmodi rebus, quæ in posterum conferentur vel offerentur ipsis Fratribus. Hæc extrauagans est multum iuridica, & subtilis in plerisque locis, præsertim vbi p̄bat vsum simplicem non posse constitui in rebus vsu consumptibilibus.*

CAP. III.

AD conditorem canonum non est dubium pertinere,[k] cum statuta a se vel prædecessoribus suis edita obesse percipit potius[m] quam prodesse, ne vlterius obesse[n] valeant prouidere.

Dudum[p] siquidem feli cis[q] recordationis Nicolaus 4. prędecessor noster attente prospiciens in almi confessoris beati videlicet Francisci regula contineri, quod nihil sibi approprieēt, neque domum[r] neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores: ac considerans diligenter, quod per pię recordationis Gregorium Papam ix. & nonnullos alios prędecessores eiusdē fuerat[s] declaratū, hoc[t] debere seruari tā in speciali, quā in cō muni,[u] nec nō, & cōsiderāter attēdens nōnullos Fratrib. ipsis detrahere,[x] impī-

n Obesse ualeant.] præcauēda igit̄ sunt futura in malum, ut hic 60. distinctione. cum Hadrianus. 27. dist. in nomine Domini. extra de seruis non ord. c. 1. ff. loc. l. si quis domum, §. 1. ad Treb. l. Lucius. §. penult. de dam. infe. l. qui bona. §. cum prætor.
o Prouidere.] concor. ad hoc in corpore authen. de nupt. §. 1. coll. 4. 22, qu. 2. cap. magnæ. sic enim est in cælesti hierarchia, quæ suam ex causa reperitur sentētiam immutasse, eadem causa, & q. c. incommutabili. & ca. unusquisque.
p Dudum.] Secunda pars.
q Felicis.] simile de censibus, felicis. lib. 6.
r Neque domum.] quę īdefinite sub inuolucro denotauerat per uerbū, nihil. hic magis specificate declarat, alias uideret̄ hic una negatio sup̄flua; super quo uide quod not. in decret. cū inter nōnullos, in 2. gl.
s Fuerat declaratū.] non dicit, ubi: & sic not. argum. pro indeterminata allegatione quod sit admittēda. adhoc de cohabi. cler. & mulie. ca. uestra: qui filii sint legiti. per uenerabilē §. ult. de uita, & hone. cle. cum ab omni. C. de sum. tri. l. 1. & in epistola, īter claras, per Host. de seruis non ord. cap. consuluit, & per Petrū de Samp. d. c. vestra.

Allegatio indeterminata est admittenda.

t ¶ Hoc.] .s. quod professores ordinis S. Francisci nihil sibi approprient.
u ¶ In cōi.] super hoc uerbo, & præcedenti dic ut dixi in c. cum inter nonnullos, super eisdem verbis.
x ¶ Detrahere.] & male, detrahentem enim proximo Deus persequitur. 23. quæst. 4. qui peccat. nam una species homicidii est proximo detrahere, nam quātum in detractore est, priuat animam proximi (quæ melior est pars hominis) omni uirtute, per quam anima uiuit. Detrahere enim est, bona, quæ alicui a Deo collata sunt, negare uel inuertere, arg. ff. de iniur. l. item apud. §. hoc autem fere. de pœnit. distinct. 1. cap. homicidiorum. & ibi not.

Qualiter homicidium cōmittere dicatur qui proximo detrahere.

i ¶ Ad conditorem canonum.] qualis est Papa, qui solus generales canones condere potest 28. d. cap. regula. cum multis c. seq. sic & solus Imperator legem generalem cōdere potest. 1. C. de leg. l. & ult.
K ¶ Pertinere.] eius n. est sua uel antecessorum statuta in melius reformare. de rescr. c. statutum. de sent. excō. c. alma. li. 6. de re iud. cum olim.
l ¶ Obesse.] id est, nocere.

gentes [a] eisdem, quod regulam, & declarationes [b] huiusmodi non obseruabant, pieque considerans ora contra præmissos fratres oblatrantium [c] claudere, [d] ac professorum [e] ipsorum conscientiis [f] prouidere, inter alia ordinauit, & sanxit, [g] omnium vtensilium [h] & librorum, [i] rerumque mobilium, [k] & prȩsentium, & etiam futurorum, ecclesiarum quoque, & oratoriorum, ac cœmeteriorum, tam præsentium, quã etiam futurorum, necnon & aliarum emptarum, & eleemosynis diuinis oblatarum seu concessarum dictis Fratribus (in quibus tamen offerentes seu concedentes ipsa, nihil in ipsis sibi ducerent reseruandum [l]) proprietatem, & dominium plene [m] ac libere [n] ad se, & Romanam Ecclesiam pertinere ipsa [o] in [p] se recipiens, ac antedictam [q] Ecclesiam, simplici [r] vsu facti dumtaxat in rebus, & bonis huiusmodi reseruato Fratribus antedictis. Et Et quia nonnunquam [s] libros, & alia mobilia supradicta uendi [t] expedit, seu etiam commutari: Fratribus ipsis in eadem ordinatione cõcessit, [u] vt res [x] ipsas cum rebus aliis quarum vsum habere [y] licet ipsis Fratribus (dummodo Generalis, & Prouincialium Ministrorum coniunctim vel diuisim [z] auctoritas intercederet) possent libere commutare. Sed & quia Fratribus ipsis pecuniam per se, vel per alium recipere ipsorum regula districtius interdicit, voluit & concessit, [a] quod si vendi contingeret res mobiles antedictas pretio [b] æstimato, quod huiusmodi pretium per procuratorem deberet recipi a prȩfata sede vel Cardinali gubernatore [c] eiusdem ordinis, deputandum per procuratorem eundem in rem licitam, cuius usus esset permissus eiusdem ordinis Fratribus expendendum: hoc [d] adiecto.

a ¶ Impingentes.] .i. imponentes.

b ¶ Declarationes huiusmodi.] .s. factas per Gregorium & suos prædecessores.

c ¶ Oblatrantium.] .i. obloquentium in malum.

d ¶ Claudere.] ne alias ex hoc contra ipsos fratres insurgat infamia.

e ¶ Professorum ipsorum.] scilicet religionis Sancti Francisci.

f ¶ Cõsciẽtiis.] quas forte scrupulosas habeant semper habendo proprium.

g ¶ Et sanxit.] .s. Nicolaus 3. alias 4. extra de ver. sig. Exiit. §. ad hæc cum fratres.

h ¶ Vtensilium.] .i. paratorum ad vsum, arg. ff. de supell. leg. l. 3. de leg. 3. hoc legatum.

i ¶ Librorum.] quid librorum appellatione comprehẽdatur, colligitur, ff. de le. 3. librorum.

Actiones an noĩe immobiliũ cõprehendantur.

k ¶ Mobilium.] uel se mouentium, quæ idem censentur, ff. de verb. sig. l. mouentium iuxta qđ ibidem per glossam q̃ritur, an nomina uel actiones nomine immobilium comprȩhendãtur. Et primo sentire videtur ꝙ sic, tum quia moueri nõ possunt: tum quia post alia immobilia fit in eis sententiæ executio: post tñ sentit quod censeantur mobilia. Sed super hoc verius probabiliter põt dici, quod aut noĩa vel actiones competunt pro immobilib. tunc appellatione immobilium ideo comprehenduntur, quia actionem habens ad rem, ipsam rem habere videtur, ff. de reg. iur. qui actionem, & argum. ad hoc, C. de prædiis minorum, l. si ad resoluendam. vbi minor remittens actionem restituitur, ac si rem immobilem alienaret: aut competunt pro rebus mobilibus, si quidem annuatim præstandis: tunc idem, quia propter perpetuitatem præstationis immobilium appellatione continentur. C. de sacrosanct. eccle. l. iubemus in corpore authen. de nõ alienan. aut permut. rebus ecclesi. §. hoc ergo, collat. 2. Sed si competunt pro mobilibus simpliciter debitis, tunc mobilium appellatione comprehendi possunt, argumen. ff. de regul. iur. l. minus, & l. qui actionem, & d. l. si ad resoluendam, & C. de quadrien. præscript. l. 2. & sic potest intelligi quod no. dicta l. mouentium. ad præmissa faciunt in argum. ff. de supell. legat. l. 3. de leg. 3. hoc legatum, de verbor. significat. l. princeps, & l. bonorum, de iure fisci, l. eum, qui ad Senatusconsultum Syllan. l. cum fisco. non obstat quod dicitur, quod postremo fit executione sententiæ in nominibus. ff. de re iud. l. a diuo Pio. hoc ideo est, ne impediatur executio sententiæ, quæ prompta debet esse, ne alias lites ex litibus oriri contingat: quod esset si contra debitores condemnati agi primitus oporteret, arg. de transactio. l. fratris.

Executio sẽtentiæ propriæ debet esse.

l ¶ Reseruandũ.] in illis ergo in quibus, concedentes vel offerentes aliquid iuris retinuerũt, quod facere potuerũt, 18. quæst. 2. ca. Eleutherius, ff. de pac. l. in traditionib. non videtur per Papã Nicolaum proprietas Ecclesiæ Romanæ retenta.

m ¶ Plene.] q. d. totum & integraliter. ff. de usu. l. uideamus. §. in Fauiana de uer. sig. l. plus est in restitutione.

n ¶ Libere.] id est absque cuiusquã cõtradictione, ar. extra de elect. cum ex eo. de præb. cap. si beneficia. lib 6. in quibus verbum simile reperitur.

o ¶ Ipsa.] utensilia, & alia supra nominata.

p ¶ In se.] .s. Nicolaum Papam.

q ¶ Antedictam Ecclesiam.] .s. Romanam.

r ¶ Simplici vsu facti.] hæc verba occasionẽ dederunt principaliter editioni huius decr. vt patet ex sequenti.

s ¶ Nonnunquam.] id est, aliquando. simile, ff. de condit. & demonstr. l. nonnunquam.

t ¶ Vendi expedit.] ff. de contrah. empt. l. 1. C. de adm. tu. l. ex quæ.

u ¶ Concessit.] scilicet Nicolaus Papa iiij.

x ¶ Res ipsas.] supra proxime expressim numeratas.

y ¶ Habere licet.] non ergo cum aliis.

Copulatiua requirit concursum copulatorum.

z ¶ Vel diuisim.] nisi fuisset hoc verbum adiectum, Generalis, & Prouincialis Ministri esset insimul auctoritas exposcenda: ob copolatiuam de sui natura requirẽtem concursum illorum, quæ copulat, ff. de leg. 3. l. ea tamẽ. de condit. inst. l. si hæredi plures, extra de rescr. ex parte, vbi de hoc.

a ¶ Concessit.] scilicet Nicolaus iij. alias iiij. vt supra.

Venditio nõ ꝓcedit sine pretio.

b ¶ Pretio æstimato.] siue quod venditio procedere non potest, ff. de contrah. empt. & vend. l. 1. & 2. §. fine. inst. eo. tit. §. pretium.

c ¶ Gubernatore.] qui alias protector vel conseruator appellari consueuit, iuxta priuilegia multis ordinibus concessa.

d ¶ Hoc adiecto.] id est, addito.

a ¶ De.

quod possent de a vilibus rebus mobilibus b vel parum valentibus Fratres ipsi pietatis c seu deuotionis d intuitu, vel pro e alias honesta causa & rationabili f (obtenta g tamen s[i] per hoc superiorum h suorum licentia) intra vel extra dictum i ordinem ordinare.

¶ Quamquam k autem pia consideratione motus prædecessor noster ordinauit supradicta l, illa dicto ordini existimans profutura: ipsa tamen attento m modo vtendi Fratrum ipsorum ac dictæ Ecclesiæ subsecuta patientia n circa o ipsum non profuisse, sed potius tam ipsis Fratribus, quam multis p alijs obfuisse, subsequens magistra rerum experientia q noscitur declarasse. Ipsis quidem Fratribus quantum ad statum r perfectionis nequaquam profuit reseruatio s dominij supradicta: cum enim perfectio vitæ Christianæ principaliter & essentialiter t in charitate consistat, quæ ab Apostolo perfectionis, vinculum dicitur u: & quæ x vnit seu iungit aliqualiter in via y hominem suo z fini, ad quam a per contemptum bonorum temporalium & ipsorum expropriationem b via disponitur per hoc præcipue, qd sollicitudo c quam temporalia in acquirendo, conseruando & dispensando exigunt d, quæ e plerumque ab actu charitatis retrahit f, amputetur g, restat quod si sollicitudo eadem post expropriationē huiusmodi h, quæ i ante k ipsam inerat, perseueret l, ad perfectionem m huiusmodi talis n expro-

a ¶ De vilibus.) ista vtilitas considerari potest aliter quam ob pretij paruitatem, per hoc quod sequitur, vel parum valentibus, vt ipsa vtilitas referatur ad ipsarum rerum naturam. in corpore auth. de mand. princ. §. si tibi, cum ibi no. coll. 3.

Immobilia non reputantur vilia.

b ¶ Mobilibus.) hoc dicit, quia res immobiles, vtpote periculo continuo non subiacentes, viles reputari non consueuerunt argum. C. quando & quib. qu[a]r[ta] pars, l. 1, lib. 10. ff. ad l. Fal. l. si hæres.

c ¶ Pietatis.) puta eleemosynæ.

d ¶ Deuotionis.) puta peregrinationis.

e ¶ Pro alia.) puta cōmmunitationis, uoti, vel pænitentiæ.

f ¶ Rationabili.) arbitrarie considerandæ.

g ¶ Obtenta.) nō ergo sufficeret hoc casu licentiam petere nisi obtineretur, vt alias extra de ele. ca. qui sit, & c. si religiosus. ne clerici uel monachi. cap. ut periculosa, lib. 6.

h ¶ Superiorum suorum.) intellige immediatorum, ut alias dixi de testa. religiosus, lib. 6. de vi. & hone. cle. ca. quoniam. de procur. ca. religiosus, Clemens Papa. v.

i ¶ Dictum ordinē.) id est, personas dicti ordinis, uel intellige ordinem ut iacet, id est communitatem ordinis.

k Quamquam.) Tertia pars.

l Supradicta.) scilicet. §. proxim. sup.

Patiētia multa tolerat.

m Attento modo.) per quem non ad simplicem usum sed ad consumptionem res ipsæ educebantur.

n Patientia.) quæ frequenter toleret multa, quæ in iudicium deducta minime tolerat. extra de præben. cum iam dudum, & ar. in corpore auth. in medio litis sacras iussiones non fieri, §. eam autem, coll. 8. C. de tempor. appell. l. vlti. §. illud.

Experientia est rerū magistra.

o Circa ipsum.) s. modum utendi.

p multis alijs.) qui lædebantur ex tali usu.

q Experientia.) quæ magistra rerum dr, ut hic, cum per usum scientiam tribuat in operationes. C. de iuri, l. certi. de no. C. confir. §. 1. in procemio. Inst. §. cumque. Et nedum simpliciter rerum magistra dicitur, immo efficax appellatur, extra de ele. quam sit quia docet & probat. de rescript. statutum; de ele. ubi maius, §. 1. lib. 6. C. ut in possessionem legatorum, l. ipsis rerum, & ex parte fidem adhiberi vult, in corpore auth. de non alie. aut permu. reb. ecc. §. quod autem coll. 2. C. de re mil. l. semel, lib. 12. 50. dist. c. ut constitueretur, & ex præteritis uel præsentibus quem instruit in futurum, in corpore auth. quib. mo. na. effi. sui. §. illud, coll. 7. 82. dist. c. plurimos, iuxta fi. in corpore auth. hæc cōsti. innouat, in prima columna, coll. 8. extra de testa. c. licet ex quadam.

r Ad statum perfectionis.) secundum quem omnia abijcienda sunt pauperibus eroganda. iuxta illud. Si vis perfectus esse, & c. 14. q. 1. in summa, & c. quisquis, not. extra de æta. & qual. ad aures.

s ¶ Reseruatio.) scilicet facta Ecclesiæ Romanæ.

t ¶ Essentialiter.) hoc dicit, quia sine charitate uirtutes ceteræ nihil sunt. de pœni. distin. 2. §. euidenter. & dist. 3. ca. si quid autem.

Virtutes sine charitate nihil sunt.

u ¶ Dicitur.) in epistola ad Romanos.

x ¶ Et quæ.) scilicet charitas.

y ¶ In via.) scilicet salutis consequendæ. in præsenti enim vita quasi in uia sum[us], qua ad patriam pergimus, secundum B. Gregorium.

b1 ¶ Suo fini.) id est, gloriæ æternæ.

Ex, quādoq; priuat quandoque ponit.

a ¶ Ad quam.) scilicet perfectionem.

b Expropriationē.) syllaba, ex, hic priuatiue ponitur, ut alias de usur. ca. usurariū, lib. 6. alibi autem nō priuat, sed ponit, instit. ui bon. rap. §. sane.

c Sollicitudo.) i. curiositas & diligentia in tēporalibus, quæ interueniens pretia rerum ampliat & deficiens minuit. ff. nō iure fisci. l. non intelligitur, §. diui fratres, negligentia enim cuncta lædere dicitur in corpore authen. de quæst. §. hæc omnia, collat. 6. iuxta illud quod scribitur, sicut autem artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia ita nouerca eruditionis est negligentia, 83. dist. cap. nihil.

Negligentia est eruditionis nouerca.

d Exigunt.) nam sine his temporalia periculo subiacent, ad quod. ff. de pet. hær. l. si quid possessor. §. sicut, & l. si ad non, ff. fructus.

e Quæ) s. sollicitudo.

f Retrahit.) nam secundum Gregorium: cum mens concepta desideria sequitur, seruire rebus conuincitur, uuarum amore superatur, 14 quæstio. 11. quare ad vitandam nimiam sollicitudinem & mentis nimiā applicationem Christus præcepit non esse de crastino cogitandum 12. quæstio. 1. habebat Dominicus, iuxta verbum Psalmistæ: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Sollicitudo nimia est uitanda.

g Amputetur.) tollatur & submoueatur.

h Huiusmodi.) s. temporalium.

i Quæ.) s. sollicitudo.

k Ante ipsam.) s. expropriationem temporalium.

l Perseueret.) durante enim vitio, uirtus nunquam asciscitur, sed demum illi renunciatio, 32. qu. 1. cum renunciatur.

m Ad perfectionem huiusmodi.) scilicet quæ inducitur & disponitur per contemptum & expropriationem temporalium.

n Talis expropriatio.) s. postquam remanet sollicitudo, sicut prius.

Ob-

priatio valeat nil conferre: constat autem quod post ordinationem [a] prædictam non fuerint in acquirendis ac conseruandis bonis [b] prædictis in iudicio & extra minus [c] solliciti quam ante illam fuerant Fratres [d] ipsi, quanquam sint religiosi Mendicantes alij [e] habentes aliqua in communi. [f] Adhuc nec vtique profuit dictis Fratribus ordinatio [g] supradicta, quantum ad hoc quod propter carentiam talis [h] proprij se pauperiores dicere valeant, quam si res [i] ipsas cum illo (quo carere se dicunt) dominio obtinerent [k]. Licet etiam prædecessor noster prædictus [l] dominium earum rerũ, quæ ipsis fratribus offerri seu conferri [m], aut alias obuenire [n] contigerit, quarum tamen vsum facti dumtaxat habere licet [o] ordini vel fratribus antedictis (vsu facti [p] simplici prædictis fratribus reseruato) in se Romanamque Ecclesiam recipiendum duxerit, ac libere pertinere [q] decreuerit, vt superius est expressum [r]: attento tamen ipsorum fratrum vtendi modo, & eius [s] effectu, ac patientia circa modum ipsum Romanæ Ecclesiæ subsecuta [s], non ipse vsus fratrum dici [u] debet, sed potius Romanæ Ecclesiæ dominium [x] esse simplex. [y] Quis enim [z] simplicem [a] vsuarium dicere poterit, cui rem vsuariam licet [b] permutare [c], vendere [d], ac donare [e]? proculdubio hæc [f] naturæ repugnare noscuntur, nec ad vsuarium pertinere [g], quæ [h] tamen de rebus mobilibus antedictis faciunt [k] Fratres ipsi. Quod autem dominium Romanæ Ecclesiæ reseruatum [l] simplex censeri [m] debeat, ex hoc patet, quod ex illo [n] nullum eidem [o] Ecclesię temporale obuenit [p] hactenus [q] commodum, nec speratur quod [r] obuenire debeat in futurum cum nec [s] intentio reser-

a ¶ Ordinationem prædictam.] scilicet factam per Nicolaum.3.alias.4.

b ¶ Bonis prædictis.] de quibus mentio facta est sup. §. Proxim.

c ¶ Minus solliciti.] & sic per hoc a statu perfectionis retrahebantur, vt supra proxi. dicitur.

d ¶ Fratres ipsi.] sentientes vtilitatem in rebus talibus inani nomine dominii Romanæ Ecclesiæ reseruato.

e ¶ Alij.] vt sunt Prædicatores.

f ¶ In communi.] & sic in alijs rebus prædictis se simplicem vsũ habere dicebant, re tamen ipsa plusquam simplex vsuarius in rebus ipsis habebant.

g ¶ Ordinatio supra dicta.] scilicet Nicolai.iij.

h ¶ Talis proprij.] s. Romanæ Ecclesiæ reseruati.

i ¶ Res ipsas.] de quibus fit mentio supr. proxi.§.

k ¶ Obtinerent.] & hoc probatur per sequentia, licet etiam &c.

l ¶ Prædictus.] s. Nicolaus.4.

m ¶ Conferri.] s. inter uiuos.

n ¶ Obuenire.] puta ex vltima alicuius voluntate, licet contra posset exponi.

o ¶ Licet.] i. licitum est.

p ¶ Vsu facti simplici.] qualiter hoc sit intelligendum, inferius declaratur.

q ¶ Pertinere.] scilicet Ecclesiam Romanam.

r ¶ Est expressum.] §. proxim.

s ¶ Eius effectu.] qui frequenter res ipsas ad totalem a fratribus abdicationem deducit, & talis effectus in eis potius videtur attendendus, quam inanis demonstratio simplicis vsus facti, argum. C. si minor ab hæredit. se abstineat, l. 1. de do. l. vlt.

t ¶ Subsecuta) hic dic ut supra dixi eo. §. in uerbo patientia, talis enim patientia, vbi alias nullum subesset iuris impedimentum, pro approbatione tacita haberetur extra de cog. spir. ca. super eo. & ibi. no.

u ¶ Dici debet.] simplex, quod est statim.

x ¶ Dominum.] scilicet in distis rebus reseruatum esse.

y ¶ Simplex.] repete, dici debet.

z ¶ Quis enim.] probat quod vsus fratrum non debeat dici simplex.

a ¶ Simplicem vsuarium.] id est, habentem simplicem vsum.

b ¶ Licet.] id est licitum est.

c ¶ Permutare.] scilicet cum alia.

d ¶ Vendere.] pro aliquo pretio.

e ¶ Donare.] scilicet liberaliter.

f ¶ Hæc.] scilicet posse rem vsuariam permutare, vendere, vel donare.

g ¶ Pertinere.] Vsuarius enim rem in qua vsum habet aliquo titulo, in alium transferre non potest, tum quia dominium eius nõ habet, cum vsus in quãtum est seruitus de sui natura in re aliæna, nõ propria fundatur, qa res propria nulli seruit iure seruitutis, ff. si vsusf. pet. vtifrui. de ser. vrb. præ. in re communi. de iure dot. l. cum in fundo, & quia iure alieno constituitur, ff. de vsu, & habi. l. 1. & l. plenum, inst. eod. tit. §. 1. cum ijsdem modis constituatur, quibus vsusfructus, vt ibi. Et vsusfructus est ius vtendi in rebus alienis, ff. de vsu. l. 1. Si igitur dominium non habet. ergo per aliquem titulum illud in alium trãsferre non potest. ff. de re. iu. l. nemo plus iuris de acq. re. dom. l. traditio, extra de dona. inter uirum, & vxo. c. nuper. 1. quæstio. 1. gratia. & quæstio. 7. c. Daibertum, quod exigitur in titulo permutationis, nam rem alienam permutans per mutationem non contrahit, ff. de rerum permut. le. 1. §. ultimo.

h ¶ Quæ tamen.] scilicet permutare, uendere, donare.

i ¶ Antedictis.] s. quibus uti licet eisdem.

k ¶ Faciunt.] i. facere possunt iuxta ordinationem Nicolai, vel faciunt, scilicet de facto, quia hoc eis permittitur per illius ordinationem.

l ¶ Reseruatum.] s. in rebus prædictis.

m ¶ Simplex censeri debeat.] s. potius quam ipse vsus fratrum, vt supra.

n ¶ Illo.] scilicet dominio.

o ¶ Eidem ecclesiæ.] s. Romanæ.

p ¶ Obuenit.] præteriti temporis.

q ¶ Hactenus.] i. vsque nunc: licet alibi aliter exponatur. ff. de vsufru. l. hactenus.

r ¶ Quod obuenire debeat.] & per hoc dominium vel proprietas consueuit reddi inutilis, vt infra patebit.

s ¶ Nec intentio.) intentionis talis defectus impedit translationem commodi vel emolumenti cum & impediat translationem dominij. ff. de acqu. rerum dom l.

ex

Vsuarius rẽ in qua habet vsum, non transfert in alium.

Permutatio non contrahitur in re aliena.

uantis, [a] nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcunq; alium quam ad Fratres dictarum rerum perueniret compendium: [b] quod [c] proculdubio modus utendi fratrum ipsorum, & Romanæ Ecclesiæ subsecuta patientia, euidenter declarauit. [d] Et quod talis intentio [e] fuerit ordinantis [f] & ex hoc patet, quod illarum rerum sibi & Ecclesię Romanę dominium dumtaxat [g] retinuit, quarum vsum facti liceret [h] habere ordini, vel fratribus antedictis talis autem dominii [i] carentia [k] re [l] in pręsenti, [m] ac spe [n] in futurum omnimodo denudati, quo ad paupertatem temporalem, quam [o] altiorem (præ Mendicantibus aliis [p] in communi habentibus [q]) sibi [r] vendicant dicti fratres, [s] pauperiorem non efficit [t] non habentem. Quod [u] autem † quo ad res quę vsu [x] cōsumuntur, non sint censendi vsuarii [y] fratres ipsi, ex sequentibus liquet satis: dicere si quidem qđ in talibus rebus [z] vsus iuris uel facti separatus a proprietate rei seu dominio possit constitui, repugnat [a] iuri, & obuiat [b] rationi, nec prędecessoris nostri prædicta fuisse videtur [c] intentio [d] Romanę Ecclesię talium [e] bonorum dominium reseruare. Quis enim sanę mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti [f] patris, unius oui, seu casei aut frusti panis, & aliorum vsu consumptibilium, quę sępe fratribus ipsis ad consumendum euestigio [g] conferuntur, dominium Romanę Ecclesię, & vsum fratribus retinere? profecto probabile non videtur [h], pręsertim cum illorum bonorum dumtaxat [i] dominium, pręfatę Ecclesię reseruauerit, quorum [k] simplex vsus facti pertinere potest ad fratres dicti ordinis: quod [l] nequaquam potest in rebus vsu consumptibilibus [m] reperiri, in quibus nec ius vtendi, nec vsus factti separata a rei proprietate seu [n] dominio possunt constitui, vel haberi [o]. Et

Intentio est attendenda.

ex mandato. C. de his quia nō do. manumit. l. 2. & ibi no. ff. de dona. l. qui mihi donatum, Intentio enim pre omnibus attenditur, siue in contractibus, siue in ultimis uoluntatibus ff. de contrahen. emptio. l. sed Celsus, §. si Auia. de condi. & demonstrat. l. in conditionibus. de lega. 1. l. si seruus plurium. §. vlt. cum similib.

a ¶ Reseruantis.] scilicet Papæ Nicolai quarti.

b ¶ Compendium,] id est utilitas, uel cōmodum.

c ¶ Quod.] scilicet ꝙ ad fratres, & non ad alium illarum rerum perueniret compendium.

d ¶ Declarauit,] quasi dicat, ipsis rerum experimētis hoc clare cognitum est. C. vt in pos. leg. l. ipsis rerum.

e ¶ Et quod talis intentio.] scilicet ꝙ ad ipsos fratres, & non ad alium dicta rerum vtilitas proueniret.

f ¶ Ordinantis.] scilicet Papæ Nicolai, ut supra.

g ¶ Dumtaxat] quasi dicat, non aliarum.

h ¶ Liceret.] licitum foret.

i ¶ Dominij.] scilicet Romanæ Ecclesiæ reseruati.

k ¶ Carentia.] scilicet quo ad fratres ipsos.

l ¶ Re.] scilicet ipsa.

m ¶ In præsenti.] scilice tempore.

n ¶ Spe.] consequendi commodum.

† vide Glossam positam in Clem. Exiui §. proinde vers. solutio, vš. dicendū.

o ¶ Quam.] scilicet paupertatem.

p ¶ Alijs.] vt Prædicatoribus.

q ¶ Habentibus.] sub audi aliqua, si nō habes in textu.

r ¶ Sibi uendicant] id est attribuunt.

s ¶ Dicti fratres.] scilicet Minores.

t ¶ Non efficit.] hoc ideo, quia habere dominium quod nullo tempore posset commodum illi cuius est re portare, nihil diminuit de commodo, quod penes alium reperitur, quare pauperiorem ex hoc dicere se non potest, cum paupertas ex solo non habere commodum inducatur 11. q. 3. cap. pauper immo ex hoc tale dominium inutile penitus reputatur. C. de vsufr. l. antiquitas. inst. eo. tit. §. ne tamen magis non haberi quam haberi forte expediens, argu. ff. de ædil. edic. l. bouem, §. aliquando.

u ¶ Quod autem.] Quarta pars.

x ¶ Vsu consumuntur.] ut sunt res ad victum humanū necessariæ in Eit. de usufr. §. constituitur. ff. de vsufruc. earum rerum, quæ usu consumuntur. l. si tibi uini. & de verb. sig. l. uerbo victus.

y ¶ Vsuarij.] scilicet simplices.

z ¶ Rebus.] scilicet vsu consumptibilibus.

a ¶ Repugnat.] cum habens in talibus usum, earum dominium censeatur habere. ff. de usufr. earum rerum quæ vsu cōsumuntur, l. sed de pecunia, & l. si tibi inst. de usufr. §. constituitur, & seq. & in talibus rebus habere vsum tātum, est sicut habere vsumfructū, vt d. cto ti. ff. l. hoc senatus, §. vlt. & l. quoniam. §. 1. In alijs autem rebus nō est ita: quia in illis plus est in usufructu quam in usu. ff. d. vsu, & hab. l. si habitatio. §. si vsus, & l. plenum, inst. de usu. & habi. §. minus, cum similib.

b ¶ Obuiat rationi.] est igitur extirpandum necessario, cum ratione careat. 68. distin. cap. chorepiscopi.

c ¶ Videtur.] id est præsumitur.

d ¶ Intentio.] ad quam est præ omnibus recurrendum. extra de prębend. cum olim & eod. tit. quia sępe. lib. 6. de cōcess. præben. auctoritate Martin.

e ¶ Talium bonorū.] scilicet usu consumptibilium.

f Tanti patris.] quia non solum purus [1] homo, sed & uicarius Christi fuit. de transla. episc. c. inter de re iudi. ad Apostolicæ, §. nos. lib. 6.

[1] Accipe sano mō, hoc em dicit gl. hæc ad ostendendam amplissimā Romani Pontificis potestatē sicut notatū est super gl. in procemio Cle. in verbo Papa. in hac editione.

g ¶ Euestigio,] id est de proximo. argu. ff. de offic. præsi. l. plebiscito. de rescrip. statutum. §. insuper. li. 6. de sta. mon. c. periculoso, §. uerum. eo. lib.

h ¶ Non uidetur.] cum per tantum patrem de tā modicis curandum uerisimiliter non fuerit. argu. ff. de iud. le. sed & si suceperit. §. sed & si proponas, extr. de simo. etsi quęstiones cum similibus. Et super hoc uidere potes ea quæ alias super hoc plene dixi in decret. Execrabilis in glossa quod redundare,

i ¶ Dumtaxat.] quasi dicat, non aliorum.

k ¶ Quorum,] sclicet bonorum.

l ¶ Quod,] scilicet ad fratres dicti ordinis pertinere simplicem usum facti.

m ¶ Consumptibilibus,] id est quæ per usum consumuntur.

n ¶ Seu dominio.] idest existenti sine proprietare & dominio.

o ¶ Vel haberi,] hoc infra multis rationibus comprobatur.

a ¶ De

quòd de [a] talibus rebus non intellexerit, [b] euidenter ostendit, dum respondet [c] legi [d] dicenti, non posse vsumfructum a dominio perpetuo separari, ne dominiũ dominis, semper abscedẽte [e] vsu, inutile [f] redderetur, quæ quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes vnum vsus rei, & penes alium dominium possit (licet [g] inutile) remanere, [h] quod [i] nequaquam in rebus vsu consumptibilibus potest esse, cum in illis per vsum uel abusum [k] vsuarii substãtia talis rei esse [l] desinat, & per consequens proprietas etiam inutilis non subsistat. [m] Cum.n. vsusfructus prout est in re [n] constitutus, qui seruitus dicitur personalis, [o] & pro [p] quo reales [q] competunt actiones, nihil sit aliud, quam ius utendi, nec vsus qui etiam personalis [r] est seruit9, sit aliud quam ius tantum utendi rebus [s] alienis salua [t] rei substantia, id est, [u] ius percipiendi fructus, & vtilitatem [x] aliã in to-

a ¶ De talibus rebus.] s. vsu consumptibilibus, & quarum vsus potest ad ipsos fratres pertinere.

b ¶ Non intellexerit.] s. Papa Nicolaus.

c Dum respondet.] in dicto c. exijt.

d Legi.] istam legem habes. ff. de vsufr. l. omnium. §. constituitur. inst. eo. titu. §. constituitur. C. eod. tit. l. antiquitas.

e Abscedente.] i. separato existente, sic exponitur d. §. constituitur.

f ¶ Inutile redderetur.] No. rem dici penitus inutilem, cuius vsus, & commoditas perpetuo submouetur ut hic, & in legib. supra proxime allegatis. huius ratio potest dici, quia omnium rerũ subsistentiam uel existentiam natura naturans, i. Deus comparauit, ut ex eis humana natura fructus perciperet. inst. de re. diuis. §. in pecudũ. quæcunque enim in terris facta sunt, ad seruitium hominis facta sunt, cum sit dignissima creaturarum. ff. de ædi. edi. l. iustissime.

Hoĩs seruitio cũcta sũt de putata.

g Licet inutile,] quo ad commoditatem usus.

h Remanere.] scilicet de ipsarum rerum subsistenti natura.

i Quod] s. ꝙ usus penes unum, & proprietas inutilis penes alium ualeat remanere.

k Vel abusum.] licet alias abusus in mala parte sumi consueuerit, ut dixi in decr. cum inter nonnullos hic tamen in bona sumitur: quia in talibus rebus usus & abusus idem sunt, ff. de vsufr. ea. rerum, quæ usu consu. l. hoc senatus. §. 1. & ult. cum similibus, & ideo appellatur abusus: quia per vsum in talibus reb. res ipsæ ad totalem exinanitionem deducuntur, & de esse ad non esse reducuntur, ut hic.

Abusus in bonã & malam partem sumitur.

l Esse desinat.] qualiter talium rerum substantia habet per usum tolli, uel in parte minui, dicitur. ff. de vsufru. earum rerum, quæ usu consu. l. 1.

m Non subsistat.] eius enim quod non est, nulla est substantia. de præsenti. ff. de leg. 1. l. quod in rerũ, de verb. obl. l. interdum, inst. de inut. stip. 2. responso.

n In re constitutus.] vel inter viuos per pactum, uel iudicialem adiudicationem, uel per ultimam uoluntatem, ff. de usufr. plurib. §. 1. inst. eo. tit. §. Et dicitur in re constitutus, s. in certo corpore, quo sublato & ipsum usumfructum tolli necesse est, ff. de usufr. l. 2. instit. eo. tit. in prin. & §. finitur, ff. quib. mo. usufr. toll. l. repeti, §. rei, dicitur & in re constitui, quia rem ipsam afficit sicut ceteræ seruitutes.

Vsusfructus quare dr̃ personalis seruitus.

o ¶ Personalis,] quia persone constituitur ẽt prædium non habenti, quod non est in seruitutibus realibus & prędialib. ff. de ser. l. 1. contra. prædi. l. 1. & cum persona finitur, ff. quib. mo. vsufr. amittatur, l. sicut, §. morte, nec a persona abdicatur, immo si in alium per commericium transferatur, statim rei domino applicatur, ff. de iure. do. l. vsusfr. & d. §. finitur, licet commoditas fructuum percipiendorum per commercium in alium trasferri possit, & ita intelligitur lex, quæ alias contrarium diceret, ff. de vsuf. l. arborib. §. vsufructuarius. de peri. & commo. rei uenditæ. l. necessario, §. ul. alias est sub l. quod si pendente. & de nouatio. l. 4. arg. etiam ad hoc ext. de loca. c. vestra.

p Et pro quo.] s. petendo tanquam agenti competenti, uel negando alicui competere.

q Reales competunt actiones.] s. confessoria & negatoria. ff. si vsusfruct. petatur, l. 1. & l. uti frui. §. utrum, & §. si patris, si seruitus uendicetur. l. loci corpus. §. an confessoria. In rẽ cõfessoria cõpetit asserenti sibi dẽri seruitutem, & negatoria illi qui negat alteri fore debitam. eo. tit. l. 1. Dicuntur autem reales actiones cõfessoria & negatoria ab impositione talium nominum, non autẽ ex hoc prout aliqui dixerunt, quia confessoria uerbis affirmatiuis, negatoria uerbis proponit negatiuis, nã & q̃nque confessoria uerbis negatiuis, negatoria affirmatiuis proponi reperitur, ut in seruitute altius non tollendi est uidere. ff. de no. oper. nuncia. l. si priusquam. instit. de actio. §. æque & ibi not. & d. l. 2. Dicas etiam ꝙ istæ reales actiones, quæ pro iurib. incorporalib competunt, dantur etiam illi qui possidet, uel quasi ipsum ius corporale, quod quasi possideri uidetur, quamdiu in contrarium per alium factum non est, ff. si seruitus uen. l. si forte, §. sciendum & l. sicuti §. sed si quęratur. Secus autem in actionib. realib. competentibus pro corporalibus, quę non dantur possidenti & detinenti: nam possidenti non est prodita in rem actio. ff. uti pos. l. 1. §. interdictum, instit. de actio. §. sic itaque. licet possidenti, sed non detinenti detur. ff. de rei uendi. l. officium no. de hoc extra de iud. c. examinata. Si quæras quæ sit ratio quare realis actio possidenti & detinenti non detur pro re corporali, sed pro re incorporali? Respondeo rei uendicatio non datur ad alium effectum, nisi quod possessio corporalis penes conuentum existens in actorem transferatur de rei uen. l. qui restituere. C. de alie. iudici. l. 2. cum igitur actor illam quam petit, penes se ipsum excludit, quia quod petit, intus habet. Sufficit enim sibi quod effectualiter possideat, dicto §. interdum. Sed realis actio pro incorporalibus competens non datur ad illum effectum tantum: sed ut ille qui debet seruitutem, nihil faciat, nullumque impedimentum præstet, sed patiatur illum cui debetur pacifice illa uti. ff. de usufr. l. 3. §. 1. de serui. l. quotiens, de seruit. rusti. prædi. l. 1. in fi. cum similibus, expedit igitur, quod ipsi possidenti detur actio, ut submotionem impedimenti aduersarij & eius potentiam consequatur, cum aliter iure etiam suo uti libere & plene non posset.

Vsusfructus quib. actionibus peti põt.

Actio realis an possit dari possidẽti.

Actio realis non dat̃ possidenti pro re corporali, sed bene pro re incorporali.

r ¶ Personalis est seruitus.) ff. de serui. l. 2. & quare dicatur personalis, dic ut dixi de seruitute usus fructus supra in gl. quia personę.

s ¶ Reb. alienis.) h. d. quia res propriæ nulli seruire possunt iure seruitutis, ut dixi sup. in gl. usuarius.

t ¶ Salua rei substantia.) i. ne in totum pereat rei substãtia, ff. de usufr. l. 1. & ita ibi no.

Seruit nemini sua res.

u ¶ Id est.) exponit illa uerba, ius utendi, posita in definitione uel descriptione ususfructus uel usus.

x ¶ Vtilitatem aliam.) duta deambulandi, gestandi, i. solatiandi in fundo usufructuario uel usuario. ff. de vsu & habi. l. plenum.

a ¶ In

tum[a] vel pro parte[b] ſuo nomine[c], qui poſſunt ex re, in qua vſusfructus ſeu vſus conſtituitur, prouenire[d], propter[e] quod proprietas reputatur inutilis, a qua perpetuo abſcedit[f] vſusfructus ſeu vſus conſtitutus rebus, ex quibus ipſis[g] ſtantibus vſufructuario ſeu vſuario nulla poſſit vtilitas[h] prouenire: patet quod ad hoc quod talis vſusfructus vel uſus in re aliqua conſtitui valeat, requiritur,[i] quod ex re illa poſſint fructus vel vtilitas (salua ipſius rei ſubſtantia) ad fructuarium vel vſuarium peruenire. Quod ſi nulla ad ipſos poſſet ex re ipſa vtilitas (ſalua rei ſubſtantia) prouenire quales res conſtat eſſe vſu[k] conſumptibiles, nequaquam poſſet in rebus ipſis cuiquam vſusfructus vel vſus conſtitui, vel a[l] quoquam haberi. Adhuc[m] nec ius vtendi, quod nec eſt ius in re, nec[n] ſeruitus perſonalis, ſed[o] mere ius perſonale, pro quo reales[p] actiones non[q] competunt, in rebus talibus[r], vel rebus ipſis vtendi poteſt conſtitui vel haberi, cum & ius tale[s] exigat, quod ex re ipſa, quæ ad vtendum conceditur[t] tali modo ad vſuarium peruenire poſſet vtilitas[u] aliqua, ac cum vſu permanere vſuarij, ſubſtantia[x] ſalua rei, quod[y] nequaquam poteſt (ſicut ad ſenſum[z] poteſt percipi) in rebus vſu conſumpribilibus reperiri[a]. Rurſus nec ſimplex[b] vſus, qui nec[c] eſt ſeruitus, nec pro illo[d] competit ius[e] vtendi, in talibus[f] rebus poteſt conſtitui vel haberi: cum enim vti re aliqua, nihil fit aliud proprie, quam fructus rei ſiue vtilitatem[g] aliam in ſolidum, vel pro parte recipere, qui[h] ex ea poſſunt (ſalua rei ſubſtantia) prouenire, reſtat quod re illa vti[i] quis nequeat, ex qua (eius ſalua ſubſtantia) nulla ſibi prouenire poteſt vtilitas, quales res vſu conſumptibiles

a ¶In totum.] hoc referas ad uſufructuarium, qui oēs fructus rei ſuos facit, ff. de vſufr. l. vſufructu legato, in fi. & l. item ſi fundi.

b ¶Pro parte,] hoc ad vſuarium referendum eſt, qui fructus rei in totum ſuos non facit, ſed illos ſolum qui ſibi ad vſum ſufficiunt, inſtit. de uſu & habi. §. minus. ff. eodem titu. l. ſi habitatio. §. ſi vſus, & l. plenum, & l. fundi.

c ¶Suo nomine.] quaſi dicat iure ſuo, non alieno.

d ¶Prouenire.] intellige uel artificialiter uel naturaliter, vt colligitur ex iuribus, ſupra glo. proxi. allegatis.

e ¶Propter quod.] ſcilicet quia vſufructuarius & vſuarius omnes rei fructus uel partem recipiunt iure ſuo.

f ¶Abſcedit.] ideſt ſeparatur, & quæ ſit huius ratio, dic ut dixi ſupra in glo. not. rem dixi.

g ¶Ipſis ſtantibus.] i. in ſua eſſentiali ſubſtantia perſeuerantibus.

h ¶Vtilitas prouenire.] exemplum poteſt poni per iura. ff. de vſufruct. leg. ſtatuæ, a contrario ſenſu, de ope. ſeruo. leg. ult. cū enim uſusfructus & uſus ſint ius tantum, quo quis poteſtatem aſſequitur rei, fructus & utilitates alias cōſequendi, ſublata & nō exiſtente tali utilitate, uidetur non exiſtere ius ad illas tantum indultum, ff. de uſufr. l. 2. inſti. eo. tit. in princ. ſicut ſublata re ſine culpa, ſubmouetur ius ad illam petendam competēs, ff. de condi. furti. l. in re furtiua, & argment. ff. de legat. tertio, l. mortuo boue.

i Requiritur.] ratio eſt, quam dixi in glo. proxi. præcedenti.

k ¶Vſu conſumptibiles.] illis. n. in ſua ſubſtantia remanētib. nulla inducitur utilitas, cum ipſa non inſurgat nec proueniat, niſi ex talium rerum conſumptione, inſti. de uſufru. §. conſtituitur.

l ¶A quoquam haberi.] ratio eſt, quam dixi ſu. prox. in gl. exemplum.

m ¶Adhuc.] probat ulterius ꝙ in reb. conſumptibilib. ſimplex haberi nequeat uſus facti.

Seruitus perſonalis, eſt triplex.

n ¶Nec.] ſeruitus perſonalis, quæ eſt triplex, ſcilicet uſusfructus, uſus & habitatio, aliæ dicuntur reales ſeu prędiales, ff. de ſerui. l. 1. de uſufr. l. ſi quis binas, & ibi no. & rōne ſeruitutis perſonalis dr̄ quis in re ius habere cum contra quemlibet rei poſſeſſorem peti poſſit, ff. ſi vſufr. pet. l. uti frui. §. vlt. Ius aūt utendi iure ſeu ſeruitute, pōt dici illud ꝙ ſuperficiario in re ſuperficiaria cōpetit, uel emphyteutæ, uel feudatario, ff. ſi ager vectigalis, l. 1. & 2. de ſuperficie. l. 1. §. ult.

o ¶Sed mere.] quaſi dicat, non iure competens, nec rem afficiens, ſed tantum perſonæ cohærens, rei poſſeſſorem non ſequens, ff. ad Trebel. l. 1. §. ſi hæres.

p ¶Reales actiones.] ſ. confeſſoria, & negatoria.

q ¶Non competunt] ſed actio perſonalis ex pacto, argum. ff. de ſer. l. ut pomum, de ſerui. ruſti. prædio. l. prætoris. cum ibi no. de vſufru. l. ſi quis binas.

r In rebus talibus.] ſ. vſu conſumptibilibus.

s Ius tale.] ſ. mere perſonale.

t Conceditur.] ut eſt videre in commodatario, cui ad certum uſum res conceditur. ff. commodati, l. in commodato. §. ſicut. extra eod. tit. ca. 1. uel creditori uel depoſitario, quibus vſus rei obligatæ uel depoſitæ permiſſus eſt, expreſſe in creditore, uel tacite in depoſitario, ff. depoſiti. l. die. §. 1. & C. eod. titu. ſi depoſiti.

u Vtilitas aliqua.] conſideranda iuxta rei ad vtendū conceſſæ qualitatem.

x Subſtātia ſalua rei.] ſublata enim re nullus in ea vſus poteſt ſubſiſtere.

y ¶Quod.] ſ. ius utendi ſubſtantia ſalua rei.

z ¶Ad ſenſum.] ſ. viſus, per quem oculata fide ueritas magis quam per alium ſenſum animis hominum infigitur, inſtit. de gra. cogn. §. vlt.

a ¶Reperiri.] cum ipſæ per uſum conſumptione totali ſubijciantur, & de eſſe ad non eſſe redigantur.

b ¶Rurſus nec ſimplex.] ſcilicet ſine dominio exiſtens.

c ¶Nec eſt ſeruitus.] & ſic per conſequens ius in re nō imponens.

d ¶Nec pro illo.] ſcilicet ſimplici uſu facti.

e Ius vtendi.] ſ. qualitercunque quęſitum.

f Talibus rebus] ſ. vſu conſumptibilibus.

g Vtilitatem aliam] quæ conſiderari pōt iuxta rei uiſibilis qualitatem. ff. de vſufr. c. numiſmatum & l. ſi cuius §. vlt. alias eſt ſub l. æquiſſimum.

h ¶Qui.] ſ. fructus, vel alia utilitas.

i ¶Vti quis nequeat.] ſ. durabili vſu perſeueranter,

alias

eſſe [a] conſtat. Ex [b] quibus patet, quod nec vſus, qui eſt ſeruitus [c] perſonalis, nec ius vtendi, quod non eſt ſeruitus, ſed mere ius [d] perſonale, nec actus ipſe vtendi ſine iure [e] aliquo, poſſunt in rebus vſu conſumptibilibus conſtitui, vel haberi, cum quodlibet præmiſſorum [f] exigat, quod ex re ipſa (ſalua rei ſubſtantia [g]) poſſit habenti ius vtendi, ſeu [h] vtenti ex re ipſa vtilitas aliqua prouenire, quod utique in rebus nequit vſu conſumptibilibus reperiri.[i]

¶Nec [k] obuiat ſupradictis, [l] quod idem [m] prædeceſſor noſter in ordinatione prædicta, etiam illorum [n] quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent, ſibi & Romanę Eccleſię dominium reſeruarit: hoc enim [o] de rebus illis dumtaxat [p] debet intelligi, quę uſu non ſunt [q] conſumptibiles, ſine quibus humana vita non eſt [r] ſuſtentabilis, quę vtique non ſunt pauca. [s] Licet [t] autem in rebus uſu conſumptibilibus, nec ius vtendi, [u] nec ipſum [x] vti poſſit conſtitui vel haberi, ipſis [y] tamen poterit ius abuti. Abuti autem (dum tractatur de rebus vſu conſumptibilibus) pro rei conſumptione ſumitur, [z] quod ei opponitur, quod eſt [a] vti. Vti quidem pręſupponit, quod cum vſu ſalua rei ſubſtãtia maneat; [b] ſed abuti exigit, [c] quod cum actu huiuſmodi rei ſubſtantia conſumatur, [d] cum abuti [e] nihil aliud, quam contra naturam vſus, vti [f] in hac [g] materia proprie poſſit dici. Licet autem [h] quis re vſibili [i] abſque iure vtendi aliquo vti [k] poſſit, ipſum [l] tamen vti etiam in re [m] tali abſque iure utendi ſeparato a dominio uel coniuncto nec ab aliquo poteſt [n] conſtitui, nec [o] a quoquam haberi. Et quod [p] talis uſus conſtitui nequeat, ex hoc patet, quod dare, vel conſtituere quod ſuum non [q] eſt, nec ad ſe [r] pertinet nemo [s] poteſt, licet interdum illud [t] dare poſſit aliter quam ſit [u] ſuum. Actus autem ipſe vten-

alias momentaneum dicitur, ut inf. ſequitur.
a Eſſe conſtat.]cum (vt ſup. dixi) per vſum eſſe penitus deſinant.
b ¶Ex quib.]ſup. dictis, ver. quod autem, hucuſque.
c ¶Seruitus perſonalis]ff. de ſeru. l. 1.
d ¶Ius perſonale]dic vt ſup. prox. dixi ver. ſed mere.
e ¶Sine iure aliquo] hoc inferius latius explicabitur.
f ¶Præmiſſorum] .ſ. vſus, qui ſit ſeruitus perſonalis, uel qui ſit ius mere perſonale, uel actus utendi aliquo iure.
g ¶Subſtantia,]alias deſinit in ea omnis vſus, ut ſup. dixi.
h ¶Seu utenti]ſ. ſine aliquo iure.
i ¶Reperiri]quia per uſum totaliter eſſe deſinunt, vt pędixi.
k ¶Nec obuiat]quinta pars.
l ¶Supradictis].ſ. in parte præcedenti, & maxime in uer. quod autem.
m ¶Idẽ pędeceſſor noſter.] ſ. Nicolaus quartus.
n ¶Illorum.].ſ. bonorum.
o ¶Hoc enim] .ſ. ꝙ dominium talium bonorum ſibi reſeruauerit.
p ¶Dumtaxat] quaſi dicat, non de alijs, per ea quæ dicta sũt ſup. proxi.
q Non ſunt conſumptibiles]ſubaudi, ſed durabiles.
r Non eſt ſuſtentabilis]ſ. commode.
s ¶Non ſunt pauca.] ſubaudi, immo multa. ſicut eſt habitatio ſtratus ſiue lectus, & ſimilia, ff. de verbor. ſig. l. quos nos, §. uerbum, uiuere. de au. & arg. leg. l. ueſtis, §. uirilia. & §. familiaria, cum ſimilib.
t Licet autem.]Sexta pars.
u ¶Nec ius utendi]ꝙ eſſe debet ſalua rerum ſubſtantia.
x ¶ Nec ipſum vti.].ſ. durabile.
y ¶ Ipſis.].ſ. rebus conſumptibilibus.
z ¶Sumitur.]probatur hoc, ff. de uſuf. earum rerum quę vſu. conſũ. l. hoc ſenatus, §. 1. & ſeq. nam abuſus in rebus talib. pro aſſumptione, i. conſumptione accipitur, vt ibidem dicitur.
a ¶ Quod eſt vti.]cum de ſe non ſit ei conſumptibile, ſed conſeruabile. ff. de vſufr. l. 1. inſt. eod. tit. in princ. & ſtatim ſequitur.
b ¶ Maneat.]ut in iurib. ſup. prox. alle. ff. de uſu & habi. l. plenum.

e ¶ Exigit.].ſ. neceſſario.
d ¶ Conſumat.]cum ſine conſumptione in talib. rebus non ſit vſus, vnde quaſi aſſidua permutatione extingui dicuntur, inſt. de vſuf. §. conſtituitur.
e ¶ Cum abuti.].ſ. de ſe rei conſumptibilis.
f ¶ Vti.]de ſui natura rei conſeruabilis.
g ¶In hac materia] h. d. qa in alia materia abuſus in alia parte ſumitur, & ideo reprobatus, ꝙ dic ut ſup. in gl. licet alias.
h ¶ Licet aũt.]adhuc probat, ꝙ vſus facti abſque alio iure habe ri non poſſit.
i ¶ Re vſibili.] i. apta ad utendum.
k ¶ Vti poſſit.]ſ. de facto, ut eſt uidere in fure, prædone, raptore, & ſimili.
l ¶ Ipſum tamẽ.] .i. ipſa poteſtas utendi.
m In re tali]ſ. vſibili.
n ¶ Poteſt conſtitui, cum regulariter quis alteri nequeat conſtituere quod non habeat, ut dixi in parte pęcedenti, & in glo. vſuarius. n. & ſtatim ſequitur.
o Nec a quoquam haberi,]cum. n. habere proprie, cum effectu debeat intelligi, ff. de ver. ſig. l. nomẽ filiarum. §. habere, ſequitur ꝙ vti re vſibili abſque aliquo iure utendi, nõ ſit vsũ habere, cum ex hoc illud appareat alienũ argu. 14. q. 4. quid dicam, 93. di. illud, 16. qu. 4. licet, C. de fun. rei priu. l. uſus aquę. lib. 11.
p Et quod talis vſus] .ſ. abſque aliquo iure vtendi.
q ¶ Suum non eſt]ſcilicet quo ad dominium.
r Nec ad ſe pertinet.] .ſ. alias quam iure dominij. Et h. d. quia aliquando quis id quod ad ſe pertinet ſine dominio alteri conſtituit, ut inquilinus, qui domum conductam alteri locando eius uſum transfert, C. commodati, l. nemo prohibetur. Et vſufructuarius qui non eſt dominus, vſumfructum transfert, ff. de vſufr. arborib. §. uſufructuarius.

Vſufructuarius uſũfructũ trãsfert.

ſ ¶ Nemo poteſt.]niſi ex ui pacti, iuris uel iudicis auctoritate aliud contingat, extra de do. inter uir. & uxo. c. nuper. ff. de reg. iu. nemo plus iuris, in quibus, de hoc, cum ſimilibus.
t ¶ Illud.].ſ. quod ſuum eſt, uel ad ſe pertinet.
u ¶ Quam ſit ſuum.] hoc dicit propter dominum proprietatis, qui in ipſa habeat uſumfructum cauſalem, & tamen

tamen non illum causaliter, sed formaliter, alteri constituit licet ipsum taliter, id est formaliter non habeat, arg. ff. si vsusfru. peta. l. vti frui. & ideo pactionib. dicitur posse constitui. ff. de vsufr. l. 3. inst. eo. tit. §. 1.

Vsusfructus formalis differt a causali.

a ¶ Dñs dr.] vñ legitur q libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod ui aut iure prohibetur. ff. de sta. ho. l. libertas. & ideo scribitur, quod vis animæ non infertur. 22. q. 5. §. 1. Licet autẽ quis suorum actuum dicatur dominus per naturalem libertatẽ arbitrij, non autem membrorum suorũ dominus dicitur, vt illorum estimationẽ facere possit. ff. ad le. Aquil. liber homo. cum illa æstimationem non recipiant. ff. si quad. pau. fecis. dicatur. l. ex hoc de ijs qui deie. uel effu. l. vlti.

Libertatis definitio.

Membrorũ dñs propriorũ nemo videtur.

codic. l. quidam referunt. extra de eccl. ædi. c. ad audientiam. 2. sicut quod in rerum natura non est, in stipulationem deduci non potest, inst. de inu. stipu. circa pri. & per alia quæ dixi in c. cum inter nonnullos.

p ¶ Per hoc tñ.] s. q habet facultatem illum exercendi.

di ad vtentem pertinet, in quantum quis suorum actuum per liberum arbitrium & voluntatem dominus dicitur [a], cum per [b] hoc illos non exercere: valeat vel etiam exercere: non autem actus ipse vtendi ad eum pertinet, qui concedit alij, quod in re sua actum illum valeat exercere, quod [d] vtiq; nihil est aliud quam quod actum suum ad rem concedentis ad actum suũ vtens valeat applicare. Sicut [e] qui equum suum alicui commodat, non actum equitandi concedit [f] commodatario, sed quod actum illum [g] in equo suo valeat exercere: quod non est vtique actum vtendi simplicem concedere sine [h] iure, cum hæc concedere nihil sit aliud quam concedere ius vtendi: quod quidem ius [i] vtendi separatum a proprietate seu dominio in rebus, quæ vsu consumuntur, nequit [k] constitui, vt patet manifestius ex prædictis. Præterea quod simplex vsus id est, sine iure vtendi a proprietate, seu dominio separatus, etiam in re vsibili haberi nequeat, sic probatur: Si enim possit haberi vsus [m] talis, aut ante actum ipsum, aut in ipso actu, aut post completum actum huiusmodi haberetur. [n] Quod autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet; quod non est, nequaquam [o] haberi potest, patet autem, quod actus ipse antequam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut postquam perfectus est, in rerum natura non est, ex quo sequitur quod haberi minime potest: licet enim & ante actum ipsum quis facultatem illam habeat exercendi, per [p] hoc tamen actus ipse in rerum natura nisi in [q] potentia, non [r] existit; cum autem actus est in fieri [s], nec adhuc quod ipse actus in rerum natura sit, potest [t] dici, licet, pro eo quod sit in fieri [u], dici possit, quod enim de actu [x] qui est in fieri [y], præterijt, vel futurum est, iam non in rerum [z] natura, sed in [a] memoria, vel [b] apprehensione tantum est, quare, nisi prout in

b ¶ Cum per hoc.] s. liberum arbitrium.

c ¶ Ad eũ pertinet.] ratio huius est: quia actus vel opera vni9 nõ est alterius, ff. de cond. indeb. l. si non fortem. §. libertus.

d ¶ Quod.] s. concedere alteri in re sua actum aliquem exercere.

e ¶ Sicut.] exemplificat.

f ¶ Concedit cõmodatario.] cũ illũ per se habere noscatur.

g ¶ Actum illum.] s. equitandi.

h ¶ Sine iure.] scilicet vtendi, immo cũ iure utendi fit talis concessio.

i ¶ Ius utendi, in tãtum quod non est reuocabile, nisi actu completo. ff. commodati. l. in commodato. §. sicut. extra eo. tit. c. 1.

k ¶ Nequit constitui.] cum in rebus talibus habens usum, proprietatem censeatur habere, vt pluries dixi in parte præcedenti.

l ¶ Præterea.] probat adhuc simpliciem vsum facti absque aliquo iure esse non posse.

m ¶ Vsus talis.] scilicet absque aliquo iure.

n ¶ Haberetur.] ultra ista nullum tempus est dare, quia omne tempus vel in præteritum, vel in præsens, vel futurum diuiditur. ff. de iniust. testa. l. cum in secundo, insti. de uerb. obli. l. conditiones, ff. si cer. pet. l. cum ad præsens, cum legibus sequentibus.

o ¶ Nequaquam haberi potest.] comprobatur hoc per iura. ff. com. præd. l. si seruitutis, §. futuro, sicut & persona quæ nondũ est, re aliqua uti non potest, ff. de iure

q ¶ Nisi in potẽtia.] talis potẽtia alias appellatur aptitudo, extr. de bapt. maiores, §. ceterũ. sicut de iustitia, in quãtum est humana creatura, dicitur, q est cõstãs & perpetua voluntas ĩ potẽtia uidelicet vel aptitudine, quia in actu frequenter est cõtrarium, ff. de ius. & iu. l. iustitia. Et de matrimonio q est coniunctio maris & feminę, induiduam vitæ consuetudinem retinens, l. aptitudine vel proposito, licet non actu. Instit. de iure persona. circa prin. 27. qu. 7. §. 1. & de possessione momentanea. C. de momenta poss. l. 1. q legitimam personã s l. momentaneæ.

Vniuersitas delinquere potest.

Matrimonij definitio, & explicatio.

r ¶ Nõ existit.] opus est facto, quod quidẽ sola uoluntas vel facultas nõ inducit, sed operatio facti, ff. de consti. pec. l. promissorum, §. constituto, qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut, §. si voluntate. de re iud. l. 4. §. ait prætor. de pig. act. l. non est mirum. extra de off. or. pastoralis, §. ulti. ut lit. non conte. quoniam, §. in alijs, cum ibi nota. de eo. qui mit. in poss. ca. 1. in fin. de hoc de re iud. cum aliquibus.

s ¶ In fieri.] id est, exercitio ipso facti.

t ¶ Potest dici.) quia actus aliquis antequam completus sit, esse completus dici non potest, sicut de illo qui est in via eundi ad sanctum Iacobum, dici non potest quod iuerit, donec intentionem suam compleuerit, arg. ad hoc. ff. de cõd. ob. cau. leg. si pecuniam, de uerb. oblig. l. si ita stipulatus essem. de fur. §. siue igitur, instit. de obl. quæ ex deli. nasc. §. manifestus, C. de posthu. hære. inst. l. penult. ad Syllania. l. penult.

u ¶ In fieri.] expone ut sup. proxi.

x ¶ De actu.] scilicet inchoato.

y ¶ In fieri.] scilicet completo.

z ¶ In rerum natura.] hoc referri ad præteritum & futurum potest.

a ¶ In memoria.) scilicet præteriti.

b ¶ Vel apprehensione.) scilicet futuri.

a Ha-

memoria, vel apprehensione tantum est, haberi [a] nequaquam potest. Quod autem in præsenti fit, momentaneum, [b] vel instantaneum [c] est: quod vtique magis intellectu quam sensu percipi potest: [d] vnde nec potest haberi pro tunc, [e] nisi pro momento illo seu instanti, in quo cum fit, [f] potest dici actum post actum completum, licet si ex facto ipso producta res aliqua fuerit, res ipsa aliqua facta haberi [g] valeat; factum tamen ipsum quod iam transit, nisi in memoria (prout supra dictum est) non habetur. [h] Præterea [i] si simplex vsus absque iure vtendi haberi possit ab aliquo, constat quod non iustus esset actus vtendi huiusmodi reputandus, [k] cum ille vsus fuerit, cui ius non competebat vtendi: talis autem vsus non iustus ad perfectionis statum nequaquam [l] pertinet, nec perfectioni aliquid [m] adijcit, sed sibi repugnare potius, ac detrahere [n] noscitur manifeste. Quod autem vsum non iustum conditor [o] canonis fratribus ipsis intellexerit reseruare, nequaquam debet aliquis sapiens æstimare: [p] immo quod de iusto [q] intellexerit, ex eo potest euidentius apparere, quod in eadem ordinatione curauit adijcere, quod illarum rerum dumtaxat in se & Ecclesiam Romanã recipiebat dominiũ, quarum vsum facti liceret [r] habere fratribus seu ordini antedictis: subiungens [s] nihilominus, quod non rerum [t] omnium vsum habere debeant fratres ipsi: quantum autem ad vsum facti simplicem absque omni iure vtendi attinet, nulla rerum quo ad fratres differentia est censenda; sic enim vti de facto [u] possunt prohibitis, vt permissis, [x] quare præmissa rerum, [y] distinctio [z] ad illum vsum facti potius [a] est referenda, pro-

a ¶ Haberi.] scilicet de præsenti.
b ¶ Momentaneum.] idem per momentum durans ar. C. si de momen. pos. fue. appellatum, l. 1. qui legi. personam, &c. l. momentaneæ.
c ¶ Instantaneum.] id est in instanti faciendum.
d ¶ Percipi potest.] simile. ff. de sol. ratũ. rem ratam haberi. l. quo enim. §. Iulian. ext. de donatio. Apostolicæ.
e ¶ Pro tunc.] scilicet præsenti.
f ¶ Cum fit, potest dici actum.] cum statim vel in momẽto esse desinat. argu. ad hoc. ff. de condi. ob. cau. l. qui se. 2. respon. de dona. inter virum, & vxor. l. 2. vltim. de iure dontium. l. licet si pecuniam.
g ¶ Haberi.] cum effectu intelligitur, ff. de verborum significatione, l. nomen. §. habere, immo alias tale habere in momento desinens, esset derisorium. argumen. ff. de iure do. l. cum post, §. gener. cum ibi not. & de leg. 1. legato generaliter.
h ¶ Non habetur.] illud enim quod iam factum est, cum in instanti non sit, de præsenti non habetur: quia se non potest habere ad esse vel non esse præsẽs, argument. ff. si cer. pet. cum ad præsens, de iniusto test. l. cum secundo, inst. de verborum obligatione, §. conditiones, & quod iam factum est, pro non facto haberi non potest, ff. de capti. & postli. reue. in bello, §. factæ, in corpore authẽ. de æquado. §. 1. coll. 7. 32. q. 5. si Paulus; nec ipsum factũ amplius esse potest. arg. C. de sacrosan. eccl. l. 1. argu. 63. dist. §. pariter, quare consueuit dici, quod de tempore non habemus nisi nunc. Et super hoc quod hic dicitur de tempore præterito, præsenti vel futuro, vide quod plene tractat Aug. lib. 11. confessionum.

Nunc, & nil aliud de tempore constat haberi.

i ¶ Præterea.] adhuc probare nititur, simplicem vsum facti sine aliquo iure non posse subsistere.
k ¶ Reputandus.] hoc probatur clare per ea quæ dixi in decret. cum inter nonnullos. in gl. sed unde.
l ¶ Nequaquam pertinet.] cum perfecti sit nulli nocere, quod faceret vsum non iustum habendo, omnib. autem velle prodesse. 14. q. 5. in c. denique.
m ¶ Aliquid adijcit.] cum ad perfectum spectat omnia contemnere. 15. q. 1. §. 1.
n ¶ Detrahere noscitur.] quia cum perfecti sit (vt dixi) nihil etiam iuste habere velle, sed omnia contemnere iniustum vsum habendo se in repugnãtiam deducit, ar. C. de mu. pa. l. 1. §. professor. lib. 10. ff. de vaca. mun. l. in honoribus, §. philosophis, de varijs, & extraor. cogni. l. 1. §. & an philosophis, 12. q. 2. c. gloria episcopi. in versi. Socrates.
o ¶ Conditor canonis.] scilicet Nicolaus.
p ¶ Aestimare.] cum enim ipse sit Christi vicarius. de transl. epi. c. quanto. de re iud. ad Apostolicæ. §. nos, libr. 6. & lex animata in terris, in corpore authen. de consue. circa fin. colla. 4. nihil iniustum in dubio permittere et uidetur, argumen. 21. dist. 1. c. nunc autem, 40. d. c. non nos. cum ipse met profiteatur se velle obtinere quod suæ uolunt leges. in corpore authent. de iud. §. omnis, coll. 6. nec vult a iuris tramite declinare, extra de proba. licet, §. 1. & argumen. de excep. cap. cum inter. & ne alias iniustitia, vel iniuria oriatur unde iura nasci debent, C. vnde ui. l. meminerint, extra de accu. ca. qualiter, & ne sua constitutio aliquid imperfectũ, uel iniustum continere dicatur, contra. l. si quis seruum, C. qui mili. non pos. li. 12. de his quibus, ut indig. l. cũ Syllanianum, cum & ipse sua rescripta contra ius elicita præcipiat ab omnibus refutari, C. de preci. impe. offer. l. rescripta, 25. quæstio. 2. cap. nec damnosa, & cap. seq. immo auferenda sũt de manibus portantis, & principi referenda. C. de paga. sacrifi. & re. eo. l. sicut. not. extra de fi. instr. pastoralis. Item si priuatus aliquid iniustum uel iniuriosum alteri in dubio permittere nõ videtur, ff. de his quæ in frau. cre. l. si pater, de cõd. ind. l. si procurator, §. Celsus, multominus princeps, in corpore authen. ut differentes iudices, §. si tamen contingit, coll. 9.

Princeps in terris est dictus lex animata.

q ¶ De iusto.] scilicet usu.
r ¶ Liceret.] id est licitum esset, per hoc excludẽs usum non iustum, arg. 14. q. 4. c. quid dicam, 23. q. 7. c. 1. ff. de cond. inst. filios.
s ¶ Subiungens.] dictum c. Exijt. §. præterea loca.
t ¶ Non rerum.] omnium, puta pecuniæ.
u ¶ De facto.] ex quo suppon. tur absque omni iure.
x ¶ Vt permissis.] in quibus censetur usus non iustus, ex quo est absque iure utendi, ut supra.
y ¶ Rerum.] quantum vsum licet uel non licet habere fratribus ipsis.
z ¶ Distinctio.) facta per Papam Nicolaum.
a ¶ Potius est referenda.) si quæras quare hoc? Respondeo, quia ad illum relata magis iuri communi conuenit;

nit: & p consequens rei agendæ vtilior est, quare ipsa potius est suscipienda, arg. ff. de iur. l. quoties idem sermo. & minus per hoc hēt iniquitatis, quare potius est eligenda. ar. e. ti. l. quoties nihil. nam verba sunt in dubio interp̄tanda, vt iuri cōi non obuient, ar. ext. de rescr. causam q̄, de consue. cum dilectus, & (q̄d plus est) verba ad extraneū sensum trahēda sūt, vbi res de qua agitur, aliter salua esse nō posset, C. de libe. præter. l. 4. & no. extra de verb. sign. c. intelligentia.

Verba q̄nq; ad extraneū sensum trahuntur.

t ¶ Ordinatio prædicta.] .s. Nicolai.
u ¶ Honori.] qui seruandus est, cum. n. ex p̄cepto Christi matri carnali sit honor exhibendus, & etiam ex iuris dispositione, ff. de obseq. a lib. l. 1. §. 1. & l. liberto, cū sim. multis: multo fortius matri sp̄uali, qualis est Ecclesia Romana, mater omnium fidelium, & magistra, 12 d. c. non decet. ext. de sum. tri. dānamus, ad fi. de fo. cōp. c. vl. 2. q. 6. c. ad Romanā. 2. & de tali honore dici consueuit, q̄ est quibuscunq; diuitiis p̄ferēdus, ff. si quis omi. cā test. l. Iulian. & arg. ff. de aur. & ar. le. l. vestes. §. muliebria.

Mater est honoranda.

x ¶ Nō leuiter.] qua si dicat, immo grauiter.
y ¶ Foro ecclesiastico.] .s. contra clericum, vel laicum pro iure ecclesiastico spāli, vel ei annexo, extra de iud. quanto, vel alias tēporali iurisdōni ecclesiæ subditum, de fo. compe. licet, cum similibus.

† Vid. Bart. li. 2. Minor. 8. d. dicētem constōnem Mart. ā prius correctā adde Bald. relatū p Pe. de Anch. in clemen. Exiui.

quo ipsis competit fratribus ius a vtendi: quarundam b enim rerum vsus fratribus ipsis prohibitus noscitur, & quarundam c permissus: ex quo d sequitur, quod vsus facti, de quo ordinatio e loquitur, f de tali g intelligi debeat, qui iustus sit, id est, h pro quo competat ius vtendi: & hoc conditor ipse i canonis exprimit euidenter, cum in eadem ordinatione adiecerit, quod moderatus k vsus in expressis l prius rebus ipsis fratribus est concessus. m Præterea n si in rebus consumptibilibus possit vsus constitui vel haberi, nequaquā simplex o nec a rei substantia, proprietate, seu dominio separatus vsus huiusmodi posset p dici: cum per talem vsum, id est vtendi actum, & in ipso actu, & cum ipso actu res consumatur huiusmodi, ac in ipsius rei exerceatur substantia, nec sine rei ipsius consumptione esse q valeat vsus talis: ex quo patet, quod vsus talis nec simplex nec separatus r a dominio pōt dici.

¶ Rursus s † nedum fratribus ipsis ordinatio t prædicta non profuit, sed etiam occasionaliter honori u sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non x leuiter detrahit, & detraxit. Nunquid non p̄fatæ Ecclesiæ derogatur honori, si ipsam oporteat nunc in foro ecclesiastico, y nunc in sęculari, z interdum quoque coram pedaneis a iudicib. & plerumque pro rebus paruis b & vilibus c continue d litigare? Hoc e autem notum f est fieri: cum occasione retentionis g dicti dominii omnes causę occurrentes agendo vel defendendo pro bonis huiusmodi nomine Romanę Ecclesiæ virtute

a ¶ Ius vtendi.] saltē personale.
b ¶ Quarūdam enim rerum.] vt pecuniæ.
c ¶ Quarundam.] vt duarum tunicarum breuium, & similiū vt in dicto. c. Exiit, §. licet autem.
d ¶ Ex quo.] s. quia quarūdam rerum vsus est prohibitus, & quarundam permissus.
e ¶ Ordinatio.] s. Nicolai.
f ¶ Loquitur.] .s. ipse Nicolaus p ordinationem: nam ipsa ordinatio cum de se sit inanimata, non loqtur, secundum enim modū loquendi scriptura loqui dicitur, id est Deus vel homo p scripturā, C. de sum. tri. epistola, inter claras circa prin. & ibi no.

Scriptura loqui dicitur.

g ¶ De tali.] scilicet vsu.
h ¶ Id est.] congrua est hæc expositio, cū sine iure vtendi omnis vsus iniustus censeatur: vt sup. & plene probaui, in cap. cum inter nonnullos, ad quod super hoc te remisi.
i ¶ Ipse.] scilicet Nicolaus.
k ¶ Moderatus vsus.] Per hoc denotare volens, vsum competere cum iure in rebus permissis: cum immoderatio a iure reprimi dicatur, vt in præd. decr. & de uer. sig. c. ult. & arg. C. unde ui. l. 1. ff. de test. l. 1.
l ¶ Expressius prius.) Dicto c. exiit §. in alio, & §. quia vero.
m Est concessus.) Ex hoc concluditur manifeste, vsum competere cum iure utendi, prouenienti ex concessione principis, tale ius inducentis arg. 8. dist. quo iure. ff. de iniu. l. iniuriarum. §. 1.
n Præterea.) Adhuc probat, in rebus consumptibilibus simplicem usum non cadere.
o Simplex.) s. ab omni iure.
p Posset dici.) Ratio est, quæ sequitur, &c.
q Esse ualeat.) Hoc sup. pluries probatum est, quare nō est iterandum.
r Nec separatus a dominio.) cum habens in talibus rebus usum, habere dicatur dominium, ut sup. pluries probaui.
s Rursus.) Septima pars.

z Sæculari.] cui cum rei sūt subditi, actor forum eorum sequi tenet, de fo. cōp. c. si clericus, 11. q. 1. experientię. C. de iur. om. iud. l. in criminali, cum similibus.

Actor forū rei seq. dēt.

a ¶ Pedaneis iudicibus.) quales sunt q̄ humiliora & viliora negotia disceptāt. C. de peda. iud. p totū, & maxime in l. vlt.

Iudices pedanei qui sūt.

b ¶ Paruis.] paruæ dici possūt respectu habito ad qualitatē potentis, argu. ff. de iud. l. sed & si susceperit. §. sed si proponas. extra de sim. & si quæstiones & plene dixi, in c. execrabilis.
c Vilibus.) Hic uidere potes, quod no. in cor. auth. de man. prin. §. si tibi, coll. 3.
d Continue litigare.) Quasi dicat, certe detrahitur: cum episcopus se litigiosum non debeat exhibere: cum ex hoc ordinari etiam prohibeatur 40. dist. §. 1. & c. 1. & seruum Dei litigare non deceat: quare dicitur, quod verecundia, non est uituperanda, sed laudanda. ff. de tribut. actio. l. illud. §. qui tamen. de aliena. iudicii. l. itē si rés. §. potest. In hoc autem potissime detrahitur, cum ecclesia litigando, partem cum alio faciens habeat ad præsentiam iudicis infimi venire. C. de episc. & cler. c. l. iubemus, & ipsa sit illa, ad quam undecunque omnis oppressus recursum habiturus est, ut ad matrem. 2. q. 9. cap. ad romanam, & c. omnis oppressus.

Eps nō fit litigiosus.
Verecundia est laudāda.

e Hoc autem.) .s. litigare: etiam coram pedaneis iudicibus.
f Notum.) Quod probatione non eget. 2. q. 1. de manifesta, extra de iureiurand. ad nostram. C. de accusat. ea quidem.
g Retentionis.) scilicet factæ per Nicolaum Papam.

cuiusdam priuilegii a felicis recordationis Martino Papa iiij. prædecessore nostro concessi, super hoc agitentur, [a] & (quod grauius est censendum) procuratores causarum huiusmodi multos vexare [b] dicuntur indebite, licet potestas attributa procuratoribus talibus per priuilegium antedictum quoad administrationem bonorum [c] præmissorum, dudum seruata non fuerit, nec [d] seruetur: quæ [e] omnia in notam [f] & iniuriam [g] sanctę Romanæ Ecclesiæ non est dubium redundare. Adhuc ordinatio antedicta [h] ecclesiarum prælatis, & rectoribus [i] grauis existere nimium, & molesta [k] monstratur. Numquid non graue præmissis [l] potest existere, quod ipsos oporteat se opponere [m] sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ ipsorum [n] caput [o] noscitur & magistra, [p] ac cum ea agendo vel defendendo litigare [q] assidue, vel cedere iuri [r] suo? hoc [s] tamen oportet illos [t] facere, cum in multis dicti fratres prędictis [u] existere dicantur iniurii, [x] sicut multorum prælatorum, & rectorum diuersarum prouinciarum adhuc in curia existentium habet insinuatio, [y] qui quidem fratres facta [z] sua per procuratores nituntur defendere [a] antedictos.

¶ Nos [b] itaque, qui veritatem tenemur colere, [c] velut ille, qui illius, [d] qui veritas [e] noscitur, [f] licet [g] immeriti, vicem teneamus [h] in terris, illa volentes in sancta Dei Ecclesia, quæ non verbo obtinent tantum, sed quæ re potius obseruari: [i] præmissis [k] in scrutinio rectæ considerationis adductis, [l] ac delibera-

a Agitentur.] id est agitari habeant coram certis iudicibus vel conseruatoribus deputatis.

b ¶ Vexare indeb.te.] quod per ecclesiam aliis prohibetur, de rescrip. nonnulli, & c. quia nonnulli, cum sim. ergo ab hoc debet Ecclesia abstinere, extra de nat. ex liber. uen. c. 1. ar. ff. de fide iuss. tutor. si seruitus vendicet, in l. altius, de cõd. inde. l. frater a fratre. 11. q. 1. Siluester 25. d. ca. vlt.

c ¶ Bonorum præmissorum.] quorum dominiũ fuit Ecclesiæ Romanæ per Nicolaum Papam retentum.

d ¶ Nec seruetur.] quare ex hoc dici posset aliqualiter abrogata, arg. 4. dis. §. leget, & arg. eo. q̃ not. in fin. corpore auth. de man. pri. §. patrocinio. collat. 3. de tabel. §. illud quoque, coll. 4. Vel dic ꝙ potestas licita p̱ priuilegiũ illud procuratoribus concessa per eos abutentes illo ñ fuit seruata: quare p̱ hoc priuilegiũ amittere debuerunt. 84. dis. c. vbi ista, 11. q. 4. priuilegiũ. extra de priuil. tuarum.

e ¶ Quæ omnia.] .s. litigare, & per priuilegiũ alios uexare indebite, vt s̄.

f ¶ Notatam.] i. diffamationem.

g ¶ Iniuriam.] q̃ p̃t dici insurgere hoc casu ex indebita, prætextu priuilegii facta de aliquo, vexatione. arg. ext. de fo. comp. c. nullus.

h ¶ Antedicta.] .s. p̃dicti dominii retentiua.

Copula coiũgit diuersa.

i ¶ Et rectoribus.] quocunque nomine censeatur, arg. 1. q. 3. saluator, & per istam copulatiuam. Et vr̃ hic innui, quod simplices ecclesiarum rectores non dicantur prælati: cum de sui natura copula coniũgat diuersa. ff. de le. 3. l. ea tamen adiectio. Sed de hoc dic, vt no. extra de iud. decernimus, de offi. ord. cap. cum ab ecclesiarum, & hoc verbum, prælatis, denotat, ecclesiæ prælatos maiores, arg. dicti c. decernimus.

k ¶ Et molesta.] quare ex hoc merito tollenda, arg. 4. d. c. erit autem lex.

l ¶ Præmissis.] s. prælatis, & rectoribus.

m ¶ Opponere.] .s. litigando.

n ¶ Ipsorum.] .s. prælatorum, & rectorum.

o ¶ Caput noscitur.] 12. d. c. non decet.

p ¶ Et magistra.] ext. de priuileg. antiqua.

q ¶ Litigare.] certe negari non põt, quin hoc eis sit graue: cum Ecclesia personam parentis repræsentans, sancta & honesta semper uideri debet prælatis & rectorib. arg. ff. de obse. a libe. l. libert.

r ¶ Cedere iuri suo.] quod esset contra l. illud. ff. de pe. hære.

s ¶ Hoc tamen.] .s. litigare, vel iuri suo cedere.

t ¶ Illos.] .s. prælatos, & rectores.

u ¶ Prædictis.] .s. prælatis & rectoribus.

x ¶ Iniurii.] id est iniuriosi seu contumeliosi, arg. ff. de iniu. l. item apud, §. conuicium, cum similibus.

y ¶ Insinuatio.] id est patefactio, & assertio. simile ext. d̃ app. ex insinuatione.

z ¶ Facta sua.] .s. cõuiciosa seu iniuriosa, vel aliis vexationem inducentia, vt supra.

a ¶ Defendere.] & male, quia per alium talia facere perinde est ac si facerẽt per se ipsos, arg. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deiecisse, de iniu. l. non solũ. §. mandato, & §. p̱cu lus. Et taliũ procuratorum hñtium a fratrib. plenã, & liberã potestatem facta ipsis fratribus nocent, ff. de trib. act. l. p̱curatoris. C. de excoct. & trans. mil. an. l. in excoct. li. 12.

b ¶ Nos itaq;] Octaua pars.

Veritas præfertur opinioni.

c Colere.] p̱ approbationem: veritati .n. manifestæ cedit opinio, 8. dis. c. veritates extra de purg. vulg. c. significãtib. ff. quãdo act. de pec. est annal. l. quæsitũ, alias est. §. vlt. l. 1. cũ simi. & hoc verum, nisi vbi inducitur p̃sumptio iuris. & de iure, vel fictio: quia illi debet præcise stari, not. de spon. is q. ff. quod metus cau. l. vlt. C. de prob. l. siue possidetis, 50. d. c. ferrum.

d ¶ Illius.] .s. Dei.

e ¶ Veritas.] subaudi esse.

Deus est via, veritas, & vita.

f ¶ Noscitur.] unde uere dr̃ uia, ueritas & uita: uia, in exemplo non errans: ueritas, in promisso non fallens: uita in præmio, s. æterno non moriens, de pœn. dist. 2. c. si enim inquit, uer. qui dicit, 11. q. 3. existimant, & c. imperatores, no. de hoc in corpore auth. de fi. instr. circa prin. coll. 6.

Natura humana prona est ad peccandum.

g ¶ Licet immeriti.] h. d. p̱p̱ humilitatem, uel p̱p̱ pronitatem humanæ naturæ ad peccandum, 11. q. 1. omnis ætas, in corpore auth. de mon. §. si quis igitur, circa fi. coll. 1. alias nullus euni sanctum dubitet, quem apex tãtæ dignitatis attollit 11. d. non nos.

h ¶ Teneamus in terris.] simile de transl. epis. c. quanto, ut eccl. benef. c. 1 de re iud. ad Apostolicæ, §. nos autem, lib. 6.

i Obseruari.] C. plus ualere quod agitur, per totum, & dixi s̄. eo. in uerbo, colere.

K Præmissis.) sup. in hac decr. recitatis.

l Adductis.) per hunc modum hominis actus ad finem prosperum deducitur, arg. C. de leg. humanum. de repu. l. dubium non est, 11. q. 3. summopere.

a ¶ Dili-

tione cum fratribus nostris & multis alijs præhabita diligenti,[a] dignum arbitrantes & congruum, professores dicti ordinis [b] non verbis [c] tantum, non simulatis [d] actibus, sed operibus [e] claris, veritate [f] suffultis perfectioris status, ac altioris paupertatis sibi prærogatiuam præ alijs Mendicantibus vendicare, ac nihilominus honori [g] sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, (cuius obnubilari [h] posset gloria, si tam peruersæ [i] simulationi, quæ profecto & ipsis simulantibus officit, [k] & alijs scandali [l] materiam subministrat, dissimulando illi occurrere consentiret) [m] ac insuper volentes indemnitati prælatorum & rectorum [n] salubriter super hoc prouidere, nolentes in posterum sub prætextu seu pallio [o] talis dominij temporalis verbalis, [p] nudi [q] ac ænigmatici, [r] tanta bona, quanta dicti Fratres faciunt infici, [s] ac fomentum [t] tantis malis, quanta [u] procedunt ex simulatione huiusmodi ministrare: [x] De fratrum [y] nostrorum consilio, hoc edicto in perpetuum valituro sancimus, quod in bonis, quæ in [z] posterum conferentur [a] vel offerentur, [b] aut aliàs quomodolibet [c] obuenire contingent Fratribus seu ordini supradictis (exceptis [d] ecclesijs, [e] oratorijs, [f] officinis [g] & habitationibus, ac vasis, libris & vestimentis diuinis officijs dedicatis

Simulatio & bona & mala.

Christi opera fuerūt patentia.

a ¶ Diligenti.] simile C. ne filius pro patre. auth. habita. quia quod a pluribus quæritur, facilius inuenitur, 20. dist. c. in quibus C. de inge. manu. l. si auiā. de fideicom. li. l. vlt. ff. de bo. pos. in bonorum, cum simi.

b ¶ Dicti ordinis.] s. fratrum Minorum.

c ¶ Non verbis tantum.] ad hoc facit 16. q. 1. si cupis. C. de episc. & cleri. l. decernimus.

d ¶ Simulatis actib.] simulatio hic ī mala parte sumitur: quare infra peruersa appellatur: alias in bona accipitur sup quo vide quod nota, de his quæ vi metusve cau. fiunt, c. 1. ad tales autē actus dominus respectum non habet: cor enim syncerum, non manum interrogat. 13. q. 5. c. si quid ī uenisti, & plus respicit cogitationes quā actus, 15. q. 6. c. si sacerdotib. ad finem.

e ¶ Operibus claris,] quasi dicat, patentibus, non occultis, ad instar operū Christi quæ patentia, nō clā destina fuerūt: iuxta per eū dicta, Ego palā locutus sum mundo, &c. & iuxta id: Qui male agit, odit lucē, & ar. ad hoc. ff. de admi. tut. l. nō existimo. de ritu nu. l. vl. C. de repu. l. vxor. cū similibus. Vel dic claris, idest non implicitis, sed explicitis: nō obfuscatis, sed dilucidis: claritas enim in agibilibus a iure approbatur. ff. de instito. act. l. sed & si. §. proscribere. in corpore aut. de test. imperfect. §. igitur. col. 8.

f ¶ Veritate suffultis.] quasi dicat non fictione vel simulatione, simulata enim pro infectis habenda sunt.

g ¶ Honori,] de tali honore scribitur, ꝙ præferendus est honor proprius alieno. ff. manda. l. Quintus Mutius de proc. l. quæ omnia. & arg. extra de vsu. pal. c. nisi. 12. q. 1. nolo.

h ¶ Obnubilari.] idest obfuscari, quasi tenebrosi fumi caligine. de hęret. c. nolentes, Cle. papa. v.

i ¶ Peruersæ simulationi.] hic potes dicere vt dixi sup. in uerbo, simulatis actibus.

Pelle sub agnina laritat mēs sæpe lupina.

K ¶ Officit.] vt pote in his sub agni specie lupum gerentibus arg. extra de hær. c. vt officium. §. 1. li. 6.

l ¶ Scandali materiam,] quæ vitanda est extra de presc. c. nihil. de no. ope. nunc. c. cum ex iniuncto, cum similibus.

m ¶ Consentiret,] iuxta id: error cui non resistitur, approbari videtur. Et consentire videtur erranti qui ad resecanda quæ corrigi debent, non occurrit 83. dist. c. error. & c. consentire, & arg. extra de hær. c. 2.

n ¶ Rectorum,] qui ob præmissa molestabantur & grauabantur. ut in parte præcedenti dicitur.

o ¶ Pallio.] id est uelamento, ar. C. de postulando. l. velamento.

p ¶ Verbalis) quasi dicat, non in effectu realis.

q ¶ Nudi.) id est ab omni emolumento denudati.

r ¶ Aenigmatici.) quasi dicat sine fructu subsistentis.

s ¶ Infici.) s. quantum in eis est ex suis actibus simulatis: alias enim vere loquendo ipsa bona de se infecta dici non possunt.

t ¶ Acfomentum.) id est nutrimentum.

u ¶ Quanta ꝓcedūt.) quæ colligi possunt sup. proxi. §.

x ¶ Ministrare.] quod potius tenemur vitare, arg. de of. ord. irrefragabili, de acc. qualiter cum simil.

y ¶ De fratrum.] quid operet hæc clausula, dixi in c. execrabilis.

z ¶ In posterum.] per hoc videtur quod in collatis ante hanc cōstitutionem nihil ꝑ eā quo ad dominij retētionem immutetur: nam & statuēdo super futuris præterita pristinæ dispositiō ni reliquisse videtur argu. in libr. feud. de feud. cogni. circa fin. ar. extra de præsump. nonne. de decimis, ad audiētiam. C. de cad. tol. l. 1. §. fin autē ad deficientis.

a ¶ Conferent.] titulo donationis vel legati, quod donationē sapit. ff. de leg. 2. l. legatum.

b ¶ Offeretur,] simplici oblatione, quia cō sueuit in Ecclesia potissime fieri.

c ¶ Quomodolibet.] puta per speciem aliquam, vel modum supremæ uolūtatis, uel inter viuos.

d ¶ Exceptis,) ponit exceptionem de multis rebus a statuto, quod inf. sequitur.

e ¶ Ecclesijs.) Ecclesia 1 in iure multipliciter sumitur. sup quo vide ꝙ no. p Be. extra ne p̄la. vices suas, c. 6.

1 De varijs significationibus Ecclesiæ uide Turrecrematam ī summa de ecclesia. li. 1. c. 2. Oratoria an liceat vnicuiq. habere.

f ¶ Oratorijs.) talia oratoria non sacra, tamen ad deuotionem unicuique fidelium licet habere de iure communi: sacra autem non sine consensu episcopi. de consec. dist. 1. unicuique, & c. nemo, 18. q. 2. c. quidā. in corpore authen. vt nullus fabricet orator. domos. § sancimus igit̄, col. 5. Sicut & quilibet priuatus potest domū certam deputare pro colligendis pauperibus, non tamen ꝙ per hoc dicatur locus religiosus, extra de reli. domi. c. ad hæc, ubi de hoc per Inn. Et hospitali futuro religioso certa dos assignanda est, sicut ecclesiæ. no. per Inno. extra de rest. spo. cum ad sedem.

g ¶ Officinis,] id est locis iuxta morem religionis sic appellatis: vt sacristia, refectorium, lauacrum pedum, & similia sic dicta, quia ad certos actus sunt deputata, ar. ff. de usuf. l. si caius, §. vlt. alias est sub l. æquissimum. & de aur. & arg. leg. l. pediculis, §. argento, & tribus, §. seq. cum similibus.

h ¶ Dedicatis,) hoc uerbum referri potest ad omnia præcedentia, vel proxima, s. vasa, libros & vestimenta: & relatum ad omnia denotat, ꝙ non tantum Ecclesiæ oratoria de quib. non est dubiū, sed & officina & habitationes sunt ꝓ diuinis officiis large dedicata, quasi sine illis cōmode diuinis opera dari nō possit, ar. 1. q. 1.

si quis obiecerit, & sic dedicatis, scilicet iam vel dedicandis in futurum.
a ¶ Ad ipsos.) scilicet fratres, uel ordinem.
b ¶ Ad quæ.) s. ecclesias & alia sup. proxi. expressa.
c ¶ Adeo.) id est, in tantum.

o Quomodolibet,) cum sic indefinite loquatur, intelligam qualitercunque, uel ex pactione, uel ex ultima uoluntate.
p Eidem.) scilicet Romanæ Ecclesiæ.
q Expressius,] id est expresse, uel expressius q̃ ante.

vel dedicandis, quę ad ipsos [a] obuenient in futurum, ad quæ [b] se non extendunt adeo [c] inconuenientia supradicta, [d] propter [e] quod constitutionem istam ad illa extendi nolumus) [f] nullum ius seu dominium aliquod occasione ordinationis [g] prædictæ seu cuiusuis alterius à quocunque prædecessorum nostrorum super hoc specialiter editæ, Romanę Ecclesiæ aequiratur, sed quo [h] ad hoc habeantur prorsus ordinationes huiusmodi pro non factis. Per [k] hoc autem in his quæ absque dictis ordinationibus [l] in bonis prædictis [m] ad dictam Ecclesiam [n] prouenire vel pertinere quomodolibet [o] poterant vel debebant, nullum eidem [p] parari præiudicium volumus, sed illa sibi expressius [q] intacta & inuiolata seruamus. Et quia præfatum Martini Papæ prædecessoris nostri priuilegium [r] dudum seruatum quo ad administrationem bonorum præmissorum non extitit, nec seruatur, [s] ac ipsorum procuratorum officium, qui nominantur a ministris, & custodibus dicti ordinis, Ecclesię Romanę iniuriosum ac multis aliis molestum noscitur, & etiam onerosum [t], districtius inhibemus, ne deinceps [x] pro recipiendis [y], petendis, [z] extorquendis [a], defendendis [b] seu administrandis [c] bonis, quæ in posterum Fratribus vel ordini prædictos offerri uel conferri, seu alias obuenire continget, quisquam [d] nominetur a quoquam, seu constituatur am:do nomine sanctę Romanę Ecclesiæ [e] procurator: Nec occasione cuiusuis [f] priuilegii quicunque administrationem quorumcunque bonorum, quæ obuenire fratribus ipsis vel ordini continget in posterum in iudicio, vel extra, agendo uel defendendo, supplicando, uel alias quomodolibet [g] assumere, vel exercere dictæ Ecclesiæ nomine audeat, nisi de sedis Apostolicæ licentia speciali: decernentes [h] irritum & inane si secus a quoquam in posterum contigerit attentari: Non obstantibus [i] quibuscunque priuilegiis a Martino Papa prædicto, vel aliis prædecessoribus nostris ipsis fratribus uel ordini sub quacunque forma

d ¶ Supradicta.) sup. proxi. §. in alijs præcedentib. §. ratio autem quare ad illa p̄dicta inconueniētia se adeo sicut ad alia non extendunt; est, quia cum talia sunt deputata ad usus cōmunes seruitij diuini, nullus in eis contendere pōt se singulariter habere vsum facti: nec pro illo in iudicio contendere, nec aliū vexare. arg. inst. de re. diui. §. vniuersitatis, C. quand. & quib. quarta pars. l. 2. lib. 10. 12. q. 2. ca. qui manumittitur.
e ¶ Propter quod.] scilicet quia ad illa sæpedicta inconuenientia non extendunt.
f ¶ Nolumus.] Not. principis constitutionem editam ex certa ratione seu causa, nō esse extēdendam ad illa, in quibus cessat illa ratio siue causa: cum defectus causæ cōstitutionem cessare faciat. ff. de iure patro. leg. adigere, §. q̃uis, 63. di. §. his omnibus. Et rōnis dissimilitudo dissimilia iura induci facit. ff. de succes. edic. l. 1. §. largius, C. de codi. l. vlt. de transac. interpositas, qui potiores in pig. habeantur, l. assiduis, in fine.

Iura dissimilia rōnis dissimilitudo inducit.

g ¶ Ordinationis pręd ictæ.] scilicet factæ per Nicolaum, dicto cap. Exijt.
h ¶ Quo ad hoc.] s. acquisitionem iuris vel dominij.
i ¶ Ordinationes,] s. Nicolai, & aliorum prædecessorum.
k ¶ Per hoc autem.] modificat vel declarat pręmissa. Et expone, per hoc, scilicet quod in talibus prohibemus ius aliquod vel dominium Romanæ Ecclesiæ acquiri.
l Ordinationibus,) retinentibus Romanæ ecclesiæ dominium vsu facti fratribus reseruato in rebus talibus.
m Prædictis,) scilicet ordini vel fratribus Minoribus obuenientibus.
n Ecclesiam,) scilicet Romanam.

r Priuilegium,) de quo fit mētio in parte præcedenti.
s ¶ Nec seruatur.] hic dic vt super hoc dixi in parte præcedēti.
t ¶ Onerosum,] & super hoc dic vt in parte præcedenti dixi.
u ¶ Inhibemus.] talis districta inhibitio in contemptorem, vt pote peccantem, pœnam inducit, 4. di. §. vlt. & alias sæpe dixi.
x ¶ Deinceps,] ad p̄terita ergo non refertur quod sequitur.
y ¶ Recipiendis.] a spōte soluere vel tradere ea volentibus extra iudicium, vt differat a sequentibus.
z ¶ Petendis.] in iudicio ex parte actoris.
a ¶ Extorquendis,] ab inuito. ff. de leg. 3. l. fideicommissa, §. si rem.
b ¶ Defendendis.] ex parte.
c ¶ Administrandis.] extra iudicium.
d ¶ Quisquam.] laicus, clericus, religiosus, ob verbum istud indefinitum, ar. ff. de hære. insti. l. hoc articulo, cum simul.
e ¶ Romanæ Ecclesiæ.] alterius ergo ecclesiæ non prohibetur nominari uel cōstitui procurator, ar. ff. de iudi. cū prætor. extra de pręsumptio. c. nonne.
f ¶ Cuiusuis priuilegij.] s. dudum concessi.
g ¶ Quomodolibet,] puta litteras vel iudices impetrando.
h ¶ Decernentes.] tale decretum ligat manus cuiuscunque etiā ignorantis, de præb. postquam c. dudum, lib. 6. cum simi.
i ¶ Non obstantibus.] Nota successores reuocare maxime ex causa priuilegij per suos antecessores concessa: quia non habet imperium par in parem, ff. ad Trebel. l. ille a quo, §. tempestiuum. Extra de elect. innotuit. simile huic de exces. prælat. cum ex eo. li. 6. de pœnis cupientes in fi. de pœnis, abusionibus, de senten. excom. frequentibus. in fin. Clem. 5.

a Res

vel expressione verborum concessis. Per hoc[a] autem dicti ordinis regulę in aliquo non intendimus derogare nec priuilegijs fratribus ipsis seu eorum ordini ab Apostolica sede concessis (nisi dumtaxat quo ad pręmissa[b] & ista[c] tangentia) præiudicium aliquod generare. Nulli ergo hominum liceat hãc paginam nostræ sanctionis, inhibitionis, constitutionis & intentionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare psumpserit, &c. Datũ Auin. vi. Idus Decẽb. Pontificatus nostri anno septimo.

¶ *Opinio quæ asserit Christum & eius discipulos nihil habuisse, & in his quæ habuerunt nullum ius eis fuisse erronea est, & hæretica. Hæc extrauagans est valde notabilis, & glossas habet profundas quæ sunt ex sacræ scripturæ fontibus haustæ. Si diligenter extrauagantem præcedentem, & sequentem inspexeris, locum huic aptum fuisse assignatum mea opinione dixeris,*

CAP. IIII.

CVm † inter nonnullos[d] viros scholasticos[e] sæpe contingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter[f] affirmare redemptorem[g] nostrum ac Dominum Iesum Christum,[h] eiusque Apostolos[i] in[k] speciali non habuis-

a ¶ Per hoc autem.] Nona pars protestatur de conseruandis priuilegiis aliis.

b ¶ Præmissa.] quæ colligi possunt ex parte pcedenti.

x Not. gl. & vide de materia. Anch. in reg. accessorium. libr. quem Pan. in ca. de immun. eccl. uocat excellentissimũ doc. Font.

c ¶ Et ista tangentia x] p hoc videtur priuilegium reuocatum quo ad certa principalia, reuocatum censeatur quo ad alia depẽdẽtia ex eisdem. arg. ff. d fun. inst. l. fundi instrumento, §. fina. cum ibi no. Zenzelinus.

CVm ĩter nonnullos.) Hanc decr. diuide ĩ duas partes. In prima enim pertinax assertio, qđ Christus & eius Apostoli in speciali vel cõmuni aliquid nõ habuerunt, erronea & hęretica declaratur. In secunda parte ptinax affirmatio, qđ Christus & Apostoli ĩ his quæ tenuerũt ius nõ habuerũt, erronea indicatur: ibi, Rursus, &c.

Affirmatiuã geminata negatio ponit.

d ¶ Nonnullos.] Hę duæ negatiões simul iũctę æq pollẽt affirmatiuę. ff de ver. sig. l. duob. vt & alias. ff. de coll. bo. l. nonnũquam. de fun. inst. l. quęsitum, de adop. l. nonnunquam, extra de rescr. nonnulli, & c. qa, de sen. excom. solet, li. 6. expone igitur, nonnullos, i. aliquos, quandoque tñ contingit, quod duæ negationes non affirmant, sed una habetur pro superflua: & ideo alia negatio remanet in suo effectu, ubi mens eius quod agitur, alias salua esse non posset, ff. de verb. ob. l. 1. §. si quis, de acquir. pos. l. qui pignoris, de damn. infect. l. fluminum, §. 1. in corpore. authen. de hæred. & fal. inordinatum. collat. 1. de his qui ingred. ad appel. §. si vero, collat. 5. C. de ser. fugi. l. 1. cum similibus.

e ¶ Scholasticos.] a schola dictos, arg. C. de offi. magi. offi. scholarium, de priuil. schola. l. 2. & 3. lib. 10. de ipsis etiã signanter dicit, quia amore scientiæ consequendæ dubitare de multis consueuerunt per modum disputationis per quam veritas elucescit frequenter, ff. de mun. & hono. l. munerum, §. misto, & in extrauag. quia nonnumquam, §. nos autem. Idem tamen dicas, si inter alios contingeret id quod sequitur, in dubium reuocari: cum in omnibus sit eadem ratio, & ad hoc adde quod dixi dicto c. quia nonnumquam, §. nos autem, in verb. scholasticæ.

Veritas per disputationẽ elucescit.

f ¶ Pertinaciter.] istud verbum in malum sonat; sicut alibi de sum. trin. & fid. catho. §. porro. de usu. c. ex graui, §. sane, cle. 5. C. de condu. & procu. prædi. fisc. & domus Aug. l. conductores, lib. 11. Gratia cuius hic quæro quis dicatur pertinaciter aliquid affirmare, asserere, defendere, uel tenere; qa de his uerbis fit hic mentio; & in dictis iurib. Ad hoc breuiter põt dici, quod qui correctionem paratus est suscipere pro tali assertione, ut hæreticus nullatenus est habendus, 24. q. 1. cap. hæc est fides, & ca. schisma, & q. vlt. cap. dixit Apostolus, & ibi no. alias autẽ pertinax ut uidetur, poterit reputari qui contra prohibitionem superioris, quasi ex contemptu scienter vel studiose affirmat talia uel defendit, vt colligitur 1. q. 3. excellentissimus, extra de pœnis, cap. grauem, de cle. excom. minist. c. 2. & c. si celebrat, in fi. cum ibi. no. uel qui animositate uel ausu incorrigibili ipsa defendit uel asserit, dicto cap. dixit Apostolus. uel qui falsas opiniones gignit aut sequitur, cũ & talis hęreticus censeatur, 24. q. vlt. hęreticus, ut ille qui aĩo superbiẽti dispositionem sedis Apostolicę articulos fidei non infringentis seruare, & ei obedire cõtemnit, cum peccatũ ariolandi sit non obedire, & scelus idololatrię nõ acquiescere vitiũ paganitatis cõtemnere obedire, 81. dist. si qui sunt, 8. q. 1. sciendum & per hoc mori spiritualiter quis pręcipitur, extra qui fil. sint leg. c. per venerabilẽ, §. pen. & argu. ff. de re mil. l. 3. §. in bello, vel ille qui animo detrahẽti uel irreuerenti temerarie talia defendit uel affirmat, extra de maledi. ca. 1. cum ibi no. & arg. C. si quis impera. male. l. 1. ff. de re mil. omne delictum, §. qui manus. & l. milites, §. irreuerens, uel ille qui statutum summi Põtificis iustum uenerabiliter non recipit, sed de ipso etiam ad unum iota disputare contendit, 24. q. vlt. cap. hæc est fides, 15. dist. c. sancta Romana. uer. item opuscula beati Leonis, cum per hoc anathema fieri iubeatur, ut ibi; quod quasi separationem a Deo significans, 24. qõ. vlti. c. certum est, in pertinacem profertur, dicto cap. si celebrat. Vel ille pertinax potest dici sicut & obstinax, qui monita superioris despicit, extra de re iudi. ca. ad Apostolicæ, §. sed licet, & arg. ff. de pœn. l. legati, uel ille qui id quod per sedem Apostolicam approbatum est, non admittit, uel ab ipsa reprobatum non repellit, 19. dist. Romanorum, 63. dist. c. miratus & dicto c. hæc est fides, & argu. extra de re iudi. in causis, C. de cri. sacri. l. 2. de domesti. & protect. l. 1. lib. 12. uel ille qui suæ innitens prudentiæ, contra dictum sapientis & contra decretalem extrauagantem, sancta Romana, ver. nonnulli, etiã sapientioribus doctoribus non credens, ad semetipsum & sensum proprium recurrit, non ad sacræ scripturæ verum intellectum, quia ex hoc magister erroris dicitur, 24. quæst. vlt. cap. quid autem iniquius, 16. quęst. 1. c. si clericatus. 27. dist. relatum. & argum. ff. de iurepat. l. diui fratres, & argu. in prooemio Digestorum, §. hoc autem.

Pertinax qs dicitur esse.

† Vide B. Antonium p. 4. tit. 12. c. 4. §. 23. & Turrecre. in summa de Ecclesia. lib. 2. ca. 112. ad 10. argumentum.

g ¶ Redemptorem nostrum.] simile extra de reliq. & vene. sanct. c. gloriosus, lib. 6.

h ¶ Iesum Christum.] hoc nomen est sup. omne nomen, in quo omne genu flectatur, & flectendum est, secundum Apostolum ad Philip. cap. 2. & probatur extra de immun. decet domum. lib. 6.

i ¶ Apostolos.] numero duodeno contentos, extra de reliq. & venera. sanct. gloriosus. lib. 6.

K ¶ In speciali.] & in singulari, ut quilibet possit dice-

 re,

re, hoc meũ, hoc tuũ, aut hoc alterius, sic eñ in spāli quid haberi dr̃, 8. dist. quo iure 12. q. 1. dilectissimi. Insti. de rer. diui. §. singulorũ, ff. eo. tit. l. 1. §. hoc autem.

a ¶ Non habuisse.) ẽt quo ad proprietatem intellige.

b ¶ In communi 1.] quasi ad ipsos, vt ad vniuersos, nõ vt ad singulos spectãtia, ff. de rer. diui. l. 1. in, §. vniuersitatis, de in ius uoc. l. sed si hac le. §. q manumittit. alias est sub l. patronũ, 12. q. 2. eps, §. q manumittit 12. q. 1. c. res Ecclesiæ, & c. expedit, ut per hoc videatur notari differentia inter commune & proprium & singulare, quã si per hoc innui uideatur, & cõmune non sit propriũ, & hoc verum de illo q commune est plurib. ut vniuersis, ut in dictis iuribus, sed commune plurib. ut singulis, singulorum dici potest, argum. ff. de pecu. l. dominus seruum, §. dominus, de ritu nup. l. illud de serui. rusti. prædio, l. per fundum, de condi. insti. l. 2. cum similibus, licet forte non proprie, arg. ff. de ver. sig. l. pupillus, §. vlt. de auro & argen. leg. l. Quintus, §. argento, & l. scribit.

a Ad hanc gl. uide Iaso. in l. serui electione. §. Labeo, ff. de lega. 1.

se a aliqua, nec in communi b etiam hæreticũ c sit censendum, diuersa & aduersa etiam sentientibus d circa illud: Nos huic concertationi e finem imponere cupientes, f assertionem huiusmodi pertinacem, g cum scripturæ h sacræ q̃ in plerisq; locis ipsos i nonnulla k habuisse l asserit, m

c ¶ Hæreticum.] quasi intelligatur scriptura aliter quã Spiritus Sanctus flagitat, a quo scripta est, 24. q. ult. ca. hæresis.

d ¶ Sentientibus.) quia quot capita, tot sententiæ, de consec. dist. 4. sicut in sacramentis, ff. de arbit. l. item si vnus, §. principaliter, & variæ sunt hominum voluntates, ff. ad Treb. quia poterat, & diuersitatem corporum, & c. ff. de li. vniuersitatis, l. 1. extra de concess. præben. quia diuersitatem.

e ¶ Concertationi.] simile de appel. c. concertationi. lib. 6. & in c. antiquæ concertationi, dñi Papæ Ioa. 21.

f ¶ Cupientes.) tanquam illi ad quem non ad alium spectat super dubijs fidei electionem uel confessionem facere, 24. q. 1. quotiens, & c. hæc est fides, & c. quoniam vetus, & arg. extra. qui fil. sint legi. c. per venerabilem, §. rationibus, C. de sum. tri. l. 1.

g ¶ Pertinacem.) sume verbum quod est in f. deinceps erroneam, &c. vsque ad. §. rursus.

h ¶ Scripturæ sacræ.) de qua dubitari uel disceptari nõ potest, an verum rectum existat quicquid in ea scriptũ constiterit, 9. dist. c. quis nesciat, licet de ipsa possit ad maiorem intelligentiam disputari, 96. dist. c. satis euidenter, no. dicto. c. quis nesciat.

i ¶ Ipsos.] s. Christum & Apostolos.

K ¶ Nõnulla.] expone, affirmando, id est aliqua, ut dixi sup. in gl. hæ duæ.

l ¶ Habuisse.] nõ ad simplicem vsum facti tm̃, prout aliqua asserunt, sed etiam, quo ad ius & proprietatem, vt dicitur in gl. seq.

m ¶ Asserit a] scripturæ sacræ assertio ista reperitur in Euangelio Matthæi 2. c. ubi Magi obtulerunt Christo aurũ, thus, & myrrham, p q denotatur oblatorum dominium fuisse quæsitum, cum rei oblatæ dominium queratur Ecclesiæ cui offertur, ergo & Christo, qui est ipsa Ecclesia, arg. de cõse. dist. 1. c. omnis Christianus, 16 iõ statuimus, iũcta ad hoc, l. ult. C. de sacrosan. eccl. vbi rei legatæ uel donatæ Ecclesiæ dominium transfertur, ubi interuenit traditio, sicut in oblatione facta Christo cõtingit. Nõ obstat his. ff. de pollicita. l. si quis rem, ubi simplex uotum dñium non transfert, licet persona vouẽtis obligetur, qa ibi consensus solũ unius, s. vouentis ab initio interuenit, ut ibi no. secus autem in oblatione quæ de sui natura supponit consensum, & offerentis, & oblationem recipientis, argum. 2. q. 2. duo sunt gña, circa fi. Item reperitur Matth. 8. c. Petrũ Apostolum domum habuisse. Item Matth. 14. & 16. c. Apostolos panes habuisse. Item Matt. 17. legitur Christum habuisse vestimenta dealbata, & Petro p̃cepisse,

a Vide Zabar. in Cle. exiui. §. proinde de uer. sign.

vt didrachma uel staterẽ pro Christo daret recipiẽtib. tributum. Ad idem. 23. vlt. tributum, per quod probat Christum didrachmatis dñium habuisse, cũ enim præceperit illud dare tributum recipientibus: ergo voluit quod dominium eius illorum fieret, & eis dominium q̃reret: quia dare est accipientis facere, ff. de verb. ob. l. ubi autem nõ apparet, §. vltim. de cõtrahen. empt. & ven. l. si ita, §. 1. Insti. d̃ act. §. sic itaque, ff. de reg. iur. l. non videtur data, supponit̃ ergo necessario illud dominium fuisse penes Christum, alias illud transferri non potuisset, ff. de acqui. rer. dom. l. traditio, extra de dõ. inter uir. & vxo. c. nuper. 1. q. 7. c. Daibertum ff. de reg. iur. l. nemo plus iuris, & l. nemo plus commodi. Item Matth. 27. Christum habuisse uestimenta, & illa sorte fuisse diuisã. In Euangelio Math. legitur. 9. ca. q Matthæus domum habebat, in qua cũ Christo multi discumbebat, cum quibus Christus, & sui discipuli comedebãt & bibebãt. Item in Euangelico Lucę, 9. c. scribitur Dominum dixisse Apostolis, ut darẽt pauperibus manducare, ex quo supponitur q ipsi habeant vnde darẽt, & hoc manifestius ibi declaratur ex ipsorũ Apostolorum responsione cum dixerunt, habentes quinque panes & duos pisces eũtes emamus denariis ducentis panes, & dabimus eis mãducare: ex quo euidenter datur intelligi ipsos Apostolos denarios habuisse, ẽt quo ad propritatem vel dñium; si enim ipsi se empturos offerebãt panes cũ denariis: ergo illos pro pretio panum dare volebant, quorum dñium tenebantur in venditores trãsferre. Licet. n. venditor dominium rei venditæ transferre in emptorem nõ teneatur, ff. de contrahen. emp. l. si ita §. 1. emptor tamen dominiũ pretii pæcuniarii trãsferre in uenditorem tenet̃, ff. de act. emp. & uen. l. ex empto. quare cõcluditur q illius Apostoli dñium habuerãt, alias ipsum minime tranferre possent, Legitur etiã Mar. 8. c. ipsos septem panes, & paucos pisces habuisse. Item legitur Matt. 17. Christum vestimenta dealbata habuisse, & 27. c. ipsum uestimenta habuisse. Scribitur etiã Lucæ. 9. c. Christũ dixisse Apostolis, date pauperib. mãducare, & illi dixerunt, Non sunt nobis plus quam quinq; panes, & duo pisces, nisi forte nos emamus in omnem hãc turbam escam, ex quo cõcluditur, ut sup. dixi. In Euangelio etiam Ioãnis legitur. 12. & 13. c. loculos habebat Iudas, & ea quæ mittebãtur, portabat. Itẽ primæ ad Corinthios. 16. legitur: Vnusquisque aũt nostrum apud se reponat, recondens ex collectis quod ei bene placuerit. in quib. denotatur Apostolos aliqua habuisse. Item. Actuũ 4. d. dr̃ qđ erant illis omnia cõmunia. Item Actuũ. 20. legitur Paulũ dixisse: argẽtum, aurum, aut uestem nullius occupaui: ipsi scitis, quoniam ad ea q̃ mihi opus erant, & his q mecum sunt, ministrarunt manus istæ. Ex quibus euidenter elicitur Apostolos in speciali uel in cõmuni aliqua habuisse. Adhuc euidenter sic dicendum fore concluditur p auctoritatem Augustini dicentis a Habebat Dñs loculos, a fidelib. oblata conseruans & suorum necessitatib. & alijs indigentibus tribuebat: tunc primũ Ecclesiæ pecuniæ forma est instituta ut intelligeremus qđ p̃cepit nõ esse cogitãdum de crastino nõ ad hoc fuisse p̃ceptum, ut nihil pecuniæ seruaretur a sanctis: sed ut Deo per ista non seruiatur, & p inopiæ timorem iustitia deseratur, sic legitur. 12. q. 1. c. habebat Dñs. Cuius quidem auctoritates & aliarum sup inductarum mens, & uerba nullo modo referri potest ad simplicem vsum facti separatum, & segregatũ ab omni proprietate uel dñio, & ab oĩ iure utendi, prout aliqui suo sensu ducti suæ innitentes prudentiæ, uel potius temeritati erroneæ, satagunt affirmare, vt colligitur ex.

a Vide Zab. Cle. Exiui. §. proinde ver. ad illud. Eo.

ex rationibus inconuincibilibus in decret. Ad conditorem, insertis, & ibi latius dixi, & hoc luce clarius denotatur in auctoritate Augustini prædicta, cum dicit, habebat Dominus intelligam habebat. s. cum effectu: hoc enim denotat verbum habere, de sua propria significatione. ff. de verb. sig. l. nomen filiarum. §. habere. sicut & verbum, prouenire, verbum, capere, vt e. tit. l. aliud est capere, & si aliter uerbū, habere, in iure sumi reperiatur, hoc est de impropria sui significatione, vt colligitr. ff. de ver. sig. stipulatio ista, in prin. & §. habere. sic de uerbo, capere, dici consueuit. ff. de re iud. l. non vr̄ quisquam, & de uerbo, prouenire, vt no. dicta l. aliud In dubio autem ad propriam verbi significationem non autem ad impropriam vel abusiuam sanus referendus est intellectus, ff. de leg. 3. l. nō aliter, §. 1. de uer. sig. l. nepos Proculo. quod non fieret, si habere, ad simplicem vsum facti referretur, vt in decret. Ad conditorem, colligitur, & ibi notaui. Et cum dicit, loculos, debet uel potest exponi id est bursas plenas, sic exponitur istud verbum. ff. de pecu. lega. dn̄s Sticho. §. testamento, vel exponitur loculos. i. bona, vel diuitias, ita sumitur extra de depo. cap. 1. Oblata, hoc verbum in auctoritate positum denotat rerum oblatarum dominium in Christum fuisse translatum ut supra probaui. Conseruans, istud uerbum ibidē subiunctum expresse confundere videtur opinionē asserentium Christum, & Apostolos habuisse aliqua tātum quo ad simplicem usum facti. conseruatio enim de se supponit conseruari existentiam absque usu consumptibili facti, vt colligitur. ff. de mi. l. si fine. §. quæsitum. C. de admin. tut. l. ex quæ. §. ult. & C. quan. decr. opus non est l. ult. extra de elect. quia sæpe, de off. ord. c. præsenti. lib. 6. 12. quæst. 2. hæc huius placiti, cum similibus. Ipsa igitur conseruatione durante, nullatenus potest dici Christum oblata habuisse absque aliquo iure utendi dominio uel proprietate. Nam & dato quod illa habuerit vt suo tpe indigentib. largiretur: interim tamen absque omni usu consumptibili ut propria habebat, alias seqretur quod suum hr̄e, chimerinum, id est in rerum natura non existens, diceretur & iniustū: quod dicere nefas est, ut infra in §. rursus, & ibi dicā. Sequeretur ēt quod illa pauperib. erogasset de non suo, & sic per consequēs de alieno eleemosynam largiretur, quod tamen ipsiusmet Dei prohibitio, & iuris cōis dispositio minime patiuntur 14. q. 5. c. eleemosyna cū multis, c. seq. & præ. 1. §. 1. c. non est putanda. extra de deci. ex transmissa. Species. n. iniusti lucri est ex alieno largiri, & beneficio sibi acquirere debitorē: unde ex his furti tenetur, qui iō rem amouet, vt eā alii donet. ff. de fur. l. si pignore. §. 1. Istum sensum adhuc denotant uerba auctoritatis p̄missæ Augustini, cum in ea dr̄, non fuisse præceptum ne pecunia seruaretur a sanctis. Per quod patet ex iam dictis, sanctos Dei absq; usu simplici facti posse pecuniam habere, recta tamen intentione, ut eadem auctoritate subiungitur, & ī latius dicetur.

contradicat [a] expresse, ipsamque scripturā sacram, per quā vtiq; fidei orthodoxæ [b] probantur [c] articuli, quo [d] ad premissa fermētum [e] aperte supponat continere mēdacii, [f] ac per [g] consequens quantum [h] in ea est, eius [i] in totum [k] fidē [l] euacuans, [m] fidem catholicam [n] reddat, [o] eius [p] probationem [q] adimēs dubiā, [r] & incertā, deinceps, [s] erroneam fore censendam

a ¶ Contradicat expresse.] cū scriptura sacra asserat eos aliqua habuisse: illi autem asserant eos non habuisse, & certum est, quod hr̄e & non habere, tamquam affirmatio & negotio sibi expresse contradicunt, in corpore auth. de mand. prin. § sed neq.; col. 3. ff de inst. actio. l. sed etiam si pupillus. §. si institoria, extra de iureiu. & si Christus, & ad positionem unius sequitur remotio alterius. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. l. 1. Inst. eo. ti. in prin. de tut. 1. rn̄. de pœ. d. 2. c. si. n. inquit. 30. q. 1. cum renunciatur, cum simil.

b ¶ Orthodoxæ.] i. catholicæ, simile. C. de hære. l. qui cunque & l. cognouimus, cum multis similibus.

c ¶ Probantur articuli.] vt in symbolo: Credo in vnum Deū: ibi: Et resurrexit tertia die secundum scripturas 15. d. c. canones, 27. q. cum multis cap. seq.

d ¶ Quo ad præmissa.] scilicet quod Christus, & Apostoli habuerunt aliqua in speciali, vel communi.

e ¶ Fermentum.] in malum vel in vitiū sonat hoc verbum, iuxta illud Apostoli: In fermento veteri. &c. & iuxta illud: Modicū fermenti totam massam corrūpit. 9. dis. c. si ad scripturas. 3. q. 9. c. pura.

f ¶ Mendacii.] quod dicere nefas est. 23. q. 5. quid ergo 9. d. c. quis nesciat.

g ¶ Per consequens.] sed vnde sequitur istud cōsequēs. Dicas ꝙ cum scriptura sacra asserat Christū, & Apostolos aliqua habuisse: assertio contrariū astruens, ex se dicit scripturam sacram mentiri: & sic per mendacium ꝙ illa impingit, fidem eius tollit, arg. extra de uerb. signi. forus. §. ult. & sic fidei (si negaretur) probationē reddit dubiam, cum fides nisi per scripturam sacram reprobari penes homines non possit arg. de pœn. d. 4. c. in domo. & de consec. d. 4. c. ne iusti.

h ¶ Quantum in ea est.] s. assertione: & proprie dicit, quantum in ea est; nam uere scripturæ sacræ testimonia euacuari non possunt 9. d. c. palam. & c. præceptis. 1 Vide oīno Turrec. in sūma de Ecclesia l. 4. par. 2. cap. 9.

i ¶ Eius.] s. scripturæ sacræ.

k ¶ In totum.] h. d. quia per mendacium quod in scriptura reperitur eius fides euacuati dr̄. 16 d. c. canones. 9. d. c. si ad scripturas, & arg. 3. q. 9. c. pura de consecr. d. 3. c. non liceat. C. de vet. iur. enucl. l. 2. §. eandem. ff. quemad. test. ape. l. 2. § fi. Super quo uide quod no. p Inn. ext. de hær. fraternitatis, & de offi. del. cum in iure & p Accur. C. de transf. l. si ex falsis, & per Host. ext. de fide instr. ex litteris.

l ¶ Fidem.] id est, auctoritatem, vel probationem: multis. n. modis sumitur fides, ut no. ext. de summa trin. in rubrica.

m ¶ Euacuans.] id est, tollens, uel summouens.

n ¶ Fidem catholicam.] quæ dicitur articulorum collectio. 24. q. 1. cap. hæc est fides. & in symbolo Athanasii. Quicunque uult. sic no. ext. de sum. trin. in rubr.

o ¶ Reddat.] sume uerba illa, dubiam incertam, quę sunt infra.

p ¶ Eius.] s. fidei catholicæ. Fides est firmiter credēda.

q ¶ Probationem adimens.) ex hoc collige istud effici dubium & incertum, cuius probatio adimitur. ad hoc facit. ff. de colla. bono. l. 1. §. sed cum possint. de Carbo. edi. l. 3. §. duæ autem. C. de prob. l. si de possessione de lati. lib. tol. l. 1. §. illa autem nouissimis. ff. quod met. causa. l. isti quidem. §. 1.

r ¶ Dubiam.] quæ simpliciter confitenda, firmiter uero credēda est extra de sum. tri. firmiter 24. d. c. qū ēps. & in symbolo Athanasii. Quicunq; uult. unde in illa dubitans, infidelis censetur. extra de hær. ca. dubius quare in illa nullus titubare debet. 24. q. 1. c. ante.

s ¶ Deinceps.) istud uerbū denotare vr̄ quod ante hanc decr. talis assertio non esset censenda erronea uel hæretica. arg. ad hoc de sum. trin. c. fidei. §. porro. ubi simile uerbum etiam in simili materia ponitur: sicut & uerbum, de cetero, refertur ad futurū, non ad præteritum ut in proœmio. 6. lib. & in proœmio constitutionum Clementinarum, & extra de spons. duorum cap. tuas. de hær. cum Christus. cū & regulariter constitutio nouiter edita futura, nō præterita cōplectatur, nisi aliud caueat in c. extra de const. c quoniā. C. de leg. l. leges & constitutiones 31 dist. c. ante trienniū. In contrariū facit uerbū, declaramus, ꝙ statim sequitur: quod vr̄ iuris anti- Constō nouiter edita respicit futura.

& hæreticam [a] de fratrū [b] nostrorū cōsilio hoc perpetuo declaramus [c] edicto. [d]

¶ Rursus [e] in posterū [f] pertinaciter [g] affirmare, quod redemptori nostro prædicto [h] eiusque Apostolis iis [i] quæ ipsos [k] habuisse scriptura sacra testatur, [l] nequaquam ius ipsis [m] vtendi competierit, [n] nec illa vendendi seu donandi ius [o] habuerint, aut ex ipsis alia acquirēdi, quæ tamen [p] ipsos de præmissis [q] fecisse scriptura sacra testatur, [r] seu ipsos [s] potuisse [t] facere supponit [u] expresse: [x] cum talis assertio ipsorum [y] vsum & gesta [z] euidenter includat, in præmissis [a] non iusta, [b]

qui declaratiuū, nō noui editiuum.ar.ff.de acqu. re.do. l.sicuti.§.sed si quærat.alibi reperit,de elec. statutū. de iureiu.Romani.§.verum.de re iud.pastoralis, §. vlt. de præb.c.si Romanus.Clem. 5. cū constō iuris naturalis, id est, diuini, ēt ad præterita trahatur,ext. de vsu cum tu.no. per Inn.& Cō post.ext. de constit. c.2.&: per Host. eo. tit.ca.vl. maxime cū talis assertio dicatur expresse sacræ scripturæ contradicere, & quātum in ea est, fidem catholicā dubiam & incertā reddere, vt hic: sed sic sētire videtur durum, cum assertio talis, ꝙ Christus & Apostoli nihil habuerunt in speciali vel in communi videretur ante expresse cōprobari per decr. Nicolai 3. Exiit.§.porro,de uerb.sig.lib.6.quæ facta per vicarium Christi potentem declarare articulos fidei causam probabilem sic asserēdi dare potuit excusantem. arg.2.q.3. c.Paulum.extra de sent.excom.cap.sacro de electio.statuimus in fi. lib. 6. vt alias causa probabilis erroris litigantem excusat.ff.de leg.2.l.qui solidum, §.etiam ad Macedon.senat.consul. l. Iulianus. Et opinio doctoris magni inducit causā probabilem erroris.ar.C.de veter. iur.enu.l.1.§.his ita, 19.dist.c.sic omnis 20.d.c. de libellis,37.d.§. vlt.extra de rest.spol.c.litteras. §. nos autem no. per Petrum de Samp. de appel. vt debitus ad hoc præstat efficax argumentum.23.q.2. cap. in quibus rebus. Quid enim peccauit antiquitas huius constitutionis inscia pristinam secuta obseruationē? nihil, vt videtur C.de test.l. iubemus. Pro hac opinione facit quod no. Alanus extra de hære. cum Christus, & recitat Gul. 15.dist.canones. Et secundū hoc dices quod uerbū, declaramus, expresse denotat ante hanc decret. etiam tenendum fuisse, ꝙ Christus & Apostoli aliqua habuerunt, non autem ꝙ aliter tenere hæreticum censeretur, & licet in veritate sacræ scripturæ contradiceret, tamen alia interpretatio sumenda videri poterat per decret. Exiit. ab hæresi quem excusans ante hanc decret. alias frustra esset hic appositum istud verbum, deinceps contra iura. 19 d.si Romanorum.extra de priui.si papa.li.6. de conces.præb.c.cum ei.§.secus.Clem.5.ff. de leg.1. si quando.de usu. si stipulatus. an autem hodie excusaret dicetur.§ prox.

a ¶ Hæreticam.] id est a fide separatam, not. Host.in sūma de hæret.§.1. & sic per consequens damnandam, & fugiendam,ext.de sum.trin.damnamus.C. de hær.l.dānata,extra eo.tit.c.fraternitatis.24. q. vlt. clericus & c. præcedenti.& sequenti,10.colla.de statu.& consuet. & contra liber.Ecclesiæ.§.statuimus,cum similibus.

b De fratrū.] quid hæc clausula operetur, vide qđ no.de re iu.ad Apostolicæ. & dixi in dec. Execrabilis.

c ¶ Declaramus.] collige hic principē Ecclesiæ, Christique vicarium posse etiā super fide catholica declarationem facere, vt dixi supra in glo.tamquam, potest 1.etiā articulum fidei facere si sumatur articulus non proprie, sed large pro illo quod credere oporteat cum prius ex præcepto Ecclesiæ necessario non oporteret, patet exēplum in hac dec.& de sum.trin.c. fidei. §. porro cle.5. & per aliquos inducitur in exemplum, licet non uideatur mihi proprium,ext. de hær. cum Christus ubi papa interdici mandat, ne quis de cetero audeat dicere Christū non esse aliquid secundum quod homo: cuius contrarium ante dicere licebat, cū non esset prohibitum sm̄ aliquorum opinionē, quæ per dictum capitulum confunditur, sic Alanū notasse ibidem recitat Guido 15. distin. c.1. Per iam dicta vero non credas papam posse facere nouum articulum, per quem noua fides inducatur, aut veritati fidei detrahatur aliquid vel accrescat quo ad substantiam.25.q.1.c.sunt quidam & c.seq. & c.si eam destruerem,& c.quæ ad perpetuam.

a Articulus nouus fidei an per papā possit fieri? & uide B. Th.2.2. quæ.1.ar.10.

d ¶ Edicto.] per hoc verbum patet hāc decre. continere hodie ius commune generale, cum sit unum de signis legis generalis.C.de legi. l.3.

e ¶ Rursus.] Secūda pars.

f ¶ In posterum.] hic potes recitare quę dixi in parte præcedenti, in verbo deinceps.

g ¶ Pertinaciter.] in malū sonat hoc verbum, vt patet ex his quæ notaui in parte præcedenti in verbo, pertinaciter, & colligitur, C.de hæret.l.2.cum ibi no.

h ¶ Prædicto.] .s. Iesu Christo.

i ¶ Iis.] ablatiui pluralis numeri est istud pronomen, & expone, iis.s.bonis.

k ¶ Ipsos.] .s.Christum redemptorem, & Apostolos.

l ¶ Testatur.] hic dicas ut notaui in parte præced. in gl. scripturæ.

m ¶ Ipsis.] .s.quæ habuisse eos scriptura testatur.

n ¶ Competierit.] dicebant enim aliqui, Christum & Apostolos in iis quæ habuerunt, habuisse simplicem tātummodo usum facti absque dominio, proprietate, usufructu, & absque iure utendi: moti potissime ex uerbis decr.Exiit.§.porro de uerb.sig.li.6. quæ fuit Nicolai 3. qui tamen usus uel facti, prout illi intelligunt, reperitē nusquā absque aliquo iure saltem personali, quod cōpetit ad utendum, licet posset reperiri absque iure, s. tali quod sit seruitus, & sic sana mente debet intelligi dec. Exiit. ut expresse colligitur ex decr. Ad conditorem, & ex iis, quæ ibi dixi.

o Ius habuerint.] hoc asserere temerarium, & fatuum erat, & ante hanc constitutionem, ut colligi potest persane intelligentem ex auctoritatibus sacræ scripturæ in iuribus allegatis sup.in gl. scripturæ.

p ¶ Quæ tamen.] .s. habuisse ius uendendi, donandi, & & alia acquirendi.

q ¶ De præmissis.] .s. quæ Christus & Apostoli habuisse reperiuntur.

r ¶ Testatur.] sed ubi? uide quod notaui in dicta gloss. scripturæ.

s ¶ Ipsos.] .s. Christum, & Apostolos.

t ¶ Potuisse facere.] .s. tamquam uere suis.

u ¶ Supponit.] .s. scriptura sacra.

x ¶ Expresse.] hic sume litteram, quæ est infra, assertionem ipsam, &c. usque in finem decr. & uerbum, cū, quod sequitur, est ratio declarationis, quæ infra subiungitur.

y ¶ Ipsorum.] Christi, & Apostolorum.

Gesta & facta non differunt.

z ¶ Gesta.] id est facta: nam licet quædam subtilis differentia notari uideatur inter facta & gesta, nihil tamen inter ipsa interest.ff.de uer.sig.l.licet, & l.Labeo. §.gestum, proprie autem gestum sine uerbis dr̄, ut ibi: licet per interpretationem largius sumatur. ff. de min. l. ait prætor, & sic potest hic sumi.

a ¶ In præmissis.] .s. quæ scriptura sacra testatur Christum, & Apostolos habuisse.

b ¶ Nō iusta.] sed unde potest dici prouenire uel sequi ista euidens inclusio? Respondeo, quia cum nullus rectus uel iustus usus seu possessio possit esse, nisi aut iure diuino uel humano uires sumat.23.q.7.quicunq; necessario concluditur omnē cuiuscūque rei usū iniurio-

sum

quod [a] vtique de vſu, geſtis ſeu factis redemptoris noſtri Dei filij ſentire [b] nefas [c] eſt, ſacræ ſcripturæ [d] contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum [e], aſſertionem [f] ipſam pertinacem [g] de fratrum noſtrorum concilio, deinceps [h] erroneam fore cenſendam merito ac hæreticam declaramus [i]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum infringere, vel auſu ei temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Auinion. ſecundo idus Nouembris, anno ſeptimo.

ſum & iniuſtum eſſe, qui haberi dr̄ abſque aliquo iure. ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quemcumque, §. iniuriam, & de iniur. l. 1. Sicut in ſimili dr̄, omne ꝙ non eſt ex fide, id eſt, conſcientia, peccatum eſt, de pænit. diſt. 2. §. illud, 28 q. 1. §. ex his, extra de præſcript. c. qm̄ omne, & quicquid a lege diſcrepat, legi contrarium cenſetur. C. de Iudæ. l. cęlicolarum. A lege autem, & ſic a iure expreſſe diſcrepat vſū in aliqua re habere ſine aliquo iure, cū ſine iure vſus nō ipſius vtentis, ſed alienus cenſeatur. 14. q. 4. c. quid dicam, ſcire enim quiſque dēt ꝙ ſuum non eſt ad alium pertinere. C. vnde vi. leg. cū quærebatur, & arg ff. de manumiſ. l. 4. 13. q. 1.

Vſus cuiuſq; rei abſq; iure eſt abus⁹.

§. quibus, verſi. itē pręcepit, Suū aūt dici non poteſt niſi aliquo iure mediante, ff. de verb. ſign. l. alienare, & l. verbis, 8. d. ca. quo iure, unde talis uſus ſine aliquo iure dici non meretur vſus, ſed abuſus arg. de vſu. & habi. l. plenum. uel vſurpatio, quæ de ſe. præſcr. impediunt. C. de aquæ du. l. diligēter, de fundo rei priua. l. uſus aquæ, lib. 11. 93. diſt. c. illud, 16. q. 3. c. ſicut, extra de teſt. c. quia ingredientibus, ubi de hoc unde uerſ,

Tempus longæuum te non excuſat in æuum:
Cum male ſis vſus, qua non præſcribit abuſus.

a ¶ Quod.] ſcilicet includere uſum & geſta iniuſta.

b ¶ Sentire.] id eſt, credere.

c ¶ Nefas eſt.] ſimile. 24. q. 6. quid ergo.

d ¶ Sacræ ſcripturæ.) qua clamatur uoce prophetica. Non eſt inuenta in ipſo iniquitas, nec in ore eius dolus & iuſtitia de cælo proſpexit.

e ¶ Inimicum.) & ſic per conſequens erroneum, cum enim Chriſtus ſit ſapientia, veritas, iuſtitia, charitas fortitudo, 11. q. 3. ca. æſtimāt, adſcribere Chriſto vſum talē iniuſtum & iuſtitiæ contrarium, ipſum negare dr̄, vt ibi: & cum iniuſte re aliqua uti ſit peccatum, 93. di. diaconi, & 14. q. 3. c. quid dicam, impingere Chriſto talem vſum eſt ſibi peccatum impingere contra verbum prophetæ Eſa. 53. c. & Petri Apoſtoli, 1. Petri, 2. c. Qui peccatum non fecit &c. quia impotens eſt ad peccandum. Nā ſecundū Auguſtinum poſſe peccare non eſt aliquid poſſe, immo aliquid non poſſe, unde ille ſolus uocatur omnipotens, qui hoc non pōt: quia omnia pōt quæ poſſe eſt aliquid poſſe, de pæn. diſt. 2. ca. principium, circa fi. Nam & ſi in quocunque iuſtitia & iniquitas peccatum & bona opera minime ſe compatiuntur, multo minus in Chriſto de pæn. diſt. 2. c. ſi enim iniquit. Sed quid ſi cenſeatur quòd talem vſum iniuſtum Apoſtoli habuerunt, reputabitur hoc nefas, vel fidei inimicum. Dicas quòd ſic: nam vſus rerū conceſsus fuit per Chriſtū Apoſtolis, ut patet ex auctoritatib. inductis ſu. in gl. ſcripturæ, unde non vr̄ conceſſiſſe ipſum iniuſtum: ſi. n. ipſum iniuſtum uel illicitum reputaret ipſum utique prohibuiſset. 28. q. 1. c. ſic enim ultra medium, alias diceretur auctor & cōmiſsor illiciti, quod hæreticum eſt ſentire.

Peccatum eſt iniuſte re aliqua uti.

f ¶ Aſſertionem ipſam.) de qua in hoc. §. ſup. dictū eſt.

g ¶ Pertinacem.] dic ut dixi. ſup. in uerbo, pertinaciter,

h ¶ Deinceps.] hic recitare potes quæ notaui in parte præcedenti in uerbo ſimili, deinceps.

i ¶ Declaramus.] mirabile continere vr̄ pręſens conſtō in duob. primo in hoc, ꝙ dicit, ptinaciter aſserere Chriſtum & Apoſtolos nō habuiſse aliqua in ſpāli vel cōi, hæreticum & erroneum fore cenſendum, cum decretalis, exijt. 1. §. porro. expreſse contrarium innuat, dicendo quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpāli, quam in communi propter Deum, ſit meritoria & ſancta, quod & Chriſtus viam perfectionis oſtendens uerbo docuit, & exemplo ēt firmauit: ꝙ Apoſtoli in quantum fuerūt profeſſores paupertatis excelſæ, & volentes perfecte viuere. per doctrinæ ac vitæ ipſorum alueos deriuauerunt: qualis enim & quæ pertinax aſſertio pōt dici, ſi aſſeratur quod conditor canonis Chriſti vicarius aſſerit, certe nulla, ut vr̄, arg. 16. diſt. c. ſancta. 19. diſtin. ſi Romanorum, 93. di. ca. miratus. Secundo per eandem viam in hoc, quod in præſenti, §. rurſus, dr̄, quod pertinaciter affirmare Chriſto & Apoſtolis non competijſſe ius utendi, & c. nam dictus. §. porro. dicere videtur expreſſe ipſos habuiſſe ſimplicē vſum facti abſq; proprietate, dominio; vſufructu, & abſque iure utendi, cū ꝑpoſitio, abſque ſicut præpoſitio ſine priuationem inducat, arg. ff. de exercito. act. l. 1. §. ſi plures, de adm. tut. l. Titium de inſt act. l. ſed & ſi. §. conditio. de acqui. hære. ſi quis mihi bona. §. ſi corā, cum no. in his. Ad hoc poteſt ſaluo meliori iudicio nō improbabiliter dici, quod abdicationem proprietatis vt meritoriā & ſanctam Chriſtus uerbo docuit, & exemplo firmauit: & Apoſtoli etiā uolentes perfecte uiuere, per uitæ & per doctrinæ alueos deriuauerunt, ſ. principaliter quo ad animi inordinatam affectionem, & in temporalibus auidam mentis implicationem: recta enim interior abdicationis talis intētio quo ad effectū eſt formaliter & principaliter perfectio, quod abiectio exterior diuitiarum quo ad effectum non eſt eſsentialiter perfectio, ſed perfectionis eſt uia & inſtrumentū, vt dicit abbas Moyſes in collationibus patrum, & Auguſtinus in lib. de moribus Eccleſiæ, cap. 29. loquens de beato Iob dicit, Amiſit de ille oēs diuitias factus repente pauperrimus: tam inconcuſsum animum tenuit & infixū Deo, ut ſatis monſtraret non illas ſibi fuiſse magnas, ſed ſe illis: ſibi autē Dn̄m, quo animo ſi eſsēt noſtri tpis homines, nō magnopere ab iſtorū poſseſſione ꝓhiberemur, ut ꝑfecti eſse poſsemus, iuxta hoc eſt uerbum prophetæ, Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. diuites. n. cum iuſtitia & bonis operib. nō reijcimus 30. diſt. c. item hæc ſcripto, & iuxta auctoritatem Aug. ſu. inductam, habebat Dn̄s loculos, dicētis, quod Chriſtus præcipit non eſse cogitandum de craſtino, non ad hoc fuiſse præceptum, ne pecunia ſeruaretur a ſanctis, ſed ne Deo ꝑꝑ iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorē iuſtitia deſeratur, niſi ſanctis, qui de ſe perfecti, ſunt pecuniæ conſeruatio non eſt prohibita, cum ſine impedimēto perfectionis poſſint ſaltē in cōi aliqua poſſideri, 12. q. 1. expedit, Comprobatur eſse hoc idem per multiplices auctoritates ſcripturæ ſacræ ad hoc ſu. inductas, hanc etiam intellectum denotat dictus. §. porro. opponens de hoc quod legitur, quòd Dn̄s loculos habuit: & rn̄det quòd hoc habuit condeſcendens infirmis, mente enim ſana dēt intelligi, quòd Dn̄s loculos habuit proprios in ſpāli uel in cōi: aliter. n. inepta & impropria fuiſset facta ibidem oppoſitio de loculis per Chriſtum habitis, niſi intelligerentur iuxta naturam conformem vel identitatem illius dicti, ad quòd fit oppoſitio, ſ. abdicationis proprietatis. Sicut dici per iuriſtas in ſimili conſueuit, quod exceptio hēt eſse de eodem de quo eſt regula, alias inepta eſset exceptio, ut ſi diceretur Omnis hō currit præter aſinum, non eſt bona exceptio, qa aſinus non eſt de illo & eodem ſubiecto, ſ. humano, de quo locuta fuerat regula ſeu propoſitio, & hoc colligitur. ff. de fund. inſtr. le. quæſitum, §. idem reſpondit

Pro conciliatione, horum contrariorum uide omnino B. Anto. p. 4. ti. 11. ca. 4. §. 23. et Turrec. in ſum. de Eccl. li. 2. ca. 112. in ſolutio. ad decimū arg.

Proprietatis abdicatio eſt duplex, ſ. interior, et exterior.

Exceptio eſt de eo. d quo regula.

domo

domo īſtructa, in corpore auth. de non alie. aut permu. reb. eccl. §. vt aut. colla. 2. ad id autem quod opponitur contra. §. iſtum rurſus, de d. §. porro, ꝙ Chriſtus & Apoſtoli habuerunt vſum abſque iure vtendi, dico fore intelligendum abſque iure vtendi, ſ. ſeruitutis, non autē abſque iure vtendi perſonæ cohærenti competenti ad vtēdum, alias ſupponeretur vſus in Chriſto & Apoſtolis fuiſſe iniuſtus, quod dicere eſt abſurdum, vt hic, & clarius ſuperius probaui, & patet per decr. Ad conditorem. & hoc etiam ſane intelligi denotatur per illā decre. etiam dicentem. Fratres Minores poſſe uti reb ordini Minorum conceſſis ſupponentem per hoc aliquod ius ei competere, conceſſum ad vtendum. niſi enim ſic dicta decretalis intelligatur, de ſe eſſet impoſſibilis in hoc quod dicit de uſu facti, ſi diceretur eſſe abſque omni iure, cum talis uſus de ſe ſit impoſſibilis, ut in decr. Ad conditorem, & ibidem, & ſup. clare probaui. intelligere autem illam ſuper impoſſibili eſſet expreſſe contra capitulum, erit autem lex 4. diſt. ubi lex habet eſſe clara, & poſſibilis. Ex præmiſſis deliberata mente penſatis confundi dr̄ opinio nonnullorum plura uolentiū ſapere q̄ expediat, diſtinguentium triplicem modū haberi. Primum quo ad ſimplicem vſum facti: ſi enim intelligant vſum abſque omni iure utendi, prout ſupponere & ſentire videntur cum talis vſus nulla lege diuina vel humana reperiatur inductus, erubeſcere debent loquētes ſuper hoc ſine lege in corpore auth. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. coll. 3. cum in eis dici poſſit, nullus eſt talis vſus: quia lege aliqua non cauetur, in corpore auth. de non eligen. ſecundo nuben. §. optimū itaque, colla. 1. C. de repu. l. diſſentientis, de coll. illam extr. de tempo. ord. c. dilectus, ne ſede uac. c. illa de ſup. neg. præl. Rom. li. 6. 55. diſt. ſi Euangelica, cum ſimilib. potiſſime cum talis vſus de ſe ſit impoſſibilis, & iniuſtus, qui in Chriſtum, & Apoſtolos cadere non potuit, ut prædixi. Secundum modum habendi aſſerunt iſti eſſe quantum ad ius adminiſtrationis & diſpenſationis, ſi ſecundum iſtum modū dicunt Chriſtum & Apoſtolos aliqñ loculos habuiſſe minus bene dicere vñr: licet enim Chriſtus & Apoſtoli reperiātur pauperib. aliqua diſpenſaſſe: de Chriſto autem dici non poteſt, eum iure prælationis vel adminiſtrationis humano miniſterio aſſecutus aliquid habuiſſe, Io. 6. c. cum ipſe a nemine ſit electus, vt ipſemet teſtatur, cum dicit, Io. 15. Non vos elegiſtis me: ſed ego elegi uos. Apoſtoli etiam antequam adminiſtratores, uel prædicatores conſtituerentur, & poſt, reperti ſunt aliqua habuiſſe, ut in auctoritatibus ſup. inductis plene patet. Quamuis autem Chriſtus non ſit electus & Pontifex factus ab homine: tñ a Deo iureiurando factus eſt Pontifex, ut dicit Apoſtolus ad Hebræos, 70. Vnde ſm Auguſtinum ſuper Ioannem, Chriſtus ad hoc loculos habuit, ut ſui & ſuorum pauperū neceſſitatibus prouideret, & in hoc exemplum (prælatis inquit Auguſtinus) Dñi accipite, cum omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, 2. q. 1. Deus omnipotens. 81. diſt. c. legitur extra de ſepul. c. 1. unde ſi Chriſtus & Apoſtoli iure prælationis loculos habuerunt, ut illi ēt fatentur, cum ſtatus prelationis uideatur poſſe dici maior quam ſtatus religioſorum profitentium paupertatē, cum de ſtatu religionis tranſeant ad ſtatū prælationis pontificalis, extra de ele, nullus lib. 6. & eo. tit. cum rationi. cle. 5. ꝙ Eccleſia, non permitteret, ſi ſtatus prælationis minoris eſſet perfectionis quam religionis, cū de minori ad maius, non econtra, ſit tranſitus, 93. di. c. legimus. C. quemadm. ciui. munera. indi. l. maiorib. lib. 10. de mune. act. & char. lib. 12. ff. de mune. & hon. l. ut gradatim, vr̄ quod habere loculos non ſit imperfectionis ēt in prælatis, & longe minus in religioſis. Tertiū modum habendi aſſerunt quo ad proprietatem & dominium, & hoc dupliciter. Primo de iure diuino, & ſm hunc modum dicunt oblata eſſe Eccleſiæ & decimas eſſe in dominio Chriſti, & in corpore eius, quod eſt Eccleſia dicunt etiam ſecundum hūc modum Chriſtū loculos habuiſſe, & hoc de iure diuino dicunt Apoſtolis

Chriſtus ad quid loculos habuit.

& eorum vitam ſequentibus competijſſe & competere tempore neceſſitatis emere, & uendere? In hoc autē ſic dicendo, ſi ſm iura loquantur, errare uidentur: nam de iure diuino, quo omnia dicuntur cōia, licet proprium haberi poſſit, ipſe tñ modus habendi non eſt de iure diuino, ſed humano. 8. diſtin. c. quo iure, & ibi not. per Hug. & Guli. poſt eum: & patet. 23. q. 7. c. 1. & quia rerū dominia de iure gētium ſunt diſtincta, ff. de iuſt. & iu. l. ex hoc iure. vnde nō ur̄ ex hoc poſſe dici, ꝙ illo iure diuino Dñs in particulari loculos habuerit, cū ipſe modus particularis habendi, puta per oblationem emptionem, & ſimiles modos non ſit de iure diuino, ut prædixi. Et per eandem uiam non poteſt dici, & de iure diuino Apoſtolis competierit emere, uendere, cum talia & ſimilia ſint de iure diuino incognita, ut prædixi. Secūdario dicunt eſſe dominum & proprietatem, ſ. de iure poſitiuo Imperatorum, quod per iniquitatem ſecundū eos extitit introductum, ſ. ut homines dicant hoc meū proprium, & in iudicio de illo contendunt, allegantes ad hoc. 3. diſt. c. quo iure. 12. q. 1. dilectiſſimis, & ſecundum hunc modū bene dñt Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe proprietatē rerum vel dominium in ſpāli vel communi, dicentes de tali modo habendi fore intelligēdam decretalem, Exijt. §. porro, de quo præſens decre. nullam facit mentionem: quare per prædictam modorum habendi diſtinctionem iſta ſic generaliter loquēs erit trahenda & exponenda ſecundum illam, ut illa per hanc non corrigatur, nec iſta illi obuiet. Vtinam autem in his dicendis ſaniorem mentis & conſiderationis intuitum habuiſſent: cum enim certo certius ſit Chriſtū & Apoſtolos aliqua habuiſse, ut per auctoritates ſacræ ſcripturæ inconuincibiles eſt probatum, & illa non habuerint quo ad ſimplicē uſum facti abſque aliquo iure vt in decr. An conditorē, & ibidem, ut ſup. plene probaui nec illa etiam ſolum iure prælationis uel diſpenſationis habuerunt, ut ſuperius eſt probatum, nec illa poſſint dici per aliquos modos habendi habuiſſe iure diuino, ut ſtatim proxime plene dixi, neceſſario relinquitur, ꝙ illa habuerint per aliquem modum habendi de iure poſitiuo inductum, ne clare patere pōt ex præmiſſis ueraciter intuenti. Et talem modum habendi iure poſitiuo Chriſtus deſignaſse ut iubendo reddi Cæſari quæ ſunt Cæſaris Matth. c. 22. 24. q. 8. §. econtra, & c. ſeq. extra de cler. coniug. ex parte, cui & ipſe pro ſe tributum ſolui uoluit. 11. q. 1. magnum, 24. q. ult. in tributum. Non uidentur ēt recte ſapere in hoc ꝙ dicunt iura imperatorum, quibus dr̄ aliquid proprium fore, per iniquitatem introducta, adhærentes cortici litteræ, dicti capituli, dilectiſſimis. non ſenſum non mentē, non uirtutem eius amplectentes, contra iura expreſse contrarium ſtatuentia, ff. de excu. tu. le. ſcire, §. aliud de re mil. l. milites, extra de uer. ſig. ca. intelligentia, & c. propterea, de elect. ſi poſtquam, §. 1. lib. 6. de iureiu. ca. Romani. §. uerum. Cle. 5. 1. q. 1. c. Marcion. c. de liber. prete. l. ſi quis filium, de don. l. ulti. ſi mi. ſe ab hære. abſti. l. 1. cum ſimilibus, cum enim lex imperialis ſit præceptrix faciendorum, prohibitrix nō faciendorum, ff. de legib. l. 3. & per quam docemur declinare inhibita, & ſectari permiſſa. C. eo. ti. l. leges ſacratiſſimæ. Et deſcribi Magiſtraliter & uerifice conſueuit, ꝙ lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria. ff. de legi. le. 1. & eo. ti. l. 2. cui ēt omnes homines obedire debent ꝓpter multa, maxime autē quia eſt adinuentio & donū Dei vt dicta. l. 2. quæ etiam eſt delictorum ſponte uel ignorantia commiſſorum correctio, ut dicta le. 1. unde ſcribitur, ꝙ Deus imperium propterea de cęlo conſtituit, ut difficilibus imponat quæ apud eum ſunt bona, & legem aptet ſecūdū naturæ uarietatem, in corpore auth. de fide inſtr. §. quia igitur. colla. 6. quare lex dr̄ prodita ſm formam cælitus datam. C. de murilegulis, l. ſi quis ex corpore, lib. 11. ex diuino quodam nutu. C. de præſc. long. temp. l. ult. & alibi legitur ꝙ uenerādæ Romanæ leges diuinitus ſunt per ora principum promulgatæ. 16. q. 3. c. nemo, & ipſa iura humana per imperatores,

Iura aliquid proprium fore dicentia, nō ſunt per iniquitatem introducta.

& rc.

& reges sæculi Deus humano generi distribuit, 8. dist. quo iure, & quia cór regis in manu Dei est, C. de sum. tri. l. inter claras, ipsa etiam ueritas, quæ est Deus, per cor regis multa fieri iussit. 11. q. 3. Imperatores, disponens omnem creaturam principib. legem condentibus fore subiectā, 1. Petri 2. ext. de maio. & obedien. c. solitæ, de censi. omnis anima. desipere uidentur sentiētes, quod lex fuerit per iniquitatem inducta, cum enim auctorem habuerit omnis iniquitatis inscium, & extorrem, s. Deum, non alia debet dici, quam eius auctor fuerit, iuxta illud: Qualis es tu, talia sunt opera tua, & arg. 28. q. 1. cap. sunt. n. vltra mediū, ext. de psumptio. c. ex studijs. nam lex & diuinas & humanas res bene dispo nit, & omnem iniquitatem expellit. C. de uete. iure enu. l. j. circa princ. Non obstat dec. dilectissimis. innuens prima facie quod per iniquitatem aliquis dicat hoc meum alius hoc suum: quia exponitur & exponidēt per iniquitatē, i. propterea quia fuit iniquitas, i. peccatū, lex inducit hoc meū esse hoc alterius, non quod ipsa lex fuerit de se iniqua hoc adinuicem ex causa rationabili ut quisque suo contentus non inuaderet alienum 93. dist. diaconi. C. de suffra. l. 1. unde vi. l. cum quærebatur. Et si in lege aliquid singulare contra 1 rationem sit statutum, hoc non est sine causa probabili introductum, ff. de legi. l. ius singulare. Videtur ēt ex prædictis ab incauta assertione seu affirmatione & de iure non probabili reputata excusari non posse illos qui secundum præmissam modorum habendi distinctionem nituntur nodum præsentis constitutionis euadere, ex quo. n. per decre. Ad conditorem. reprobatus est & confusus simplex usus facti absque aliquo iure utendi subsistens in persona Christi & Apostolorum, & in c. Ad conditorem. statutum est, quod decr. Exijt, §. porro, de tali usu facti debet intelligi, qui competat rōne alicuius iuris saltim personalis: asserere ex tunc contrarium qualiter quem ab imperitia poterit excusare non vr̄, cum (ut sup. dixi) peccatum ariolandi sit non obedire, & scelus idololatriæ non acquiescere. 81. di. si qui sunt. 8. q. 1. sciēdum, 1. q. 3. ca. qui resistit. Credere aūt dn̄m Deum nost um Papam conditorem dictæ decr. & istius, sic non potuisse statuere prout statuit, hæreticum censeretur, 99. d. c. nulli fas, & ibi no. & per Gar. ext. de ele. c. generali, li. 6. cum hodie ēt per istam decr. sit declaratum, pertinaciter asserere Christū & Apostolos non habuisse aliquid in speciali uel in cōi, fore hæreticum, adinuenire membra distinguendi super modis hn̄tis iure non suffultis, ut superius probaui, & iuxta illos scienter aliter asserere, quō aliquis a iuris ignorantia poterit excusari, non vr̄, argu. extra de cler. excom. si celebrat, 24. q. ult. c. hæreticos, & per ea quæ dixi sup. in uerbo, pertinaciter. In his 2 autem correctionem sanctæ matris Ecclesiæ sponsique Chri uicarij suscipere sum paratus, si in præmissis vel in aliquo præmissorum contigerit me errare. Zenzelinus.

1 Expone sano mō, ɔtra rationem, s. eiusdem, uel contra rōnē .i. cōtra cursum iuris communis.

2 Pia glossatoris protestatio.

¶ Reprobatur opinio illorum detractorum, qui præsumunt impugnare constitutiones Ioan. xxij. Ad conditorem canonum. & Cum inter nonnullos, supra immediate præcedentes. Et præmissis responsionibus ad omnes eorum obiectiones, tandem declarantur tanquam hæretici, & Romanæ Ecclesiæ rebelles, ab omnibus euitandi si deinceps scienter verbo, vel scripto aliquid defendere vel approbare contra illas præsumpserint. Hinc habetur sub parte secunda, & tertia de clauium materia prolixa & utilis disputatio.

CAP. V.

Quia quorundā mentes sic pater [a] mendacij dicitur excæcasse, [b] quod nostris [c] constitutionibus quarum vna incipit, Ad conditorem canonum. alia uero, Cum inter nonnullos. vtique tam cum fratribus [d] nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, [e] quam cum multis archiepiscopis, & episcopis, alijsque ecclesiarum prælatis, necnon & compluribus sacræ Theologiæ magistris, ac utriusque iuris professoribus deliberatione præhabita [f] diligenti digestis, [g] ac præmissorum fratrum nostrorum consilio promulgatis: non absque multa temeritate [h] plectibili nisi [i] sunt detrahere, & nituntur [k] ueritatem, quam [l] conti-

Quia quorundam.] Hæc decretalis diuisibilis est in partes undecim. In prima cum ratione condendi contra temeritatem detrahentium decretalibus. Ad conditorem & Cum inter nonnullos. præmittitur pollicita prouisio. In parte secūda modorum detractionis subiungitur recitatio: ibi, Ad impugnandas autem, &c. In tertia dictorū modorum detractionis annectitur reprobatio, ibi, Quod autem in ratione, &c. In quarta ad auctoritates per detractores inductas datur responsio, ibi, Quod autem subsequenter, &c. In quinta auctoritatis Nicolai tertij per illos inductæ specialiter fit exclusio, ibi, Ad hoc licet declaratio &c. In sexta quibusdam uerbis auctoritatis Nicolai datur responsio, & certa interpretatio, ibi, quod autem dicitur, &c. In septima cuiusdā constitutionis per dictos detractores inductæ subinfertur repugnatio, ibi, Rursus impugnatores &c. In octaua assertionis alterius ipsorum detractorū fit improbatio: ibi, Rursus asseruisse, &c. In nona cuidam conclusioni per detractores factæ responsiua fit impugnatio, ibi, Ex præmissis autē, &c. In decima modorum detractionis noua fit improbatio: ibi, præterea dicant nobis, &c. In undecima & ultima, Papalis intentio: ibi, Nos itaque, &c.

Textualis diuisio in undecim partes.

a ¶ Pater mendacij.] .s. diabolus, cuius mendacij multiplex est species, 22. q. 2. c. primum est.

b ¶ Excæcasse.] ipsorum corda obnubilando, ut uiam ueritatis non agnoscant.

c ¶ Nostris.] .i. per nos editis siue factis.

d ¶ Fratribus nostris.] loquendo de Cardinalib. in genere, omnes fratres appellat, ut hic, & ext. de elec. in Genesi, in fi. &c. ecclesia 3. in fi. Sed in specie eos semper uocat filios, quando non sunt episcopi, de supplen. negl. præla. dilecto, de electio. coram, de test. Raynal. sic etiam no. Host. ext. de Iudæis, ita quorundam. Quæ autem sit ratio quare loquendo de ipsis in genere omnes fratres appellat, uide in c. Execrabilis, super uerbo, cum fratrib. nostris.

e ¶ Cardinalibus.] quare sic dicantur, uide quod notaui in c. Execrabilis, in uerbo, Cardinalibus.

g ¶ Præhabita diligenti.] simile C. ne filius pro patre. auth habita. & plenius dixi in c. Ad conditorem, §. nos itaque.

g ¶ De gestis.] .i. decidenda & dissoluenda dubia factis, in proœ. inst. §. igitur post libros.

h ¶ Temeritate plectibili.] i. punibili cum nō obediēs decreto principis mori præcipiatur. 3. Regum, c. 2. ext. de maio. & obed. c. si quis

i ¶ Nisi sunt.] .i. conati sunt in præteritum.

k ¶ Nituntur.] .s. de præsenti.

l ¶ Quam continent.] .s. dictæ nostræ constitutiones.

a ¶ Falsas

nent, per falsas [a] insanias [b] obfuscare: [c] Nos tam perniciosis ausibus, ne eorum doctrina pestifera [d] simplicium [e] animos labefacere, [f] ac in sui erroris deuium [g] deducere valeat, de eorundem fratrum consilio decernimus super hoc salubriter (vt sequitur) prouidere. Ad [h] impugnandas autem constitutiones prædictas [i] subscripta ratione [k] tam verbo, quam scripto, vsi sunt publice [l] sicut fertur: Illud, inquiunt, quod per clauem [m] scientiæ in fide [n] ac moribus [o] semel definierunt Romani Pontifices adeo immutabile [p] perseuerat, quod illud [q] successori reuocare non [r] licet in dubium, nec contrarium affirmare: licet de ijs quæ per clauem [s] potestatis ordinauerint, asserant secus esse. [t] In confirmatione autem regulæ ordinis fratrum Minorum, Honorij tertij, Gregorij noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti prædecessorum nostrorũ summorum Pontificum hæc [u] verba asserunt contineri. Hæc [x] est regula Euangelica Christi & Apostolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet [y] proprium vel commune, sed in rebus quibus vtuntur, [z] habent simplicem vsum facti, [a] his addere præsumentes [b] præfatos [c] summos Pontifices, & multa concilia generalia per clauẽ scientiæ diffinisse paupertatem Christi & Apostolorum constitisse perfecte in expropriatione [d] cuiuslibet temporalis dominii ciuilis, & mundani & sustentationem eorũ [f] in solo & nudo vsu facti [g] etiam constitisse, ex quibus nituntur [h] concludere, non [i] licuisse, nec licere [k] ipsorum successoribus contra † præmissa aliquid immutare.

a ¶Falsas.] id est non veras falsitas enim nihil aliud est quam immutatio ueritatis, in corpore auth. de fide instrum. circa princ. coll. 6. ad leg. Cornel. de falsis, quid falsum.

b ¶Insanias.] id est non sanas opiniones, immo a ueritate alienas, ut patet infra.

c ¶Obfuscare.] id est obscurare seu obnubilare quantum in eis est.

d Pestifera] id est pestis spiritualis animę inductiua.

e ¶Simplicium.] id est doli uel fraudis carentium, simile in c. prodiens, ff. de prob. l. cum de indebito. §. sin autem, de quibus dici consueuit, quòd propter sui innocentiam omni uerbo credunt, 22. q. 4. innocens. Gratia cuius scire debes, quod quædam est in homine simplicitas, id est animi puritas, quæ est dolo & machinationi contraria, & talis simplicitas etiam iure approbatur. 6. q. 1. ca. ex merito plebis, 16. q. 1. si cupis, & amica legis dicitur, Instit. de fideicō. hæredi. §. sed quia, & nemini debet esse damnosa. ff. de dolo l. j. Est alia simplicitas, quæ dicitur esse aduersa discretioni: & talis cũ potius dicatur fatuitas, non approbatur, 89. distin. cap. Petrus, 46. dist. cap. de Petro, 74. distin. cap. episcoporum, ff. de postu. l. 1. §. ult. cum l. seq. de cura. furio. l. 2. instit. de cura. §. sed & curator. in fi.

Simplicitas est duplex.

f ¶Labefacere] id est labi, uel ruere facere.

g ¶Deuium.] in mala parte sumitur, ut alias, C. de uete. iur. enucl. l. tanta, §. ergo prima, versic. aliæ, extra de præsumpt. c. 3. loco.

h ¶Ad impugnandas.] Secunda pars.

i ¶Prædictas.] s. Ad conditorem, & cum inter nonnullos.

k ¶Ratione.] id est inductione, seu allegatione.

l ¶Publice.] ex hoc magis peccabant propter maioris mali exempli perniciem, arg. ff. vi bon. rapt. l. 2, §. si in re deposita. insti. de oblig. quæ ex delic. nas. §. pœna, 11. q. 3. præcipue, extra de exces. præla. cap. quam sit graue, not. 32. q. 4. c. nemo.

m ¶Clauem scientiæ.] hanc clauem scientiæ isti 1 ex capite proprio siue phantasia adinuenire sunt moliti cum a nulla lege diuina uel humana originem sumpsisse reperiatur, saltem quantum ad hoc, ad quod ipsam inducunt, ut infra in §. præterea dicant nobis.

1 De materia huius glossę teneas quod docet beatus Th. li. 4. sen. dist. 19. q. 2. ar. 1. quæstiũcula 3. adde Sotum, eod. lib. dist. 20. q. 1. art. 1.

n ¶In fide.] s. catholica.

o ¶Moribus.] s. reformandis.

p ¶Immutabile.] hoc forte dicunt ad instar iuris naturalis, quod de se immutabile est. Instit. de legit. agnat. §. vlt. de iure natu. §. sed naturalia quidem iura. 5. distin. §. primo.

q ¶Illud.] s. in fide ac moribus definitum.

r ¶Non licet.] sed qua fronte hoc dicere ausi sunt, non uideo cum & Dominus per se ordinata in veteri testamento aliquando reperiatur mutasse in nouo, 22. q. 4. incommutabilis. 22. q. 8. occidit, extra de diuor. gaudemus & de consecr. dist. 3. peruenit, & definita per Romanos Pontifices ipsi ijdem & eorum successores mutasse reperti sunt 2. extra de consan. c. nō debet, & dixi in c. qa in futurorum, & ca. quia nonnunquam.

2 Vide Turrecrematam in summa de Ecclesia. lib. 3. c. 55.

s ¶Clauem potestatis.] hoc impugnatur ut patebit infra.

t ¶Secus esse.] quia definitum per illam immutari potest, & eius contrarium affirmari.

u ¶Hæc uerba.] s. proxime sequentia, quæ tamen probant id ad quod inducuntur, ut inf. in §. quod autem subsequitur.

x ¶Hæc est regula.] verba sunt prædictorum summorũ Pontificum confirmatoria (secundum istos) regulæ ordinis Minorum.

y ¶Habet propriũ.] id est secundum quā nihil licet fratribus habere proprium vel commune, de ipsa. n. regula (cum de se sit inanimata) certum est quod nihil habere potest.

z ¶Vtuntur.] s. fratres dicti ordinis.

a ¶Simplicem usum facti.] ex his moti fuerunt isti ad detrahendum prædictis constitutionibus, non sane intelligentes istum simplicem usum facti, ut patet infr. & in decre. Ad conditorem, &c. com inter nonnullos.

b ¶Præsumentes.] & male, ut patebit infra.

c ¶Præfatos.] sup. proxime.

d ¶Expropriatione.] priuatiue ponitur syllaba, ex. unde expone, expropriatione, id est carentia uel abdicatione.

e ¶Ciuilis & mundani.] de domino competenti, de iure diuino contrarium sentiebant, ut dixi in c. cum inter nonnullos.

f ¶Eorum.] s. Christi & Apostolorum.

g ¶Vsu facti.] absque aliquo iure secundum istos, qđ tamen uerum non est.

h ¶Nituntur concludere.] falso tamen, ut inf. patet in §. ex præmissis, & seq.

l ¶Non licuisse.] s. dudum, uel in præteritum.

K ¶Non licere.] s. de præsenti.

l ¶Contra præmissa.] scilicet sic definita, secundum istos.

a ¶Ideo-

ideoque [a] cum constitutio nostra in ratione prædicta, contra diffinitiones prædictorum prædecessorum nostrorum (sicut asserunt) diffinierit Christum & Apostolos in ijs quæ habuerunt, habuisse non tantum simplicem vsum facti, sed [b] ius faciendi de ipsis: eosque ipsos fecisse scriptura sacra testatur: pertinacem assertionem dicentium ipsos ius huiusmodi minime habuisse, cum actus illorum fuisse concludant non iustos, quod de Christo nefas est dicere, hæreticum declarando; concludere satagunt, licet [c] falso, nobis non licuisse declarare vel statuere supradicta. [d] Item quia constitutio, Ad conditorem canonum, contra diffinitiones prædictas fratres Minores asserit non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti: nituntur similiter concludere contra ipsam. [e] Quòd [f] autem quod in ratione prædicta præmittitur: videlicet, [g] quod illa, quæ per clauem scientiæ in fide ac moribus a summis Põtificibus semel sunt diffinita, eorum successoribus reuocare nõ licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet secus sit (sicut dicunt) in ijs quæ per clauem potestatis per summos Pontifices ordinantur, prorsus sit contrarium [h] ueritati, patet ex sequentibus euidenter: primo quidem secundum [i] illos, qui [k] tenent clauem [l] spiritualem nequaquam [m] esse scientiam, sed ligandi atque soluendi potestatem: [n] patet assertores prędictos ponendo esse [o] scientiam, erráuisse: [p] pro quibus [q] facit clauis diffinitio, [r] quę a doctoribus [s] datur: Clauis est specialis potestas [t] ligandi atque soluendi, [u]

a ¶Ideoque.] s. quia contra præmissa non licet successoribus aliqua immutare.
b ¶Sed ius faciendi.] i. ipsis reb. utendi & donandi & ex his aliqua acquirendi, ut in decr. cum inter. §. rursus: & verba quæ sequuntur expone ut ibi dixi.
c ¶Licet falso.] istorum falsa conclusio clarius patebit per ea quæ dicentur inf. proximo.
d ¶Supradicta.] s. ꝙ Christo & Apostolis non solum simplex vsus facti in habitis comperierit, sed & ius de ipsis aliqua faciendi.
e ¶Contra ipsam.] s. quod nobis per eã non licuerit aliquid declarare vel statuere prout in ea continetur.
f ¶Quòd autem ꝙ in ratione.] Tertia pars.
g ¶Videlicet.] uerba q̃ sequunt̃, expone, & super his dic, ut dixi in parte præcedenti.
h ¶Contrarium veritati.] quare dicas illud nõ fore tenẽdũ, imò penitus reprobãdũ, cũ oĩs assertio veritati, q̃ Deus est, cõtraria uetustas erroris existat, 8. dis. c. consuetudo, & iõ ueritati necessario reddere habet, ea. dis. c. veritate, & c. p̃ceden ti, & sequẽti, & arg. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius, §. ult. qñ actio, de pecu. est anna. l. q̃situm, alias est. §. vlt. sub leg. prima, extra de purga. vulg. c. significantib. & scriptum est quod ueracium, id est, ueritatem asserentium sumus tantummodo amatores in corpore authen. ut in priua. dom. sacra mysteria non fiant, ultra medium. colla. 5. & alibi dicitur, Nos enim qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in nostris legibus quæ ipsa re obtinent. C. de dediti, lib. toll. lege vnica.

Veraces sũt amandi.

i ¶Secundum illos.] s. doctores & magistros.
K ¶Qui tenent.] s. ꝙ sequitur affirmando, simile verbum, & similis huius uerbi expositio fieri consueuit. extra de foro comp. c. si diligenti.

Clauis spiritualis q̃ est.

l ¶Clauem spiritualem.] quæ ad instar clauis materialis est inducta. sicut enim clauis materialis dicitur instrumentum seu ministerium, quo clausum ostium aperitur: sic illa potestas, quæ attributa est dispensatoribus sacramentorum, clauis dicitur, nam ostium cœli licet de se apertum existat, Apocalypsis quarto cap. ubi dicitur, & ecce ostium apertum in cęlo, quod est Christus: clausum tamen dicitur propter impedimentum peccati originalis, uel actualis impedientis humanam creaturam cœlum & Dei gloriam ingredi: & quia per talem potestatem in virtute passionis Christi illud impedimentum tollitur, ex hoc porta cæli aperiri & reserari dr̃, de conse. dist. 4. ca. proprie exemplum. de bapt. maiores. §. caute tñ. Sicut alias contingit quod per sublationem impedimenti via præparari & aperiri dicit̃ ad aliquid, ut est videre in pacto facto vltimo de petendo, per ꝙ tollit̃ impedimentũ exceptionis ortæ ex pacto de nõ petendo p̃cedẽti, & ex hoc aperit̃ uia efficax ad agendũ, ff. de pact. l. si vnus §. pactus, & sublato impedimẽto exhr̃dationis p querelã inofficiosi testamẽti aperit̃ & paratur ẽt uia efficax ad agendum, ff. de inof. test. l. qui de inofficioso. Et sublato impedimento præteritionis per petitã bonorum possessionem contra tabulas, aperitur via augmenti vel diminutionis legatorum ab impubere relictorum, ff. de vulg. & pupil. substit. l. & contra tabulas, de lega. 3. l. vlt. §. fi. multa similia alia exempla super hoc dari possent.

Cęlum de se apertũ, qñque claudit̃. Cęli apertio legalib. exẽplis declaratur.

m ¶Nequaquam esse scientiam.] clauis .n. talis spũalis suscipitur per susceptionẽ ordinis sacerdotalis ut infra sequitur, absque alia angustia seu labore. Scientia aũt cum a natura nõ insit, ab euentu est, & cũ diligentia acq̃ritur, in corpore authen. de quæst. 6. hæc oĩa colla. 16. 6. q. 1. sic viue. C. de excus. artific. l. 1. lib. 10. ff. de ædil. edic. l. præcipiunt ædiles, cum scientia requirat studium, & exercitium studij exposcat vsum librorum, extra de ver. sig. c. Exijt, §. porro, circa fi. lib. 6. & de hoc per Guli. de elect. si postquam, lib. 6.

Scientia ab euentu est.

n ¶Potestatem.] in tali ptãte consistit tota vis clauium per Christum Petro concessarum. Matth. 16. c. 24. q. 1. quocunque.
o ¶Esse scientiam.] cum non sit.
p ¶Errauisse.] aliud pro alio putando: hic .n. est proprie error, 12. q. 1. c. in his, 38. c. quamuis, C. de castrẽ. pecu. militum. l. errat, lib. 11.

Errat qui aliud p alio putat.

q ¶Pro quibus.] scilicet tenentibus clauem esse scientiam.
r ¶Diffinitio.] id est, magistralis seu doctoralis descriptio.

r Hanc declarat Turrecrẽ. l. suæ summę, c. 93. conclu. 8. Font.

s ¶Doctorib.] vñ doctor dicatur, & quæ in doctore requirantur, & quib. doctor factus etiam de iure gaudeat priuilegijs, & quot, & quib. nominib. nuncupetur, uide si placet quæ super hoc plene notaui extra de magistris, cum sit nimis, cle. 5.
t ¶Potestas.] quare talis potestas clauis dicitur, dixi statim in gl. quæ ad instar.
u ¶Atque soluendi.] s. supra terram, non autem mortuos.

Mortui [illegible] possint absolui.

qua iudex eccleſiaſticus dignos [a] recipere, & indignos [b] excludere [c] debet a regno. Item quia claues [d] de quibus agimus, in collatione ſacerdotalis ordinis conferuntur: [e] conſtat autem quod ordinato in ſacerdotem ſcientia communiter [f] non confertur: [g] quare ſecundum [h] illos videtur, [i] quod ſcientia non eſt clauis, ſed potentia tantum ligandi atque ſoluendi debeat dici clauis. [k] Adhuc ſecundum [l] illos qui ponunt [m] vnam clauem [n] ſpiritualem [o] eſſe ſcientiam, & ſecundum illos, qui auctoritatem diſcernendi [p] inter [q] lepram, & lepram eſſe aſſerunt clauem, & aliam poteſtatem ligandi atque ſoluendi: noſcuntur euidenter [s] erraſſe. Supponunt enim per claues [t] huiuſmodi circa ea quæ fidei ſunt, & alia [u] poſſe per conſtitutionem aliquam diffiniri: claues autem quæ in ſacerdotali conferuntur [x] ordine ad [y] talia minime ſe extendunt: alias [z] ſequeretur, quòd circa [a] præmiſſa poſſent conſtitutionem ſacerdotes [b] ſimplices facere: quod [c] falſum eſt euidenter. Si autem intendant claues iſtas extendere ad generalem [d] poteſtatem attributam Beato Petro, ſuiſque ſucceſſoribus

tuos ſub terra, ad hoc vide quod legitur, & no. 24. q. 2. legitur extra de ſen. excom. à nobis 2.

a ¶ Dignos recipere.] ꝑ pnīam ad ſoluēdum: venia. n. non datur niſi correcto. 24. q. 2. legitur, 50. di. ca. abſit, & c. ſi quis poſtea, C. de ſumma tri. l. vl. §. fi. de hær. l. Manichæos. à contrario ſenſu.

b ¶ Indignos.] ꝑ contumaciam vel rebellionem. extra de ma. & obe. c. ſi qs. & ca. cum in eccleſijs.

Excōicati ſunt excluſi a regno cæleſti.

c ¶ Excludere debet à regno.] ſ. cęleſti. Sed qualiter ꝑ ptātē ligādi dicant indigni merito excludi à regno cęleſti? Rn̄deo, qa ligati ꝑ excōicationis ſnīam iuſte, vt qa per inobediētiā reſiſtūt: ꝑ hoc Dei ordinationi reſiſtere dicunt 12. q. 3. c. qui reſiſtit. cū iudici eccleſiaſtico ꝗlibet obedire ex præcepto Apoſtoli teneatur. extra de maio. & obed. oēs principes. 10. di. certum eſt, & c. ſuſcipitis. vn̄ ꝑ inobedientiam quis mori pręcipitur, extra de maio. & obe. c. ſi qs venerit, i. per excommunicationis ſnīam velut mortuus à communione fidelium ſeparari, extra qui filij ſint legi. c. ꝑ venerabilem, §. pen. quæ quidē excōmunicatio quem ab ipſo corpore, quod eſt Chriſti Eccleſia, reſcindit 3. q. 4. Engeltrudam: & excommunicatus iuſte à Deo dr̄ ſeparatus. 24. q. vlt. c. certum eſt, quia excōicatio dr̄ æterna mortis ſeparatio, 11. q. 3. nemo. cum Deus ſit uita animæ, de pæn. diſtin. 1. cap. facilius. verſ. item ſi antequam, & vita vitæ, id eſt, animæ, quæ eſt uita corporis, de pænit. diſt. 2. charitas, ver. item prouide, non immerito igitur quis per poteſtatem ligatus excludi a regno cæleſti dicitur.

d ¶ Claues.] ſ. ligatoria uel abſolutoria.

e ¶ Conferuntur.] de pænit. diſt. 1. cap. multiplex, & c. quem pænitet 21. diſt. in nouo, cum ſimilib. nec inferiori competere poſſunt in foro pænitentiali, extra de pæn. omnis, ꝙ proſequere ut not. Hoſt. de offic. archid. cum ſatis, & plenius in ſumma de pæn. cui confidendū, nam & ſi neceſſitatis tempore quis proximo 1 confiteri poſſit, de pæn. diſt. 6 c. 1. dicto cap. quem pęnitet, in uer. tanta, ipſe tamen abſoluere uel ligare non poteſt ſibi confitentem: quia claues non habet, ut ibi, & not. ita de offic. ord. c. paſtoralis.

1 Vide B. T. in qōnib. additis ad 3. par. q. 8. ar. 2

Sciētia cum ſacerdotio multis diuinitus infuſa fuit.

f Communiter.] i. regulariter, & h. d. quia aliquando ex infuſione ſimul cum ſacerdotio conferri ſcientia poteſt inſpiratione Dei, ſicut & reperti ſunt aliqui, licet penitus laici in epiſcopos & archiepiſcopos aſſumpti, ut B. Nicolaus, Ambroſius, & Seuerus. 56. diſtinct. §. his omnibus.

g ¶ Non confertur.] iſtud oculata fide patet ad ſenſum in multis ad ſacerdotium promotis, qui abſq; ſcientia ſunt reperti, & ideo etiam a pontificali officio inde meruerunt deponi, extra de æta. & qual. c. ult. Et hoc idem tenere uidetur ſanctus Thomas de Aquino 3. ſententiarum, diſt. 18. adde etiam quod dixi ſup. in gl. clauis enim, &c.

h ¶ Secundum illos.] ſ. qui dicunt clauem ſpiritualem nequaquam eſſe ſcientiam.

i ¶ Vr̄.] Et eſt ſecūdū eos, & ſic tale uidere eſt topicum, non elenchum. ſimile de ſpon. c. p̄terea, qui mat. accuſ. poſ. c. vl̄, de transl. epiſ. inter corporalia, §. 1. de fer. c. capellanus, ff. de ijs q̄ in teſtam. delē. l. ꝓxime, iuxta finem.

k ¶ Dici clauis.] quare hic dicas vt ſup. in glo. quę ad inſtar. & g. clauis.

l ¶ Secundum illos.] ſ. magiſtros, uel doctores.

m ¶ ponunt.] i. ſup. ponunt, uel ponunt in opinione ſua.

n ¶ Vnam clauem.] quaſi uelint dicere, ꝙ non ſunt plures: quaſi vna ſola ſufficiat, cum una tm̄ ſit ſera claudens regnū ſ. peccatum, ad quam amouēdam ſeu aperiendā clauis Eccleſiæ eſt inducta, nec ſunt plures necaſſariæ.

Claudere peccatū ſera dicitur unica cælum.

o ¶ Spiritualem.] hic potes dicere quod dixi ſup. in glo. quæ ad inſtar.

p ¶ Diſcernendi.] i. diſcretionē faciendi.

q ¶ Inter leprā & lepram.] i. inter peccatū & peccatū: non. n. oīa peccata eandem expoſcunt, 26. diſt. c. neceſſe, 45. diſt. c. 50. diſt. ut conſtitueretur, vnde in pnīa eligendus eſt confeſſor ſciens ſoluere & ligare. de pęn. diſt. 1. quem pęnitet, & diſt. 6. c. 1. Alibi tamen hæc uerba, lepram. & lepram ſumuntur pro iudicio eccleſiaſtico, ciuili & criminali, extra qui fil. ſint legi. per uenerabilem, §. rationibus, circa finem.

Lepra & lepra quid repræſentat.

r Soluendi.] hic dicere potes quæ dixi ſup. in uerbo ſimili, ſoluendi.

s Euidenter.] i. patenter, vel manifeſte. ſimile, ff. de excep. rei iud. l. euidenter.

t Claues huiuſmodi.] quas ſcientiæ fore dicunt.

u ¶ Et alia.) ſcilicet circa mores, ut in parte præcedenti.

x Conferuntur ordine.] hoc ſtatim ſup. proxime per iura comprobaui.

y Ad talia.) ſ. quæ ſunt fidei per conſtitutionem aliquā definiendam.

z Alias.) ſ. ſi ad talia ſe extenderent.

a Circa pręmiſſa.) ſ. quæ ſunt fidei.

b Sacerdotes ſimplices.) non habentes auctoritatē præeminentem.

c Quod falſum eſt.) cum ad ſolum Petrum, & eius ſucceſſores ſpectet conſtitutionem ſuper fide, & declarationem aliquam facere, 14. q. 1. c. quotiens rō. c. hæc eſt fides. & in ca. Exijt, §. ult. de verb. ſig. li. 6. & de ſum. tri. c. fidei. §. nos igitur, Clem. 5. utpote ad quos maiora Eccleſiæ negotia ſuperna diſpoſitione iuſſa ſunt referti, 24. q. 1. rogemus, 17. diſt. c. nec licuit, & cap. huic ſedi. extra de appel. ut. debitus, in fin. de bapt. maiores.

Conſtō ſuꝑ fide a ſolo Papa fieri poteſt.

d ¶ Generalem poteſtatem.) ſ. Quodcunque ligaueris ſuper terram, &c. Matth. 16. c. 24. q. 1. quodcunq;, & q. 2. legitur.

in a personam eiusdem in commissione officij pastoralis b per quam c vtique videtur euidēter ipsis omnia d concessisse, sine quibus pastoris vniuersalis e conuenienter cura nequit seu officium expediri: ad hoc claret ipsos etiam errasse: dicunt enim alium f effectum habere illa quæ per clauem scientiæ, & per alium illa quę per clauem potentiæ statuuntur, g supponentes alia h per clauem scientiæ, & alia i per clauem potentiæ statui, seu etiam diffiniri: quod euidenter est falsum, per clauem enim scientiæ, siue per auctoritatem discernendi, seu cognoscendi inter lepram & lepram (si ipsam k dixerimus esse clauem) † nil l aliud per ipsum illi, cui datur, tribuitur, nisi m auctoritas cognoscendi. Ei autem cui datur auctoritas de re aliqua n cognoscendi, de illa diffiniendi non intelligitur esse data. Quare o restat, quod ad conuenienter statuēdum seu aliquod diffiniendum, vtraque clauis, scilicet cognoscendi, & diffiniendi necessario requiratur, p vel quod soli q claui potentiæ r statuere competat, & etiam diffinire: s sed sicut lumen materiale clauigerum in vsum clauis materialis dirigit, t & quasi quantum u ad hoc obtineat x scientia vicem y lucis. Et hoc Saluator noster in promissione clauium facta beato Petro z sensisse videtur expresse, cum post a illam immediate subiunxerit: Et quodcumque ligaueris super terram,

a ¶ In personam eiusdem.] 40.d.c.non nos.extra de re iud.ad Apostolicæ.§.nos itaque, & dic vt ibi not.per Innoc.in gl.ult.& de fo.comp.licet.in gl.fi.

b ¶ Officij pastoralis.] dicēdo, Si diligis me, pasce oues meas.ext.de elec.c.significasti.

c ¶ per quam.] scilicet officij commissionem.

d ¶ Omnia concessisse.] probatur hoc argumento iurium. ff. de offic. eius cui mā. est iurisd.l.1.§.vlt.de iuris. omn. iudi.l.2. de procur. l. ad rem. & l.ad legatum, ext. de offic.deleg.c.præterea. nam alias talis cura commissa nulla videretur, ff.de officio eius. leg. ult. extra de offic. deleg.ex litteris.

e ¶ Vniuersalis.] sic dicta, quia vniuersaliter super omnes tā fideles, quam infideles habet potestatem super quo vide id qđ not. Host. super hoc extra de uoto & uoti redemp.cap. quod super his.

f ¶ Alium effectū.] quia reuocabilem, & mutabilem.

g ¶ Statuūtur.] cum statuta per clauē, sciētię dicant esse immutabilia & irreuocabilia, licet in statutis p clauem potestatis dicant secus esse, vt parte præcedenti.

h ¶ Alia per clauem scientiæ.] scilicet immutabilis & irreuocabilis, secundum illos.

i ¶ Alia per clauem potentiæ.] possibilia mutari & reuocari.

k ¶ Si ipsam dixerimus esse clauem.] conditionaliter hoc ponit, non simpliciter nec assertiue propter opinionem aliam contrariam, ut in prin.huius, §.dixi.in gl.clauis enim.

l ¶ Nil aliud.] nam cum talis clauis in susceptione sacerdotalis ordinis conferatur, ut supr.circa prin.huius, §.& ibi probaui, absit dicere, quòd in simplicem sacerdotem translata uideatur potestas statuendi uel definiendi de fide, quæ soli sedi Apostolicæ reseruatur in prærogatiuam priuilegij singularis, ut dixi infr.proxi. in gl.cum ad solum. nam in generali commissione nō transeunt ea quæ quis non esset in specie uerisimiliter permissurus, extra de offi.leg.c.quod translationem, de offi.uica.c.cum in generali lib. 6.ff.de pecu.l.qui peculij.de pig.l.obligatione, & arg.extra de proc.c.non potest. Clem. 5. cum nec simplex sacerdos possit manum apponere ad ea quæ sunt etiam simplici episcopo reseruata.1.extra de consue.ca.quanto.de conse.eccl.c.aqua.

m ¶ Nisi auctoritas cognoscendi.] subaudi. & salutare remedium in foro pænitentiæ adhibendi, ut sup.eo.§. dictum est.

n ¶ De re aliqua cognoscendi.] & sic simplex est cognitio causæ data, datus ergo simpliciter ad cognoscēdum non cēsetur datur ad definiēdū, ut hic, & C.ad le.Cor. de fal.l.ubi. de iud.authē.ad hæc, extra de offic.delega. super quæstionem. §.nos autem, & §.verum, & §.porro.non enim simplex cognitor habet definitionem, vt not.ff.de proc.l.qui procuratorem, cum nec semper habeat iurisdict. ff.de re iud. l.ait prætor. licet super articulo, de quo iudex habet cognitionem, videatur regulariter habere iurisdictionem. ff.de verbo. sig.l.notionem.extr. de offi. deleg. ex litteris.no.d.§.nos autem secus autē (quoniam hic dicitur de cognitione) est in illo cui vices iudicis sunt commissæ, etiā cum clausula, donec committens eas duxerit reuocandas, qa talis potestatem habet definiendi, extra de offi.dele.c. si delegatus, lib.6.& antea hoc idem not. Host. eo.tit.ca.si pro debilitate.licet Inn.contrarium ibi notaret, & male.

o ¶ Quare.] scilicet quia potens simpliciter cognoscere, nō potest definire.

p ¶ Necessario requiratur.] cum enim cognoscere & definire sint diuersa, habens vnum, scilicet cognoscere, non ex hoc sequitur quod habeat aliud, ad instar habētis etiam liberam & plenā administrationem, qui per hoc donare non potest, nisi expressa sibi data super hoc potestate.ff. de pact. l. contra iuris.& l.ult.de do.l.filius, arg.ff.de iureiu.l.iusiurandū, §.ulti. cum l.seq. ad instar. etiam illius cui simpliciter causarum cognitio est commissa, qui per hoc etiam inquisitionem de criminibus, & amotionem a beneficijs non consequitur, extra de offi.uica.c.licet, lib.6.

q ¶ Soli claui.] scilicet, si dicatur una tantum esse.

r ¶ Potentiæ.] scilicet cognoscendi.

s ¶ Et etiam diffinire.] scilicet cognoscendi, alias etiam diffinitio non competeret ex sola potestate cognoscendi, ut supra.

t ¶ Dirigit.] lumen præbendo in tenebris, 15.q.8.c.sciscitantibus, ut uideat & liberius discernat seram claudere, uel etiam aperire.

u ¶ Quantum ad hoc.] scilicet quo ad usum clauium.

x ¶ Obtineat scientia.] scilicet in habente clauibus vti.

y ¶ Vicem lucis.) ut per scientiam habeat uim & claritatem in mente quo ad usum clauium, & illam ponat in opere, 39.dist.Petrus.habens enim uti clauibus, debet esse sciens soluere & ligare. de pæn. dist. 6.c.1.alias suscipiens eas peccat, per ea quæ dixi, in c.Execrabilis. circa prin.in uerbo minus idoneis.

z ¶ Beato Petro.] cum dixit. Et tibi dabo claues regni cęlorum.

a ¶ Post illam.) scilicet promissionem clauium.

b ¶ Subiunxerit.) Matt.16.24.quæst.1.quodcunque.& quod legitur, extra de re iud.ad Apostolicæ.§. nos itaque, lib.sexto.

a ¶ So-

¶ Certe Io. de Turrecr. li.1.ca.93.9. conclu. dicit illam scientiam discernendi esse clauē & ponit ibi in ordine sacerdotali aliā clauē potētiæ. fatetur tñ in conclu. seq. istas duas claues ord. non differre essētialiter, sed solū per cōparationem ad actus diuersos, & postea in c.69. eod.li. ponit istas duas claues in spirituali iurisdictione & in 8.concl.asserit eas non differre. Fō.

Idē Io. de Turrecre. li. 1.sum.in Eclesia, c.116. conclu.5.

Donare nequit hñs administrationem etiā liberam.

Clauibus habens uti debet esse sciens.

erit ſolutum [a] & in cœlis: nulla de ſcientia habita [b] mentione. Quod autem [c] ſubſequenter proponitur in ratione prędicta, videlicet, quod in confirmatione & declaratione regulæ fratrum Minorum, nonnullorum [d] prædeceſſorum noſtrorũ, videlicet Honorij tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti, verba huiuſmodi continentur: Hæc eſt regula Euangelica: & cetera [e] ſupra poſita vſque ibi, in nudo vſu facti etiam conſtitiſſe patet, prorſus obuiat [f] veritati. Honorius quidem pręfatam regulam abſque declaratione aliqua confirmauit, in cuius confirmatione de verbis [g] prędictis mentio aliqua [h] non habetur, vt liquere poteſt cuilibet confirmationem huiuſmodi intuenti [i], niſi quatenus de vita Euangelica habetur mẽtio in [k] ipſa regula confirmata, ibi cum dicit. Hæc eſt regula fratrum Minorum, videlicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Epangelium obſeruare, viuendo in obedientia, [l] ſine proprio & in caſtitate. Ex quib. verbis concludi non poteſt, quòd per ipſum prædeceſſorem noſtrum ea quæ ipſi in verbis prædictis aſſerunt, [m] fuerint diffinita, [n] immo [o] poteſt concludi potius quod vita Euangelica, quam Chriſtus & Apoſtoli tenuerunt, habere in communi aliqua nõ [p] excludat, cum ſine proprio viuere, non exigat quod ſic viuentes nihil habeant [q] in communi. In declarationibus quoque Gregorii, Innocentii & Alexandri prædictorum, qui eandem regulam abſque confirmatione alia declarant, ſimiliter nulla prorſus fit mentio de [r] prædictis: immo per eas euidenter oſtenditur, eorum quæ [s] habere licet ipſis fratribus, vſum [t] iuris ad ipſum ordinem pertinere. Gregorius [u] quidem in ſua declaratione quantum ad hoc interſeruit, quæ ſequuntur: Dicimus quod nec

a ¶ Solutum & in cęlis.) ſed hoc intellige claue non errante: alias enim ſi ligando vel ſoluẽdo erraret, ligatus vel ſolutus quis non dicitur quo ad Deum. Frequenter enim fit, vt quia per Eccleſiam militantem foris mittitur, intus ſit, ſcilicet in Eccleſia triumphanti, & ille foris eſt, ſ. extra eccleſiam triumphãtem: qui intus, ſ. in Eccleſia militanti retineri videtur, 24. q. 2. ca. ſi quis non recto, ext. de ſent. excom. a nobis. 2. talis autem error vt in pluribus vitatur in vſu clauium per ſcientiam ſoluendi & ligandi.

Excõicatus quo ad Eccleſiam militãtem ſæpe eſt abſolut⁹ quo ad triũphantem.

b ¶ Habita mentione.) quam veriſimile eſt ipſum feciſſe, ſi ſcientiam talem reputaret: cum. n. ſe daturũ claues ꝓmiſiſſet, non uideretur ꝓmiſsũ perfecte adimpleuiſſe, niſi id quod clauem reputaret, tradidiſſet, arg. ff. de le. 3. l. librorũ. de auro. & arg. leg. l. quãuis, de conſt. pecu. ſ. promiſſor. §. conſtituto, de act. empt. l. 2. §. vacua, de vſu. l. videamus, §. in Flauinia, conſtat enim ꝙ facta Chriſti perfecta fuerint, ipſe. n. opus imperfectionis non nouit, vt ſcriptura ſacra teſtatur, & ar. ad hoc in corpore auth. conſtitutio. quæ de dig. §. illud, col. 6.

Chriſti facta fuerunt perfecta.

c ¶ Quod autem ſubſequenter.) quarta pars.

d ¶ Nonnullorũ.) i. aliquorũ, duplici negatiua per affirmatiuã expoſita, & ſuper hoc vide quod dixi ĩ c. cũ inter nõnullos.

e ¶ Et cetera.) hæc clauſula cõprehenſiua eſt multorum verborum vt hic vides. Simile. ff. de li. & poſtu. l. Gallus, ext. de libel. ob. dilecti. de app. ſignificantibus de re iud. ad Apoſtolicæ. §. licet, uer. deierauit. Vnde facit in arg. pro more tabellionum, qui habent in aliquibus regionibus, quod recipientes notam in protocollo de aliquo facto vel contractu, vtuntur frequenter iſta clauſula, & poſt redigendo inſtrumentum in mundum, apponunt multa uerba, quæ non appoſuerunt in nota vel in protocollo, & illa ſubintellecta fore dicuntur ſub tali clauſula, & cetera. de iure tamen ſcripto nihil plus vel minus in mundo quam in protocollo debet reperiri, ut omnis falſitas, & ſuſpicio euitetur, in corpore auth. de tabel. §. illud quoque & ſeq. coll. 4.

f ¶ Obuiat veritati, & per conſequens falſum eſt, ut dixi ſup. in parte 1. in uer. falſas.

g ¶ De uerbis prædictis.] ſup. proxime & plenius ſup. parte 2. contentis.

h ¶ Mentio aliqua non habetur.] Vnde falſo Honorij verba ſuper hæc allegant, quare in periculum criminis falſi ſe forte inuoluunt, ff. ad le. Corn. de fal. l. ult. C. de Iuſt. C. confir. §. hac igitur.

i ¶ Intuenti.] & ſic oculata fide ueritas huius eluſceſcit, inſtit. de gra. cognati. §. ult.

k ¶ In ipſa regula confirmata.) Vnde Honorius per talem recitationẽ aliquid non definitum, propoſitũ, factũ, aliq̃d ve ẽt definiuiſſe dici non poteſt, arg. C. de prob. le. rationes, cõmunia vtriuſque iudicij, in l. ſcriptura, cum ſimil. ex quibus probatur uerba narratiua fidem non facere. ad hoc aũt clarius facit ext. de præben. ca. ſi dignitatem Clem. 5.

Verba enarratiua fidem nõ faciunt.

l ¶ In obedientia.) hæc tria quæ ſequũtur, ſunt de ſubſtantia religionis. de ſtatu mona. cum ad monaſterium. §. ult.

m ¶ Aſſerũt.) ſ. Chriſtum, & Apoſtolos nihil commune, vel proprium habuiſſe.

n ¶ Diffinita.) nam per modum recitationis, non diffinitionis per Papã Honorium fuerunt expreſſa. unde uerba ſua ad unum effectũ inducta, non ſunt ad alium extendenda, etiam in fauorabilibus, ff. de condit. & demon. l. cum tale, §. vltim. de adimen. le. l. inutiliter, & de libe. le. l. Aurelius, §. teſtamento, de manumiſ. teſtamẽ. l. Titia, §. Lucius. extr. de præben. c. ſi dignitatem. Clemen. 5. vbi de hoc dixi.

o ¶ Immo.) ſuper hoc uerbo uidere potes, quod dixi in ca. Execrabilis, in circa princ. ſuper verbo, immo.

p ¶ Non excludat.) ſcilicet per hoc quod ibi dr̃ Chriſtum & Apoſtolos ſine proprio vixiſſe.

q ¶ Nihil habeant. in communi.] cum proprie loquendo habere in communi aliquid non ſit proprium habere, de quo ſatis plene dixi in ca. ad conditorem, & c. cum inter nonnullos.

r ¶ De prædictis.) ſcilicet uerbis, quæ detrahentes prædictis conſtitutionem in eorum declarationibus aſſerũt contineri.

ſ ¶ Quæ habere licet.) hic uide quod dixi in c. Ad conditorem.

t ¶ Vſum iuris.) non ergo tantum ſimplicem uſum facti, ut dic c. Ad conditorem, &c. cum inter nonnullos.

u ¶ Gregorius.) ponit uerba declaratoria Gregorij.

a ¶ De-

in speciali, nec in communi debent habere [a] proprietatem: sed vtensilium, librorum, & rerum mobilium, quas licet [b] habere, ordo vsum habeat, & fratres secundum quod Generalis Minister, & Prouinciales ordinandum duxerint, his vtantur. Innocentius [c] autem, & Alexander præfati in suis declarationibus sic dixerunt: Dicimus insuper, quod cum in ipsa regula contineatur expresse quod Fratres nihil sibi approprient, neque domum, neque locum, neque aliquam rem, quod nec in communi nec in speciali debent proprietatem habere, sed locorum, & domorum, & vtensilium, & librorum, & eorum quæ licet habere, ordo vsum habeat, & Fratres secundum quod Generalis, & Prouinciales Ministri ordinandum duxerint, his vtãtur. Cum enim dicatur in declarationibus [d] supra dictis, quod ordo vsum rerum habeat præmissarum, ad vsum iuris necesse [e] est hoc referri: facta quidem quæ singulorum [f] sunt, personam veram exigunt, & requirunt, [g] ordo [h] autem uera persona non est, [i] sed repræsentata [k] & imaginaria [l] potius est censenda, quare [m] quæ sunt facti, sibi uere conuenire [n] nequeunt, licet ei [o] possint congruere, quæ [p] sunt iuris. Ad huc [q] licet declaratio Nicolai quarti prædicti contineat quæ sequuntur: Hi sunt [r] illi sanctæ regulæ [s] professores, qui Euangelico fundantur eloquio, [t] vitæ Christi roborantur [u] exemplo, [x] fundatorumque [y] militantis Ecclesiæ Apostolorum [z] eius [a] sermonibus, & actibus firmantur. Et post in eadem declaratione subiunxit, [b] dicens quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in speciali quam in communi propter Deum, meritoria est, & sancta, quam & Christus uitam perfectionis ostendens verbo docuit, & exemplo firmauit, quamque primi fundatores militantis Ecclesię prout ab ipso fonte hauserant, volẽtes perfecte viuere per doctrinæ ac vitæ ipsorũ alueos direxerunt; Ex verbis tamẽ prædictis [c] ne-

a ¶ Debent hře proprietatem.] hæc verba, & sequentia istos monere potuerunt ad detrahendum dictis constitutionibus, male tamen.

b ¶ Quas licet hře.] hæc verba sane intellecta retorquẽtur ɔ̃ tales, quia supponunt, ꝙ aliquod ius competat habendi in talib. rebus ut in c. Ad conditorem.

c ¶ Innocentius.] ponit verba declaratoria Innocentii Papę, & Alex. super quib. dicas, quod sup. ꝓx. dixi.

d ¶ Declarationibus supradictis.] .s. Gregorii. Innocent. & Alexan.

e ¶ Necesse est hoc referri.] cũ alias supponeretur iniustus, ꝙ dicere nefas est, vt in c. Ad conditorẽ, & c. cũ inter non nullos, & ibi plene dixi.

f ¶ Singulorũ sunt.] .i. per singulos explicanda.

g ¶ Et requirũt.] esse .n. dẽt p̃sona hñs factũ explicare, nec ante iuris ratiõ quã persona q̃renda est. ff. de iure cod. l. quidam referunt.

h ¶ Ordo aũt.] .s. Minorũ in genere.

i ¶ Non est.] cum sit nomẽ intellectuale carens aĩa, sed pôt dici fungi vice personæ sicut hrditas, municipium, societas, collegiũ, uniuersitas, ff. de fidei. l. mortuo. inst. de stip. seruorũ, in prin. C. d po siti. l. cũ hæreditas.

Hæreditas iacens defunctũ repræsentat.

k ¶ Sed repræsentata.] .s. iuris dispositione: sicut hrditas iacẽs personam defuncti repræsentat, ff. de noua. le. nouatio. in fi. de acq. rerũ dom. l. hæreditas .n. inst. de hær. inst. le. seruus alienus.

l ¶ Imaginaria.] .i. in imagine intellectus concepta, sicut alias aliquid intellectu percipit magis quam facto vel verbo dicitur, ff. de sol. l. ratum. de cõd. ob causam, l. qui se de iure dotium. l. si licet. §. quotiens, de don. inter uirum, & vxo. l. 3. §. vlt.

m ¶ Quare.] .s. quia facta per singulos explicanda personam veram exigunt, & ordo vera persona non est.

Hæreditas explicare ñ pôt ea, quæ facti sunt.

n ¶ Conuenire nequeunt.] probatur hoc per iura. hęreditas enim quæ de se quid vniuersum est. ff. de re. iur. l. hæreditas, de uerb. signific. l. nihil, ea quæ facti sunt explicare non pôt. nec illa sibi conuenire possunt, ff. de acq. rerum dom. hæreditas in multis, si quis testamento liber esse iussus, l. 1. §. Scæuola. Et populo vt vniuerso auditio diuinorum, quæ facti est, conuenire non pôt, ext. de sen. excom. cap. si scientia, §. cum vero, sic nec ordini vt vniuerso: vñ vniuersitas, vel collegium, quæ facti sunt, per se explicare non potest, sed per membra sua illa explicat, & explicare cogitur, ff. de cõd. & dem. l. municipib. & arg. C. de appa. præf. præto. l. cornicularii, li. 12. de excu. mune. l. maximarũ. li. 10. de aduo. diuer. iud. l. restitutẽdæ, sic ẽt sentit Inn. de sen. excom. Rom. circa fi. & Compost. de resc. c. eam te. in gl. 4. §. sed quid si canonici, & Accursius, C. de iur. calu. l. 2. §. hoc ẽt, in ver. plurima parte, & ad hoc adde quod dixi in c. fratrum, super verbo, ciuitatibus.

o ¶ Et.] .s. ordini, vt vniuerso.

p ¶ Quæ sunt iuris.] vt eligere, statuta facere, aliquem in fratrem recipere, & similia. arg. 16. q. ult. congregatio. ext. de ele. nullus. & cap. in Gen. & potestas acquirẽdi ea quorum ordo capax est. arg. ff. de stip. l. seru. §l. v. susfr. quib. mo. vsus fr. amit. l. seruo hæreditario.

q ¶ Adhuc licet.] Quinta pars, & ponit verba declarationis Nicolai tertii, alias 4. contenta in decret. Exiit. §. porro. de verb. sig. li. 6.

r ¶ Hi sunt.] .s. fratres Minores.

s ¶ Regulæ.] .s. beati Francisci.

t ¶ Eloquio.] .i. verbo. ff. de don. l. Aquẽlius.

u ¶ Roborantur.] .i. solidantur, vel firmãtur.

x ¶ Exemplo,] cuius quidem Christi omnis actio nostra est instructio. 2. quæst. 1. Deus omnipotens, extra, de sepult. cap. 1.

y ¶ Fundatorumque.) repete, roborantur exemplo.

z ¶ Apostolorum.) dicuntur igitur Apostoli militantis Ecclesiæ fundatores, simile de elect. fundamenta. lib. 6.

a ¶ Eius.) .s. Christi, vel militantis Ecclesiæ.

b ¶ Subiunxit, dicens.) hoc uidere potes quid super verbis sequentib. dixi in c. cum inter nonnullos, in uerbo declaramus.

c ¶ Prædictis.] .s. Nicolai quarti.

a ¶ Intentio.] ad quam semper recurrendum est, & superficiei literæ est præferenda, extra de præben. cum olim. ff. de cond. & dem. l. in conditionibus. de leg. 1. si seruus plurium. §. fi.
b ¶ Dicta regula.] .s. sancti Francisci.

illis vitæ necessaria, & tpalia recipere, quib. spiritualia ministrabant 1. ad Cor. 9. extra de præscr. cum ex officii. de off. ord. c. si episcopus, li. 6. 13. q. 1. §. his ita.
t ¶ Sed hoc.] .s. quod regula eorum Euangelico fundetur eloquio, & fide Christi, & Apostolorum roboretur exemplo, quod sine proprio speciali uel communi habeant esse fratres: vt fuerat Christus, & Apostoli. Hic autem sume literam, videtur intellexisse dicere q̃ est infra.

Tpalia recipiat qui spiritualia ministrat.

quaquam potest colligi, quod præfati prædecessoris nostri Nicolai intentio [a] fuerit dicere, quod dicta [b] regula quo ad omnia quę continentur in ea, Euangelico [c] fundetur eloquio, ac vitæ Christi roboretur [d] exemplo, nec quod Apostolorum vita, & actibus sit firmata. Constat enim multa [e] contineri in dicta regula, quæ nec Christus uerbo docuit, nec [f] exemplo firmauit, vtpote quod præcipit conditor [g] regulæ Fratribus uniuersis, ut nullo modo denarium [h] uel pecuniam recipiant per se vel per interpositam personam, nec non & de multis aliis contentis in dicta regula: quæ vtique nec Christus, nec Apostoli verbo docuerunt, nec firmauerunt [i] exemplo. Nec obstat, quod Christus portare pecuniam Apostolis, & discipulis, dum ipsos ad prædicandum mitteret, interdixit: [k] quod tamen [l] antequam eos mitteret ipsis fuisse legimus interdictum. Quodque post reditum pecuniam portauerunt in plerisque locis Euangelica veritas, & Apostolica dicta [m] testantur. Præterea [n] Augustinus dicit [o] expresse, quod [p] illud non [q] fuit præceptum, sed potestas recipiendi necessaria ab iis, quibus prædicabant Euangelium: quam [r] seruare [s] Apostolis licuit, vel etiam non seruare. Sed [t] hoc Romanus Pontifex prædecessor noster Nicolaus quo ad principalia tria vota, scilicet in obedientia [u] viuere, & sine proprio, & in castitate, ac alia si qua Euangelio reperiantur expressa, in dicta regula uidetur intellexisse [x] dicere in declaratione prædicta; quod [y] vtique declarationibus [z] nostris in nullo obuiat supradictis: adhuc non apparet ipsum [a] dixisse [b] sustentationem Christi, Apostolorum eius in solo, & nudo simplici consistere vsu facti; cum quo [d] ad Christum, & Apostolos nullam præfatus prædecessor noster Nicolaus in sua declaratione fecerit [e] mentionem; immo sensisse satis videtur expresse, quod ius [f] aliud a proprietate habuisse potuerunt: cum de [g] sola abdicatione proprietatis non iuris [h] alterius in præfata declaratione, quantum [i] ad ipsos attinet,

c ¶ Euangelico fundetur eloquio.] idest fundamentum suscipiat ex verbo Euangelico.
d ¶ Roboretur exẽplo.] .s. quo ad omnia in ea contẽta, vt supra.
e ¶ Multa. de quib. inf. subiicitur.
f ¶ Nec exemplo.] .s. facti.
g ¶ Conditor regulæ.] beatus Franciscus.
h ¶ Denarium vel pecuniam.] de denario vel pecunia recipiendis specialis per regulam facta fuit interdictio, dicto c. Exiit. §. ceterum in eadem: quia ipsorũ receptio naturaliter vt in plurib. frequẽter quem ad illicitũ impellit.
i ¶ Nec firmauerũt exẽplo.] cũ & Christus, & Apostoli habuisse loculos, & pecuniam sint reperti: qd prosequere vt dixi in c. cum inter nõnullos.
k ¶ Interdixit.] Matth. 10. c.
l ¶ Quod tamen) scilicet pecuniam portare.
m ¶ Dicta testãtur.) sed vbi? Vide quod nota. plene in capitu. cum inter nonnullos, in gl. scripturæ sacræ.
n ¶ Præterea Augustinus) expositor verborũ Christi interdicentis Apostolis cũ ad prædicandũ mitterentur, pecuniam portare.
o ¶ Dicit expresse.] .d. c. Matt. 10. & Th. ibidem post eum.
p ¶ Quod illud.] .s. pecuniam non portare.
q ¶ Non fuit præceptum.] id est in vim præcepti iniunctum: quia tunc contra facere, esset peccatum. 4. dist. §. vltim. secus in iis quæ sunt de consilio perfectionis, vt ibi, & 14. quæstione prima, quia ergo, not. extra de ætat. & qual. ad aures.
r ¶ Quam.] .s. potestatem recipiendi necessaria ab iis quibus Euangelium prædicabant.
s ¶ Seruare Apostolis licuit.] non erat enim magnum ab

u ¶ Obedientia.] q̃ dicitur melior quã victima. extra de maio. & obe. c. illud: & quæ sit ratio, exprimitur, sup. c. quorũdam, §. pen.
x ¶ Intellexisse dicere.) subaudi, non autem prohibuisse vsũ etiam cum iure vtẽdi, & hoc latius infra patebit.
y ¶ Quod utique.] sic ipsũ ĩtellexisse.
z ¶ Declarationibus nostris.) .s. factis in constõnibus, Ad cõditorem, & quod cũ inter nonnullos, cum in eis nõ dicatur quin carere proprio, & sub obedientia, & in castitate viuere dẽant, & quin quo ad Euangelica in regula expssa, ipsa regula Euangelica dicatur.
a ¶ Ipsum.) .s. Nicolaum quartum.
b ¶ Dixisse.) .s. in sua declaratione.
c ¶ Nudo.) .i. deputato, & denudato ab omni proprietate, & dominio, & ab omni iure vtendi.
d ¶ Quo ad Christũ & Apostolos.] licet quo ad fratres de tali vsu expresserit.
e ¶ Fecerit mentionem.] hic videre potes quod dixi. sup. e. §. proximo, circa princ. in gloss. vnde falso.
f ¶ Ius aliud.] saltẽ personale, uel personæ cohærens.
g ¶ De sola abdicatione proprietatis.] de ipsa sola mentione faciendo per modum abdicationis, aliud ius abdicasse in dubio non videtur sensisse, argumen. ff. de fund. instructo, l. quæsitum, §. idem respondit domo. & lege, cum de lanionis, §. cum fundi. in lib. feud. de feud. cog. lege prima, in fin.
h ¶ Non iuris alterius.] .s. utendi.
i ¶ Quantum ad ipsos.] .i. Christum, & Apostolos.

a ¶ Etiam

mentio habetur. Adhuc idem Nicolaus prędeceſſor noſter videtur ſenſiſſe, quod Chriſtus, & Apoſtoli etiam [a] quo ad proprietatem habuerunt aliquid in communi: cum enim in ſua declaratione prędicta verba de abdicatione proprietatis dixiſſet, [b] reſpondens obiectioni tacitæ, quæ ſibi de loculis, quos Chriſtus habuiſſe in Euangelio [c] legitur, poterat fieri, ſtatim quæ ſequuntur, ſubiunxit: Nec his quiſquam putet obſiſtere, quod interdum dicitur Chriſtum loculos [d] habuiſſe: nam ſic ipſe Chriſtus, cuius perfecta ſunt [e] opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum [f] imperfectioni condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret: ſic & infirmorum perſonam Chriſtum aſſerit in loculis ſuſcepiſſe: Alias impertinens [g] de loculis fuiſſet obiectio, niſi intellexiſſet, Chriſtum etiam quo ad proprietatem loculos habuiſſe. Præterea ſi diceretur, Chriſtum in loculis habuiſſe tantummodo ſimplicem vſum [h] facti, fruſtra [i] diceretur, qđ in perſona infirmorum ipſos Chriſtus habuit loculos: cum [k] ſecundum eũ † perfectis [l] etiam conueniat habere ſimplicẽ vſum facti. Et [m] ſi quæratur propter [n] quos infirmos iſtos loculos habuerit, Auguſtinus, [o] cuius dictum inſertum eſt [p] in decretis, reſpõdet dicens: habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat: unde [q] conſtat ipſum [r] de ſuis [s] diſcipulis hoc ſenſiſſe. Nec hoc ſcilicet in communi, & quo ad proprietatem aliqua habere derogat, iuxta dictum Gregorij noni prædicti, altiſſimæ [t] paupertati, qui in quadam ſua decretali [u] dicit expreſſe, fratres Prædicatores [x] & Minores in altiſſima paupertate Chriſto pauperi famulari; & tamen conſtat ipſos Prędicatores habere in communi etiam quo ad proprietatem aliqua, [y] quod [z] eorum [a] regulæ, & ſtatui non [b] repugnat. Hoc ẽt [c] Alexander [d] prædeceſſor noſter præfatus in condẽnatione libelli [e] contra ſtatum Prędicatorum, & Minorum editi, vide-

a Etiam quo ad proprietatem.] quaſi dicat nedum quo ad ius vtendi.
b Dixiſſet.] d.c. Exiit. §. porro.
c In Euangelio legitur.] Ioan. 12. & 13. cap. & 12. q. 1. cap. habebat Dominus.
d Loculos.] hoc verbum expone vt dixi in c. cum inter nonnullos. in gl. ſcripturę ſacræ.
e Perfecta ſunt opera.] ipſe.n. opus imp̃fectionis non nouit.
f Infirmorum.] ratione ĩperfectionis.
g Impertinens.] hic nihil curo dicere: q̃a ſatis dixi ẽt ante publicationẽ huius conſtitutionis in c. cum inter nõnullos, in gl. quę incipit, mirabile. ibi videas.
h Vſum facti.] abſq; alio iure proprietatis.
i Fruſtra diceret.] & ſic quo ad hoc ſua declaratio fuiſſet inanis, fruſtratoria, & vacua: quod non eſt cẽſendum: quia in conſtõne verba appoſita non debent eſſe ſuperflua, C. de nouo cod. comp. circa medium. 19. di. ſi Romanorum, nec fruſtratoria, ff. đ leg. 1. l. ſi q̃n. immo debent aliquid operari, ff. đ vſu. ſi ſtipulatus. extra de maior. & obe. ſolitæ. de priui. c. ſi papa, lib. 6. de conceſ. præb cap. cum ei quem. cle. 5.
k Secundum eũ.] ſ. Chriſtum: vel dic eum, ſ. Nicolaum iiii.
l Perfectis etiam.] quaſi dicat nedum ratione imperfectionis infirmis.
m Et ſi quęratur.] forte per volẽtem diligenter cũcta rimari & p̃fecte intelligere id quod legitur, arg. in corpore authen. de quæſtio. §. pen. col. 6. & in c. quia nõnunquam, §. nos autem.
n Propter quos.] id eſt, quorum contemplatione & intuitu.
o Auguſtinus.] Eccleſię doctor egregi⁹ & confeſſor eximius. extra de reliquiis, ca. glorioſus, lib. 6.
p Inſertum eſt in decretis.] 12. q. 1. c. habebat Dominus. hanc auctoritatem Auguſtini expone, & ſuper ea dic ut plene not. in c. cum inter nonnullos, in glo. ſcripturæ ſacræ, vltra medium eiuſdem gloſſæ.
q Vnde.] ſcilicet quia Dominus loculos habebat oblata conſeruans, & ſuorum, &c.
r Ipſum.] ſcilicet Chriſtum.
ſ De ſuis diſcipulis.] illi appellatione ſuorum de quĩbus præmiſerat, non immerito comprehenduntur: vtpote per eum ſine fraude, & fictione recepti & ſui familiares, & domeſtici cõmenſales, arg. extr. de ver. ſign. c. ſicut, de priui. c. licet, de ſent. excommunic. quicunque, lib. 6. ratione enim ſeruitij dicebantur ſui, C. in quibus cau. col. cenſi. l. 2. lib. 12. & ibi not. Alibi autem alio reſpectu ſui dicuntur, contra quos quis teſtimonium ferre non cogitur, C. ad Turpil. ſi femina. & ibi no. per Gar. dicto capitu. quicunque. & ad hoc facit extra de teſti. ca. de cetero.

Suorum appellatione q̃ cõtinentur.

t Altiſſimæ paupertatis.] cũ nec uideantur derogare perfectioni: quia ſine eius impedimẽto poſſunt in communi aliqua poſſideri, 12. quæſt. 1. c. expedit.
u Decretali.] extrauaganti.
x Prædicatores.] Nota prædicatores præmitti: quia primo proceſſit eorum inſtitutio. ſimile extra de exceſ. pręla. cap. 1. de relig. dom. c. 1. de dec. c. 1. in ſupraſcriptione. lib. 6.
y Aliqua.] puta horrea, cellaria, pro grano, & uino recolligendis.
z Quod.] ſcilicet habere aliqua in communi.
a Eorum.] ſ. Prædicatorum.
b Non repugnat.] cũ ipſorum regula habẽre eis talia non interdicat.
c Hoc etiam.] ſcilicet quod habere aliqua in communi etiam quo ad proprietatem, non derogat paupertati.
d Alexander.] ſ. quartus cuius confirmationem dicti detractores pro ſe inducebant, vt ſup. in par. 2.
e Libelli.] id eſt facta de libello ſubuerſiuo, vel detractorio quantum in ſe erat ordinum Prędicatorum, & Minorum. Et quæ ſit pœna contra proponentem libellum diffamatorium alterius, vide quod legitur. C. de famo. libel. l. 1. ff. de iureiur. l. lex. Cornelia, §. ſi quis librum, & 5. q. 1. c. quidam.

tur sensisse, in [a] qua aliquando de dictis [b] fratribus quæ sequuntur subiunxit: cum insuper respondet, quod ijdem fratres [c] omnia propter [d] Deum dereliquerint, exilia [e] vitæ subsidia mendicantes, Christumque imitentur pauperem, [f] perfectionem [g] Euangelicam amplexando, propter [g] quod euidenter apparet eos, [i] non solum in statu saluandorum [k] existere, sed, [l] etiam perfectorum, & per suæ religionis obseruantiam, [m] quæ quidem ipsius perfectionis Euangelicæ tenet [n] formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem [o] gloriam promereri: vbi [p] quidem expresse dicit, Prædicatores Christum pauperem imitari, [q] ipsosque perfectionem Euangelicam amplexari, [r] & in statu existere perfectorum, quodque ipsorum religionis obseruantia perfectionis Euangelicæ tenet formam: & tamen constat ipsos [s] habere posse etiam [t] quo ad proprietatem aliqua [u] iuxta eorum regulam in communi. Nec obstat [x] quod dicunt Innocentium (alias Cęlestinum) V. prædecessorem nostrum dixisse altam paupertatem esse habere pauca [y] propria propter Deum; altiorem quæ nulla [z] habet propria, tamen habet in [a] communi; altissimā, quæ nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communi: dicimus quidem quod hoc dixerit nō ut Papa, [b] sed vt frater [c] Petrus de Tarantasia in quadam postilla sua, quare [d] dicta pręmissorū summorum Pontificum [e] sunt ei [f] merito præferenda. [g] Dicunt etiam, quod Apostolus de tali altissima [h] loquitur paupertate dicens, [i] & altissima

a ¶ In qua.] scilicet condemnatione.
b ¶ De dictis fratribus.] scilicet Prædicatoribus & Minoribus.
c ¶ Ijdem fratres.] s. Minores & Prædicatores.
d ¶ Propter Deum dereliquerint.] sic fecerunt Apostoli, vt in Euangelio legitur, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, &c.
e ¶ Exilia.] idest tenuia, & pauperrima sicut vulgariter dici cō sueuit, quod frequenter aliqua ecclesia vel dignitas habet prouētus pauperes & exiles. merito aūt sic dicūtur exilia, quia eisdem fratribus per q̄stum publicū tribuere victum solet incerta mēdicitas. extra de relig. do. c. 1. §. confirmatos C. de mendic. vali. l. 1. lib. 10.
f ¶ Pauperem.] idest in paupertate viuere volentem.
g ¶ Perfectionē euangelicam.] iuxta quam saltem de cōsilio omnia abdicanda sunt, vt in Euangelio legitur. Si vis perfectus esse, uēde omnia quæ habes, & da pauperibus. 14. q. 1. §. 1. no. extra de æta. & quali. ad aures.
h ¶ Propter quod.] s. quod Christum dicūtur imitari, & perfectionem Euāgelicam amplexari.
i ¶ Eos.] scilicet Fratres Prædicatores.
k ¶ In statu saluandorum.] per hoc quod reliquerunt omnia propter Deum.
l ¶ Sed etiam perfectorum.] in hoc scilicet quod Christum imitantes perfectionem Euangelicam amplexantur.
m Obseruantiam.] de se multum meritoriam existentem, ut in c. quorundam, §. pen.
n Tenet formam.] in relinquendo omnia propter Deum.
o Præcellentem gloriam.] scilicet vitæ æternæ, iuxtā verbum Euangelij, Centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.
p Vbi quidem.] s. in dicti libelli condemnatione.
q Imitari.] uolendo in paupertate viuere.
r Amplexari.] in relinquendo omnia propter Deum.
s Ipsos.] scilicet Prædicatores.
t Etiam quo ad proprietatem.] quasi dicat, nedum quo ad vsum.
u Aliqua.] expone hic ut supra.
x Nec obstat.] s. prædictis quod habere aliqua in communi non obuiat altissimæ paupertati.
y Pauca propria.] forte ad uitæ sustentationem ar. 47. dist. c. sicut ibi.
z Nulla habet propria.] scilicet in singulari.
a In communi.] ideo in illis magistraliter dici potuit esse altiorem paupertatem quam in proprijs, quia illa vere dici non possunt propria. ar. ff. de uerb. sign. l. pupillus. §. ult. 47. dist. c. sicut hi. & quia in illis non competit sic plena dispositio sicut in proprijs. ff. communi diui. l. Sabinus. iuncta. l. in re mandata. C. manda. & in illis naturali uitio euenit negligi qđ communiter possidet, C. quando & quib. quarta pars. l. 2. lib. 10. Et per eandem viam loquendi magistraliter vel argumētaliter potuit moueri Innocentius iste ad dicendum quod altissima sit paupertas, nihil habere velle, etiā in communi propter abdicationem omnimodā sollicitudinis temporalium: quæ uix sine peccato saltē ueniali exerceri potest. 26. distin. æqualis.

possessa cōiter negligūt frequenter.

b ¶ Non ut papa.] tamquam Papa enim multū potuisset dclarando, nedum fidei articulum: immo & nouum [1] articulum inducendo, quod intellige ut diximus in capit. cum inter non nullos, ī uerbo, declaramus.

1 Vide oīo B. Tho. 2. 2. q. 4. ar. 10.

c ¶ Sed ut frater Petrus.] & sicut priuatus, vel ut magister non post constitutionem generalem inducere, cum hoc facere solum spectet ad principem. C. de legi. l. 1. Sic alias est reperire quod quis Papa, existēs aliqua profert non tanquam Papa, sed ut magister, & tamen eius dictis tanquam magistri non statur, extra de restit. spol. c. lr̄as, §. nos autem, cum ibi not. Nec interlocutoriæ eius sine causæ cognitione prolatæ in certo negotio, stat in alio, cum nō vt princeps eā sic tulisse uideatur, C. de legib. l. 3. §. vlti. & alias reperitur ꝙ aliquis non ipse, sed ut aliquis aliqua facit. ff. de adopt. l. si pater, §. qui duos. solu. mat. l. si uero negotium, §. 1. ad senatusc. Syllan. l. si sequens. in fin. C. ad admin. tu. l. cum quędam cum similibus.
d ¶ Quare, s. quia illa dixit non ut papa, sed ut frater Petrus.
e ¶ Summorum Pontificum.] s. Nicolai 4. su. in uersu, adhuc idem, & Gregor. su. in uerso, nec hoc. s. & Alex. s̄. verb. hoc etiam.
f ¶ Ei.] s. Innocentio, qui prædicta non ut papa, sed vt priuatus dixit.
g ¶ Præferenda.] vtpote auctorizabilia, & ab oīb. obseruanda, 11. di. nolite. ext. de const. ca. 1. C. de legi. l. leges vt gn̄ales, cum ut dixi sine impedimento perfectionis possint in communi aliqua possideri, 12. q. 1. expedit.
h ¶ De tali altissima.] s. quia nihil habet in proprio uel communi.
i ¶ Dicens.] 2. ad Cor. 8. c.

paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quod euidenter est falsum: [a] quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui [b] etiam [c] in speciali bona temporalia obtinebant, [d] de [e] quibus Apostolus [f] asserit, quod supra [g] vires suas miserant eleemosynas sanctis.

VM omnes Magistratus, presertim Ecclesiastici decidendas causas & ceteri Iurisperiti, quibus interpretandi consulendique tribuitur facultas respon sa sua, iuxta cōstitutiones Romanorum Pontificum, non solum quæ in corpore iuris clausæ reperiuntur, verumetiā secundum Extrauagantium dispositionem sint prolaturi, si modo ipsis Extrauagantibus adsint, quæ epistola Innocentij tertij ad Helien.episcopum deposcit: ipsarum lectionem non negligendam censeo: Quippe sententia lata contra extrauagantem publicatam, & indubitatam, est ipso iure nulla: ante publicationem vero secus, vt no. in proœmio Clemētinarum in verbo, de cetero, & in Clement. nolentes. de hæreticis. Sed si est publicata & indubitata, est ipso iure nulla, tamquam lata contra legem scriptam, no. Bal. in l.2. C. quando prouocare non est necesse. & Butrig. in c. 1. & in cap. cum inter. de re iud. & probatur in l.1. §. item cum contra sacras. ff. quæ sent. sine appell. rescindan. Exemplum in Extrauaganti, Execrabilis, secundum Abbatem in ca. Pastoralis. de fide instr. Item de extrauaganti, Ad regimen. quā allegat decisio in nouis 349. incipit. Item si mandatur. Secus autem si de ea dubitatur, per ca. pastoralis, de fide instru. & l. cum prolatis. ff. de re iud. secundum vnā lecturam. Ideo super ea Papa est cōsulendus, & si reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata, per auth. ad hæc. C. de fide instru. & l. Celsus. ff. de probat. secundum vnam lecturam. Facit cap. Ad audientiam, de præscrip. & idem præsumitur quando reperitur inter extrauag. 20. q. 1. cap. quoniam progenitorum. maxime si reperitur glossata per Doctorem famosum, sicut Zenzelinum, Laurentium, Ioannem Monachum, Gulielmum de Monte Lauduno, & alios: & per no. in d. c. pastoralis. probatur l.1. in fine. C. de nouo C. componendo, & quod no. in l.3. C. de legibus. vel si fuit diu obseruata, ut no. Bart. in l. fi. super Extrauag. qui sint rebelles, de quibus plenius per Bar. in l. cum prolatis, præalleg. & Butr. Abb. & Modernos in dicto cap. pastoralis. vbi secundum Boat. potest de ea dubitari ad instar eius, quod notatur in c. nemo. de elect. in 6. de quibus etiam per Ludou. in consil. 250. ꝙ incipit. In Christi nomine, In proposito casu. Vbi etiam subdit, quod si fuisset temporalis, per declarationem successoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ etiam ad petitionē singularis personæ facta ad legem vel ad ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem constituit ad omnes per l. fina. C. de legibus, & notatur in cap. in causis, de re iudic. Item est necesse, quod constet de datis, secundum Bar. in dicta data, qui sint rebelles. Præmissa intelligo de extrauagantibus emanatis post compilationem libri Sexti, secundum Ioan. And. in proœm. libri Sexti, ad finē, & cap. fin. de hære. eodem libro. Et si contradicant iuri scripto, dic vt plene per Ioan. Andr. Ioan. de Lignano, & Dominicum in c.1. in prin. de constitut. lib.6. & per Archidiaconū post Hug. 19. dist. cap. si Romanorū. & in summa. Adde Bald. in l. leges sacratissimæ. C. de legibus, & notatur in capit. si in laicis. 30. distinct. Nec est de substantia, ut redigatur in scriptis, de quo plene per Ioan. And. in regula, nemo potest, de reg. iur. in Mercurialibus, lib.6. & in decisionibus Rom. 238. per glo. in l. prima, C. de legib. probatur in cap. de renunciationibus, lib.6. per Abbatem in cap. 1. de postulat. prælato. qui dicit, quod de hoc uidetur communis opinio. Debent autem extrauagantes, quando de eis dubitatur, per allegantem in forma auth. produci sub plumbo, si extra curiam sunt producendæ, vel sub signeto Vicecācellarij, si in curia sunt producendæ. Et hoc de illis qui sunt descriptæ in libro Cancellariæ. Illæ autem quæ sunt descriptæ in Camera Apostolica, sumētur cum signeto Camerarij in curia, vel sub plumbo extra curiam. Et ita seruatur in curia Roma. De his autem plenius tractat supremus doctor Dominus Franciscus de Pauinis in prin. Extrauag. Ioan. xxij.

Sententia cōtra extrauagantē lata, an ualeat.

Extrauagās qn̄ dicit indubitata.

Scriptura nō est de substātia extrauagantis.

Extrau. qualiter sunt ꝑducendæ.

EXTRAVAGANTES DECRETALES QVAE a Diuersis Romanis Pontificibus post Sextum, emanauerunt, Quarum aliquæ Glossis Ioannis Monachi Picardi Cardinalis, aliquæ Commentarijs Gulielmi de Monte Lauduno, & Ioannis Francisci de Pauinis illustrantur.

LIBER PRIMVS.

De consuetudine.

Ioannes xxij.

¶ Consuetudo impediens, ne legati sedis Apostolicæ recipiantur, non valet, & illa non obstante legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipso facto excommunicationem incurrunt, & eorum terræ ecclesiastico subijciuntur interdicto.

CAP. VNICVM.

egati sedis postolicæ uid facere ebent.

SVper gentes & regna Romanus Pontifex a Domino cõstitutus, cum personaliter singulas regiones circuire non possit nec circa gregem sibi creditum curam pastoralis sollicitudinis exercere, necesse habet interdum ex debito impositæ seruitutis, suos ad diuersas mundi partes (prout necessitates emerserint) destinare legatos, qui vices ipsius supplendo errata corrigant, aspera in plana conuertant, & commissis sibi populis salutis incrementa ministrent. Verumtamen aliqui huiusmodi officium & potestatem ipsius Romani Pontificis, quam non ab homine, sed a Deo recepit, sub suo arbitrio redigere molientes, legatos ipsos nisi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum transmissi, sibi terras subiectas (dicentes hoc eis de consuetudine competere) ingredi non permittunt.

onsuetudo nimarum aluti contraria est reprobanda.

¶ Nos huiusmodi consuetudinem non tam irrationabilem, quam nonnunquam animarũ saluti contrariam, detrahentemque Apostolicæ potestati, auctoritate Apostolica penitus reprobantes, legatos ipsos ab omnib. cuiuscunque præeminentiæ, cõditionis, aut status fuerint, debere admitti decreuimus: nec eos prætextu cuiusuis cõsuetudinis impediri posse à quoquam Christiano nomine gloriante, quominus regna, prouincias & terras quaslibet, ad quæ ipsos destinari contigerit, ingrediantur libere, ac commissæ sibi legationis officium exerceant in eisdem.

¶Quæ vero de cetero super prædictis dictos legatos, aut etiam nuncios, quos ad quascunque partes pro causis quibuslibet sedes ipsa transmiserit, præsumpserint impedire, ipso facto sententiam excõmunicationis incurrant. Regna, terræ, & loca quælibet subiecta eisdem, tamdiu sint eo ipso ecclesiastico supposita interdicto, quamdiu in huiusmodi cõtumacia duxerint persistendũ. Non obstantibus quibuslibet indulgentijs, aut priuilegijs, Imperatoribus, ac Regib. seu quibuscunq; alijs sub quibuscunque modis tenoribus & formis a sede ipsa concessis, quę contra præmissa nulli volumus suffragari.

a ¶ Cathedralẽ.] aliqui habent sic, Ad cathedralem, aut, quamuis sæcularem non cathedralem ecclesiam, quod an bonũ sit, relinquo peritiæ legentium.


a ¶ Po-

De postulatione prælatorum.

¶ Ioannes xxij.

¶ Minores xxvij. annis sæculares & Mendicantes religiosi ad certas ecclesias prohibentur postulari: & puniuntur tam postulantes, quam postulati contrafacientes.

CAP. VNICVM.



DIspẽdijs & periculis varijs, quę ex subscriptis postulationibus possent ecclesijs euenire, & vacationũ diuturnitatib. quę consueuerunt nonnunquã ex postulationib. irrationabilib. prouenire, ac dispendijs, quæ inde frequenter ecclesiæ incurrunt, ad futurã rei memoriã obsistere cupientes, illũ qui vicesimumseptimũ non attigerit annũ, ad cathedralẽ, a necnon professorẽ cuiusuis Mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus ecclesias, ad monasteria extra suos

suos ordines postulari edicto perpetuo prohibemus.

¶ Quòd si secus postulatum fuerit & attentatum, irritum, ac nullius penitus sit momenti. Et qui scienter processerint ad eandem, ea vice postulandi, ac eligendi potestate priuatos, ac beneficijs, quæ in ipsa obtinebunt ecclesia, ad quam postulationem huiusmodi fecerint, per triennium nouerint se suspensos.

¶ Postulatos [a] vero, qui postulationis de se factæ negotium fuerint per se, vel per alium in Romana curia prosecuti, illud ibi proponi in publico vel priuato consistorio facientes, etiam se dumtaxat dispositioni sedis Apostolicæ committendo, si se annum xxvij. non attigisse sciuerint, vt præfertur, vsque ad xxxv. annum. Ceteros vero sæculares & religiosos extra suorũ administrationes ordinum perpetuo ineligibiles, ac impostulabiles esse decernimus: ac prorsus inhabiles ad quascumque dignitates ecclesiasticas, & beneficia quælibet obtinenda.

De electione.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Multis probat argumentis promotos in curia non debere ad propria redire sine litteris suæ promotionis. Qui si secus fecerint, pro prælatis non sunt habendi, pœnasque incurrunt hic expressas. Et de ista Extrauaganti facit mentionem Panormitanus in capitu. qualiter de electio. dicens, quod nullus antequam habeat litteras Apostolicas super sua promotione, debet administrare, nec debet recipi ab ecclesia tanquam prælatus: alias recipientes & receptus incurrunt pœnam [c] de qua hic.

C A P. I.



Niũctæ nobis debitum seruitutis exposcit, vt qui reformandos in clero mores & actus (prout nobis ex alto permittitur) solertius intendimus, ibi præcipue reformationis accommodę remedium apponamus, vbi maius respicimus periculum imminere. [b]

¶ Sane quam periculosum existat quòd aliquis in officio, dignitate vel gradu fore se asserat, & pro tali etiam habeatur, nisi prius ipse quod afferit legitimis ostenderit documentis, sicut tam ex ciuilibus quam ex canonicis institutis colligitur euidenter. Asserenti namque cum mandatis principis se venisse, credendum non est, nisi hoc scriptis probauerit: Nec similiter creditur se asserenti legatum. Nunquam enim Apostolicæ sedis moris fuit absque signatis apicibus vndecumque legationem suscipere. [d] Sed nec dicenti se delegatum sedis eiusdem creditur vel intenditur, nisi de mandato Apostolico fide doceat [e] oculata. Similiter clerici ad alienam diœcesim sine suorum ordinariorum litteris venientes, nec in suis recipiantur ordinibus, nec ad superiores ascendant. [f] Clerici quoq; & monachi, qui de suis ciuitatibus ad alienam vrbem proficiscuntur (nisi muniti veniant suorum litteris prælatorum) nõ sunt clerici vel monachi reputandi. [g] Si quis præterea in clerum electum se dicat, si sacerdotem sese nominet hoc scrutandum est: quia non sine periculo est in talibus communicatio indiscussa. [h] Quòd autem in illis qui se episcopos vel superiores prælatos, aut etiam Abbates, priores, seu alios monasteriorum rectores quocunque nomine censeantur, [i] appellant, fit discussio celebris & diligens facienda, luculenter apparet, & si scandala & pericula grauia (quæ ipsorum parere posset communicatio indiscussa) diligentius

a ¶ At-

a ¶ Postulatos vero.] hæc clausula breuior est in aliquib. libris, in quib. sic habetur. Postulatos vero qui postulationem huius modi de se factam prosecuti fuerunt, etiam se &c.



Niũctę.] Hæc decret. habet sex dicta. Primo premisso proœmio ad dicenda, factum intentũ in genere ponit. Secundo ver. [Asserenti.] ad factum positum per multa media arguit. Tertio. ver. [Quod autem.] dicta argumenta applicando ad casum specialiter intentum descendit. Quarto versi. [Præsent.] super dicto casu statuit, & inhibitiones consequenter adijcit. Quinto ver. [Quod si forsan.] facientes contra huiusmodi statutum punit. Sexto ver. [Similiter.] dictum statutũ ad casum alium extendit. Io. Monac.

b ¶ Imminere.] ext. 6. lib. de electi. & ele. pot. c. vbi periculum. Io. Monachus.

c ¶ Probauerit.] C. de mand. prin. l. una.

d ¶ Suscipere.] 98. di. nobilissimus. Io. Monachus.

e ¶ Doceat.] extra de offic. dele. ca. cum in iure.

f ¶ Ascendant.] ext. de cler. pereg. c. 1. & 2. & 98. di. per totũ.

g ¶ Reputandi.] C. de epis. & cle. si qua per calumniam. §. præterea. 71. dis. hortamur.

h ¶ Indiscussa.] 42. dist. quiescamus. Io. Monachus.

i ¶ Censeantur.] vt cum dr̃ prior, vel præpositus talis monasterij per priorẽ seu præpositum soliti gubernari. hæc. n. adiectio fit per stylũ cancellariæ, qñ scribitur priori vel præposito alicuius monasterij, alias si simpliciter sine dicta adiectione ñ scriberetur prædictis ut iudicib. Io. Mon.

attendantur. [a] Hinc nos euidens euocat ratio, vt cum pręmissis alijs casib. qui minoris existunt periculi, sit ex constitutionib. editis iam prouisum hunc vltimum, qui pericula grauiora minatur; nequaquã sine prouisionis opportunæ remedio relinquamus.

¶ Pręsenti itaque perpetuo valitura constitutione sancimus vt episcopi, & alij pręlati superiores, nec non abbates, priores, & ceteri monasteriorum regimina exercentes, quocunque nomine censeantur, [b] qui apud dictam sedem promouentur, [c] aut confirmationis, [d] consecrationis, [e] vel benedictionis [f] munus recipiunt, ad commissas [g] eis ecclesias, & monasteria absque dictæ sedis litteris [h] huiusmodi eorum promotionẽ confirmationem, consecrationem seu benedictionem continentibus accedere, vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non [i] pręsumant: nullique eos absq; dictarum litterarum ostensione recipiant, [k] aut eis pareant vel intendant.

¶ Quod si [l] forsan contra pręsumptum fuerit: quod per episcopos, pręlatos, abbates, priores, & alios monasteriorum regimina exercentes pręd1ctos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur: nec quicquam interim ijdem episcopi vel pręlati, abbates, priores, vel regimina exercentes, de ecclesiarum vel monasteriorum prouentibus percipiant eorundem.

¶ Capitula [m] vero conuentus [n] ecclesiarum & monasteriorum ipsorum & alij quicunque ipsos absque huiusmodi dictę sedis litteris recipientes vel obediẽtes eisdem, tamdiu sint a beneficiorum suorum perceptione suspensi, [o] donec super hoc eiusdem sedis gratiam meruerint obtinere [p]. ¶ Similiter quo

a ¶ Attendantur.] 11.q.3.nolite.Io.Mona.

b ¶ Censeantur.] 2.q.1.legum, Io. Mona.

c ¶ Promouentur.] ex prouisione Papæ vel officio superioris.extra 6.lib.de elect.si postquam, in fi.

Pręlatorũ aliqui cõsecrantur, alij benedicuntur.

d ¶ Confirmationis] via iustitiæ Ioa.Mona.

e ¶ Consecrationis.] vt electi ĩ episcopos & superiores pręlatos.Io. Mona.

f ¶ Benedictionis.] vt abbates, priores & prępositi prędicti.

g ¶ Ad commissas] statutum pręmisit, nunc inhibitionem duo capita continentem subiungit.

Probatio qñq; de necessitate per scripturã fieri debet.

h ¶ Litteris.] Not. probationem in scriptis, similes casus notantur extra libr. 6. de censi. Romana.§. postquam.

i ¶ Non pręsumant.] sed qualiter administratio acquisita ꝑ solam cõfirmationem aufertur? extra đ ele. trãsmissã, & no.62. dist.quãto Sol. si est cõsuetum, ꝙ primo ĩstalletur abbas antequã administret: hoc potest fieri, vt ius administrandi differat̃ consuetudine, extra de off.arch.ad hoc§. in quadam &c.vt nostrũ, sic potest fieri iure ĩhibẽte, vt hic. Sed numquid ꝙ hic dicitur, habet locum in inferioribus Papę confirmantibus? vr̃ ꝙ sic, extra de re iu. in causis. Dic contra, quia cum hęc constitutio sit pęnalis & ꝯtra ius cõmune, eandem non extendam, sicut nec iura specialia contra regulã ad consequentiam sunt trahẽda, extra 6.lib. de reg.iur.quæ à iure, Ioan. Monach. Sed pone consecratus vel benedictus litteras Papales habere non potuit propter Papæ obitum: nunquid tenebitur multo tempore in curia remanere? Credo quod non: quia hic Papa damnat præsumptionem temerariam recedere volentis absque litteris, propter, quod istum, & recipientes eundem, vt infra sequitur, punit. Sed necessitatem non excludit, & vbi non est culpa, nec pœna debet infligi, extra lib. sext. de regulis iuris sine culpa. Vnde temeraria præsumptio hic reprobata ad casum alium non debet extendi: nec prohibitio generalis excludit casum aliàs licitum extra de verborum significatione, capit. super quibusdam. Item statuta & priuilegia cum trahuntur ad iniqua, sunt reuocanda extra 6. libr. de sentent. excommu.cap.vltim.in princ.60.distin.§.verum, ff.de vulg.& pupil.subst.ex facto, §.1.& 2.extra de deci.suggestum.

Constitutio pęnalis non est extendenda.

Pœna nõ debet infligi sine culpa.

K ¶ Recipiant) sed nũquid oportebit me prælatum semper ostendere litteras? Dic, hic loquit̃ in principio dum accedit prælatus ad pręlaturam: non quando diu in possessione stetit, no. simile extra 6. lib. de sentent.excommu. si iudex.

l ¶ Quod si.] sicut præmisit duplicem inhibitionem videlicet quo ad pręlatos & subditos, sic hic quo ad eosdem cõtra inhibitionẽ venientes pęnam annectit: primo duplicẽ cõtra pręlatos, secundo vero capitulo contra subditos.

m ¶ Capitula) scilicet cathedralium vel sæcularium.

n ¶ Conuentus) scilicet regulariũ, Io.Monachus.

o ¶ Suspensi) video pęnam istam locum habere in sæcularibus, qui habent beneficia distincta, Quid in regularibus, nunquid fame morientur, cum non habeãt aliud beneficium distinctũ, nisi necessaria vitæ? Dicunt quidam, sibi imputẽt q̃ sua culpa inciderunt in hãc pęnam extra de æta.& qual.or.c.1.& ff. deposi.l.bona fides, & q̃rant victũ manib.91.d.cleric⁹ victũ. Vidi ĩ facto Sagieñ. ecclesiæ, q̃ regularis existit cũ q̃dã canonic⁹ illius ecclæ electo ibidẽ euidẽtẽ defectũ sciẽtiæ obiecisset, & defecisset nec potuisset pæna ista puniri, q̃ habet̃ extra 6. lib.de elect.statuim⁹, §.si vero & si forte, Papa decreuit (cum non posset sibi denegari victus) vt esset in ecclesia sua vltimus ĩ choro, capitu. & refectorio, nũquã ad dignitatem in ecclesia sua promouendus, sic dico hic arctum victum dandum donec isti gratiam sedis Apostolicæ, vt sequitur, meruerint obtinere, vt C.de ord.cogn. si quando, verb.nam si tales, ubi existenti in possessione seruitutis, qui administrare non potest, sumptus litis, & alimoniæ ministrantur, quantũ moderato iudicis arbitrio fuerit æstimatum. Sic damnato in metallũ, & etiam seruo pœnæ alimenta relinquuntur, licet alia subtrahantur, ff.de alim.leg.l.is cui & l.seruos ff. de ijs quæ pro non scrip. hab. l.3. Et alias mutatur pæna, cum ordinata per ius locum habere non possunt ff.de iurisd. om. iud.l.si q̃s id quod, §.in seruos, 14.q.6.si res, ff.de in ius voc. l.fi. Sed quis administrabit bona interim? Dico quod superior dabit administratorem extra 6.li.de sup.neg.pręl. ecclesiæ, de appel peruenit, vel dabitur curator bonis, sicut illis, qui administrare non possunt, ff.de cura.bo.dan, per totum, C.de asser. tol.l.1.§. super peculio.Ioã. Monach.

Pœna vna quandoq; in aliam mutatur.

p ¶ Obtinere) ex quo Papa sibi reseruauit hunc casum inferiores de eo se intromittere nequeunt. extra.6.lib.

que episcopi, prælati, abbates, priores, & alij monasteriorum regimina exercentes prędicti solito fidelitatis & obedientiæ iuramento [a] non prestito. [b] Illi etiam pontifices quos apud prędictam sedem pallium contingeret recipere, absq; litteris traditionis ipsius pallij nequaquam ab eadem discedant: discedentes vero (quousque huiusmodi iuramentum prestiterint, & litteras obtinuerint) nihil de ipsarum ecclesiarum, & monasteriorum prouentibus percipiant, & quicquid interim per eos (vt de alijs prædicitur) actum fuerit, viribus non subsistat. [c]

Benedictus xi.

¶ Si religiosus electus non petierit ipse vel eius electores licentiam consentiendi intra tempus moderandum pro præsentia vel absentia superioris, est eo ipso priuatus iure sibi ex electione quæsito; & possunt electores alium eligere, hoc dicit addit ad capit. quam sit, de elect. in 6.

C A P. II.

SI religiosus, qui absq; sui superioris licentia electioni de se factæ consentire non potest, illam post electionem sibi presentatam, vel eius electores intra tempus pro eiusdem superioris præsentia vel absentia moderandum, nequaquam obtineat, dat generale concilium [d] Lugdunense electoribus extunc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verum quia frequenter dubitatum est, an etiam sit eo ipso iure (si quod ei competebat ex huiusmodi electione) priuatus. Statuimus, illo eum hoc ipso fore priuatum. [e]

¶ Idem.

¶ Quatuor patriarchalibus ecclesijs vacantibus statuitur illis non posse prouideri Romano Pontifice inconsulto: quod si secus factum fuerit, irritum decernitur.

C A P. III.

SAncta † Romana Ecclesia, quæ disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum a Deo, vt potè mater vniuersorum Christi fidelium & magistra [f] quatuor patriarchales sedes instituit, inter quas post ipsam Romanam Ecclesiam, Constantinopolitanam primum, Alexandrinam secundum, Antiochenam tertium, & Hierosolymitanam quartum locum voluit obtinere, ipsasque multis prerogatiuis & honoribus ac priuilegijs decorauit: [g] de quarum prouisionibus cum eas vacare contingit, tanto est accuratius cogitandum & attentius prouidendum, quanto maioris eminent altitudine dignitatis, & periculose [h] erraretur in prouisionibus earundem.

¶ Super hoc igitur cum fratribus nostris habita deliberatione matura inter alia nostrę considerationi occurrit, quod omnes (proh dolor) prędictarum sedium patriarchalium ciuitates aut sunt destructę, aut occupatę ab infidelib. vel à schismaticis detinentur, ipsarum capitulis seu conuentibus & canonicis dispersis vndique extra ciuitates ipsas, per alias regiones seu loca à ciuitatibus ipsis remota. Ex quo contingit (sicut experientia nuper nos docuit) quod vacante Constantinopolitana ecclesia per mortem bonæ memoriæ Petri Patriarchæ, solum per vnum dumtaxat eius canonicum fuit de nouo pastore electio cele-

† Vidè nota per doctores in c. antiqua. extra de priuileg.

de sen. excõicã medicinalis. ĩ fi. & extra đ preb. inter cetera, alias possent, extra de sen. excom. nuper.
a ¶ Iuramẽto.] đ quo habetur extra de iureiurando, ego N.
b ¶ Nõ prestito.] ca. pe infr. nequaquam ab eadem discedant.
c ¶ Nõ subsistat.] nũ qđ pęnę in primo casu positę ɔtra recipiẽtes & obedientes p̄latis, hẽbunt hic locũ? vr qđ sic pp verbum quod pręcedit, s. & đ alijs. Dic contra, & hoc casu puniuntur prelati, vt in primo. nec verbum, de alijs, refertur ad subditos sed p̄latos. Nec mirũ si pęna hoc casu secũdo non repetatur: qa plus delinquitur recipiendo cõtra primũ, quam secũdum, nec pęnã nõ expressam extendam. de pęnit. dist. 1. pœnæ.

Pœnæ non sunt extendendæ.

ADDITIO. Ad intellectũ hui⁹ decr. & c. nihil. de elect. adde consiliũ Oldradi, numero 51. qđ incipit, posito sine p̄iudicio, vbi concludit, quod dñs Brochar. qui est immediate sedi Apostolicæ subiectus, distãs à Roman. curia vltra 30. dietas ad magnã ĩstãtiã sui capituli, & pp ecclę necessitatẽ vrgentẽ nõdũ obtenta confirmatione à sede Apostol. administrãs & bonorũ ecclesiæ administrationi se immiscens, non incurrit dictas pęnas. Ioan. Fian.

SI religiosus.] Hoc decisum est notatũ extra 6. l. de ele. q̃ sit. Et primo hęc ɔstitutio narrat Lugdu. ɔcil. secũdo ver. Verũ.] sup eo q̃ posset in eo dubitari, dat statutum.
d ¶ Cõcilium Lugdunẽ.] vt dicto c. quã sit.
e ¶ Priuatum.] nã ex quo dictum conciliũ dabat electorib. liberã eligẽdi potestatẽ. eo ipso ius adimebat electo. ar. ff. đ le. 1. l. plane. 1. respõso. ff. đ adimẽ. le. & si trãsferam. ff. de his qb. vt indi cum quidã, propter quæ ista cõstitutio videt superflua.
SAnctã.] Primo pręmium ad dicenda præmittit. Secundo ver. [Sup hoc.] cãm impulsiuam suæ ɔstitutionis subijcit. Tertio ver. [Ideoq.] sup p̄missis statuit. Quarto ver. [Nos. n.] statutũ hmõi p decretũ, & nõ obstan. munit.
f ¶ Magistra.] extra li. 6. in procemeo. 1. responso.
g ¶ Decorauit.] extra de priuileg. antiqua.
h ¶ Periculose erraretur.] extr 6. lib. de elec. vbi periculum. 1. responso.



X debito] à Bonifacij octaui.] ca.presenti. de præb.in 6.
b ¶ Clementis.] c.2. de præben.in 6.
c ¶ Tenoribus.] alias tenoribus,& aliàs tēporibus.

celebrata, alijs canonicis suis agentibus in remotis: dictus tamen electus iuri, si quod sibi ex electione huiusmodi competebat, in nostris manibus sponte ac libere resignauit.

¶ Ideoq; de eorundem fratrum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, vt quamdiu ciuitates ipsæ schismaticorum, aut infidelium subsunt aut suberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarum patriarchalium sedium, cum eas vel ipsarum aliquam seu aliquas vacare contigerit, ad electionem, postulationem, seu quamuis prouisionem de præficiendo sibi patriarcha vel pastore nullo modo procedant, quousque ad Apostolicæ sedis notitiam deducatur. Nos enim a data præsentium, decernimus irritum & inane, si secus per prædicta capitula, conuentus, vel canonicos, aut quemuis alium, vel alios scienter vel ignoranter fuerit attentatum: non obstantibus quibuscunque ipsarum ecclesiarum, vel alicuius earum consuetudinibus vel statutis, iuramento, confirmatione dictæ sedis vel quacunque alia firmitate vallatis seu constitutionib. priuilegijs vel indulgentijs sedis eiusdem, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet vel differri & de quib. quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris habenda esset mentio specialis. Nulli ergo, &c. Data Lateranen. x. Calendis. Ian. Pontific. nostri anno septimo.

¶ Ioannes xxij.

¶ Cum beneficia apud sedem Apostolicam vacantia sint soli Papæ reseruata, ostendit quæ & quorum apud sedem vacare dicantur eandem. Et primo loquitur de reseruationibus, secundo de pensionibus.

CAP. V.

Animarum periculis occurrere dēnt prælati.



X debito pastoralis officii nobis quamquam immeritis superna dispositione cōmissi, periculis animarum & ecclesiarum, ac monasteriorum dispēdijs, quę ob ipsorum vacationes diutinas ipsis solent frequentius prouenire, congruis remedijs (quantum nobis ex alto conceditur) salubriter occurrere intendentes, vt celerius & vtilius prouideatur ecclesiis ac monasterijs antedictis, & vt Romanæ Ecclesiæ, quæ super ipsas ecclesias ac monasteria ex diuina prouisione obtinere dignoscitur principatum, honor debitus impendatur, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum (pręsertim felicis recordationis Bonifacij viii. [a] qui dignitates, personatus, ecclesias, & alia ecclesiastica beneficia, & Clementis [b] quinti, qui tam huiusmodi dignitates, personatus, ecclesias, beneficia, quam cathedrales ecclesias quaslibet, monasteria, prioratus, administrationes & officia quæcūque, quæ apud sedem Apostolicam vacarent prouisioni Apostolicæ sub certis tenoribus [c] reseruauerunt) vestigiis inhærentes: Nos ex causis rationabilibus, quæ ad id nostrum animum induxerunt, de fratrum nostrorum consilio nonnulla detrahendo, aliqua declarādo, & quædam addendo de nouo, episcopales & earū superiores sedes, monasteria, & regulares ecclesias, ad quæ hi, qui eis pro tempore præficiendi sunt, etiam per electionem canonicam assumūtur, prioratus, officia, vel administrationes eorundē, dignitates, personatus, præbendas, aliaq; ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, quocunq; nomine censeantur, quæ apud prædictam sedem vacant ad pręsens, & ex nunc in antea (donec Christi dignatio nos dignabitur vniuersalis Ecclesię sponsę suę regimini pręsidere) vacare contigerit apud eam, prouisioni nostrę de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica reseruamus.

Ecclesię vniuersalis regimini Papa pręsidet.

¶ Huiusmodi autem sedes, monasteria, ecclesias, & alia præfata beneficia ecclesiastica per mortem vel depositionem ac priuationum eorum, qui ea obtinerent, per electionem cassationem, postulationum repulsionem, renunciationem quorumlibet, prouisionem, translationem, siue per successionem muneris consecrationis, aut benedictionis dudum a dicto Clemente prędecessore nostro promotis impensi, nisi de ipsis disposuerit prędecessor, & a nobis siue auctoritate nostro promouendis impendendi apud sedem ipsam, vel etiam vbicunque, aut quouis alio modo canonice vacare apud sedem intelligimus pręlibatam. Episcopales insup vel alias dignitates, ecclesias, monasteria, & alia prædicta fratrum nostrorum sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalium

Bñficia multis modis vacare pūt.

a ¶ Pensiones.] tolle infra sub edicto prædicto, nolumus aliquatenus comprehē di, & cetera.

Cardinales dicunt fratres Papæ.

apud dictam sedem per eorum obitum vacare censemus, siue inibi, siue alibi vbicunque ipsos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus & beneficijs quibuslibet (vt de alijs præmittitur) officialium nostrorum, videlicet vice cancellarij, eiusdem Ecclesiæ camerarij, notariorum auditoriis contradictarum, correctorum, scriptorū litterarum, ac pœnitentiariorum nostrorū nec non abbreuiatorum curiæ Romanæ sibi volumus vendicare.

¶ Rursus huius nostræ reseruationis edictum ad dignitates, & alia iam dicta capellanorum nostrorum commensalium & quorumlibet aliorum ratione officij, vel ex causa legitima in dicta curia morantium, quando a nobis pro nostris & eiusdem sedis negotijs prosequendis de ipsa curia quocunque modo pręmissi, vel aliqui eorum transmissi aut legati, vel nūcij fuerint & eos vbilibet ante ipsorū ad præfatam curiam reditum (durante legatione seu prosecutione ipsorum negotiorum) rebus eximi contigerit ab humanis duximus extendendum. Et id ipsum etiam esse volumus in huiusmodi capellanis commensalibus etiam si (vt præmittitur) nunc transmissi fuerint vbicunque, & ipsos rebus eximi contigerit ab humanis.

¶ Ceterum edictum ipsum trahimus ad sedes, monasteria, & alia supradicta, quæ viuente adhuc dicto Clemente prædecessore nostro vsque ad eius obitum, nisi de ipsis per eū fuerit ordinatum, & deinde vsq; ad datam pręsentium apud sedem vacauerint eandem, illaque vacare decernimus apud ipsam dummodo in eis ius in re licet ad rem non sit aliquibus acquisitum. Decernentes extunc irritum & inane si secus in prædictis & singulis eorum sciēter vel ignoranter per quemcunque seu quoscunque Apostolica vel alia quauis auctoritate attentatum fuerit, vel contigerit in posterum attentari. Non obstantibus piæ memorię Gregorij decimi, ac Bonifacii octaui, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus super hoc editis, quatenus edicto essent & sunt contrariæ memorato. Ceteris in ipsis constitutionibus contentis in suo robore duraturis.

Ius in re vtilius est quā ius, ad rem.

¶ Pensiones a insuper annuas ab episcopis & eorum superioribus aliisque prælatis inferioribus nec non quibuscunq; capellanis conuentibus, collegiis, vel singularib. personis factas & faciendas personaliter aliquibus ex eisdem Cardinalibus seu quibusuis aliis ex prænominatis personis, & pensiones præterea seu assignationes quantitatum quarumlibet super certis prouinciis, diœcesibus, ecclesiis, monasteriis, vel aliis ecclesiasticis locis aut ordinib. etiam a quibusuis prædecessorib. nostris Romanis Pontificib. factas præmissis personis, siue alicui earundem, vel monasteria, prioratus, administrationes quaslibet, beneficia regularia, vel alia quælibet quocunque nomine censeantur, non consueta ab olim clericis sæcularib. assignari, huiusmodi personis vel alicui earundem collata siue concessa in commēdam, vel alio quouis titulo ab eisdem prædecessorib. seu aliis episcopis vel superiorib. prælatis, capitulis, aut conuentib. vel collegiis sub edicto prædicto nolumus aliquatenus comprehendi, quo minus eis cedentibus vel decedentibus, siue illa quouis alio modo dimittentibus, monasteria ipsa, prioratus administrationes, beneficia, ac loca huiusmodi ad ecclesias & monasteria, siue alia loca religiosa vel alia ecclesiastica, earumque prælatos siue personas, ad quas antea eorum dispositio pertinebat, seu quibus immediate subesse noscuntur, libere reuertantur; nisi eis quid canonicum obstiterit, vel de ipsis aliter duxerimus disponendum.

De auctoritate & vsu pallij.

¶ Ioannes xxij.

¶ Pallij traditio per obiectum criminis vel defectus retardari non debet, nisi obyciens præmisso iuramento de obiectis promptam fidem faciat. Et quid sit promptam fidem facere, declarat.

CAP. VNICVM.



Alitiis hominū, quæ sæpe circa impediendam pallii dationem committūtur, volētes salubriter obuiare: hac in ꝑpetuū valitura cōstitutione sancimus vt deinceps per obiectū cuiusuis

Malitijs hominū est obuiandum.

Qvia cunctos.) a Campanam.) No. campanæ vsum ad multa valere, ut patet in his uersibus in quibus de se ipsa loqui campana inducitur.

Laudo Deū uerū, plebem uoco, congrego clerum:

Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.

Sedes

cuiusuis criminis seu defectus traditio pallij faciēda his, qui ad metropolitanarum ecclesiarum, seu aliarum regimen assumuntur, non impediatur in aliquo nec retardetur, nisi obijcientes firment corporali prǽstito iuramento se id malitiose non agere, sed obiecta vera esse se credere, ac de obiectis offerant facere promptam fidem: & nihilominus ad pœnam talionis seu extraordinariam se obligent arbitrio præsidentis. Promptam vero fidem intelligimus in hoc casu, si intra bimestris temporis spacium numerandum a a die collationis in antea, probauerint legitime quod opponunt. Quod si non fecerint, eorum obiectibus nequaquam obstantibus ad ipsius traditionem pallij procedatur. Per traditionem autem huiusmodi, viæ accusationis, denunciationis, vel inquisitionis, nullum volumus præiudicium generari.

De officio custodis.

¶ Ioannes xxij.

¶ In religiosorum Mendicantium conuentibus plures campanæ esse non possunt sine speciali Papæ licentia: plures autem campanulas in refectorijs, capitulis, & alibi, licite possunt ipsi religiosi Mendicantes habere. hoc dicit. Et est Extrauagans notabilis; & quia pulsare campanas est custodis officium, vt patet eod. tit. c. 1. in antiq. ideo hic non ab recollocata est.

CAP. VNICVM.



Via cunctos orthodoxæ fidei professores, & viros prǽsertim ecclesiasticos sic hortamur adinuicem, & quo ad alios etiam cōuersari, quòd ex ipsorum gestis nullius offendatur iustitia, nec cuiquam scandali materia præparetur: Aduertentes quod eo quod nonnulli Mendicantium ordinum professores in nonnullis suis conuentibus plures campanas obtinent, & in posterum satagunt obtinere. cathedrales ac ecclesiæ aliæ suæ quærunt ꝑpterea iustitiæ detrahi, & exinde ciuitatibus locorum interdum afferri diuinis officiis impedimentum, videturque inter ipsos litigiis, & scandalis via aperiri: Nos prǽmissis obuiare cupientes periculis, pacemque desiderantes inter ipsos (sine qua bene pacis auctor non colitur) obseruari: de fratrum nostrorum consilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quod religiosi dictorum ordinum Mendicantium in nullo conuentu suo seu loco plures campanas habeant sine sedis Apostolicæ licentia speciali, sed vna tantummodo pro loco quolibet sint contenti.

¶ Quòd si forsan communitas seu vniuersitas aliqua ecclesiastica vel mundana, seu iidem religiosi pro illis in aliquo ipsorum locorum campanam aliam habuerint vel nunc habent, non illam, sed aliam solam eorum specialiter vsibus deputatam pulsare valeant horis diurnis, & nocturnis, Missis & aliis consuetis.

¶ Ceterum religiosis eisdem permittimus quod vbi hactenus plures campanas sine lite & contradictione qualibet in vsus dumtaxat proprios habuerint, & nunc habent illis etiā deinceps libere vti possint. Aliis quibuscunque per eos habitis intra trium mensium spacium de suis locis seu campanilibus deponēdis, & nullatenus iterum reponendis Verum campanulas, quæ in refectoriis, sacristiis, capitulis & aliis forsan officinis religiosorum ipsorum consueuerunt habere, sub ista nostra ordinatione nolumus comprehendi. Nulli ergo &c. Datum 2. Nouembris, Pontificatus nostri anno octauo.

De officio delegati.

¶ Ioan. xxij. episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ Litteræ Apostolicæ impetratæ ad gratias seu ad lites in aliquibus ciuitatibus seu diœcesibus dum erant integræ, non obstante diuisione facta de ipsis in duas, seu plures ciuitates seu diœceses, quæ diuisio facta propter diuini cultus augmentum, & populi incrementum, & etiam executores seu iudices earundem, habeant sub eisdem modo & forma illum vigorem in sic diuisis, quem habebant in illis, dum integræ remanebant.

Eidē prōptu facere quid sit.

Hæc extrauagās hř inter viginti Ioā. xxij. sub tit. de ꝯcef. p̄bē. cū gloſſ. Dñi Zēz. Hæc vero gloſſa eſt Guilielmi đ Mōte Laudu no.

Sedes Apoſtolica.] Hæc poteſt intitulari ſub ti. de reſcrip. vel offi. deleg. vel ſub ti. de conceſ. præbend. & eccle. non vac. vel de parochijs. Et diuiditur in quattuor partes. In prima præfatio pręmittiť. In ſecūda factū inſeritur. In tertia conſtitutio ediť. in quarta ad ipſum additur. Secunda, [Sane.] Tertia, [Nos amouere.] Quarta, [Idē, &c.] Huiuſmodi conſtitutionis duplex eſt ratio. Prima vt alteri ꝓ alterū ini qua condō nō afferatur, ne qs cū alterius locupleteťiactura, vt res tranſeat cū onere ſuo, & ſic hęc ſūpta eſt ex rōne illorū iurium, ſup. de pœnis, ſuā, de reſcr. cā te, & c. ſi eo tempore, li. 6. de præb. dilectus.

Veritate fortius ē nihil.

CAP. VNIC.

Sedes [a] Apoſtolicā ſuis actib. veritatem [b] proſequēs, lucē [c] amans libenter euitat nodoſæ [d] ambiguitatis [e] inuolucrum: [f] illamq; [g] ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam intendit, [h] vt de illis [i] ita proueniant cōmoda, quod aliis non immineat detrimentum. [k]

¶ Sane [l] pridem ad diuini cultus augmentum, [m] & ad ſalutem [n] populi, quem in nonnullis ciuitatibus, & diœceſibus ſic multiplicarat [o] altiſſimus quod in earum ſingulis ſingulorum [p] vultus nequibat, vt deceret,

a ¶ Sedes.] ſimile ſu. de reſcrip. ſedes.

b ¶ Veritatem.] hæc fortior res de mundo eſt, ſecundū Eſdram, q̄ valet & inualeſcit in æternū, & viuit & obtinet in ſœcula ſæculorū 8. d. cōſuetudo, & merito, cū veritas ſit Deus, ea. d. ſi conſuetudinem, hanc cāni ne ſciunt aliqui prælati noſtri tpis, qui volentes plus placere hoibus, quam Deo, infinita ſine complemento promittunt, vnde hanc ignorant: & ideo interrogant cum Pilato: Quid eſt veritas? Io. 18. in fi.

Lucē odit q̄ male odit.

c ¶ Lucem amans] bene agentes hanc diligunt: ſed contrarium eius peruerſi ſup. de of. deleg. conſuluit, de hæret. cum ex iniuncto, C. de epiſ. & cler. conuenticulam, de pœn. diſt. i. item vt Chriſtus.

d ¶ Nodoſæ.] id eſt, intricatæ ſupra de verb. ſign. cum olim.

e ¶ Ambiguitatis. de triplici ambiguitate, ſ. iuris, & facti, & perſonæ, dic vt 33. d. habuiſſe, in gl.

Pacis auctor ſine pace nō bene colitur.

f ¶ Inuolucrum,] i. inuolutionem.

g ¶ Illamque.] verſiculus.

h ¶ Intendit.) bene dicit, intendit, quia extra intentionem ſuam frequenter facit, Papa, vt ſup. vt eccl. beneſi. vt noſtrum, tamen non tenet quod contra intētionem eius ſit, dum tamen de hoc conſtet, vt ſupr. de reſcr. ſuper litteris, in fi. & c. cum dilecta.

i ¶ De illis.) ſ. ordinationibus.

k ¶ Detrimentū.) non dēt enim aliquis cum alterius iactura ditari, ſup. de pœnis, ſuam, nec ridere de fletibus aliorū, ſup. de priuil. petiſtis, hoc eſt pro perſonis & eccleſijs, quarum bona occupata ſunt in toto, vel in parte pro iſtis nouis eccleſiis, ſeu in collegijs de nouo per iſtum Papam creatis, vt fiat eis aliqua recompenſatio, ne ab ipſis ſic miſeris ex toto, exceptum ſit præmium gaudiorū contra legē, C. li. 12. in fi. ipſius l. bri, q̄ recompēſatio dēt fieri, vt ſu 3. de ma. & obe. cū inferior. Quid ergo facient archidiaconi eccleſiæ Tholoſanæ, qui oēs procurationes, & fere omnia iura archidiaconatuū ſuorum habent hodie in alijs ciuitatibus & diœceſibus ab ea diuiſis, nunquid ipſi vel potius archidiaconi, qui de nouo creati ſunt in illis nouis ciuitatibus iura archidiaconalia in illis diœceſibus exercebūt? Item quid faciet abbas Cluniacen. de prioratu S. Flori, qui epāus factus eſt, nulla emenda facta monachis vel de ſimilibus? Itē quid facient plures clerici, qui aſſerunt ſe ex hoc ſuis beneficijs alias adeptis canonice priuatos? Item quid erit de epo Pictauenſi & Albinenſi, ſeu ſimilibus, qui multa de menſa tam de emolumento ſigillorum, quam de alijs amiſerunt: nunquid iſtis, & ſimilibus ad detrimentum poterit reputari? Non videtur, cum totius eccleſiæ vniuerſalis, quæ eſt vnica, & bonorum eiuſdem plenaria diſpoſitio, Papæ eſſe noſcatur, vt ſup. de pręb. licet, li. 6. de exceſ. præla. ſi qs, cōcil. Viennen. §. verum, & ideo ipſe nedum potuit, immo debuit nedum imminente multiplicatione populi, de quo infra proxim. augmentare operarios, & ſedes ipſis congruas collocare, ac de ſtipēdijs ſufficientib. miniſtrare, arg. 31. diſt. in nouo, ſu. de of. ord. quoniam, etiam cum detrimento aliorū, vt ſic minor vtilitas cedat maiori, & priuata cōmuni, ſup. de poſtu. prælat. bonæ 17. q. i. ſiēt ſup. de maio. & obe. cum inferior. Nū quid ergo archidiaconus eccleſiæ Tholoſanæ erit oculus epiſcopi Lōbarieñ. & in ordinationib. clericorum, & in alijs in quib. tenetur archidiaconus aſſiſtere ſuo epo, vt ſupra de offi. arch. ad hæc, & de ſcrutinio c. i. ipſe aderit ſibi, quia facti & de facto eſt ei. ſuperſedeo quo ad præſens.

l ¶ Sane.) Secunda pars.

m ¶ Augmentū.) Hæc eſt cauſa prima, ad hæc enim tenentur principaliter nedum eccleſiaſticæ perſonæ, & bona ipſarum, immo etiam quilibet Chriſtianus, vt 21. d. §. i. de cōſt. ex parte, de celeb. Miſ. graui conciliū Viēneñ. Et hæc cauſa excuſat coitum coniugalem a quolibet peccato etiam veniali ſi intentione, ſ. habendæ prolis, quæ diuino cultui applicetur in baptiſmo, fiat coniunctio, vt legitur, & not. 33. quæſt. 5. vir cum propria, licet Hugo. ibi contra.

n ¶ Et ad ſalutem.) ecce ſecundū, huic enim ſaluti per quam neceſſarium eſt pabulum Dei, vt ſup. de offi. ord. inter cetera, & ipſo multiplicato debuerunt prædicatores & miniſtri plures poni, vt 21. di. in nouo, in fi.

o ¶ Multiplicarat.) iſta multiplicatio eſt ſufficiens cauſa erigendi nouos epiſcopatus, dum tamen ſolemnibus & frequentioribus locis fiant, ne vileſcat epiſcopalis dignitas, vt 16. q. 1. præcipimus, ſupr. de priuile. c. 1. 80. diſt. epiſcopi.

p ¶ Singulorū vultus.) debet enim bonus paſtor cognoſcere vultum cuiuslibet pecoris ſui, vt legitur Eccl. 32. c. vnde hoc ſumptum fuit. Hæc enim eſt una ratio, quā allegant curati contra Prædicatores & Minores, ꝙ etiā ſemel ad minus in anno quilibet parochianus debeat ſuo rectori proprio confiteri omnia peccata ſua, licet ēt ſit eis confeſſus. Secūda eſt neceſſitas illius canonis, oīs, ſup. de pœn. & rem. quæ non eſt ſublata ꝑ voluntariam conſtitutionem, ſuper cathedram, ubi plene de hoc dixi. Sed ad hoc poteſt reſponderi, ꝙ licet Papa ordinauerit in dicto concilio, omnis, ſemel in anno confitendum eſſe proprio ſacerdoti: non tamen alligauit poteſtatem ſuorum ſucceſſorum, quin poſſint ſurrogare vel adiungere ſocios, & dare coadiutores ipſis ſacerdotib. in illo caſu, qui ſimili ptāte vterentur in huiuſmodi cū illis, quod & fecerunt. ſcilicet fratres, in alio concilio, ſ. Viennen. & ſic cum ambo concilia ſint eiuſdem auctoritatis, merito per poſterius primo derogatū eſt, licet de ipſo non faciat mentionem, & ſic neceſſitas, q̄ inerat confitendi vni, ſ. proprio ſacerdoti: & vt in cap. omnis, dilata eſt, & ampliata ad plures, vt in ca. ſuper hoc dico per iura ſup. de conſt. licet, lib. 6. de off. deleg. ſuper quæſtionum, in prin. 50 d. dño ſancto. ſup. de ele. innotuit de præb. dudum, lib. 6. Et ſic cum habeāt plures odio ſuper hoc quo ad cōfeſſionē ſuos curatos: merito illis plus expedit oſtendere fratrib. quā ſacerdotibus.

vultū suū, qui licet eadē potestate fungant cum alijs, tñ sciētia & discretione alijs præferunt, sicut sunt fratres, in quibus vt plurimū plus quā in rectoribus sciētiæ clauis viget, & sic plus proficiēt quā alij in vultus inspectione, ar. 20. dist. per totū, sup. de ęta. & qual. cū sit ars, de renū. nisi, §. pro defectu. Sed nūquid illi qui confessi sunt proprio episcopo vel archipresbytero vel illi de quo p pęnitentiarios Papæ dictū est in litteris suis q possit ad trienniū sibi eligere confessorum idoneum, necessario teneatur semel in anno cōfiteri proprio sacerdoti? Videt qđ sic per supradictā rationem per rectores contra fratres superius allegatā. Contrariū tamē fit quotidie, id est nō curāt cōfiteri suis sacerdotibus, ex quo alteri de istis sunt semel cōfessi.

Curati vt plurimū nō sunt ita litterati ut religiosi.

cauere, ar. ff. loca. ff. quis domū, § 1. 23. dist. in nomine Domini, quod credo verius: ita tamen quod fiat cum omni minori præiudicio eorum quo poterit.

vnicus pastor inspicere, aut alias partes [a] boni pastoris implere: salubriter intendentes in ipsis diœcesibus, quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures [b] diœceses [c] duximus diuidendas, certas earum ciuitates ac ecclesias ereximus [d] cathedrales, quarum singulis proprias distinctas, & limitatas [e] iussimus assignari. Verum [f] quoniam plures ante ordinationem seu diuisionem nostram huiusmodi, tam a nobis, quam a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Apostolicas obtinuerunt litteras super beneficijs Ecclesiasticis in ipsis tunc [g] integris diœcesibus uacaturis: quarum nonnullæ restant adhuc executioni mandandæ: [h] Nos amouere [i] volentes cuiusuis dubitationis scrupulum, [k] qui circa executionem gratiarum super huiusmodi beneficijs concessarum, posset [l] forsan incidere, considerantes attentius, quod per ordinationem [m] seu diuisionem nostram prædictam ius

a ¶ Alias partes.] id est alia diuersa onera quę incumbūt bono pastori circa sui gregis vigilias exercendas, sup de offi. ord inter cetera, de censi. cum Apostolus, & sequentibus. c 16. q. 1 Prædicatorum

b ¶ Plures.] & sic plus continet vltra duo. nec duorum numero est contētū, simile ff. de opt. leg l. 1. quod est contra iura sup. de reg iur pluralis & de pb. is cui, in fi. lib 6. qñque tamen ad vnum restringitur, vt sup. de priui vt priuilegia, in fi. Dic hoc debere intelligi secūdum præcedentia & subsequentia, iuxta materiam in qua ponuntur, cum secundū illam, exquirantur sermones. 45. dis. disciplina, sup. de cle. excō. ministratores, vnde frequenter talia ampliantur, & restringuntur, propter fraudes & odia, & pp̄ter absurditates, quæ inde sequerentur, vt in dicta. l. & c. vt priuilegia de hoc ēt dicitur in extrauag Execrabilis.

Diœcesis si... es non præ... tribuntur.

c ¶ Diœceses. id est territorium. 2. q 5. §. ad hoc, debet enim quęlibet diœcesis habere suos limites certos, & proprios, & tales ex quo indubitata fide certi sunt constituti, pscribi nō possunt, nec ea quæ ipsis adhærent, ne confundant ipsi limites, vt sup. de paroch. sup. eo. 1. 6 q. 4. quicunque, cum multis ibi positis.

d ¶ Ereximus.] sic no. qđ Papa de vna diœcesi pōt facere diuisas & diuersas: sic Imperator diuidit prouincias. ff. de offic. asses. si eadem. tamē propter diuisionē Imperatoris nō erunt plures metropoles apud ecclesiam, cum non debeat cōmutari ad mobilitatem necessitatum mundanarum. 10. dist. leg. Sed quid erit si intersit Imperatoris vel alterius principis seu psonę secularis (puta quia sunt patroni seu defensores) non mutari statum talium ecclesiarum, seu ciuitatum, vel diœcesum; nunquid poterunt se opponere cū effectu? Et vr̄ qđ sic, qa nihil cū scādalo vel dāno alicuius est faciēdū seu attētandū, sup. de præsc. nihil. & sup. e. c. in prin. vñ dictum est; Nisi ipse ex hoc ius patronatus & alia cōmoda sine culpa amittat, cū iura imperialia ēt in bonis ecclesiasticorū semper remanserunt solua, 11. q. 1. si tributum cum seq. In contrarium vr̄ qđ pp maius bonum quis iure suo priuat, & etiam sine culpa punitur, 22. dis de Constantinopolitana. sup. de ele. sacrosācta de postula. præl. bonę. 2. in ipsa etenim fundatione hoc euenire posse pspicere debuerunt, & sibi

e ¶ Limitatas.] diœceses, id est limitata territoria, nam limes dicitur finis, vnde versus: Limes erat positus. &c. sup. de ver. sign. forus.

f ¶ Verū.] versiculus.

g ¶ Tunc.] id est tempore datæ earum, & sic tempus datæ respicitur in talibus, vt supra de rescrip eam te. & c. si eo tempore, lib 6.

h ¶ Mandādæ quasi dicat de ijs litteris, quæ iam mandatæ sunt executioni qualitercunque, ex quo ius acquisitum est in re, nō intromittimus nos, cū præsens cōstitutio futura dumtaxat respiciat, vt sup. de constit. quoniam. Vel dic quod immo respicit præterita, vt patet infra super verbo, declaramus.

i ¶ Nos amouere.] Tertia pars.

k ¶ Scrupulū.] id est molestiā, sollicitudinem, vel anxietatē animi. Et dicitur à scrupulo, q. est lapis modicus, qui sicut frequenter lædit pedem, sic scrupulus animum nescientem soluere difficiles quæstiones, secundum Hug. Et sic no. qđ ignorātia, ex qua quis redditur dubius, affligit hominem, & molestat. arg. 20. dist. si decreta. 16. q. 1. § 1.

Ignorantia affligit.

l ¶ Posset. & sic expedit in talibus ante tēpus occurrere & præuidere ea quæ venire pñt, C in quib. cau. l. vlt. in fi ff. loca. si quis domum, §. 1. & hæc est prouisio sibi aduersus futurum periculum præcauere, vt supra de procur. c. 1 in fi.

m ¶ Ordinationē. hoc verbum, ordinare, & iste actus qui ordinatio dicitur, est multū generalis, comprehēdēs, quemuis modum quo quis habet de re pp̄ria disponere iure suo. Et ideo si aliquis impetrauerit bñficium spectans ad ordinationē alicuius, poterit petere beneficiū spectans ad collationē, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem talis, vt probat supra de offi. deleg. super eo. & de iure patro. eā te, in fi. facit supra de offi. ord. ordinarij Sed nunquid fieret præiudicium episcopo, qui habet institutionem, si tali puideretur de beneficio spectāte ad solam præsentationem illius, cōtra quē impetratum est. Et videtur quod sic, nā cum magis habeat in concessione eps, q̃ in præsentatione patronus, vt sup de of leg. dilectus, nō vr̄ qđ Papa velit piudicare epo. nisi expresse hoc innuat: quod faceret si diceret, ad psentationem talis qa tūc satis exprimeret Papa, quod penes aliū erat institutio, cui quātū ad hoc derogare intēdebat; sed p hoc verbum, ordinationē, nec vr̄ velle derogare, nisi illi dumtaxat contra quem scribit, & hæc est rō illius textus. sup. de præb. cū in illis, §. cum autem, li. 6 Dic cōtrarium, cum in nullo quantū ad hoc præiudicetur instituenti, qui ad motum suum nunquam disponit de tali beneficio, & si in aliquo præiudicetur in modico tñ. arg. sup. de rescr. auditor. sed patrono dumtaxat, patronus vero motu suo mouetur ad præsentādū quē voluerit, aliàs idoneū; vñ soli illi quorū principaliter interest audirentur contradicentes talibus impetrantib. & nō alij. arg. sup. de ele. cum inter R. de testi.

dicemus ex hoc etiam ꝙ dicit quid firmum: quia firmitas est ex puritate: infirmitas ex impunitate: nam & in corpore surgit infirmitas ex impuritate, vt quia oriuntur in eo immunditiæ corporales & mali humores, & in anima etiam surgit infirmitas ex impuritate, vt quia oriuntur in ea immūditiæ spirituales, & malæ cogitationes. Formetur autem, sic rō: Quicquid est vnum & sanctum, i. sic in vnitate sancitum, ꝙ non pōt esse nisi vnū corpus, & habere vnū caput, mēbra non poterunt saluari nisi coniuncta illi corpori, & subdita illi capiti: Ecclesia est huiusmodi, ergo &c. Mēbra quidem ex hoc saluantur & viuunt: quia mouētur & sentiunt, & motus & sensus eis infunduntur a capite, si non sunt subdita capiti, non mouentur nec sentiunt, propter ꝙ viuere & saluari non poterunt. Tertia rō sumitur ex tertia cōditione, quia Ecclesia est catholica & vniuersalis siue generalis, sic.n.ait Isidorus: quia catholicus vniuersalis siue generalis interpretatur. nā Græci (vt dr) vniuersale catholicon vocant. Si ergo fides, quam tenet Ecclesia, vel ipsa ecclesia esset particularis, continens vnam gentem vel vnum populum, sicut sunt multæ gentes & multi populi, sic forte essent multæ ecclesiæ & multa capita. Sed cum sit catholica & vniuersalis, quia omnes obligantur (si volunt esse in statu salutis) ad credendum & tenendum ꝙ credit & tenet ecclesia: ideo sicut non pōt esse nisi vnum vniuersum ꝙ omnia comprehēdat: ita quantum ad statum salutis non potest esse nisi vna ecclesia, eo ꝙ ecclesia cōprehendit oēs, qui volunt esse in statu salutis. Formetur autem sic ratio. Illud quod est catholicum & vniuersale, & comprehendit omnes, qui volunt esse in statu salutis, non potest esse nisi vnum, & habere vnum caput, cui oportet esse subditos omnes volentes esse in statu salutis, ecclesia est huiusmodi: ergo, &c. Quarta ratio sumitur ex quarta conditione, quia ecclesia est Apostolica, tenet enim illam fidem, quam Apostoli tradiderunt & docuerunt, de quibus potest intelligi quod dr in Psal. ꝙ in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, vt nullus possit se excusare se non subesse ecclesiæ, omnes .n. Apostoli fidem prædicauerunt, & docuerunt. Vnde Apost. ait ad Gala. 2. Ascendi autem fm reuelationem, & contuli cum illis, i. cum alijs Apostolis, Euangelium, ꝙ prædico gentibus, & subdit causam, ne forte in vanum currerem, aut cucurrissem. Ne ergo vana esset prædicatio sua, & ne uideretur gentibus, uel alijs quod prædicaret aliud quàm alij Apostoli, uoluit Apostolus de Euangelio ꝙ prædicabat, conferre cum illis. Item ecclesia est Apostolica; quia illam fidem tenet & docet, quam concorditer prædicauerunt & docuerunt Apostoli. Formetur ergo sic ratio. Illud quod est Apostolicum, & tenet illam eandem fidem, quam Apostoli docuerunt, non potest esse nisi quid vnum, & vnum corpus habere, & vnum caput, cui oportet esse subdita omnia mēbra, si uolunt esse in statu salutis, huiusmodi autem ecclesia est: ergo, &c. Quinta autem & sexta ratio sumitur ex quinta, & sexta conditione, uidelicet ꝙ extra ecclesiam non est salus, id est, non acquiritur beatitudo, quæ est per gratiam consummatam, nec extra ipsam est remissio peccatorum, quæ potest esse per gratiam initiatam: ita quod nec gratia consummata, quæ est salus & beatitudo nostra: nec gratia initiata per quam remittuntur peccata, potest esse nisi per ecclesiam. Si ergo ecclesia est vna & habet unum caput, omnes volentes recedere a peccatis & adipisci salutē, oportet esse sub capite ecclesiæ, i. sub summo Pontifice: rō autem per se patere potest. Notandum autem ꝙ omnes istæ sex conditiones continentur in symbolo, vbi dicitur, ꝙ credimus in Ecclesiam vnam, quantum ad conditionem primam, sanctam, quantum ad conditionem secundam, catholicam, quantum ad tertiam, & Apostolicam, quantum ad quartam, & quod confitemur vnū baptisma in remissionē peccatorum, quantū ad gratiam initiatā, & quod expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam vēturi sæculi, quantum ad gratiam consummatam; ideo impingere contra hoc, est impingere contra symbolum.

Infirmitas in corpore unde surgit.

Cant. 6.

Ecclesia est catholica.

Ecclesia quare dr Apostolica.

a ¶ Sponso in Canticis, &c.] Hic illas sex rationes conclusionis præfatæ, quod subesse summo Pontifici sit de necessitate salutis, declarat & manifestat, & per ea quæ habentur in canticis, & per ea quæ ait Apost. dicens, sponso proclamante in Canticis, supple de sua sponsa, i. de ecclesia, quæ una est columba mea, una est matri suæ; electa genetrici suæ, q̄ scribuntur Canticorū 6. & subdit, quæ, s. columba mea, sic una sic perfecta, sic electa vnum corpus mysticum, id est vnam ecclesiam repræsentat, & addit ꝙ huius corporis caput est Christus, Christi uero Deus No. autem quod hic tanguntur sex, per quæ declarantur sex conditiones, uidelicet ꝙ corpus mysticum, i. ecclesia, est vna quantum ad conditionem primam est columba, i. innocens. & sine felle & sancta, quantum ad conditionem secundā; est perfecta, i. catholica quantum ad conditionem tertiam. Nam fm Philosophum, totum & perfectum idem, uel proximum secundum naturam. Nam illud est perfectum quod totum habet, & nihil ei deficit, & illud etiam totum est, quod omnia habet. Et quod dicit philosophus totum & perfectum idem, possumus nos dicere catholicum & perfectum idem, uel proximum secundum naturam. Nam catholicum idem est quod generale, & uniuersale, quod omnia comprehēdit, & etiam perfectum est cui nihil deficit, & omnia comprehendit. Ista etiam ecclesia est una matri suæ, electa genitrici suæ, quantum ad conditionem quartam. Apstoli quidem vnam fidem prædicauerunt, unam fidem elegerunt, quam tenens ecclesia dici potest Apostolica. Huiusmodi autem ecclesiæ caput est Christus, qui est agnus Dei tollens peccata mundi, cuius caput est Deus pater, a quo est genitus, quem uidere est salus nostra. Iuxta illud; Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Ergo sicut per hoc quod ecclesia est una columba, i. sancta, perfecta, i. catholica, una matri suæ, & electa genitrici suæ, id est Apostolica, declaratæ sunt quatuor conditiones, sic per hoc quod eius caput est Christus qui est agnus tollens peccata nostra, & caput Christi Deus, qui est salus nostra, declarantur aliæ duæ conditiones, uidelicet quod per ecclesiam est peccatorum remissio, & salutis adeptio.

Totū & perfectum idē.

Catholicum quid est.

Salus nostra est uidere Deum.

b In qua unus.] hic illas sex conditiones quas primo narrauit & postea declarauit, roborat & confirmat; sic enim inter textus ad Ephes. 4. unde illa uerba sunt sumpta, unum corpus, & unus spiritus, & subditur, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, & pater, omnium, ecclesia est ergo unum corpus, per quod est una, & unica, qua fuit conditio prima. Est in ea unus spiritus, per quem est sancta, quæ fuit secunda. Est in ea unus dominus, per quē est uniuersalis & catholica, quæ fuit tertia est in ea una fides, per quam est Apostolica: quia tenet illam fidem, quam prędicauerunt Apostoli, quę fuit conditio quarta, est in ea unum baptisma, per ꝙ est peccatorū remissio, quę fuit quinta. est in ea unus Deus & pater omniū, per quē est salutis ade-

adeptio, quæ fuit sexta. Aduertendum est, quod dñs papa noluit omnia verba ista ponere, ne legentib. tædium generaret, sed voluit breuius pertransire, & non nisi tria nominauit, videlicet ꝙ in ecclesia est vnus dominus vna fides vnum baptisma, per quæ tria omnes illæ sex cõditiones roborãtur & cõfirmantur: nam quia in ecclesia vnus dñs, ideo ipsa est vna & catholica, i. generalis: quia vero in ea vna est fides, ideo ipsa est sancta, & Apostolica, est enim per fidem sancta, i. sancita, dicente Hugone, quod nihil est certius homini sua fide. per hoc est etiam Apostolica, ꝙ illam fidem tenet ecclesia, quam Apostoli docuerũt. Sed quia in ecclesia vnum est baptisma, dicitur in ea esse peccatorum remissio, & salutis adeptio. nam per hoc quod baptizamur, nobis peccata remittuntur, & cælestis ianua aperitur.

Baptismus quid facit.

¶ Vna nempe [a] fuit diluuij tempore arca Noe, vnam Ecclesiam præfigurans, quæ in vno cubito consummata, vnum Noe uidelicet, gubernatorem habuit, & rectorem, extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem [b] ueneramur & unicam, dicẽte Domino in propheta; Erue a framea Deus animam meã, & de manu canis vnicam meam: pro anima enim, id est, seipso capite simul orauit & corpore, quod corpus unicam, scilicet Ecclesiam nominauit, propter sponsi fidei sacramentorum, & charitatis Ecclesiæ

Psal. 21.

a ¶ Vna nempe fuit.] postquã sunt positæ illæ sex conditiones, per quas sumi possunt sex rõnes, ꝙ est de necessitate salutis subesse summo Pontifici, ponuntur quędam alię adaptationes per quas concludi potest hoc idẽ. Circa quod quatuor facit, secundum quod quatuor, huiusmodi adaptationes ibi traduntur, vt sit prima adaptatio per hoc, ꝙ ecclesia figurata est per arcam Noe, Secunda, per hoc ꝙ propheta in persona Christi orat, quod Deus eruat a framea animam suam, & de manu canis vnicam suam. Tertia per hoc quod ecclesia figurata est per tunicam Domini inconsutilem, quæ scissa nõ fuit, sed forte prouenit. Quarta per hoc quod Christus dixit Petro: Pasce oues meas. Secunda est, ibi. Hanc autẽ veneramur. Tertia: ibi, Hæc est tunica. Quarta: ibi, Igitur ecclesiæ. Dicit ergo, vna nempe fuit diluuij tempore arca Noe, vnam ecclesiam præfigurans. Hæc vna arca fuit in vno cubito cõsummata unum habuit rectorem & Gubernatorem Noe, extra eam omnia existentia super terram legimus fuisse delata. Aduertẽdum aũt quod illa arca Noe Dei ecclesiã figurabat, quod sex modis Augustinus declarat. 15. de ciui. Dei & 26. Primo ex eius vacillatione, nam sicut illa arca ferebatur super aquas fluctuantes, sic eccclesia militans in hoc sæculo non sine fluctuationibus requiescit. Secundo hoc idem patet ex illius arcæ materia. Nã sicut ex ligno fabricata est arca, & per lignum ibi saluatæ sunt animæ, sic ex ligno crucis dependet salus ecclesiæ. Tertio, hoc idem patet ex illius arcæ proportione, nam (vt Augustinus ait) proportio illius arcæ erat, vt proportio corporis humani, erat enim sexies. siue sex uicibus magis longa q̃ lata & decies longa quam alta: trecentorum enim cubitorum erat longitudo, 50. latitudo, & 30. altitudo eius, sic & corpus humanum dispositum est, ut sit decies longum, quam grossum, & sexies longum quam latum & ex hoc figurabat ecclesiam, cuius redemptor factus homo ad saluandum homines uenit. Et hæc omnia clarescunt his uersibus.

Ecclesia est arcæ Noe cõparata.

Arca Noe q̃tæ fuit altitudinis lõgitudinis & latitudinis.

Ter denis alta cubitis, & longa trecentis.
Et decies quinis lata fit arca Noe,
Sex uicibus longum latum transcendit, & altum
Denis, humani corporis instar habens.

Quarto arca figurat ecclesiã, si bene consideremus eius ostium, qđ positũ fuit ex latere. nã & Christo in cruce latus fuit apertum, unde fluxerunt sacramenta, per quæ dicitur Ecclesia esse formata. Quinto, arca significabat Ecclesiam, si consideremus eius compositionem, fuit enim composita ex lignis quadratis, quod ad stabilitatem ecclesiæ pertinet. Corpus enim quadratum, cuiusmodi est taxillus, ex quacunque parte vertatur, stat. Sexto, arca illa significat ecclesiam, si consideremus distinctionem eius, erat enim arca illa bicamerata. secundum enim communem modum ponendi bicamerata erat inferius, tricamerata superius. duæ autem erant cameræ inferiores, vna apothecaria, & alia sentinaria vbi stabant immunditiæ, tres autem erant cameræ superiores, In quarum vna erant animalia mitia, in alia immitia, in media vero homines, & aues. Sic & ecclesia (vt Aug. ibidem tradit) est bicamerata, q̃a cõposita est ex Iudæis & Gentibus siue ex Iudæis & Græcis, vt nomine Græcorum intelligamus Gentes. est tricamerata, quia ex tribus filiis Noe omnes homines sunt reparati, ex quibus facta est ecclesia ista. Itaque arca, quæ (vt patuit) sex modis ecclesiam figurabat, inferius erat ampla, superius stricta, in vno cubito consummata, per vnum rectorem gubernata. Ex quibus possunt sumi duæ rationes, esse de necessitate salutis subesse summo Pontifici. nam ecclesia inferius est magnæ latitudinis, quia multi sunt prælati inferiores, superius restringitur, q̃a pauciores sunt prælati superiores. Vel inferius est magnæ latitudinis, quia multi sunt laici. superius restringitur, quia pauciores sunt prælati, & in uno cubito consummatur, quia in summo Pontifice terminatur. Sicut ergo tota illa arca stabat sub uno cubito, sic tota ecclesia stat sub summo Pontifice. Et sicut extra arcam non erat salus & quicquid saluabatur erat sub illo cubito, sic extra ecclesiam non est salus, & quicquid saluatur, est sub summo Pontifice. Secunda ratio ad hoc idem sumitur non solum si consideramus unitatem cubiti, sed etiam si consideremus unitatem rectoris, nam sicut totius arcę erat rector vnus Noe, & nihil saluabatur nisi sub eo, sic totius ecclesiæ rector est unus summus Pontifex & nihil saluatur nisi sub ipso.

Taxillus e[st] corpus qu[a]dratum.

Prælati sup[e]riores pa[u]ciores su[nt] quam inf[e]riores.

b ¶ Hanc autem ueneramur, &c.] hic prosequitur adaptationem secundam ex eo quod propheta in persona Christi orat dicens, Erue a framea Deus animã meam. pro anima enim Christus, i. pro seipso capite simul orauit & corpore, quod corpus unicam, scilicet ecclesiã nominauit, & hoc propter quatuor quantum ad præsens spectat propter unitatem sponsi, fidei, & sacramentorum & charitatis. Aduertendum ergo ꝙ in omnib. his quatuor summus Pontifex quandam principalitatem dr̃ obtinere, nam si consideramus vnitatem sponsi, ipse est unius sponsi unus principalis uicarius. Vnde glos. super illo uerbo Matthæi 16. Tibi dabo, &c. vult quod hoc specialiter Petro concessit, ut ad unitatem nos inuitaret, & subdit ideo enim eum principalem Apostolorum constituit ut ecclesia unum principalem Christi haberet uicarium. Rursus si consideremus unitatem fidei summus Pontifex est huius fidei principalis doctor & definitor, nam & concilia generalia ubi talia sunt definita, & ibi symboli sunt compositi, non nisi auctoritate summi Pontificis poterant aggregari. Tertio, si consideremus unitatem sacramentorum, summus Pontifex ut est Christi principalis uicarius, est eorum principalis dispensator. Quarto, si consideremus unitatem charitatis, quam habent membra ad Christum, & ad eius uicarium, summus Pontifex eam cum quadã principalitate habet. Ergo si ecclesia ex his est una, & ex his est salus, & in his summus Pontifex

Conciliũ g[e]nerale nõ f[it] sine Papa.

Pontifex

Pōtifex principalitatem hēt, non nisi sub summo Pontifice saluari poterimus : sibi itaque subesse erit de necessitate salutis.

a ¶ Hęc est tunica,&c.] Hic prosequitur adaptationem tertiam, quia Ecclesia figurata est per tunicam Dñi incōsutilē, q̄ scissa nō fuit, sed sorte, puenit. Sciēdū ergo, ꝙ vestes Dñi fuerunt quadripartitę, quatuor militibus tributæ, inter quas fuit vna tunica inconsutilis desuper contexta per totum, quæ nō fuit diuisa, sed p sortem habita vt patet Io. 19. c. Sciēdum enim ꝙ secūdū Aug. vtrumq. significat Ecclesiam tam vestis quadripartita, q̄ tunica sortita: aliter tñ, & aliter. Nam vestis Dñi quadripartita significat ecclesiam quatuor, s. partib. in orbe diffusam, & in eisdem æqualiter, id est concorditer distributam. Tunica vero illa sortita significat ecclesiam quantum ad vnitatem charitatis, quæ charitas est desuper, quia habet supereminentiorem viam, & est contexta per totum, quia est catholica, quod idem est qđ gñalis & totalis. Est inconsutilis vt nō diuidatur, sed vna permaneat, & omnes in vnum colligat. Sorte est habita, in qua diuina gratia commendat, quia cum sors mittitur, non psonæ, sed occulto Dei iudicio cedit, quæ oīa sunt verba Augustini exponentis dictum textum Euangelij. Ex hac autem adaptatione patere potest, qđ subesse summo Pontifici est de necessitate salutis, non. n. esset tunica Dñi, id est ecclesia inconsutilis & contexta per totū, nisi esset sub vno capite colligata. volentes ergo se a capite subtrahere, volunt hanc tunicam scindere, sed si consideratur veritas eam non scindunt quia scindi non potest. Itaq; se subtrahentes ab vnitate capitis, non dicuntur ecclesiam scindere, vel tunicam Domini diuidere, sed dicuntur ex tunc ad huiusmodi tunicam vel ad ecclesiam minime pertinere, vt tales existentes tunc ad salutem nequeant promoueri.

Eccle. per uestes Xpi congrue significatur.

Eccles. non scindunt qui ab unitate capitis se subtrahunt.

vnitatem Hæc [a] est tunica illa Domini inconsutilis, quæ scissa non fuit, sed sorte prouenit. Igitur [b] Ecclesiæ vnius & vnicæ, vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet, & Christi vicarius Petrus, Petrique successor: Dicente [c] Domino ipsi Petro, Pasce oues meas; meas, inquit, & generaliter, non singulariter has vel illas; per quod commisisse sibi intelligitur vniuersas. Siue ergo Græci, [d] siue alij se dicant Petro eiusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse, se de ouibus Christi non esse;

b ¶ Igitur ecclesiæ vnius.] Hic prosequitur adaptationem quartam ex eo, ꝙ oēs oues, id est ipsi Christiani commissi sunt ipsi Petro. Circa ꝙ tria facit, secundum ꝙ hoc tripliciter probat: Primo, ex vnitate corporis, & capitis. Secundo, ex vnitate commissionis ouium. Tertio, ex vnitate ouilis & pastoris. Secunda ibi, [Dicente Dño.] Tertia ibi, [Siue ergo Græci.] Prima ratio talis est, vbi est vnum corpus, & vnū caput, non duo capita, quasi monstrū, qa est ibi Christus, est Christi vicarius Petrus, Petriq. successor ibi, supple, nullus saluatur nisi subsit Christo, Christiq. vicario Petro, Petriq. successori, sed vnius & vnicæ ecclesiæ est vnum corpus, & vnum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus Christiq. vicarius Petrus, Petriq. successor. ergo in ecclesia nullus saluat, nisi subsit, &c. De hac autem ratione nō ponit nisi virtutē medij, videlicet quod vnus, & vnicæ ecclesiæ est vnum corpus, & vnum caput. Notandū ăt ꝙ quasi inferendo dicit, igitur ecclesiæ vnius & vnicæ vnum corpus, & vnum caput, &c. quia licet hoc sit pro positum principale, ꝙ nullus saluat nisi subsit Christo capiti & eius vicario, tñ inferendo & concludendo ista dicit, quia oīa hęc ex pmissis sequuntur & cōcludūtur. Si enim una fuit arca Noe ecclesiā figurās, & ꝙ Christ[9] unum caput orauit pro unica ecclesia sua, & unica fuit tunica Christi inconsutilis, aperte ex præmissis possumus inferre & dicere. Igitur unius & unicæ ecclesiæ, unum corpus, unum caput, &c. ubi supplēdum est ꝙ si Christo capiti & eius uicario subesse nolumus, salutē nō poterimus adipisci. Notādum ēt, qđ dicit, vnius & vnicæ. Nam plus vr̄ importare vnicum q̄ vnum. Nam tūc quis hēt vnum, qñ hēt aliud. Sed tunc dr̄ hēre vnicum qñ non hēt aliud, nec sperat vlterius hēre aliud, nec hēt in quo aspectum dirigat. vnde Greg. super illo verbo Lucæ 7. Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ, & hæc erat vidua. Vult ꝙ iō erat vnicus filius, qa mr̄ ei[9] erat vidua, & nō sperabat vlterius filios pcreare, nec habebat in quē aspectū dirigeret. Vere itaq; Ecclesia est vna sponsa Christi, & vnica, qa Christus nō hēt aliā spōsā, nec sperat vlteri[9] hēre aliā spōsam, nec dirigit suū aspectū, nec suā affectionem ad aliā spōsam: ideo nullus confidat de alia sponsa, uel de alia Ecclesia, & sub nullo credat saluari, nisi sub sponso, uel sub capite ipsius ecclesiæ Christo, Christiq; uicario Petro Petrique successore.

Vnus & unicus differūt.

Ioan. 19.

c ¶ Dicente Dño ipsi Petro, pasce oues meas, &c.] Hic probat hoc idem ex unitate commissionis, non. n. factæ sunt plures commissiones principales, sed facta est una principalis commissio, & omnes oues uni, & eidē Petro & eius successoribus principaliter & uniuersaliter sunt commissæ. Formetur autem sic ratio. Cuicūque Dñs commisit oues suas, non has uel illas, intelligitur sibi uniuersaliter commisisse, & ex hoc intelligit non esse salutem alicuius ouis, nisi sub eo, & sub eius successorib. cui oēs oues generaliter sunt commissæ. Sed dicēte Domino ipsi Petro, pasce oues meas, quia non inquit singulariter, pasce has uel illas, sibi commisisse intelligitur generaliter uniuersas, & per consequens non intelligitur saluari aliqua ouis, nisi sub Petro & successoribus eius, ita quod subesse sibi est de necessitate salutis, quæ est nostra conclusio principalis. De hac autem ratione ponit uirtutem medij, ut patet ex littera.

d ¶ Siue ergo Græci, &c. Hic probat hoc idem ex unitate ouilis & pastoris. Formetur autem sic ratio. Vbicunque est unum ouile & unicus pastor, siue Græci, siue alij dicant se non esse sub ipso pastore, uel sub eius uicario, uel sub successoribus suis, dicunt se non esse de illis ouibus, nec ad ouile huius pertinere, & per consequens dicunt se non esse in statu salutis. Sed dicente Domino in Ioanne, ut habetur. Io. 10. Constat unum ouile & unicum esse pastorem, siue ergo Græci, siue alij dicant se Petro eiusq. successoribus non esse commissos, necesse est quod fateant se non esse de ouibus Christi, nec pertinere ad ouile Christi, & per consequēs fatentur se quoq. tales non esse in statu salutis. De hac autem ratione ponit uirtutem medij, ut patet ex littera. Notandum autem hanc decretalem sic ordinate procedere, quod ex omnibus fere uerbis habetur conclusio principalis, quæ ponitur in fine decr. quod subesse summo Pontifici est de necessitate salutis. Nam si considerētur conditiones superius generales, quod ecclesia est una, sancta, &c. Si considerentur adaptationes superadditæ, quod fuit una arca figurans ecclesiam, quod unica est ecclesia pro qua Christus orauit, quod unica fuit tunica Christi inconsutilis, quod ecclesia est unum corpus habens unum caput, quod una facta fuit Petro de omnibus ouibus commissio principalis, quod ecclesia est unum ouile habens unum pastorem, omnia ista clamant contra eos qui saluari uolunt, nisi subsint summo Pontifici, omnia ista protestantur quod sic subesse est de necessitate salutis.

Ecclesia est unum ouile.

Ioan. 10.

dicente Domino in Ioanne, vnum ouile, & vnicum esse pastorem.

¶ In hac [a] eiusque potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet, & temporalem Euangelicis dictis instruimur. Nam [b] dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic, in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse, sed satis. Certe [c] qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque [d] ergo est in potestate Ecclesiæ, spiritualis scilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum, & militum, sed ad nutum, & patientiam sacerdotis. Oportet [e]

a ¶ In hac eiusque potestate.] Hic ponitur tertia pars principalis huiusmodi decr. in qua postquam dñs Papa ex conditionibus generalibus congruentibus Ecclesiæ probauit ꝙ sibi subesse, est de necessitate salutis. Et nunc probauit hoc idem ex quibusdam adaptationib. specialibus ad Ecclesiam adaptatis. Hic tertio vult hoc idem probare ex ipsis gladijs, qui sũt ĩ Ecclesia. Circa ꝙ duo facit: quia primo agit de istorum duorum gladiorum pluralitate, potestate & vsu. Secũdo agit de eorũ ordine: ibi, [Oportet ãt.] Circa primũ duo facit: quia ꝓponit primo quod intendit, secundo probat, quod dixerat: ibi, [Nam dicẽtibus. Dicit ergo in hac, id est in Ecclesia, eiusque potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet & temporalẽ Euãgelicis dictis ĩstruimur.

b ¶ Nam dicentibus.] Probat quod dixerat: sed dixerat duos gladios in Ecclesia & eos esse in potestate Ecclesiæ: & quia non eodem modo isti gladij sunt in potestate Ecclesiæ: nec eodem modo pertinent ad vsum Ecclesiæ: ideo tria facit, quia primo dicit duos tantum esse gladios in Ecclesia. Secundo ostendit eos ambos esse in potestate Ecclesiæ. Tertio declarat non eodem modo eos in potestate Ecclesiæ: sed alterum ad vsum, alterum ad patientiam & nutum. Secunda ibi, [Conuerte.] Tertia ibi, [Vterq. ergo.] Dicit igitur: nam dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic, id est in Ecclesia, cum Apostoli loquerentur, & quia ipsi Apostoli repræsentabant Ecclesiam, si inter ipsos Apostolos erãt duo gladij, consequens est quod in ipsa Ecclesia sint duo gladij, dicentibus itaque Apostolis duos gladios esse ibi, non respondit nimis esse, sed satis. Notandum ergo, quod si essent plures gladij quam duo, non dixisset Dominus satis est, sed parum est. Et si essent pauciores, non dixisset satis est, sed nimis est, ex ipsis itaque verbis Domini dicentis, satis est, datur intelligi duos gladios in Ecclesia, non plures nec pauciores.

Gladij duo sunt in Ecclesia.

c ¶ Certe qui in potestate.] Hic ostendit hos duos gladios esse in ptãte Ecclesiæ: dixerat enim in hac, id est in Ecclesia, eiusq; ptãte duos esse gladios: & quia probauerat duos gladios esse in Eccl'a, vult ꝓbare hos duos esse in potestate Ecclesiæ: sed quia nullus dubitat spiritualem gladium esse in potestate Ecclesiæ: ideo dominus Papa probat hoc de gladio tẽporali dicens: certe qui in ptãte Petri tpalem gladium esse negat, male verbũ attẽdit Dñi ꝓferentis: Cõuerte gladium tuũ in vaginã. Notandum aũt ꝙ secundum vnum modum adaptandi duo gladij erãt inter Apostolos, & scdm hoc duo gladij sunt in Ecclesia: quia Apostoli locum tenebant Ecclesiæ: vnus aũt illorum erat visibilis: quia fuit extractus, & significabat gladium tpalem siue materialem: quia respicit corpora, & facit læsionem visibilem, alius autem stabat inuisibilis, quia non fuit extractus, & significare poterit gladiũ spũalem, qui ferit animas, & facit læsionem inuisibilem, ergo si de gladio extracto, & visibili, qui significat gladium materialem, dixit Petro, conuerte gladium tuum in vaginam, liquide patet, quod gladius materialis est Petri, & est in potestate Petri: cõsequens est igitur, quod vterque gladius sit Ecclesiæ, & in ptãte Ecclesiæ. Notandum etiam ꝙ istam sniam tenet Bernardus ad Eugenium 4. dicens: Aggredere eos, id est malos Christianos, non ferro, sed verbo: innuens esse duos gladios, vnum spiritualem, qui ferit verbo, & alium materialem, q ferit ferro, & subdit de materiali gladio: Quid tu denuo vsurpare gladiũ tentas quem semel iussus es reponere in vaginam? q a ergo dicit Dñs Petro de materiali gladio, conuerte gladiũ tuũ in vaginã: summus Põtifex, quãuis ille gladius sit suus, & quamuis sit in potestate sua, nõ dẽ: tñ illo gladio vti vel ferire. Notãdum etiam gladium materialẽ esse summi Põntificis, & esse in potestate eius: ostendit idẽ Ber. ibidem loquens summo Pontifici dicẽs: videlicet, quem materialem gladiũ, qui tuum negat: nõ satis mihi vr attẽdere verbũ Dñi dicentis. Cõuerte gladium tuum in vaginam.

Gladiorum alter visibilis, alter inuisibilis.

Matth. 26.

d ¶ Vterq; ergo est.] quia ostenderat vtrũque gladiũ esse ĩ Ecclesia, & vtrũq. in potestate Ecclesiæ esse. Hic vult ostendere non eodem modo vtrumque gladium ad ecclesiam pertinere: ideo ait, quod vterq. est in ptãte Ecclesiæ: spũalis s. gladius & materialis: nõ tñ eodem modo, is quidem, i. materialis pro Ecclesia: Ille vero, i. spũalis ab Ecclesia exercẽdus. Ille, i. spũalis sacerdotis manu vtẽ: iste ãt, i. materialis, manu regũ & militum, sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Notãdum aũt vtrumq. gladium esse in Ecclesia, & in ptãte Ecclesiæ, sed non eodem modo, quia spũalis est in Ecclesia, & in potestate Ecclesiæ ad vsum, materialis vero non ad vsum, sed ad patientiam & ad nutum. Sacerdos ergo cum spirituali gladio excommunicando inobedientes ferit, & eo propria manu vtitur, cum materiali vero non ferit, & eo propria manu non vtitur: Sed reges & milites eo debent vti & ferire s̃m nutum & patientiam sacerdotis. est. n. nutus p aliqua signa cognoscere alterius voluntatem. Reges ergo & principes videntes per signa hoc expedire Ecclesiæ: debent contra rebelles, & inobedientes materialem gladium exercere. Materialis itaque gladius non ab Ecclesia, quia non manu Ecclesiæ, sed manu Regum, & militum, tamen pro Ecclesia, id est pro vtilitate Ecclesiæ ad nutum, & patientiam Ecclesiæ exercet. Notandum ẽt ꝙ accipiendo hoc gñaliter, & spãliter possumus dicere, quod ad imperium & nutum Ecclesiæ materialis gladius exercet, ad imperium gñaliter, quia mandat ecclesia gñaliter quod fiat iustitia. Sed ad nutum spãliter, quia potest spãliter innuere, etiam ꝙ de isto fiat iustitia. Notandũ etiam quod accipiẽdo iustitiam in aliquo specialiter, dr materialis gladius exerceri ad nutum & patientiam sacerdotis, ad nutum quidem, quia per aliqua signa denotat regib. & militibus, quod pro ecclesia, & ad vtilitatem Ecclesiæ materialis gladius extrahatur, ad patientiam vero, quia in hoc quod aliquis punitur in corpore, sic Ecclesia sustinet & patitur, & condolet, & compatitur patienti. Notãdũ quod hos duos gladios esse in potestate Ecclesiæ aliter, & aliter; vnum ad vsum manu Ecclesiæ & ab Ecclesia, alium ad nutum & pro Ecclesia manu militis, tradit & scribit Bernardus ad Eugenium quartum.

Gladius materialis qualiter exercetur per Ecclesiam.

d ¶ Oportet aũt gladiũ, &c.] Postquam determinauit de pluralitate, potestate, & vsu istorũ gladiorum, vult determinare de eorum ordine, & hoc est principale propositum, quia vt patet, principalis intẽtio huiusmodi decre.

autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati: Nam [a] cum dicat Apostolus: Nõ est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt: non autẽ ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam [b] secundum beatum Dionysium, lex diuinitatis est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem uniuersi omnia ęque ac immediate, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tãto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod [c] etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarũ rerum gubernatione clarius oculis intuemur. Nã ueritate testante, [d] spiritualis potestas terrenam potestatem instituere ha-

decr. est ostẽdere, ꝙ subesse summo Põtifici est de necessitate salutis, prout vltima conclusio manifeste declarat: & q͛a ex ordine gladiorũ hoc aperte patet: ideo agit de pluralitate, potestate, & vsu illorum gladiorũ quædam pręambula. Sed agere de ordine est ad ꝓpositũ principale: posset tamẽ qui vellet ex ipsis pręambulis rõnes formare ad propositum principales. duo ergo facit, quia primo ponit quẽ ordinem habẽt huiusmodi gladij. Secũdo ꝓbat quod dixerat: ibi, Nã cum dicat. dixit ergo, oportet autem gladium esse sub gladio: & temporalẽ auctoritatẽ subijci spirituali potestati, quasi dicat, quod hi gladij habẽt hunc ordinẽ, quia gladius est sub gladio, cum temporalis, & materialis sit sub spirituali.

Rom. 13.

a ¶ Nam cum dicat Apostolus.] hic ꝓbat qđ dixerat, videlicet qđ debet esse gladi⁹ sub gladio. Circa qđ tria facit, quia ꝓbat hoc per Apostolum. Secundo per Dionysium. Tertio subiungit multa media simul probantia propositum. Secunda ibi, Nam secundum. Tertia ibi, Quod etiam. Dicit ergo secũdum Apostolum. Non est potestas nisi a Deo: quæ autem sunt a Deo ordinata sunt: non autẽ ordinata essent, nisi gladius esse sub gladio, & tanquã inferior reduceretur per alium in suprema. Notandũ autem quod non potest esse essentialis ordo inter aliqua, nisi vnum sit perfectius alio, & vbi vnum magis appropinquat ad Deum, quã aliud: habet enim se res respectu Dei, sicut vnum respectu vnitatis, vt innuit Dionysius quinto de diuinis nominibus & sicut non sunt duo numeri essentialiter differentes, quin vnus habeat plures vnitates, quam alius: sic nõ sunt duę res essentialiter differentes, quin vna perfectior sit alia. Si ergo isti gladij sint ꝑ se distincti & ordinati, oportet vnũ esse sub alio. & vnum esse perfectiorem alio.

b ¶ Nam secundum.] hic probat hoc idem per beatum Dionysium: formetur sic ratio. Secundum legem diuinitatis infima reducũtur in seprema per media, & secundum ordinem vniuersi non omnia æque immediate reducuntur ad ordinem: sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducũtur: cum aũt spiritualis potestas, excellat terrenã potestatẽ dignitate, & nobilitate, quia spiritualia tẽporalia antecedũt. istæ duæ potestates nõ æque immediate reducẽtur ad ordinem: sed vna reducetur per aliam, terrena per spiritualem. Notandum autem, ꝙ hæc ratio nõ cõcludit solum terrenam potestatẽ esse sub spirituali quia temporalia communiter sunt sub spiritualibus, sed ẽt probat, quod terrena potestas habet reduci in Deũ, per spiritualẽ; hoc est, habet dirigi & gubernari per ipsam. Notandũ etiam, quod ista ratio est sumpta à Dionysio, & est ad propositũ principale, & est declaratio eius quod Apostolus dixerat, dicebatur enim ꝑ Apostolũ, potestates, a Deo sunt, & ordinatæ sunt: Cũ ergo dubitari posset quo ordine ordinatæ sunt potestates, hoc dubiũ soluit dicẽs, ꝙ oportet eas vt res aliquæ sunt in vniuerso ordinatas esse, quia infima per media, inferiora ꝑ superiora ad ordinem reducuntur.

ritualia ecedunt oralia.

c ¶ Quod etiã ex decimarum datione, &c.] Hic multa media sumit ad probandũ: ꝙ potestas terrena est sub spirituali. Circa quod duo facit, quia primo facit qđ dictũ est. Secundo ex dictis infert ad propositum multas cõclusiones ibi: Nam veritate testante. Dicit ergo etiã, supple sic esse, quod terrena potestas subsit spirituali ex decimarum datione & bñdictione, &c. Notandum esse hic posita quatuor media ad propositũ qđ terrena potestas subest spirituali. Primum medium de decimis habet in canone. Secundũ de benedictione siue de sanctificationẽ, habetur ad Hug. de sacramẽtis li. 2. par. 2. Tertiũ de potestatis acceptione, hr̃ ab eodem Hug. eo. lib. & eadẽ parte 2. Quartũ verò ex ipsarum rerũ gubernatione, põt haberi ex verbis Augu. 11. de tri. c. 4. Propter primum sciendũ, ꝙ si de iure diuino laici dãt decimas clericis, tota terra laicorũ est i cẽsu Ecclesię. terrena itaque potestas ſm omnia bona terrena quæ habet est sub Ecclesia. Propter secundum sciendum, quod Hug. de sacra. libro, & parte præassignationis ait, ꝙ sacerdotalis dignitas regalẽ potestatẽ sacrat & benedicit: sed secũdum Apostolum, qui benedicit, maior est. Ergo quia ꝑ Ecclesiã terrena potestas benedicitur, sanctificatur, inũgitur quidem si sit inungenda, absoluitur si delinquat. Sed cum inungitur, etiam absoluitur & benedicitur & sanctificatur: quare terrenam potestatem, & specialiter reges excellentiores propter vnctionẽ, & omnes Christianos propter absolutionem, oportet subesse Ecclesię. Propter tertium, sciendũ (vt Hug. ait li. & par. p̃assignatis) quod spiritualis potestas est maior dignitate quàm terrena: quod in illo antiquo populo veteris testamẽti declaratur manifeste, vbi primũ a Deo sacerdotiũ institutũ est postea vero ꝑ sacerdotiũ regalis potestas, iubente Domino ordinata est. potuisset enim Deus si voluisset per seipsum vocare Saulem, & dare sibi potestatẽ regalem: sed uoluit hoc fieri per Samuelem: insinuans potestatem terrenam dependere a potestate ecclesiastica, & sibi debere esse subiectã. Propter quartum sciẽdum, ꝙ Augu. 3. de trin. c. vlt. quod totum vniuersum quodam ordine rogatur: quia corpora grossiora reguntur per subtiliora & tota corporalis creatura per spiritualem. sed turpis est pars, quæ suo nõ congruit vniuerso. Si ergo nõ toto vniuerso corporalia reguntur per spiritualia, turpe esset si in genere humano, quod est pars vniuersi, terrenæ potestateș non subessent spiritualibus, & nõ regerentur per ipsas.

Potestas terrena subest spirituali.

Terra tota laicorũ ẽ in censu Ecclesiæ.

Reges quare subsunt Ecclesiæ.

Sacerdotiũ præcessit regalẽ potestatem.

Corporalia ꝑ spiritualia regũtur.

d ¶ Nam veritate testant, &c.] hic concludit de ecclesiastica potestate plures, & varias conclusiones ad propositum vtiles. Circa quod quattuor facit, quia primo concludit, quod spiritualis potestas potest terrenam potestatem instituere, iudicare, transferre, & plantare. Secũdo concludit de ecclesiastica potestate, & potissime de suprema, quæ a solo Deo, non ab homine poterit iudicari. Tertio concludit de eadẽ, quomodo est humana, & quomodo est diuina. Quarto concludit etiam, quod cum ista ita sint ordinata, quod qui Ecclesiæ potestati resistit, Dei ordina-

tioni resistit: & q nō ptq̃s ecclesię potestati resiste re cū salute, nisi duo afferat principia, vt Manichæus errans posuit, q scriptura sacra veritatem afferens, negat & destruit. Secunda ibi, Ergo si deuiat. Tertia ibi, Est autem. Quarta ibi, Quicunq; igitur. Continuetur ergo sic: Bene dictum est q potestas ecclesiastica potestatē terrenā benedicit, sanctificat, & ab ea potestas terrena potestatē accipit. Nā veritate attestāte, i. canone Biblię asserēte, spiritualis ptās terrenam potestatē instituere habet: & supple, si habet eā instituere, habet eā iudicare, si bona nō fuerit: quia cuius est condere, eius est destruere: & quia etiam quantū ad terrenam potestatē habet eā instituere: & si nō bona fuerit, habet eā iudicare & destituere. sic. n. secūdū hūc modū de ecclesia & ecclesiastica potestate verificat vaticiniū Hieremiæ, Ecce cōstitui te hodie, i. à die qua formata est ecclesia sup gētes, & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes ea destituēdo: ædifices & plātes ea instituendo. Notandum autem, q dicit, veritate testante spiritualis potestas terrenā instituere habet quia vt patet ex veteri lege, & ex canone Bibliæ: primum a Deo sacerdotiū institutum est: & post iubēte Domino per sacerdotiū regalis potestas ordinata est.

Hiere. I.

a ¶ Ergo si deuiat, &c.] hic ponit conclusionē secundā de ecclesiastica potestate, & potissime de suprema, q̃a si deuiat, a Deo solo poterit iudicari Continuetur ergo sic, Dictum est, si deuiat terrena potestas, iudicabitur a potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, iudicabit a suo supiori; si vero suprema spiritualis potestas deuiat, à solo Deo, nō ab homine poterit iudicari, testante Apostolo: Spiritualis homo iudicat oīa & ipse a nemine iudicatur. Notandū autē q ille est spiritualis homo, qui habet sanā mentē & sanū iudicium, sicut ille est sanus corporaliter, qui habet sanū gustū, & habet sanū iudicium de saporibus, sic & ille est spiritualiter sanus, qui habet sanā mentem, & habet sanū & rectum iudicium de agibilibus sicut ergo solus ille, qui est sanus corporaliter, potest recte alia corporalia iudicare: sic solus ille, q est spiritualis potest de omnibus iudicare tā de spiritualibus, q̃ de corporalibus: quia corporalia sub spiritualibus cōtinentur. Notandū etiā, q idē est esse spiritualē & sanū spiritualiter, quia quicūq; est de spiritualibus, habet sanā mentē, & habet rectū iudiciū de rebus. Notandū ēt q sicut habēs gustū infectū male iudicat de saporibus, & in suo iudicio ab omnibus iudicatur; quia si habet gustum infectum cholera, etiam dulce iudicabit amarum: sic habens mentem infectam habet prauum iudicium de agibilibus, & in suo iudicio ab omnibus iudicatur & reprehenditur, quia iudicabit esse faciendum, quod non est faciendum, iuxta illud.

Spiritualis quilibet sanā mentem habet.

Dicit amor cæcus, dedecus esse decus.

Itaq; spiritualis homo, & habēs sanā mētem iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur, quia in suo iudicio à nemine reprehenditur. Notandū ēt, q duplex est spiritualitas, personalis, & secūdum statū, & duplex est iudiciū, siue duplex est correctio, auctoritatiua, & fraterna [1] itaq. spiritualis personaliter oēs iudicat: quia omnes mala agētes pōt corrigere correctione fraterna, & ipse a nemine iudicatur, q̃a si est spiritualis bonus & sanctus, nil agit de quo possit iudicari vel reprehendi: Est aūt alia spiritualitas secūdū statū; qñ est in statu sāctissimo, & spiritualissimo: & ī hoc statu est solus sūmus Pontifex: ideoque quilibet eum nominat, & nominare debet sanctissimū patrem. Iste omnia iudicat etiam auctoritate; quia sup omnes auctoritatem habet, & ipse à nemine iudicat, quia nullus hēt auctoritatem super ipsū: personaliter ergo possunt esse, & forte sunt multi sanctiores Papa, & spiritualiores eo, sed secūdum statum nullus est ita spiritualis nec ita sctūs. & q̃a auctoritatiue iudicare respicit spūalitatē & sanctitatē secūdū statū: ideo auctoritatiue ipse sol⁹ est ille spiritualis hō q iudicat oīa & ipse à nemine iudicatur.

Spiritualitas est duplex.

[1] Al. superna.

Papa sācti... res mul... possunt e...

bet, & iudicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia & ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremiæ: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, & cetera quæ sequuntur. Ergo a si deuiat terrena potestas iudicabitur à potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, à suo superiori: Si vero suprema, à solo Deo, non ab homine poterit iudicari: testante Apostolo; Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur. Est autem b hæc auctoritas (& si data sit homini, & exerceatur per hominem) non humana, sed potius diuina ore diuino Petro data, sibique suisque successoribus in ipso, quem cōfessus fuit petra firmata dicente Domino ipsi Petro: Quodcumque ligaueris: & cetera. Quicunque c igitur huic potestati à Deo sic ordinatæ, resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo (sicut Manichæus) fingat esse principia: quod falsum & hæreticum iudicamus; quia te-

b ¶ Est autē hæc auctoritas, &c.] hic ponit cōclusionē tertiā de ecclesiastica potestate, ostēdēs quomodo sit humana, & quomodo non humana, vel ostēdit quomodo sit humana, & quomodo diuina. est enim humana, q̃a data est homini, & est humana, quia sic exercetur p hoīem, tñ nō est humana, q̃a sit data ab hoīe, sed potius est potestas diuina, quia data a Deo: nam de ore diuino Petro est data sibi suisq; successorib⁹. Est ēt hæc auctoritas diuina, quia firmata in ipso Chrō petra; quā Petrus cōfessus fuit dicēte Dño ipsi Petro, Quodcumq; ligaueris super terram, &c. littera patet quidem. Notandum auttem q hæc auctoritas dupliciter est humana [2] & dupliciter [3] diuina. Est autem humana, quia exercetur per hominem, Sed est diuina, quia est data à Christo, qui erat Deus, & est diuina, quia firmata est in petra firma in Christo qui erat verus Deus. Notādum etiā, q oīa ista quatuor possūt haberi ex Euāgelio, Nam q sit humana, quia data est homini, habetur ex Euāgelio, vbi dr̃, Tibi dabo, &c. q etiam sit humana, quia exercetur ab hoīe, patet ex Euāgelio, dū dr̃, Quodcūq. ligaueris, &c. Qd̃ sit diuina, quia data à Deo, patet ex Euangelio, quia ipse Christus, qui erat Deus loquebatur qñ dixit, Tibi dabo & q sit diuina, quia fundata in eo, patet ex Euāgelio, quia ipse Christus qui erat Deus, loquebat cū dixit, Super hāc petrā, i. sup meipsum, qui sum petra, & qui significor per petrā ædificabo ecclesiam meam.

Auctoritas Papæ est humana & diuina.

c ¶ Quicunq; igitur, &c.] hic ponit conclusionē quartam de ecclesiastica potestate dicēs: Quicunq. igitur huic potestati, supple, ecclesiasticæ à Deo sic ordinatæ resistit, Dei ordinationi resistit, & supple, non pōt esse in statu salutis, nisi forte fingat duo principia & duos Deos, sicut finxit Manichæus hæreticus, qd̃ dictū falsum & hæreticū iudicamus, quia testāte Moyse, nō in principijs, sed in principio cælum Deus creauit & terram. Notandū autem, qd̃ Deus pater secūdū vnum modū exponēdi, quē tangit Aug. super Gen. in prin. idest in filio creauit, &c. Et q̃a pater & filius nō sunt duo principia, sed vnū principiū, immo q̃a tota

In princi... & nō in... cipijs D... cęlū crea... & terram...

Trini-

stante Moyse, Non in principijs, sed in principio cęlum Deus creauit, & terram.

¶ Porro [a] subesse Romano Pontifici omni † humanæ creaturæ declaramus dicimus, diffinimus, & pronunciamus omnino esse de necessitate salutis. Datum Lateranen. Pontificatus nostri anno octauo.

Ioannes xxij.

¶ Prælati non discurrant præsertim habitu transformato, qui si ad curiam venerint, inde recedere non debent sine Papæ licentia;

Trinitas, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, relatiue ad creaturã nõ sunt plura principalia, sed vnũ principiũ, vt dicit Aug. 4. de tri. c. 13. ideo non in principijs sed in principio cęlũ Deus creauit, & terram. Notandũ ẽt, qđ si essent duo Dij, possunt esse plura capita in regimine humani generis, & vnũ caput posset referri in vnũ Deũ, & aliud in aliũ Deum: Sed cũ hoc sit falsũ, & hæreticũ; sicut nõ est nisi vnus Deus, & vnus Dei filius Iesus Christus, ita Ecclesia non habet nisi vnũ caput, & vnum principalẽ vicarium Iesu Christi, cui subesse ẽ đ necessitate salutis.

Gen. 1.

† al. ita. oẽm humanã creaturam.

Ecclesia unicũ caput habet.

a ¶ Porro subesse Romano Pontifici.] Hic ponit conclusionem tot modis inuestigatam, & ẽt illatam ab omnibus antedictis. Continuetur autem sic, quia ex conditionibus quibusdam generalibus cõpetentib[9] Ecclesiæ, & q̃a ex quibusdã adaptationibus spiritualibus adaptatis Ecclesię, & tertio, quia ex ipsis gladijs, qui sunt in Ecclesia. patet, ꝙ tenemur subesse Romano Pontifici. porro, id est, certe, q̃a sic est: Ideo omnibus hic consideratis declaramus, dicimus, & diffinimus omnino esse de necessitate salutis omni humanæ creaturæ subesse summo Pontifici. Notandum autem, ꝙ ait dñs Papa se declarare dicere, & diffinire oĩno, ꝙ sibi subesse est de necessitate salutis, &c. quæ põt sic adaptari, vt concludamus, quod subesse summo Pontifici est de necessitate salutis: declaramus, si consideramus conditiones gñales, su. positas competentes Ecclesiæ: dicimus, si consideremus adaptationes speciales adaptatas Ecclesiæ: & hoc diffinimus, si consideramus ipsos gladios, qui sunt in Ecclesia, & oĩno, id est penitus: vel oĩno, id est pręfatis omnib. consideratis, pronunciamus sic esse. Et hæc de expositione præsentis decretalis editæ a sanctissimo patre, & domino, domino Bonifacio diuina prouidentia Papa octauo, dicta sufficiant. Io. Mona.

Papæ subesse est de necessitate salutis.

Additio dñi Petri Bertrãdi.

ADDITIO. Quæro vtrum potestas spiritualis debeat dñari temporali: Et vr̃ ꝙ non, quia iurisdictiones sunt distinctæ, vt in authen. quo opor. epi. in prin. colla. 1. de consecr. dist. 3. celebritatem, in fin. Non ergo Papa debet se intromittere de potestate temporali, sed debet tẽporalia dimittere Imperatori, Regibus, & alijs dñis temporalibus 8. distinc. quo iure, arg. extra qui filij sint leg. c. lator. & c. causam, alias poneret falcem suam in messem alenam, su. de ele. c. venerabilem, quod non est faciendum. 6. q. 3. c. 1. præterea secundum Hug. Imperator a solo Deo hẽt potestatem in temporalibus, Papa in spiritualibus & sic iurisdõnes sunt distinctæ, vt dicunt primæ concordantiæ. Et licet coronam recipiat a Papa, gladium tamẽ ab altari. 93. dist. legimus, & ẽt ante fuit imperium quã Apostolatus. Præterea potestas spiritualis indigeret temporali multoties. 23. q. 5. administratores, ergo non dominatur ei. præterea si potestas spũalis dominaretur temporali, haberet dominium tẽporaliũ. Sed dñum earumdem rerum non potest esse simul, & semel in solidum eodem tempore apud plures. ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, ergo nullus alter haberet dominium, quod est falsum, ergo, &c.

alias ipsi & receptantes illos excommunicati sunt.

CAP. II.

VT prælatorum inepta discursibus grauitas, & simplicitas simulationibus obuia, & ipsorum ad Christi vicarium indeuotio, religiositati quippe contraria, non immerito arguenda: cum reuerentiam illorum sanctitas lucem puritas firmosq; maturitas poscat gressus, vt sint vita mundi, fama clari, proficuique reddantur exemplo. Verum quia ipsorum quo-

Contrarium videtur, Christus cõmisit summo Pontifici vices suas, vt habetur Matth. 16. c. & 24. q. 1. quodcunque. Sed Christo data erat omnis potestas in cœlo, & in terra, Matth. 28. ergo summus Pontifex, qui est eius vicarius, habebit hanc potestatem. extra de transla. cap. quanto.

Rñdeo & dico, qđ põtas spiritualis debet dominari omni creaturæ humanæ ꝑ rationes, quas Host. inducit in sũma, qui fil. sint leg. §. qualiter, & a quo. Itẽ q̃a Iesus Christus filius Dei dũ fuit ĩ hoc mũdo, & etiam ab æterno naturalis Dominus fuit, & de iure naturali in Imperatorẽ, & quoscunque alios depositionis sẽtentias ferre potuisset, & dãnationis, & quascunque alias, vt pote in ꝑsonas, quas creauerat, & donis naturalib. & gratuitis dotauerat, & etiã conseruabat. Et eadẽ ratione, & vicarius eius potest. Nã. non videretur Dominus discret[9] fuisse (vt cũ reuerentia eius loquar) nisi vnicum post se talem vicariũ reliquisset qui hæc omnia posset. Fuit autem iste vicarius eius Petrus, Matth. 16. vltra medium. Et idem dicendum est de successoribus. Petri, cum eadem absurditas sequeretur, si post mortem petri humanam naturam a se creatam sine regimine vnius personæ reliquisset. argum. ad hoc supr. qui filij sint leg. per venerabilem, vltra medium, de hoc no. Inn. sup. de fo. comp. c. licet. Et ideo dominus Bonifacius 8. motus alijs efficacibus rationibus & exemplis, & auctoritatibus Sacræ scripturæ, declarauit, dixit, & diffiniuit subesse Romano pontifici omnem humanam creaturam esse de necessitate salutis, ut in Extrauag. unam sanctam, quæ hic de uerbo ad uerbum posita est, cum glo. domini. Io. Mo. qui plene declarat hanc quæstionem.

Iurisdictio spũalis oẽs creaturas humanas adstringit.

Ad argumenta in contrarium respõdeo. Ad primum cum dicit, quod iurisdictiones sunt distinctæ, & c. dicit Host. sic. Ego iurisdictiones assero, & utramq; a Deo processisse, ut dicta auth. quomo. opor. epi. tamen quãto altera magis Deo appropinquat, tanto maior. Ergo sacerdotium maius, quod probatur ex ordine scripturæ dictæ authen. Et sic intellige quod non multum discrepant sacerdotium, & imperium, ut authen. de non alie. aut permut. rebus ecclesiæ. §. si minus coll. 2. Non multum discrepant quo ad principium, unde procedunt, sed multum discrepant quo ad maioritatem. Inde est ꝙ caput episcopi inungitur, sed armus regis, & episcopus chrismate, rex oleo, ut sciatur ꝙ episcopus est uicarius capitis nostri, id est Iesu Christi, & ut ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & principis potestatem, extra de sacra unct. cap. 1. uer. uñ in ueteri testamento. Et eodem modo respondetur ad secundum oppositionem. Et quod dicitur ante fuisse imperium quã Apostolatum, hoc non facit ad propositum, quia potestas non ratione temporis ur̃ maior, sed potius ratione dignitatis. Nam & si Andreas primus uenit ad fidem quam Petrus, prælatus est tamẽ Petrus Andreæ, cum in Apostolorum catalogo semper primus quasi præcipuus præmittatur, non quod Petrus

fit potior tempore sed potior dignitate.

Ad tertium argumentum dico quod licet, vt s. dictũ est; omnis humana creatura subsit Papæ, & sic potestati spirituali: non tamen sequitur quod habeat dominium omnium rerum temporalium.

Dñiũ est duplex.

Ad cui⁹ declarationẽ sciẽdum est, ꝙ est duplex dñiũ. Est.n. quoddam dñium iure diuino: quoddam aliud iure humano. 8. dist. quo iure. Diuinũ dominium est illud, qđ est apud Deum super cẽm creaturam, ipse enim Deus creator est omniũ vniuersorũ, q enim manet in æternũ, creauit omnia simul. Itẽ in Geñ. c. 1. In principio creauit Deus cęlũ & terrã. Et vide de hoc ꝙ legit & no. s. đ sum. tri. & fide catho. c. 1. Isto dñio Dñi est terra, & plenitudo eius in. psa. su. de deci. ca. tua nobis & dicto c. quo iure. Istud dñiũ est verum dñiũ, simplex & absolutũ, & vnus est dñs omniũ Creaturarũ Deus. Et iõ proprie loquendo omnes creaturæ, proprietates, res & possessiones, & bona alia in nullius bonis sũt vere, absolute, & proprie, nisi Dei. Circa quod dominiũ dicit Host. su. de vo. & vo. redemp. c. quod su p. in magna gl. ver: mihi tñ videt. sic videt mihi quod ĩ aduẽtu Christi oĩs honor, & oĩs principat⁹, & oẽ dñium, & iurisdõ de iure, & ex iusta cã p illũ q supmã manũ hẽt, nec errare p̃t, oĩ infideli subtracta fuerint, & ad fideles trãslata. Quod hoc iusta cã fuerit, pbat Eccl. 10. Regnũ de gẽte ad gẽtẽ trãsfert pp iniustitias, & iniurias, & cõtumelias, & diuersos dolos. Quod hoc factũ fit, comprobat, sup. de const. c. translato, & hoc in personam Christi filij Dei viui, qui non solum sacerdos fuit, sed & rex. Lucæ. 1. Ecce concipies in vtero. &c. vsque, & regni eius non erit finis: vnde & ipse dixit Matth. 21. Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Huius autem regni, & sacerdotij principatum perpetuum cõmisit filius Dei Petro & successoribus eius, vt patet in eo quod legitur, & not. lib. 6. de homi. ca. pro humani & sup. qui fi. sint le. per venerabilem, §. rationib. per totum, & maxime in ver. fin. Et de tali dominio diuino dico, quod omnis tpalis põtas est subiecta spũali, & debet potestas spiritualis potestati temporali dominari.

Christus fuit sacerdos, & rex.

rundam (vt fide dignorum habet assertio) eo vana prorupit interdum ne dixerimus perniciosa temeritas, quod (vestibus spiritualib. sanctitatis abiectis, dissimulato habitu) ad remotas a suis sedib. partes se transferunt. Quinimmo ad sedem Apostolicam clanculo nobis non visis nec insinuato † quod venerint, venisse, latitasse, discessisseq; dicatur: Nos ne tacentibus nobis non præcisus huiusmodi morbus inualeat: dũ prouidũ creditur, quod incautum; licitum, quod impune: Omnib. episcopis superioribusq; prelatis sub obtestatione diuini iudicij inhibemus, ne absq; rationabili causa, timoris forte vel alia, extra suarum ciuitatis, & diœcesis ac prouinciarum (mutatis habitibus) limites indiscrete discurrant. Inhibemus etiam ne qui episcoporum & superiorum ipsorum latenter (præsertim habitu trãsformato) venietes ad curiam, de ipsa (Romani Pontificis non præsentati conspectibus vel saltem ab eo recedendi licentia non obtenta) recedant. Si qui vero episcoporum, & superiorum huiusmodi nostræ inhibitionis contradictores extiterint, & absq; ipsius Romani Pontificis recedendi licentia concessa, eoq; non viso recesserint ab eadem, nec non si qui scienter receptauerint antedictos, nisi id confestim eidem Romano Pontifici, vel alicui per quem hoc ipsum ad eius crediderint deduci notitiam, manifestare curauerint (etiam si episcopali archiepiscopali, patriarchali, vel quauis alia dignitate præfulgeãt) eos excommunicationis sententia innodamus.

al. intimato.

Ioannes xxij.

¶ Prælati ad curiam non debent more noctuæ latenter venire, nec inde sine Papali licentia recedere alias infideles iudicantur & sententia excommunicationis ligantur.

CAP. III.

ET si deceat quoslibet subditorum curam exercere sollicite, & per omnia velut lucis.

Aliud est dñium, quod secũdum legistas vocatur legale dominium, & ita nominat Accur. ff. de ver. sign. l. recte, secũdum vero canonistas vocatur humanũ, vt in dicto c. quo iure. De isto legali vel humano dñio dicit Inn. sic, quod eius iuris est, ꝙ ad aliquem spectat vel regitur de iure naturali, vt sunt dñia, obligationes, & huiusmodi. &c. Innuẽs exp̃sse, ꝙ rerũ dñia, & obligationes sunt de iure naturali, id est, de iure gentium. Non aũt a iure ciuili vel Imperatore, vt actiões, ff. de ius. & iu. l. ex hoc iure. Inst. de rerũ diui. §. feræ, ita not. In no. de cõst. c. quæ in ecclesiarum, & Compost. dicit ibidem, ꝙ à iure gentiũ descendunt dominia: sed p leges principũ distinguũtur modi, p quos rerũ dominia acquirũtur, ff. de acqui. re. do. per totũ & ĩst. de re. diu per totũ. Et đ hoc intelligit ꝙ legitur 8. di. quo iure, & sic concordãt in hoc ꝙ dominia sũt de iure gẽtiũ. Vr̃ mihi ꝙ dominiũ rerum legale vl' humanũ fuit a Deo collatũ humanæ creaturæ, & non fuit ab initio ĩtroductum iure gentiũ, vel ciuili. Nam Deus omnia quæ creauit, fecit pp rationalem creaturã, & omnia subiecit rationali creaturę. Gẽ. c. 1. Et sic reseruato sibi vniuersali, & vero dñio omniũ creaturarum, huius dominij vtilitatẽ, cõcessit ab initio humanæ creaturæ quo ad vsum; ꝙ videt ĩtelligere Accursius, C. de iur. do. l. ĩ rebus. sup verbo naturaliter, vbi dicit quod iure primęuo non distinguebantur dominia, nisi quãtum ad vsum, & c. vnde añ ius gentiũ omnia fuerunt communia quousque iure gentium vsibus primorum parentum introductum fuit, quod terræ diuiderentur, & limitarentur, & appropriarentur, vt vnusquisque quod suum esset, sciret. Vnde lex dicit, quod iure gentium dominia sunt distincta, non dicit introducta, vt dicta l. ff. de iust. & iure. l. ex hoc iure. Cum enim iure gentium diuidantur dominia, sequitur quod ante diuisionem erant dominia communia, arg. ff. com. diui. l. 4. circa prin. cum ibi notatis, vnde ex cõcessione diuina vtilitatis dominij rerum causatur quoddam dominiũ legale vel humanum, ꝙ respectu veri dominij diuini non dicit dominium, sed in se consideratum dicit verũ: Istud vero dominium legale vel.

Dñiũ legale vel humanũ quale est, & an fuerit ab initio introductum.

Dominia iure primæuo non erant distincta.

vel humanum prout erat in communi, nõ debet dici iuris gentium, sed diuini. Pro ut vero cuilibet appropriatur vel acquiritur hoc dominiũ, sic consideratum, est iuris gẽtium. Et tale dñium non est apud Papam tantum, sed apud oẽs, q iuste acquirunt: & ex quo semel acquisitũ est, nõ licet Papæ vel alicui alteri auferre, vel occupare sine iusta causa, qa esset cõtra ius naturale diuinũ, quo vnicuique dictũ est: Nec faciat alteri, qđ sibi non vult fieri, vt in prin. decretorum. Et Dominus dicit in Euangelio. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt patres tui. 9. q. 2. nullus alterius, facit ad hoc. C. de cohorta. l. si qs, lib. 12. Et hoc intelligo sine cã, qa ex iusta causa posset aliquis priuari ab homine, vel a iure tali dominio. ff. de relig. & sump. fune. l. si quis sepulchrum, C. pro quib. cau. ser. lib. acci. per totum, & ff. & C. de bo. dam. per totum. Vnde per hoc respondetur ad ar. ꝙ quãtum ad humanã creaturam illa subest spirituali potestati, sicut dictum est. Sed dñia rerum aliarum sunt apud singulos q iuste acquirunt: verum est de dominio legali vel humano, sed diuinum dñium est apud Deum. Nec est cõtradictio, diuersis respectib. accepto dominio.

[Dñium rei] [a possit do][mino suo] [.lli.]

[...ostua no-] [...e videt, lux] [...ic excæ-] [...tocellos.]

Ad illa iura communia, quę dicunt ꝙ Imperator est dominus mundi, ff ad leg. Rhod. l. deprecatio. respõdet vt no C. de quadrie. pscri. l. bene à Zanone. Petrus Bertrandi.

AD vniuersalis.

filios ambulare: hoc tamen pręcipue ab ipsis exigitur, qui constituti per altitudinem dignitatis vt in specula, circa commissas sibi plebes Pastorum simul & custodũ partes implere tenentur, & coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere. Ad nostrum sane peruenit auditum, quod nonnulli pontificali prædití dignitate, gregum suorum custodiam negligentes, & abhorrentes lucem tamquam filij tenebrarum, non verentur se ab ouium suarum cura, mercenarij more, tempore longo subducere, & pontificali dignitate reiecta, non erubescunt vagari per deuia sub habitibus transformatis, ac con tempto de exhibendo paribus, & superioribus honore præcepto, sic abiecti, & indecori interdum ad sedem Apostolicam clanculo declinare præsumunt, vbi more noctuę cuius intuitum nox illuminat, lux excæcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos suis arbitrãtur conformari desiderijs, visitant, suos eis euomentes conceptus iniquos, & conspirationes forsan illicitas aduersus nos, & alios pertractantes, & demum abinde (non absque notabili sedis prædictę contemptu) reuerentia tã consueta quàm debita nõ exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipso petita licentia, nec obtenta, recedunt.

¶ Nos igitur, & ipsius sedis honori in hac parte prospicere, ac talium insolentijs fidem imponere cupientes, de fratrum nostrorum consilio hoc generali prohibemus edicto, ne de cetero præsul aliquis sine sui superioris licentia, nisi pro negotijs Ecclesiæ sibi commissæ, extra suam diœcesim audeat per noctare: firmiter statuentes, vt quicunque Pontifex ad Romanam curiam veniens, Papale palatium primitus visitet, ad Papam (si hoc patiatur temporis opportunitas) intraturus, ac reuerentiam consuetam, & debitum exhibiturus eidem: nullatenus recessurus à curia, nisi ab ipso super hoc petita licentia, & obtenta. Quod si secus à quoquam super his fuerit attentatum, nos quoscunque prælatos quamuis etiam patriarchali dignitate fulgentes, sic ad sedem accedẽtes, & ab illa (vt prædicitur) recedentes, necnon quoslibet alios, qui tales apud sedem ipsam receptare præsumpserint, nisi ante receptionẽ huiusmodi eidem Romano Pontifici significauerint aduentum illorum: decernimus eo ipso notam infidelitatis incurrere ac excommunicationis sentẽtiæ subiacere. Nulli ergo, &c.

De tregua, & pace.

¶ Sixtus quartus.

¶ Sixtus Papa volens discordiam ex pragmatica sanctione subortam sedare, ordinarijs regni Franciæ ad conferenda beneficia sex menses concedit. Facultatem concedendi sex gratias sibi retinet. Beneficia Cardinalium, & eorum qui Cardinalibus sunt familiares in Regno Franciæ existentia, suæ dispositioni vsque ad certum tempus reseruat. De beneficijs promouendorum quid fieri debeat, ostendit. Causas beneficiales in prima instantia vult in partibus terminari, in quibus ante diffinitiuam sententiam (nisi in vno casu) vetat appellari. Quid de causis in curia pendentibus faciendum sit, narrat. Si autem eadem causa in diuersis curijs diuersis respectibus tractatur, quonam pacto terminanda sit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxij. seruandas censet. Tandem tempus ponit, intra quod vult ista acceptari & seruari.

a ¶ Ad regimen.] hæc habetur infra sub. ti. de præben.

b ¶ Execrabilis. ista habetur infra sub. ti. de preb. cum glo. Gulielmi de Mõte Laudano, & est inter xx. Ioannis xxij. cũ glo. domini Zẽzelini sub eo. tit. de præb.

Discordia est extinguẽda & pax cõseruanda.

CAP. I.



D vniuersalis Ecclesiæ regimẽ diuina disponẽte clementia, vocatis, inter alia pro commissorum populorum votiua dilectione nil occurrit præstantius: quàm exorta inter personas ecclesiasticas (principis tenebrarum astutia) discordiarum fomenta per nostræ sollicitudinis occursum protinus extinguere, vt cuiusuis altercationis salubriter euulsis seminibus, pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (diuina nobis assistente gratia) imponere, & conseruare valeamus. Cupientes itaque, vt suscitata retroactis temporibus discordia (proh dolor) in regno, Franciæ, Delphimatu, alijsque terris & dominijs clarissimi in Christo filii nostri Ludouici Francorum regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas occasione cuiusdam constitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quam personę prædictæ pragmaticam sanctionem vocant, ne si (quod absit) maiora fomenta sumeret, damna pariter & grauiora scandala, periculaque subsequerentur, fine debito claudatur, & totaliter secludatur: Auctoritate Apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio omnibus, & singulis prælatis, & aliis personis ecclesiasticis regni, Delphinatus, terrarum, & dominiorum eorundem, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum & dominiorum eorundem collatio, prouisio, prę sentatio, electio, seu quęuis alia dispositio pertinet: de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, & prębendis, necnon aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sęcularibus, & regularibus ad eorum collationem, pronisionem, prę sentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus: quę deinceps in Februarii, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo dispositione Apostolicę ex aliqua generali reseruatione in corpore iuris clausa, aut per alteram ex constitutionibus felicium recordationum Benedicti xiij. quę incipit: Ad regimen [a] aut. Ioan. xxij. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quę incipit: Execrabilis. [b] seu constitutiones, & regulas cancellariæ Apostolicæ per nos super hoc editas reseruata generaliter non existant) perinde ac si aliquæ a se de Apostolica vel eius legatis expectatiuę litteræ non emanassent, libere disponendi facultatem concedimus per pręsentes. Et quia isti summi Pontifices prædecessores nostri consueuerunt se in concessionibus gratiarum expectatiuarum † personis benemeritis exhibere liberalis, nostrę intentionis existit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominiis, regni huiusmodi vltra gratias expectatiuas per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris, & dominiis concessas) quibus in aliquo præiudicare non intendimus per pręsentes, quasque in suo robore permanere volumus) sex personis idoneis regnicolis, sex alias gratias expectatiuas ad quamlibet collationem, prouisionem, pręsentationem, seu quamus aliam dispositionem singulorum ex pręlatis, & alijs personis prędictis. Ex quibus quidem sex gratiis, duę gratię expectatiuę concedentur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipse, & charissima in Christo filia nostra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vien. nec non magistri & pręsidẽtes, ac alii officiarij in aliqua ex parlamentis regis eiusdem regni nobis super hoc vnanimiter supplicabunt: qui duo nominati per regem & reginam, Delphinum, magistros, pręsidentes, & officiarios præfatos gaudeant prærogatiuis ad instar familiarum nostrorũ continuorũ commensalium. Ipsisque sex gratiis consumptis, alias sex gratias similes aliis sex gratiis personis ideoneis modo & forma præmissis concedere intendimus.

† Gratias [ex]pectatiua[s] & mãdata ꝓuidẽdo [...]mini amp[...] concedi [...] creuit cõ[...] Trid. ses. [...] de reform[...] cap. 19.

¶ Volumus autem ac eisdem auctoritate & tenore præsentiũ decernimus, & declaramus beneficia, quæ venerabilium fratrum nostrorum. S. R. E. Cardinalium familiares, continui commensales eorum familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris & dominiis præfatis obtinent, & in posterum obtinebunt dispositioni Apostolicæ in posterum censeri reseruata, quamdiu duntaxat Cardinales præfati vitã duxerint in humanis, ac post obitum eorundem Cardinaliũ per sex annos cõtinuę sequentes: Quibus quidem sex annis elapsis. alij ad quos eorũdem beneficiorum collatio, prouisio, præsentatio, electio seu quęuis alia dispositio alias pertinet de beneficiis familiarium huiusmodi in regno, Delphinatu, terris

terris & dominijs, prefatis consistentibus, in predictis mensibus, disponere valeant, huiusmodi reseruatione non obstante.

¶Concedimus etiam, quod beneficiorum quæ promouendi per nos ad dignitates seu beneficia consistorialia ipsarum prouisionum per nos de eorum personis faciendarum obtinebunt, ac in quibus, & ad quæ ius eis quomodolibet competit ac competere poterit per promotiones ad dignitates, & alia beneficia consistorialia prædicta, ac munus consecrationis eisdem promouendis impendendum, seu lapsum temporis de consecrandis episcopis a sacris canonibus definiti vacaturorum, si promotiones ipsæ in aliquo ex supradictis mensibus fiant, nisi beneficia ipsa essent alias dispositioni Apostolicæ (vt præfertur) reseruata, ad prælatos & personas supradictas; Si vero in alijs mensibus promotiones eisdem fieri contingat, ad nos & Romanos Pontifices successores nostros collatio, prouisio, & omnimoda dispositio pertineat.

Notarii Apostolici in magno sunt numero.

¶ Et quoniam sedis Apostolicæ notariorum magnus reperitur numerus, eorundem notariorum, qui habitum per eiusdem sedis notarios gestari solitum publice & continue gestant, & in posterum gestabunt, beneficia in eiusdem regno, Delphinatu, & terris consistentia dumtaxat censeantur reseruata, quodque † omnes & singulæ causæ beneficiales in partibus coram iudicibus competentibus vsque ad diffinitiuam inclusiue in prima dumtaxat instantia, in qua nulli ante diffinitiuam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) debeat admitti, nisi ab interlocutoria vel a grauamine negotium principale minimè concernente, quod non possit per appellationem a diffinitiua sententia reparari. In aliis vero instantiis in curia Romana tractentur, cognoscantur, & fine debito terminentur.

† Vide Côc. Trid. ses. 24. de reforma. c. 20.

Appellare an liceat ad diffinitiuā sniam, uide c. super eo: 2. ext. d app.

¶Causæ vero beneficiales pendentes in dicta curia inter nostros aut dictorum Cardinalium familiares continuos commensales, ipsis Cardinalibus in eadem curia præsentibus, seu in aliqua legatione aut recreationis causa secedentibus, nec non prefatæ sedis officiales, officia actu exercentes, aut alios a premissis, qui per sex menses curiam prædictam secuti sunt, & sequuntur de præsenti curiales, & quoscumque alios eorum aduersarios super quibusuis beneficiis eisdem aduersariis auctoritate ordinaria collatis, per illos, quibus cōmissæ reperiuntur, seu alios per nos ad id deputatos, seu etiam deputandos iudices audiantur, cognoscantur, decidantur, fineque debito terminentur, ac executioni debitæ mandentur. Ceteræ vero similes causę beneficiales inter quoscunque alios pendentes, & quibusuis iudicibus seu auditoribus commissę reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Francię auctoritate Apostolica committantur audiendę, & cognoscendę, decidendę, & fine debito terminādę, cum necessaria earundem causarum aduocatione. Preterea quia aliquæ ex supradictis causis in eadem Romana curia super petitorio, & diuersis curiis ipsius regni super possessorio tractantur, volumus quod in eisdem causis in diuersis curiis super petitorio, & possessorio vnico & eodem contextu pendentibus (suspenso petitorio, & censuris super hoc latis) in possessorio, in curiis eorundem iudicum coram quibus causę possessorii pendeant de presenti, procedant, causęque ipsę super huiusmodi possessorio intra biennium terminentur & finiantur. Alioqui biennio elapso, liceat partibus ipsis procedere super petitorio, & vlterius dictis causis expeditis super possessorio, aut huiusmodi biennio elapso, liceat partium litigantium coram iudice competenti auctoritate Apostolica deputato, poterit ius suum prosequi, ipseq; Apostolicus iudex intra aliud biennium causam in petitorio terminare teneatur. Quod si non fecerit, causa ipsa ab eo auocata, & lis penitus extincta cēseatur. Et si forsan aliquis eorundem iudicum cuiusuis sibi commissę causę expeditionem malitiose prorogare, aut differre præsumpserit, excommunicationis, & omnium beneficiorum priuationis pœnas ipso facto incurrat, a qua quidem excommunicationis pœna absolui nequeat, nisi a nobis & successoribus nostris Romanis Pont. præterquam in † mortis articulo, quodque de cetero in literis expediendis in regno Franciæ, Delphinatu, & terris alijsque dominiis prædictis seruentur [a] taxæ super hoc editæ per Io. XXII. Papam præfatum, & excessus, si qui fuerint, corrigantur.

a ¶Taxæ.] Vide pro hoc extrauagantem. Cum ad sacrosāctæ, quæ est inter xx. Ioannis xxij. sub tit. de sen. excom.

Causa eadē diuersis respectibus in diuersis curijs tractari potest.

¶Et quia propter assiduas guerras, & nouitates, quę continue vigent in dicto regno, ꝓtenditur ecclesias, dū vacant grauatas, in ta-

† In mortis ar. nulla est casuū reseruatio, atque iō oēs sacerdotes quoslibet penitētes a quibusuis peccatis & censuris absoluere possunt. Cōcil. Tri. sessi 14 c. 7. de casuum reseruatione.

xa etiam reformata in Concilio Constantiensi, quę reducta est ad medietatem antiquę taxæ, quod grauatus in eadem taxa prælatus promouendus soluat communia, & minuta seruitia, quæ plures ex Gallis annatā vocant, tantum pro vera æstimatione fructuum ecclesiæ & monasterij, ad quæ sit promotus, eaque in dicta cancellaria & camera Apostolica inuiolabiliter obseruari mandamus.

¶Et quia in supradictis concessionibus regnum ac regem maxima sumus charitate cōplexi, credendum est non immerito, vt se deuotos & obedientes erga sanctam Romanam Ecclesiam exhibeant. Quare volumus & eisdem auctoritate & tenore statuimus, quod præfatus Rex intra quatuor menses pręmissa acceptare, & obseruare, ac in regno, Delphinatu, & dominijs huiusmodi obseruari facere, nec nō intra alios duos, præfatos quattuor immediate sequentes menses super acceptatione & obseruatione, alijsque præmissis omnibus, & singulis per suas patentes litteras nos & sedem præfatam certificare teneatur: Alioquin præsentes litteræ, & inde secuta quæcunque, sint cassa & irrita, nulliusque roboris vel momenti. Nos enim extunc irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, intentionis, voluntatis, constitutionis, declarationis, indulti, mandati, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ M.cccclxxij. septimo idus Augusti, Pontif. nostri anno I.

¶Sixtus quartus.

¶Discordia inter religiosos Mendicantes, & ecclesiarum parochialium rectores in partibus Germaniæ quattuor delegatis commissa, per eos sub certis formis & modis in pacem & concordiam conuersa fuit, quam Romanus Pontifex confirmat, præcipiens sub pœna excommunicationis illam a prælatis obseruari.

CAP. II.

Vices illius, qui supra petram ædificauit Ecclesiam suam meritis licet insufficientibus, gerentes in terris, & per eius immaculata vestigia, quantum nobis ex alto conceditur, incedere satagentes, inter Christi fideles quoslibet, & præsertim sub vno atque eodem sacerdotij vexillo nobiscum Deo militantes, pacem & charitatem inducere, & inductam confouere vigilāti sollicitudine meditamur assidue, & quæ ijs contraria sunt, falce vigilantiæ pastoralis ad radicem posita submouere, prout rerum & temporum circumstantiæ id non immerito exposcere dignoscuntur.

¶Nuper siquidem pro parte tam venerabilium fratrum nostrorum Moguntinen. & Treueren. archiepiscoporum, ac Herbipolen. & Vuomarcien. & Spiren. episcoporum, quam dilecti filij nobis viri Philippi comitis Palatini Rheni, & ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus [a] Romani imperij existit, ad nostrum peruenit auditum, quod inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum ordinum professores, & nonnullos parochialium rectores, & alios etiam ecclesiarum prælatos, instigante illo, qui tanquam leo rugiēs circuit quærens quem deuoret in partibus Germaniæ, & præsertim in oppido Eslingen. Constan. diœcesis suscitata sunt nonnulla dissensionum, & scandalorum fomenta, ex certis causis tunc nobis expressis, quæ nisi per vigilantiam pastoralis officij celeriter succidantur, possent ad scandalum non modicum Christi fidelium illarum partium faciliter peruenire.

¶Nos igitur attendentes, q sacrosancta Romana ecclesia ab eius fundatione primæua in ordine sacerdotali, quem Petrus Apost. & eius successores obseruarunt, instituta, & per viros prouidos & sacerdotes virtuosos adaucta, & longissimis temporibus feliciter cōseruata extitit: Rursusq; animaduertentes, quod hodiernis tpibus hominum crescēte malitia, nisi ager dn̄icus cultorib. idoneis, buccinatorib. Spiritus Sancti, & pręconibus verbi Dei (qui pręter ceteros in ordinib. fratrum Mendicantium gratia assistente diuina in copioso numero reperiuntur) assidue coleretur, vepribus malorum & sentibus vitiorum omnium ce-

Vices illius.] a ¶ Ex electoribus] electores imperatoris sunt septem; tres ecclesiastici, & quattuor laici de quibus per gl. in c. ad Apostolicæ, de sent. & re iud. li. 6.

Matt. 16.

Sacerdotes dicūtur sub eodē vexillo cum Papa militare.

1. Pet. 5.

Ecclesia Ro. p quos fuit instituta, adaucta, & conseruata.

Prædicatores multi in ordinib mēdicātium reperiuntur.

celeriter obrueretur: non potuimus non nisi ab intimis cordis nostri dolere, quod inter tales viros, qui se mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apostolum, onera portare deberent, discordiæ seminarium excitaretur. Vnde cum vellemus super his ea, qua decet maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris Gulielmo Hostiensi & Angelo Prænestin. episcopis, & dilectis filijs nostris Iuliano tituli sancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli sancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuæ vocis oraculo commisimus, & mandauimus, vt a singulis partibus prædictis vel eorũ procuratoribus legitimis, auditis hinc inde propositis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem episcopi & Cardinales statutis loco & tempore conuocatis, auditis, & intellectis partibus prædictis (vt præfertur) & in præmissis grauiter & consulte procedentes, partes ipsas de communi earundem consensu ad concordiam infrascriptam perduxerunt: Videlicet, quod ipsi parochiani sacerdotes de cetero non dicãt a Mendicantibus hæreses processisse, cum in veritate fides nostra sit illuminata, & ecclesia exaltata per eosdem, & præsertim per ordines prædicatorum & Minorum, vt iura testantur. Quodque fratres mendicantes non prædicent, populos parochianos non teneri audire missam in eorum parochijs diebus festiuis & dominicis, cum iure sit cautum † illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali ecclesia, nisi forsan ex honesta causa ab ipsa ecclesia se absentarent: quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, & bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cum sit libera. Quod etiam ipsi mendicantes desistant prædicare, quòd parochiani non sint obligati saltem in pascha te, proprio confiteri sacerdoti: quia de iure † tenetur parochianus saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hoc tamen ipsi fratres mendicantes non censeantur exclusi, quo minus secundum iuris communis & priuilegiorum eisdem concessorum dispositionem, confessiones audire, & pænitentias iniungere veleant. Quod etiam de cetero inter ipsos fratres mendicantes & curatos quo ad effectum prędicandi, hora cãtandi, & campanas pulsandi, seruetur consuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis seruata fuit in ipso oppido Eslingen. Et casu quo veniat aliqua occasio siue necessitas, non fiat commutatio tẽpis vel horę in ipsis prædicationibus fiẽdis, nisi de consensu partium. Quodque etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant † prælatis & rectoribus parochialium ecclesiarum: Nec etiam populos a suarum ecclesiarum parochialium frequentia, & accessu abstrahant siue retrahant quoquo modo. Et vice versa ipsi rectores, & prælati aliquo modo non detrahant mendicantibus, sed illum fauorem, quem possunt eis, impendãt, & in omnibus & per omnia præstant, ita vt vera vnitas & perfecta charitas inter eos ostendatur.

¶ Nos itaque illius vices gerentes in terris, qui Apostolis suis dixit: Pacẽ meã do vobis, pacem meam relinquo vobis: cupientes super his opportune prouideri, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra certa sciẽtia & mera voluntate concordiam prædictam, ac omnia & singula per præfatos episcopos & Cardinales ordinata, ad hoc vt perpetuo inconcussa persistant, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia approbamus, & confirmamus, ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus. Supplentes omnes & singulos defectus tam iuris quam facti qui forsan interuenerunt in eisdẽ. Iniungentes nihilominus archiepiscopis, episcopis, plebanis, rectoribus, curatis, nec non prioribus, guardianis, & singulis fratribus ordinum Mendicantium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contrafacientes, & quemlibet eorum contra facientem incurrere volumus eo ipso: a qua absolui nequeant, nisi de expresso consensu partis læsæ, & debita satisfactione præuia inuiolabiliter obseruent, & quantum in eis est, ab alijs obseruari faciant. Et insuper quascumque lites & causas coram quibuscumque causarum palatij Apostolici auditoribus seu alibi occasione præmissorum inter dilectos filios Decanum & capitulum ecclesiæ Spiren. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indecisas pendentes, illarum status tenores & formas, & in eis gesta, & actitata, præsentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie, motu, scientia & auctoritate prædictis aduocamus, & litem seu lites ipsas penitus extinguimus. Et ambabus partibus prædictis litis huiusmodi consortibus seu illis adhærentibus perpetuum silentium imponimus: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac priuilegijs eisdem

dem

lat. 6.

p. vt dñi-. de parochijs, & a- parochi. e concil. d. ses. 21. decr. de seruandis celebratio missæ. §. neant.

Ca. omnis iusque se de pen. remis.

† Vide concilium Latera. sub Leone x. ses. 11. in decreto incip. Supernæ maiestatis.

Ioan. 14.

Suppletio quæque fit de iure & de facto. vide no. in cap. bonæ de post. prælat. in antiquis.

dem fratribus in genere vel in specie concessis. ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ. M.ccccLxxviij. xv. Kalen. Iulij, Pontificatus nostri anno septimo.

LIBER SECVNDVS.

De iudiciis.

Iudicij descriptio.

¶ Nota pro rubricæ intellectu ꝙ iudicium est actus legitimus trium personarum, iudicis, actoris, & rei. Sed contra cap. forus, §. in omni. de verb. sign. in antiq. vbi dicitur, quod in omni negotio requiruntur etiam tres testes. Sed dic, quod testes non semper sunt necessarij, sed quando est factum negatum, vel aliæ probationes desunt, vt dicto §. in omni. & 4. q. 4. cap. 1. Et dicitur iudicium non a iudice (vt dicit Ioan. Mona.) sed a iuris disquisitione siue discussione. Nam causa est dum proponitur, iudicium dum discutitur, iustitia dum finitur. dicto cap. forus, de verb. sig. Vel potes dicere, si vis, quod iudicium non ab actore vel a reo dicitur, sed a iudice sicut a persona principaliori. argum. C. de accus. qui explicandi. Et redditur iudicium in inuitum, ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem, §. 1. Et expone, de iudicijs, id est de processibus iudiciarijs, qui enumerantur in c. quoniam extra de prob. Sic accipitur C. de iud. sancimus, & cap. pia de except. lib. 6. in prin. & c. nonnulli. de rescrip. in antiq. & ff. ut leg. nom. l. etiam. in princ. Vel dic de iudicijs, id est, de iuris disquisitione, seu discussione vt dictum est.

Testes nō sē per necessarii sunt.

Iudicii xv. significationes declarātur.

¶ Nota insuper quod iudicium habet xv. significationes. Primo modo est actio, vt iudicium familiæ erciscūdæ, id est, actio. ff. de iudi. l. in tribus. extra de probat. cap. ex litteris. Secundo modo est lis siue controuersia, vt iudicium pendet de hæreditate, &c. ff. ad Trebel. l. 1. 2. responso. & ff. de pec. quod debetur. Tertio modo est auctoritas, vt negotia ecclesiastica non sunt iudicio laicorum disponenda extra de iudic. capit. decernimus. Quarto modo est forus, vt causa iuris patronatus debet diffiniri iudicio ecclesiastico, id est in foro ecclesiæ capit. quanto extra de iudi. Quinto modo est arbitrium 2. q. 6. a iudicibus, & ff. qui satisd. cog. arbitro. de offic. deleg. ab arbitris. libr. 6. Si enim arbiter est iudex, ergo arbitrium est iudicium. Sexto modo est vltima voluntas, vt iudicium testatoris non debet esse cassum. C. de sacrosanct. eccles. l. 1. de sepul. licet in fi. lib. 6. Septimo est quæstio, ut iudicium ambiguum est ad Papam referendum capitulo per venerabilem. §. rationibus. extra qui fil. sint leg. C. de orig. iur. l. quoniam. Octauo modo iudicium dicitur esse discretio, vt furiosus & impubes non possunt esse iudices, quia carent iudicio, id est, discretione. ff. de iudi. l. cum prætor, cap. graue. de præben. in antiquis: Nono est sententia, ut iudex punire potest eos, qui suo neglexerint parere iudicio id est, sententiæ, de offic. deleg. capit. de causis. alias, in causis de appel. si duobus circa fin. de præscrip. cap. fi. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. si hæres & Ecclesiastici 18. ibi, Ante iudicium iustitiam tibi para. Decimo est instantia, vt iudicium perit triennio l. properandum §. 1. C. de iudi. & capitu. iudi. & cap. uenerabilis, eod. tit. in antiq. Vndecimo est discussio, ut hic C. & ff. eod. tit. & capi forus, de uerb. sig. Duodecimo est potestas iudicandi. ff. de iu. l. iudicum soluitur. uetante eo qui iudicare iusserat. &c. Tertiodecimo est pernicies, unde Apostolus 1. ad Corinth. 11. ibi, Qui manducat & bibit indigne corpus & sanguinem Domini, iudicium, id est perniciem sibi manducat & bibit: Sic exponitur 4. sentent. distinct. 9. in fi. Quartodecimo est pœna, in Matth. Qui deciderit, reus erit iudicio, id est, pœna. Sic in Ioanne, qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam qui uero mala, in resurrectionem iudicij. id est, pœnæ æternæ ultimo iudicium dicitur esse processus iudicialis, cap. 1. eo. tit. lib. 6. de excep. pia. eo. lib. Et ista xv. significata his uersibus comprehendi possunt.

Matth. 5. Ioan. 5.

Versus.

Actio, lis, actor, forus, arbiter, ultima velle:
Quæstio, discret. senten. instant. discussio, posse:
Pernicies, pœna, processus iudicialis.

Vide Ioan. Mona. super rubrica de iud. libr. 6. & etiam gloss. in cap. in iudicijs, de reg. iur. lib. 6. Nullibi tamen clarius habentur hæc exposita, quam hic.

Ioannes, XXII.

F Requentes.] ¶ Super cathedram.] nunc est sub tit. de sepul. in cle. & incipit, dudum.

¶ Decretalem, super cathedram, quæ est in Cle. in cap. dudum innouata, iubet obseruari: neque propter illam debent religiosi Mendicantes esse molesti & graues prælatis, neque prælati ipsis religiosis. Et si sint aliquæ iniuriæ vel molestationes hinc inde factæ, Papa vult iustitiæ complementum breuiter exhiberi, summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, vel aliter prout qualitas excessuum exigit. Non obstantibus quibuscumque obstaculis, quæ possent his obuiare,

CAP. VNICVM.



Requentes, immo innumerosæ quodāmodo de diuersis mundi partibus venerabilium fratrum nostrorum episcoporū, aliorumque superiorum prælatorum, nec non dilectorum filiorum, rectorum, curatorum, & parochialium sacerdotum querelæ contra dilectos filios fratres Prædicatorum & Minorum ordinum, nostrum, & sedis Apostolicæ excitarunt auditum, & clamorosis insinuationibus excitare & fatigare non cessant, quod iidem fratres decretalem, Dudum. editam a felicis recordationis Bonifacio Papa VIII. prędecessore nostro, quæ incipit Super cathedram [a]. Ac per pię memorię Clementem Papam V. prędecessorem nostrum in Viennens.

concilio innouatam temere obseruare non curant, sed ipsam transgredi non timentes in eiusdem sedis contemptum, animarum suarum periculum, & eorundem, & ecclesiarum parochialium præiudiciū & grauamē. Intelleximus quoque quod plerumque præfatis dictorum prædicatorum, & minorum, necnon Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum Eremitarum personis idem prædecessor Bonifacius constitutionem prædictam, in qua tantum de ipsis prædicatorum, & minorum cauebatur ordinibus, per omnia voluit postmodum integraliter, & inconcusse seruari. Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos subsequenter constitutionem eandem quo ad omnia in ea contenta duximus extendendam, a prædictis episcopis, prælatis, rectoribus, curatis, & sacerdotibus, contra tenorem constitutionis prædictæ graues iniuriæ atque molestiæ in diuersis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vien. fratris nostri archiepiscopi Burdegalen. & dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegalen. & aliarum ecclesiarum, ptidratuum, conuentuum, rectorum, curatorum, sacerdotem, & vicariorum parochialium, ac clericorum tam regularium quam sæcularium ciuitatis & diœces. prædictarum nobis extitit intimatum, quod prædicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiusdem, multa eisdem & eorum singulis grauamina & iniurias inferunt & iacturas. Quia igitur parum esset iura condere, nisi qui ea tueatur, existat: Nos volentes de fratrum nostrorum consilio decretalem prædictam, Super cathedram, irrefragabiliter obseruari, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus vestrum per vos, seu alium, vel alios etiam si sint extra loca in quibus estis conseruatores seu iudices deputati, tam eisdem archiepiscopo, capitulis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis sacerdotibus, vicarijs, ac clero ciuitatis, & diœces. prædictarum, & eorum cuilibet aduersus prædictos, quàm econuerso eisdem fratribus aduersus archiepiscopum, capitula, prælatos, priores, conuentus, rectores, sacerdotes, vicarios, ac clerum, præfatos & singulos eorundem efficacibus defensionibus præsidio assistentes, ac facientes decretalem prædictam quo ad omnia eius capitula prout iacent, firmiter obseruari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem archiepiscopis, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, uicariis, ac clero, vel alicui seu aliquibus eorundem, nec etiam prędictos archiepiscopum, capitula, prælatos, conuentus, rectores, curatos, sacerdores, vicarios, ac clerum, seu aliquem, vel aliquos ipsorum eisdem fratribus grauamina ac iniurias irrogari. Facturi ipsis hinc inde quibuscumque iniuriis, molestationibus, grauaminibus, & damnis vicissim illatis hactenus, & etiam in posterum inferendis eisdem contra tenorem constitutionis eiusdem, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, summarie, [a] simpliciter & de plano, sine strepitu iudicij & figura, in aliis vero prout qualitas ipsorum exigit iustitiæ complementum: Molestatores minores & maiores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles quandocumque & quotiescumque expedierit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque exemptionibus, specialibus vel generalibus, tam fratribus & ordinibus prędictis, vel alicui seu aliquibus frattum & ordinum eorundem, quam præfatis archiepiscopo, capitulis, prelatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis, ac clero, seu ipsorum alicui vel aliquibus, communiter vel diuisim, sub quacumque forma vel expressione uerborum ab eadem sede concessis, ac eiusdem Bonifacii, quo cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem uel diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra dietam unam a fine suę diœcesis ad iudicium euocetur. [b] Sed ne iudices, & conseruatores a sede deputati prędicta extra ciuitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere. siue alii uel aliis uices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diœcesis eiusdem trahere præsumant.

Constōnem papalē violaus periculo se subijcit.

Iura cōdere parum esset. nisi qui ea tueretur existeret. ff. de orig. iuris, leg. 2. §. post originē de electio c. vbi periculum, §. præterea lib. 6.

a ¶ Summarie, &c.] propter ista verba hæc extrauagās sub hoc titu. fuit posita. Quæ autem causæ sint sic decidendæ, vide capitu. dispendiosam, eodem titu, in clem. Et quid illa verba importent, declaratur per cap. sæpe de verb. signif. in clem.

b ¶ Euocetur.] loquitur de capit. statutum. de rescript. lib. 6.

a ¶ Conferuatores,] loquitur de c 1. de off. dele. li 6.

b ¶ Numerum,] vide c. cum in multis. de refcr. lib. 6.

fumant: dummodo vltra duas dietas aliquis extra fuam ciuitatem auctoritate præfentium non trahatur. Seu quod de manifeftis iniurijs, moleftijs, & alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt (pœnis in eos fi fecus egerint, & etiam id procurantes adiectis) conferuatores [a] fe nullatenus intromittant, qnàm alijs quibufcunque conftitutionibus a Romano Pontifice tam de iudicibus delegatis & conferuatoribus, quam perfonis vltra certum numerum [b] per literas Apoftolicas ad iudicem non vocandis, aut alijs edictis, quæ noftræ poffent iurifdictioni, aut poteftati eiufque exercitio libere quomodolibet obuiare. Seu fi tam eifdem fratribus, vel eorum ordini, aut alicui feu aliquibus fratrum & ordinum prædictorum, quam archiepifcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, facerdotibus, vicarijs, ac clero prædictis, vel aliquibus ipforum, feu quibufuis alijs communiter, vel diuifim a præfata fede fit indultum, quod excommunicari, fufpendi, vel interdici, feu extra, vel vltra circa vel alio quocumque modo ad iudicium euocari non poffint, per litteras Apoftolicas non facientes plenam & expreffam ac de verbo ad verbum de indulto huiufmodi & de eorum perfonis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus propriis mentionem. Et quibuslibet aliis indulgentiis & priuilegijs dictæ fedis generalibus vel fpecialibus, quorumcumque tenorum exiftant, per quæ præfentibus non expreffa vel totaliter non inferta noftræ iurifdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri. Et de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum fpecialem oporteat in noftris literis fieri mentionem.

Excõicari ne poffint, aliquib. qñdoque conceditur.

¶ Ceterum iudicibus feu conferuatoribus quibufcumque per litteras Apoftolicas fub quacumque alia quam præfenti verborum forma vel expreffione confectas, eifdem prædictorum prædicatorum, minorum, Eremitarum, ac Carmelitanum ordinum fratribus, feu ipfis ordinibus communiter vel diuifim, fuper damnis, & iniuriis, & aliis quibufcunque rebus feu negotiis, alias deputatis, & fubdelegatis eorum præfentibus, & futuris auctoritate præfentium diftrictius inhibemus ne aliquem feu aliquos auctoritate litterarum papalium prætextu feu occafione quorumcũque damnorum vel iniuriarum fiue grauaminum contra tenorem prædictæ conftitutionis, fuper cathedram, ipfis fratribus feu eorum ordinibus antedictis communiter vel diuifim a quibufcumque perfonis illatorum hactenus, & etiam inferendorum in pofterum, coram fe alicubi deinceps ad iudicium vel alias quoquomodo vocare, feu in caufam aliquatenus trahere præfumant. Inhibitionem huiufmodi non folum ad futura, fed etiam ad quouifmodo adhuc pendentia, & incœpta negotia volentes extendi: ac decernentes præfatas literas & proceffus eorum auctoritate quacumque habitos, & habendos ad damna, grauamina, & iniurias huiufmodi contra tenorem dictæ conftitutionis illata, & inferenda (vt dictum eft) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum, & inane fi fecus fuper præmiffis per quofcumque fcienter vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem noftram huiufmodi ad dictorum iudicum feu conferuatorum & fubdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Infuper volumus & auctoritate Apoftolica decernimus, quod quilibet veftrum profequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico, quodque a data prælentium fit vobis & vnicuique veftrum in præmiffis omnibus & eorum fingulis cœptis, & non cœptis, præfentibus & futuris & præteritis, licitum procedere, ac fi prædicta omnia & fingula coram vobis cœpta fuiffent, & iurifdictio veftra & cuiuslibet ueftrum in prædictis omnibus & fingulis per citationem uel modum alium legitimum perpetuata extitiffet, conftitutione prędicta fuper conferuatoribus & aliis quomodolibet in contrarium edita non obftante. Datum Auinion. decimo Calend. Februarii, Pontificatus noftri anno xi.

Iurifdõ p citationem ppetuatur c. gratũ de of. deleg.

De dilationibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ Præmiffo eleganti exordio, oftenfifque periculis

IN dilectorum.] a. ¶ Cudunt &c. ui de c. quanto, cum ibi notatis, de iureiur. in antiq. & extrau. spōdent. inf. de crimin. falsi.

culis quæ proueniunt ex falsorum florenorum fabricatione, citantur perẽptorie fabricantes, data sibi dilatione trium mensium intra quos coram Papa compareant: alias contra ipsos, eorum absentia non obstante procedetur prout iustitia suadebit.

CAP. VNICVM.

ccatū unū a mole at hit aliud.



IN delictorum diuersorum nexibus, ac tenebris inuolutos, plerumque trahit in maiorum scelerum pręcipitium moles præponderans peccatorum: nā & si diuersos diuersa delicta coinquinent, sunt tamen nonnulli, qui propriæ salutis immemores, delictis cōib. & vulgarib. non contenti, ad profana & vetita prorumpentes, sic damnata cupiditate lucrorum, ac inexhausta eorum voragine deuoluuntur, ꝙ dummodo suas ingluuies, ad quas inhiant, expleant, se lucris illicitis, immo iacturis spiritualibus temere immergentes, honori Dei & animarū saluti, ac sacrorum canonum & imperialibus edictis & iuribus communibus capturas nefarias & lucra illicita anteponunt.

crorū cu- itas, ad- ulta nefa- āpellit.

¶ Sane iamdudum ad nostri Apostolatus auditum multorum fide digna relatio sæpius etiam repetita perduxit, & fama iam publica per facti euidentiam diuulgata effecit notorium, nonnullos esse in Lombardiæ superioris & Marchiæ Ianuēsis partibus qui licentiæ temerariæ laxatis habenis licere sibi pręsumētes illicita, cudunt [a] & fabricant, seu cudi, & fabricari faciunt florenos auri, secundum formam & signum & coinum ac circumferētias litterarum, qui in ciuitate Florentiæ (a tēpore cuius non extat memoria) cudi & frabricari sunt soliti, & cuduntur & fabricātur etiam in præsenti. Et quamuis dicti floreni ad verā florenorum de Florentia similitudinem fabricati, in vero & solito florenorum eiusdem ciuitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero florenorum valore deficiant, ipsi tamen (simulata eorum effigie) personas, vt plurimum simplices, & quandoque etiam in huiusmodi rebus expertas decipiunt, ipsasque damnis rerum, & periculis personarū exponūt, dum pro veris florenis ipsos recipiūt. Cum etiam præterea in talibus plurimi non habeant inter florenos & florenos tantæ similitudinis peritiam discernendi.

¶ Nos itaque tantis & præcipue animarū periculis affectu paterno occurrere cupientes: monemus omnes & singulos talium præsumptores, ipsis nihilominus districtius inhibentes, quatenus deinceps a cussione & fabricatione florenorum huiusmodi cessent, & realiter & effectualiter resipiscant: Nihilominus præsentis edicti peremptorij auctoritate citātes eosdem ac eorum singulos sub pœna priuationis iuris, si quod eis super cudendis florenis competit (quam ipsos cessante iusto impedimento, si in exequendis mādatis nostris huiusmodi remissi seu negligentes fuerint, incurrere volumus ipso facto) vt intra triū mensium spacium a data presentium numerandū per se vel per procuratorē idoneum Apostolico conspectui præsentent, propositiuri quo iure ipsis florenos competat ius cudendi, ac exhibituri priuilegium, si quod super hoc habeant, vel ius aliud si quod sibi credant cōpetere, ostensuri. Et nihilominus super prædictis facturi & recepturi ꝙ iustitia suadebit; Intimantes eisdē, ꝙ si non venerint, nos contra ipsos super præmissis & ea tangentib. procedemus prout expedire viderimus, & suadebit iustitia, ipsorum absentia non obstante.

¶ Vt aūt huiusmodi nostra nunciatio atq; citatio ad communem omnium notitiā deducatur, chartam siue membranam citationem atque monitionem huiusmodi continentes, in maiori Ecclesiæ Auinio. affigi ostijs faciemus; Quæ processum huiusmodi suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabūt, vt pręddicti moniti & citati, & alij quicumq; qui sua crediderint interesse, vel quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quòd ad eos processus huiusmodi non peruenerit, vel ignorauerint eūdem cum non sit verisimile remanere quo ad ipsos incognitum † vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione vj. Calen. Decemb. Pontificatus nostri anno ix.

† Occultum non præsumitur ꝙ omnibus publicatur.

De dolo & contumacia.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Citationes etiam extra dies solemnes publicæ

Diuisio.

Rem nō nouā.) Hæc decre. diuiditur in quatuor partes: Nam primo procœmium ad intentum p̄mittit. Secundo ver. [Est si quidem] ad hoc probandum plura argumenta inducit. Tertio ver.] Pręmissis.] super ipso intento statuit. Quarto ver. [Non obstantib.] statutum huiusmodi per non obstātia munit.

b ¶ Personatus.] licet aliqui dicant ista nomina. s. dignitates, personatus, synonymiace pro eodem poni, textus tamen sup. de præb. de multa. videtur differentiā inter ea ponere aliqualem : in quo dum facta in principio mentione de dignitate, subiungitur in fi. hoc idē in personatib. quod crederem verum, si dixisset hoc simile, sup. de constit. translato, quod nō facit: sed idem potius q differt multum a simili, vt sup. de transl. episc. inter corporalia. §. sicut aūt. ibi tñ dicit pp expressam similitudinem vel identitatem potius, &c. quasi dicat, aliud est simile, & aliud idem. vnde licet nomina sint diuersa, vnam tamen formam tenent sicut legitur. 99. distin. prouinciæ. de primatibus & patriarchis; diuersitas autem nominum introducta est ex diuersis consuetudinib. Ecclesiarum, & ex diuerso modo loquendi, vt patet in illis titulis. su. de off. vicar. usque ad tit. de maio. vbi idem. & eadem administratio appropriatur. diuersis officiis pp diuersas consuetudines diuersarum ecclesiarum, & diuersos modos loquendi, facit ad hoc. sup. de const. cum accessissent. vbi primiceriatus quandoque dignitas, quandoque personatus, interdum etiam officium dr. de hoc dixi propter istos impetrantes, qui in suis supplicationibus quas Papæ porrigunt quandoque omnia ista ponunt, quandoque etiā deficiunt. Et idem credo dicendum de officiis & administrationibus, quod vnum. s. aliud comprehendit. sicut de hoc vidi dubitare in Eccl. Tholosana an. s. operaria illius Ecclesiæ esset officium vel administratio: cum quidam impetrans haberet officium in suis litteris, non autem administrationem, q dicebant dictam operariam esse ibi, non autem officium: & tñ impetrans obtinuit: vñ non video q iura inter talia beneficia gradum seu distinctionem aliquam ponant seu faciant: quod credo facerent si esset sicut faciunt in sua propria materia inter curatam, & nō curatam & similia. su. de pb. cum illis. li. 6. ex quo ergo lex non distinguit: nec nos: nec vbi Papa hoc non facit, nec & idem & eiusdem iuris dicerem esse archipresbyteratus & decanatus in Pictauia. quia idem officium gerunt ibi: nā ex quo sunt eiusdem gñris, sint & eiusdem iuris hoc enim plebanatus æquiparat. Inn. cum dignitatibus, & personatib. sup. de præb. cū olim. in gl. sua de his plebanis loquūtur iura. sup. de re iud. cum inter. de præsc. cū olim. 31. q. 1. & si dormiens. su. de dec. ad audientiā. Si aūt arguis de stylo curiæ, q̄ in suis rescriptis, & constitutionibus omnia singula talia specificat, dic quod tales inculcationes verborum sæpe immiscet in suis ordinationib. & hoc facit ad cautelam, & ex suprabundanti, cum talia non vitient, sed prosunt potius ad exceptiones superfluas citius elidendas: ad varietatē autē diuersæ locutionis seu mutabilitatem nominantium, nihil immutatur in istis realiter in effectu, nec mutari debet seu aliqua diuersitas denotari, argu. 10. dist. lege. & ideo dicit philosophus, propter nostrū affirmare vel negare nihil mutatur in re: vel hoc fit vt diuersis locutionibus gentium satisfaciat. argum. sup. de mag. inter Cōc. Vien. 37. dist. qui de mensa. Quid si Papa dicit, conferi-

Officium, & administratio idē sunt.

mus tibi talem dignitatem, non obstante q talia beneficia teneas qualiacunque sint: quæ omnia cum ista volumus quod ex dispensatione nostra possis tenere: nunquid prima qualiacunq; sint, etiam si per electionē quis creatur in istis: iste poterit retinere? Vr quod sic. argu. sup. de preb. si Romanus. in versi. qualiacūq; vnde vr q ista duo operentur, quia .s. tollant oēm surreptionem quotquot & quæcunque sint prima beneficia. Item quod insimul obtineri valeat quęcunque & quotquot sint: cum tantum valeat genus in generali, quantum species in speciali. sup. de maio. solitæ. in fi. de offi. ord. si sacerdos. nam qui dicit qualiacunque, nihil excipit 19. dist. Romanorum.

tes vel personatus, b officia, seu prioratus, c

Prioratus appellatione qd cōtineat.

c ¶ Prioratus.] dicunt quidam nomine Prioratus contineri solas quasdā administrationes & dignitates monachorum & aliorum regularium, vt su. de offic. ord. præsenti. li. 6. de præb. nisi. in fi. & c. cum singula, lib. 6. facit. su. de rescr. & si principalis. conc. Vien. vsus tamē in aliquibus partibus obtinet, prælatos, rectores sæculares Ecclesiarū ruralium, & etiam curatarū, vbi cura tamen per vicarios in eis separatim regitur, vocari Priores: sicut in Carcassesio, Agenesio, & in ceteris aliis partibus & talis est Prioratus de Fraga in diœcesi Herden. sunt & plures Priores sęculares & collegiati, sicut Prior sanctæ Radegundæ Pictauen. & Manso. in Agenesio, de talibus enim loquitur decr. su. de præb. cap. si. qui autem talium dicantur collegiati, & qui non, notaui plene in extrauaganti domini Ioan. Suscepti. Sed quid dices de Prioratibus claustralibus, qui sunt in istis monasteriis de quib. loquitur decr. sup. de rescript. & si principalis, Concil. Vien. nunquid ista cadunt sub edicto illorum iurium, sup. de consuet. c. consuetudinē, & de pręben. cum singula, lib. 6. & istius cap. s. quod sint incompassibiles cum aliis officiis, Prioratibus, seu administrationibus constitutis intus monasterium vel extra? Videtur quod non, immo possunt se cum altero de aliis beneficiis intus vel extra compati: immo etiam cum pluribus, alias tamen canonice possessis. Et est ratio: quia tales prioratus ut communiter nullas administrationes seu temporales prouentus habent: sed solummodo spiritualem iurisdictionem seu officium in personas monachorum, abbatibus dumtaxat absentibus, & in eorum defectum & sic potest dici officium sine administratione, ad instar illorum iudicum, de quibus legitur sup. de in integr. restit. causam, vnde nihil uidetur eis repugnare, quin habētes alias administrationes, possint tales prioratus tenere, sicut alias beneficiati possūt esse officiales etiam principales vel uicarii generales uicedomini, syndici uel similia officia in curia Romana tenere, vel alibi, talia. n. officia vel similia nullā administrationem habent sibi annexam: & ideo aliquo iure nō prohibentur una cum aliis exerceri, & insimul possideri de hoc etiam no. sup. de consue. consuetudinē, 1. q. 3. saluator, 89. dist. indicatum, maxime cum nō sint perpetua, quod uult dicta decret. consuetudinem, immo de die in diem omnes isti remouentur pro nutu cum cā vel sine cā. Et idem vr censendum saltem quantū ad istā decr. & quantum ad c. cum singula. de prioratibus simplicibus monachorum in quib. quis non creatur per electionem, nec proprie instituuntur in eisdem, ut notat Host. su. de præb. de multa. & Guid. in dicta decr. cū singula & de offic. ord. præsenti. lib. 6. licet aliqui contra. Nec obstat dec. sup. de sup. neg. præla. quia regulares, in fi. quia illud non respicit præterita, ut patet in uer. censuimus. præterea ibi dicit tantum de prioratibus & Ecclesiis curatis: nec replicat de administrationibus quasi uelit in illo obtinere dictā opinionem Gul. & Host. Et idem uidetur dicendum de archipresbyteratibus diœcesis Bituricen. qui consueuerunt rectoribus aliquarum ecclesiarum cōmitti per archiepiscopum sic, quod quādiu uiuit iste archiepiscopus durat in ipsis rectoribus

Archipresbyteratus Bitu. nō sūt perpetui.

dictum

dictum officium archipresbyteratus, sed eo mortuo capitulum committit alijs, & postea nouo archiepiscopo creato committit alijs, licet isti archipresbyteri excommunicent, & alias iurisdictionem spiritualẽ exerceant, nihilominus tamen rectores curam animarum habentes, possunt istos tenere, & sic fuisse interpretatum dicitur per Papam.

aut diuersa ecclesiastica beneficia curam [a] animarum habentia, possit dispensatiue, cum [b] alias non liceret de iure communi, recipere, & simul licite retinere: Vnde inter cetera [c] inconuenientia infrascripta nascuntur, quod videlicet [d] interdum vnus, qui vnum, quamuis modicum vix officium [e] implere sufficeret, plurimorum sibi vendicat stipendia, quæ multis litteratis [f] viris vitæ puritate ac testimonio bonæ [g] famæ pollentibus, qui mendicant, possent abunde sufficere, æqua [h] distributione collata. Habentibus [i] ipsa paratur vagandi [k] materia, diuini [l] cultus minuuntur, hospitalitas [m] in ipsis beneficijs debita [n] non seruatur: & dum [o] non sunt sui in vnaquaque regione [p] rectores ecclesiarum, detrahitur commodis & honori, quæ carentes defensorum auxilio in iuribus suis & libertatibus multipliciter collabuntur: ruinis [q] patent ędificia nobilia, quæ magnificentia [r] extruxerat decessorum. Et (quod [s] amarius est dolendum) animarum [t] cura negligetur: & vitiorum [u] sentibus fomentum [x] periculose præbetur. ¶ Nos itaque [y] tot malis tantisque discriminibus occurrere cupientes, omnes & singulas dispensationes super receptione ac retentione [z] plurium dignitatum, personatuum, officiorum, prioratuum aut beneficiorum, quibus cura sit animarum annexa, sub quacunque forma vel expressione verborũ a nobis vel dictis prædecessorib.

a ¶ Curã animarum habentia.] quæ sint ista, dicetur infr. ec. c. §. fi.

Beneficia aliqua sunt de iure compassibilia.

b ¶ Cũ alias non liceret de iure cõi.] & sic no. quod dare est de iure cõi aliqua beneficia sibi ad inuicem compassibilia etiã sine aliqua dispensatione. sim. sup. de rescr. gratia, lib. 6. & c. gratiæ. conc. Vien. quod est contra opinionẽ. Host. no. tamen sup. de præben. cum iam dudum, & c. super inordinata & per glos. sup. de elect. dudum. 2. & de præben. de multa.

c ¶ Vnde inter cetera.] Secunda pars.

d ¶ Videlicet.] nota primum inconueniens.

e ¶ Modicum diuinũ .s. cuicumque gradui spectans, & tamen nihil facilius est & leuius hoc tempore, & hominibus acceptabilius si perfunctorie res agatur: sed nihil apud Deum miserius & tristius, & damnabilius, vt 40. di. ante omnia. & maxime missam, quam si quis vnicam in die digne celebrauerit, valde felix est, vt sup. de celeb. miss. te referente.

f ¶ Litteratis viris.] quibus potissime inter alios est de bonis ecclesiæ subueniendum. simile supr. de præb. de multa. §. vlt.

Fama est clericis necessaria.

g ¶ Bonæ famæ.] ista enim duo, s. nitor conscientiæ, quantum ad dominum, & odor famæ, quæ ad proximum, sunt necessaria in ministris ecclesiæ, ut supra de sacra vnc. c. vnico, §. ad exhibendum, in fi. unde in odore bonæ famæ potius quam in fama delectandum est, vt sup. de accus. licet. Econtra uero infamia multa mala præstat, ut supr. de accu. inquisitionis, & ca. qualiter, & qui hanc negligit, & in se oriri permittit, crudelis est. 12. q. 3. non sunt audiendi.

h ¶ Aequa distributione collata.] Nota bona patrimonij crucifixi debere æquis portionibus diuidi inter assumptos in sortem per capita, non per stirpes, omnes enim sumus filij primi gradus & hæredes, & sic digni successione, nisi ab ea propter ingratitudinem excludamur, potentioribus tamen nobilitate, litteratura, vt de carnis proximitate, seu alijs taceamus, pares esse non possumus, nec debemus, est enim gradus inter angelos, Apostolos, & alios in cælesti militia triumphantes, & sic fuit ab initio temporis, & sic erit, arg. 86. di. non satis. 89. d. c. 1. in fi.

i ¶ Habentibus.] versicul. & est secundum inconueniens.

k ¶ Vagandi.] in hoc quod habent discurrere per loca, in quibus beneficiati existunt. simile supr. de offic. ordi. quanto, debebãt enim manere in ea vocatione, qua primo vocati erant, ut sup. de reg. licet, in prin. talis itaque discursus frequenter nocet nedum animæ, immo etiam corpori & bursæ, iuxta vulgare quod dicitur, quod petra mutabilis numquã accipiet muscum, & hoc uerum est, nisi fiat ex causa iusta: nam interdum ualet loci mutatio, 81. dist. ualet.

Vagatio nocet corpori & animæ.

l ¶ Diuini.] versi. & est tertium, & dic de hoc ut dixi in extrauaganti suscepti, & de celeb. miss. graui. concil. Vien.

m ¶ Hospitalitas.] versi. & est quartum.

n ¶ Debita.] quæ, quando per quem, & quibus hospitalitas debeatur, dic ut legitur & not. 42. di. per totum. C. de epi. & cleric. l. 1. supra de empt. & uend. ca. 1. in summ. Hostien. de tempo. ordinan. super uerbo, hospitale.

o ¶ Et dum.] uer. & est quintum.

p ¶ Regione.] & sic no. quod præsens est qui in regione est. hoc idem dicitur de illo, qui in hortis est.

q ¶ Ruinis.] uer. & est sextum.

Aedificãs in beneficio suo ipsius utilitatem facit.

r ¶ Magnificentia.] Not. magnificum opus exercere, qui nobile ædificium erigit in loco sibi commisso, istud enim proprie dicitur uersum in utilitatem ecclesiæ, & durare uersum, ut nota. Innocent. supra de fideiuss. quod quibusdam. Et sic est argumen. per locum a contrario, quod in illis qui per negligentiam suam talia permittunt collabi, cum sint de se perpetua, de dilapidatione possint merito accusari, & idem de illo qui nemora antiqua non cædua sine ardua necessitate ecclesiæ scindit, uel destruit, talia uero de proprietate ecclesiæ satis possunt dici, cum emphyteutæ, vsufructuario non liceat, uel uasallo, ut ff. de vsufr. arboribus in princ. cum l. præcedenti, & l. hactenus, in fin. cum sequen. & ff. de censi. forma.

s ¶ Et quod.] versi. & est septimum.

t ¶ Animarum.] quæ quanto pretiosiores sunt corporibus, tanto in eis amarior est iactura, extra de ma. & ob. solitæ de pænit. & remis. cum infirmitas.

u ¶ Et uitiorum.] versi. & est octauum.

x ¶ Fomentum.] superfluæ etenim & exquisitæ delitiæ sunt uitijs alimenta. 41. di. & 43. di. per totum. sup. de ui. & ho. cle. c. a crapula.

y ¶ Nos itaque.] Tertia pars.

z ¶ Retentione.] & sic non sufficeret dispensare, quod possent plura recipere, nisi adderetur quod recepta possint retinere, quod uerum est de incompassibilibus, alias secus, ut sup. de rescrip. gratia. & de præb. non potest, lib. 6.

a ¶ Vni-

noſtris cuicunque perſonæ conceſſas, (Cardinalibus tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui circa nos vniuerſali [a] eccleſiæ ſeruiendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, ac regum filijs, qui propter ſublimitatem eorum ac generis [b] claritatem ſunt potioris prærogatiua gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis,) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habita diligenti, de ipſorum conſilio & ex certa noſtra ſcientia in forma ſubſcripta duximus taliter moderandas, [c] quod per moderamen noſtrum effrenatam circa eaſdem perſonam talium beneficiorum multitudinem refrænemus, ipſique impetrantes fructu diſpenſationum huiuſmodi totaliter [d] non fruſtrentur.

¶ Statuimus [e] itaque, & de fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, quod obtinentes nunc ex diſeenſatione legitima [f] pluralitatem [g] huiuſmodi dignitatem, perſonatuum, officiorum, aut prioratuum ſeu beneficiorum, quæ [h] alias abſque alia diſpenſatio-

Vtilitas publica præfertur priuatæ.

a ¶ Vniuerſali.] & ſic nota quòd officium vniuerſale in ſe eius ſingularia comprehēdit ſicut alibi dicitur, quòd vtilius ſeruiunt iſti generali eccleſiæ quam ſpeciali, & ſic publica vtilitas præfertur priuatæ, & maior minori, vt legitur & notatur plene de hoc ſu. de poſtu. præl. bonæ. 1. q. 1. ſcias.

b ¶ Ac generis claritatem.] curialior eſt hic Papa quam Hoſt. quod no. ſup. de præbē. venerabilis, quòd diſputare de nobilitate generis eſt diſputare de nobilitate ſtercoris.

c ¶ Moderandas.] & ſic diminutionem denotat, vt ſequitur & probatur ſupr. de verb. ſig. tranſmiſſæ, veriores.

d ¶ Totaliter.] mediam viam concedit Papa hic, ſimile ſup. de offi. deleg. quærēti. de offi. cuſtod. c. 1.

e ¶ Statuimus.] Quarta pars.

f ¶ Legitima.] ſupple in quo ſunt neceſſaria oſtēdi auctoritatem, ſ. & poteſtatem diſpenſantis, & factum per quod diſpenſauerit, vt probatur ſup. de ſchiſ. fraternitatis. & ſic non ſufficit notitia defectus & potentia, niſi ſit ad actū proceſſum vt ibi no. & facit quod legitur & not. ſup. de eo qui mit. in poſ. ca. 1. ad quod facit quod legitur ſupr. de præben. non poteſt. li. 6 per quod videtur ceſſare quod no. gl. ord. 51. diſt. c. fi. & 89. di. ſequi, & Inno. ſup. de fil. presb. veniens licet Hoſt. ibi concordet cum eis quæ ſu. dixi. Simile dicit c. ſeq. quòd in quouis opere conſiderari habent duo factum ſcilicet, & modus ſupr. de reſti. ſpo. Piſanis. Et intellige legitima non ſolum Apoſtolica, ſed etiam alia: dum tamen poteſtatem habuit ſuper hoc diſpenſandi, ut infra dicetur.

g ¶ Pluralitatem.] quæ duorum numero contenta eſt, vt ſup. de præb. ſi cui, §. penul. de reg. iur. pluralis. lib. 6.

Beneficia plura obtinere an liceat.

h ¶ Quæ alias abſque alia diſpenſatione legitima.] Sed quæ erunt iſta, quæ alias, i. de iure cōi ſeu ſpeciali, puta conſuetudine, uel ſtatuto, ut patet infr. §. proxi. in verbo, de iure abſque omni diſpenſatione poterunt licite retinere, ut ſic uiſo de iſtis primitus, per conſequens de alijs, quæ non poſſunt de iure abſq; omni diſpenſatione retineri, licite nobis conſtet. Ad cuius maiorem dilucidationē vř, quòd in nullo caſu aliquis poſſet tenere duo beneficia inſimul, & probatur ſic. nam per Innoc. Hoſt. & fere per omnes doctores traditur circa hoc talis regula: Omne beneficium eccleſiaſticum requirens reſidentiam de iure cōi, ſpeciali priuilegio, ſtatuto ſeu conſuetudine, non pōt cū alio ſimili inſimul retineri. ſic no. ſup. de cle. nō reſid. relatum, &c. ex tuæ, & c. quia nonnulli, & c. fi. ſed ita eſt, quòd omne beneficiū eccleſiaſticum etiā xx. ſolidorum requirit regulariter reſidētiam, ut in ca. conquerente, cuius ratio eſt, quia beneficium datur ꝑꝑ officium diuinum, & diuinum officium habet fieri in propria perſona, nec ad hoc excuſationē habet, niſi propter ſolam infirmitatem. 91. diſt. per totum, de celeb. Miſ. c. 1. ergo nullum poteſt cum alio inſimul retineri. Nec obſtat ſi dicat, quòd una perſona pōt inſimul duo officia facere, quod non eſt uerum, quia ſi nō poteſt in una eccleſia, ut ſup. de cōſec. c. 1. li. 6. multo minus in diuerſis, quia non poteſt diuidere perſonā ſuam, & ideo not. Inno. & Hoſt. ſup. de conceſ. præben. cum noſtris, in gloſſ. credimus tamen &c. & de renun. admonet quòd vbi eſt conſuetudo vel ſtatutum alicuius eccleſiæ, per quod quis obligatus eſt ad reſidentiam perſonalem pro certo beneficio, puta ꝓ capellania ſeu altari, ꝓ aliquo mortuo recto, recipiēs tale ſimile, ipſo iure primo renunciare vř & eſt rō quia non p̄t cōtinuā reſidētia facere perſonalē in utraq; de hoc no. 81. diſt. ſi qs ſacerdotū, nec p̄t eps̄ diſpenſare ſuper talib. ex quo ambę reſidentiā requirūt ut vř Inn. innuere in c. admonet, licet in cōtrarium notetur. 21. qu. 2. ca. 1. & c. ſi quis iā. in ꝯrium patet, ꝙ oē beneficium poſſit cum alio inſimul retineri. Conſtat. n. ꝙ aliquis duas p̄t tenere canonias in plurib. eccleſijs ſine aliqua diſpenſatione de iure cōi. & eſt ratio, quia hoc eſt ad honorem & fauorē eccleſiarum, licet præbendas vtriuſque nō debeat recipere in abſentia. & ſic ſeruat curia Romana, ut legitur & not. maxime per Inn. ſup. de præb. cum iā dudum de cler. nō reſi. c. fi. ſed ita eſt, ꝙ in talibus reſidentijs præbenda uincit eccleſiam curatam, cui annexa eſt, ut ſup. de præb. extirpandæ, § qm̄ vero, & eo. tit. ſuper eo. lib. 6. ergo ſi præbenda ſibi compatitur aliam præbendā, multo fortius eccleſia curata eccleſiam curatam: quia ſi vinco vincētem te, &c. Præterea oēs eccleſiæ una eccleſia ſunt. 21. di. quamuis. Nec obſtat ꝙ dicit, quod qui viuit de altari, ſeruire ei debet, alias viuere non debet. Dic ꝙ quilibet reſidens ſiue non reſidens, altari ſeruit, dū bn̄ faciat, & bene expendat ꝙ inde percipit, iuxta vulgare de beau meſſa ꝗ de beau paſſa. arg. ſup. de mag. c. fi. ſicut no. Inn. de cle. non reſi. c. fi. ubi de hoc plene per ipſum. Ad ſoluendum iſtud contrarium videndum eſt primo quæ ſint beneficia, in quibus ipſo iure per aſſecutionem ſecundi vacat primum, etiam ſine alio facto ſeu ſnīa hominis. Secundo, quæ ſunt iſta beneficia quæ ſi non vacant ipſo iure, primum tn̄ vacat per ſnīam aliorum ſuperiorum præhabita monitione ipſius, non tn̄ primum, ſed illud quod eligendum non duxerit. Tertio, quæ ſunt illa quę non ipſo iure nec per ſententiam ſuperioris vacant, ſed omnino ſunt cōpaſſibilia inter ſe. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod quædam ſunt beneficia ſuprema, quædam duplicia, quędam ſimplicia. Suprema ſunt epiſcopatus & ſuperiora in quibus non eſt dubium, quòd aſſumendo ſecundum cum auctoritate papæ, ipſo facto uacabit primum ſup. de tranſlat. c. ſi ſine auctoritate papæ, utroque caret. ſupr. de translat. quanto in fi. Duplicia ſunt dignitates inferiores, perſonatus, & beneficia curam animarum habentia: in quibus aſſumendo pacifice poſſeſſionem ſecundi cum titulo, ipſo facto uacat primum, ſupr. de præben. de multa. & in hoc caſu & in præcedenti ſolus Papa diſpenſat, nec ualet conſuetudo in contrarium, ut in ca. de multa. niſi eſſent dependentes inter ſe, vel vnitæ ſeu tenues, ut ſupra de ætate & qualitate. eam

An canonias duæ poſſit ſine diſpenſatione teneri.

ſc.

te, 10.q.3. unio, uel niſi una commendata eſſet, & alia intitulata, iuxta decr. ſup. de elect. nemo. lib. 6. Sed nunquid ſola tenuitas ſeu paupertas eſt cauſa ſufficiens, ꝙ epiſcopi per ſe poſſint plures conferre vni, uel plures poſſint ab uno ſine alia diſpenſatione a Papa impetrari. Videtur ꝙ ſic ꝑ dicta iura. Credo potius contrarium: & ꝙ dictis iuribus ſit derogatū per c. de mul-

ne legitima obtinere nequibant, vnum tan-

ta. & ideo expedit, ꝙ epiſcopus ipſas uniat ſi propter ipſa adſit paupertas, alias caderent ſub iſta pœna. Sed nunquid dependentes vel unitæ præſumuntur tales eſſe ſi alias de hoc non doceat expreſſe: tamen eſt per xl. annos ſic fieri conſuetum. Non credo ꝙ ſit actus præſcriptibilis, cum ſine inſtitutione canonica talia teneri non poſſint, ſicut dicitur de decanatibus & eccleſijs curatis infra dixi plene de hoc. Omnia vero alia ſunt ſimplicia, & in iſtis an ſint compaſſibilia necne .i. an duo quis poſſit inſimul retinere, diſtinguitur: quia aut quis tenet ea non ut intitulata, ſed ut ſimplicia beneficia, alias velut commendata, in quo caſu talis non cenſetur clericus illius eccleſiæ, quia quis intitulatus non eſt, licet beneficiatus inibi ſit ut no. 22. q. 1. cap. 1. & voco hic beneficialum ſine titulo iſtos aſſiſios, portionarios, præſtimoniarios habentes altaria uel capellas pro Miſſis defunctorum, ſup. de cler. non reſid. c. pen. de ꝓben. ſignificatum, & idem de habentibus poſſeſſiones ad vitam; 16. q. 1. poſſeſſiones, & q. 3. illud. 12. q. 2. quicunq;. cum ſimilib. Et in hoc caſu crederem aliquem de iure cōmuni poſſe habere plures, maxime ubi alias per ſe non ſufficeret, niſi forte ex iure ſpeciali, puta priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine eſſet prohibitus. Sunt alia ſimplicia & intitulata, ſicut ſunt eccleſiæ rurales ſine cura uel præbendæ alicuius eccleſiæ collegiatæ, vel cathedralis 70. diſt. ſanctorum. 71. diſt. clericos, 21. q. 1. cap. 1. nec talis ſic intitulatus recedere debet ab illa, in qua uocatus eſt, 7. q. 1. epiſcopum. quo caſu proprie dicitur clericus talis eccleſiæ. Sed in iſtis duobus caſibus vltimis quæro de tribus quæſtionibus. Primo eſt, an de iure quis poſſit duo talia beneficia, uel unum duplex, cum alio ſimplici inſimul retinere. Secundo an de conſuetudine ſaltem. Tertio, an ex diſpenſatione. Ad primum dicendum eſt, ꝙ tam titulata, quam intitulata, vel etiam vnum de illis cum uno duplici quis tenere pōt, de iure & conſuetudine Romanæ curiæ, ut ſup. de præben. extirpandæ, §. quis uero per Inn. & de præb ſuper eo. lib. 6. fructus tamen illius præbendæ ſeu beneficij in quo reſidet, nō percipiet, & ſic erit canonicus, & non ꝓbendarius, & ſic quaſi canonicus honorarius ad inſtar honorarij tutoris, ff. de min. tut. l. ſi plures, §. 2. iſte em̄ vocabitur ad communes tractatus, ut no. Hoſt. in ca. ſuper inordinata, nec in hoc caſu ille qui tali alias beneficiato dat ſcienter ſecundum beneficium, poterit ipſum cogere ad reſidentiam, quia ſuper ea tacite videtur diſpenſare cum eo, ut not. Innoc. de cler. non reſid. c. ſi & de præb. cum iam dudum. Quid ergo erit de conſuetudine in talibus. Diſtingue, quia aut loquens in eadem eccleſia, aut in diuerſis. Si primo, non poteſt diuerſa ſeu plura habere ſup. de conſue. c. 1. lib. 6. quæ decr. videtur intelligi de intitulatis inibi perpetuo, quouis nomini dictum beneficium cenſeatur: quia ſecus crederem de alijs, puta præſtimonijs, officiatibus prioratibus temporalibus ſeu clauſtralibus, ſyndicatibus, uel alijs officijs ſimilibus. Si autem loqueris in diuerſis eccleſijs, hic non poſſum dare certam doctrinam de conſuetudinibus priuilegijs ſeu ſtatutis ſingularibus ſeu ſpecialibus cum ſint facti, & in facto conſiſtant ſu. de conſtit. licet lib 6. vnum tantum dico, ꝙ ſi conſuetudo uel ſtatutum concedat in ſua eccleſia beneficia ſic, quicunque beneficiatus alias adipiſcatur beneficium in iſta eccleſia, eo ipſo vacet illud; & ſint ambo beneficia in poſſe ſtatuentes, primum uacat de facto, licet alias aſſet cum ſecundo compaſſibile de iure, niſi eſſent diuerſi collatores, & collator primi beneficij intra ſex menſes contradiceret, iuxta ea quæ no. Innoc. ſu. de renun. admonet, de præb. de multa. ſic intelligo quod no. per Inno. & Hoſt. ſu. de conceſ. præb. litteras, dixi ſu. Quid ſi ſtatutum dicat, ꝙ talis compellatur dimittere primum,

tum ex dignitatibus, perſonatibus, officiis,

ſicut eſt in ſtatutis eccleſię Barchinoñ. Dic ꝙ ī hoc caſu erit opꝰ facto hominis: nec crederem quod præciſe poſſet eps̄ agere contra talem ad dimittendum primum, ſed conditionaliter, ſ. ſi velit retinere ſecundum, ex quo nec de iure, nec de ſtatuto aſſecutio ſecundi aufert ſibi primum, ſic intelligitur ſup. de præbend. referente. Sed numquid conſuetudo per quadraginta annos ſeruata poterit uiceuerſa incompaſſibilia facere compaſſibilia, uerbi gratia. Cōſuetudo patitur, quod decanus ruralis, qui habet uiſitare: & archidacono vel epiſcopo referre, & ex hoc procurationem recipere, inſtituere corporaliter rectores, eccleſiarum uacantium cuſtodiam gerere, & tempore uacationis adminiſtrare diuina, & exercitium curę in ipſis, habeat una cum decanatu tali unam eccleſiam curatam illam, uel iſtam ſi qua ſibi alias canonice conferatur, numquid talis conſuetudo excuſat contra iſtam decr. execrabilis & a pœnis eiuſdem? Videtur ꝙ ſic, ſu. de conſtitu. cum omnes. in fi. cum excuſet in ſacramentis, quod eſt fortius 91. diſt. peruenit. Item in matrimonijs ſu. de ſpon. duorum, c. fin. de cog. ſpir. ſuper eo, tacite enim vr̄ conſenſiſſe princeps, ex quo per xl. annos obſeruata fuit inconcuſſe ſaltem in minori parte eccleſiarum, ut de offi. archi. cap. fin. & ſic cum facti ſit, non uidetur eam reuocaſſe per ſuam generalem conſtitutionem. in qua de ipſa non fuit facta ſpecialis mentio, ut patet per co. ſu. de conſti. licet. li. 6. Contrarium credo, nam expreſſe dicit textus, ꝙ quicunque receperit beneficium habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, quod exponit Inno. dicens, tale, ſcilicet curam habens ſtricte in foro animæ. ſupra de pęn. omnis, ſiue large, ſ. ſi habet in foro contentioſo, ſupra de elect. dudum. & hoc ſiue habebat in eccleſia cathedrali collegiata. parochiali uel capellania, & etiam licet non habet ſpecialem eccleſiam, uel in eccleſia certa: habet tamen ſuper certa loca, iuxta cap. ſupra de præbend. ſuper eo. lib. 6. de quo ꝑ Inno. in c. de multa. & de offi. archid. cum ſatis, ex quo ſequitur, quod ſi ſic intitulati in diuerſis eccleſiis vel beneficijs, erant primo ipſo iure priuati: ſequitur quod non poſſidebant ipſam a principio aliqua poſſeſſione colorem habente ſeu adminiculum iuris: & ſic non præſcribebant ſup. de reg. iur. ſine poſſeſſione, lib. 6. 8. diſtinct. quo iure. de præſcr. cauſam. de reſtitut. ſpolia. ex parte de reg. iur. beneficium. lib. 6. maxime cum in titulis beneficiorum, qui omnino ſint ſingulares, ut 8. q. 1. olim, poſſeſſio unius non iuuat alium, cum in talib. non cadat ſucceſſio iuris vel facti, licet in caſu cadat ſucceſſio litis uel cauſæ, ut ſu. ut lite penden. ſi hi. in fi. lib. 6. & dicto cap. olim, de præb. cap. 1. de hoc etiam dixi ſup. in extrauag. ſuſcepti. Non obſtat ſup. de pręſcr. ſi qui exigentibus. lib. 6. ubi non præſcribunt priuati ipſo iure: ſed eorum ſucceſſores cum bona fide: in noſtro autem caſu non eſt dare ſucceſſorem, ut dixi ſupra eodem cap. & alia ratio, ſ. ꝙ conſuetudo non ualeat in tantum grauamen eccleſiarum, & derogationem Papæ, & legis ſuæ, cum introducendo cōſuetudinem populus ſeu clerus habeat intentionem ſuā declarare ex ipſis factis. ff. de leg. l. de quib. ſed ipſe clerus in factis Papæ nihil habet declarare, cui ineſt obſequendi neceſſitas, non auctoritas imperandi. 19. diſt. ſi Romanorum, & c. in memoria. maxime ubi expreſſe ſoli Papa reſeruatum eſt, ſicut eſt in nr̄o caſu, ſimile, 93. diſt. illud. 100. di. contra morem, ſ. de conſue. tali. & quanto, & c. ult. cum ſimilib. idem vr̄ dicendū de cōſuetudine aliquorū monachorū qua adminiſtratores, puta prior.

[Margin notes:]

…ñficia ſimplicia an ſit …ncompaſſibilia.

Bñficia incōpaſſibilia an ꝑ conſuetudinē poſſint fieri cōpaſſibilia.

Cura aīarū hr̄ in duplici foro.

Bñficiorum tituli ſunt ſingulares.

Conſuetudo poni qñque beneficia cōditionare.

prior eius claustralis, camerarius, sacrista, celerarius, vel similes poterunt cum sua administratione tenere vnum prioratum extra uel aliud beneficium, si sibi alias conferantur, quod vr̃ reprobari in perpetuis, ut hic, & s̄. de præb. cum singula. lib. 6. secus in tpalib. ut dixi su. de priore claustrali, & de officialib. eorum, & similib. Ad tertiū quo quęritur an possit qs cum talib. dispensare? Et vr̃ ꝙ nullus citra Papam, quia ex quo talia beneficia facta sūt incompassibilia de iure, & de cōsuetudine vel statuto, & ipsę consuetudines & statuta assumunt uigorem a Papa, qui in eis tacite vel expresse vr̃ cōsentire, & eis firmitatem dare. ut sup. de maior. & obed. si quis, & de hoc no. s̄. de consti. licet. lib. 6. ergo citra Papā nemo pōt dispensare. non enim ipsi statuentes p se statuunt: sed potius ipse Papa, q̃ in suo canone dedit eis potestatem statuendi. arg. sup. de transla. inter corporalia, circa medium, ibi, præsertim, cum nec sine auctoritate Romani Pontificis, & c. canonē. sup. de maio. & obed. si quis, de sen. excom. si concubinæ. immo vr̃ ꝙ nec ipse Papa, saltem in ijs, quæ sunt statuti uel consuetudinis, dum dispensatio non faciens mentionem de alio iure speciali non ualeat, sup. de pręsc. cum olim, & c. veniens. sed Papa non potest diuinare oīa iura specialia ut su. de const. licet. ergo, &c. Ad quod dicēdum ꝙ in supremis & duplicibus Papæ, in simplicib. vel vno simplici & alio duplici non requiritur dispensatio, ex quo sunt de se compassibilia, ut hic, & no. de p̄ben. cum iam dudum, & c. extirpandæ, §. qui vero. per Inn. fallit primo. nisi consuetudo uel statutum faceret ea incompassibilia, ut su. dictum est. Secundo ubi exigitur personalis residenttia in utroque q̃a tunc super residentia alterius ordinarij dispensatio requiritur, nisi forsan dicas ꝙ collator secundi ipso facto super residentia dispensat in hoc, q̃d tali sic adstricto primo beneficio confert secundum, ut no. Inn. de cler. non residen. c. si.

prioratibus [a], ecclesijs vel beneficijs huiusmodi, quibus cura immineat animarum, cum dignitate, personatu, vel officio, prioratu, ecclesia vel beneficio sine cura, quæ habere maluerint, prætextu dispensationis [b] sufficientis circa id eisdem indultæ, possint licite retinere: quæ [c] tamen teneantur eligere intra mensem numerandum a tempore notitiæ [d] constitutionis istius: Ceteris [e] beneficiis cum cura vel sine [f] cura, quæ ipsius dispēsationis prętextu tenebant, & quæ aliter ante non poterant de iure absque dispensatione aliqua licite retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinarijs [g] sub testimonio publico [h] intra idem [i] tempus verbaliter vel realiter [k] cum effectu dimissis, absque eo quod ab illa nūquam sine noua collatione [l] ab eo q̃ facere poterit facienda redire, aut eorum administrationi se immiscere [m] præsumant. Alioquin tam his quam alijs omnibus beneficiis, quæ virtute huiusmodi

a ¶ Prioratib.] colligium. s. habentib. seu ecclesiam parochialem sibi annexam, dū tñ ecclesia immediate per ipsum Priorem regatur, quia secus per uicarium perpetuum, ut inf. §. fi.

b ¶ Dispensationis sufficiētis.] dispensatio, n. erit sufficiens, si quicquid erat impedimenti relati in ipsa fuerit, & expresse sup oīb. dispensarum, alias non, ut sup. de elec. dudum 2. in fi. de consa. quod dilectio. de pręben. non potest. lib. 6.

c ¶ Que.] s. vnum curatum, & aliud non curatum.

d ¶ Notitię.] supple, p quemcunque de istis scitę, & sic non a tempore, publicationis factę in curia uel ꝓuincia, quia si intelligeret publicationis, ita dixisset sicut dicit notitię, arg. su. de deci. ad audientiam, simile sup. de cōcess pręb. quia diuersitatem. cum similibus, Is. n. q̃ nescit, non dr̃ posse experiri, 2. q. 5. biduum. ff. de calum. annns.

e ¶ Ceteris.] versiculus est.

f ¶ Sine cura.] alias tamen de se incompassibilia de iure ut inf. patet.

g ¶ Coram ordinarijs.] i. diœcesanis, non alias, ut in fi eo. §. ceterum.

h ¶ Publico.] s. tabellione, uel Papæ, uel Imperatoris, vel alio creato tamen an ab illo qui potestatē habuerit hunc creandi ex consuetudine uel de iure, ut legitur. & no. su. de fide instr. c. j. & 2. & c. cū dilectus, & c. fi. simile s̄. de ele. vt circa. & de offi. ord. si canonica. lib. 6. An officium tale sit voluntariæ iuri dictionis in tantum ꝙ extra territorium creātis ipsum ualeat exercere, uel potius contentiosę, & sic non poterit, nō est materia propria, sed de hoc no. Host. su. ne cler. uel mon. sicut te, Sed nunquid authenticum sigillum epi vel alterius prælati erit testimonium publicum. Non uidetur quia si Papa hoc uoluisset, adiecisset sicut fecit in dicta decr. si canonici. & in ca. ut circa, adiecit litteris, quod exponitur, sigillo authentico sigillatis. Credo ꝙ authenticum sigillum satis faciat testimoniū publicum, dum tamen illum cuius est sigillum, principaliter non tangat, sed alios potius, maxime subditos, argu. sup. de probat. post cessionem, & c. quoniam. & de testi. a nobis, cum similibus. vnde licet in iudicialibus non creditur regulariter vni, uel eius sigillo, vt supra de probat. quoniam, in extraiudicialibus tamen talibus ministris & eorum sigillis circa officium suum creditur, argumen. ff. de rebus cor. l. magis, §. illud sic. Compost. sup. de rescript. capitulum.

Sigillū an sint testimonium publicum.

i ¶ Idem tempus.] s. sex mensium.

K ¶ Realiter.] dum tamen essent præsentes in suis beneficijs, alias si sint in curia uel alias longe, ita ꝙ præsentialiter hanc realitatem non possint intra dictum tp̃s ostendere, nec ad effectum dimissionem perducere, sufficit, ꝙ animo & verbo expresso faciant hoc cum testimonio publico ibi ubi sunt, & ꝙ hoc ut citius poterūt, mittant, & denuncient dictis diœcesib. & hoc credo ꝙ sufficit, dumtamen postea nullum ius sibi in ipsis uendicent, nec per se vel per alios aliquod impedimentum apponant quo minus Papa possit libere disponere de eisdem, arg. 22. q. 2. faciat.

l ¶ Noua collatione] quę immediate fieri poterit etiam per ordinarios, si alias beneficia isti incompassibilia dimitterent: dum tamen esset ordinarijs facultas disponendi de istis cum non propter crimen, sed solo placito Papæ isti huiusmodi beneficijs sunt priuati. argu. supra de elect. super eo.

m ¶ Se immiscere.] & sic est arg. ꝙ imminiscens se beneficio quo priuatus est uel suspensus, iure ꝙ in eo obtinet, priuatus est ipso iure, q̃d credo verum ubi expressit in pœnam, hoc est in ipsa uel alia constōne adiectum sicut est hic inf. alioquin, &c. & sup. de elect. cupientes, §. ceterum, lib. 6. alias secus, sed punietur arbitrio superioris, ut s̄. de elec. statuimus in fi. lib. 6. & ibi per Host. suspensio n. a beneficio non procedit a claue, nec comprehenditur sub censuræ nomine, sed suspensio ab officio dumtaxat, s̄. de verb. sig. q̃renti, & de exces. pręla. tāta, quod patet, quia abbatissa licet non hēat claues, ut supra de pęn. noua, nihilominus hanc pęnam infligit,

vt

vt sup.de maior.& obed.dilecta, alias per totum mundum se extenderet, sicut usus clauis se extendit, ut sup. de treu.c.1.in fi. & tamen non transgreditur territoriũ proferentis eandem, ut sup. de ele. si compromissarius, lib.6.cum similibus.

de istis tamen incompassibilibus, dic, ut in dicto cap. de multa, per hoc enim videtur sublata opinio Card. posita supra de offic.ordi.ordinarij. lib. 6. quæ uidetur in talibus dare electionem, de quo dic, ut ibi, & in sequenti glossa.

nostri moderaminis retinere poterant,[a] vt præfertur, sint ipso iure priuati, & prorsus inhabiles ad similia beneficia obtinenda[b].

¶Per hoc[c] autem ijs qui dignitates psonatus officia, prioratus, vel alia beneficia curã animarum habentia, ex dispensatione, quæ ius[d] tribuat, iuxta nostram moderatiónem præscriptam obtinent, & alia similia beneficia nostrarum vel eorundem prædecessorum auctoritate litterarũ expectant,[e] cum quibus est, vt illa cum vacauerint recipere, & vna cum obtentis retinere licite valeant, dispensatum, nolumus derogari, quin ea cum vacauerint, intra dicti temporis spacium possint eligere, & dimissis alijs recipere in forma p̃scripta ac licite retinere: pœnas similes incursuri, si huiusmodi nostræ contraire præsumpserint sanctioni.

¶Porro[f] quia quorundam oculos sic auarę[g] cupiditatis vitium excæcauit, quod plura talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere præsumunt[h]; nos de illis præsenti decreto statuimus, vt omnia & singula beneficia sic detenta (illo tamen retento, quod vltimo receperunt, dummodo in eo ex collatione canonicã[i] competat ius eis-

a ¶Poterant.] quæcunque illa sint, siue de iure cõi, siue dispẽsatione mediante eis competerent. ex quo dicit supra omnibus, in contrarium uidetur, nam sola illa uidetur eis auferre, quæ obtinebant ex dispensatione, & non alia: quod uidetur innuere præcedens verbum: ibi, virtute huius nostri, &c. ergo secus de alijs, maxime cum sit pęnalis hæc constitutio, & sic restringenda. de pęn.di.1.pœnę. pro prima parte facit quod sequitur, & prorsus inhabilis, &c. huic tamen posset responderi, quod turpius eijcitur & difficilius, q̃ nõ admittitur hospes supra. de iureiuran. quemadmodum.

b ¶Obtinenda.] & sic qui grauiter offendit principem, multiplici pœna punitur, sup. de iudi. at si clerici, in fi de excess.præla. grauem.

c ¶Per hoc autem.] Quinta pars.

d ¶Quæ ius tribuit] scilicet speciale, cum priuilegium sit ius & lex priuata 3.dist.porro.

e ¶Expectant.] & sic habebant ius ad rem tantum, vnde no.hic quòd superueniens constitutio priuatiua fortius operatur in beneficijs realiter possessis: quam in his in quibus tantum ius est ad rem, quod est contra decret.supra de concess. præben. quoniam, libro 6. Dic quod non obstat, quia ibi simpliciter reuocabat expectantes, & ius ad rem solum obtinentes, hic sub conditione, optione scilicet seruata retinendi, quod vellent, quæ optio non posset habere locum in hoc casu, nisi adhuc perduraret ius istis expectantibus quod fit ne sint deterioris conditionis quam alij, & quod constitutio sit omnibus æqua, & ne eorum impetratio multis expensis & laboribus obtenta, eis penitus sit damnosa, cum ignorent merito quod obtinebunt ratione expectationis, quia de futuris nemo certus, & sic optare non poterant, & sic impedito non imponitur constitutio, sicut nec ignoranti currit tempus, ut supra de consti.c. de elect.eis.

Futura sunt incerta.

f ¶Porro.] Sexta pars.

g ¶Auaræ.] auaritia.n. est idolorum seruitus, ut sup.de præb.auaritiæ, & de elect.auaritiæ, lib.6. nam ipsa excæcat possessores suos, ut in dicto c.auaritiæ.

h ¶Præsumunt.] hæc præsumptio inducit infamiam, furtum & peccatum mortale, ut sup.de elect. dudum 2. vbi de hoc, nam per istud quod erat expulsiuum omnium aliorum, ex quo alia erant sibi incompassibilia, videtur alijs tacite renunciasse, & ipsa pro derelicto habuisse, iuxta decre.sup.de præb. de multa 21.q.2. si quis iam translatus, & arg.32.q.2.cum renunciatur, nam sicut clauus clauo retunditur; sic vnum beneficium alio-

i ¶Ex collatione canonica] hoc uidetur impossibile, quod ex quo quis primo tenebat plura beneficia curata, & incompassibilia si ne dispensatione: & sic per consequens erat ut fur, infamis, & ineligibilis, & in mortali peccato constitutus, ut supra de ele.dudum 2. quod tali canonici possit aliud dari: immo dicit decre. quòd nisi prius talia sic sine dispensatione obtenta, libere & sponte resignent, collatio facta de alijs penitus nullius est momenti, ut supra de off. ordin. ordinarij, in fi. Põt dici q̃ illa loquitur ubi plura tenebat illicite antequam ultimum assequeretur, vel ubi illa priora habebat licite cum dispensatione, sed non erat in ea q̃ non posset aliud recipere, sed hic ubi duo tantum, sic quod ante assecutionem secundi licite tenebat primũ, quod sic concordat ibi cum decret. de multa supra de præb. Cum decr. de multa, uidetur ista similis omnino, sed huic contradicit etiam in hoc quod supra dixerit plurima, quod verbũ, plura quam duo vr̃ comprehendere: quare uidetur potius quod specialis sit hæc prouisio, per quam Papa vult talibus prospicere efficiendo gratiam, s. quod dato quod in nullo de istis haberent ius, possint tamen uigore huius decre. vltimum retinere, alias eis canonice collatum, quod denotat hoc uerbum, alias, quasi dicat non erat omnino canonica collatio pp pluralitatem, quæ hoc impedierat: sed alias. i. si non esset pluralitas, canonica erat: aliter non uideo quod posset rñderi dictis decr. dudum. & c. ordinarij. Vnde iuxta hoc vidi dubitari. An obtinentes plura beneficia de se incompassibilia sine dispensatione habeant vocem in electiocne, & sic an possint eligere actiue. Secundo an possint eligi passiue. Tertio, an si quis electus fuerit, possit secum per inferiorem Papa sine resignatione dispensari: vnde planum est: quod & talis cum sit in peccato mortali, ut nota glo. supra de elect. dudum, in fi. & sic quo ad seipsum tantum suspensus, non quo ad alios, non debet in officio suo uitari, ut legitur supra de vita & honest. cler. quæsitum. immo si acquisitus beneficium, poterit cum ea per suum episcopum dispensari prout videntur not. Innocent. & Host. supra de tempo.ordin.dilectus & de cleric. excom. postulastis glo. in verbo dispensare, quod credo verum: nisi dictum peccatum non haberet infamiam publicam seu restitutionem rei alienæ sibi annexam, nec sit tale quod alias impediat de se executionem ordinum uel officij post peractam pœnitentiam, de quo per Inno. sup. de despon. impub. ad dissoluendum, & de renunc, nisi sicut est iste, nisi forsan aliud sit post dimiss-

Electio, an impediatur pp̃ter beneficiorũ incõpassibilitatem.

dem [a]) intra tempus, vt præscribitur, limitatum verbo & facto ac sine fraude, coram ordinariis sub testimonio similiter publico dimittere teneantur. ¶Quod si non fecerint [b], & illo sint ipso iure priuati, in quo ius eis alias competebat, & inhabiles [c] penitus ad quæcunque obtinenda ecclesiastica beneficia censeantur.

¶Qui vero [d] deinceps [e] receperint dignitatem vel personatum, seu officium aut aliud beneficium, curam animarum habens annexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud, [f] quo ipso iure (postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos omni dolo & fraude cessantibus quo minus [g] habeant, steterit [h]) priuati noscuntur, absque moræ dispendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo [i]: Alioquin [k] extunc sint ipso iure secundo [l] priuati, & nedum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcunque aliud ecclesiasticum beneficium inhabiles reputentur.

¶Quæ [m] omnia & singula beneficia vacatura [n] vt præmittitur, vel dimissa, nostræ & sedis [o] Apostolicæ dispositioni, de ipsorum fratrum consilio reseruamus: Inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficiis disponere, uel circa illa per medium permutationis, vel alias innouari hoc quoquo modo [p] præsumat. Nos [q] enim si secus actum seu attentatum fuerit, irritum decernimus [r] & inane.

¶Ceterum [s] ordinarios intelligimus in casibus suprascriptis episcopis, [t] in quorũ ciuitatib. vel diœcesibus cõsistunt

missionem illorum beneficiorum, quę iniuste detinet, vt in c. dudum. Sed an possit eligere uel eligi quæritur, & ꝙ possit eligere, est arg. sup. de ele. cum Vinton. nisi suspensus per triennium a beneficijs pro eo, quia insufficientem eligit: si interim immineat electio, eligere potest, facit etiam eo. tit. perpetuo li. 6. Item etiam quod eligi possit, facit sup. de iureiu. sicut nostris.

a ¶Ius eisdem.] alias subaudi, quam ꝓpter pluralitatem.

b ¶Quod si non fecerint.] versiculus Guliel. de monte Lauduno.

c ¶Inhabiles.] supple perpetuo, ex quo intra sex dictos menses non compleuerint pręmissa: & in hoc additur ad decre. dudum, per quem tenet Innocen. quod statim libera dimissione facta de illis beneficijs, quæ iniuste tenebant, desinebat esse suspensus ineligibilis, & infamis, quod intelligebat Hostiens. supra de rescri. postulasti in fi. in restitutione prius tñ facta de fructibus male perceptis: ante vero non. hic autem indefinite, & sic perpetuo eos inhabilitat. Qui .n. simpliciter deponitur, perpetuo deponitur, ut 50. dist. ca. 1. in fi. quod crederem uerum, si pœna imponeretur pro crimine cũ causæ cognitione & definitiue, & beneficia talis statim possint conferri, ex quo est ꝑ sententiam damnatus, si uero interloquendo non expressa cã, tunc vsq; ad solutionẽ intelligitur suspensus, ne rumpatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ. Si uero fuerit cã expressa, ut quia pro contumacia vel offensa, tunc vsquequo de illis satisfaciat: sed vbi pro contumacia vt hic vr̃, tunc non est perpetua pęna simpliciter apposita, sed temporalis tm̃. i. quamdiu contumacia durat, vt supra de const. ex litteris, ubi de hoc, quare hęc decre. vr̃ intelligenda ƒm dictas opiniones doctorũ: sed prima vr̃ verior. s. ꝙ pœna sit ꝑpetua, per hoc quod ponitur infra in ver. alioquin. ibi, ex tũc, &c. vbi inhabilitantur quo ad ordines, & quo ad quodcunque aliud beneficium, & priuantur ẽt licite obtento: magnũ etenim crimen est tantam inobedientiã committere aduersus sic deliberatam & sic expressam principis uoluntatem: & ideo satis pro crimine potius quã pro contumacia videtur dicta pęna infligi arg. supra de maio. & obed. Illud. 81. d. si qui sunt ꝓsbyteri, cũ simil.

Pœna alicui imposita, an intelligatur perpetua.

d ¶Qui uero.] Septima pars.

e ¶Deinceps] hoc intelligas de his in quibus tp̃e constõnis non obtinebat ius in re, sed ad rem. sup. dicĩt in §. per hoc, quem tm̃ iste §. respicit. secus aũt esset de uacantibus alias quam per istam constitutionem, in quibus antiqua iura non permutantur, cum per specialem prouisionem cõia iura regulariter non tollantur. 1. q. 6. exigunt. 29. di. per totũ, & sic quantũ ad hoc est constitutiua iuris noui, non autem recitatiua antiqui, simile de hoc legitur supra de præben. de multa.

f ¶Illud, quo ipso iure.] de quo supr. de pręb. de multa. & c. licet episcopus. lib. 6.

g ¶Quo minus habeant.] subaudi, possessionem.

h ¶Steterit.] simile sup. de ele. commissa §. annus. lib. 6.

i ¶Pari modo.] s. intra sex menses sub testimonio publico verbaliter, realiter & cum effectu.

k ¶Alioquin.] versiculus.

l ¶Secundo.] & sic habito isto, scilicet secundo, in quo ius habebat & habito scilicet primo, in quo non habebat ius, & in hoc additur secunda pœna ad dictam decr. de multa, nam primũ erat ibi, scilicet, ꝙ esset primo bñficio ipso iure priuatus, & secundo priuaretur: sed hodie in casu huius ca. sunt ipso iure priuati utroque vt hic patet: tertia ut sit inhabilis ab ordinibus suscipiendis; quarta a quocunque beneficio, ut infra sequitur.

m ¶Quæ omnia] Octaua pars.

n ¶Vacatura, vt præmittitur.] ut quia eliget quod mallet, ubi plura tenebat cum dispensatione: vel retinebit ultimum vbi alia tenebat sine dispẽsatione, vel primum vacabit quod licite obtinebat, vbi secundum adipiscitur. in quo habebat ius ad rem tempore quo ista constitutio fuit facta: alias contra, ut su. vel quia omnibus ipso iure priuatus erit, si hanc decr. non seruet, & sic possunt esse uacatura propter istam decre. altero de quattuor modis.

o ¶Sedis Apostolicæ,] & sic durabit perpetuo hæc prouisio, cum sedes ipsa non moriatur, ut sup. de rescript. si gratiose. lib. 6. 12. q. 2. liberti.

p ¶Quoquo modo.] & in hoc casu cessabũt prouisiones illarum decre. su. de præb. statutum, & c. Apostolica lib. 6. cum non sit mirum si per speciale generale, & per vltimum prioribus derogatur. sup. de rescr. c. 1. & de offi. deleg. super quæstionum. in princ.

q ¶Nos enim.] versiculus.

r ¶Irritum decernimus.] de hac decr. dic ut sup. de ele. si eo, tempore, & de conces. præb. quia cunctis. lib. 6.

s ¶Ceterum.] Nona pars.

t ¶Episcopos.] & sic stricte accipitur hic ordinarius pro diœcesano tantum: alias autem regulariter accipitur pro prælato alicuius ecclesiæ, maxime in beneficijs

Ordina[...] in iure [...] quibus a[...] pitur.

ad

beneficia, seu aliquod eorum, quæ debent secundum prẹmissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel ecclesijs cathedralibus vacantibus capitula [a] earundem. Et hi [b] de beneficiis tam dimissis, [c] quam (vt præmittitur) perditis, [d] nos vel Apostolicam sedem certificare studeāt quamprimum commode poterunt [e] indilate, vt de illis salubriter disponere valeamus. [f] Quantum [g] autem ad modificationem [h] personatuum attinet antefactam, illa dumtaxat & nō alia beneficia ecclesiastica quocumque nomine nuncupentur, curam habere censemus, quæ parochias habent, in quibus est animarum [i] cura annexa, non per vicarios perpetuos, [k] sed per rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales vicarios exercenda. Nec non [l] etiam illa [m] quorum ministris ratione beneficiorum [n] huiusmodi competit visitare, [o]

ad plenam eorum collationem spectantib. supr. de ele. licet canon. & de off. ord. li. 6. Quid erit de illis rectoribus, quibus in priuilegio abbas Cluniacen. committit curam animarum: instituit & destituit, & facit per quē vult episcopum ordinari. & breuiter in omnib. & per omnia disponit de presbyteris suis sicut episcopi de suis proprijs, nunquid cēsebitur diœcesanus ipse abbas in hoc casu? Non credo, cum hic sit specialis prouisio, a qua recedendum non est, etsi per quam dura sit, ff. qui & a quibus, l. prospexit, & sic erit hic casus episcopalis qui computetur inter illos, de quib. no. Hos. supr. de vsur. cum tu.

a ¶ Capitula.] quæ succedunt in administratione ecclesiæ vacantis, de ma. & obe. episcopali. li. 6. de hære. cum ex iniuncto, in fin.

b ¶ Et hi.] versiculus.

c ¶ Dimissis.] per obedientes huic constitutioni.

d ¶ Perditis.] subaudi propter pœnam huius constitutionis, vbi rebelles, vel inobedientes in dimittendo fuissent.

e ¶ Quamprimum commodè poterunt.] simile sup. de ele. cupientes, §. 1. in fi. li. 6.

f ¶ Valeamus.] & sic ex hoc, & ex multis supr. positis apparet, quòd hæc constitutio specialem prouisionem continet, nec in aliquo Papa intendit per istam decret. de multa, vel alia iura de hac materia loquentia quantum ad alia beneficia corrigere, vel in aliquo immutare, nec est in alijs ad consequētiam trahenda, ar. 2. q. 7. exigunt. 19. di. sciendum. cum similibus.

g ¶ Quantum.] Decima pars. Gul. de monte Lauduno.

h ¶ Modificationem.] hoc enim restrictionem denotat, ut sup. de verb. sign. transmissæ.

...um dupli- ...i foro exer- ...ctur.

i ¶ Animarum cura.] exercenda, s. in foro animę, vt hic, siue in foro contentioso, ut inf. ibi, nec non. ergo a contrario sensu de beneficijs simplicibus etiam ordinem presbyteralem, diaconalem, vel alium sibi annexum, ex quo alias curam non habent, non intromittit se hæc cōstitutio, sed de curatis dumtaxat ad hoc quòd dicantur priuati ipsi obtinentes, ut sup. patet.

...onachorū ...nbitio pl[9] ...t cōpescen ..., quam a- ...orum.

k ¶ Perpetuos.] in hoc deuiat a decre. supr. de præben. cum singula, in prin. lib. 6. & est casus diuersus, non aduersus. Sed quæ est ratio diuersitatis? Dic quod ambitio monachorum, cui soli dicta decre. cum singula. obuiat, quæ tanto damnabilior est, quanto ipsi mittendo manum ad aratrum, respiciendoque retro, in ipsis auaritiæ accenditur appetitus, ut sup. de elec. quorundam lib. 6. hic autem vniuersos prospicit. Vel aliter, hæc prouidet circa incompatibilia specialiter, illa uero circa multiplicia quæcumque sint generaliter. Vnde notabis ex hoc etiam uerbo, perpetuos, quod ista decre. non adstringit temporales officiales episcoporum seu ministros, sicut sunt. Priores claustrales officiales episcoporum, seu vicarij pęnitentiarij, celerarij, seu similes, qui de anno in annum in suis monasterijs commutantur, vt de hoc dixi supra.

l ¶ Nec non.] versicu. Supra locutus est Papa de cura quæ exercetur in foro animæ, nūc loquitur de illa, quæ exercetur in foro contentioso, quam vocat textus specialem iurisdi. sup. de præb. super eo. li. 6. & de elec. dudum. 2. §. tandem.

m ¶ Illa.] s. beneficia.

n ¶ Ratione beneficiorum.] Not. ex hoc, quòd consuetum est exerceri per ministros beneficiorum, talia ipsa beneficia iudicari, iuxta hoc quod dicitur, talia accipi subiecta, qualia prædicata permittunt, vt not. glos. supr. de deci. dudum, in fi. & sic non curemus de nominibus beneficiorum, sed de his potius, quæ solita sunt fieri per ministros ipsorum, cū officium ecclesiasticarum istarum personarum subiectarū regulæ, sicut sunt canonici, archipresbyteri & similes, de quibus habes, 1. q. 3. Saluator, secundum diuersas consuetudines circa diuersa versetur, & ideo illis titulis de offi. archid. & ceterorum sequentium, non potuit dari certa doctrina de certis officijs, certis dignitatib. applicandis, immo unum & idem officium certis qñq; officialibus applicatur, sicut uides de sacrista & custode, qui habent sibi cauere de oleo, ut supra. de offi. sacristæ & custodis, unde uidebis, quod in ecclesijs aliquibus archidiaconatus sunt omnino sine cura aliqua & iurisdictione, sicut est in ecclesia Valentina, & præpositatus. sicut sunt illi, de quib. no. Inn. supra de præb. de multa.

Subiecta talia sunt, qualia permittū tur ab eorū prædicatis.

o ¶ Visitare.] Nota hic subsequenter sex, quæ ad spiritualem forum contentiosum spectant, s. visitare, inquirere, procurare, suspendere, excommunicare, absoluere ab excommunicatione, & suspensione. Septimum apponit decret. dudum. §. tandem, s. interdicere, quorum etiam alterum tantum sufficeret per se quantum ad pęnam huius constitutionis, quod patet in hoc quod inf. addit, seu quod totam orationem alternatiuam facere videtur, ut sup. de rescrip. inter ceteras. Quid ergo erit de istis prẹlatis religiosis, seu sæcularibus, qui ecclesias, in quibus habent perpetuos vicarios, quos præsentant episcopis, & ibi ratione temporalium de quib. habent eis respondere, semel in anno uisitant ab antiquo de consuetudine & procurantur? Non uidetur habere locum hæc decret. cum ratione alicuius spiritualitatis hoc non faciant, sed ratione temporalitatis dumtaxat, & ideo cum non attingant aliquid quod uersetur circa subiectionem regulæ, non habet locum hæc decr. secus autem si uisitatio tēderet ad aliquid tangens diuinum officium quantumcumque modicum, sicut faciunt aliqui archipresbyteri, qui non habent dum visitant inquirere, nisi de custodia eucharistiæ, & pannis altaris, & similibus ita quod non excommunicant, nec corrigunt, alias nec absoluunt, de quo dic ut per Inn. & Hostien. sup. de censi. auctoritate.

Forum spirituale contentiosum hñs, quid exercere potest.

Visitare.] sed qui sunt illi, qui de iure possunt uisitare, & a uisitatis procurationes accipere? De epis & archiepiscopis non est dubium, dumtñ sint loca alias de se visitabilia, vt sup. de censibus auctoritate, c. perpetuo lib. 6. Sed numquid patroni clerici? Idem uidetur causa temporalium prouentuum, de quib. est eis per suos vicarios respondendū, ut sup. de app. bonæ, & de pręb. in

Visitare & procurationes accipere quibus permittitur.

Latera.

inquirere, [a] procurationes [b] recipere, ſuſpendere, [c] excommunicare, [d] ſeu [e] ab excommunicationis, & ſuſpenſionis ſententijs abſoluere [f] de conſuetudine [g] vel de iure, [h] iuribus aliis de animarum cura loquentibus in ſuo robore quo ad cetera permanſuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum moderationis, ſtatutorum, conſtitutionum reſeruationis, inhibitionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, jndignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione xiij. Calend. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Lateranenſi. De his non reperitur in iure: & ideo ſi talia exerceant, credo ꝙ magis hæc faciant de conſuetudine, vel ex inſtitutione fundationis, quam de iure. argu. 18. q. 2. Eleutherius, & licet talia exerceant, nõ ꝑ hoc ſolum cadent ſub edictum huiuſmodi decre. cum temporaliter potius, quã ſpiritualiter uideantur hæc facere, ſic in recipientibus albergas, hoc idem notaui plenius. ſupr. quare, dic ut ibi. Gul. de monte Lauduno.

a ¶ Inquirere.] quãtumcumque de modicis reb. dum tñ ſint tales, quæ ſint eccleſiaſticis regulis ſubiectæ, ſecus de mere ꝓfanis, ut ſup. dixi.

b ¶ Procurationes.] quæ ratione viſitationis, & ſic de iure debentur, quia ſecus ſi ratione conſuetudinis, pietatis, vel cõſtitutionis ſint alias ſine viſitatione debitæ, de quibus loquuntur iura. 18. q. 2. Eleuther. ſup. de ſup. negl. præl. c. 2. de præſcri. cum ex officij, quæ tales in aliquibus locis uocantur albergę vel cęnæ.

c ¶ Suſpendere.] tali ſuſpenſione, ſ. quæ procedat a claue de qua ſup. de exceſ. præl. tanta, & quæ attingat diuinum officium, ut 11. q. 3. ſi quis tempus in utroq; alias autem non poteſt intelligi de alia ſuſpenſione, qua ſuſpenditur quis a ſolo beneficio, uel alijs actibus temporabilib. a quibus etiam ſuſpendit abbatiſſa, quæ non habet claues, & alij ſęculares, de quibus ſup. de ma. & obe. dilecta, de pæ. noua. de elec. ſi compromiſſarius, li. 6. 2. reſponſo. nec de illa de qua loquuntur iura ſu. de temp. ord. ex tenore, & c. quòd translationem ubi de hoc. per Hoſt. & de pæ. omnis.

Abbatiſſa ſuſpẽdere põt licet claues eccleſiæ non hẽat. Excõicare q̃d eſt.

d ¶ Excommunicare.) quòd eſt extra communionẽ hominum & perceptionem ſacramentorum aliquem ponere, ſiue diſtrahat a communione hominum tantum, ſiue ſacramentorum tantum, ſiue utriuſque & intelligo, ſi exercendo iuriſdictionem in foro contentioſo ſolemniter hoc faciat, quia ſecus ſi tanquam ſimpliciter curatus iuxta decr. ſup. de off. ord. ſi ſacerdos.

e ¶ Seu.] iſta eſt alternatiua, de qua ſupr. dixi, quæ omnia præcedentia & ſubſequentia reſpicit, argu. ſupra de app. ſecundo, & c. inquiſitioni.

Seu alternatiua ꝑcedentia & ſequẽtia reſpicit.

f ¶ Abſoluere.] & ſic not. quod non ſemper qui excommunicat abſoluit. ut de conſec. d. 4. ſane de ſen. excom. tua, & ca. quicumque, libr. 6. C. ubi ſenato. quotiens, §. adeo. C. de offi. proconſ. l. 2. Contra de pæn. diſt. 1. verbum, ubi dicitur quod dominus par ius ligandi & ſoluendi eſſe uoluit. ex quo vtrumque pari conditione promiſit. ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi, de quo dic, ut ibi.

g ¶ De conſuetudine.) puta archidiaconis uel abbatibus, ſeu alias in dignitate conſtitutis, ut in c. dudum. 2. & requiritur quod talis conſuetudo ſit alias legitimè per xl. annos præſcripta, ut ſupr. de conſue. cum tanto, in fi. ubi de hoc, & dixi plenę in extrauag. Suſcepti. Sed quid erit de ſingulis canonicis uel alijs clericis ciuitatis uel diœceſis Beluacen. qui ex indulgentia uel conſuetudine habẽt iuriſdictionem ſuper ſeruitores ſuos, non tamen quòd poſſint excommunicare, uel alias ſpiritualiter ſeu corporaliter coërcere eoſdem, ut legitur ſupra de fo. comp. cum contingat, uel de illis qui habẽt parochiales eccleſias præbendis ſuis annexas, in quib. iuriſdictionem ſpiritualem obtinent, & etiam curam animarum, ſecundum quoſdam, de quibus loquitur capitulum ſup. de præben. ſu. eo. lib. 6. numquid tales poterunt tenere unum beneficium curatum cum talibus beneficijs, uel præbendis, alias de ſe ſimplicibus. Credo quod ſic, maxime ſi exponas in ca. cum contingat. coerctione, ſub temporali, non ſpirituali coerctione, iuxta cap. ſupra de verbo. ſign. quærenti. prout exponit ibi Hoſtien. quia iuriſdictio temporalis nõ reddit beneficium curatum, nec alias incompatibile alijs. Hoc idem facit pro iſtis archidiaconis uel alijs beneficiatis, qui licet habeant uillas uel caſtra ſuis beneficijs alias ſimplicibus annexa, in quibus iuriſdictionẽ obtinent tantummodo temporalem, non tamen propter hoc eorum beneficia curata dicentur. Et idem credo de iſtis eccleſijs ruralibus in quibus rectores decimas & primitias percipiunt, nullam tamen curam animarum exercent inibi, uel quia non ſunt ibi parochiani, uel quia ſi ſint, quia forte ſuperuenerunt ibi aliqui Bordalarij, uel alias ab antiquo ſunt ibi pauci ignes, cura tamen animarum illorum per uicinos presbyteros ab antiquo exercetur, & oblationes, & ſimilia ipſis ſoluunt, quod poteſt fieri de iure ſup. de deci. cum ſint homines, & ca. in aliquibus, in fin. Sicut nec religioſi poſſunt dici curati, licet decimas & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo titulo iuſto. ſupr. de deci. ſtatuto. lib. 6. & ca. religioſi. conci. Vienen. Ad decre. ſuper eo. dic quod illa cura uel iuriſdictio ſpiritualis non ineſt ibi præbendis, quæ ſunt principales, ſed de eccleſijs potius, quæ ſunt acceſſoriæ, & ſic eccleſia non iudicatur ibi ut principale, argu. ſup. de præben. extirpandæ, §. qui vero, & ſic conſuetudo dat iuriſdictionem: quia ſi nedum ipſam dat conſtitutis in dignitatibus immo & priuatis perſonis, ut in decret. cum contingat, nec alibi eſt ita expreſſa, ut not. Hoſtien. non tamen poteſt dare poteſtatem excommunicandi talibus priuatis perſonis, ut ſupra de offic. archid. cum ſatis. nec degradandi, ſeu deponendi, ut ſup. de elec. tranſmiſſa, ſecundum Hoſt. ibi. nec etiam capiendi clericos, ſeu corporaliter puniendi, vt credo, arg. ſup. de cler. coniug. clerici. lib. 6.

Iuriſdõnem hñt aliqui ĩ ſuos ſeruitores.

Religioſi nõ poſſunt dici curati.

Excõicatio degradatio &c. non p[illegible] cõpetere [illegible] conſuetudine.

h ¶ De iure.) ſed quis eſt ille, qui de iure poſſit præmiſſa, uel eorum alterum exercere, ſatis eſt dubium. Hic uidetur dicendum, quòd in hoc caſu illi dicuntur habere præmiſſa de iure, qui eliguntur ab aliquibus ſuſe in prælatos, & per ſuperiores ſuos confirmantur; nam licet per electionem ius adminiſtrandi quis acquirat, non tamen exercitium donec ſit confirmatus, maxime in exercitio cenſuræ eccleſiaſticæ de quo plene in glo. not. 63. diſt. quanto, & per Inno. & Hoſtien. ſup. de offic. ord. cum ab eccleſiarum, & ca. quanto. per electionem enim exercitus & quodlibet collegium ſibi imperatorem & prælatum eligit. 93. diſt. legum, ſed iſte in ſolas perſonas eligentium iuriſdictionem obtinet, & & ſic eſt iudex perſonarum, non territorij, quòd territorium ſolus epiſcopus de iure cõi obtinet in diœceſi ſua 16. q. 7. omnes baſilicæ. niſi forſan talis inferior prælatus haberet certas parochias, uel alia loca pro territorio, iuxta. c. ſup. de præben. ſuper eo. li. 6. ſed hoc potius eſſet de conſuetudine quã de iure: & hic de iure loquimur tantum, & hoc ꝙ dixi de electis confirmatis, idẽ dico de inſtitutis per ẽpos inſtitutione auctorizabili, dumtamen præſint perſonis collegiatis, & curam ani-

Imperator & prælatu[s] per electio[nem] aſſumi[tur].

marum

marum in ipsis exerceant, de quibus loquitur cap. de rescript. etsi principalis concil. Vieneñ. & dic vt per Host. sup. de offi. ord. cum satis, & idem de approbatis a iure, sicut sunt electi in concordia, de quib. sup. de elect. nihil est, in fin. & c. indemnitatibus. lib. 6. licet quantum ad veritatē istæ pęnæ spirituales non possunt fieri per moniales, cum procedant a claue, & clauis vsus non cadat in moniales, ut legitur & no. sup. de exces. pl. tanta & de poen. noua, de verb. sig. quærenti. cum similib. de iure. n. seu de cōsuetudine, nō proprie cadunt istæ pęnæ spirituales in singulares personas, vt su. dixi. Sed quid de curatis parochialium ecclesiarum, nunquid possūt istas spirituales pęnas exercere, seu excommunicare, suspendere, vel interdicere? De hoc nihil ad nos, ad præsens, sed dic vt per Inn. & Host. sup. de offi. ord. si sacerdos, & in summa Host. de sen. excom. §. quis possit excommunicare, & 2. q. 1. nemo.

Pœnæ spūales non pñt exerceri per moniales.

Curati an possint excōmunicare.

¶ Declaratio amplissima & luculentissima extrauagantis, Execrabilis, quæ est vna de xx. gloss. per D. Zenzel. sub tit. de præb.

EXecrabilis quorundam ambitio, &c.] Super hac noua cōnstitutione dubietates insurgunt, & quæstiones, vt sequitur. Primo in quibusdam ecclesiis, puta Anicieñ. Leod. & similib. sunt quędam officia vel beneficia, quæ vocantur abbatiæ, quarum aliquæ habent animarū curam, & parochias. Aliquæ nec curam animarum habent, nec parochias, immo aliquæ nec ecclesiæ, nec dignitates vel personatus esse censentur, & tñ canonicis ipsarum ecclesiarum assignantur, seu conferri consueuerūt ita quod canonicus habet præbendam & illam abbatiā. Quæritur vtrum hmōi officia seu bñficia veniant in cōstitutionem, ita ꝙ canonicus talem abbatiam cū suo canonicatu obtinens, teneatur ipsam dimittere, si extra eam habeat aliam dignitatem vel personatum, quos licet vigore dictæ constitutionis nouæ retinere?

Responsio.

[Cum abbatia curata poterit retinere dignitatem non curatam alias non: vel isto modo non potest retinere aliud beneficium curatum, vbi curam animarum annexam habet Ecclesia.]

Item in aliquibus ecclesiis sunt quædam custodiæ, quarum custodes non habent legere nec cantare, nec se diuinis officiis intromittere in ecclesia, nec alias curam aliquā in ecclesia exercere, sed solum pulsare campanas parare ecclesias pānis aureis, aut portare libros, in choro, luminaria accendere, custodias, reliquias, thesaurū, & similia ministeria in ecclesia expensis propriis facere, quarum expensarum occasione eiusdē custodiis fuerunt postmodum annexæ aliquæ parochiales ecclesiæ curam animarum habentes, in quib. cura exercetur per proprios & perpetuos sacerdotes, licet in eis sic annexis custodes habeant de consuetudine visitare, excommunicare delinquentes, & absoluere, & horum occasione prædictarum quasi archidiaconi vulgariter nominātur & reputantur. Nunc quæritur, vtrum tales custodiæ veniant in constōnem prædictam, ita quod hñtes eas teneantur illas dimittere, potissime cum quodam tēpore in aliquibus ecclesiis (orta materia quæstionis) inuenia tur fore sententialiter definitum, tales custodias nec dignitates vel personatus esse, nec curam animarum hr̄e, sed simplicia esse officia absque cura?

[Cadunt sub constitutione.]

Responsio.

Item sunt aliquæ ecclesiæ, vbi rectores creantur per electionem, & vocantur creati qnq; abbates, quandoq; rectores, qñque præpositi, quandoque archimandritæ, qñque diuersis aliis nominibus sm̄ consuetudinē locorum, nullam tñ curam habent, nisi quod canonicos congregant tanquam caput, sicut est in partibus Apuliæ. Quæritur vtrum talia beneficia veniant in præfatā constitutionem. 1 De iure cōi uidetur quod habeant curā & iurisdictionem per electionem, & confirmationē, sed si per priuilegium vel constitutionem approbatā amiserant, curam non habent?

1 al. cōsuetudinem.

[Non cadunt in constitutione.]

Responsio.

Item quidam ex dispensatione Apostolica duas obtinet in diuersis ecclesiis dignitates, quarum alteri dūtaxat cura imminet animarum, & cum eisdē simul plures canonicatus & præbendas, in aliis tamen ecclesiis canonicatus & pręb endas, quibus parochiales ecclesiæ sunt annexæ, in quib. perpetui vicarii debent institui, in aliquib. tñ earundem propter procuratoris obtinentis huiusmodi dignitatē in remotis agentis, & hoc ignorantis desidiam seu negligentiam, reperiuntur tpe constōnis nostræ nouiter promulgatæ esse vicarii temporales. Modo quæritur, an sm̄ formam dictæ constōnis dictus obtinens dignitates huiusmodi canonicatus, & pbēdas tales, cum parochiis sic annexis, si dignitates voluerit retinere, dimittere teneatur illas in quib. contra iuris debitum reperti sunt dicti vicarii tpales, vel hoc non obstante, cum propter talem desidiam non possit natura beneficiorum censeri mutata, quin præfatæ parochiæ sint canonicatib. & præbendis ipsis annexæ, ipsos possit licite retinere, potissime cum idem obtinens postquam sciuit de tali desidia procuratorum suorum ad ipsas ecclesias elegerit vicarios repræsentandos, & instituendos perpetuo in eisdem licet nondum potuerint ordinariis præsentari propter temporis breuitatem?

[Non cadunt sub constitutione.] Responsio.

Item quæritur, nunquid officia curiæ Romanæ computentur in numero officiorum quo ad nostram constitutionem, ita quod si quis habet duas alias dignitates teneatur aliam dimittere, uel possit retinere omnes si una illarum erat sine cura.

[Non computantur, nec cadunt in constitutione.] Responsio.

Item presbyteratus Bituricen. diœcesis uisitationem & iurisdictionem habentes consueuerunt conferri parochialium ecclesiarum rectorib. ipsius diœcesis per ipsos archiepos, sed statim archiepiscopo defuncto desinit archipresbyter ille, qui per eum fuerat positus, & capitulum ecclesiæ Bituricen. creat archipresbyteros nouos creato uero archiepō cessant archipresbyteri positi per capitulum, & archieps ponit nouos, & qñque positos amouet pro libito uoluntatis, & ita fuit antiquis tēporibus de quo non extat memoria, obseruatum. Quærit, utrum archipresbyteratus hmōi sub constōne cadant adeo, ut ille qui hmōi archipresbyteratum cum haberet parochialem ecclesiam acceptauit, utrumque retinere ualeat, & si non, utrum de iure ceciderit a iure parochialis ecclesiæ per acceptationem archipresbyteratus, & si non ceciderit ab iure, utrum retinere possit parochialē ecclesiam, quam primo obtinuit.

Archipresbyterorū Bituric. diœcesis qualitas.

[Non cadunt sub constitutione.] Responsio.

Item in regno Apuliæ sunt ecclesiæ habentes parochiam, tenuissimæ quo ad fructus: pp quod ordinarii, & alii, ad quos spectat collatio siue prouisio dictarum ecclesiarum de more patriæ uni consueuerunt pluralitatem talium ecclesiarum conferre, non recipientes ipsas ecclesias pp hoc se faciunt promoueri ad sacerdotium, nec ēt ad sacros ordines: & faciunt deseruiri dictis ecclesiis per uicarios tpales iuxta bñ placitum suum, plurimi præterea summi Pontifices plurib. contulerunt ꝙ possent acceptare in dictis partib. beneficium usque ad ualorem xv. librarum, uel xj. uel lx. unciarum auri, cuius concessionis prætextu est uidere, quod obtinuerit quinque quadraginta & sexaginta de dictis ecclesiis: Modo quæritur, vtrum reuocatoria nuper facta ad supradicta beneficia siue ecclesias se extendat?

[Respondetur quod sic.] Responsio.

Episcopus cū suo capitulo subuenire uolens exiguitati cuiusdam collegiatæ ecclesiæ suæ diœcesis, quandā parochialem ecclesiam eiusdem diœcesis (rectoris ipsius accedente consensu) post cessum vel decessum rectoris hmōi dictæ ecclesiæ collegiatæ uniuit. Nunc uero prædictam ecclesiam uigore nouæ constitutionis uacare contingit, quodam alio curato beneficio electo a rectore præfato, & prædicta ecclesia re & uerbo dimissa. Hinc qritur, an præfata unio sub forma præscripta, locum sibi uendicet reseruatione dictæ constitutionis nō obstante, uel econtra?

M [Sub

Reſponſio. [Sub conſtõne cadit, vel reſeruatur domi no noſtro.]

Item dubitatur ſi prædicta vel conſimilis vnio facta fuerit per ſedem Apoſtolicam, & ſub forma prædictorũ verborum, quid iuris?

Reſponſio. [Reſpondetur vt ſupra proxime, dumtamen legitime ſit facta vnio.]

Item quidam archidiaconus in ſuo archidiaconatu obſtante ſibi longa conſuetudine non poteſt inquirere, nec ſuſpendere, nec excõicare vel abſoluere, nec aliquã iuriſdictionem exercere, ſed eccleſias rectorum ſui archidiaconatus viſitare põt, & procurationes ab eis recipere, duntaxat. Quæritur cum alias talis archidiaconus nullam hẽat parochialem eccleſiam annexã dicto archidiaconatui, an ex p̃miſſis ſub forma dictæ conſtõnis nouæ curam animarum habere reputatur? Et eſt q̃rentis intentio vtrum oratio ſoluta poſita prope finẽ conſtitutionis prædictæ ibi, nec non & illa quorum miniſtris rõne beneficiorum huiuſmodi competit viſitare, inquirere, procurationes recipere, ſuſpendere, &c. ponatur pro coniunctiua in caſu dictæ conſtitutionis.

Reſponſio. [Comprehenditur ſub conſtitutione.]

Item cum eidem bñficium curatum obtinenti prouiſum eſt de quodam archidiaconatu in quadam cathedrali eccleſia, cuius archidiaconatus rõne idem archidiaconus caput eſt cuiuſdam eccleſiæ collegiatæ ſæcularis: hic archidiaconus eſt in poſſeſſione pacifica, vel quaſi viſitandi & procurationes recipiendi dumtaxat. Ceterum poſſeſſionem dictæ collegiatæ eccleſiæ nec hẽt nec habuit, nec regimen canonicorum ipſius, nec quicquã percipit de decimis, & aliis fructibus bñficii ſui prædicti, oĩbus his de facto per alium occupatis & detentis. Ex his quæritur cum præfatus archidiaconus pro patre ſit in poſſeſſione iurium ſpiritualium prædicti archidiaconatus, & pro parte non, cum curam non hẽat perſonarum ſuæ collegiatæ eccleſiæ prædictæ, & ſuper ea & aliis iurib. ipſius pendeat lis in curia, vtrum talis archidiaconus retinendo iſtud curatum beneficium pœna nouæ conſtitutionis adſtringatur?

Reſponſio. [Curam habet, & ſub conſtitutione cadit.]

Item quidam in eccleſia collegiata a iuriſdõne ordinarii exẽpta, & Apoſtolicæ ſedi ſubiecta obtinet decanatum, & in ea eſt caput capituli, & ad decanatum aſſumitur decanus per electionem, nec electus a capitulo alia confirmatione indiget de conſuetudine, ſed tãtum electus inſtituitur, & inſtallatur a capitulo de conſuetudine ſupradicta: ipſe vero decanus rõne dignitatis conuocat canonicos ad capitulum, & hẽt in capitulo primam vocem, vox tñ ipſius plus q̃ ſimplicis canonici in effectu non operatur. Ipſe per ſe in ſolidum rõne dignitatis, nec viſitat, nec procurationes recipit, nec excõicat, vel ſuſpendit, aut ẽt interdicit, nec audit cõfeſſiones, vel abſoluit, nec p̃deceſſores eius vna cũ ſuo capitulo p̃dicta conſueuerunt exercere, licet ipſe & p̃deceſſores eiuſdem vna cũ ſuo capitulo exceſſus clericorũ p̃dictæ eccleſiæ interdũ delinquentium corrigere conſueuerũt, & punire per chori priuationẽ & diſtributionem groſſorum fructuum bñficiorum, quæ in ipſa eccleſia obtinẽt, & ad ipſius capituli diſpoſitionem pertinent ſuſpẽſio, & ſubtractio, & ipſorum delinquentium corporũ detẽtio aliqñ, duntaxat citra alicuius alterius iuriſdictionis ſpiritualis exercitiũ, videlicet viſitandi, corrigendi, procurationes recipiendi, excõicandi, ſuſpendendi, vel aliter ſeu alias interdicendi, confeſſiones audiendi, pœnitentias imponendi vel abſoluendi. Quare cũ dubitetur, an in caſu ſimili conſtõ noua præfata loquens de bñficiis curã hñtibus animarum vendicet ſibi locũ, q̃ritur vtrum decanus decanatum prædictũ cum alio bñficio ſeu dignitate curam animarum hñte iuxta conſtõnem antedictam ex diſpenſatione dudum obtenta poſſit licite retinere, & ſine pœna conſtitutionis eiuſdem.

Iuriſdõ ſpiritualis ĩ multis conſiſtit.

Reſponſio. [Curam habet & ſub conſtitutione cadit.]

Itẽ in regno Siciliæ cõiter eccleſiæ parochiales atque curatæ conſueuerunt p Apoſtolicam ſedem ac etiã per ordinarios plures uni dignitates, & alias parochiales eccleſias ſiue curatas obtinenti conferri, licet illi quib. conferebantur, eſſent impuberes qñque vel legitima ætate minores, & q eccleſiæ ſupradictæ quantum ad eos, quib. taliter conferebantur, non cenſebantur eſſe ſecundum conſuetudinem a longis retro temporibus in dictis partib. obſeruatam, quia cura earum in ipſis per capellanos etiam non perpetuos gerebatur. Cum itaq; multi fuerunt in curia Romana, ac regno p̃dicto & aliis partibus, qui per collationem Apoſtolicæ ſedis & ordinariorum obtinuerint plura & multa talia bñficia, q̃ ex virtute conſtitutionis p̃fatæ nuper editæ ſup curatis bñficiis dimittendis, oporteret eos dimittere, pium eſſet quod circa eorum indemnitatem Apoſtolica benignitas prouidere dignaretur, & ſi ſanctitati veſtræ placeret modus congruus vr̃, quod quantum ad tenorem conſtõnis prædictæ, beneficia parochias habentia ſiue curas in partib. ſupradictis decernerentur perinde haberi ac ſi fuiſſent ipſa & ipſorum curæ per perpetuos vicarios gubernatæ, & q futuris temporibus per vicarios perpetuos gubernentur, & quod illi qui dicta bñficia obtinebant & nondum dimiſerunt, ipſa non teneantur dimittere: ſi qui vero dimiſerũt eadẽ ad ipſa (quotcunq; fuerint) auctoritate veſtra reſtituantur in integrum ac ad eadem redeant, ac ſi ea nullatenus dimiſiſſent conſtitutione prædicta in contrarium ſuper hoc edita non obſtante.

[Dimittant & de prouiſione facienda deliberatur.] Reſponſio.

Item quæritur, vtrum præfata conſtõ adſtringat aliquem habentem eccleſiã curatam, & canonicatum, & præbendam ſacerdotalem ſimul, qui canonicatus & p̃benda requirunt reſidentiam perſonalem.

[Non cadit ſub conſtitutione.] Reſponſio.

Item in quadam eccleſia cathedrali fuit olim facta compoſitio inter ep̃m ex vna parte, & capitulum ex altera q vicaria, quæ qñque collata fuerat clericis quandoque laicis ſoli canonico per ep̃m, ad quem ſpectabat collatio conferretur, qui vicarius nihil ſpecialiter hẽt in eccleſia, nec habet aliquod officium, nec aliquam p̃rogatiuam, ſed de obuentionibus curiæ vel iuriſdõnis ſæcularis ciuitatis habet tertiam partem, & in hoſpitio vicariæ habet carceres & cuſtodem, qui una cum cuſtodibus epiſcopi cuſtodit captos.

Reſponſio. [Dimittat, & de prouiſione facienda deliberabitur.]

Item in eadem compoſitione continetur, quod unus archipresbyteratus, qui appellatur a nomine cathedralis eccleſiæ, vtpote archipresbyteratus Ferrarieñ. ſoli canonico conferretur: non tamen archipresbyter habet aliq̃ p̃rogatiuam in eccleſia vel ciuitate, ſed habet eccleſiam curatam annexam archipresbyteratui, & uiſitat certas eccleſias, etiam contra reſiſtentes uiſitationi poteſt cenſuram eccleſiaſticam exercere, ſed aliam iuriſdictionem non habet, diſpenſatum eſt cum tali auctoritate Apoſtolica, quod poſſit dicta beneficia retinere una cum quadam eccleſia, cuius cura per uicarium perpetuum gubernatur. Nunc dubitatur, an dicti duo uicariatus, & archipresbyteratus poſſint dici beneficia in eadem eccleſia. Ratio dubitationis eſt, cum ſola nomina habeant ab eccleſia cathedrali, & ſolis canonicis conferantur.

Reſponſio. [Non cadit ſub conſtitutione.]

Item dubitatur, an conſtitutio Execrabilis, extendat ſe ad præfata tria beneficia.

Reſponſio. [Conſtitutio non extenditur.]

Quidam habens vnam eccleſiam curatam ſine perpetuo vicario, habet aliam curatam, in qua eſt perpetuus uicarius Quæritur an poſſit, non obſtante noua conſtitutione, utrumque retinere, maxime ſi ſuper hoc fuerat cum eodem legitime diſpenſatum.

Reſponſio. [Reſpondetur quod ſic, ſecundum conſtitutionem iſtam.]

Item cum conſtitutio liget intra menſem a tempore notitię, & conſtitutio ipſa nondum ſit publicata niſi in Romana curia, ſed ad aliquos extra curiã p̃ueniat per famã ſeu rumorem, & ad aliquos p̃relatum quorundam

dumta-

dumtaxat. Quæritur à quo tempore incipiat currere dictus mensis, antequam constitutio ipsa per prelatos vel deputatos ab ipsis fuerit solemniter publicata in ecclesijs cathedralibus eorundem, & alijs locis solemnibus, in quibus consueuerunt talia publicari.

Responsio. [A tempore notitiæ, alias a tempore constitutionis nouæ.]

Item cum per constitutionem eandem dimitti debeant beneficia curata intra mẽsem vnico retento duntaxat, & illa dimitti debeant nedum verbaliter, sed etiam realiter, & absentes a beneficiis, in curia uel alibi existentes verbaliter ea dimittant & realiter, quod possunt. Quæritur an per hoc sit constitutioni satis factum, dum tamen postmodum non impediant per se vel per alios illos, quibus dominus Papa per beneficijs sic dimissis seu resignatis duxerit prouidendum.

Responsio. [Faciant realiter, ut citius possunt.]

Adomatus de Graphicano significauit paternitati nostræ, & infra. Prioratus curam animarum habentes cadunt sub constitutione, in quibus non sunt perpetui vicarij. Paschasius presbyter significat paternitati nostræ, & infra. Ecclesia Parochialis, in qua sunt plures sacerdotes, quorum quilibet officiat eam per certas hebdomadas ministrando sacramenta.

Responsio. [Cadit sub forma.]

Item Prioratus habens parochialem ecclesiam sine perpetuo vicario, cadit in constitutione, habens perpetuum non cadit, quoniam si habent curam, locum habet constitutio, alias non.

Item idem in domibus Beatæ Mariæ Theutonicorum, Bethleem, & similibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Episcopatus Tholosanus in redditibus plurimum abundans, in nouam metropolim propter multiplices causas hic expressas erigitur: cui pro suffraganeis ecclesiis sint deputatæ quattuor villæ in nouas ciuitates erectæ, adiecta cum illis ecclesia Apamiarum. Et quibus episcopis & archiepiscopis prius suberant, quidque earum cuilibet pro redditibus sit assignatum, hic exprimitur, & tandem censuræ ecclesiasticæ in rebelles proferuntur. Aduerte, quod ecclesia de Vauro, & ecclesia de Mirapice sunt sub ecclesia Tholosana tanquam suffraganeæ, licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoscimus causas erigendi & diuidendi ecclesias, alias alijs subijciendi, & alias ab alijs eximendi, & ad solum Papam hæc omnia spectare: cui in singulari priuilegio, maiores causæ, maioraque negotia reseruantur. patet in capit. 1. de translation. episcopali cum suis concordantijs.*

CAP. V.

Saluator noster, cuius nutui cuncta seruiunt, in agro mundi huius messem multam aspiciens, & operariorum raritatem attendens, dominum messis rogandum esse, vt in illam operarios mitteret, censuit; & ipse idem etiam exiens mane veluti paterfamilias diligens horis diei varijs operarios in vineam suam misit. Romanus itaque Pontifex sicut eodem Domino disponente vicarius eius in terris esse dignoscitur, sic & ipsius actibus) in quantum sinit humana fragilitas) se conformare tenetur. Vbi ergo super excrescere messem, populi videlicet multitudinem viderit, operarios debet oportunos adijcere, & iuxta propheticum uerbum, augere custodiam; custodes & cultores idoneos in Dominicam vineam destinare.

Messis multa, operarii pauci. Matth. 9.

¶ Sane considerantes attentius, & intra pectoris clausta meditatione solicita reuoluentes quod in tanta multitudine populi, quanta fęcundauit altissimus ciuitatẽ & diœcesim Tholosanã, singulorum vultus nequibat (vt condecet) vnicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere; quodq; durum erat atq; difficile per talem latam & diffusam diœcesim ad vnum tantum a personis ecclesiasticis & mũdanis recursum haberi. Attendentes etiam, quod licet Tholosanus episcopatus redditibus abundaret immensis, non tamen supererat hucusque memoria, quod ex suorum opulentia copiosa redditũum aliquid in ecclesia vel diœcesi Tholosana prouenisset in diuini cultus augmentum: immo sic ex adipe prodierat, & prodibat iniquitas, vt multo iam tempore luxus circa carnis desideria, euectionum pompa, immensitas clientelę immoderata diffluxio in parentes, sumptus enormes, aut vsus extraordinarij, sibi vendicassent ibidem quasi totum patrimonium crucifixi. & verendum erat ne præsul vnicus Tholosanus incrassatus, & dilatatus & excessiuis huiusmodi opibus alias superbus periculose recalcitrans Deum factorem derelinqueret, & a suo salutari recedens, perniciosum exemplum in subditos deriuaret. Pensantes quoque, quod sanctæ memoriæ Clemens Papa V. prædecessor noster eodem etiam tempore, quo ciuitas & diœcesis antefatæ longe minus in populo ac redditibus affluebãt; tamen extũc benedicente Domino incredibiliter creuerint in utroque, & iugiter crescere dignoscantur, spiritu bea-

Pastor singulariũ ouium vultus inspicere debet.

Psalam. 72.

Diuitiæ quæ sunt cũ Dei relinquendi. Deute. 8.

tæ considerationis inductus, ad diuisionem episcopatus eiusdem firmiter dum viueret, intendebat: licet morte præuentus suum in hac parte nequiuerit implere conceptum.

¶ Nos pium prædecessoris nostri propositum in effectum volentes adducere, & tam dissipare malum, quod prædictorum redditum copia excessiua produxit, quàm etiam cultum augere diuinum, & spiritualem animarum profectum, quos (si iuxta facultatis exigentiam, & diffusam latitudinem dictæ diœcesis sufficiens numerus in eadem vtilitate præsulum deputetur) in dubio prouenire speramus, promouere salubriter intendentes. Præmissis, & aliis suadentibus iustis causis, ex certa nostra scientia de fratrum nostrorum consilio concordi, & Apostolicæ plenitudine potestatis ad laudem Dei, exaltationem Ecclesiæ, fideliumque salutem, episcopatum ipsum dictamque diœcesim Tholosanam Apostolica auctoritate diuidimus in quinque diœceses, quas per certos distingui limites faciemus. Volentes ac decernentes, quòd præter ciuitatem Tholosanam, quæ suam propriam, & distinctam habebit diœcesim certis finibus limitandum, subscriptæ quattuor villæ, quarum quamlibet eisdem consilio, & auctoritate in ciuitatem erigimus, & ciuitatis vocabulo insignimus, scilicet de monte Albano, pridem de Caturcen. diœcesis, cui adiicietur certa pars dictæ quondam diœcesis Tholosanæ, ac sancti Papuli de Riuis, & de Lumberiis, & de ipsa quondm Tholosana diœcesi existentes, quattuor separatas diœceses habeant certis limitibus distingueudas. Quodque Beati Martini de monte Albano, vbi corpus sancti Theodori confessoris dicitur esse reconditum prędictę ciuitatis montis Albani, & beati Papuli, dictę ciuitatis Sancti Papuli, Mariæ de Lumberiaco, ciuitatis præfatæ Lumberiaci, nec non Beatæ Mariæ de Riuis Ecclesiæ ipsius ciuitatis Riuen. sint de cetero, & habeantur perpetuo Ecclesiæ cathedrales. Et quia Ecclesia Tholosana sicut solemniori statu, & conditione potiori refulget, sic & grandioris honoris titulo efferenda est, ipsam huc vsque suffraganeam Ecclesiæ Narbonen. ac totam quondam diœcesim Tholosanam de fratrum nostrorum consilio, & ex certa nostra scientia, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ab omni iurisdictione, potestate, ab subiectione archiepiscopi, capituli, & eiusdem ecclesię Narbonen. penitus eximentes, eam ad laudem diuini nominis, & honorem ecclesiæ sanctæ suæ, in archiepiscopalem seu metropolitanam erigimus, eamque honoribus & insignijs sedis metropolitæ decoramus: auctoritate Apostolica decernendo, vt ex nunc pro metropolitana ecclesia in perpetuum habetur. Et quia etiam dignum est, vt ex quo de filia facta mater metropoliticæ dignitatis suscepit insignia, & suffraganearum congruum numerum filiarum, ac decentem prouinciam habeat, vt ad iudicium Archiepiscopi Tholosani, qui pro tempore fuerit, omne causę suffraganeorum episcoporum, & personarum ecclesiasticarum, ac ciuitatum eiusdem prouinciæ iuxta sacrorum statuta canonum referantur: Nos prefatas quatuor ciuitates & ecclesias cathedrales cum earum diœcesibus (vt premittit) distinguendas, necnõ ciuitatem, & ecclesiam Apamiarum cum sua diœcesi ex nunc ipsius ecclesiæ Tholosanæ suffraganeas, ac de prouincia Tholosana in perpetuum fore decernimus, & iure metropolita. subiicimus, & subiectas esse volumus eas illi. Prænominatas mõtis Albani, quæ de diœcesi Caturcen. & Bituricen. prouincia, & Apamiarum ciuitates, & eccclesias, quę de prouincia. Narbonen. hactenus fuisse noscuntur: nec non reliquas tres ciuitates & ecclesias Sancti Papuli Riuen. & Lumberiace. quę ab olim de diœcesi Tholosana fuerunt, cum earum diœcesibus, conuentibus, collegiis siue capitulis a iurisdictione, potestate ac subiectione quacumque Bituricen. & Narbonen. Archiepiscoporum, ac Caturcen. & quondam Tholosan. episcoporum, capitulorum, & abbatum, atque cõuentuum & ordinariorum quorumlibet aliorum ecclesiasticorum, quibus quomodolibet fuerant hucusque subiectæ, auctoritate præsentium perpetuo eximentes de prędictorum consilio, & plenitudine potestatis.

¶ De bonis autem, redditibus, prouentibus, & iuribus dicti quondam episcopatus Tholosan. ipsi Tholosa. decẽ millia, & singulis aliis prædictis ecclesiis) Apamiarũ excepta, cui de ipsis bonis, redditibus & prouentibus, iurib. vltra illa quæ habere dignoscitur, certam assignabimus portionem nostris aliis litteris distinguendam) singula quinq; millia librarum Turonen. annui redditus, & perpetui prouentus, quę quidem vnicuique illarum suisque pontificibus (dignitate ac onere & circumstantiis aliis attente pensatis) debere sufficere vidimus

Ecclesia vna qñq; fit mater de filia.

Ecclef. Tholosana fuit olim suffraganea Narbon. ecclesiæ.

Ecclef. Tholosana quantum habuit in redditibus.

Vidimus, præter redditus, prouentus, & iura, quæ ad prædictas ecclesias, & conuentus earum antea pertinebant, de quibus ad honorẽ Dei, & ipsarum ecclesiarum commodum intendimus ordinare: exnunc auctoritate prædicta de consilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipsarum ecclesiarum præsules, qui pro tempore fuerint, in rebus, & locis cuilibet magis adiacentibus, & vicinis, iuxta distinctionem seu limitationem diœcesum singularum per alias nostras literas faciendam.

¶ Interim tamen distinctione seu limitatione prædicta pendente, volumus quod eorum quilibet summam eum contingentẽ prorata accipiat annuatim de bonis, redditibus, prouentibus, & iuribus antedictis, per manus eorum, quos ad hoc prouiderimus deputandos. Residuum vero redditumm, prouentuum & iurium ipsorum, quod facta de illis (vt præmissum est) assignatione, supererit, nec non iurisdictionem spiritualem, & temporalem, quę ad dictum quondã episcopatum Tholosanum vsque ad tempus diuisionis huiusmodi pertinebat, & quę distinctione seu limitatione post tacta pendente, faciemus per idoneas exerceri personas. Ac beneficia etiam si dignitates, personatus ac officia existant (exceptis his ad quæ quis per electionem assumitur, & in quibus vel ad quæ auctoritate literarum Apostolicarũ alicui seu aliquibus ius est aliquod acquisitum: quibus per id nullum volumus pręiudicium generari) nunc, & in antea vsque ad distinctionem dięcesum vacatura, dispositioni nostræ, ac sedis Apostolicæ de fratrũ ipsorum consilio reseruamus. ¶ Hæc igitur per dictę sedis prudentiam circumspectam sic statuta salubriter, & vtiliter ordinata, perpetuis esse valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prędicta districtius inhibemus, ne aliquis cuiuscunque pręeminentiæ, ordinis, cõditionis, aut status, etiã si archiepiscopali, vel episcopali seu regia præfulgeat dignitate, huiusmodi ordinationem, Apostolicam reseruationem, & alia supradicta quouis modo turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate contigerit attẽtari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium pręsumpserint, nisi intra octo dierũ spacium post publicationem pręsentium resipuerint cum effectu excommunicationis in personas, & interdicti in vniuersitates, ac suspensionis in conuentus, capitula, siue collegia, de consilio, & auctoritate prędictis sententias promulgamus: a quibus non nisi per Romanum Pontificem absolutionis beneficium (præterquam in mortis † articulo) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum diuisionis, voluntatis, constitutionum, erectionum, insignitionum, exemptionum, decorationis, subiectionis concessionis, donationis, deputationis reseruationis, inhibitionis, promulgationis, infringere, vel ei ausu, &c. Datum Auinion. vij. Calend. Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Excõicatio, interdictum & suspensio in diuersa feruntur.

† In articulo mortis nulla est casu in reseruatio: atque ideo omnes sacerdotes quosl bet pœnitentes a quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt. Conci. Trid. sess. 14. ca. 7. de casuum reseruatio.

¶ *Idem.*

¶ *Impedientes episcopatus Tholosani erectionem in ecclesiam cathedralem, & eius diuisionem in quinque diœceses, vltra pœnas in constitutione superiori declaratas, perdunt feuda, & quæcunque beneficia spiritualia, & temporalia. Et si sint personæ ecclesiasticæ, efficiuntur inhabiles ad quæcunque beneficia ecclesiastica.*

C A P. VI.

NVper certis ex causis, quæ nostrum, & fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam episcopatum Tholosanum in archiepiscopalem seu metropolitanam ereximus ecclesiam: quatuor villas, quarum quamlibet insigniuimus vocabulo ciuitatis, quatuor cathedrales ecclesias creauimus, vnam videlicet in villa montis Albani, quondam Caturcen. diœcesis, adijcienda sibi certa parte quondam diœcesis Tholosan. alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa sancti Papuli, & aliam in villa de Riuis, & de Robestria quondam Tholosan. diœcesis. Quas quidem ecclesias vna cum Apamiarum ecclesia, tamquam suffraganeas subiecimus ipsi metropolitanæ Tholosanæ ecclesiæ. De bonis quoque & redditibus dicti quondam episcopatus, Tholosan. tam ipsi Tholosan. quam prædictis ecclesijs suffraganeis certam portionem, quam vnicuique illarum debere sufficere vidimus, prouidimus assignandam, totali bonorum, & redituum ipsorum residuo dispositioni nostræ, & sedis Apostolicæ

a ¶ Literis.] intelligit de c. ſup. proxi. quod propter iſtam, & ſequentem extrauagãtes iamdudum impreſſas, curauimus imprimendum.

reſiduo diſpoſitioni noſtrę, & ſedis Apoſtolicæ reſeruato. Alia etiam circa pręmiſſa fecimus, decreuimus, & ordinauimus ex certa noſtra ſcientia, de ipſorum fratrum concordi conſilio, & Apoſtolicę plenitudine poteſtatis, diſtrictius inhibentes, ne quis cuiuſcumque præeminentię, ordinis, cõditionis, aut ſtatus, etiam ſi archiepiſcopali dignitate fulgeret, ipſam ordinationẽ noſtrã impedire pręſumeret, uel turbare, ac decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquã quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrariũ facerent, niſi reſipuerint cum effectu intra octo dierũ ſpacium poſt publicationem ordinationis ipſius, excommunicationis in perſonas, interdicti in vniuerſitatis, ac ſuſpenſionis ſententias in capitula, cõuentus, ſiue collegia duximus promulgandas: prout hęc, & alia in Apoſtolicis literis a inde confectis plenius continentur. ¶ Verum quia ipſa noſtra ordinatio eo efficacius, & inuiolabilius ſperatur ſeruari quo plurium, & grauiorum vallata fuerit adiectione pœnarum: Nos ad obſeruationẽ inconcuſſam ipſius eo amplius anhelantes, quo euidentius in diuini cultus augmentum, & ſalutem fidelium animarum noſcitur redundare, pręfatis adiiciendo ſententiis, omnes, & ſingulos ſcienter turbantes aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta, ſeu turbantibus, vel impedietibus dantes cõſilium, auxilium, uel fauorem directe, vel indirecte, publice, uel occulte, cuiuſcunq; ſint conditionis, dignitatis, ordinis aut ſtatus eccleſiaſtici, vel mundani, etiã ſi archieppãli, vel epãli aut maiori, aut ſuperiori pfulgeãt dignitate: niſi intra octo dierum ſpacium poſt publicationem pręſentium ab huiuſmodi impedimento ſeu turbatione ac impenſione cõſilii, auxilii, vel fauoris reſipuerint cũ effectu, feudis, locationibus, officiis, & beneficiis quibuſcunque ſpiritualibus, & temporalibus et ſi dignitates, vel prelaturę quęuis fuerint, quę ab eccleſiis ſeu in eccleſiis quibuſcunq; obtinebunt, ſeu obtinẽt ex certa noſtra ſcientia, & de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicę plenitudine poteſtatis priuatos eſſe decernimus ipſo facto. Et ſic libere ipſa feuda, locationes, uel officia aut beneficia ſpũalia, & temporalia, dignitates, & prelaturę, ad ipſas, ad quas ſpectant, reuertantur eccleſias, & deuoluantur ad rectores, capitula ſeu collegia eorundem quòd de illis pro ſua voluntate diſponant. Et ad dignitates, & prælaturas per electionem aut alium modum licitũ idoneas perſonas aſſumant. Perſonaſque eccleſiaſticas, quæ culpabiles fuerint in præmiſſis inhabilitamus ad quæcunque eccleſiaſtica beneficia obtinenda. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Auin. iiii. Non. Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Idem Bartholomæo electo Narbon. diœce. Aguelmo de Blauia Engolimen. Eduen. Archid. & magiſtro Berengario de Lagiis Lemouicen. & Narbo. eccleſiarum canonico.

¶ *Executores quatuor dantur ad pœnas ſuperiores ſolemniter publicandas.*

CAP. VII.

ii NVper ex certis cauſis, quæ noſtrum, & fratrum noſtrorum animos ad id rationabiliter, induxerunt, &c.

Vt ſupra proxime, vſque ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus priuationem, & inhabilitationem noſtram huiuſmodi vos omnes ſeu tres, uel duo, ſiue vnus ex uobis, per vos vel alium ſeu alios in eccleſiis, & ſolẽnibus locis, & aliis, de quibus, & quotiens expedire videritis, ſolemniter publicetis: ne quiſquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Auin. ii. Idus Nouemb. Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Idem Arnoldo electo Lumbanen.

¶ *Diſpenſat cum quodam abbate, vt epiſcopus poſſit eſſe, licet defectum patiatur in ordinibus, & ætate. Ex hac, & ſequenti cognoſcimus cauſas, & formas diſpenſandi. Quæcunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Rom. 15.*

CAP. VIII.

ii NVper ex certis rationabilib. & manifeſtis cauſis, quæ ad hoc noſtrũ animum induxerunt ciuitatem Lumban. olim villã de Lũbanis, tũc intra Tholoſanæ diœceſis limites cõſtitutã, qui locus inſignis ac multiplici commo-

commoditate dotatus existit, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, per litteras nostras sub certa forma in ciuitate ereximus, ciuitatisque vocabulo duximus decorandam: statuentes ac etiam decernentes, vt ecclesia abbatiæ illius loci de Lumban. ordinis sancti Augustini ex tunc haberetur, & existeret cathedralis: ac deinde volentes eidem ecclesiæ de pastore idoneo salubriter prouidere, in abbatem eiusdem ecclesiæ virum vtique literatum & literarum sciētia præditum, vitæ & morum honestate decoratum; discretionis & consilii maturitate conspicuum direxerimus oculos nostræ mentis, teque (non obstante defectu ætatis, & ordinum quem pateris, cum tonsuratus modo in clericum & in xxvij. ætatis tuæ anno vel circa constitutus esse dicaris, super quo tecum gratiose duximus dispensandum) de fratrum nostrorum consilio ipsi ecclesiæ præfecimus in episcopum & pastorem, curam & administrationem ipsius ecclesiæ tibi in spiritualibus, & temporalibus committendo. Vnde licet nondum sit tibi munus consecrationis impensum, nec Apostolicas literas promotionem tuam huiusmodi continentes (cum illas non habeas) possis ostendere: Nos tibi vt (constitutione felicis recordationis Gregorii Papæ octaui prædecessoris nostri, & qualibet alia super hoc in contrarium edita nequaquam obstante) possis eiusdem ecclesiæ Lumban. & quorumcumque bonorum ipsius administrationem accipere, ipsamque administrationem libere exercere, auctoritate præsentium indulgemus. Contradictis, &c. Datum anno quarto, vt supra.

Dispēsationē facile obtinet, q multis qualitatibus pollet.

¶ Idem venerabili Fratri Betrando episcopo montis Albani ad vniuersalis ecclesiæ regimen exercendum diuina dispensatione vocato.

¶ *Hortatur quendam in multis commendatum, vt curam pastoralem administret in Ecclesia, quæ de nouo fuerat in cathedralem erecta. hic autem inuenies multa notatu dignissima, quæ debent lectores ad deuotionem accendere.*

CAP. IX.

Ad cuiuslibet status ecclesię aciem solicitę considerationis extendimus, pastorales partes officio vigilanti adhibentes, vt earum singulę pastoribus gubernentur idoneis, & prouidis rectoribus disponantur: quorum dispensatione prouida & prouidentia circumspecta (illius cooperante clementia, qui vere pastor & rector agnoscitur) spiritualium & temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis & rationabilibus causis, quę ad hoc nostrum animum induxerunt, ciuitatem olim villam montis Albani, tunc intra limites Caturcen. diœcesis constituta, qui locus insignis existit, ac vbertate multiplici hominum & rerum exuberat, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicę plenitudine potestatis, ciuitatis vocabulo duximus decorandam: statuentes ac ēt decernentes, vt ecclesia monasterii illius loci mōtis Albani monasterii Casa Dei ad Roman. Ecclesl. nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Claremonten. diœce. tūc immediate subiecta, ex tunc haberetur & existeret ecclesia cathedralis: postmodum vero de celebri ac salubri prouisione ipsius montis Albani vt sponsi solatio lętaretur, sollicite cogitantes ac volentes illum eidem pręficere in pastorem, de quo certam haberemus notitiam, quod eum clara morum insignia redimerent, nec esset dubia eius charitas circa plebem suo regimini committendam, & in cuius fiducia consisteret salubriter securitas subditorum: Ad te tunc monasterii pręducti abbatem, quem literarum scientia pręditum vitę & morum honestate decoratum, discretionis & consilii maturitate conspicuum in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum nobis & fratribus nostris placida tua conuersatio continuata diu apud sedē Apostolicam approbauit, direximus oculos mentis nostrę: quib. omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis & eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis eidem ecclesię montis Albani prouidimus, p̄ficientes eidem sanctę ecclesię teipsum in pastorem, tibiq; curam & administrationē illius in spiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo per venerabilem fratrem nostrū Berengariū episcopū Tuscul. munus cōsecrationis impendi: Firma spe.

Ecclesiæ cuiuslibet status est p Papā attendendus.

Ecclesię spōsus prælatus dicitur esse.

Ecclesiæ uiduatæ præficiendus, in multis dēt esse commēdatus.

fiduciaque tenentes, quod eadem ecclesia monasterii Albani (Dominica assistente clementia) per tuę circumspectionis, & industriæ studium fructuosum seruabitur a noxiis, & aduersis, & spiritualibus & temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei iugum tam leue collis humilium quam suaue, ac dilectione, pascendum suscipe gregem eius, super quē noctis vigilias dilectus solicitusque custodi, vt liber non pateat aditus inuasori, & Dominus insuspicabili hora venturus si te inuenerit sic agentem, cursu consummato, qui tuo labori præponitur, & horum fide seruata, quæ tuæ solicitudini committuntur, te repertum fidelem in modico, supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum, &c. anno quarto.

Prælatus bonus multa bona facit ecclesiæ, iugū Dei est leue, & suaue.

Fidelis in modico sup. multa constituetur.

¶ Idem Hugoni de Mirabello canonico Ebredunen. collectori fructuum primi anni, &c.

¶ *Declaratur, an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum vacantium, & vacaturorum vsque ad certi temporis spacium deputatorū pro cameræ Apostolicæ oneribus facilius supportandis, possit cum obtinentibus beneficia conuenire, & an altaria dotata cadant sub tali reseruatione, &c.*

C A P. X.

Postulasti per Apostolicæ declarationis euidentiam edoceri, quid tibi super dubiis infrascriptis circa commissam tuæ industriæ recollectionem fructuum prædictorum (alias præbendarum aut beneficiorum) imminentibus sit agendum; Tuæ itaque consultationi breuiter respondentes, te scire volumus beneplaciti nostri esse super fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in solutione decimæ iuxta verum taxata valorem, quod illum nequaquam excedunt, cum obtinētibus huiusmodi beneficia prout melius, & vtilius diœcesanis locorum (in quibus huiusmodi beneficia fuerint, quorum consilia in hac parte requiras) & tibi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ipsorum diœcesan. & tuam conscientiam super his oneramus.

Cōscientiam aliorū qnq; papa onerat.

¶ Licet autem quotidianæ distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum prędictorum exclusæ, hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, quæ dantur eis qui horis intersunt, sic quod illæ quæ soluuntur iis qui sunt in ciuitate, vel loco pręsentes, quamuis horis non intersint eisdem, non sint ab onere dictæ recollectionis immunes.

¶ Porro declarationem illam factam per nos in deputatione seu reseruatione fructuum prędictorum, vt videlicet non extendantur ad vicarias seu capellanias vt plurimum a decedentibus institutas ad Missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis redditibus presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis vsuaticis seu censibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dantium animabus certis vicibus, singulis septimanis, & in Ecclesia Cathedrali horis interesse diuinis, dummodo valor annuus ipsorum altarium summam xx. libr. Turonensium non excedat. Alioquin includantur in deputatione seu reseruatione prędictis. Vbi vero prębenda fuerit in decima pro tanto taxata, quod parum posset canonico hebdomadario (cui certum pro illa seruitium imminet in ecclesia faciendum) post perceptionem taxationis huiusmodi remanere; volumus quod de taxatione ipsa pro huiusmodi seruitii onere portionem aliquam congruam prędicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera nostra residuum percepturus. Cęterum prębendas illorum, qui taxationem decimę soluere recusantes abesse velle se simulant, vt taxationem ipsam diminuere compellantur, ne per illorum absentiam huius perceptione taxationis frauderis, quasi nil de prębenda percipere valeas; de qua non percipiunt aliquid, nisi saltem in loco vel in ciuitate pręsentes, cum tamen ecclesię fabrica tales prębendas ex integro percipere dignoscatur, declaramus sub deputatione seu reseruatione comprehendi pręfata, vt videlicet eas iuxta deputationis nostrę modum percipere valeas, canonicorum ipsorum absentia, non obstante. Ridiculum enim esset vt eadem fabrica potiori quam nos priuilegio in talibus vteretur.

Redditus missis celebrādis a decedentib. relicti, nō sunt aliquatenus dimimuendi.

Papa in perceptione fructuū est fabricæ præferendus.

¶ De illis denique qui licet per multos menses tenuerint Ecclesias vel prębendas, nihil tamen se percepisse asserunt ex eisdem, cum iuxta consuetudinē patrię præ-

decessores

Testari de bonis eccle. an clerici possit vide no. in c. præsenti. de off. or. lib. 6.

decessores eorum testati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipsi obtinentes tales ecclesias tibi satisfacere nequeunt de fructibus antedictis, nihilominus offerentes, quod tam diu fructus ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie satisfactum, placet nobis & volumus, vt si est ita, oblationi huiusmodi condescendas: per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare prædictam. Datum Auinion. quinto. Idus Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Idem.

¶ Cum Romanus Pontifex pro Ecclesia Romana necessitatibus fructus beneficiorum vacantium vsque ad certum tempus reseruasset, circa illam reseruationem plurima ambiguitates orta sunt, quas hic soluit.

CAP. XI.

Fructus bñficiorũ a Papa qñq; pro Eccle. Rom. necessitatib. reseruantur.

CVm nonnullæ ecclesiasticæ personæ in cathedralibus ecclesijs canonicatus, præbendas dignitates, personatus, & officia, ac alia beneficia ecclesiastica obtinentes, reuocare conentur in dubium, an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum etiam vacãtium & quæ in diuersis orbis partibus vsque ad triennium vacare contingeret, quos pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus per nostras sub certa forma litteras duximus reseruandos, iuxta tenorem litterarum ipsarum cameræ nostræ soluere teneantur, præsertim cum archiepiscopales & episcopales ecclesiæ ac regulares abbatiæ ab huiusmodi solutione fructuum (vt dicunt) in dictis litteris eximantur.

Dubitationes sunt amputandæ.

¶ Nos dubitationem huiusmodi amputare volentes, auctoritate Apostolica declaramus, quod cum sub appellatione archiepiscopalis vel episcopalis ecclesiæ aut regularis abbatiæ, huiusmodi præbendæ, dignitates, personatus & officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur, prædictos [a] nec non & præbendarum & officiorum monachorum, monasteriorum regulariũ, ac redditus abbatiarum, seu abbatum earundem, quæ in beneficijs ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus redditus & prouentus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ iuxta prędictarum litterarum tenorem debere persolui, ac id idem super solutione omnium fructuum, reddituum & prouentuum commendatariarum curtuum [b] seu grangiarum, monasteriorum, domorum & locorum conuentualium, quæ pro beneficijs ecclesiasticis (vt prędicitur) conceduntur (nisi dumtaxat in fructibus illorum quę sunt forsan excepta) declaramus & pręcipimus obseruari.

Distributiones quotidianæ, qñq; consistunt in potu & pane, qñq; in alijs rebus.

¶ Pręterea cum in aliquibus ecclesijs tam cathedralibus quam alijs, panis & potus pro quotidianis distributionibus ipsarum ecclesiarum canonicis & personis de prębẽdarum ipsarum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecunię summa & aliquando alterum pro altero pro singulis mensibus, vel hebdomadis etiam canonicis studiorum causa, aut alias pro eorum negotijs de licentia capitulorum ecclesiarum ipsarum ab ecclesijs eisdem absentibus exhibeantur, & etiam persoluantur, declaramus auctoritate prędicta, illam bladi quantitatem & pecunię summã, quę pro quolibet mense vel hebdomada dictis canonicis (vt prędicitur) ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum, quę prędictis canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis distribuuntur sine fraude.

Horarũ quædam sunt diuinæ quædã nocturnæ.

¶ Adijcimus insuper declarationi prędictę, quod si obtinenti curatum beneficium, aliud sibi cõsimile collatum fuerit, vel etiam in posterum conferatur, post secundi pacificã possessionem adeptam & fructuũ perceptionem ipsius, nihil de fructib. eiusdem primi beneficii (nisi forsan super hoc dispensatione canonica sit munitus) percipere possit, sed pro dicta camera nostra iuxta formam dictarum litterarum recipiantur, & etiam exigãtur. Vbi vero fructuum, reddituum, & prouentuũ beneficiorum ecclesiasticorum non reperiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prędicta, quod fructus redditus & prouẽtus beneficiorum huiusmodi cum vacare contigerit, per medium diuidãtur, quorum medietas recipiatur pro camera prędicta, reliquam vero medietatem ille pro sua sustentatione percipiat,

CVM nonnullæ.)
a ¶ Prædictos.) alias prædicta.
b ¶ Curtuum.) alias cultuum.

Administratores ad voluntatē superiorum quādoq; sunt remoubiles.

piat, qui beneficium huiusmodi dignoscitur obtinere.

¶ Grangias autem & alia loca Cisterciensis ordinis, & aliorum locorum regularium in quibus gubernatores seu custodes vel administratores ponuntur ad tempus, & remouentur ad voluntatem superiorum suorum eorumque fructus, redditus, & prouentus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta ac litteris nostris super illa confectis aliquatenus non includi, Nulli ergo omnino, &c. Datum Auinione Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

¶ Idem.

¶ Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoq; beneficiatus priuatur, cameræ Apostolicæ deputantur.

C A P. XII.

a Cvm nonnullæ ecclesiasticæ personæ reuocate conentur in dubium, an si obtinenti dignitatem vel aliud beneficium ecclesiasticum cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo casu quo ambo beneficia ipsa successiue vacare contingit, eorūdem amborum fructus primo anno quo vacant ratione deputationis fructuum, reddituum, & prouentuum ecclesiasticorum tunc vacantium, & quæ vsque ad certum tempus vacare contingeret quos pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus releuandis, per nostras litteras duximus deputādos nostræ cameræ debeantur: Nos ambiguitatem huiusmodi remouere volentes auctoritate Apostolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus & prouentus (cum vtrumq; ipsorum vacet) pro eadem camera debere percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

¶ Benedictus xij.

¶ Dispositioni Apostolicæ reseruantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium, si moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipsa curia non distantibus.

C A P. XIII.

a ¶ Omnes patriarchales.] accipe infra in fine, reseruamus ordinationi, & cetera.

Beneficijs ... canrib. sun[t] assumēdi vi[ri], qui illi[s] præsint, & prosint.

AD regimen Ecclesiæ generalis quāquam immeriti superna dispositione vocati, gerimus in nostris desiderijs vt debemus, quod per nostræ diligētiæ studium ad quarumlibet ecclesiarum & monasteriorum regimina, & alia beneficia ecclesiastica iuxta diuinum beneplacitum, & nostrę intentionis affectum, viri assumantur idonei, qui præsint & prosint committendis eis ecclesijs monasterijs & beneficijs prælibatis.

¶ Præmissorum itaque cōsideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis, nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes, omnes patriarchales, a archiepiscopales, & episcopales ecclesias, & etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus & officia, nec non canonicatus & prębendas, & ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, sæcularia & regularia quęcūque & qualiacumq; fuerint ēt si ad illa personæ consueuerint seu debuerint, per electionem seu quemuis alium modum assumi, nūc apud sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura, nec nō per depositionem vel priuationem seu trāslationem, aut muneris consecrationis suspēsionē, per felicis recordationis Ioannem Papam vigesimum secundum, prædecessorē nostrum, seu eius auctoritate factas, & per nos seu auctoritate nostra in antea faciendas vbilibet: Nec non si forsan tpe iam dicti prędecessoris aliqui in cōcordia, vel discordia electi vel postulati fuerit, quorū electio cassata seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio, & admissa per ipsum prædecessorem vel auctoritate ipsius extiterint, seu quorum electorū vel postulatorum, & in antea eligendorū seu postulandorum, ac renunciantiū electionem cassari, vel postulationem repelli aut renunciationem admitti per eos vel auctoritate nostra contingeret apud sedem prædictam vel alibi vbicumque. Ac etiam per obitum Cardinalium eiusdem Ecclesię Romanę ac officialium dictæ sedis, videlicet camerarij, Vicecancellarii, notariorū, auditorū litterarū contradictarum, & Apostolici Palatii causarū auditorum, correctorum, & scriptorum litterarum Apostolicarū ac pęnitentiarii pręfatę sedis, ac abbreuiatorū, nec non commensalium, & aliorum quorumlibet capellanorum sedis eius-

Electio cassatur, et postulatio repellitur.

Officiarij Papæ diuersi sunt.

eiusdem, & etiam quorumcumque legatorum siue nunciorum, ac in terris Ecclesiæ Romanæ rectorum & thesaurariorum, per dictum Ioannem prædecessorem, vel nos specialiter deputatorum, seu missorum hactenus, uel a nobis deputandorum, aut mittendorum in posterum, nunc vacantia & in antea vacatura vbicumque dictos legatos, uel nuncios seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis: Nec non quorumlibet pro quo quibuscumq; negotiis ad Romanam curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis a dicta curia ultra duas dietas legales non distantibus iam forsan obierint, uel eos in antea transire contigerit de hac luce: Ac etiam simili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu alia quacumque causa ad quæuis loca recedentium, si eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas dietas ab eadem curia (ut præmittitur) non remotis; dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem, iam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submouerr, nunc per obitum huiusmodi uacantia, & in posterum vacatura: Rursus monasteria, prioratus, decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, & ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, sæcularia & regularia, cum cura vel sine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam si ad illa personæ consueuerint, & debuerint per electionem, aut quemuis alium modum assumi, quę promoti per dictum prędecessorem vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiscopalium, & episcopalium ecclesiarum, nec non monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionem de ipsis factarum nunc vacantia: Et qui per nos seu auctoritate nostra in posterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiusmodi obtinebunt: Nec non etiam quę per assecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, & prębendarum ecclesiarum, & beneficiorum aliorum per nos vel eundem Ioannem prędecessorem, seu auctoritate litterarum nostrarum, uel ipsius Ioannis prędecessoris collatorum, & conferendorum in posterum, nunc vacantia, & in antea vacatura (plena super pręmissis omnibus, & singulis cum fratribus nostris collatione præhabita, & matura deliberatione secuta) ordinationi, dispositioni, & prouisioni nostræ (donec miserationis diuinæ clementia nos vniuersalis Ecclesiæ regimini pręsidere concesserit) de ipsorum fratrum consilio, auctoritate Apostolica reseruamus: decernentes extunc irritum & inane si secus super præmissis, & quolibet eorum per quoscunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis, quatenus obsistere possent super enarratis articulis, vel alicui, siue aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione tertio Ibus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo. M CCC XXXV.

¶ Paulus Venetus Papa secundus.

¶ Beneficia quæcumque sint dispositioni Apostolicæ reseruata, per talem reseruationem sunt affecta, ita quod illorum collatio non tenet, si per alium a Romano Pontifice fuerit facta.

CAP. XIV.

AD Romani Pontificis prouidentiam, & circumspectionem prouidam spectare dignoscitur, dubia iuris (ex quibus lites graues oriuntur in dies) suæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inspectis, conspexerit in Domino salubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri per diuersas

Lites ex iurium dubijs sæpe oriunt.

diuerſas eorum conſtitutiones,quas ſuo tempore dumtaxat durare voluerunt, quæcunque beneficia eccleſiaſtica, quæ ſui & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ viuentium,& tunc exiſtentium Cardinalium familiares continui commenſales obtinebant, & in poſterum obtinerent,eorum familiaritate durante, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinaliũ eorundem vel alias receſſiſſent, nec nõ illa quæ etiam fructuum & prouentuum cameræ Apoſtolicæ debitorum collectores,& qui ipſorum prędeceſſorum temporibus ſua officia exercerent, vniti ſubcollectores durantibus eorum officijs obtinebant, ac in quibuſcunque locis vacauerint, cum irritantis appoſitione decreti,& deinde prędeceſſotibus ipſis ſublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriuſque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ ſæpe numero hæſitatum extiterit, an beneficia huiuſmodi propter reſeruationem & decretum prædicta, reſeruata vel affecta remanſerint,ita quod nullus pręter Romanum Pontificem de illis diſponere potuerit ſiue poſſit, reſeruatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ac cum propter ambiguitatem huiuſmodi varias quoque iuriſperitorum o piones & diſcrepationes ipſas aduerteremus, plerumque pro reſetuatione & affectione præmiſſis, interdum vero econtra pronunciatum & diffinitum fore.

Prælatus vigilē paſtorē imitari dēt.

¶ Nos qui vigilis more paſtoris ſuper his maturo prouidendum eſſe conſilio non indigne cenſuimus; & propterea in ſingulis cauſis ſuper quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus vſque ad noſtrum beneplacitum ſuperſedere mandauimus:cupiẽtes,(queadmodum noſtro incũbit officio) dubijs huiuſmodi finem imponere, ſubditorum obuiare diſpendiis, & (ne lites fiant penitus immortales) de opportuno remedio prouidere: Felicis recordationis Vrbani quinti,Gregorii noni, Bonifacii octaui Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ad ſubmouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiuſmodi lu cidãdas, declarationes ſimiles per ſuas litteras ediderunt, ueſtigiis inhærendo, ac prouide conſiderantes effectum per reſeruationem, manuſque appoſitionem eorundem prædeceſſorum in dictis beneficiis in eſſe productum per obitum ipſorum nequaquam cenſeri debere reuocatum; Romani quoque Pontificis manus appoſitionem prędictã tantę efficaciæ tantæq; virtutis exiſtere, vt etſi litterę Apoſtolicę ſuper prouiſionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum & reſeruatio huiuſmodi apponuntur, ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficiis taliter reſeruatis quibuſcunque aliis fuiſſe adeptam, huius perpetuę & irrefragabilis conſtitutionis edicto de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctę Romanę eccleſię Cardinalium conſilio, omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica ſęcularia & cuiuſuis ordinis regularia, (etiam ſi præpoſitatus, canonicatus,præpoſituræ,& præbendæ, dignitates,perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint, etiam ſi ad illa conſueuerint qui illis præficiuntur per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum ut pręmittitur) reſeruata,& per Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros canonice intrantes in poſterum reſeruanda, ac etiam quouis modo uacantia & in antea vacatura: per huiuſmodi reſeruationem & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullumque de illis (cum primum uacare contigerit) pręter eundem Romanum Pontificem ea vice quouis modo diſponere potuiſſe ſiue poſſe, harum ſerie decernimus & pariter declaramus.

Lites debent eſſe breues.

Romani Põtificis man⁹ eſt magnæ virtutis.

Beneficia quid dicu[ntur] affecta.

Quod tam in pendentibus etiam per appellationem,quam in futurum ſuper eiſdem beneficijs,ut præmittitur, reſeruatis, committendis cauſis per dilectos filios magiſtros, capellanos noſtros cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, atque alios quoſcumque delegatos & iudices vbilibet inuiolabiliter obſeruari, & ſecundum præmiſſa, nec aliter ſententiari & diffiniri volumus, atque mandamus eis & eorum cuilibet, quauis alia ſuper præmiſſis interpretandi facultate ſublata: Decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quo quam quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, declarationis, voluntatis, mandati & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, anno incarnationis Dominicę M cccc lxvij.

Calen.

Cal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Ne sede uacante aliquid innouetur.

¶Ioannes uigesimus secũdus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ Papa uolens prouidere diuino cultui, & ministris eiusdẽ, & occurrere dispẽdijs, quæ ipsis quotidie imminẽt propter occupationes uacantiũ ecclesiarum primi anni, quæ cõpetunt ex diuersis titulis aliquibus ecclesiis seu personis, statuit quod quando talis occupatio imminebit in beneficijs, quæ cõsueuerunt in decimæ solutione taxari, collectores ipsorum annalium sint contenti ipsa summa, pro qua consueuit dari decima si ipsam eligendã duxerint, tali residuo penes eũ cui collatum est beneficium, remanẽte, uel dimissa eidẽ summa prædicta, possint dictũ residuũ sibi assumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligant collectores, alias post decem dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipso iure. In nõ taxatis autem fructus decimabiles illius anni diuidantur per medium, & vtrique eorũ medietas tribuatur, ita quod si alter dimidia noluerit contentari, ipsa in volentem transeat ipso iure. Et si quicquã aliquis contra dictam ordinationẽ receperit, pœnas hic contentas incurrat.

CAP. VNIC.



Vscepti regiminis [a] nos cura solicitat, vt quę in ecclesijs non absque dispendio [b] ministrorum, [c] & cultus [d] detrimento diuini seruari videamus, p appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaq; [e] in nonnullis Ecclesiis [f]



Vscepti 1.] Hæc decr. potest intitulari sub titulo, de rescriptis, uel sub tit. de elect. uel ne sede uac. vel sub illo, ut eccl. bene. vel sub illo, de uerb. sig. Et diuiditur in quinque partes. Primo ponitur concedendæ constitutionis duplex occasio. Secundo facti, de quo agitur, summaria recitatio. Tertio super taxatis constituitur. Quarto de non taxatis annectitur. Quinto non seruantib. diuersa pœna apponitur. Secunda, [Cum itaque] Tertio, [Nos de illo] Quarta, [In illis] Quinta, [Et si quicquam.] Et sic hæc facta est ad declarationem illorum iurium supra ut eccl. bene. ca. unico. in fin. ne se. va. cap. 1. per Inno. de uer. sig. tua. de priuile. si Papa, & de præbend. si tibi concesso. lib. 6. Gul. de monte Lauduno.

1 Hæc extrauagans reperitur inter. xx. Io. xxij. sub ti. de ele. cum glo. dñi Zenzelini, hic uero ponitur cũ gl. Gul. de monte Laudu.

a ¶ Suscepti.] simile supra de præb. suscepti. lib. 6.

b ¶ Dispendio,] de his de rescr. dispendia. in prin. li. 6.

c ¶ Ministrorũ,] generi .n. talium intendit hic Papa prouidere, non autem personis singularibus & sic erit perpetuum & fauorabile arg. 12. q. 2. liberti, maxime cum fiat in fauorem diuini cultus, ut patet inf. alias. n. mere personalia personas non transgrediuntur, immo cũ eis pereunt. & maxime dẽt vt odiosa restringi. inst. de iure na. §. sed & quod principi. s̃. de rescript. quia per ambitiosam. lib. 6. Notãter ẽt dicit, ministrorum sub nomine officii, non proprio, q. d. hic Papa, prouidete intendimus arti & uirtuosæ industriæ hominum, non naturæ, sicut econtrario uitium hoĩs dẽt haberi odio non natura. 82. di. odio, & 86. di. donare. Notabis ẽt hic, ꝙ Papa nedum diuino cultui, de quo inf. imo ẽt dispendio ministrorum prouidere intendit, ẽt principalius & fortius, ꝙ patet in hoc, quod in scripturæ ordine hic præmittit, arg. iurium. sup. de ele. si quis iusto, & de præb. mandato, li. 6. Ex quo sequitur ꝙ nedum residentes uere, sicut sũt illi, qui intersunt horis diuinis: immo etiam pręsumptiue & iuris fictione, sicut existentes in Papæ uel Cardinalium seruitio, uel studio theologiæ uel similes gaudeant huiusmodi beneficio decr. de quo dicit infra. Guliel. de monte Laudu.

Vitium odio prosequamur non naturã.

d ¶ Et cultus] multa sunt specialia in fauorem diuini cultus statuta sup. de const. ex parte. de rescr. qa p ambitiosam, lib. 6. de cele. mis. graui. concil. Viennen. vnde cum cultus diuinus sit iuris publici 1. distin. ius publicum, pacto priuatorum tolli, seu ipsi renunciari non potest, ff. de pac. l. ius publicum, sup. de foro comp. si diligenti, maxime cum uideatur inhærere præceptis primæ tabulæ, 12. q. 7. quid in omnibus ex quo vr̃, quòd ẽt Papa non possit super hoc sine magna cã dispensare, cũ sola infirmitas ab hoc excusat, ne uicarios tollat pensum a domino sibi specialiter super quemlibet viuentem de eius patrimonio reseruatum. sup. de cele. miss. c. 1. nec ẽt super subtractos nisi illud restituat, ut sic non remittatur peccatum, si cũ potest (maxime Deo) non restituatur ablatum, cum etiam idem esset de pensione alicui dño priuato subtracta arg. sup. de vsur. cum tu. 16. q. 1. reuertimini, cum simil. Sed nunquid poterit huic beneficio renunciari? Credo ꝙ sic, in quantum tangit ius cuiuslibet priuati, sed in quãtum: Ecclesiæ non, argu. sup. de abitr. cum tempore.

Cultui diuino renũciari non potest.

e ¶ Cum itaque] Secunda pars.

f ¶ Ecclesijs] de quib. si in priuilegio, uel statuto expresse actũ est, expressioni stabit, supra de priuil. accepimus. 9. q. 3. conquestus. saluo hoc quòd legitur contra consuetudinem uel statuta inferiorum, supra de elect. sæpe. & de offi. ordin. præsenti. lib. 6. alios vsus obtinuit, ꝙ monasteria seu loca collegiata non comprehendantur, multominus ipsæ ecclesiæ cathedrales, arg. supra de præb. c. si. de cõcess. præb. dilectus. Si quęras quam Ecclesiam dices collegiatam, uel conuentualem quantum ad hoc? Credo ꝙ illa dumtaxat, in qua sunt duo vel plures tanquam facientes unum corpus, cõsueuerit conuentus, capitulum uel collegium uocari, & sic nihil faciet ibi pluralitas personarum uel paucitas, dum tamen sint duo uel tres: sed ipsa realitas, s. ꝙ ibi conuersentur, vnum corpus facientes insimul. Item credulitas gentium & opinio, s. ꝙ cõiter agentib. consueuerunt sic appellati & haberi ut tales, hoc dico per iura. s̃. de elec. nullus, de exces. prælator. dilecta de proba. per tuas, qui si sint legi. transmissæ 3. q. 7. §. tria. de præb. de multa. per Innoc. Quid ergo erit de prioratibus monasteriorum Clumas. Casæ Dei, Grandimonten. maioris monasterij Præmonstratẽ. vel similibus, in quorum aliquib. quandoq; consueuerunt esse quattuor monachi, quandoque associantes Priores ibidem, nunquid collectores percipient talium annalia cum uacabunt? Credo quod nõ debeant collectores ab istis tanquam a collegiatis excludi, cum tales potius sint tanquam per modum associationis, quam collegij seu conuentus per c.

Ecclesia quã dicitur collegiata.

dile cta,

dilecta. de hoc plene notaui sup. de rescr. & si principalis, & de statu reg. ne in agro. Sed quid de celeraria ecclesiæ sancti Stephani Tholosæ; in qua de anno in annum mutantur celerarij, vel de archipresbyteratib. diœcesis Bituricen. qui ad mutationem archiepiscopi uel capituli in regimine cathedralis Ecclesiæ renouantur, nunquid a talibus percipient? Credo, ꝙ non, cũ non dicantur vacare proprie, nec instõ beneficiorum est apud celerarios seu archipresbyteros temporales; sed apud illos potius, quorum isti vices gerunt, sicut dicitur de vicarijs temporalib. in fi. extrauagantis. Execrabilis, & dixi, sup. de offi. vica. quæ de ecclesijs conc. Viennen. facit sup. de consuet. c. I. lib. 6. in uerba perpetua. Et idem dico pari ratione de grangijs monachorum alborum, uel monialium fontis Ebrandi sanctæ claræ, uel de prolhano seu similium, & de alijs possessionib. traditis sub annua pensione fratrib. de ordine, uel alijs ad vitam uel aliud tempus modicum, quæ per eorum cessum uel decessum non dicerentur uacare, ut sup. de præb. quamuis, in princ. lib. 6. 16. q. I. possessiones, facit quod legitur & no. su. de præscr. si diligenti.

Archipresbyteri Bituric. mutanẽ mutato plato.

† Vide extr. Pij V. Pont. Max. incip. Durũ nimis.

obseruetur, [a] & a longis [b] retroactis temporibus, fuerit obseruatum, quod fructus † primi vel secundi, aut alterius [c] cuiusque sequentis anni, beneficiorum uacantium [d] in eisdem, defuncto, uel fabricæ, aut ecclesiis vel perso-

a ¶ Obseruetur] sub prætextu priuilegij uel statuti. de quib. inf. Gul. de monte Lauduno.

b ¶ Et a longis] & hic ubi consuetudo allegatur. Et sic no. sufficere consuetudinem longi temporis, de quo dicetur plenius infra.

Infinitas reprobatur.

c ¶ Primi, vel secundi, aut alterius] vel tertij, uel quarti, seu deinceps, sicut dicit lex de replicationib. inst. de excep. quod in infinitum est ire hodie in aliquibus locis, quæ infinita, tanquam dispendiosa nouis beneficiatis, in istis partib. merito est reprobanda, arg. sup. de rescr. cum in multis, lib. 6. Et quæro primo, si contingat in primo anno bis uacare beneficium: an ille cui primi anni fructus competunt, habebit eos per duos annos? Dicũt quidam ꝙ habebit a tp̃e primæ uacationis usque ad secundam, & a secunda per totum annum completum, per l. ff. ad senatusc. Turp. l. in senatusconsult. §. quamquam. Secundo quæro, an posito quod de consuetudine mortuus primo anno, fabrica secundo inibi colligeret, si Papa pro se vel pro passagio hoc simpliciter leuandum iusserit, vel iussum per alios ex certa scientia confirmauerit, quo ordine isti leuabunt? Si esset hoc uerbum, anteferri, non esset dubium: immo etiam dato ꝙ non sit, adhuc videtur ꝙ Apostolicus debeat præcedere, & in primo anno leuare, licet ultimus sit in concessione, ex quo concurrit cum alijs, iuxta ea quæ leguntur sup. de præb. hi, qui. l b. 6. maxime si adiecerit Papa in suo priuilegio, illis non obstantib. de quibus legitur sup. de rescrip. alias de priu. si Papa. lib. 6. ubi dictum est satis de hoc in fine.

Constõ ad pterita, uel pendentia, non extẽditur nisi in ipsa caueatur.

d ¶ Vacantium] a tempore. s. introductionis consuetudinis, priuilegij, uel statuti, & sic alia beneficia, quæ ante istam introductionem, uacare inceperant, licet istis superuenientib. adhuc erant libera, & uacantia, non cadunt sub aliquo istorum, cum constitutio iuris publici uel priuati non extendet se ad præterita uel pendentia, nisi de his expresse caueatur in ipsa, in authen. ut cum de appel. cog. in prin. sup. de iud. dispendiosam, in fi. conc. Viennen. Quod credo uerum, si sit ibi adiectio aliqua certi temporis, ut quia dicit, fructus uacantium per tres annos, quia tunc cursus illius termini incipiet statim post editam publicatam, uel editam si sit decretũ, in auth. ut fa. no. constit. in prin. s. de elect. si eo tẽpore, lib. 6. sup. de verb. sign. abbate. de elect. quisquis, uel etiam si uerbum futuri temporis sit ibi insertum, puta, vacatura, vel vacabant, ut supta de rescript. alias de priuil. si Papa. li. 6. Secus si dixit simpliciter fructus vacantium, ut hic uideretur, quia tunc intelligi debet

ẽt de ijs, quæ inueniuntur tp̃e concessionis libere vacare alias quam per adeptionem pacificam secundi: qa tunc ẽt fructus primi non habebit, ut sup. de præb. si tibi concesso. li. 6. & pari ratione idem de permutatis vẽ, vt inf. dicetur, & dixi sup. de præb. si plures: concilium Viennen. Et credo ꝙ pacifica adeptio secundi sufficit ad hoc, quod primum quod incompassibile est, ipso iure uacet, ad lucrãdos in hoc casu fructus in quocumque beneficio minori episcopatu, siue sit solemnis abbatia, seu quoduis aliud, dum tamen alias sub tali forma caderet, per iura, sup. de præben de multa, de ele. commissa lib. 6. 21. q. 2. si quis. excepto episcopatu propter quem quis non amittit priora beneficia statim adepta possessione, nisi post tempora de consecrandis epis, quod est speciale in ipsis, ut sup. de elec. cum in cunctis, cum uero. in princ. Sed quæ beneficia dicentur uacantia in hoc casu? D. c uacans proprie dr̃, quod a nemine est occupatum seu possessum, & ideo hęreditas iacens vacare dr̃, nec in eam furtum committi potest, ex quo adita non est, ff. de effrac. & expil. l. 2. ff. de furtis. l. hæreditariæ. Et potest dici uacans de iure & de facto. Item de iure tm̃, non autem de facto, ut sup. de rest. spol. c. 2. Item de facto tm̃, non autem de iure. sup. de cõcess. præb. cum nostris. Sed in primo casu hoc contingit multipliciter, morte, renunciatione, depositione, permutatione. Mors. n. naturalis oĩa soluit, in tm̃ ꝙ etiã si in instanti miraculose resuscitetur sicut Lazarus, non recuperaret beneficium: immo ipsum collectores leuarent, argu. eorum quæ leguntur, & notatur, 33. q. 7. licite, nec in beneficialib. aliquid de iure mortui ad successorem transmittitur, seu ius unius continuatur in alium, nisi sola lis incœpta prius cum mortuo, & hoc fit de quadam æquitate, non de rigore, cum ius beneficiale adeo personale sit, ꝙ personã non transgreditur: immo in successore per oĩa ius nouũ creatur, licet secus fit in successionibus hr̃ditatis, in quib. successor secundus in iure primi succedit cõtinuando ius primi ad ẽm sine innouatione iuris, ut hæc probantur sup. de præb. c. I. 7. q. I. Moyses. s̃. ut lit. penden. si hi cõtra quos, in fi. ff. de iud. tam ex contractib. & idem in iure proprietario reali, seu personali, quamuis ecclesiastico, sup. de off. deleg. qm̃, ut lite penden. ecclesia, maxime vniuersali, su. de testi. significauerunt, in prin. cum ibi notatis, de hoc dicetur in extra. Execrabilis. in alijs aũt modis sicut in cessione & simili. licet perdatur ius, dum tñ alias ltime fiat, non tñ ipsa possessio, nisi hoc per sñiam iudicis declaretur, uel nisi euidenter appareat possidentẽ habuisse pro derelicto facto uel uerbo, semel possidens semper possidens præsumatur, hoc probatur sup. de hære. cum ẽm de præb. licet ep̃s, li. 6. inst. de rerum diui. §. fin. sup. de priu. dudum. In quo ergo casu de præmissis hẽbit collector uacantem? Dic ꝙ de ijs quæ constant uerbo & facto uacare, non est dubiũ, sed quia de aliquib. est dubium hic. Primo quæro an beneficia permutata ltime uacare dicantur? Et uĩ ꝙ non. Primo ꝑꝑ rationem, sup. de præb. si tibi concesso. li. 6. Secũdo, nam permutatio initium efficax non capit ex mutuo consensu seu uoluntate permutantium, sed ex traditione rei: nam antequam ego habeam tuam præbendam & tu meam, non est completa permutatio. licet secus sit in emptione & uenditione, quæ habet initium efficax ex ipso consensu, ff. de rer. permu. l. I. §. item emptio. Si ergo adeptio sola rei permutatæ hunc contractum perficiat, clarũ est, ꝙ antea nihil ꝙ sit ibi uacans, reperitur, cum totum sit in pendenti, nec ẽt re adepta, cum iam sit possessum, & sic non inuenitur aliquod instans uel momentum quo ista beneficia uacauerint, & sic non debebuntur collectoribus istis. Contrarium patet. Nam in resignatione reperitur libera iuris pro-

Vacãs quæ proprie d[…]

Mortuus resurgere beneficiu[…] non recu[…]ret.

Beneficia mutata […] dicantur […]care.

prij

nis habentibus annalia de consuetudine a priuilegio b, vel statuto applicetur in totum c; ita quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, & ad quos alias de iure fructus ipsi spe-

prij refutatio vtriusque, quæ ambæ cōfuse & vno spiramine ad instar personarū diuinarū fieri nō possunt, immo ad diuersitatem suppositorum habet hic sequi diuersitas actuū, ita ꝙ in exercendis istis actib. impossibile est, quin sit dare aliquod instans in quo vacans extet vnum antequam aliud subsequatur: quod de rigore credo verius, sed de æquitate primum. per ca. prædictum, si tibi cōcesso. & supr. de rer. perm. licet lib. 6. Sed quid erit si sine alia uacatione bñficij diuidatur in xij. iuxta decre. sup. de consti. cum accessissent, sicut factum fuit de præpositura Cæsaraugustana: ita ꝙ præpositus qui tūc hunc totū tenebat, habeat nunc tm̄ vnā de xij. numquid aliæ partes dicentur vacantes. Vr̄ ꝙ in altera parte quantumcunque modica saluetur totus titulus, & sic non dicatur vacare: talia enim nomina, quæ sunt iuris potius quam facti, sicut sunt dignitates, nobilitates, corpora, vel similia, in qualibet parte modica, integra perseuerant: maxime quantum ad ea, quæ in honoribus consistunt hoc dico per iura s̄. de iure pa. c. 1. ff. de serui. viæ. no. 16. q. 7. piæ mentis facit. ff. ad municip. l. sicut municipij. §. vlt. de consec. dist. 4. vbi pars, & dist. 5. non mediocriter cum similib. In contrarium vr̄, quia cum separatorum separata sit ratio, & aliud sit de parte separata a toto, & de specieb. subtractis a genere, quam esset de ipso toto in se integre persistente, & nō possit dici quin ex quo partes diuisæ & separatæ fuerint per momentum antequam alicui conferrentur uacātes existerent, & sic affectæ fuerint per iura speciali alicui de contentis in hac decret. arg. iurium supr. allegatorū. facit. sup. de rescrip. pastoralis. sup. de offi. deleg. præterea in fi. gl. a contrario sensu & de re. iur. in toto. lib. 6. Primum vr̄ verius. Si enim ante concessionem uacantium Ecclesia aliqua sit vnita alicui dignitati vel præbendæ post cessum vel decessum rectoris, iuxta decr. sup. de restit. spo. cum uenissent, & de re. eccle. non alie. si una, concil. Vieneñ. si post talem concessionem moriatur rector uel cedat, non habebit eam collector, sup. de reser. causa te. Sed quid erit de altarib. uel beneficijs alijs, quę ex deuotione decedentium, & aliorum quotidie post dictam concessionem de nouo constituuntur perpetuo & dotantur? Nunquid ipsa ipsi collectores habebunt? Vr̄ quòd non: per iura, sup. de consti. qm̄ constitutio, de rescrip. litteras, concil. Vieneñ. Contrarium vr̄ per cap. de offi. archid. dilecto. ubi illa consuetudo, quę de se stricti iuris est, ad monasterium quod de nouo creatur, se extendit. Credo quòd ubi causa priuilegij, statuti, vel consuetudinis hmōi de se extēsiua sit in futurum, sicut est hic, futura etiam respiciat, maxime in realibus, quę quasi sunt fauorabilia, ut in secundis concordantijs, secus qñ causa est actus transiens, maxime in ijs quæ fauore personarum fiunt, quæ quasi sunt odiosa, ut in primis. De hac notaui satis. sup. de ui. & hone. cler. qm̄ concil. Vienneñ. quod crederem uerum, nisi fructus seu prouētus dictorum beneficiorum essent ad certos usus deputati: puta ad uitam sacerdotis & suæ familiæ, uel ceterorum pauperum in hospitalibus, uel monialium seu aliorum religiosorum. qui vix de illis possent sustentari, nec habent unde alias uiuerent, nisi per suffragia indedicata, sicut est de illis redditibus deputatis pro uita pauperum in se de Barchæ, quia de talibus nec leuabitur decima, nec cadunt sub vacantib. arg. sup. de præbē. significatum. & c. per litteras, & de reli. do. quia cōtingit. concil. Vieñ. immo nec alia quæ non excedunt. vij. libras Turoñ. prout īterpretatus fuit Greg. x. in cōcil. Lugdu. tempore quo concessit decimam passagio ultramarino. Guili. de monte Lauduno.

Iuris nomina in qualibet parte perseuerant integra.

Fructus vniꝰ Eccl. possunt alteri applicari de consuetudine.

a ¶ De consuetudine. & sic ualet consuetudo quod fructus unius Ecclesiæ ad tēpus alij applicentur, ut sit mēbrū vniꝰ & eiusdē corporis, cū ista ecclesia militans sit vnica, & vnū corpus mysticū faciat, vt su. de sum. trin. firmiter, §. vna, & de exces. prælat. frequens, conc. Vienneñ. alij seruiat, facit. su. de elect. cum non deceat, li. 6.

b ¶ Priuilegio. istud concedit quotidie Papa, vt sup. de rescr. alias de priuile. si Papa in verb. concedamus, de præb. cū in uerbo, a nobis, & de uer. sig. tua. super uerbo, duxerimus, indulgendū, ergo a contrario sensu nullus alter inferior hoc poterit: nisi forsan de uno, vel de duobus certis beneficijs, & ex causa ante collationē cū capit. suo, & sic intelligitur quod legitur & notatur su. ut eccl. benefic. ut nostrum. in fine. Sed contra videtur per c. fi. sup. de iis quæ fi. a maio. par. ca. & uidemus quod quotidie faciunt episcopi cum capitulis suis assignando uacantia ipsi fabricæ, mortuo, uel similib. pijs operibus. Hic crederem distinguendum: quia aut hoc priuilegium fit maxime per modum statuti pro aliquo pio usu & necessario ut in casibus prædictis, non tñ. vtilitati mensæ episcopi, uel capituli applicando, & tunc vr̄ ꝙ ipsi possunt hoc facere: secundum quod decimam uel aliam partem beneficiorum suorum ibi possessionē posset episcopus nedum cum maiori parte capituli, immo cum minori, cum sit in hac parte sanior, etiā inuitis alijs deputare, ut in ca. ex parte de ijs quæ fi. a maio. par. c. alias pro utilitate mensæ suæ vel sua nō possent sine expressa licentia Papæ, ut in iurib. supr. allegat. hoc excepto tñ quod dictum est supr. vt eccl. benefic. ut nostrum. hoc dico arg. sup. de reb. eccl. non alt. si una concil. Vieneñ. Legatus tñ vr̄ indistincte hoc posse facere: cum non inueniatur hoc expresse reseruatum Papæ. ar. 2. q. 5. qua de causa. de hoc no. in prima parte. Spe. ti. de legato. §. nunc ostendendum. uersic. legatus igitur. Sed quid erit de alijs inferioribus ordinarijs, nunquid hoc facere poterunt saltem in beneficijs ad eos pleno iure spectantibus, sicut sunt dignitates, officia, prioratus, & aliæ administrationes ad ipsos immediate spectantes, vr̄ quòd sic, cum distinctione facta de epo & capitulo su. Sed nunquid uigore priuilegij uel statuti epi, & capituli poterunt ista leuari a beneficijs spectantib. ad inferiores prælatos ipsius diœcesis? Planum est, ꝙ si sint exempti, non sup. de offi. ord. graue. & de priui. ex parte. unde solus Papa, & legatus a latere posset eos adstringere ad hoc, ut sup. de offi. leg. c. 1. de uerb. sig. veniens in prin. Et idem vr̄ de non exemptis beneficijs, quæ ad eos pleno iure spectāt. 16. q. 1. in summa, & c. de monachis, & q. 2. uisis. in alijs autē & quib. epi habent institutionem, seu confirmationem, vr̄ ꝙ possint sicut de ꝓprijs habent statuere, cum plus habeat in talibus eps quam patronus, supr. de offic. leg. dilectus, & de priuil. cum & plantare. § in Ecclesijs. ergo, &c.

Beneficiorū vacantiū fructus an possint mensæ, vel alij vsui applicari.

a ¶ In totum. No. quod dicit hic, in totū, & hoc quòd sequitur nihil inde percipiunt, & inf. §. sequit. in prin. integre, & eo. §. circa finem versi. forsan. cum integritate percipere, &c. ex quibus concluditur, quòd Papa non intellexit hic prouidere, nec prospicere nisi in casu in quo beneficiati ex toto amittebāt fructus & obuentiones annorū primi secundi uel ulterius, ergo a cōtrario sensu si aliquid remanebat beneficiatis, ꝙ nō cōsueuerint collectores leuare, in isto casu non prouidet decr. Pone ergo ꝙ prior S. Eusebij Altissiodorēsis, qui consueuit ab antiquo accipere grossos fructus præbendarū primi anni in Ecclesia Altissiodorensi ex integro, reseruatis quotidianis distributionibus nouis canonicis, nūquid dictis canonicis inibi residentibus, uel in seruitio Papæ seu Cardinalium existentibus habebit iste prior iuxta hanc decret. summam, pro qua dictæ grossæ præbendæ soluunt decimam, uel residuum quod maluerit eligere: vel potius poterit prout hactenus consueuit totam grossam præbendam accipere, relictis quotidianis distributionibus illis qui uolunt inibi residere. Videtur

quod

ctare deberent, nihil inde percipiunt, vnde illud inconueniens sequitur, qđ commode [a] nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in Ecclesijs, in quibus beneficiati existunt. ¶ Nos de illo [b] super his remedio prouidere volẽtes per quod hi & illi in fructuum perceptione prædictorum participent [c], & Ecclesiæ debitis [d] seruitijs non fraudentur, præsenti [e] decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quod illi qui fructus prædictos sibi hactenus integre [f] vẽdicabunt [g] ex priuile-

quod totam grossam, prout consueuit, habebit, per ea quæ dixi. Nam satis debent sufficere quotidianæ distributiones illis qui resident: alij autem sibi imputent, q̃a tales absentias forsan voluntarie sibi quærunt: voluntarium enim & exquisitum procuratum impedimẽtum, neminem excusare debet arg. sup. de excu. veniẽs. de appell. cum parati. de dila. exposuit, cum ibi no ta. In contrarium vr: nam Papa in vtroq; casu hmõi decre. intelligit prouidere ipsis beneficiatis, qui commode nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere vt inf. sequitur. Sed isti nequeũt cum solis distributionibus quotidianis, dato quod resideant, impendere seruitium cum illud dicatur commode fieri in talib. quod fit, consideratis nobilitate, scientia, & dignitate, de quo plene no. sup. de rescrip. cum adeo. Item intelligit prouidere circa illos: & de illis fructibus dumtaxat, qui erant in Ecclesia decimabiles, & de quibus decima solui consueuit, siue decima esset taxata, siue non: quod plene innuit, §. inf. eo. in illis uero, in princ. ibi dum dicit, quod fructus & obuentiones beneficij tunc uacantis, quos in decima soluere consueuit, &c. vnde cum distributiones quotidianæ non sint decimabiles, ergo de illis non curauit hic Papa. sed de grossa præbenda dumtaxat, quæ erat decimabilis, unde cum ista sit ab antiquo taxata, tenetur prior eligere alterũ quod maluerit iuxta primum dictum. maxime inter illos qui causa necessitatis vel euidentis & probabilis utilitatis sunt absentes, iuxta ea quæ leguntur, & no. 7. quæst. 1. §. ambitionis, supr. de cle. non residen. cum dilectus, durũ etenim esset si rector Ecclesiæ posset exigere totam integram decimam a rustico, qui non fraude, vel dolo vel negligentia, uel maiori sua utilitate permisit suam segetem destrui: nec passus fuit eam ad perfectionem uenire, sic in proposito de istis quotidianis distributionib. quæ sine fraude sua & culpa istis deficiunt, durum esset si grossa sua ipsis auferretur, quod alijs tribueretur, & sic quasi b s puniretur de illis idem contra omnia iura, & hoc verius: Sed quid dices de illo residuo, quod superest canonicis quolibet anno in cathedralibus, & collegiatis Ecclesijs de illis fructibus, quos habẽt ad partẽ solutis grossis prębendis & distributionibus quotidianis, vel propter nimiam absentiam canonicorum, quæ interuenit in illo anno, vel alias, nunquid illud computabitur inter grossas præbendas, sic quòd existentes in seruitio Papæ vel studentes in Theologia, uel alias priuiligiati habebunt de his partem, uel potius inter distributiones computabitur, sic quòd soli præsentes hic totum sibi retineant. Crederem quòd vbi sunt distincti fructus & redditus, de quib. soluuntur grossæ, a redditibus de quibus quotidianæ soluuntur, tunc absentes tales haberent partem de solo residuo grossorum, sed vbi totum est insimul & nihil diuisum, tũc de toto residuo debent habere absentes, ex quo a solis distributionibus quotidianis, & non ab alio sunt exclusi, fauorabile est enim priuilegium eorum saltem in illis casibus de quibus sup. de cler. non residen. cum dilectus. de magistris. c. fi. & per consequens exclusio odiosa, cum contrariorum eadem sit disciplina, ut 32. di. hospitiolium. Distributiones enim proprie dicuntur, quæ actu distribuunt. & non aliæ. arg. sup. de præb. licet, unde de toto residuo in hoc casu habebunt partem suam dicti canonici. & p̃ consequens isti collectores iuxta ordinationem istius decretalis. Si quæras quæ sit ratio quod in hoc casu nihil recipiatur de quotidianis distributionibus, & tñ de grossa præbenda percipitur? Dic quod hoc est, nam vt frequentius quotidianæ distributiones accipiuntur de bonis indistinctis talium locorum collegiatorum, vnde ipsa collegiata loca sunt exempta a talibus collationibus, vt dictum est sup. sic & quæuis bona ipsis adhærentia arg. supr. de parochi. ca. penult. de regu. iur. accessorium, li. 6. Secus autem de separatis, arg. eorum quæ leguntur & notan. de proba. ex litteris, per Innoc. ff. de separa. per totum, Vel si forsan de bonis distinctis soluantur, dic quòd non cadunt sub gratia: quia non sunt proprie Ecclesiastica beneficia, sed potius quædam salaria, quæ dantur seruitoribus pro labore diurno, sicut stipendio militibus, uel diurni denarij. Per primam autem rationem credo, quod de Ecclesijs, in quibus nulla est distinctio, sed omnia sunt cõmunia, quæ per quotidianis distributiones soluuntur nihil isti recipiunt leuatores, sicut fit inter istos regulares quasi communiter, & inter sæculares etiam quandoque, iuxta ea quæ notantur sup. de præben, ratio, & c. exposuisti, secus autem de officijs, de præbendis, seu dignitatibus, etiam inter corpota istarum ecclesiarum collegiatum existentibus, ex quo habent bona distincta ab ipso capite, iuxta ea quæ leguntur sup. de præben. mandatum. §. ad beneficia. libr. 6. Quotidianum tamen uictum, quem camerarius in monasterio recipit, non percipiẽt isti collectores, licet fructus camerarię recipiantur, licet cõtrarium fieri uiderim, & male. Sed quæ est ratio, quod ista membra intra corpus existentia non gaudeant priuilegio capitis, sicut gaudent in illo casu supr. de præb. quamuis, §. quamquam, lib 6. Dic quod fauor, qui est hic, & odiũ ibi, soluunt contrarium, sop. de regulis iuris, lib. 6. odia. de hoc notaui in d. c quamuis.

a ¶ Commode.] Nihilominus tamen tenebitur impendere seruitium, alias peccat. ad instar uiri, cui uxor non potest reddere debitum, qui nihilominus eam alimentare tenetur, sed imputet sibi qui talem accepit, ut legitur. 32. quæstio. 7. quod proposuisti, & no. 91. distin. clericus.

b ¶ Nos de illo.] Teetia pars.

c ¶ Participent.] ista enim est bona prouisio, quæ æqualitatem eligit, lucrum cum damno pensat, & diuidit æqua lance, & ideo statera in manibus eius est posita, ut sic cum ea gratias, quas facit aliquibus ponderet, ut nõ per eas alij enormiter aggrauentur, iuxta ea quæ leguntur sup. de re iud. cum causam, in princ. de decimis, suggestum. quiá durum est, quod aliqui de fleatu rideant aliorum, sup. de priui. petisti, & quod unus tantum habeat onus, alius totum lucrum supr. de præb. extirpandæ. Guliel. de monte Lauduno.

d ¶ Debitis seruitijs.] est ergo seruitium uel obsequiũ diuinum pensio Deo dubitã, ut sup. de celeb. Missa. c. 1. & c. graui. conci. Vienneñ. a quo non uidetur quis posse absolui nisi ipsam restituat, si citra infirmitatẽ eam subtraxerit, cum non remittatur peccatum, &c. ut sup. de vsur. cum tu. & 91. dist. c. 1. & 2. de hoc plene dixi in dicto, c. graui. sup. eo. in prin.

e ¶ Præsenti.] versiculus.

f ¶ Integre.] subaudi, uel in tam pauca quãtitate, quod in ea commode residere non posset, ut supr. dixi, ut sic nullum & iuutile hic æquiparentur, sup. de transla. inter corporalia de frigi. fraternitatis.

g ¶ Vendicabunt.] cõdictione ex statuto, consuetudine vel priuilegio, cum alia actio non sit hic prodita, licet non sit multum de nomine actionis curandum: dumta-

Impedimentum exquisitum non excusat.

Decima integra exigi nõ p̃ta rustico, cuius seges est destructa

Distributiones sunt quę actu distribuuntut.

Distributi nes quoti dianę de q bus bonis c piuntur.

Fletus u non debet se risus al rius.

gio, de consuetudine vel statuto, nihil exinde vltra summam pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit [a] in decimæ solutione taxari, prętextu cuiusuis priuilegij, consuetudinis vel statuti quouis modo percipiant: sed ipsius summæ perceptione duntaxat sint omnino contenti, totali residuo [b] prędicta obtinentibus beneficia remansuro, [c] nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti [d] fuerint (vt pręfertur) cum integritate [e] percipere, pro se mal-

Actionis no[illegible] curandum.

tamen sit recta intẽtio, & verbis apertis & cõgruis proponatur, vt s. de iud. dilecti & c. examinata. vel alias directa rei vẽdicatio intentetur, cum dominium istis de [illegible] iure speciali competere in his fructibus videatur, sicut de decima de iure communi ecclesijs parochialibus, vt s. de deci. parochianos. Quis habeat verum dominiũ in rebus Ecclesiæ, dic vt no. Hostiẽ. de pecul. cle. c. fi.

a ¶ Consueuit.] per xl. annos, scilicet nõ interuenerit nisi vnus actus, vt sup. de causa pos. cum Ecclesia. 16. q. 3. quas actiões. Videtur tamen quod decẽ anni sufficerẽt, ex quo non est cõtra ius commune: dũ tamẽ vnus actus interuenisset, per ea quæ no. ff. de legib. cum de consuetudine. & C. quæ sit longa consuetudo, super rubrica, & l. 1. maxime cum tendat ad tollendum ius alterius certantis tantum de lucro captando: nam istis, qui de nouo talia assequuntur beneficia, non multum detrahitur, si fructus primi anni sibi retineat, qui est dominus omnium Ecclesiarum, vt sup. de prębend. licet. 1. lib. 6. hoc dico argu. leg. ff. de perpe. & temp. prę-scrip. l. si quis, & ideo iura canonica de pręscriptione consuetudinis loquentia, non dicunt quod canonice sit pręscripta, sed potius quod legitime, vt patet supr. de consuet. cum tanto, in fi. & de pręb. cum de beneficio, lib. 6. quod videretur maxime hodie iuxta formas, quæ à curia exeunt super gratijs, in quib. non dicitur, iuxta taxationem antiquæ decimæ, sed decimæ tantum, & sic cuiuslibet consuetæ: habet enim consuetudo diuersa nomina, quandoq; dicitur pręscripta, vt sup. de of. or. duo. quandoq; antiqua, C. de iure fisci. l. 1. quandoque longa, vt C. quæ sit longa consuetudo, quandoq; vetusta, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. denique, & l. 2. in prin. quãdoque diuturna, ff. de legi. diuturna, quandoque inueterata, ff. de leg. de quibus, quandoque vetus, ff. de pub. & vecti. l. imperatores, quandoq. perpetua, ff. de legi. nã imperator. iuxta hoc quæro, quæ proprie dicatur antiqua? textus dicit sic: Ex antiqua consuetudine, à tẽpore cuius non extat memoria in cõtrariũ, & sic vr̃ ꝙ tantũ tempus requiratur in hoc casu, & talis consuetudo habetur iure constituti, vt ꝓbatur sup. de verb. sign. super quibusdam de pręscrip. episcopũ, li. 6. in fi. cum ibi notatis. Quę ergo cõsuetudo hic sufficiet ad hoc quod diuisio in isto. §. posita habeat locum, quia de hoc vidi pluries dubitari: vnde vt melius hoc videas, pones ꝙ quidã impetrauit primam dignitatẽ in ecclesia Gerunden. nõ excedentem summam centum librarum Turonen. secundum taxationem decimæ, dominus autem Ioannes filius regis impetrauit secundo inibi sine sũma: postquam vacauit quidam archidiaconatus, qui hodie valet vltra centum libras Turon. tam propter res, q̃ sunt ibi caræ, q̃ ꝓpter monetã illius terræ quæ licet olim minus valere cõsueuerit quã Turonenses parui: modo tñ adæquatur eis: nõ tñ inuenitur ibi aliqua antiqua vel consueta taxatio, nisi ꝙ a tp̃e Greg. x. q decimam concedens passagio vltramarino, iussit ꝙ in primo anno haberetur iuramẽtũ a rectoribus super valore, & ꝙ extũc ille valor sic iuratus acciperetur, & ꝙ non plus nisi vellent, non tñ ꝓpter hoc essent libertati a populo, nec ꝓpter hoc a pęnis in processibus super hoc factis contentis q̃ quidem taxatio in illis partibus quasi cõiter obseruatur, & hoc in collectione decimæ, quia ibi non inuenitur contradictio non autem in taxatione expressa in litteris impetratis, vel per collectores annalium, vbi contradictores exisiũt, Credo ꝙ ex quo Greg. nõ absoluit eos a residuo, licet taxationẽ iuratã præceperit reci-

Consuetudo diuersa nomina habet.

pi, quicquid tũc ceperis super hoc securũ est, totũ fuit permissum & conditionale quia quod permittitur volendo, præcipitur in hoc casu. Sed pone quod Prior de [illegible] Spinalia prope Tholosam, no[illegible] annis citra, sed ab illo tempore soluit continuo certam summam pro maiori valore in duplo quã valeãt redditus prioratus, nunc dicit collector, quod illã sũmã elegit iuxta istũ §. prior aũt dicit non esse taxationem consuetã, ex quo per xl. annos nõ durauit, & sic non istũ sed, §. sequẽtem habere locũ: maxime quia si illã summam leuaret, nihil remanebit sibi vł alijs seruitorib. prioratus, hoc est quod supr. quærebatur, an scilicet minor xl. annorum consuetudo, alias super certa, & indubitata quantitate continuata, liget inuitas partes ad sui obseruantiam? pro & ↄtra, sup. allegaui satis: sed r̃nsionẽ quia de facto est, disputationi relinquo. Sed nunquid saltem poterit dictus prior per beneficium restitutionis iure minorũ, ex quo nõ est cõsuetudo cõpleta, & à fine cõpletionis cum ex ↄtũc incidit grauari, videantur cõputari quatuor anni, qui dantur in talibus, vt sup. de in integ. rest. Eccles. lib. 6. vel saltem ex maioribus, petere, vt error, q fuit in calculo reparetur ꝑ legẽ, ff. quæ sen. sine appel. l. 1. §. 1. & idẽ quæro de beneficijs, quæ a tẽpore taxationis xl. annorũ sunt, & postea vsq; nunc bene valebant summam taxatã & plus: nunc aũt eorũ possessiones per alluuionẽ, vel aliàs perierunt, vel valor fructuũ diminutus est ꝑꝑ vtilitatẽ rerũ, ita ꝙ multo plus excedit summã quam valeant oẽs fructus: iuxta ea, quæ leguntur & no. sup. de loca. ꝑꝑ sterilitatẽ, in quibus non præcipito sentẽtiã: quia de facto pendent. Sed nunquid iste collector poterit dicere, volo ꝙ summam pro qua cõsueuit soluere decimam, q̃ ego eligo, statim mihi soluat, alter dicit qđ nõ faciet nisi prout eueniẽt fructus, & ꝓut possit gaudere de ipsis? Credo qđ benedicat, nam sufficit qđ intra annũ sibi soluerit, ex quo totus annus cedit, sup. de offi. or. p̃senti. li. 6. Sed quid erit si illo anno pereunt tempestate vel incursu hostiũ fructus, vel contingit transitus Papæ, vel legatorũ, vel qui maiorẽ partẽ consumpserunt de ipsis: numquid totum damnum & periculum erit beneficiati, vel potius contribuet collector cum ipso? Hic videretur dicendum, qđ si omnes fructus illius anni absorberentur in summa consueta solui pro decima, nõ haberet locum iste. §. sed sequẽs, maxime vbi nihil remaneret beneficiato, quod innuit verbum sequens, totali residuo, &c. uel saltem quod ipse beneficiatus diceret collectori, ego nihil volo, accipies tu omnia, & supportes onera, mihi & alijs necessaria ministrando, arg. c. de offi. ord. pręsenti. li. 6. præsertim cum mihi sit licitum, quatenus me tangit, renunciare huic, quod fauore mei noscitur introductum, C. de legi. quod fauore.

Error petit reparari.

b ¶ Residuo.] ergo hic p̃supponit esse residuũ, ꝙ si non est, vr̃ locũ istũ, §. non habere, nec ẽt sequentem, cum ista sint taxata, remanet ergo iste casus, in quo nõ ꝓuidet hæc constitutio, sed quid de ipso fiet, dixi supra.

c ¶ Remansuro.] pro suis & suorum & alijs oneribus ordinarijs & extraordinarijs ipsius beneficij supportãdis, simile supra. de præb. de monachis, cum similibus, Guliel. de monte Lauduno.

d ¶ Soliti.] supple, uel de nouo concessi ex gratia, uel statuto, ut sup. patet.

e ¶ Cum integritate.] & idem si non integre, sed quasi sic, quod de residuo non possent residentes commode sustentati, ut dixi sup. eo. ca. 1. §. in fin.

lent[a] ipſum habere reſiduum, & obtinentibus ipſa beneficia ſummam[b] dimittere memoratam: quo caſu percipiẽdi quod maluerint, illis relinquimus optionem: ſic quod intra decem dies poſtquam ſciuerint beneficia ipſa vacare, ij quibus annalia ipſa debentur ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto aut ipſorum annalium collectores,[d] quam partem habere voluerint, an ſcilicet decimæ taxationem, vel illa dimiſſa reſiduum (nulla ſubhaſtatione pręmiſſa) eligere teneantur. Quam electionem ſi intra dictos decem dies non fecerint, vt eſt dictum, extunc[e] ad eum, cuius eſt beneficium, huiuſmodi optio vel electio tranſeat ipſo iure.[f] Et hoc in eccleſijs, & partibus illis, in quibus beneficia maiora & alia quantum ad ſolutionem decimæ ſunt taxata, volumus obſeruari. In illis[g] vero partibus, & eccleſijs, in quibus decimarum taxatio non eſt fa-

a ¶ Mallent.] Nota tales gratias, quæ fauore eccleſiarũ vel aliquibus pijs vſibus applicantur, etiã de bonis eccleſiaſticis.&c. in aliorum odium cõceduntur.ad in- [illegible] ſtar eorum quæ cõceduntur motu proprio large interpretari.arg.s̃.de præb.ſi pluribus, lib.6. facit s̃.de verb. ſig.tua. Item nota ꝙ vbi in diuerſis perſonis ius priuatum cõcurrit cũ cõi, & extraordinariũ cum ordinario, priuatum, & extraordinariũ communi ordinario pręferũtur: & hoc facit prerogatiua illorum per quos hic ſpecialia ſunt concessa arg. s̃. de pręb. [illegible] qui, lib. 6. Item fauor illius pro quo conceſſa eſt res vt dictam eſt: ſecus ſi in eadem perſona concurrerent: quia tunc primo vtitur ordinario, quam extraordinario, & ſic non obſtat, ff. de mino. l. in cauſæ.

Ius priuatũ quandoque pfertur cõ.

b ¶ Summam] & de hac habebũt ipſi beneficiati onera eccleſiæ ſupportare, ſi id non ſufficiat, ponant de proprio, vel propria manu ſibi quærant. argum. ſupra de celeb. Miſ. capitu. 1. 91. diſtinc. c. 1.

c ¶ Optionem.] ſimile ſup. de conſue. c. fi. de prębend. ſi pluribus, lib. 6.

Decimarum bñficialium collectores an habeant aliq̃ cõpulſionem.

d ¶ Collectores] hic poteſt quæri an aliquam compulſionẽ habeant huiuſmodi collectores, videtur quod ſic, alias parum eſſet eorum officiũ arg. ſup. de offic. or. ex litteris. Dic quod hic non poteſt dari certa reſpõſio. cũ hoc dependeat ex poteſtate eis in ſuis priuilegijs vel ſtatutis conceſſa, vel per conſuetudinem, quæ etiam facti eſt introducta: de quibus niſi per inſpectionem eorum non poſſumus iudicare ſup. de priuileg. accepimus, de conſti. licet. li. 6. Sed pone ꝙ ipſis collectorib. in priuilegijs vel ſtatutis data eſt p illos, qui poterant, plena cõpulſio, cum clauſula, contradictores, &c. nunquid poterunt hoc alij cum eadem coerctione cõmittere? Non videtur, cum certum miniſterium ſit eis commiſſum, per c. ſup. de offic. deleg. quoniam abbas. Sed nunquid ipſi poterunt ſine alio ſpeciali mandato, poſito etiam quod ſint dati a Papa beneficia, quæ vacant de iure, non tamen de facto, vocatis partibus declarare vacantia, & vt talia occupare? Hoc vidi de facto in prępoſitura eccleſię Cæſarauguſtan. Et videt̃ quod ſic, cũ executores gratiarum & legatus ſedis Apoſtolicæ (pmiſſa tamen cauſæ cognitione) hoc poſſint, & etiam ſimplex ordinarius, iuxta ea quæ leguntur & no. ſup. de p̃b. licet epiſcopus, ſup. de off. leg. officium. lib. 6. Cõtrarium credo, niſi amplius contineret eorum littera, quam officium ipſorũ requirat cum ad colligendum vacantia ſimpliciter dati ſint & ad compeſcendum rebelles ſuper hoc, & res poſſeſſa per aliquos non dicatur plene vacare, dum tamen eorũ poſſeſſio ſit aliquo iuris adminiculo fulcita quia forſan ſecus ſi poſſeſſio eſſet nuda, vt dixi s̃. in verbo, vacantia, & probatur ſup. de reſt. ſpol. ex parte. in fi. gl. & de conceſ. pręb. cum noſtris &c. litteras. officium n. ad certum vſum datum, non debet ad alium penitus diuerſum extendi, vt ſup. de app. nouit in contrarium autem allegata in ſuis caſibus ſpecialibus locum habent. Quid ergo dices de iſtis collectoribus, qui volentes fauere imperatori fingenti vacare beneficium, quod non vacat, ad eius inſtantiam, cum potentia regis, cui data ſunt annalia, & etiam ipſi regales repellũt per violentiam poſſeſſorem de beneficio, & frequẽter iniuſte: ad hoc vt ipſe impetrãs poſſit poſtea [illegible] adipiſci, ex quo multa mala ſequuntur? Credo in hoc caſu, ꝙ impetrans incideret in pœnam illius ca. ſup. de pręb. cum qui lib. 6. & ꝙ etiam collectores ſic in ſuo officio publice delinquẽtes, crimen concuſſionis incurrunt, ff. de concuſ. l. 1. & 2. 22. q. 7. ſancimus vbi de hoc. Sed qualiter cognoſcit collector, ſi poſſeſſio talium ſit iuris adminiculo fulcita, vel nuda penitus: nũquid ipſe cognoſcet de hoc, cum nulla cognitio, ſed ſimplex compulſio, & executio ſit ſibi in hac parte commiſſa? Credo quod in hoc caſu habebit per omnia ſeruare doctrinã illius c. ſup. de reſcript. cũ cõtingat, vt ſcilicet ſi bi ſit liquidum vtriuſque partis documentis quis ius habeat, & hoc ſit notoriũ & certũ: ſc̃m hoc accipiet, vel non accipiet vacantẽ, alias ſi dubiũ eſt, faciet hoc p eorum iudices declarari, ad qua partem declinabit ſp in dubio, ne falcem ſuã ponat in meſſem alienam, arg. ſu. de off. deleg. ſi quando, & c. paſtoralis, & de elect. venerabilẽ in prin. Sed nunquid iſti collectores poterunt ſuo tempore ſcindere nemora cædua, vel alia, vel pulchras arbores, ſeu exhaurire vel euacuare ſtagna de groſſis piſcibus per multos annos nutritis? Videtur quod ſic, qa quicquid fructuum nomine vtiliter ſuo tempore euenit, totum ſuum eſt oneribus ſupportatis, ſup. de off. or. præſenti. li. 6. In contrarium videtur, quia talia ſine quib. deterioratur proprietas, non cadũt ſub fructuum nomine, vt ff. de vſuf. arboribus, & l. item, & de cenſib. forma. Videtur dicendum, ꝙ magna nemora, arbores non cæduas, non vaſtabũt, nec ibi cædua vel ſtagna, niſi quatenus augmentum ſeu emolumentũ eorum tẽpore iſtis competẽti poterunt adæquare ad inſtar mariti fructus dotis lucrantis, arg. ff. ſol. matr. l. diuortio, §. non ſolũ.

Falcẽ i meſſem alienam mittere non debemus.

e ¶ Ex tunc.] hoc verbum, tunc, vltimam horam temporis denotat; & ſic iſtos decem dies computabo de hora in horam, a tempore ſcientiæ incipiendo, ad inſtar decendij ad appellãdũ hoc probatur, ff. de cond. & demõ. l. 4. in fi. 2. q. 6. biduum, ſup. de appel. cõcernationi. lib. 6. Sed quis probabit ſcientiam, vel qualiter conſtabit de ea: cum ſemper collector dicat ſe hoc ignoraſſe, & quilibet præſumatur ignorans de iure, maxime in hoc caſu, in quo non imminet periculum animæ, ſi non vigilet, licet immineat periculum burſæ, 82. diſtinc. propoſuiſti. Credo, ꝙ ſemper poterit allegare ignorantiã donec vacatio publice nota ſit in loco vbi eſt beneficium. Sed extunc non, vt ſup. de conceſſ. præb. cum ei quem. concil. Vien. in fin. quare credo expediens ipſi beneficiato, quod cum teſtibus vel inſtrumento intimet collectoribus ipſam uacationem, ne extunc poſſint ignorantiam allegare. argu. ſu. de elect. cauſam electionis, concil. Vien.

Decendium ad appellã dũ currit de hora i horam.

f ¶ Ipſo iure.] & ſic nõ eſt hic opus facto hominis, niſi in declaratione tantum, ut ſupra. de hæret. cum ſecundum leges, lib. 6. Gulielmus, de monte Lauduno.

g ¶ In illis.] Quarta pars. Iſte eſt caſus in illis partibus in quibus nõ eſt conſueta pro certa ſumma ſolui decima.

ma: ſed de anno in annum taxãtur fructus prout eueniunt, ſi ſint ibi aliqui fructus, de quibus non conſueuit ſolui decima, vt puta de horto contiguo eccleſiæ, vel de vinea, vel de agricultura q̃ ꝑprijs manibus rector excolit, vel ſimilibus. Hoc non diuiditur, ſed de reſiduo toto decimabili fient duę partes, quarum vna collectoribus, alia applicabit bñficiato. ſic ꝙ pars illius, qui ipſa non contentabitur ad cõtentantem tranſibit. Guliel. de mõte Laudun o.

[uctus nõ ...es ſunt de ...mabiles.]

...cta, [a] ſeruetur quod fructus, & obuentiones beneficij tunc vacantis, quos [b] in decima [c] ſoluere conſueuit, [d] per medium diuidantur: [e] quorum medietatem habeat [f] is, cui annalium per alterum de prædictis modis [g] perceptio eſt conceſſa: Reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficiũ eſt cõceſſum pro ſuſtentatione ſua, & alijs eccleſiæ oneribus ſupportandis. [h] Quòd ſi alter de prædictis prædicta medietate voluerit [i] eſſe contentus, altero contentari nolen-

a ¶ Non eſt facta.] id eſt cõſueta fieri. Vel dic facta per illum, qui eam facere poterat cauſa cognita, & vocatis qui fuerant euocandi: alias res inter alios acta alijs nõ noceret. ſupra de re iud. cum ſuper, & c. quamuis, quod qualiter poſſet fieri, maxime niſi deberetur ex priuilegio Papæ, non video, niſi ipſe Papa ex certa ſcientia hoc feciſſet, cum officium executorum ſeu collectorum decimæ non extendat ſe ad hoc, vt ſup. dictum eſt. Sed nunquid epiſcopus & capitulum ſtatuere poterũt & taxare in ſingulis eccleſiis certam ſummam pro qua quælibet eccleſia teneatur ſoluere decimã, & non pro pluribus? Nõ credo, cum hoc eſſet legẽ ſuperiori imponere & eius reſtringere poteſtatem, & libertatem, quod non poſſunt, 28. diſt. §. 1. ſup. de ver. ſignif. conſtitutionem, in fin lib. 6. ex quo ſequitur quod per ſolam ordinationem Papæ expreſſam, vel ſaltem tacitã, quæ fingitur in conſuetudine alias præſcriptæ legitimæ, talis taxatio poterit fieri, ad minus in his, quę ſorum Papæ concernunt ſuper hoc.

[...ecima de ...uſdã fru...us non ...tur.]

b ¶ Quos.] ſcilicet fructus & obuentionem.

c ¶ In decima.] Id eſt, qui hactenus fuerunt decimales eccleſijs baptiſmalibus.

d ¶ Cõſueuit.] ſcilicet beneficium vacans, hoc vult dicere, quod ſoli illi fructus veniant in diuiſione: pro quibus, dictũ beneficium conſueuit ſoluere decimã, & non alij. Sed qui ſunt illi fructus pro quibus eccleſia ſeu beneficium eccleſiaſticum non ſoluit decimã? Dic quod aliqui reperiuntur in iure liberi à decima, aliq poſſunt eſſe de cõſuetudine, expreſſi in iure ſunt illi: ſcilicet qui inſurgunt in dote eccleſiæ. ĩ. de deci. nouum. Item ſi ſit locus religioſus, de ſuis noualibus, quæ proprijs manib. vel ſumptibus excolit, & de nutrimentis animalium, & hortis, vt ſup. de deci. ex parte tua. in fin. & ſic põt intelligi iſta libertas de decima debita eccleſijs parochialibus, vel poteſt intelligi etiam de decima, quæ datur a beneficiatis ſummo Põtifici, vel illi cui ille iuſſerit, de qua ſup. de deci. c. 1. à qua poſſunt eſſe liberi aliqui fructus de iure, & ẽt de cõſuetudine: de iure crederẽ liberos fructus, qui pro quotidianis diſtributionibus aſſignãtur & lucrantur, nam tales diſtributiones à laborantibus in vinea Dñi quotidie, ſic lucro fiunt, & ſub eorum proprio appropriant, ꝙ de ipſis teſtari poterũt, ſicut ruſticus de denario diurno, iuxta ea q̃ legũtur & notant maxime ꝑ Hoſt. ĩ. de pecu. clerico. c. ſi. de teſta requiſiti. circa ſi. de magiſtris. c. ſi. Itẽ de agricultura, de lucro ſeruorũ de hoc quod nent, ſeu filant moniales, vel ſcribunt monachi, licet totum ſit monaſterij. Item de quotidianis oblationib. ſeu legatis, quę religioſis maxime mẽdicantibus offerũtur, arg. ſup. de ſta. reg. c. 1. de exceſ. pręla. nimis ſeu alijs hoſpitalib. vel domib. religioſis arg. ĩ. de præb. per litteras. & de relig. dom. quia contingit. concil. Vien. de pecunia relicta à teſtatore pro certis anniuerſarijs, capellanijs, vel alijs officijs eccleſiæ ꝑpetuo emẽdis, ar. ĩ. de teſta. tua. & c. cũ his. nec de beneficijs valde minutis ſeu pauperibus. arg. ſu. de cler. ęgro. c. 1. Sed quid dicetur pauper ſeu exiguum? Hoc relinquatur arbitrio eorum iuxta ea quæ notaui ĩ. de reb. eccle. non alie. monaſteriorum. concil. Vien. in verbo, modicum. Credo tñ ſicut regulariter datur alia decima, quæ debetur eccleſijs parochialibus de omnib. fructibus ſaltem realibus, vt ſupra de deci. nuncios. & cap. ex parte & cap. ex tranſmiſſa. ſic iſta quę debetur Papę ſaltẽ arg. ſup. de deci. cap. 1. vñ ſicut de iſtis vel ſimilibus non dabitur decima collectoribus ei⁹, ſic nec iſta veniẽt in diuiſionem iſtam vidi tñ in Catalonia, ꝙ oĩa etiam quotidianus victus monachi ſub hac diuiſione includebantur, & male.

[...ctus q ...eccleſia... ...i ſic libe... ...nt vt ...d ...s ad pla... ...i poſſit ...oni.]

e ¶ Diuidãtur.] ſ. alij fructus, non aũt liberi à decima.

f ¶ Habeat is.] illã. ſ. quam diuiſionem per aliã factã de alijs, tã in rebus, quã in pecunia exiſtentibus ipſe elegerit, vt ſic tam propter ordinẽ litteræ, quã ẽt prorogatiuam, qua fungitur in hac parte, in optione potior habeatur. arg. ſup. §. præced. facit ſup. de paroch. c. 1. & de elect. ſi quis iuſto. de præb. mandato. & c. ij qui. lib. 6. & habebit decem dies ad optãdum, alias in aliũ optio deuoluetur. per. § præcedentem.

g ¶ Prædictis.] ſcilicet priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto.

h ¶ Supportandis.] quæ ſi non ſufficiant, quærat ſibi aliunde, vt ſup. dixi.

i ¶ Voluerit.] ſupple, & volitũ ſuũ expreſſo ore, vel per aliqua interſignia indubitata oſtẽderit, arg. inf. de cõceſ. præb. cum ei. concil. Vien. alias nõ ꝑſumitur quis de facili velle iactare pecuniam, aut iuri ſibi acquiſito renunciare. arg. ſup. de renun. ſuper hoc. Sed qd ſi nolit ſuum volitũ ſup. hoc declarare verbo vel facto ſed tacẽdo permittit, ꝙ alter fructus colligat, nunqd tacendo videtur oſtendere ſe nolle ipſos, vel potius velle? Et vr̃, ꝙ velle potius, quam nolle, cũ in appetibilib. taciturnitas habeatur pro cõſenſu: in odioſis vero pro diſſenſu, vt ſup. de reg. iur. is qui tacet, & cap. qui tacet. lib. 6. Dic quod ſuper hoc expedit volenti, vt alium coram teſtibus, vel tabellione requirat, vt dixi ſup. in alio membro, & ſi hoc modo nõ poſſit de ſua voluntate conſtare, quod faciat per ſuum ſuperiorem ſibi aſſignari terminum. argu. ſup. de præben. ſi tibi abſenti. in fin. lib. 6. alias non video quod pars parti poſſet terminum aſſignare, vel ipſam ad oſtendendum ſuum volitum compellere, cum non habeat imperium par in parem, vt ſup. de elect. innotuit. Nec appellatio decem dierum, de quibus loquitur. ſup. § proxi. & ſup. de præben. ſi pluribus, lib. 6. ſeu. xx. de quibus, ſup. de conſue. ca. ſi lib. 6. vel mõſis, ſup. de conceſ. præb. cum ei aliquid in hoc caſu faciat, cum diuerſi caſus ſint, non ijdem ſeu aduerſi, & Papa in iſto ſicut in illis potuiſſet proſpicere ſi voluiſſet, quòd nõ fecit: & ſic ad iura cõia recurremus, arg. ſup. de deci. ad audientiam, cum ſimilibus. Sed quid ſi procurator ſeu collector dixit ſe velle partem illam, Dominus autem, rex, vel fabrica ſtatim dum ſciuit, reuocauit hoc, & dixit ſe nolle: nunquid in hoc caſu factũ procuratoris nocebit domino? Et vr̃ ꝙ ſic, cum ſit in omittendo potius quam committẽdo: & ſic dẽt dño nocere, & imputet, ꝙ ſic negligentem eligit. ſu. de cle. ſi compromiſſarius, lib. 6. In contrarium vr̃ cũ expreſſio voluntatis potius in committẽdo, quam in omittendo exiſtat, & ſic non debet nocere, maxime cũ in talib. delictum ſeu factum perſonæ non noceat

[Iuri ſuo nõ renũciat qs de facili.]

[Procuratoris factũ an domino noceat.]

ecclesia, vt sup. de except. cum venerabilis, & errore procuratoris possit retractari negotio nōdū finito. §. de cōfessis, c. fi. de appel. cū cām, de censi. olim. Hoc non est materia propria: sed dic de hoc vt legitur & no. §. vt lit non cōtest. c. I. vide hoc, maxime per Hostiensem. nūtur ista duo: & ideo non sufficit alterum istorum accidere, simile sup. de referi. ex parte, & c. olim. f ¶ Ad quos pertinebit.] scilicet secundum prefatum ordinē, vel alias sm ius cōe vel speciale, de quo su. de offi. ord. cū vos plerumque, in fi. & c. presenti. li. 6.

a ¶ Ipso iure.] post quam de eius voluntate constabit.

b ¶ Et si quicquam.] Quinta pars. Et nota verbum, quicquam, legitur in Euangelio Ioan. 14 in fin. vbi dicitur, & in me nō habet quicquam. j. de elect. quia sepe. li. 6. ibi, quicquam de bonis perceperint, &c. & sic nihil excipitur: immo quantumcunque modicum fuerit quod vsurpatur per istos contra ordinationem prædictam, vsurpans iuxta conditionem suam pœnas infrascriptas incurrit. arg sup. de maio. solitę in fin.

c ¶ Prædictorum.] scilicet benefactorū, vel illorū, quibus ex cōsuetudine, priuilegio seu statuto fructus vacātiū cōpetit, & intellige p se vel per alios eis mandātibus, vel alias post factū ratū habentibus, quod eorum nomine gestū erat, seu præstātibus auxiliū, consilium, vel fauorem, alias non, vt supra. de rest. spo. cum ad sedem, de sen. excom. quantæ. & c. cū quis. lib. 6. non tamē extenditur ista pena ad extraneos ista vsurpātes, nisi forte participarēt cū istis scienter in crimine criminoso, cum tamquam penalis sit restringenda. supra de ele. statutum li. 6. de senten. excom. si concubinæ.

d ¶ Vltra præmissa.] scilicet summam vel residuum in taxatis, vel dimidiū in alijs, iuxta ordinem, vt superius clare patet. Guliel. de monte. Laud.

e ¶ Perceperit.] & sic nota hic duo, scilicet istud, & illud quod sequitur, intra mensē; nisi restituerit cū effectu, esse necessaria ad hoc q̄ quis infra scriptas penas incurrat: ergo si nō perceperit, licet ad eum aliquo casu aliàs peruenerit: vel si pceperit, & restituerit, non incurrit. coniunctim n. po-

te, pars volentis ipso [a] iure transeat ad nolentem, & volens fructus & obuentiones illius beneficij percipiet vniuersos, eidem beneficio congrue faciens deseruiri, ac eius supportans onera consueta.

¶ Et [b] si quicquam aliquis prædictorū [c] vltra [d] præmissa perceperit [e] illudque his, ad quos [f] pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu, [g] eo ipso [h] si [i] episcopus vel superior prælatus fuerit, à pontificalibus [k] & ingressu ecclesiæ nouerit se suspensum. Si autem capitulum, vniuersitas vel collegium ecclesiastico interdicto [l] se nouerit (donec prædicta cum integritate restituerit) subiacere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica vel mundana [n] id fecerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, à qua nisi restitutione præmissa (præterquam in mortis articulo) minime absoluatur, non obstantibus, quibuscūque priuilegijs vel indulgentijs, aut contrariis consuetudinibus aut contrariis statutis, iuramento, confirmatione sedis Apostolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis. Quæ omnia quo ad hæc auctoritate Apostolica reuocamus, cassamus, & irritamus, & nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis reuocationis, cassationis, & voluntatis infringere, vel ei, &c. Si quis &c. Datum Auinion. Calen. Nouembris Pontificatus nostri anno secundo.

g ¶ Cum effectu.] sic verba intelligenda sunt, vt. §. de cler. nō resi. relatum. de pen. dist. 1. l. aut verba.

h ¶ Eo ipso.] post mēsem tñ. simile sup. de sent. excom. quicunque. lib. 6. Si quæras quot dies mensis iste hēat: dic q̄ tot quot habebat ille mensis, in quo istud contingit, si ī Februario. 28 si in Martio. 31. & sic de alijs, de quo not. plene. sup. de ele. quā sit ecclesiis. lib. 6. & si aliqui dies de ipso mense effluxerūt, de alio supplebūtur, facit, quod. no. ff. de diuer. & tempo. prescri pt. leg. 2.

i ¶ Si episcopus, simi les pœnæ ponuntur supra. de vsur. vsurarum. li. 6. in. fi. & dic vt ibi. Guliel. de mōte Lauduno.

k ¶ A pōtificalibus.] De hoc dic vt supra. de offi. de deleg. quia pōtificali, & de sent. excom. cum medicinalis lib. 6.

l ¶ Interdicto. d quo dic. vt supr. de appel. ad hoc, & c. dilectis, & de exces. prælat. tanta. de sen. excom. si ciuitas, & ca. alma. lib. 6. Guliel. de monte Lauduno.

m ¶ Cum integritate. idem in simili dicitur, vt supra. de elec. qa sepe, vbi de hoc. integritas autem diminutionem non recipit, sicut nec adiectione indiget plenitudo. 3. q. 1. redintegranda. 6. questio. 1. si omnia.

n ¶ Mundana.] & sic nota duo genera hominum. 12. quæst. 2. duo. in his enim huius mundi illecebris non debent se implicare clerici, nec se curis prouocare eiusdem: sed potius talia sunt vacātibus laicis relinquenda. 11. quæstio. 1. te quidem. Sed, proh dolor, ipsi volunt proprias manus apponere: & simpliciter religati fortius, & plusquam fortius mendicantes.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

¶ Paulus Venetus Papa ij.

¶ *Bonorum ecclesiasticorum alienatio non tenet: & alienantes & recipientes sunt excommunicati, prælatisque diuersis diuersæ pœnæ imponuntur.*

CAP. VNIC.

Ambitiosæ † cupiditati, illorum præcipue, qui diuinis & humanis affectati damnatione postposita, immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesię monasteria, & pia loca reguntur, illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant, profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum ac diuini

† Vide concil. Trid. sess. 25. de reforma. cap. [illegible]

Immobilia & mobilia pretiosa parantur [illegible]

cultus

cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare præsumunt, occurrere cupientes: omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, preterquam in casibus a iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis, quæseruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione presenti fieri prohibemus; predecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis alijs super hoc editis, quæ tenore præsentium innouamus, in suo nihilominus robore permansuris.

lienationis ariæ sunt pecies.

¶ Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis, & rebus eisdem quicquam alienare presumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi, nullius omnino sint roboris uel momenti. Et tam qui alienat, quam is qui alienatas res & bona prædicta receperit, sentētiam excommunicationis incurrat. Alienanti vero bona ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorum libet inconsulto Romano Pontifice, aut contra presentis constitutionis tenorem, si pontificali uel abbatiali presulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus. Et si per sex menses immediate sequentes, sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eisdem a regimine, & administratione suæ ecclesie, vel monasterij, cui presidet in spiritualibus, & temporalibus, sit eo ipso suspensus. Inferiores vero prelati, commendatari, & aliarum ecclesiarum rectores, beneficia uel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, prepositurис, prepositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura & sine cura secularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienarunt duntaxat, ipso facto priuati existant: illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur: possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis que propterea priuatæ fuerint) libere de iure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ sedis sint specialiter aut generaliter reseruata: nihilominus alienatæ res, & bona huiusmodi ad ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere reuertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre prohibitionis, & innouationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Marcum, anno Dominice incarnationis M.cccclxviij. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

lienans bona ecclesi. & ienata recipiens eadem ena puniūr.

De emptione & uenditione.

¶ Martinus quintus uenerabilibus fratribus Treueren. & Lubicinensi ac Almicensi episcopis.

¶ Contractus emptionis & venditionis annui census cum conditione reuenditionis, declaratur hic non esse vsurarius. Et in fine mandatur quod huiusmodi bulla publicetur.

CAP. I.



Regimini † vniuersalis Ecclesie quamquam immeriti, disponēte Domino, presidentes curis angimur assiduis, ut iuxta credite nobis dispensationis officium subditorum quorumlibet paci & quieti (quantum nobis ex alto conceditur) intendamus: Et dubia, que inter eos oriuntur pro tempore ne litis anfractum, seu scandalorum parturiant fomentum, nostro moderamine declarentur.

† De materia huius Extrauagantis vide glo. & doctores in ca. conquæstus de vsu. Butriū & Imolā in ca. ad nrām, de emption. & vend. Ancha. cons. 30. incip. Dubitari solet. Felinū in ca. si cautio. de fi. instr. & Sotum lib. 6. de iust. & iure q. 5. ar. 3.

¶ Sane petitio dilectorum filiorum vniuersorum, cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum ciuitatis, & diocesis Vratislauien. nobis exhibita continebat: quod a centum annis citra & supra, & a tanto tempore, & per tantum tempus, cuius contrarij memo-

ria hominum non existit: in eisdem ciuitate, & dioecesi, ac partibus alijs vicinis, quędam consuetudo rationabilis obseruata, præscripta, ac moribus vtentium approbata, ad communem hominum vtilitatem introducta fuisset: Pro quibus princeps, baro, miles, ciuis, siue oppidanus partium earundem, cum hoc expedire videbatur, melius pro tunc non valentes sibi consulere per sonæ ecclesiasticæ, aut sæculari collegio, aut vniuersitati, oppido, uel ciuitati, super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris prædiis, domibus, & hæreditatibus vendere consueuit, & vendidit annuos census vnius, uel plurium marcarum aut grossorum Pragensium nummi polomæi, & pagamenti consueti: ad rationem & pro qualibet marca annui census decem, vndecim, tredecim, quattuordecim marcę, aut plus, vel minus secundum temporis qualitatem, prout ipsi contrahentes tunc inter se conuenerant. Ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solui consueuerant, bonis in ipso contractu tunc expressis, pro ipsius census annui exolutione in perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus expresse ipsis uenditoribus data fuit facultas atque gratia, quod ipsum annuum censum in toto vel in parte pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis emptoribus receperunt, quandocunque vellent libere absque alicuius requisitione, contradictione, uel assensu possent extinguere, & redimere, ac se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census venditores arctari inuiti nequaquam per emptores vel adstringi valerent, etiam ipsis possessionibus, & bonis obligatis penitus interemptis seu destructis. Fuitque & est talis contractus emptionis & venditionis per episcopos Vratislauien. pro tempore existentes, & eorum officiales, nec non per diuersos dominos temporales locorum, & terrarum, in quibus census huiusmodi constituti existunt, tanquam licitus, & communi vtilitati deseruiens sæpius confirmatus pariter & approbatus. Quodque etiam super huiusmodi censibus, plurima beneficia ecclesiastica, collegia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus & officia, vicarię, altaria numero plusquam duo millia, de expresso consensu, & uoluntate dominorum temporalium, sub quorum territorijs dicta bona obligata consistunt, erecta, dotata, & fundata, authenticis eorundem dominorum temporalium litteris sigillis sigillatis & roboratis fore noscuntur. Quodque etiam venditores eorundem censuum se nonnunquam ad ipsorum censuum solutionem, pœnis, & censuris ecclesiasticis ordinariorum locorum sponte & libere submiserunt, sicut etiam aliqui eorum tractu temporis compulsi fuerunt, & compelli consueuerunt. Tamen nonnulli ex venditoribus ipsis in arcum prauum conuersi, cupientes cum alterius pecunia locupletari huiusmodi census hucusque per eos antea libere & absque vlla contradictione solutos, eisdem emptoribus tam ecclesiasticis quam sęcularibus soluere contradicunt, & recusant, confingentes huiusmodi emptionis, & venditionis contractus fore, & esse vsurarios & illicitos: ipsos emptores ecclesiasticos & sęculares, nec non collegia, canonicatus, & prębendas, & dignitates, personatus & officia, vicarias, & altaria, ac beneficia huiusmodi, ipsorum annuorum censuum spoliant perceptione, & detinent spoliatos in animarum suarum periculum, eorumque emptorum pręiudicium, damnum & grauamen. Et propterea an contractus emptionis & venditionis huiusmodi licite existant, a nonnullis hęsitatur. Quare pro parte eorundem cleri, nobilium, incolarum & habitatorum ciuitatis & dioecesis Vratislauien. nobis fuit humiliter supplicatum, ut an contractus huiusmodi liciti vel illiciti censeri debeant, declarare, & alias eis in pręmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Consuetudo immemorialis p quid cognoscitur.

Locupletari ex alieno reprobatur.

¶ Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, quia etiam ex relatione dilecti filij nostri Gulielmi tituli sancti Marci presbyteri Cardinalis, cui negotium huiusmodi cum peritorum consilio commisimus examinandum, comperimus contractus huiusmodi iuridicos, & iuxta determinationem doctorum licitos fore. Ad huiusmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium, in præmissis, præfatos contractus licitos, & iuri communi conformes, ac ipsorum censuum venditores ad illorum solutiones (remoto contradictionis obstaculo) obligari auctoritate Apostolica, tenore præsentium ex certa scientia declaramus: Non ob-

obſtantibus præmiſſis ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noue fit incurſurum.

¶ Volentes quod prędictæ litteræ noſtræ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, præfatis emptoribus in præmiſſis opportuni fauoris præſidium efficaciter impendẽtes, dictaſque litteras vbi, quãdo, & quotiens expedire videritis, auctoritate noſtra ſolemniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eiſdem emptoribus, vel ipſorum procuratoribus eorum nominibus, per venditores ſeu debitores cenſuum huiuſmodi de præfatis cenſibus iuxta contractuum, & conuentionum inter ipſos habitorum formam & tenorem, & plenam & debitam ſatisfactionem impendi: Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas nõ facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionẽ. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos ſexto nonas Iulij, Pontific. noſtri anno octauo.

[Pr]iuilegium [pa]pæ pôt a [cen]ſura eccle[si]aſtica præ[se]ruare.

¶ Calixtus tertius epiſcopus, Magdeburgen. Nuremburgen. & Halberſtaden. eccleſiarum decanis.

¶ *Contractum quendam emptionis, & venditionis præcedenti ſimilem declarat eſſe iuri cõſonum, & ab vſuris alienum. Et tandem iubet præſentem bullam cunctis manifeſtari.*

CAP. II.

Vide Doct. in prox. pc. Extrauag. citatos.

ij Regimini † vniuerſalis Eccleſię quanquam immeriti diſponente Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, vt iuxta nobis crediti diſpenſationem officij ſubditorum quorumlibet paci & quieti (quãtum nobis ex alto conceditur) intendamus: Et dubia quæ inter eos oriuntur pro tempore (ne litigium, anfractus exinde ſeu ſcandala proueniant) debito (prout iuſtitia ſuaſerit) declarationis noſtræ miniſterio ſopiantur.

¶ Sane pro parte venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Merſburgen. & dilectorum filiorum vniuerſi cleri ciuitatis & diœceſis Merſburgenſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet a tanto tempore cuius contrarii memoria non exiſtit, in diuerſis Alemaniæ partibus, pro communi hominum vtilitate, inter habitatores, & incolas partium earundem talis inoleuerit, hactenuſque obſeruata fuerit legitime pręſcripta, ac moribus vtentium, & ordinariorum permiſſione, & plerumque expreſſa ratificatione approbata conſuetudo, quod ipſi habitatores, & incolę, ſiue illi ex eis, quibus id pro ſuis ſtatu, & indemnitatibus expedire viſum fuerit, ſuper eorum bonis, domibus, agris, prædiis, poſſeſſionibus, & hæreditatibus, annuos marcarum, florenorum ſeu groſſorum monetę in partibus illis currentis redditus ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis, florenis ſiue groſſis huiuſmodi, ab eis qui illas vel illos, ſiue redditus ſiue cenſus ipſos emerint certum competens pretium, in numerata pecunia ſecundum temporis qualitatem, prout ipſi vendentes, & ementes in contractibus ſuper his inter ſe firmauerunt, & recipere ſoliti fuere illa ex domibus, terris, agris, prędiis, poſſeſſionibus, & hęreditatibus prędictis, qui in huiuſmodi contractibus expreſſi fuerunt prędictorum ſolutione redditum, & cenſuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium fauorem: Hoc adiecto, quod ipſi pro rata, quã huiuſmodi per eos receptam dictis ementibus reſtituerent in toto vel in parte pecuniã, a ſolutione redditum ſeu cenſuum huiuſmodi reſtitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitus & immunes. Sed idem ementes etiam ſi bona, domus, terrę agri, poſſeſſiones, & hęreditates huiuſmodi proceſſu temporis, ad omnimodę deſtructionis ſiue deſolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen hęſitationis verſatur ſcrupulus, an huiuſmodi contractus liciti ſint cenſendi.

Conſuetudo dictius utentium moribus approbatũ.

¶ Vnde nonnulli illos vſurarios fore prę-

tendentes, occaſionem quærunt redditus, & cenſus huiuſmodi ab eis debitos non ſoluendi. Quare pro parte epiſcopi & clerici prędictorum aſſerentium, quod in talibus ſic emptis cenſibus & redditibus, fructus, redditus & prouentus plurium eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & eccleſiaſticorum beneficiorum ciuitatis, & diœceſis ac partium prædictarum, nec non fere omnes quotidianæ diſtributiones, quæ in plerſque ex eccleſiis ipſis diuinis intereſſentibus miniſtrari ſolent, conſiſtere noſcuntur: nobis fuit humiliter ſupplicatum vt ſuper his Apoſtolicæ ſedis declarationis oraculum impertiri, & adiicere paterna dilectione curaremus.

Dubia declarare ſũmi Põtificis eſt.

¶ Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, & factas ex commiſſione felicis recordationis Martini Papæ v. prædeceſſoris deſuper examinationẽ, & eiuſdem prædeceſſoris noſtri declarationem, attẽtius perſtringentes, ſuiſque veſtigiis inhęrentes, ad omne ſuper his ambiguitatis tollẽdum dubium, præfatus contractus licitos, iurique conſormes & vendentes eoſdem ad ipſorum ſolutionem cenſuum, & redditũum, iuxta dictorum contractuum tenores (remoto cõtradictionis obſtaculo) efficaciter teneri auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie declaramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentari præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrũ, anno incarnationis Dominicę M.cccc.lv. pridie Non. Maij, Pontific. noſtri anno primo.

¶ Volentes itaque quod prædictæ litteræ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, dictis prępoſito, decano, capitulo, ac aliis beneficiatis opportunæ defenſionis præſidio aſſiſtentes, dictaſque litteras (vbi & quando ac quotiens expedire videritis) auctoritate noſtra ſolemniter publicantes, faciatis, & eadem auctoritate per venditores ſeu debitores redditũum, & cenſuum huiuſmodi dictis emptoribus, ſeu illis, quibus ipſorum redditũum & cenſuum ſolutio præſtanda fuerit, de eiſdem cenſibus & redditibus iuxta contractuum, & conuentionum ſuper his habitorum formam, & tenorem, plenam & debitam ſatisfactionem impendi: contradictores vero per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non faciẽtes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem. Dat. vt ſup.

De ſepulturis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Corpora defunctorum exenterantes, & ea immaniter decoquentes, vt oſſa a carnibus ſeparata ferant ſepelienda in terram ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati.

CAP. I.



Eteſtandæ [a] feritatis [b] abuſum, quẽ, [c] ex quodam more † horribili [d] nonnulli fideles improuide proſequuntur, nos piæ intentionis ducti propoſito ne abuſus prædicti ſæuitia vlterius corpora humana dilaceret * menteſque fidelium horrore commoueat, & perturbet auditum, digne decreuimus abolendum. ¶ Præfati namque

DEteſtandę. ¶ Huic ſtatuto cauſam dedit bonæ memoriæ N. tituli ſancti Laurentij in Damaſcho Presbyter Cardinalis. Et hoc ca. diuiditur in ſex partes: Primo procemium ad dicenda præmittit. Secundo. §. [Præfati.] factũ horrendũ ponit. Tertio, §. [volentes.] ſuper facto huiuſmodi ſtatuit. Quarto, §. [Sed vt defunctorum.] voluntates defunctorum moderando docet exequi. Quinto. §. [Nos enim, contra ſtatutum huiuſmodi facientes pœna excommunicationis, & defunctum, vt eccleſiaſtica careat ſepultura, punit. Sexto, §. [Nulli.] inhibet, ne contra prohibitionem huiuſmodi fiat, volẽsquod facientes indignationem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum incurrant.

a ¶ Deteſtandæ.] id eſt execrãdę vel abominãdę, ſic ſumitur ext 6. lib. de conceſ. præb. ca. deteſtanda. ext. de fil. presbyt. ex tranſmiſſa. extra qui fil. ſint legit. per venerabilem, circa fi. Alio modo accipitur deteſtari, hoc eſt abſenti denũciare, vt deteſtatio ſit denunciatio facta cũ teſtatione. Vnde deteſtari, denunciãdo teſtari ff. de ver. ſig. l. ſub ſignatũ. §. deteſtari. & l. ſ. q. Io. Mon.

b ¶ Feritatis.] ideſt. crudelitatis. inſtitut. & ff. ſi qua. pau. fec. dic. circa pri. Io. Mo.

c ¶ Abuſum.] i. malũ vſum, ſeu contra rationẽ. ext de elect. quiſquis. & c. quod ſicut. 2. reſponſo.

d ¶ Horribili.] hic horror exprimitur. inf. eo. §. præfati. & dic horribili, ideſt, abominabili, 32. qu. 4. ſi vxorem. ext. de ſpon. veniens. 1.

† Alias modo.

a ¶ Im-

fideles huius suæ improbandę [a] vtique consuetudinis vitio intendentes, si quisquam ex eis genere nobilis, vel dignitatis titulo insignitus, præsertim extra suarum partium limites debitum † naturæ persoluat, in suis vel alienis remotis partibus sepultura electa, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis [b] affectu truculenter [c] exenterant [d], ac illud membratim vel in frustra [e] immaniter [f] concidentes, ea subsequenter aquis immersa exponunt ignibus decoquenda. Et tandem (ab ossibus tegumento [g] carnis excusso) eadem ad partes prædictas mittunt, seu deferunt tumulanda [h]. Quod non solum diuinæ maiestatis cõspectui abominabile plurimum redditur [i], sed etiam humanæ considerationis obtuitibus [k] occurrit vehementius abhorrendum [l].

¶ Volentes igitur (prout officij nostri debitum exigit) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantæ abominationis, tantæq; immanitatis, [m] & impietatis abusus penitus deleatur, nec extendatur [n] ad alios: Apostolica auctoritate statuimus & ordinamus, vt cũ quis cuiuscũq; status aut generis seu dignitatis [o] extiterit, in ciuitatibus, terris, seu locis, in qui-

a ¶ Improbandæ.] & merito, cum enim consuetudo qua tenditur ad rerum abusum, sit reprobata extra de consue. ex parte de offic. ordin. si canonici libr. 6. multo magis illa est reprobanda, qua tenditur ad abusum corporum humanorum, quæ nõ recipiunt (propter eorum excellentiam) æstimationem, §. si quadru. pau. fe. dic. leg. ex hac lege. ff. de his qui deie. uel effu. le. prima. §. sed cum homo. sic nec libertas æstimationem recipit. ff. de reg. iur. l. libertas.

Corpus humanum nõ recipit æstimationem.

b ¶ Impiæ pietatis.] prætextu enim pietatis impietas non est committẽda. 30. q. 1. nosse. 1. quæst. 1. non est putanda, & sicut ministerium pietatis est consolari merentium corda. 45. dist. disciplina, in fin. sic desolari eadem sub colore obsequendæ, voluntati improbæ, defunctorum est impietas: cõtristatur. n. quis merito cum videt illa diuidi, quæ non patiuntur diuisionem commodam, quo casu in re etiam communi non fit diuisio, sed de iure fit uni adiudicatio totius rei, æstimatione alteri pro sua parte danda. Inst. d. offi. iudi. §. eadem. & §. seq. de leg. 1. non amplius, §. ult. nec per hoc c. derogatur electioni sepulturæ, sed modus hic narratus merito reprobatur, ut infra, §. sed ut defunctorum. Sic Iacob & Ioseph elegerũt sepulturam, ut Iacob. conditus aromatibus integre, & Ioseph corpore incinerato eius ossa ad sepulturam paternam portarentur. Gen. c. ult. extra de sep. ca. 1. libr. 6. 13. q. 2. c. Ebron. & c. vnaquæque. ver. Item Iosep Ioan. Mona. Cardinalis.

Mori est naturæ debitũ soluere.

…eis cõis adiudicatio fit …diuidi nõ possit.

c ¶ Truculenter.] a truculentus, qui est plenus truculentia, vt in hymno.

Arcet luporum truculentam rabiem:

d ¶ Exenterant.] i. extrahunt interiora, unde exentera intestina dicuntur, quasi ex intra trahantur. ex quo uerbo & pluribus positis in hac constitutione videntur intestina per incisionem corporis non debere ex trahi, vt forsan corpus per aliquot dies custodiatur super terrã ad expectandum defuncti amicos, & ratio redditur. 23. quæstio. 5. si non licet. Item ius statuit quo loco quis debet sepeliri, & licet ius det electionem sepulturæ, hoc iuris beneficium non debet trahi ad dispendium illicitum. C. de vsuc. pro empto, eum qui siue sit illicitum in modo vel facto. ut hoc c. & dicto. c. si non licet. Item humana corpora sub certa pœna prohibentur sepeliri in ciuitatibus. ff de sepul. uiol. l. 3. §. diuus, ne contingat infectio, quæ si contingat, est purganda. ff. de not. ope. nun. l. de pupillo, §. si quis riuos. ergo propter beneficium electionis sepulturæ non debet committi, unde habeatur contagium, horror, seu infectio. Et ideo ne contingat infectio, debet corpus tradi ecclesiasticæ sepulturæ, & fieri seruitium conuocatis amicis. Sed contra, licet corpus humanum condire aromatibus, & hoc est ornare ipsum, sed ornatus præsupponit mundum, nam munda ornari debent, non immunda, unde Apostolus, ad Romanos. 13. Abijciamus opera tenebrarum, hoc est vitia, & induamur arma lucis, id est, uirtutes quæ faciunt hominem lucidum & armatum contra vitia, & ut dicit Boetius: Prius sunt extirpanda vitia, quã inferantur uirtutes, ergo condiendum prius erit a fęcibus mundandum: ꝙ fit leuius per incisionem. Dicũt quidam quòd hoc est tolerabile in maximis viris extra forum proprium longe morientibus, uel in remotis valde sepulturam eligentibus. Dic contra, ne fiat diuisio incommoda, quę etiam est prohibita in profanis, ut dictum est, præsertim cum ius commune sine caprione & calumnia electionis sepulturæ intelligendum sit. ff. ad exhi. le. pen. & ad arg. dic ornatum præsupponit mundum, dum tamen mundare quod intenditur non sit prohibitum. ut hic. Et est hic aliud hoc mundare contra naturam rei, nam cadauer, id est, caro data vermibus debet dari terrę, nam caro est terra, & in terrã reuerti debet. vnde quòd corpus Iesu Christi & Iacob fuit conditum aromatibus, ut habetur. Io. 19. & Gen. vlti. non tamen habetur ibi quod fuerit exenteratum. Ioan. Mon.

…Exentera… quid dicantur.

Mortuo aliquo an possint intestina extrahi, ut expectentur amici.

e ¶ Frusta.] sine r in vltima syllaba. Et est frustũ, pars carnis uel panis: sicut lupus frustatim comedit agnum, 13. q. 1. §. his ita uer. item Apostolus, laborantem agricolam, &c.

f ¶ Immaniter.] id est crudeliter. C. de emen. ser. l. 1. in fin. Reperitur tamen quandoque immanis pro grandi, vt hic, immania cete, & forte est ratio, quia grandes consueuerunt esse crudeles.

Immanis duo significat.

g ¶ Tegumento.] id est, coopertura. ff. de auro, & argẽ. leg. argen. in prin.

h ¶ Tumulanda.] Illud forte attendentes.

Mollius ossa cubant, tumulis sociata parentum. Alias, Mollius ossa cubant, manibus tumulata parẽtum, I. M.

i ¶ Redditur.] cum diuiditur quod commode diuidi nequit, & sic in re Dei peccatur. extra de cor. vit. significauit, 23. q. 5. si non licet.

k ¶ Obtuitibus.] id est, aspectibus.

l ¶ Abhorrendum.] nam quod quis abhorret in seipso, iure naturali habet abhorrere in alio. ext. de offic. ordi. ae reprimendam, & d. c. si non licet. iuxta. illud.

Quod tibi uis fieri. mihi fac quod non tibi, noli: Sic potes in terris uiuere iure poli. Ioan. Mona.

m ¶ Immanitatis.] id est crudelitatis.

n ¶ Nec extendatur ad alios.] deinceps, quia statuta dãt formam futuris negotijs, extra de consti. c. ult. C. de legi. & con. l. leges & constitutiones.

Moriuntur magni vt parui.

o ¶ Dignitatis.] nunquid comprehenduntur episcopi, & etiam laici reges? Dic ꝙ sic, quia unus est introitus omnibus ad uitam, & similis exitus. Sap. 7. & quo ad id de quo agitur est negotium ecclesiasticũ, in quo omnes æqualiter subsunt Papæ statuenti. Nec hoc casu tollitur

tur desiderium defunctorum, sed differtur, ut infra, §. proxi. Nec obstat ꝙ notabilia sunt spāliter exprimenda alias viderentur neglecta. ff. de iniu. l. item apud, 8. edictum, quia hic respicitur status hominis post mortem, in quo non est distinctio liberi vel serui. auth. de mo-ma §. 1. coll. 1.

bus catholicæ [a] fidei cultus viget diem de cetero claudet extremum: circa corpora defunctorum huiusmodi abusus vel similis nullatenus obseruetur, nec fidelium manus tanta immanitate fœdentur. Sed vt defunctorum corpora, sic impie ac crudeliter non tractentur, deferantur ad loca, in quibus viuentes elegerint sepeliri, aut in ciuitate, castro, vel loco vicino ecclesiasticæ sepulturæ tradantus ad tempus, ita quod demum incineratis corporibus, aut alias ad loca vbi sepulturam elegerint, deportentur, & sepeliantur in eis. Nos enim si prædicti defuncti executor vel executores aut familiares eius, seu quiuis alij cuiuscumq; ordinis, conditionis, status, aut gradus fuerint, etiam si pontificali dignitate præfulgeant, aliquid contra huiusmodi nostri statuti, & ordinationis tenorem præsumpserint attentare, defunctorum corpora sic inhumaniter & crudeliter pertractando, vel faciendo pertractari, excommunicationis sentētiam, (quam exnunc in ipsos proferimus) ipso [b] facto se nouerint incursuros, a qua non, nisi per Apostolicam sedem (præterquam in mortis [c] articulo †) possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille cuius corpus sic inhumanè tractatum fuerit, ecclesiastica careat sepultura. [d] Nulli ergo, &c. Datum Lateranen. xij. Calend. Martij, pontificatus nostri anno sexto.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Super prædicationibus, confessionibus, & sepulturis, prouidet hoc ca. vt tollat contentiones, quæ olim erāt inter curatos ex vna parte, & Iacobitas, et cordigeros ex altera. Hoc ca. licet fuisset sublatum per extrauagantem, inter cunctas, quæ est infra de priui: est tamen hodie innouatum per cle. dudum. de sepultu.

CAP. II.

SVper † cathedrā [e] preeminētię pastoralis diuina disponente clemetia constituti, & si multis & arduis, quę in amplum

a ¶ Catholicæ fidei.] & sic hæc cōstitutio non inhibet ubi catholicus decederet ĩ terras Saracenorum, immo inhibetur modus hic expressus. Sed si sunt tanti, deberent cōdiri aromatibus, ut dictum est de Iacob: alias permittantur incinerari, vt in Ioseph. vnde subaudi hic, maxime
b ¶ Ipso facto.] sed pœna excōicationis ante istam constitutionem, aut præter eam. ut in casu posito, locum sibi nō uēdicat, vtpote antea non inflicta. Et dico istum modum esse illicitum ante istam constitutionē: quia corpus humanū cuius facies ad similitudinem cælestis pulchritudinis est figurata, nec maculari, nec defigurati dēt. C. de pæ. l. si quis in metallum. Item improba est uoluntas defuncti, qua mandat reliquias suas post mortem suam in mare proijci, ff de cōdi. inst. condi. & l. quidam. ff. de leg. 1. seruo alieno, §. fi. quòd tamen non est ita horribile sicut istud. Item humana natura est erubescēda. in authen. ut defun. seu fu. §. 1. coll. 5. Sed contra. ff. de reli. & sup. fu. cū in diuersis. So. lex illa non dicit, vtrum humanum corpus debeat diuidi vel non, sed quærit quid iuris sit si diuisū fuerit forte ab hostibus vel ab alijs. Nec obstant. C. de adulte. l. quāuis adulterij, in fi. vbi quis decapitatur, nec. C. de ser. fug. auth. sed nouo iure, ubi manus amputatur, nec ext. de homi. tua nos, §. vlt. ubi oculi eruuntur, & uirilia amputantur; quia hæc fiunt ad iustitiam exercendam, ut pęna unius sit metus multorū, C. ad le. Iu. repe. l. 1. Nec obst. si dicatur, homo motuus non est homo, quia saltem retinet figurā, & reliquias humanæ naturæ: & ideo etiam post mortem corpus humanum non recipit æstimationē, ar. auth. ut de fun. seu. eorum. §. 1. coll. 5. ĩ fi. C. de sepul. viol. l. 3. & fi.

Facies humana est ad similitudinē diuinæ pulchritudinis figurata.

Corpus humanum propter iustitiā exercendam varijs pænis sub.jci pōt.

c ¶ Mortis articulo.] hoc semper excipitur, ext. lib. 6. de pæ. felicis. §. præsenti. eō. de off. ordin. c. pastoralis, §. 1.
d ¶ Sepultura.] sed qūo defuncto imponitur pęna hic? Dic ex sequela præcedentis delicti, sicut & honor fit ei ex signis quæ in eo apparuerunt ipso uiuo. extr. de sen. excom. a nobis. 2. Sed tu dices: iste nō mandauit in specie: sed tantum in genere, quòd non continet illicitum, ff. de condi inst. l. procurator. Sol. iste mandās genus vidctur secundum unum solitum mandare: qui hic reprobatur, & ideo hic punit. vel dic ꝙ hic punitur sine culpa, licet non sine causa: quia hic punitur pg detestationem facti, & sequelæ eiusdem, sicut sæpe fit, ut not. extr. de constitu. ca. cognoscentes, & cap. antiqua. de priui. Io. Monach.

Mortuis q[...] que pęna im[...]ponitur.

† Vide cōci. Trid. ses. 14. c. 7. de casuū reseruatiōe.

ADDITIO. Adde ad materiā huius decret. consilium Oldr. 77. quod incipit, thema tale est, ubi concludit, quod nepos non eligens sepulturam, sepelitur in sepulchro patris, & aui, licet sit in ecclesia mendicantiū, dato quod superiores eiusdem sint sepulti in ecclesia parochiali, ubi uide optimas rationes. Io. Frācisci.

Additio Io. Franc.

e SVper cathedrā.] Hoc statutum ordinat, prouidet, & decidit super tribus articulis, s. de prædicationib faciendis, & confessionibus audiēdis, ac de sepulturis; & occasione earū lucris. Super quib. fuit grandis contentio inter prælatos, & rectores parochialiū ecclesiarum ex parte una, & pdicatores & minores ex altera, præsertim a tpe felicis recordationis Martini Papæ iv. cuius indultum prędictis fratribus cōcessum per hoc statutum est sublatum. Et hoc statutum diuiditur in octo partes. Et primo ponit auctor procemium ad dicenda. Secundo, §. Ab olim, factum super dictis art. narrat. Tertio, quarto, & quinto. §. Diligēti, & §. Statuimus, & §. Hmōi quoq; super dictis trib. articulis prouidet seu ordinat. Sexto, §. Nos etenim, priuilegia indulgentias, gratias uerbo uel scripto concessas consuetudines, conuentiones, & statuta, & pacta, prout prædictis seu aliquib. eorum sunt aduersa, cassat, & irritat. Septimo, §. Ceterū, prelatos & rectores rogat & hortatur, ut se dictis fratrib. beneuolos reddāt, sec9 faciēdo præ-

† Ad intelle[...]ctum huius extrau. uide oīno. Oldr. conc. 287. ic[...] Qōnes ppo[...]sitæ, ti. de sepulturis, & cōs. 288. inc[...] Scda qō est[...] eo. ti. Anch. in c. 1. q. 13. de consti. & Are. cōs. 85. inc. Considerata diligenter.

Romanæ curiæ alueum vndique confluunt, [a] quaſi torrens [b], prægrauemur negotijs [c], curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur, circa id tamen feruentibus uotis intendimus, vacamus inſtantius [d], ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impertimur, ut ad diuini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præciſis radicitus diſſidiorum [e] vepribus [f], & litigioſorum anfractibus [g] omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites ad curam & regimen gregis Dominici deputatos [h], ceteraſque perſonas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas, animorum identitas perſeueret. Scimus enim & ex euidentia facti colligimus, quod non [i] niſi in pacis tempore bene colitur pacis autor, nec ignoramus, quod diſſenſiones [k] & ſcandala prauis actibus aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent.

prælatis & rectoribus comminando. Octauo §. nulli ergo, ut præmiſſa non infringantur, mandat, & contrariū faciens indignationem Dei & beatorum Apoſtolorum incurrat. Et pro prælatis & rectoribus iſta ſunt ſpecialiter notanda. Primum eſt, quod non eſt hic ſpecialiter conceſſum, cenſetur eſſe denegatum. arg. C. de appell. præcipimus, in fi. extra li. 6. de elect. conſtitutio. Et eſt ratio, cum dicti Fratres pugnent contra ius cōe, quod non eſt expreſſe ſublatū, ſtat. extra de priuil. paſtoralis. preſertim ubi priuilegium habet alias effectum, ut d. c. paſtoralis. & c. in his. Item ſecūdo hac conſtitutione priuilegia, pacta, conſuetudines, conuentiones, ſtatuta, gratię ſeu indulgentiæ hic ordinatis aduerſa ꝑ hanc conſtitutionem reuocantur. ſimile video extra lib. 6. de elect. cum non deceat. & c. quia ſæpe. & eo li. de ſent. ex. ō. c. vlt. in fi. Item videtur notandū, ꝙ prælati non denegēt dictis Fratrib. licentiam petitā ſimpliciter, ne id quod eſt poteſtatis ordinariæ, fiat poteſtatis Apoſtolicæ, & poteſt fieri hæc conceſſio ſimpliciter, vel ad tempus. Et forte dare ſimpliciter, ne pro malitia notaretur. Et concedendo ſimpliciter eſt facultas reuocandi, qñ uolet ordinarius, vel in totū, uel in partem, ff. de iudi. iudicium ſoluitur. Contra dic, nam in hoc caſu eſt gratia, licentia & beneplacitum; ſiue quo ad prælatos, ſiue quo ad Papam gratioſe concedentem in negligentia prælatorum, inf. eo. §. ſtatuimus, & verſ. ſi uero ijdem. Et gratia non debet reuocari, cum ſit perpetua. extra lib. 6. de offi. deleg. ſi ſuper. Et nos beneficijs deceat adiuuari, nō decipi. ff. commo. in commodato, §. ſi ex facto. in fi. argu. C. de donat. quæ ſub modo. l. pfecta. Nec obſtat l. iudiciū, in qua nō ſit datio, ſed cognitio, & cogniti executio & hoc in ſimili not. extra de elect. in cauſis. Et hic non præſumeretur malitia, ſi prælatus ſic diceret, do uobis uſque ad tale tp̄s, deliberaturus poſtmodum de tēpore longiori, prout audiam merita & diligentiam Fratrum eligendorum. Item notandū ne dicti Fratres metas exeant dictę ordinationis & ipſis exeuntibus ſint repellendi, unde delegatis principis uenientibus ad certam prouinciam, præſes eiuſdem non debet ſinere eos amplius facere, quam eorum legatio ſe extendat, auth. ut iud. ſine quoquo ſuffra. §. volumus, coll. 2. Et eſt ratio, delegatus habens ptātem a Principe, illud tantum proſequatur, quod ſibi ſpecialiter eſt conceſſum, nec alia vſurpet. C. de excu. & exac. l. quicunque, lib. 12. præſertim, cum contra hoc ſtatutū Fratres priuilegiati non exiſtant, immo priuilegium ſi contra ipſum ſtatutum habent, eſt ſublatum. inf. eo. §. nos etenim. Sed an iſto caſu prelati poſſint animaduertere in tales excedentes, notaui extra lib. 6. de priuileg. c. epiſcoporū. Pro fratribus illud eſt notandum, ut ipſi formam huius ſtatuti diligenter obſeruent, & ipſius limites nō excedant, extra lib. 6. de priuileg. uolentes, in princ. Sic enī ſeruare debent, priuilegia, ut eorum mentem minime tranſgredi uideātur. extr. de priuil. porro, & excedentes metas priuilegiorum coerceri poſſunt, ſi ſuo indulto non contenti iuſtitiam impediunt aliorum. extra de priuil. parentibus, priuilegium enim meretur amittere, & c. 11. q. 3. priuilegium, extra de ſent. excom. contingit 2.

[N]egatū cenſetur qđ expreſſe non conceditur.

Gratia Papæ eſt ꝑpetua.

¶ Cathedram.] cathedra eſt nomen græcum, & eſt excelſa ſedes præſidentis. Et componit̃ a cathos, qđ eſt ſedes, & edra, id eſt, ſponda, q̄ eſt pars lecti. Et proprie cathedra eſt doctorum, quæ cōpetit præ ceteris ſummo Pontifici: qui ſicut præeminet ceteris dignitate, ita ceteros ꝓcellat ſanctitate. 2. q. 1. viliſſimus.

Cathedra qđ ſit & unde dicitur.

a ¶ Confluunt.] vnde omnes oppreſſi ſedē Apoſtolicam poſſunt adire. 2. q. 6. omnis. & c. ſeq.

b ¶ Torrens.] nā proprie dr̃ torrens qui ex diuerſis partibus, aquam recipiens, torret, id eſt, uertit & voluit: ſic Papa nunc ad hunc, nunc ad illū ſe vertere habet & voluere.

c ¶ Negotijs.] unde Papa prægrauatur id eſt, præ alijs grauatur negotijs. Et eſt negotium quaſi negans otium. Non ergo uacet otijs & nugis, qui curis exercitari habent innumeris, ut ſequitur.

Negotiū vnde dicitur.

d ¶ Inſtātius.] ex hoc nota, ꝙ habēs ad multa intendere, ad id debet qđ eſt grauius manū apponere, ſicut ille qui ſe vult liberare iuris præſumptione, ab eo quod eſt ſibi grauius ſoluendo ſe liberat. ff. & C. de ſol. l. 1.

e ¶ Diſſidiorū.] id eſt diſcordiarum, ut habetur.

Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe.

Verſus.

f ¶ Vepribus.] ſicut enim uepres pannos & carnes hominum lacerant, ſic & diſſidia mentes.

g ¶ Anfractibus.] qui nonnullas moras habent. ff. ut lega. no. l. etiam.

h ¶ Deputatos.] vt paſcāt præcipue, non ut tondeant ſeu paſcantur, niſi acceſſorie, extra de ꝓſcri. cum ex officij. extra de cēſi. procuratores, & c. cū Apoſtolus, extra lib. 6. de offi. ord. ſi ep̄s. Sed hodie grex 1. iſte ſic reſpicit̃, ꝙ nulli ſeu pauci (proh dolor) intendunt ad paſturā, & oēs cōiter ad tōſurā, intendētes emūgere, non nutrire, lac & lanā curantes, non ouē. in termino a quo, in quo incipere deberent. ut eſt uiſitatio, & medio ꝑ quē procedere dēt, ut eſt correctio, & morū reformatio, ſicut gallus ſuꝑ prunas currentes, vt in termino ad quē principaliter tendunt ut eſt ventris & burſæ repletio prout proponunt diutius immorentur, & ob hæc prælati non dicuntur paſtores a paſcendo actiue, ſed paſſiue, ꝓpter quod dicuntur exactores ab improbe exigendo, ut dicatur in utroque brachio tam eccleſiaſtico quam ſæculari, exinanite, exinanite uſq; ad fundamentum in ea.

1 Quæ hic paulo acrius dr̃ de malis paſtorib. sūt accipienda.

i ¶ Quod non.] ſic ordina litteram, ꝙ non bene colit̃ auctor pacis, id eſt, Deus, niſi in tempore pacis, hoc eſt in ſtatu tranquillo: nam pax eſt ſtatus tranquillus, ſecundum Iſidorum.

Ordo litteræ.

k Diſſenſiones & ſcandala.] cum ergo hæc duo mala infra ſcripta ſequentia inferant, diſſenſionib. & ſcandalis totis eſt uiribus obuiandum, ne pullulent, & ſi pullulauerint, tunc tollantur ſeu, ut poſſibile eſt, minuantur, his ergo prohibitis & mala ſequentia prohibentur, extra 6. lib. de reg. iur. cum quid prohibetur.

Ab olim [a] siquidem inter prælatos & rectores seu sacerdotes ac clericos parochialium ecclesiarum per diuersas mundi prouincias constitutos ex vna parte, & Prædicatorum & Minorum ordinum Fratres ex altera (pacis æmulo [b] satore zizaniæ [c] procurante) grauis & periculosa discordia extitit suscitata super prædicationibus [d] fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis [e], pænitentijs iniungendis eisdem, & tumulandis [f] defunctorum corporibus, qui apud Fratrum ipsorum ecclesias siue loca noscuntur eligere sepulturam:

¶Nos autē (pij patris [g] more laudabili) moleste ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactę [h] considerationis examen, ac intra pectoris claustra sollicite reuoluentes, quàm sit plena periculis, [i] quam onusta [k] dispendijs, [l] quamque in diuinæ maiestatis conspectu reddatur exosa [m] discordia supradicta: Et propterea intendentes paternæ sollicitudinis studio illam prorsus euellere, ac omnimode submouere, nullis vnquam futuris temporibus fauente domino suscitandam, grandi quoque desiderio cupientes, ut huiusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, finem salubrem [n] & celerem per Apostolicę solertiæ studium consequatur, diligenti [o] cum fratribus nostris deliberatione præhabita super eo, ad honorem Dei & exaltationem catholicæ fidei, quietum statum partium prædictarum, ac salutis animarum fidelium incremētum, de ipsorum fratrum consilio, [p] auctoritate Apostolica statuimus & ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in ecclesiis, & locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum [q] prę lati prędicare uoluerint, uel corā se facere solemniter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam si aliud de prę latorum ipsorum voluntate processerit ac licentia speciali.

¶In studijs autem generalibus, [r] vbi sermones ad clerum ex more fieri solent, dieb. illis quibus prę dicari solemniter consueuit, ad funera ēt mortuorum, & in festis specialib. siue peculiaribus eorumdem Frarrum, possint iidē fratres, & liceat eis libere prædicare, nisi forte illa hora, qua solet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, episcopus vel prælatus superior [s] clerum ad se generaliter conuocaret, aut ex aliqua ratione, uel causa vrgente clerum ipsum duceret cōgregandum.

¶In ecclesiis [t] autem

a ¶Ab olim] secunda pars, in qua præmisso procemio factum super quo statuitur & ordinatur, narrat.

b ¶Aemulo.].i. inuido, ab æmulor, quod multa significat. vnde versus.

Versus.

Aemulus inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.

c ¶Zizaniæ] est primæ declinationis, & fæminini generis in singulari, & in plurali est neutri, & secundæ declinationis, & primæ vnde versus.

Zizania qd dicatur.

Est zizania, sunt zizania plura, niæq;.

Et est zizania herba peruersa, quam poetę infelix lolium vocāt, & significat scandala, uel iuuantes mala: & ideo sator dicitur diabolus, ut hic. & su. de elec. licet.

d ¶ Prædicationib.] hic est primus articulus.

e ¶Audiendis] Secundus articulus.

f ¶Tumulandis] Tertius articulus.

g ¶Patris,] qui habet sumere consiliū pro liberis suis, ff. ad leg. Iul. de adulter. nec in ea.

h ¶Exactæ.].i. exquisitæ. C. manda. in re mandata. Et significatā huius verbi, exigo, vide ext. 6 lib. de iud. cap. 1. in fi. Ioan. Mona.

i ¶Periculis] quandoque incursis, a percundo: & qñq; euasis seu præuisis a periendo, iuxta illud.

Versus.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Et illud.

Non vadit peritum, qui vult audire peritum.

Et curare debemus de periculis, ut illa euadamus seu præuideamus, non vt ea incurramus, & ideo dico periculum dictū a perio, non a pereo, vt secunda sit longa, non breuis, ut in supino de perio, ut in versu prædicto.

k ¶Onusta.] ab onus .i. sarcina. sic onustus .i. sarcinatus.

l ¶Dispendijs.] expone vt extra libro 6. in procemio §. penultimo.

m ¶ Exosa] .i. valde vel perfecte odiens, vt dicitur exosus bella, i. ualde odiens bella, & ideo hæc discordia, quam Deus habet exosam, ab omnib. extirpetur, ac. C. de hære. Manichæos, quem .n. odit dominus, habet odire seruus.

n ¶Salubrem.].i. salutis uberem.

o ¶ Diligenti.] modo tres prædictos articulos per ordinem prosequitur, & hēt tria dicta secundum hos tres articulos.

p ¶ Consilio.] quid importēt hæc uerba not. extr. 6. li. de hæret. super eo.

q ¶ Locorum p̄lati.] intelligo p̄latos iure communi, ut ep̄os, vel consuetudine, ut decanus Baioceñ. Baiocis. Et hoc ꝓbatur in uer. vel ep̄us, uel p̄latus, &c. Et sic est differentia inter prælatum & episcopum & latius est uerbum prælati. & no. in simili extra 6. lib. de tempo. ordi. cum nullus. nec nomine prælati continetur rector ecclesiæ, cum specificetur contra prælatum, supr. eod. §. ab olim. Quid si u carius hoc faciat. Dic idem, quid enim ordinarij per se nequeunt, per alios expediant. extra de off. ord. inter. extra 6. li. de offi. ordi. si episcopus.

r ¶ Generalibus.] non ergo in uillis seu castris, extra de cle. nō resid. tuæ. Et loca in quib. iura docentur, debent esse studia legitima, ff. in ꝓœmio §. illud uero. Et legitimum est quod iure concessum & ad ꝓbatum est ff. de uer. sig. l. lege obuenire, uel antiqua consuetudine, cuius memoria non existit, hęc enim æquipollent. extra de uerbo. signific. super quibusdam. ff. de aqua quo. & æstiu. l. hoc iure, §. ductus aquæ.

s ¶ Superior.] non intelligitur hic tantum superior ep̄s, sed superior prę latus respectu cleri, uel ex consuetudine, uel priuilegio.

t ¶ In ecclesiis.] supra eod. §. diligenti. & vers. in studijs, ubi sunt Fratrib, quędam lo-

parochialibus fratres ibi nullatenus audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti a parochialibus sacerdotibus inuitati fuerint vel vocati: & de ipsorum beneplacito, & assensu seu petita licentia fuerit, & obtēta, nisi episcopus vel prælatus superior[a] per eosdem fratres prædicari mandaret.

¶ Statuimus[b] etiam & ordinamus auctoritate prædicta, vt in singulis ciuitatibus, & diœcesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, vel in ciuitatibus & diœcesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habētur, Magistri, Priores, Prouinciales Prædicatorum, aut eorum vicarii, & Generales, & Prouinciales Ministri, & Custodes Minorum ordinum prædictorum, ad præsentiam prælatorum[d] eorundem locorum se conferant, per se vel per fratres, quos ad hoc idoneos forte putauerint, humiliter petituri, vt fratres qui ad hoc electi fuerint,[e] in eorum ciuitatibus & diœcesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire libere valeant, & huiusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere[f] de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Ac[g] deinde præfati Magistri, Priores, Prouinciales, & Ministri ordinum prædictorum, eligere studeant personas[h] sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atque peritas ad tam salubre ministerium & officium exequendum quas sic ab ipsis electas, repræsentent vel faciant præsentari prælatis, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœcesibus eorundem huiusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi volentium audiant,[k] imponāt pœnitentias salutares & beneficium absolutionis impēdant, prout superius

loca permissa est certis modificationibus ad prædicandum: si ipsis loca parochialia cum certa moderatione sunt interdicta, vt hic: & cum officium prædicandi in communi eis nō competat, sed prælatis & curatis, extra de offi.ord.inter.& inf.eo.§.huiusmodi quoq; omnem locum eis reputo interdictum, qui hic nō reperitur permissus. Sed quęro, an possit in cæmeteriis vel capellis vicinis? Dic quod non. extra 6.lib. de sent.excom. si ciuitas.

a ¶ Superior.] expone vt sup. ver. proxi.

b ¶ Statuimus.] Secūdus articulus in quo sic procedit. Nam primo pmittit duo quæ incumbūt fratribus antequā audiant confessiones, vt licentiā audiendi confessiones petere, & post cōcessam licentiam fratres eligere, inf.eod. ver.ac deinde. Tertio & quarto, ver.extra, & vers.numerus, ponit duas modificationes circa prædicta. Quinto decidit quid sit agendum cum est obtēta licētia, & fratres electi sunt, vt eorū personæ acceptatæ. vt j.ver.& si ijdē. Sexto, quod sit agēdum quā psonæ nō sunt acceptatæ, inf. vers quod si forte. Septimo, ver. si vero in casu recusationis prælatorū dat fratrib. licentiā gratiosam. Octauo, ver. per huiusmodi autē, dictam licētiam moderatur.

c ¶ Vicarij.] pro parte Prædicatorū sunt tres gradus, sicut pro parte Minorū. Sequitur statim de tribus gradib. Et fuit hoc factū, vt paritas in dictis ordinibus seruaretur, in sequenti tamen ver. non ponuntur nisi duo gradus, nec mirum: quia grauius est eligere fratres ad ministeriū audiendi confessiones, quā ad licentiam in genere petendam, ex qua consequenter peti debet sequens gradus inf. versic. proxim. Et hic appellantur vicarij illi, qui sunt in certis prouinciis seu regnis, vbi non sunt Prouinciales Priores, sed Prouinciales constituerunt Vicarios, vt prouincialis Angliæ fecit Vicarium in Scotia, vbi non est Prouincialis.

d ¶ Prælatorum.] iure communi, vt episcopi vel consuetudine, seu priuilegio. hæc.n.dat prælationem, ar. extra de consang.& affi.c.1.

e ¶ Fuerint.] post licentiam datam, infr.eo.ver.ac deinde.

f ¶ Impendere.] ab illis solum a quibus possunt absoluere curati inf.eo.ver. per huiusmodi, extra 6.lib.de pæn.& remiss. si episcopus.

g ¶ Ac deinde.] & sic nota gradū nō concursum inter hunc ver.& præcedētem, §.Et dicūt quidam deinde, .i.obtenta licentia præmissa fiat electio, vt sequitur. Tu dic deinde, i. post licentiam pręmissam petitam dumtaxat: nam peti pōt & cōsiliū & licentia, & non obtineri, extra de arbit. cum olim. extra de reg.licet. Et hic hr ex sequentibus in quib. papa prouidet, nedum in casu obtentæ licentiæ, sed ēt in alio, in quo oportet quod fiat electio, & si oporteret licētiam hoc casu obtinere, iam esset in potestate prælatorum istos ordines impedire: quod papa non intendit, vt inf.seqtur. Aliqñ tamen non sufficit licentiam petere, extra de pæn. & remiss. omnis. extra 6.libr. de electio. si religiosus.

h ¶ Personas.] sed quales? Dic sex qualitatib. sequentibus in textu fulgentes: nec mirum: quia isti falcem suam in messem alienam mittere satagunt: & iō si tales nō sūt, quales hic depinguntur sunt in culpa. ff. loca si quis domū.§.si quis vitulos, etenim isti fratres de gratia prælatorū vel sedis Apostolicæ in narratis hic se immiscent, vt hoc versi & infr.eod. versic. si vero ijdem.

i ¶ Exequendum,] quod est ars artium. extra de æta.& quali. cum sit.

k ¶ Audiant.] & illi solum de quibus est dictum supra eo. super verbo, impendere.

l ¶ Impendant.] si hæc tria faciunt, ergo habent curam animarum, & curati curam ecclesiarum habent in toto in suis territoriis, ergo isti saltem in tanto. Sed dices, habent ex concessione pręlatorum gratiosa, vel Papæ, su.eo.ver numerus, & ver si vero, & sic sunt delegati, qui nihil proprium habent, sed alienā iurisdictionem exequuntur. ff de offic.eius cui man. est iurisd.l.1.§.qui mandatum. Solu. delegatus respectu delegantis alienam iurisdictionem exequitur: ipse tamen delegatus habet iurisdictionem & honorem, quę exercet nomine suo. Vel dicti fratres videntur ordinarii per hanc constitutionem eis iurisdictionem tribuentem: nam hæc ordinatio est statutum, & concessio generalis per hunc canonem, inf.c.in fi. Et hęc ordinatio.

Fratres pro confessionibus audiendis deputati, an sint delegati vel ordinarii.

est expressum, extra ciuitates, & dioeceses, in quibus fuerint deputatę, per quas eas volumus, & non per prouincias [a] deputari, confessiones nullatenus auditurę.

¶ Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officiũ exercendum, esse debet prout vniuersitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit [b] eorundem. Et si ijdem prælati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint, illam præfati Magistri, Ministri, & alii cum gratiarum recipiãt [c] actione, dictæque personæ sic electæ commissum sibi officium exequantur.

¶ Quòd si fortè iam dicti prælati quemquam [d] ex dictis fratrib. præsentatis eisdem ad huiusmodi officium nollent [e] habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel subtracto, loco ipsius similiter [f] eisdem pręsentandus prælatis possit & debeat alius surrogari.

¶ Si vero ijdem prælati præfatis fratribus ad confessiones (vt præmittitur) audiendas electis huiusmodi exhibere licentiam recusarint [h], nos ex nunc ipsis vt confessiones sibi confiteri volentium libere liciteque audire valeant, & eisdem poenitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri gratiose [i] concedimus [k] de plenitudine Apostolicæ potestatis. ¶ Per huius-

dinatio est potius vicaria, quæ est ad vniuersitatem territorii. inf. eo. ver. numerus, & tales vidẽtur ordinarii, no. 6. lib. de app. Romana. & ff. de ver. sig. pupillus, §. territorium. Tu ergo frater si curam habes, vide si hoc est aduersum constitutioni, extra 6. lib. de verb. sign. Exiit. Tu dic, licet fratrib. sit cõcessum, q̃ faciant tria, q̃ ad curatos de iure ptinent, nõ tñ pp hæc sunt dicendi habere curam animarũ, nec principalẽ, quia non sunt prælati, nec delegatã, quia talia facere non sic eis committitur, quod ad eorum executionẽ obligentur, sed in arbitrio & libera voluntate eorum remanet quòd talia exequantur, sicut eis placuerit & visum fuerit expedire. Fideles etiam nõ sunt fratrib. obligari, nec quãtum ad præmissa ad fratres recurrere sunt adstricti. Et ideo licet hæc constitutio sit statutum, & concessio generalis: & in perpetuum duratura, quantum ad pręmissa quæ fratribus sunt cõcessa, non tamẽ fratres propter hoc curati aut ordinarii debent dici. Si autem aliqui fratres minus prudẽter propter pręmissa modo prædicto eis concessa, sibi attribuere præsumpserint, quod curam habeãt animarum: videant si hoc sit contrarium dictæ constitutioni, Exiit.

a ¶ Prouincias.] quid importat prouincia, ciuitas & dioecesis, habetur extra 6. li. de censi Romana. I. rñ. extra lib. 6. de præb. quamuis. I. in fi.

b ¶ Exigit.] & sic nota numerum præsidentium considerari, prout subditorum necessitas exposcit, authẽ. vt deter. sit nu. cleri. circa princ. coll. I. extra de vita, & hon. cler. quoniam, & extra de instit. c. I. extra libr. 6. de stat. reg. cap. vnico. §. sane. Sed quid si episcopus dicat pauciores sufficiunt, & fratres cõtradicunt: quidam recipiuntur per episcopum, illi de quibus sibi videbitur, & si fratres volunt, de aliis contendant, arg. ff. de aqua quoti. & æsti. l. I. §. Trebatius. Sed ille §. loquitur vbi auxilio erat facta, tunc in eo quod excedebat poterit prohiberi, exemplum extra de censi. cum Apostolus: vnde dic, recurrendum ad arbitrium boni viri, i. iudicis, qui debet esse medium inter extrema. ur. ff. de pign. actio. si seruos, in fin. Cod. de Iudæis, l. nullus, ff. de verb oblig. cõtinuus. §. cum ita. extra de offic. deleg. de causis, ff. de testib. quæsitum. Et forsan caute faceret episcopus, si in exordio cum licentiam concedit, taxaret numerũ, etenim multa fieri possunt ab initio, quæ locum non habent ex post facto, ff. de pact. l. in traditionibus. C. de don. quæ sub mo. l. I. & l. perfecta.

Prælati sunt plurec vel pauciores deputãdi p necessitate subiectorũ.

c ¶ Gratiarum recipiant.] cum nihil communi iure sibi valeant vendicare, & ob hoc fratrum potestas in expressis hac ordinatione est mensuranda, non vltra laxanda. extra de priuil. potro.

d ¶ Quenquam.] & sic nõ possunt plures refutari. Dic contra, quia hoc verbum, quenquam, est iuris, q̃ ęquipollet vniuersali: & extendi debet in edictis pretorũ. ff de vi. bo. rap. l. 2. §. homines, ff de neg. gest. l. I. §. I. & 2. ff. de const. pecun. l. I. §. alias fieri posset fraus huic constitutioni, quæ requirit multa in fratrib. assumendis sup. eod. verb. ac deinde.

e ¶ Nollent.] hoc verbum, & sequens respicit solum factum, & sic fuit dictum in concedendo hoc ius deferendo prælatis: ita q̃ hic non versetur causæ cognitio, aliud. n. est arbitriũ, q̃ refert ad arbitriũ boni viri, vt est pmissum. Aliud volũtas, quæ refertur ad propriũ motũ, ff. de hær. inst. si quis Sempronium, ff. de le. 2. l. I. ff. ad Treb. q̃a poterat. Voluntas n. quæ est domina in regno animæ, cogi non potest.

f ¶ Similiter.] vt su pr. verb. ac deinde.

g ¶ Surrogari.] sed nunq̃d hæc surrogatio fieri poterit pluries? Vr q̃ non, quia semel sufficit, arg. ff. de arbitr. si duo, § semel ff. de aqua pl. ar. l. in diem, ff. de bon. auct. iud. pos. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si quis decẽ. Sol. dicta iura loquũtur, vbi res effectum habuit, sed hic non habuit, & ideo est iterandum. Sed quotiens? dic trinam requisitionem ad minus necessariam. Et similis q̃ no. ext. de of. del. cum causa, & distingue circa hoc. Aut recusatur surrogatus a p̃lato ex causa, vt pote quia non habet qualitates expressas, su pr. eo. ver. ac deinde, & tunc fratres sibi imputẽt, qui malum elegerunt, mala. n. electio est in culpa, ff. de neg. gest. nam, & Seruius, in fi. Insti. de soc. in fin. extra 6. lib. de elect. si compromissarius. §. I. Aut sine causa, & tunc succedit papalis, licentia seu gratia. inf. ver. prox. In dubiis, dic vt no. sup. ver. exigit.

Surrogati, fratrum at[...] possit plu[...] ries fieri.

h ¶ Recusarint.] quid si neglexerint? Dic idẽ, si tertio requisiti non fecerint vt not. In simili. d. c. cũ causa. & no. diligenter tres gradus positos in toto isto, §. supra eo. statuimus. Vnde gradib. præcedẽtib. diligenter nõ seruatis, fratres non habent potestatem inf. scriptam, nam primo gradu non expleto non est locus secundo, arg. ff de acq. hær. l. 3. & l. quamdiu.

i ¶ Gratiosæ.] quæ est arcte interpretanda, quatenus ius tertii tangit, ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. merito, & § si quis a principe. Alii dicunt large in odiũ prælati recusantis, & in fauorem armatum: hæc tamẽ interpretatio verba statuti non excedat. ex. de priuileg. porro. Et in re dubia melius est verbis edicti seruire. ff de exerc. act. l. I. § licet autem.

K ¶ Concedimus.] sup. de suppl. neg. præl. cap. I. Sed nunquid per hoc concilio generali, extra de pœnit. & remi. omnis, derogatur? Vr, quod sic arg. extra li. 6. de const. c. I. Sol. hic non est contradictio, sed compatientia, & sic vtrũq. tenet. extra de priuil. in his & j. dicetur. Itẽ prouisio specialis tollit generalem, C. de pact. conuen. tam super do. l. fin. Sed illa lex loquitur ubi

soc-

modi autem concessionem [a] nequaquam intendimus personis seu Fratribus ipsis ad id taliter d.putatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatus vel parochialibus sacerdotibus est a iure [b] concessa, nisi for-

specialis prouisio erat hoīs, sed gñal's, legis. Sed hic vtra que erat iuris, quo casu specialis prouisio nō tollit gñalem, sed geminat subsidium, vt plenius prouideatur saluti aīarum quę respexit præsens cōcessio, sup. eo. uer. ac deinde. sicut iuris subsidium geminatur, vt plenius improbitas reprimatur. ff. nau. caup. sta. & ita de facto. §. ex hoc edicto. Item hæc est spālis, illa generalis; ergo ista illi derogat. extra lib. 6 de reg. iur. generi & ibi not. Sol. vbi genus & species legantur diuersis, & ad diuersos fines intelligitur dicta regula. Nam si mihi est relictum genus, & tibi species illius generis, meum legatum non est extinctum, sed attenuatū. ff. de adi. leg. qui hoīem. Et mihi donatur vt habeā & tibi similiter, & isti sunt diuersi fines. Sed in hoc casu tam generalis prouisio quam spālis est ad eundem finem, vt saluti aīarum prouideatur, & ideo vna alij non obsistit, sed concurrunt, sicut si genus & species vni essent legata, vt d. c. gñi. not. Sed dices; ergo cōfessus tenebitur iterato confiteri. Sol. hoc non est ex necessitate sacramenti, sed ex obligatione tui, qui voluntarie ad fratrem accessisti, sup. eo. §. statuimus, relicto patre spirituali, cui es adstrictus, non fratri, ad quem voluntarie vadis, nec ita subuenitur illi qui voluntarie facit, sicut illi qui ex necessitate. ff. de procu. l. procurator, qui pro euictione. & ibi not. Nec prima ratio, quæ loquitur in iuribus cōmunib. obstat. Sed hæc concessio est gratiosa priuilegialiter data quæ non tollit ius præcedens, nisi de ipso fiat mentio spālis, extra de capel. mon. ex parte. Sed illud c. loquitur vbi priuilegium datur sine magna deliberatione. Sed istud fuit datū cū magna deliberatione, & est statutum, vt infra in fi. Item vt est dictum, gñale, & spāle hic non tendūt ad diuersos fines, & ideo se cōpatiuntur. Item si nō hēret qnque reuerti subditus ad curatū, posset prorsus eius potestas in auditione cōfessionum exhauriri. Et priuilegium non tenet, quod vergit in enormem alterius læsionem, extra de deci. suggestum. ff. de vulg. & pup. subst. ex facto, in prin. & §. 1. Et esset in potestate subditorum totaliter recedere a curato. Quo casu qualiter curabit, qui morbum nescit. Ait Boetius: Si operam medicantis expectat, oportet vt vulnus detegat. Item & si curati non intersit pp. subditum, qui forsan bene confessus est Fratri, interest tamen curati pp. se agnoscere vultum pecoris, cui dictum est in Ecclesiastico 22. c. Curam illius habe. Item subditus posset transire nunquam veniendo ad confessionem dicendo se Fratri confessum. Item qualiter curatus ecclesiastica sacramenta subdito, quem non nouit dispositum, maxime vbi subditi sunt aliqua notoria crimina, nec potest Frater reuelare confessa: vt dicit dictum concilium omnis. Item hoc indultum potest operari multos effectus, cum hoc quod constet dictum concilium de confitendo saltem semel in anno proprio sacerdoti, ergo stabit concilium cum hoc indulto. extra de priuileg. in his, & c. pastoralis. Item Papa per hoc indultum non auffert hic potestatem curati, sed socium hic sibi cum multis modificationibus adiungit, ergo curatus remanet non exclusus, sed inclusus. Nec obstat si dicas, duobus competit potestas in solidum: ergo Frater, postquam expleuit cum certa persona, non potest curatus cum eodem super eodem, ff. de off. consul. l. vnica. Sol. vbi duo essent dati ab initio pariter procedit argūm. Sed curatus datus est ab antiquo sicut hēns potestatem ab exordio fundationis ecclesiæ. 20. dist. in nouo testamento. Iste Frater de nouo adueniens qui dari præsumitur, vt potestas curati non tollatur, sed iuuetur. Vnde ius cōmune quod est procurato est fortius iure priuilegiato. Nec mirum, primum necessarium, secundum voluntarium. licet sit æqualis potestas audiendi & absoluendi, inf. ver. proxi. necessitate veniendi ad curatum remanente,

quæ non est hic expresse sublata. Itē hæc concessio gratiosa, vt hæc quæ est voluntaria, non tollit necessitatem d. c. oīs. arg. ff. fam. ercisc. l. alienationes. Sed contra potestas Fratrum est delegata seu a maiore habita, siue habeatur ab epō, siue a Papa, vt hic totali §. ergo est potior ptāte rectoris. Si igitur confessus rectori iterata confessione non eget, minus egebit confessus Fratri. Solu. voluntarium & necessarium tollunt contrarium. Et est in hoc argumento fallacia figuræ dictionis; nam si excedat hæc ptās in quāto, non sequitur quod excedat in quoto seu quali iterationis. Item contra; confitens epō, licet sit parochianus curati subditi episcopo non hēt iterato confiteri rectori, ergo minus confessus fratri, qui hēt ptātem papalem, quia omnis ptās delegata a Papa est maior oī alia ordinaria. Item si Frater habet causam a prælato, vt sup. in princ. huius. §. ergo maior est ista ptās in delegato epī, quā in ipso rectore subdito epī, cum oīs delegatus repræsentet personam delegantis, 93. dist. c. vlt. & 94. dist. ca. 1. Sol. non nego, quin Papa hoc possit facere si velit, sed dico quod nunquam ius alterius tollit, nisi expresse hoc agatur, ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis a principe præsertim vbi vtrumque potest seruari. Nec sit deterior conditio confitentis habentis consilium animæ a duobus. Et firmius est iudicium plurium quam vnius extra de off. deleg. prudentiam, §. item licet cōmissio specialis derogaret dicto concilio omnis, & vt ibi. 1. respon. non tā generalis, vt hic & optimum argum. ext. lib. 6. de hæret. per hoc, in princ. & ibi no. in simili. Item dictum concilium habet, vt remittatur seruitus bene imposita subdito, s. quod semel in anno confiteatur proprio sacerdoti, hoc est curato, sic est interpretatus Martinus Papa 4. & sic est de iure interpretandum, cum dictū concilium de iure communi loquatur. Sed dicti fratres iure cōmuni nihil obtinent, sed gratiosa concessione vel prælatorū vel Papæ, vt hic. Et dico bñ impositā, tū quia proprius sacerdos melius agnoscere hēt vultum pecoris sui, tum qā subdito ministrare hēt ecclesiastica sacra inf. eo. §. huius. & duo requirit huiusmodi concilium & iustā causam, quod non proprio, sed alieno cōfiteatur sacerdoti & licentiam proprij sacerdotis, vt liquet in dicto concilio. §. si quis autem. vbi non sine mysterio est aduersatiua coniunctio, autē. Et ideo si iusta causa non subsit, quanquam licentiam habeat Papæ vel epī, aut etiam proprij sacerdotis, & licite confessus fuerit, & ēt absolutus sit, vt dicunt verba præsentis indulgentiæ debebit tā confiteri iuxta concilium memoratā proprio sacerdoti. alias poterit arceri pena dicti cōcilij, nō quia peccata non fuerunt dimissa, sed quia contempsit salubre statutum, cuius tenor in toto non est seruatus, & ob hoc est ei parendum in eo quod non fuit seruatum arg. ff. de seru. vrb. præd. si domus. Nec insurgit inconueniens, si iterum confiteatur proprio sacerdoti: quia hæc iterata confessio non est ex defectu sacramēti, sed ex contemptu dicti concilij. Verum iusta causa concurrente cum licentia Romani Pontificis vel episcopi, prædicta seruitus est sublata. Et quod licentia prædicta in genere data videatur esse concessa, cum iusta causa subest recedendi a proprio sacerdote non absurde dici posset, arg. ff. ad muni. l. Luc. §. Imperator. alias potestas iuste concessa reuocari non debet.

a ¶ Concessionem.] sup. proximo positam.

b ¶ A iure.] sed quæ est ista ptās a iure concessa curatis quæro: Nec quæro de potestate Papæ in casibus sibi reseruatis, qui notantur extra de transl. episc. c. 1. Nec loquor de ptāte papæ dispensandi, de qua tractant doctores in tractatu de dispensationib. sed loquor de potestate, quæ est per sacramentū pœnitentiæ super criminibus; Et de hoc tractat Hug. & Hostien. in summa. & Gu-

5fessus re ioso priui giato, an neatur ite m confite pprio cu o.

etius.

san eis ecclesiarum prælati vberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam.

¶ Huiusmodi a quoq; statuto & ordinationi-

Guliel. Durandi in repertorio, & Frater Tho. 4. sen. d. 19. Et dico in ista materia, ꝙ quilibet sacerdos potestate ordinis regulariter potest a quolibet peccato absoluere. Quod sic probo: Io. 20. dr̃, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed dices, hoc dictũ est Apostolis. Dic ꝙ ep̃alis dignitas in hoc non adijcit, de quo agitur sup. ordinẽ sacerdotalem, & quid adijciat, no. extr. lib. 6. de sent. excõ. cum medicinalis. Et in ordinatione cuiuslibet sacerdotis etiã dicta verba per ordinatorem dñr, vt patet in lib. Pontificali. Item a capite Christo oĩa descendunt, 21. d. in nouo, & Io. 1. Nam de eius plenitudine oẽs accepimus. Cum ergo sacerdos rite ordinatus habeat p̃tãtem conficiendi corpus Christi verum, ut extr. de sum. trin. firmiter, §. vna uero, & p̃tãs, quæ est sup. corpus Christi mysticum descendat a potestate, quæ est corpus Christi verum. de consec. d. 2. quia corpus. & c. quia passus. Cum igitur quilibet sacerdos qñ est recte ordinatus potest ministerialiter in verbo Dei conuertere panem & vinum cum aqua in calice mistum in corpus Christi verum & sanguinem de conse. dist. 2. panis & c. calice. ergo consimiliter poterit ministerialiter peccatorem quẽlibet conuertere in membrũ Christi, & corpori Christi mystico adunare per sacr̃m pniæ. Item dico secundo, quod licet sacerdos habeat hoc ex p̃tãte ordinis, non habet tñ p̃tãtem iurisdictionis seu exercitij nisi in subditos. Vnde sicut in foro iudiciali quis non ligat nec absoluit nisi subditum, ita nec in foro penitentiali, ext. de paroch. nullus, ext. de iud. c. at si clerici, ext. de pænit. & remis. c. omnis. §. si quis, Et sicut sacerdos non hẽt exercitium suæ p̃tãtis in corpus Christi verũ, qñ non habet materiam ad sacrificandum, sicut panem: & vinum. sic nec in hoc casu agere potest, nisi in materiam sibi subiectam, arg. 10. di. quis nesciat, 12. dist. c. 1. & 2. 19. di. ita dominus. ergo in foro pænitentiæ duo requiruntur ad peccata remittenda, s. p̃tãs ordinis quo ad se, & iurisdictio seu exercitium p̃tãtis, quæ a maioribus in inferiores descendit, 21. dist. in nouo. nam ibi tangitur ordo nascentis ecclesiæ a Deo. Hinc est ꝙ a summo sacerdote ad maiores sacerdotes, hoc est ep̃os. & a maioribus sacerdotibus in curatos fit deriuatio, & potestatis descensus, & summus sacerdos potestatẽ maiorum sacerdotum, & magni sacerdotes p̃tãtem curatorum arctare possunt, sicut maius imperium habentes ff. de iudi. iudicium. 63. dist. Salonitanæ, extra de off. ord. cum ab ecclesiarũ. Vnde sicut summus sacerdos arctat potestatem magnorum sacerdotum in absoluendo, 17. q. 4. si quis suadente. & illam eandem p̃tãtem arctatam in certis casib. qñque laxat. extra de sent. excom. peruenit, & 6. lib. eod. tit. religioso. 1. rñ. sic sacerdos magnus potestatem sacerdotis curati ex causa arctare potest, & laxare eandem, cum sit ordinarius totius suæ ciuitatis & diæcesis, 11. q. 1. de persona. Cum acrius vnum factum in vna regione puniatur, quam in alia, & ideo maiorem iudicem requirit ff. de abig. l. 1. 1. respon. Ipse tamen ep̃s peccat, si sine causa arctat. 11. q. 1. peruenit. & d. c. cum ab ecclesiarum.

Casus episcopis reseruati.

Quædam ẽt sunt reseruata a iure ipsis episcopis. extra lib. 6. de pænit. & remis. si ep̃s. Primus est, ubi solemnis est pænitentia imponenda. 50. dist. in capite 26. q. 6. cap. 1. Secundus, vbicumque est arduum & graue factum, 16. dist. de concilijs, 65. dist. de persona. ext. de offic. archid. c. fi. & 26. q. 6. c. vlt. præsertim si fuerit difficile, & ambiguum, extra qui fil. sint legit. per venerabilem. Et est rõ, quia maiora negotia maiores iudices requirunt ext. de app. vt debitus, in fi. Tertius est in restõne male ablatorum incertorũ in magna quantitate. extra de Iudæ. cum sit. extra de testam. tua. & 82. dist. §. 1. & c. 1. extra de usu. cum tu. Quartus est ubicumque absolutio ab excõicatione reseruata ep̃o est necessaria. extra de sent. excõ. de cetero, &c. de monialibus. Sicut uideo in dispensatione, quæ non est permissa inferiori ep̃o, ext. de uot. & uoti redem. cap. 1. Sed nunquid ab alio q̃ ab excõicatione poterit absoluere sacerdos curatus, utpote ab iniectione manuum, propter q̃ pœna excõicationis imponitur? Dic ꝙ nõ. Et est rõ, cum idem sit factum pp ꝙ est peccatum. Et pœna peccati non dẽt ferri per diuersos, sed per eundem, secus si ex alio facto emergerent, v. g. Excõicatio uel suspensio infligitur propter peccatum, & irregularitas pp immistionem, suspensione uel excõicatione durante, quo casu inferior posset absoluere a primo, non dispensare cum secundo, ext. lib. 6. de sent. excom. c. 1. §. ult. ext. lib. 6. de sen. & re iud. æterni. §. fin. ext. de sent. excomm. nuper. §. in secundo. Quintus, in publico blasphematore Dei & sanctorum, ext. de male. capit. 2. Sextus, in incendiarijs domorum. Et septimus, in truncatorib. membrorum, 23. q. vlt. si quis membrorum, & c. seq. Octauus, in homicidio, cum enim truncatio mẽbrorum sit minor homicidio, si primum reseruatur episcopo, magis s̃m. Nam cui sunt prohibita minora, magis & maiora, ff. de ser. expor. l. cui pacto, ext. de senten. excom. cum illorum. circa princ. Nonus, vbi statutum synodale, vel consuetudo aliquos casus reseruaret ep̃o, nam consuetudo dat iurisdictionem, ẽt in foro pniali, arg. ext. de elect. dudum 2. & de præscr. ex transmissa, & c. cum olim & c. veniens. Vbi aũt ius vel consuetudo seu expressa reseruatio non abdicat a curatis, curati habent plenam potestatem absoluendi, & pnĩas occultas & publicas iniungendi, de pænit. di. 1. multiplex, & dist. 3. de pænitentib. 26. q. 6. presbyteri. & ext. de pæn. & remis. omnis, quæ ponit regulam quam seruabo, nisi inueniam vitiatam, ff. de reg. iur. l. 1. & 30. dist. c. vlt. vbi est expressum de publica. Credo tñ ꝙ pænitentiam per ep̃m impositam inferior minuere non potest. 20. dist. inferior, ext. de maior. & obed. cum inferior. Nec obst. 50. distin. accedens, & 33. q. 2. latorem, quia ibi expresse fuit cõcessum inferiori. Sed quæro, nunquid episcopi ista constitutione non obstante possunt reseruare sibi casus de quib. ante hanc constõnem poterant curati absoluere. Et videtur ꝙ non: quia hoc iam esset priuilegiũ diminuere uel auferre seu decurtare, ꝙ fieri non dẽt, ẽt indirecte, ext. de priu. quanto. Dic contra, quia licet fratres sint exempti ab episcopo, non tñ parochiani, arg. ext. de priuil. ex ore. & li. 6. eo. ti. per exemptionem. Nec obst. hæc littera: quia non ur̃ potestas concessa a iure, quæ est iure reuocata, ff. de diuor. diuortium. Item sicut episcopi potestatem ordinariam arctare possunt inferiorum suorum, multo magis extraordinariã & audientiam: nec debet idem parochianus diuerso iure censeri quo ad curatos, & quo ad fratres, ext. de priu. quia circa. vt ille qui non est sub curato, non sit sub fratre quo ad id de quo agitur. Et nihil est curatis a iure concessum, nisi quod non est ab episcopis reseruatum. Item illa sunt de bene esse, & accidentali a non debent mutare potestatem episcoporum, quæ est substantialis, fundamentalis, & ordinaria, no. ext. lib. de hæret. per hoc, arg. ext. de priu. patentib. ext. de eccl. ædific. ad audientiam. 1. Et alias uno uerbo contingeret multa iura subuerti, ꝙ esse non debet. extra de elect. ecclesia 2. §. denique. Nec obstat arg. in oppositum: quia cuilibet est licitum facere in re propria ꝙ placet, dummodo non animo iniuriandi. & nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo, ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. denique, ff. de iniur. iniuriarum, §. is qui.

a ¶ Huiusmodi.] hic §. tractat de lacte, & lana, ad quæ inhiant prælati, curati & fratres, ut plerumque quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, contra doctrinã Apost. Et hic §. diuiditur in tres partes. Primo dictis religiosis cõcedit liberam sepulturam. Scdo, uer. uerum. curatis reseruat quartam, in multis casib. specificando

eam.

bus nostris adijcimus, vt fratres dictorum ordinum in ecclesijs vel locis suis ubilibet constitutis liberam (vt sequitur) habeant sepulturam, uidelicet quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis, & ecclesijs memoratis. a

¶ Verum ne parochiales ecclesiæ & ipsarum curati siue rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de iure b competere, prædicare, seu proponere uerbum Dei & confessiones audire fidelium, debitis & necessarijs beneficijs defraudentur, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apostolica constituimus, & ordinamus eadem, ut dictorū ordinum fratres de obuētionibus oībus tam funeralibus quam quibuscunque & quomodocunque relictis, distincte uel indistincte: ad quoscunque certos vel determinatos vsus, de quibus etiam quarta siue canonica portio dari siue exigi non consueuit, uel non debet de iure, nec non de datis vel qualitercunque donatis in morte seu mortis articulo in infirmitate donantis uel dantis, de qua decesserit quomodocunque directe, vel indirecte fratribus ipsis vel aliis pro eisdem, quartam c partem (quam auctoritate Apostolica taxamus, & etiam limitamus) parochialibus sacerdotibus & ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur, facturi & curaturi, ꝙ nec alii nec aliis, a quib. quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum vtilitatem, uel commodum huiusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data uel donata procedant, seu quod in morte, vel ab infirmis huiusmodi dandum uel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundem dantium vel donantiū sanitate, sibi dari vel donari procurent: In quibus per ipsos uitandis eorum intendimus conscientias onerari, ut si (quòd absit) per fratres ipsos dolo uel fraude quicquam in hac parte agi fortasse contigerit (præter id quod eos propterea dictis sacerdotibus rectoribus, & curatis teneri uolumus) etiam districta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiusmodi nihil ualeant parochiales, rectores, curati & prælati exigere supra dicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id

eam. Tertio, versi. vltra, mandat ampliorem portionem non exigēdam. Sed nunquid idem est seruandū in alijs religiosis Mendicantibus & non Mendicantibus? Dic prædicti duo articuli gratiose concessi Prædicatoribus, & Minoribus, vt supra patet, ad consequētiā non sunt trahēdi. Sed hic §. in quo limitatur ius cōmune, ad consequentiam est trahēdus ff. de leg. nō possunt, & l. sequēti, & extra, 6. lib. de re iudi. quæ à iure, & hoc dico quo ad emolumēta sepulturæ, non quo ad ipsam sepulturam, q̃a de iure communi nō est concessa sepultura: hoc est ius recipiēdi ad sepulturā oēs. Sed qui habēt ius recipiendi ad sepulturam quo ad partē curatorum, cēsetur hoc ius cōmune. Vel dic alios religiosos iure antiquo censeri, & Prædicatores & Minores: hoc iure arctari, vt istud quodāmodo sequatur ex præcedētibus quę nō sunt ꝯcessa alijs religiosis

a ¶ Memoratis.] etiā si essent minus religiosę extra, lib. 6. de sepult. cū q̃s. §. si q̃s.

b ¶ De iure] extra de testa. c. fi. Et verbum, in fraudē, ibi positū fecit hoc adiici, ne locus fraudi relinqueretur: quoniam frequenter fraus fiebat in animarum contra agētium periculum & rectorū detrimentum quibus vtinam sit occursum.

c ¶ Quartā.] sed nunquid ista quarta debebitur curatis de legatis relictis fratrib. & si legātes apud fratres nō elegerunt sepulturā? Dic q̄d non. Et sic no. extra de sepul. c. 1. & ratio redditur hoc. §. Nam iure cōi quis debet sepeliri ubi recipit ecclesiastica sacramenta, extra de sepult. ca. 1. quia tamen contra hoc ius datur electio sepulturæ in vltima voluntate, decuit, vt data electio prædicta fieret sine iniuria curati, & ob hoc canonica portio, quæ quandoque erat tertia, quandoque quarta, quandoque dimidia, hic limitatur, & taxatur, ut sit quarta ad remouendum discordias, ut hic, & extra de sepult. capit. certificari. Et ubi hoc consuetudine canonica vel statuto, ut hic, uel alio modo legitimo non taxaretur, dicerem illam dimidiam in dubio. arg. ff. de verb. sign. nomen filiarum, §. portionis, ff. de vsufruc. etiam. Nam priuilegium datum fauore vltimæ voluntatis, debet intelligi sine cuiusque iniuria, C. de emanc. libe. nec auus, & ideo fit hæc compensatio hic, nō in q̃stione proposita. Et si curatus de omnib. relictis haberet quartam, esset fortunatus si haberet subditum, qui centū millium, marchatū legasset. Item legatarius integrum debet habere legatum regulariter, & ideo defalcationē eiusdem denego, ubi nō est iure expressum, ar. ff. de reg. iur. l. 1. p̄sertim ne vltimæ volūtates, quæ ꝓ lege seruant. auth. de nupti. §. disponat. coll. 4. minuantur, & vt vltima voluntas prorsus sit libera, C. de sacros. eccl. l. 1. Sed quæro eligēs sepulturā apud fratres habet Missam anteq̃ portetur ad fratres in parochia sua: nunquid de isto emolumento aliquid habebūt fratres, vel ꝑꝑ hoc diminuetur quarta dictorum curatorum? Dic ꝙ nō quia hoc casu stabo iuri cōi, ubi non reperio ipsum infractum extra. 6. lib. de electi. constitutio. Sed q̃ro, nūquid funus debet portari primo ad parochiā ꝓpriā? Dic ꝙ sic, si sit cōsuetudo, q̃ in his seruatur, extra de sepu. certificari, & in §. prox. non tollit consuetudo simpliciter, sed consuetudo aduersa præcedentibus. Sed quid si non est consuetudo? idem dico, quia sicut ista funeratus sacramenta recepit a proprio curato dum uiueret sic honestū est, ut ultimum uale recipiat a suo curato habēdo Missam in propria ecclesia. arg. de consec. dist. 1. non oportet. Item eligēdo alibi sepulturam vr̄ eligere ꝓpter fructū animæ, qui in ecclesia propria per sacramenta ecclesiæ habuit exordiū, vn̄ nō decet, ꝙ in fine frustraret̃ ĩ Missa ĩ propria ecclesia, & sic augebit q̄d intendit, q̄d. n. faciendū erat sine electione, q̄d factę electioni nō repugnat.

Sepulturæ libera est electio.

Voluntas vltima ꝓ lege seruatur.

Mortuus an prius sit ad suam parochiam portandus, si alibi elegi sepulturam.

à quoquã possint aliqualiter coerceri: Nos etenim [a] (vt in cunctis ęqualiter & pacifice fauente Domino procedatur) vniuersa priuilegia, gratias, indulgētias verbo seu scripto sub quacũque forma vel expressione, seu cōceptione verborum a nobis vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus cuicunque ordinum prædictorum concessa; nec non consuetudines, conuentiones, statuta, & pacta in quãtum sunt pręmissis vel alicui præmissorum contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, cassamus & irritamus, q. nimo cassa, vel vacua & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorsus existere firmitatis.

¶ Ceterum vniuersos ecclesiarum prælatos cuiuscunque præeminentiæ status, vel dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales & curatos, siue rectores prædictos præsentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominusq; eis districte præcipiendo mandamus, quatenus pro diuina & Apostolicæ sedis reuerentia prędictos ordines & professores eorum habentes affectu beneuolo commēdatos, fratribus ipsis non se difficiles, graues, duros aut asperos, sed potius fauorabiles, ꝓpitios, ac benignos, piaque munificentia liberales, se studeāt exhibere: sic eos in prædicationis officio, & propositionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs supradictis tãquam cooperatores eorum idoneos & laborum suorum participes prompta benignitate recipiãt, ac affectuose admittere non omittant, ut proinde illis æternæ beatitudinis præmiũ augeatur, & animarum salutis incrementa felicia procurentur. Nec ipsos lateat, quod si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, Apostolicæ sedis benignitas, quæ ordines & professores eosdem vbere fauore prosequitur & gerit in visceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur: nec eadē æquanimiter pati posset, quin super hoc prouisionis opportunæ remedium adhiberet, ipsosque nihilominus cælestis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime prætermiret.

¶ Nulli ergo omnino & cetera.

De decimis.

¶ Bonifacius octauus collector decimæ.

¶ *Cum Bonifacius decimam certis ex causis hic in principio expressis ab ecclesiis & ecclesiasticis personis exigi statuisset, multa dubia circa illam suborta sunt, quæ hic clare & prolixe manifestãtur.*

sed concordat, est implendum; sicut intentioni eligentis & iuri consonum, arg. ff. de euict. in creditore, ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. Labeo.

a ¶ Nos etenim.] sed nunquid hic §. respicit tres articulos præcedentes, vel solum immediatum de sepulturis? Dic quod omnia, præsertim propter verba quę sequuntur, præmissis, vel alicui præmissorum. Sed quæro, pactum est super sepultura, quod haberi potest regulariter, licet hoc modificetur, extra 6. lib. c. 1. & 3. mota controuersia super hoc est sententiatum & confirmatum per sedem Apostolicam, vt de facto uidi ante hanc cōstitutionem: Nunquid per hunc §. tollitur dicta sententia & confirmatio? Videtur quod sic, quia si pactum tollatur, & quod sequitur ex virtute pacti, arg. C. de duobus reis, l. fin. Dic contra. hæc ordinatio exorbitat à iure communi, & hoc quod non est expresse sublatũ, stat. C. de appel. pręcipimus, in fin. nec sententia pactum est sublatum, ergo pactum est sic fortificatum sicut sententia, & confirmatione, arg. extra 6. lib. de pact. quãuis & 6. lib. de iureiu. licet. & 6. libr. de foro comp. capit. fin. Plus enim hoc potest simpliciter, ut dictis iuribus. Item argu. authen. vt cum de appellatio. cogn. no. in prin. & §. 1. & ibi no. legem nouam non referri ad causam pendentem in iudicio seu decisam sententia: etiamsi lex ad p̃terita referatur, dominus Io. Monac. de partib. Picardiæ Cardinalis.

Additio Io. Fran. de Pauinis.

ADDITIO. Ad intellectum istius decretalis, super cathedram, est omnino videndus tractatus siue consilium Oldradi, quod incipit, Grauamina, quæ fratribus ordinum Mendicantium inferuntur, & est in numero meorum 13[?], ubi examinantur & determinã

tur per partes difficultates resultantes tam super verbo, libera, de quo in textu, quam super alijs, de quibus ibi: vbi concluditur in effectu quod verbum, libera, notat quandam prærogatiuam absolutam, & dominium super actu cui adijcitur, de elect. cum nobis olim, in fin. &c. Item quod licitũ est fratribus etiã processionaliter ire ad assumēdum funus per alienas parochias, cũ eis videãtur concessa omnia, per q̃ peruenitur ad fi. l. 3. §. vlti. de ser. vrb. præd. Item, ꝙ de relictis ab his, qui apud eos non eligunt sepulturã, nulla quarta debetur: quia cessat rō constitutionis, l. quod dictũ, de pact. Itē ꝙ de relictis fratrib. affectione sãguinis, amicitiæ uel meriti, dēt solui quarta. Itē ꝙ decretalis non hēt locum nisi in relictis fratribus, apud quos eligit̄ sepultura per infirmum, qui in ea infirmitate decesserit, arg. no. in l. alũnę, ff. de adi. leg. Item ꝙ nō hēt locum ubi testator expresse relinquit canonicã portionem ecclesiæ parochiali, argu. in l. cum quo. ff. ad legē Falc. Item, ꝙ non debetur quarta de obligationib. quæ fiunt in anniuersario, & alijs officijs sequentibus. Item, nec de mortuarijs in quantum differunt a funeralibus Itē, ꝙ parochia debet recipere quartam, de manibus fratrum, & nō hæredũ defuncti. Itē, ꝙ quarta debetur de relictis ꝓ ornamētis, libris, & fabricis, & luminaribus, &c. item ꝙ de datis inter viuos, & in sanitate quorum dñiũ statim transiuit, quarta nō debet̄. item ꝙ parētes possunt eligere ibi sepulturã ꝓ filijs. itē, ꝙ quarta debetur de pecunia relicta ad cōplendã ecclesiam: licet si quarta detraheret̄, non sufficeret pecunia ad istũ vsum item ꝙ dicta dec. nō extendit se ad eos, qui mortui sunt ante eam cōditam: sed in illis seruari debuit decr. inter cũctas Benedicti xi. Ioã. Franc.

vide

vide textum cum glossa in clementina secunda, eod. tit. vbi hæc extrauagans in multis declaratur.

CAP. VNICVM.



ECLARATIONES, quas in negotio decimæ per nos nuper impositæ, pro prosecutione guerræ ac negotii regni Siciliæ contra hostes, de ecclesiis, & personis ecclesiasticis, per totam Italiam, & cetera loca constitutis volumus obseruari (cuius quidem decimæ in illis partibus te superintendentem seu collectorem duximus deputandum) tales sunt: De redditibus, & prouẽtibus leprosariarum, domorum Dei, & hospitalium pauperum, qui in vsus leprosorum, infirmorum, & pauperũ conuertuntur, decima non soluetur: Moniales aliæque regulares personæ, quarum redditus, & prouentus ecclesiastici adeo sunt tenues & exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habendo vitæ suę sustentationem necesse habent publice mendicare, & eleemosynas publice petere, dictam decimam non persoluent. Sęculares quoque clerici, quorum ecclesiastici redditus & prouentus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non pręstabunt.

¶ Si vero vna persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis prouentibus summam memoratam excedant, quotquot vel quantumcunque modica fuerint de omnibus, & singulis decima persoluetur: sed non soluetur de pitantiis monachorũ. Similiter de his, quæ a Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis: vt ex his perpetui emãtur redditus: Item de xeniis pręlatis & aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non soluetur.

¶ Soluentium decimam electioni seu arbitrio committitur, vtrum ipsam velint soluere per totum tempus quod durabit decima, pro rata prouentuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis ęstimationis prouentuum eorundem. Sed vna via electa non licebit alicui variare, ad aliam recurrendo. Et fiat & redigatur per collectores in scriptis electio huiusmodi expresse in prima solutione decimæ supradictæ: alioquin iuxta æstimationem communem per totum tempus soluere tenebuntur.

¶ Declaramus autem, quod hi qui elegerint soluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & soluant decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona, quæ in ecclesia sua vel beneficio (quod residentiam personalem requirit) non residet, sed facit in eodem per firmarium vel vicarium deseruiri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum prouentuum portionem: non de vicariatus seu firmarii portione: sed de vniuersis ipsius ecclesię vel beneficii prouentibus decimam exhibebit.

Bñficia aliqua sunt q̃ personalẽ residentiã nõ requirunt.

¶ Declaramus etiam quod de syluis seu nemoribus, quæ non consueuerunt vendi, nil soluetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit duranre decima: & tunc æstimabitur quantum valere debent annui redditus partis venditæ secundum assisiam, quę consueuit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit: & de sola æstimatione decima persoluetur, & non de eo quod perciperetur de dictis syluis seu nemoribus, quæ vendi non consueuerunt, nisi forte vendantur durante decima: quia tunc soluetur ex vẽditione pascuagii seu herbagii, aut alterius consimilis prouentus eorundem nemorum, & syluarum. Et si non vendantur huiusmodi pascuagia, & similia, non soluetur decima de his: ita tamen quod in fraudem decimę nihil contra hoc attentetur. Idemque de pascuis, herbagiis, & consimilibus obuentionibus syluarum volumus obseruari.

¶ De stagnis, & piscariis decima sic soluetur: videlicet quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretii ex ipsa venditione vltima recepti: ut pretio diuiso in partes secundum annorum terminum, durante decima soluatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quot fuerunt anni prędicti: vt si fortè sũt quinque anni elapsi, ex quo fuerat stagnum

venditum, & tunc vendantur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis quibus durabit decima, soluetur ipsa decima de tribus partibus pretii tantum, videlicet, lx. florenorum, & multiplicabuntur, & minuentur partes pretij prout plures, & pauciores fuerint dicti anni. De piscarijs autem fluminum & lacuum, & venationibus si vendantur, & syluis cęduis, idem quod de stagnis fiet. De piscibus stagnorum vel beluis garenarum, quos pro vsu vel esu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non soluetur. Et quia nonnulli obtinent a monasteriis & ecclesiis prioratus, grangias, domosu, redditus, pensiones, & census, in soluenda de his decima credimus distinguendum; videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, siue hoc sit concessum per sedem Apostolicam, siue per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de illorum prouentibus soluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc vterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis vel firmæ de ipsa pensione uel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel post concessionem huius decimæ ad vitam propriam emit prouentus prioratuum vel aliorum prędictorum pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantum æstimatione communi valeant annui prouentus, prioratus, grangiæ, domus, terrarum, seu redditaum huiusmodi; & secundum hoc ab illis quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori pretio quam valeant, sunt talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, & non monasterium vel ecclesia de illo in quo gratia facta est ipsis, & de reliquo illi quorum est proprietas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro iusta mercede seu remuneratione laboris, uel obsequii præstiti uel præstandi talia sunt concessa: ij, quorum est illorum proprietas in decimatione prouentuum suorum, etiam horum prouentus merito numerabunt, & de illis (sicut de aliis quos pro certis suis vtilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hæc per illos qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos, quę prędiximus, seruabuntur. Nec deducentur expensæ, quę pro monachis, qui in talibus prioratibus, grangiis, seu domibus, in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent, fieri dignoscuntur. Expensę autem illorum monachorum vel personarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis seu domibus ad iustam firmam seu pensionem concessis, siue determinatæ, siue non, ęstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimationem monasterium uel ecclesia, cuius illorum est proprietas cum suis prouentibus, decimabit.

Redditus obtinent ab ecclesiis uariis modis.

Labor est remunerãdus.

Res tran[sit] cum one[re] suo. 16. q. 1 [...] quis laicis

¶ Prælati de procurationibus, quas in uictualibus percipiunt, decimam non persoluent; sed qui eis præstant huiusmodi uictualia in decimatione suorum prouentuum, & redditaum numerabunt, & soluent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas prælati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, & quas perciperent etiam si non visitarent decimam præstare tenentur. Prælatus autem qui procurationem (quam si ne uisitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit: quia remittit quod sibi debetur, & de quo soluisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si uero procurationem quam tantum in uictualibus licet percipi, fortasse remittit persona ecclesiastica cui remissio facta est, huiusmodi uictualia cum aliis prouentibus suis cum soluet, decimam ęstimabit: cum etiam si non esset remissa, hoc facere teneretur.

Procurationes q̃nq; in uictualibus q̃nq; in pecunia recipiuntur.

¶ In soluendo decimam supradictam solæ expensæ necessariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducentur. Expensę autem, quæ fiunt in castrorum custodibus, cum fiunt extra rem, uel etiam in ædificiis construendis uel conseruandis, nullatenus deducentur, sic ut nec illæ quæ in uillis tuendis fieret in guerris, seu etiam caualcatis. De iis quoq; quæ consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus, soluetur decima, deductis salariis moderatis, quæ ante concessionẽ decimæ cõsueuerunt solui iudicibus, &

Expensarum quædã fiunt in re, quædã ext. rem.

& officialibus, similibusque personis, sine quibus iurisdictio & cetera similia nequeunt expediri: ita tamen quòd in fraudem decimę nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expensę officialium, iudicum, & consimilium personarum factę in uestibus siue uictualibus, minime deducentur, sicut nec alię expensę similes factę circa familiam prelatorum. Ratione autem æris alieni quo persona soluens decimam obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiam si certę res ecclesiasticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis & de molendinis decima prestabitur. Soluetur autem de oblationibus, siue fiant pro benedictione nubentium, siue pro exequijs mortuorum, necnõ de prouentibus singulorum prelatorum, & de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque sibi, & alijs personis ecclesiasticis non personarum, sed ecclesiarum vel officiorum ratione relictis, decima persoluetur.

Emẽdæ pñt ab excõicatis recipi.

¶ Pro decima supradicta non exhibebitur pecunia, nisi illa communiter curreret de mandato domini terræ, & quæ est moneta in locis, in quibus consistet fructus, & redditus, vnde decima persoluetur: nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem.

¶ Sed si ex probabilibus seu verisimilibus presumptionibus apparuerit quisquam pensatis eius prouentibus minus debito notabiliter de decima persoluisse, ita quod super hoc merito suspectus debeat reputari, ex officio nostro per viros idoneos deputandos a nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio diœcesani episcopi, vel alicuius deputandi ab ipso, si sit eius subditus, & non aliter, si episcopus ipse vel deputatus ab eo cõmode possit haberi: & tunc demum & non prius, ille cuius prouentus fuerint taliter æstimati, pro eo quòd minus soluerit etiam nominatim excommunicabitur: si eius contumacia exegerit & visum fuerit expedire. Episcopi autem & abbates, cetereque personæ ecclesiasticæ honorabiles non suspectæ, propriæ conscientiæ relinquantur: ita quòd sufficiat quo ad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo modo soluentes vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout nobis, & illi cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire. Proferatur autem (si expediens visum fuerit) excommunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimæ vel suorum æstimationem prouentuum, cum fuerit facienda, fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam. Fiet autem solutio decimæ non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus, sed in pecunia numerata. Soluetur autem decima illis, quos ad hæc contigerit deputari. Rector parochialis, qui vrgente necessitate ecclesiæ, puta quia ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curę propter multitudinem parochianorum vel diuisionem parochiæ suæ: sed necesse habet vnum vel duos vel plures capellanos conducere, & eis propter victum salarium constituere, salarium huiusmodi poterit in decimæ solutione deducere: sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet. Quòd si in diuersis ciuitatibus, & diœcesibus diuersa beneficia obtineantur, de vnoquoque beneficio in ciuitate vel diœcesi, in qua illud fuerit, decima persoluetur. De eleemosynis vero seu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, quæ in ciuitatibus, & aliquibus castris, & locis dictarum prouinciarum in certis festiuitatibus, in candelis, & alijs consueuerunt dari & offerri ad opus fabricę deputatis, decima non soluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui consortiales dicuntur: interdum per clericos, quæ ad opus consortij reducuntur, & quæ offeruntur vt luminaria in ecclesia, cruces & calices fiãt & reparentur, & etiã ex illis pauperibus subueniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem & clerici exules cuiuscunque conditionis aut dignitatis existant, de suis prouentibus ecclesiasticis decimam persoluent. Illæ quoque expensæ, quæ fiunt pro fossatis & alias pro terris ædificandis, vt vberiores fructus producant, & illæ quæ fiunt in conseruandis, & reparandis ædificijs molendinorum, domorum, seu apothecarum & similium, & ex quibus fructus & pensiones recipiuntur, & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent: de decima huiusmodi minime deducentur. Nec etiam illę quę fiũt pro custodia castrorum, quamuis fiant maiores solito. Insuper de oblationibus minutissimis,

Capellani pñt operas suas locare. vide not. i. c. significatũ de prębend.

Obligatiões qñq; per laicos, qñq; per clericos colliguntur.

simis, quas percipiunt ecclesiasticæ personę ratione ecclesiarum suarum pro sepulturis, & dandis pænitentijs, decima persoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianę distributiones prouentus ecclesiastici sint, de distributionibus, quæ dantur in horis canonicis pręsentibus, debere solui decimam declaramus. Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis qui debent soluere decimam, de aliqua certa summa soluenda pro decima, nequeunt conuenire. De fructibus arborum, & hortorum soluetur decima. De his autem quæ consumuntur vsu vel esu animalium, si sint ecclesiarum, soluetur decima, deductis expensis necessarijs, quæ fiunt pro custodia: si vero sunt personarum, decima non soluetur.

Deum in negotijs nřis hēre dēmus præ oculis.

¶ Tu ergo in his solum Deum, & iustitiam pro pręmissis pręoculis habens, ex pręsdictis declarationibus in decidendis huiusmodi dubitationibus, quæ pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem accipias: super maioribus vero decisionem Apostolici oraculi expectes.

¶ Volumus quoque, & pręsentium tibi auctoritate mandamus, vt in vnamquanque personam ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cuiuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis, existat, quæ decimam ipsam nullo modo, vel non integre, scienter, aut non secundum verum valorem fructuum suorum perceptorum, siue non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illorum exhibitione malitiam commiserit siue fraudem, excommunicationis sententiam auctoritate nostra promulges: Et etiam in singulos, qui scienter impedimentum pręstiterint directe, vel indirecte, publice vel occulte, quo minus decimæ prędictæ soluantur. Et omnes & singulos, qui huiusmodi sententias latas incurrerint: per te & per alios, singulis diebus Dominicis & festiuis pulsatis campanis, & candelis accensis, vsque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nuncies, & facias ab omnibus publice euitari: Aggrauaturus aliàs manus tuas contra ipsos prout proteruiã, & contumaciam exigere videris eorundē: quòd si satisfacere decreuerint, post plenã & integram satisfactionem ab huiusmodi excommunicationibus iuxta ecclesiæ formam absoluas eosdem, & dispenses cum eis super

Excõicationis publicãdæ modus.

irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint à diuinis: Prouiso hactenus quòd contra decimam huiusmodi non soluentes nullatenus sine speciali mandato Apostolicę sedis inuocetur brachium sæculare. Quodque ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinũ, vel ad priuilegia ecclesiarum & monasteriorum, aliorumque locorum ecclesiasticorum: ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Calen. Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

V Iam ambitiosæ,

De regularibus, & transeuntibus ad religionem.

¶ Martinus quartus.

¶ Religiosi Mendicantes sub excommunicationis pœna prohibentur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocunque quæsito colore: quam ipso facto incurrũt tam recepti quàm recipientes quacunque licentia non obstant. Quid iuris sit de iam receptis, subdit.

CAP. VNICVM.



Iam ambitiosę cupiditatis religiosis potissime Mendicantibus pręcludere cupientes, ad alios ordines pręsertim monasticos (fucatis tamen colorib. afferentibus ob frugem melioris uitę, aut arctioris obseruantię) tam sancti Benedicti, quam Cistercienfis, Camaldulensis, Vallis vmbrosę, canonicorom regularium sancti Augustini, uel aliorum monastic orum ordinum conuolare nitentibus, licentiam à sede Apostolica seu legatis aut nunciis eiusdem sedis ad transferendum se de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, pręsertim ea ratione (ut uerisimile est, prout facti euidentia docet) ut liberius degãt, dignitatesque, & beneficia monastica consequi ualeant, & ex certis

Cupiditati oib. pserti religiosis m dicantib. e pcludenda

a Debeat.] cape verbum, admitti, aut recipi, quod est infra.

ris alijs causis honestati non consonis obtinentibus. Ac volentes etiam conseruationi ordinum Mendicantium prouidere: auctoritate Apostolica, ex certa scientia, tenore præsentium declaramus, & etiam decernimus, statuentes quòd de cetero nullus religiosus ordinum Mendicantium quorumcunque, cuiuscunque gradus, status, conditionis, vel religionis existat, quantumcunque & qualitercunque, possit & debeat a virtute cuiuscunque licentiæ, etiam indulti Apostolici, seu pænitentiarij nostri curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per litteras Apostolicas facultatum quarumuis tam legatorum vel nunciorum sedis Apostolicæ, quàm alia auctoritate, maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus præsertim ordinum Mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus huiusmodi Mendicantium, sub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi, per aliquos etiam superioris ordinis, seu monasterij, aut loci monastici, seu alias in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis supradictis, vel alijs expressis (ordine Carthusienſiũ duntaxat excepto) sub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrunt. Et quam ex nunc, prout ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientia, & auctoritate antefatis proferimus in his scriptis. Et a nemine, nisi dumtaxat a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo †) excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneant, & nullius existant efficaciæ vel momenti. Decernentes etiam & volentes, quòd si quis hactenus virtute cuiusuis licentiæ, seu mandati huiusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, & habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis suscepisset, siue professionem emiserit siue non, sub dicta pœna teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit (etiam si beneficia ecclesiastica seu rectorias ecclesiarum quarumuis obtineat) stare in eius totali ordinatione, & in huiusmodi ordine monastico Altissimo deseruire.

Ordo Carthusieñium præ ceteris ampliori potit prærogatiua.

† Vide Côc. Trid. sess. 14. cap. 7. de casuum reseruatione.

¶ Si quis autem prætextu huiusmodi licentiæ, vel sine habitu, vel cum habitu vagando incederet, monitione præuia teneatur & debeat intra terminum quindecim dierum a die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius religionem vel ordinem, vnde cum licentia vel sine licentia recesserat, remeare. Quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum tamquam notorius apostata excommunicatus in omnibus, & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari, etiam per inuocationem auxilii brachii sæcularis, quotiens fuerit opportunum.

¶ In futuris autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiusmodi in aliquem monasticum ordinem (Carthusiensium dumtaxat excepto) possit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti virtute alicuius licentiæ vel indulti, absque sedis huiusmodi licentia speciali sub dictis pœnis: & nihilominus secus facta non teneant ipso iure: Huiusmodi licentiis & indultis, necnon constitutionibus Apostolicis, & Mendicantium ordinum prædictorum, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris litteris mentio habita foret, & aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, statuti, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Sebenis iij. Calend. Augusti, Pontifi. nostri anno primo.

¶ Ioannes xxij.

¶ Religiosi sine sui superioris licentia vltra mare euntes, sunt ipso facto excommunicati; nec ibi sunt ad prædicationem vel diuinorum celebrationem admittendi.

CAP. II.

Religionis habit⁹ sine ipsius veritate parum prodest.

AD nostrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quod nonnulli religionis

ligionis gestantes habitum, sed a ueritate religionis omnino vacui, & à modestia penitus alieni, ad partes quandoque transmarinas se tranferant, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur. Et vt illi decipere facilius simplicium animos, ac ipsos, & alios in errores præcipitare seu retinere valeant, sub ouili veste ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, per doctrinas suas reprobas, & erroneas fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere satagunt: In ipsis partibus periculum nimium spargere non omittunt, necnon & os suum ponentes in cœlum, lingua eorum falsidica transeunte super terram, sanctæ Romanæ Ecclesiæ detrahere constitutionibus, & alia multa a fide deuia in suis sermonib. & secretis collocutionibus euomere insanis ausibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos.

Lupinus animus sub ouili veste à multis geritur.

Os in cœlū ponunt, qui Romanę ecclesiæ detrahunt cōstitutionibus.

¶ Nos itaque tantis obuiare periculis paternæ diligentiæ studijs cupientes, vniuersis, & singulis religiosis cuiuscunq; conditionis, religionis, ordinis, vel status existant: de fratrum nostrorū consilio districtius auctoritate presentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris ordinis sui licentia, sibi per ipsius litteras patentes concessa, de cetero ad partes se transferat antedictas. Superioribus ipsis nihilominus iniungentes, ne quibusuis sui ordinis fratribus (nisi dumtaxat viris litteratis, prouidis, & expertis) huiusmodi licentiam impertiri præsumant. Nos enim quoscunque presumentes contrarium quouis modo excommunicationis subiacere sententiæ volumus ipso facto: A qua nullus ab alio quàm a Romano Pontifice possit (nisi dumtaxat in mortis articulo) absolutionis beneficium obtinere.

¶ Ceterum vniuersalis Ecclesiæ prelatis in virtute sanctæ obedientiæ districte precipiendo, presentium tenore mandamus, quatenus nullos religiosos ad partes se transferentes prædictas: nisi per patentes superioris sui ordinis litteras de licentia speciali se illuc tranferendi sibi concessa prælatis eisdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus suis, & diœcesibus ac locis, & terris aliis ad predicationis officium vel diuinorum celebrationem admittant: sed ipsos potius velut apostatas capiant seu capi faciant, eos carcerali custodię (donec de dicta licentia speciali modo prædicto sibi constiterit) detinendo. Et nihilominus si quos religiosos approbare, quæ sedes Apostolica reprobauit, vel quæ alias sunt fidei obuia in suis prædicationib. seu secretis collocutionib. dogmatizare persenserint, vt tales (quibuscunque cessantibus priuilegijs) possint licite capere, & carcerali custodiæ, sicut suos possent subditos mancipare, licentiam impertimur. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, vt de premissis summarie, simpliciter & de plano, ac sine strepitu iudicij & figura, per se, vel per alium seu alios se solerter & fideliter studeant informare, quousque de prędictis seu eorum aliquo repererint reos esse, iuxta statura canonum, & in aliorum exemplū castigare pœnis debitis non postponant: Non obstantibus exemptionibus, & aliis quibuscunque priuilegiis, & litteris Apostolicis eisdem religiosis vel eorum ordinibus ab eadem sede concessis vel in posterum concedendis, etiamsi de illis plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda. Quæ quantum ad prædicta vel aliquod eorundem eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auin. 6. Idus Maii Pontificatus nostri anno nono.

Religiosi sine sui superioris licentia se absentare non debent.

Approba[…] per sede[…] Apostoli[…] non sunt [...] probanda.

¶ De religiosis domibus.

Ioannes xxij.

¶ Licet Beguinarum status sit propter multas rationes per Clementem quintum reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis quæ nec sunt culpabiles nec suspecta sub habitu Beguinarum viuere: nec sunt tales per ordinarios molestanda. vide cap. 1. eod. tit. in Clemen.

CAP. VNICVM.



RAtio † recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. Sane felicis recordationis Clemens Papa Quintus prædecessor noster,

† Vide c. [...] eo. tit. in cle[...] & c. ad no[...] strū in cle[...] de hæretic[...] & extra, Io[...] 22. S. Roma[...] na eo. ti. de reli. dom[...] Guidonem Carmel tā[...] in sūma de hæresib. Begu[...] norū, & Ey[...] mericū in Directorio inquisitorū par. 2. q. 15.

ster, cum de mulieribus quæ Beguinæ vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuissent, præcipue de Alemaniæ partibus insinuata sinistra, & præsertim quòd earum quædam de summa Trinitate, & diuina essentia disputarent, & prædicarent, ac circa articulos fidei, & ecclesiastica sacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducerent, & multorum simplicium animas in diuersos errores inducerent: ex his, & alijs frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione suspectas, in illas quę statum huiusmodi nouiter assumptum sectarentur vlterius, aut quæ illum de nouo assumerent, excommunicationis sententiam promulgauit.

Religiosæ mulieres qd facere dent.

¶Verum quia in multis mundi partib. plurimæ sunt mulieres, quæ similiter vulgo Beguinæ vocatę, segregatę, quandoque in parentum aut suis, interdum vero in aliis aut conductis sibi communibus domibus insimul habitantes, vitas deducunt honestas, ecclesias de nocte frequentant, diœcesanis locorum & parochialium ecclesiarum rectoribus reuerenter obediunt, curiositatem disputandi, aut auctoritatem seu temeritatem potius prædicandi nullo modo sibi vsurpāt, nec se vel alias seu alios quoslibet pr missis opinionibus erroribusque inuoluunt, nec vlla super his est, aut fuit hactenus nota seu suspicio cōtra eas, quæ ipsas dissimiles a luce sua constringeret: Vt nullis earum, quę perpetuam forte Domino continentiam deuouerunt, occasio præbeatur ad lapsum: & ne periculis, damnis, & scandalis plurimis, quę proinde verisimiliter sequerentur, pro prouisione ecclesię moderna occupentur: Beguinas huiusmodi inculpabiles (vt pręmittitur) nec suspectas sub prohibitione & abolitione præmissis (quia de ipsis prędecessor noster præfatus nullatenus sensisse dignoscitur) de fratrum nostrorum consilio declaramus, & volumus non includi.

¶Locorum ordinariis nihilominus iniungentes, vt eas sub prætextu huiusmodi nullatenus molestari permittant. Et si quid forsan ex hoc in bonis, aut iuribus a quibuscunque contra eas attentatum est hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auctoritate nostra in statum reduci debitum volumus: Inuocato si opus fuerit, auxilio brachij † sæcularis.

Brachiū sęculare pōt similique ab ecclesia inuocari ca. ii de f. or. in antiq.

¶Ceterum statum Beguinarum huiusmodi, quas esse permittimus (nisi de his per sedem Apostolicam aliter ordinatum extiterit) latenus ex præmissis intēdimus approbare. Locorum autem ordinarios, & alios ad quos prædicta spectabunt, curam peruigilem, & solicitudinem debitam præcipimus adhibere, ne præmissarum sequentes inuia, & ipsarum actus temerarios imitando, præmissis erroribus, & disputationum, & prædicationum temeritatib. se inuoluant, eas quæ contra prædicta præsumpserint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Porro mulieres, quodcunque nomen habentes, quæ de illis ex quibus prohibito præcesserit, culpabiles se reddiderint, aut merito notabiles vel suspectas esse, si statum vel habitum quoque modo mutauerint, vere sub prædicta decernimus remanere censura, & taliter contra eas, per illos ad quos pertinuerit, procedi volumus & mandamus, quod ab errore de more reuocatæ, non vltra inficiant sanas oues.

De censibus, exactionibus, procurationibus.

¶Benedictus[a] duodecimus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam[b] rei memoriam.

¶Taxat procurationes, pabula charitatis, & subsidium charitatiuum: Saluat priuilegia, conuentiones, consuetudines, & præscriptiones, & indemnitatem pauperum, inhibet contrauenìri, punit transgressores & eorum familiares, &c. Et locari debet sub rubrica de censibus, & procurationibus.

a ¶Benedictus.] iste Benedictus fuit duodecimus natione Tholosanus Sanardanus Apamiarum diœcesis primū appellatus Iacob. Fornerii, abbas fontis frigidi, ordinis Cisterciēsis, & magister in sacra pagina, deinde eps Apamiarum & deinde eps Mirapiscen. postea tituli sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis, assumptus ad papatū ann. dñi M. cccxxxiv. 20. Decē. & ann. M. cccxxxxii. xxv. April. lis vita functus est, Pontificatus sui anno v. successit Ioan. xxii. sibi vero successit Clemens VI. Io. Fran.

b ¶Perpetuam] sic & omnia instrumēta ad hoc fiunt 1. q. 8. saluberrimum, 25. q. 1. omnes feminæ, & quia hoc graue negocium est & vt magis teneatur hæc prouisio, merito est perpetuæ memoriæ seruāda, facit de pœnis, in quibusdam de schismaticis, c. 1. de pœnis, in c. felicis, li. 6. & ꝙ not. in cap. ad Apostolicæ, in prin. de re iud. eo lib. 6. vbi nota ꝙ solus papa sine concilio potest hoc facere, & facit hæc extrauagans ius commune, c. pastoralis. de fide instrumento. & ibi not. Io. Franc.

Vas


As electionis I.] ¶ Diuidit in quinq; partes principales. Nā primo exorditur. Secundo ibi, (Statuimus.) taxat procurationes. Tertio ibi, (in super punit trāsgressores. Quarto ibi, (Præmissis) extendit constitutionē. Quinto subdit clausulas cōsuetas cū data ibi.

[Nulli &c.] Prima pars tres hēt rōnes exemplares impulsiuas ad condendā hāc constitutionem. Secūdo pars tripliciter taxat quantitatem procurationum exigendarum, iuxta triplicē diuisionē prouinciarum, & regnorum, & qualitatem visitantium etiā si per alios visitant modificādo, & extendendo ac declarando. vt infra patet. Tertia pars punit visitatores, transgressores, & eorum familiam. etiam si a sponte volentibus recipiant, vel receptum remittentibus non restituant. Quarta pars extendit constitutionem ad charitatiuū subsidium. Taxat valorem Turonensium, & excipit tres casus. Vltima ibi.

[Nulli.] subdit clausulas consuetas cum datis.

† De materia huius extrauagantis uide cōciliū Latera. sub Alex. 3. cap. 4. Conciliū Latera. sub Inn. 3. c. 33. Concilium Oxoniēse c. vt singula. & Cōcilium Trid. ses. 24. de refor. c. 3

† Actuū capit. 20.

1 Hāc extrauagantē gl. hic Ioannes Franciscus Pauin.

CAP. I.


As a † electionis b Paulus Apostolus egregius prædicator, se & eos, qui secum erant, proprijs manibus exhibebat, c † vt Pseudo d & subdolis operariis sub prædicationis specie lucra sectantibus locum prę cluderet, & his quos ipse pascebat pabulo e verbi Dei, non existeret onerosus.

¶ Sane licet circa modestiam in exigendis procurationibus, obseruandam a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus salubria emanauerint instituta: quia tamen (sicut experientia docet) nonnulli prælatorum, f necnon diœcesis nunciorum, uel legatorum Apostolicæ sedis, de quibus nullam faciunt mentionem expresse, sic se reddiderunt, & redduut in dictarum procurationum exactionibus onerosos, h vt oppressi subditi huiusmodi onera nequeant supportare, & victum longi temporis breuis hora consumat. Nos attendentes, quod parentes h debent thesaurizare filiis, non deliciis fastidiosis eorum substantiam absorbere; ac cupientes pro diuersitate conditionum visitantium prælatorum, & prouinciarum ac ecclesiasticarum etiam facultatum certum modum sufficientem visitantibus, & supportabilem visitatis in præmissis fore de cetero obseruandum de fratrum nostrorum consilio i præsentis constitutionis edicto, Statuimus, quod cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum regnis, ac terris, prouinciis, & partibus adiacentibus, & in vicinis eisdem, nec non in Delphinatu, Burgundiæ, Sabaudiæ prouinciæ, & Forcalquerii comitatibus archiepiscopi k & episcopi, ac alii prælati & personæ ecclesiasticæ, quibus id de iure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter visitabunt: Ijdem archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum cathedralibus ecclesiis pro procuratione vnius diei siue in victualibus, siue a volentibus in pecunia, vltra trecentorum, a monasteriis vero & aliis ecclesiis vel prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium vel conuentum duodecim vel plurium personarum, vltra ducentorum ac quinquaginta. Ac habentibus vero paucarum personarum collegium seu conuentum & quibusuis aliis ecclesiis, prioratibus, & locis, ultra ducentorum: Episcopi vero ab ecclesiis cathedralibus, vltra ducentorum. A monasteriis vero & ecclesiis aliis ac prioratibus sæcularibus, vel regularibus habentibus collegiū, vel conuentum duodecim vel plurium personarum, vltra ducentorum, quinquaginta: Ab habentibus vero paucarum personarum col-

a ¶ Vas.] hoc nomen fuit sibi impositum cælitus in eius conuersione. Actuum, 9. c. & hoc principium sumptum est ex c. cū Apostolus, in prin. de censib.

b ¶ Electionis.] & ideo nō vitiosum, in quo omne oleum, & vinum facile corrūpitur, de pæ dist. 3. §. siue a me. adde textū Marci 2. in fine.

c Exhibebat.] id est, procurabat 18. q. 1. iā nunc 21. q. 1. c. 1.

d ¶ Pseudo.] idest, falsis: Et est græcum nomē indeclinabile vt no. in dict. c. cū Apostolus, cōtra quos nota monitionē cōcilii generalis de qua in c. irrefragabili. in fine, de offic. ordina.

e Pabulo.] est enim verbum Dei pabulū animæ ex quo viuit, c. inter cetera. de offi. ordin. quia non in solo pane, &c. sed in oī verbo, &c. vt ibi.

f Prælatorum,] etiam Cardinalium, vt probat textus in ca cum Apostolus, vers. Cardinales, de cens. & in ca procurationes in princ. eod. titul. & ibi no.

g Onerosos,] vsque ad exinanitionem extremę virtutis, 10. q. 3 cauendum. & 1. qu. 3. placuit, ideo seruādum est quod statuit concilium Viennen. in cle. ad nostrum. §. fin. de censib.

h ¶ Parentes.] 16. qu. 1. prædicator. vbi Paulus dr̄ diuinus Apostolus, &c. & qđ beatius est dare, quā accipere. Et cum mysterio accumulantur tot rationes, vt si aliquæ cessarent, nō cessat dispositio. Inst. de nupt. §. affinitatis.

i ¶ Cōsilio.] ad quod non astabit sequendum, nec petendum, secundum glo. & doctores in c. Apostolici. de re iudic. & in ca. 1. de schismat. li. 6. licet Ioan. Monac. in hoc variauerit factus Cardinalis Sed quod Papa regatur consilio Cardinaliū, probatur in ca. licet, & c. in Genesi, & cap. ecclesia 2. in fin. de electi. sicut episcopi cōsilio canonicorum regi debent, cap. nouit, & ea quanto. de ijs quæ fiunt a prælat capit. quæ fuit, & capit. final de ijs quę fiunt a maio. par. ca. Host. in summa. in ti. de cōsi. archipresb. §. quæ pertinēt ver. potest. præsertim in arduis 2. & hoc seruat consuetudo.

K Archiepiscopi,] idem, & in patriarchis, primatibus, & aliis etiā pluribus, id est & abbatibus, de quib. vide infra. idē sunt enim primates & patriarchæ, 99 distin. prouinciæ, & dix su-

Consiliu Cardinali an dēat Papa sequi.

2 Vtrū in arduis tene papa regere cōsiliu Cardinaliū vide late Filippū Fr cū & docto res in c. su eo. de hær l. 6. adde A b tē in c q̄ uit. de his q fiunt a pt.

legium, seu conuentum, & quibusuis alijs ecclesijs, prioratibus & locis, [a] vltra ducentorum: Episcopi vero ab ecclesijs cathedralibus vltra ducentorum: A monasterijs vero & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus collegium habentibus duodecim vel plurium personarum, vltra centum & quadraginta: Ab habentibus vero personarum collegiũ pauciorum, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus & locis, vltra centum, quadraginta: Abbates [b] quoque a monasteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum vltra centum: Ab aliis quoque habentibus minus collegium ab ecclesiis, prioratibus & locis quibuscumque vltra octuaginta. Archidiaconi quoque vltra trigintaquinque, Archipresbyteri quoque vltra viij. Turonen. argenti valorem recipere non presumant. Si vero [c] præfati archiepiscopi, prælati, & personæ ecclesiasticæ ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: Iidem archiepiscopi a suis & aliis cathedralibus ecclesiis, vltra centum xx. A monasteriis vero & ecclesiis aliis ac prioratib. sæcularibus, & regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum; Ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus & locis vltra lxxx. Episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus, atque locis vltra lxxx. Abbates ultra lx. Archidiaconi ultra xxx. Turonen. argenti valorem non recipiat quoquo modo.

¶ In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Suetiæ regnis, terris, ac prouinciis, & partibus eisdem adiacentibus archiepiscopi, & episcopi, & alii quoque prælati & personę ecclesiasticæ cum (vt pręmittitur) personaliter visitabunt; Iidem archiepiscopi & episcopi, etiam si primates existant a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus & personis earum pro procuratione unius diei siue in uictualibus, siue a uolentibus in pecunia ultra trecentum & uiginti; A monasteriis uero & aliis ecclesiis prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegium duodecim uel plurium personarum ultra cc. & lx. Ab aliis uero monasteriis, ecclesiis seu prioribus minus collegium habentibus, aliis quoque ecclesiis, prioratibus & locis, ultra ducentorum & uiginti; Episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis, ultra ducentorum & uiginti; A monasteriis uero & aliis ecclesiis & prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegium duodecim uel plurium personarum, ultra centum & lxxx. Ab habentibus uero collegium minus, & quib. libet aliis ecclesiis, & prioratibus atque locis, ultra centum & quinquaginta; Abbates insuper a monasteriis prioratibus, seu ecclesiis habentibus collegium xii. uel plurium personarum, ultra centum. Ab habentibus uero minus collegium, ac ecclesiis prioratibus, & aliis locis quibuslibet, ultra lxxx. Archidiaconi uero ultra quinquaginta; Archipresbyteri [d] etiam ultra decem Turonen. argenti ualorem recipere non præsumant. Si uero iidem archiepiscopi, episcopi & prælati, ac personæ ecclesiasticæ ex priuilegio [e] Apostolico per alios [f] uisitare, & procurationes recipere ualeant in pecunia numerata, dicti archiepiscopi, etiam si pri-

mates

supr. in secunda quæstione prima partis, & idem arciepiscopi & metropolitani & nudis tantum verbis differunt. no. in capit. duo. de offic. ord. vide in Spec. in tit. de offic. ordina. §. sunt quoque. & in ver. & nota. sic & archiepiscopi sunt episcop. not. in cap. quam periculosum. de senté. excom. lib. 6.

a ¶ Locis.] non credo comprehendi hospitalia pauperum ꝓpter infra dicenda, puta leprosorum & aliorum infirmorum mendicãtium panem, sicut nec grangias per ca. fi. de censi. & idem forte de fabricis & commissarijs, de quibus canonica portio non detrahitur. capit. fin. de testam. & de alijs, de quibus non esset soluenda decima, de qua in clemen. si beneficiorum. de decim. de quibus omnibus dic, ut ibi plene not. Circa hoc tamen tenendum est illud, quod concludit Fridericus de Senis in consil. 111. Et an episcopus possit priuilegiare hospitale tempore constructionis, vt non possit ab eo vel successor bus visitari. vide eundem in consil. 248. Et quid de domibus leprosorum, uide per eundem in consil. 130. Et adde in simili quod firmat Pet. de Ancharano de testatore, in consil. 128. & quod examinat Guliel. de monte Lauduno in glo. super extrauagan. suscepti. Ioan. xxij. super ver. in totum. Io. Franc.

b ¶ Abbates.] idem credo de prioribus etiam canonicorum regularium. argumen. capit. quod Dei timorem. de stat. monach. & aliorum quorumcumque visitandorum etiam Mendicantium, exceptis tantum Fratribus Minoribus, de quibus in clemen. Exiui de verb. signa. Io. Fran.

c ¶ Si vero.] hic determinat quæ habentur. in c. felicis, de censi. lib. 6.

d ¶ Archipresbyteri.] Quid autem de archipresbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupantur, subdit infra, in versicul. illud quoque, Ioann. Franc.

e ¶ Ex priuilegio.] sine priuilegio vero non possunt: alias cõtrafacientes puniuntur. vt in cap. felicis. de censi. lib. 6.

f ¶ Per alios.] hæc constitutio approbat quod no. Ioann. Andr.

mates existant, ab huiusmodi ecclesijs, monasterijs, prioratibus atque locis, vltra centum: Episcopi vltra lxxx. Abbates [a] vltra lx. Archidiaconi vltra triginta Turoneñ. argenti valorem pro procuratione qualibet vnius diei recipere non præsumant.

¶ In Castellæ quoque Legionis, Aragoniæ, & Portugalliæ regnis & dominiis, terris & prouinciis regum Castellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adiacentibus etiam vicinis eisdem, excepto Sardiniæ & Corsicæ regno, archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac personæ ecclesiasticæ cum (vt præmittitur) personaliter visitabunt iidem archiepiscopi a suis & suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue a volentibus in pecunia, vltra centũ & quadraginta: A monasteriis vero & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum & viginti: Ab habentibus vero minus collegium, alijsque ecclesiis, prioratibus atque locis, vltra centum: Episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis, vltra centum: A monasteriis vero & prioratibus sæcularibus, vel regularibus habentibus collegium xii. vel plurium personarum, vltra octuaginta: Ab habentibus vero minus collegium, aliisque ecclesiis, prioratibus & locis vltra sexaginta, Abbates [b] etiam a monasteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra quinquaginta, Ab habentibus minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus & locis, vltra quadraginta: Archidiaconi vero, vltra viginti quinque Archipresbyteri vero, vltra quinque Turonensium argenti valorem recipere non attentent. Si vero proxime nominati archiepiscopi, episcopi, & prælati, & aliæ personæ ecclesiasticę ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere possint, in pecunia numerata: Iidẽ archiepiscopi ab eisdem suis & suffraganeorum suorum ecclesiis, vltra octoginta. A monasteriis vero & ecclesiis aliis ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegiũ duodecim vel plurium personarum, vltra sexaginta: Ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus siue locis, vltra quinquaginta: Episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus siue locis: vltra quadraginta: Abbates vero ab eorum monasteriis, prioratibus ecclesiis siue locis, vltra triginta; Archidiaconi vero vltra viginti Turoné.

Prælatorum vicem gerentes variis cẽsentur nominib.

in ca. felici. de censib. in glos. super ver. officio. Et adde ꝙ prælati aliquando habent officiales de offic. vic. c.2. & 3. de appell. Romana de off. ord. c. Romana. de offic. delega. c.4. in fin. lib.6. & cap. insinuante. Quandoque habent vicarium in spiritualibus de temp. ord. cap.2. §.1. lib.6. Quandoque habent vicarium generalem, dicto cap.3. §. episcopo autem, de temp. ord. & de offic. vic. c.fi. de præb. c. statutum. lib.6. Quandoque habent simpliciter vicarium, ca. statutum, & c. vt officium, & cap. vt commissi. de hæret. lib 6. Quandoque tales vocantur locum tenentes 93. dist. c.fi. Siue ergo quis vicarius a sede Apostolica deputetur, vt in c. is cui. de elect. lib.6. siue a capitulo ecclesiæ cathedralis episcopali sede vacante, vt in cap. penult. de supplen. neglig. præla. lib. 6. vbi potest ex consuetudine visitare saluis notatis in clemen. 1. de hæret. siue ab electa in abbatissam a maiori parte capituli, ca. indemnitatibus de elect. lib.6. siue ab alio prælato electo concorditer in casu capituli, nihil de elect. cum visitat poterit recipere procurationem iuxta istam taxam. argumẽ. notatorum in dict. capit. felicis. de censi. facit cap. si episcopus. de offic. ordin. eod. lib. Et si sunt plures, tunc solum principalis, sed non foraneus poterit hoc generaliter facere vt probat clem. & si principalis, de rescrip. Quid si plures essent omnino æquales officiales vel vicarij. Dic vt ibi no. Quid de foraneis in locis suis? Dic attendenda illorum mandata. adde text. in l. 1. C. de offic. eius qui vic. alterius gerit. Io. Fran.

Vicarius pōt visitare & ꝓcurationem recipere.

Abbas Cluniacẽsis subditos mediatos & immediatos visitare potest.

a ¶ Abbates.] de patre abbate Cluniacensium, quomodo teneatur visitare subditos suos mediatos & immediatos, vide Oldr. in consil. 155. quod incipit: Prima quæstio. & adde quantum ad abbates, idem videtur esse effectus inquisitionis generalis & specialis, ut dicit idem Oldradus in consil. 227. quod incipit, licet quantum. Io. Franc.

b ¶ Abbates.] honeste facerent abbates & alij religiosi non exigere pecuniam, sed cõformare se laudabilibus consuetudinibus & constitutionib. monasteriorũ, & contentari comedere cum alijs in refectorio, & dormire in dormitorio communibus, vt melius valerent oculo intelligere quomodo se habeant omnia, tam in ecclesia quam in mensa, & tam de die quam de nocte, & propter bonum exemplum. argumeñ. eius quod not. in clement. ad nostrum. de censi. in vers. si voluerint. & in c. magnæ. de uoto, quia ꝙ agitur a prælatis, cito a subditis trahitur in exemplũ, ut ibi & in cap. pręcipue. 11. q.3. alias tot mortibus digni sunt quot perniciosa exempla, &c. vt ibi & hoc satis dicit. §. nostræ tñ intentionis. in ver. nec vltra. & vers. ceterũ. Tenentur .n. visitatores nō minus exẽplo q̃ verbo ędificari & plãtare. c. qm̃ & cap. inter cetera. de offic. ord. facit cap. Romana in fi. de censib. lib 6. vbi vide not. per Ioã. And. in no. ver. & in ca. singulis. de stat. monac. In huiusmodi nãque actibus regularib. non sunt subtilitates neq; glossæ exquirendæ, nec appellationes admittendæ, sed simpliciter oĩa sunt expedienda ca. ad nostrã, reprehensibilis & cũ specialis. de appel. Nō est tñ omittendum ꝙ si p̃latus religiosus in mortali constitutus notorius, vel infamatus sit incorrigibilis & propterea si a subditis appelletur, dẽt appell. deferri, alias pro tan-

Prælator[um] gesta sũt [sub]ditorum e[xem]pla.

argenti ualorem recipere non attentent.

¶ In Apuliæ uero, Calabriæ, terræ Laboris, Siciliæ [a], Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicę, & ceteris alijs Italiæ partibus, nec non Sclauoniæ, Achaiæ, Cypri, & ceteris regnis, insulisque, & alijs, prouincijs, & partibus omnibus vltramarinis & etiam transmarinis, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi ac prælati alij & personæ ecclesiasticæ consistentes, cum (vt præmittitur) personaliter visitabũt: Iidem patriarch, & archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in uictualibus siue a uolentibus in pecunia vltra sexaginta: A monasterijs uero & ecclesiis alijs, ac prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegiũ xii. vel plurium personarum, ultra quinquaginta. Ab habentibus uero minus collegium & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis. vltra xl. Episcopi, etiã a cathedralibus ecclesiis, vltra quinquaginta: A monasteriis uero aliisq; ecclesiis, & prioratib. sæcularibus vel regularib. habentib. collegium duodecim vel plurium personarum, vltra quadraginta: Ab habẽtibus vero minus collegium, & ecclesiis aliis seu prioratibus uel locis quibuslibet, vltra triginta: Abbates [b] vero a suis monasteriis uel prioratibus simile collegium uel maius habentibus, vltra viginti: Ab habentibus vero minus collegium & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis, ultra sexdecim: Archidiaconi vltra decem Turonẽ. argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si vero prelati, patriarchę, [c] archiepi, epi, & personę ecclesiasticę proxime nominati, ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere ualeant in pecunia numerata, dicti patriarchæ seu archiepiscopi ab eisdem suis, vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus ultra quadraginta: A monasteriis quoque & ecclesiis aliis ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra triginta. Ab habentibus vero minus collegium, & ecclesiis aliis, prioratibus siue locis, & subditis quibuscumque, vltra vigintiocto. Episcopi quoque a suis cathedralibus & quibuslibet aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis, vltra viginti: Abbates etiam vltra decem, nec non archidiaconi vltra quinque Turonen. argenti ualorem recipere nõ presumant. Ita quod expẽsæ seu sumptus vniuersi, seu taxatio pecuniaria huiusmodi procurationis totius diei, [d] videlicet in pecunia vel victualibus & necessariis aliis predictã summã vel valorem aliquatenus non excedat, nec vltra dictas sũmas vel taxationes seu valores earum prætextu cuiusuis consuetudinis vel alias, uel ab ipsis platis uel familia-

ribus

Monachi sunt misericorditer corrigendi.

ta nto excessu satisfacere compelletur, de appellat. de priore. quia ad talem non pertinet indici alia correctio. 3. quæstio. 7. iudicet. Misericorditer etiam, & non passim sunt corrigendi monachi, & non more latronum in grauem carcerem detrudendi. de statu monach. capit. ea quæ. & non debent esse prælati nimis graues in corrigẽdo, alias de consilio conuentus id est, capituli, est correctio temperanda. dicto capit. reprehensibilis. in fin. de his quæ fiunt a præla. nouit. & capitu. ea nolc tur, & ideo dicit textus in dicto capit. Romana. in fin. consuetudines rationabiles & approbatas, secundum Hostien. & Ioan. Andr. ibidem in nouella. Ioann. Franc.

a ¶ Siciliæ.] nota. quod huiusmodi insulæ sunt pars prouinciæ cui adhærent. l. insulæ. ff. de iudic. cum ibi nota. facit ff. de uerborum signifi. l. notionem. §. primo, faciunt not. in capit. quoniam a nobis. de decim. ex quo sequitur, quod qui in Sicil a uel Corsica est, aut Sardinia, debet respondere in Italia, ut not. in dicta l. insulæ, probatur ff. ad municip. l. qui ex uico. Idem dico de eo qui est in insula Maioricarum, ut teneatur respondere regno Nauarræ, ut patet sup. §. statuimus, ubi dicitur illi adiacere, & cet.

Abbatissæ monasteriũ egredi non debent.

b ¶ Abbates.] de abbatissa uero dicit Archid. quod etiam pro uisitandis monasterijs sibi subiectis ei non licet egredi monasterium, per textum in capit. primo, de stat. regu. libro 6. ibi, quacunque ratione, sed debet per alium uisitationem facere, circa quod uide not. in Clemen. 1. in princip. eodem tit. in glo. istorum. mouetur etiam archidiaconus: quia quod generaliter scriptum est, generaliter est accipiendum, capitu. secundo, de coniug. leprof. Item fortificatur prohibitio in eo quod ibi duo casus excipiuntur: in alijs ergo stet ualida. de decim. ad audientiam, 31. distinct. omnino. 31. quæstio. prima; quomodo. & c. 8. distinct. si consuetudinem. Et licet textus ille non uideatur loqui de abbatissa, nihilominus appellatio monachorum includit abbates ubi de salute animæ agitur. capit. fina. de simon. item ibi in §. uerum, exprimit de abbatissa, & hæc opinio multum sapit honestatem, de quo per Ioan. And. in dicto cap. 1. de statu regul. in 6. & dixi in tractatu visitationum. quæst. 2.

Monachorũ appellatione includuntur abbates.

c ¶ Patriarchæ.] nota Patriarchæ, & sicut capitul. exigit. extendit cap. Romana. de censib. ita fortius vna clausula debet extendere aliam, argum. in l. doli, clausula, de uerbor. oblig. & cap. 2. requiris. supra de appellat. & l. 3. ff. de vi bonor. rapt. Ioan. Franc.

d ¶ Diei.] hoc intelligo, nisi quando ex causa oporteret visitantem ibi stare per plures dies ex causis necessarijs & culpa visitandorũ, ut habetur in capit. conquerente. de offic. ordin. tunc enim sibi debent imputare visitandi, quia necessitas legem non habet, de quo plene dixi in tractatu visitationum. quæstio. 3. primæ partis. Ioan. Franc.

e ¶No-

ribus earumdem quicquam exigere vel recipere licet etiam a volentibus, quando ex conuentione vel consuetudine minus soluere consueuerint, quod propter prædicta non plus soluant. Illud quoque quod de archidiaconis superius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpositis, alijsque personis ecclesiasticis superius non expressis, quibus visitationis officium & procurationis receptio ex priuilegio sedis Apostolicæ, vel de iure seu consuetudine competere dignoscuntur: Decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquib. regionibus archipresbyteri nominantur [a], circa quos in receptione huiusmodi procurationis id quod supra statutum est, de alijs archipresbyteris, volumus obseruari.

¶Nostræ tamen intentionis existit, quod si ex conuentione vel consuetudine tā ecclesiæ cathedrales, quam collegiatæ, & aliæ quælibet sæculares, ac etiam monasteria, prioratus conuentuales, & loca alia quæuis ecclesiastica, earumque capitula, collegia seu conuentus, & rectores etiam & personæ prelatis quibusuis visitantibus (vt prefertur) minus debeant vel consueuerint, [b] quā per nos superius est statutum, ad soluendum vltra conuentionem vel cō suetudinem huiusmodi nullatenus adstringātur, sed super ijs circa eos consuetudo & cōuentio huiusmodi obseruentur. Huiusmodi etiam moderationes & taxationes ad prælatos quoslibet, qui prætextu cuiusuis cō suetudinis in monasteriis, siue locis aliis ecclesiasticis gratis recipiātur ad pabulum charitatis [c] extendimus, & etiam prorogamus, [d] prouiso nihilominus, quod in locis q̄buslibet secundum quod maior vel minor rerum copia fuerit in iisdem, nec non iuxta maiorem vel minorem personarum & euectionum [e] numerum huiusmodi visitantium, expensarum maiorum vel minorum debita moderatio teneatur, ita tamen quod maiores expensæ non excedant summam superius limitatam.

¶Insuper prædictis omnibus archiepiscopis primatibus, episcopis, & aliis superius nominatis visitantibus, ne vltra conuentionem vel consuetudinem huiusmodi circa personas, & loca vbi fuerint nec vltra moderationes & taxationes prędictas quicquā præsumant recipere districtius nihilominus inhibemus. Volentes etiam constitutionem prçsentem pœnæ [f] adiectione iuuari, statuimus, ꝙ si dicti visitantes per se, vel (si ex priuilegio eis competat) per alios visitationis officiū exercuerint, & procurationes receperint (vt prefertur) ipsi, vel familiares eorum vltra taxationes prædictas aliquid sciēter exegerint, vel receperint etiam a volente:

a ¶ Nominantur.] vt no. in d. c. cum Aposto los. super verbo, decani. Io. Fran.

b ¶ Consueuerint.] h. d. propter ea quæ habentur in cap. cum ex officij, de præscript. & not. in cle. ad nostrū, circa princ. de censib. adde quod habetur p̄ Io. Andr. in addit. Spe. in tit. de censib. in fi. & in mercu. super regula, plus semper, de reg. iur. lib. 6. & in c. fi. eodem titu. & lib. & per Lapum allegatione 30.

c ¶ Charitatis.] h. d. propter ea, quæ habentur in clem. ad nostrū, circa fi. de censi. & in d. cap. cum Apostolus, ad finem.

Cōstō ēt pœnalis q̄nque ampliatur ex identitate rationis.

d ¶ Prorogamus.] patet ergo hic, & inf. vēr. præmissis, ꝙ hęc constō quamuis pœnalis, extenditur ad casus similes ex identitate rationis: quasi tunc non dicatur extensio, quia quod est ex ratione. est & ex mente, ut no. in cap. si postquam. de ele. lib. 6. & in c. sciant cuncti. præsertim ubi est omnino eadem ratio. not. de temp. ord. cap. 1. eod lib. & no. Archid. de pæn. distin. 1. c. vulgaris. in §. pœnæ. alias secus, ut not. Butriga. in clem. 1. de rescrip. facit deci. 277. quod not. Ioan. Andr. in nouella. de reg. iur. odia. ad fin. & in clemen. 1. de consanguin. & affinit. & in clem. auditor. de rescri. & in clem. 1. de foro competen. & per Bart. in l. furti. §. fina. ff. de ijs qui not. infam. & Butri. de præb. in ca. dilectus. facit l. tantum §. 1. ff. de seru. corrupt. & quod habetur in l. 1. ff. de lega. 1. & in l. maximum vitium, C. de libe. & posthu. & l. si quis seruo. C. de furt. & Butr. in cle. 1. de of. vicar. & in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl. & in l. 2. C. de patr. qui fil. distra. & per modernos. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. uide Ioan. de Milis in repertorio, in verbo, lex siue constitutio, &c. habebit enim locum in speciali visitatione, de qua in c. excommunicamus. in §. adijcim⁹. de hær. & in ea de qua in c. Eleutherius. 17. q. 2. & in ea de qua in c. seruitium. ead. causa. & quæstione, de quibus no. in c. accedentes, de præscript. & in capit. præterea. de iure patr. & in ca. procurationes. de censib. & in omnibus alijs similibus procurationibus.

e ¶ Euectionum.] & an numerus personarū, & euectionum debeat alias esse æqualis, vide plene per doctores in ca. cum ad quorundam, de exces. præla. & dixi sup. q. prox. circa princ.

f ¶ Pœnæ.] ut quos Dei timor, &c. de vit. & hon. cler. ut clericorum. 82. di. plurimos. & c. felicis. §. præmissis, de pœnis. lib. 6. q̄a non semper omnia deducuntur in iudicium, & ideo sola prohibitio quandocunque parum proficit, & inter leges illa dicitur imperfecta, in qua nulla pœna deuiantibus sancitur, ut refert dicere Macrobium Io. Andr. in dicto cap. exigit. de censibus. Et nota hic imponi pœnam pecuniariam pro delicto; quia nō applicatur uisitāti, neque parti, sed Ecclesiæ, sic & quando esset appli ando pauperibus, ut in ca. ad liberandam, de Iudæ. & in ca. quia plerique, de immunit. eccle. etiam vsque ad quadruplum 81. dist. quoniam quidam, 1. q. 7. sancimus, 23. q. 1. militare. Si autem applicaretur visitanti, procederet de radice auaritiæ & cupiditate, & ideo imponi non posset nisi in casib. a iure expressis cap. licet. de pęn. 16. q. 2. cum deuotissimam, & de rapt. in archiep̄atu. quia nec conuentionalis in foro ecclesiastico exigi debet, alias modestiæ pontificalis obliuisceretur, qui inhonestis quęstibus

Lex quæ [illegible] uiantes n[illegible] punit est [illegible] perfecta.

Pœna pec[illegible] niaria q̄n[illegible] imponitur[illegible] delicto.

duplum [a] eius quod ipsi ijdem prælati, vel eis scientibus aut ratum habentibus eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menses post receptionem seu scientiam huiusmodi ecclesijs, monasterijs, & alijs locis a quibus illa receperint, restituere teneantur. Si vero dictis prælatis per alios visitantibus, hi qui pro eis visitationis officium exercebunt, per se vel alios vltra moderationes seu taxationes prædictas quicquam exegerint seu receperint etiam a volentibus duplum eius quod vltra receperint, ecclesiis, & monasteriis vel locis aliis a quibus id receptum fuerit intra præfatum terminum restituere teneantur. Alioquin ex tunc dicti prælati, qui vltra moderationes & taxationes prædictas, seu conuentionem, vel consuetudinem huiusmodi receperint in pecunia numerata duplum ipsum eisdem ecclesiis, monasteriis siue locis vltra dictum tempus restituere differentes, ingressum ecclesiæ sibi nouerint interdictum. Hi vero pro dictis prælatis visitationem huiusmodi (vt præmittitur) exercentes, ab officio, & beneficio nouerint se suspensos, quousque grauatis ecclesiis monasteriis, siue locis de huiusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. Adijcientes constitutioni præsenti, quod si quis de familia prælati personaliter visitatis aliquid vltra moderationes & taxationes præfatas per se vel alios, prælato ignorante, nec ratum habente, receperit ab ecclesiis, monasteriis, & locis aliis visitatis, duplum eius quod vltra receperit, de suo proprio intra duos menses post receptionem huiusmodi ecclesiis monasteriis, & locis aliis, a quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin ex tunc [b] recipiens, si clericus fuerit, tamdiu ab officio, & beneficio sit eo ipso suspensus. Si vero laicus, [c] tamdiu ingressum ecclesiæ sibi nouerit interdictum, & a communione Eucharistiæ ipso facto nouerit se suspensum, donec de duplo huiusmodi grauatis ecclesiis monasterijs siue locis satisfecerit cum effectu: Nulla eisdem vltra moderationes & taxationes prædictas recipientibus, in his donantium remissionem [d] liberalitate, vel gratia valitura. Ceterum moderationes & taxationes huiusmodi in illis locis volumus obseruari, in quibus id fieri poterit secundum ecclesiæ monasterii, vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcepimus modestiam adhiberi, quod per hæc quæ ad exonerationem locorum ecclesiarum statuendam prouidimus, non doleant se grauari, nec per hoc dicti prælati exigendi amplius quàm ipsi subditi pati possint, indultam sibi existimet potestatem.

¶ Præmissis quoque adijciendo statuimus, [e] quod si dicti prælati vel aliquis eorundem ex Apostolica indulgentia, vel consuetudine, seu de iure, petant sibi ab ecclesiis, monasteriis, & locis aliis eorumque capitulis, collegiis, vel conuentibus, rectoribus, seu personis moderatiuum seu charitatiuum [f] subsidium exhiberi, non possint a singulis eccle- sijs,

bus anhelando desideraret cum aliena iactura ditari, c. suā, & ca. constitutus, de pę. nisi pro mensura interesse c. dilecti, de arbit. Est enim naturæ congruum eas tātū pœnas exigi, quæ cum competenti conferuntur moderatione vel a legibus certo fine conclusæ statuuntur, l. 1. C. de sētentia, quæ pro eo quod inter. prof. hoc tenent Card. & But. post Hostien. in dicto ca. dilecti, sed Abbas contra, & male, saltem in spirituali, & ecclesiastico. Ioan. Franci.

a ¶ Duplum.] hoc sumptum est ex ca. procurationis. in fin. de censi. & cap. quia plerique, de immu. eccl. & credo, quod in isto duplo computetur exactum, & receptum, facit. 23. q. 1. militare. 18. d. quoniam. 1. q. 1. concussionis, & c. exigit, de censi. libr. 6. vbi nota illud quod hic dicitur de familia. Et quod prælatus tenetur de facto ipsorum facit. 86. dist. an putatis, & de ele. generali, §. fin. Ioan. Fran.

b ¶ Ex tūc.] s. elapso secundo mēse, vt nota in d. ca. exigit. super versic. extunc & facta restitutione, statim sunt absoluti sine alia sententia. 81. di. si qui cum suis, & de spon. in c. non est. Ioan.

c ¶ Laicus.] puta cocus cle. ad nostrum. de censibus, vel notarius, vel alij, de quibus in c. Romana. §. procurationis de censibus & ibi no. de sigillatoribus, quod tamen debet intelligi secundum, quod ibi declarat Io. An. in nouella. Io. Franc.

d ¶ Remissionem.] hoc sumptum est ex capit. exigit. de censi. libr. 6. tibi not. quod quis rem suam vel sibi debitam remittere non potest, licet in re sua quis sit moderator, & arbiter. l. in re mādata. C. mandati, & nihil tam naturale, &c. vt in §. per traditionem. insti. de re. diui. Et si post restitutionem factam ille iterum donaret, credo idem propter verba hic geminata scilicet remissionem liberalitate vel gratia, quia præsumeretur in fraudē facta, ar. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. si sponsus. §. recte. & ff. ad Velleian. l. quāuis. §. si cum essem. & quod habetur in cap. commissa de electio. cum similibus, & quod not. 14. q. 3. plerique, & in cap. quanto. de priui. Licet Ioan. And. videatur innuere contrarium in simili. in ca. statutum. circa fi. de rescrip. libr. 6. super ver. remissionem, per leg. sed si ego. ff. ad Velleian. & ea, quæ habentur in c. Gemma. de spon. quia alias facile fieret fraus legi, &c. Ioan. Franc.

e ¶ Statuimus.] concor. cum dicto c. cum Apostolus. §. fin. de censib.

f ¶ Charitatiuum subsidium.] quod ex manifesta & rationabili causa tantum peti potest cum charitate, vt d. c. cum Apostolus. §. prohibemus. hæc enim duo simul requi-

Charitatiuū subsidiū quare & a quib. peti potest.

n suā vel debitam s qñque ttere quit.

siis, monasteriis, siue locis pro subsidio huiusmodi vltra petere vel recipere (etiam a volentibus) nisi quantum ascenderet singulę procurationes in pactum per nos superius moderatum, quas ijdem prælati possent recipere, quando ex priuilegio per alium visitarent.

¶ Porro Turonenses prędictos tales fore intelligimus, quod duodecim ipsorum valeant vnum florenum [a] auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunii Florentini.

¶ Per constitutionem autem huiusmodi nolumus, quod prędicti prę lati, vel alii, quibus visitationis officium & pro curationum recepto ex priuilegio sedis Apostolicę, vel alias de consuetudine vel de iure competere dignoscuntur, ius visitandi seu procurationes recipiendi sibi valeāt vendicare. [b] Nec per constitutionem eandem aliis constitutionibus super premissis per prędecessores nostros dudum editis, quo ad alia contenta in eis aliquatenus derogetur. Insuper abbates Cisterciensis [c] ordinis sua monasteria visitantes, sub prędicta constitutione nostra nolumus comprehendi, cum super his per aliā constitutionem nostram duximus specialiter prouidendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam nostrarum constitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis & pręcepti ac voluntatis [d] infringere, vel ei ausu temerarario contraire. Si quis autem hoc attentare prę sumpserit, indignationem [e] omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &

requiruntur, & quia hæc est charitas, non currit contra eam præscriptio secundum Host. alias multum longe a paterna pietate videretur, si præpositi subditis suis graues existerent, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fouere, & potest episcopusmet compellere eos ad hoc soluēdum, secundum Inno. & Host. allegant 43. dist. qui emendā. dum tamen non excedant, vt ca. sane & ca. cum ad quorundam. de exces. præla. alias posset appellari secundum communem sententiam doctorum ibi, per quā appellationē essent tuti ab excommunicatione, & vbi esset dubium, superioris arbitrio esset determinandum. arg. 10. qu. 3. quia cognouimus. & 11. q. 1. si clericus. & not. in dicto ca. cum Apostolus. Adde quæ plene habentur per Inn. in c. ex parte. de verb. sign. & Butri. in c. venerabilis. de censib. Quæ autem sint iustæ causæ petēdi charitatiuum subsidiū, vide Oldradum in consil. 205. quod incipit, circa propositā quęstionē, & qđ possint prælati conuocati ad concilium generale imponere clero charitatiuum subsidium, tenet Inn. in ca. 1. de statu. mona. & no. 10. qu. 3. vnio. & quid de priore Generali ordinis Camaldulensium, an pro exēpsis factis in sua promotione & cōi seruitio cameræ Apostolicæ, possit a subditis petere charitatiuum subsidiū, & qñ per epos possit exigi, uide per Calderinum in cons. 30. in tit. de censib. Et adde ꝙ ad subsidium impositum per Papam tenentur Cardinales, etiam pro beneficiis, quæ tenēt ut administratores. Et quædam alia circa subsidium Papæ, uide per Ludouicū in consil. 468. Adde ēt ꝙ si c. sedeuacante statuit & iurat de minuendo charitatiuo subsidio, p̄t postea soluere debitam summā constōne hmōi non obstāte, secundum Lapum allegatione 20. Cōsulo quod clerici impetrent a sede Apostolica priuilegium ad instar priuilegii cleri Paduani, dudum a sede Apostolica obtenti, quod pro charitatiuo subsidio non possint grauari ultra certā & specificā summam soluēdam in termino annorum duorum, maxime pp crebras translationes, q̄ hodie fiunt cū magna iactura cuiusque cleri. Adde ēt qđ ana pæna suprapposita, & non repetita hic. s. qñ exigeretur subsidium charitatiuum ultra taxā prædictam ualeat exigens, maxime si exigat a sponte soluentibus excusari, uidetur tenenda conclusio. Lapi allegatione. 38.

a ¶ Florenum.] quid si mutentur monetæ, & facultates ecclesiarum crescant. Vide quæ plene habentur in c. quanto. & c. olim. de cēsib. Et hæc intelligo, nisi super hoc in aliquibus partibus essent beneficia taxata ad minorem summam: quia tunc illa illa taxata esset seruanda, ꝙ vr̄ esse de mente huius cōstitutionis, & probatur ex notatis in clem. si beneficiorum. de deci. in gl. in ver. taxationem. facit ad hoc extrauag. Ioan. xxij. quæ incipit. Suscepti iunctis declarationib. quæ super ea emanauerunt, de quib. plene habetur in d. cle. si beneficiorū, quas doctores post glosā dicunt extendi debere ad casus similes.]

b ¶ Vendicare.] simile in ca. 1. de sta. reg. lib. 6.

c ¶ Cisterciēsis.] propter istud uerbū patet, quod clemen. Ad nostrnm, de censib. que principaliter pp Cistercienses facta fuit, de quibus hic subijcitur, in quantum pręsertim loquitur de charitatiua hospitalitate remanet in suo vigore, & quomodo per clausulas derogatorias consuetas poni in litteris legatorū derogetur derogatorijs clausulis cōtentis in priuilegijs hmōi monasteriorū super procurationibus soluēdis, vide plene per Frider. de Senis in cons. 233. & plura dubia circa mandatū Apostolicum de compellendo exemptos ad contribuendum cum alijs clericis ad onera legāterum & nunciorum sedis Apostolicę, uide per eūdem Frid. in consi. 238.

d ¶ Voluntatis.] de importātia istorū verborū, uide gl. ī c. statu. de hær. li. 6 & cle. 1. de off. uic. & in clē. 1. de rer. permu. & in ca. statuimus, de off. deleg. in 6. & in c. litigantes, de offi. or. eo. li. per Butr. in c. p̄terea requisisti. de appel. & Abba. in c. cum te, de re iud. De uerbo aūt, iniungimus, habeē in cle. qa cōtingit. de relig. domi. De uerbo, uolumus, p Abb. in ca. fin. qui fil. sint legi. De uerbo, decernimus. no. in clem. gñalem. de ęta. & qual. & in cle. per. lr̄as. de p̄b. & in clem. si una. de reb. eccle. non alie. & in cl. quamuis. de appel. & in cl. litteras, de rescr. in c. si. de uerb. sign. lib. 6. De uerbo, censemus, in clem. i. de prob. De uerbis simul iunctis, decernimus & declaramus, in c. 1. de cler. ægr. lib. 6. Adde qđ qñque ista uerba impropriantur per c. in his. de uerb. sign. Adde decis. 206. in antiq. q̄ incipit, utrum si cōtra reum secundū. s. subiectam materiam. & qñ in materia magis est erratum quā in forma, sic & ubi Papa loquitur ut magister. ut in c. litteras. de rest. spol. & cap. cum Marthæ. de celebra. Miss.

e ¶ Indignationem.) humano more loquitur, quoniā nō indignatur neque irascitur Deus. 32. q. 4. incommutabilis. & no. in c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alien. ubi probatur, qđ ista important talē anathemate feriendum. quo Deus iratus animas percutit. Vel pōt dici, quod ēt alias iudicis arbitrio punire possit & dēat, ex quo nō est certe pæna statuta, per ea q̄ habenē in

Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.[a] Datum [b] Auinione xv. Caléd. Ianuarii, Pontificatus vero nostri anno ii.

De celebratione Missarum.

¶ Ioannes xxii.

¶ Narratis perturbationibus plurimis, quæ ecclesiæ præsertim per hæreticos inferũtur, ordinat Romanus Pontifex, quod dum Missæ celebrantur, in quibus deuotius oratur, certæ preces hic expressæ ad Deum effundãtur. Et vt Christiani ad id sint promptiores, viginti dies indulgentiarũ cũctis hoc facientibus elargitur. Aduerte qđ sub hoc tit. apte potuisset locari extrauagans Docta. quæ est sup. de vita, & honest. clericorum, vt ibi tractatum est.

CAP. VNIC.



Iscipulorum Christi gesta nos instruũt, vt in pelago huius mundi procella surgente ad diuinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem commotione maris adeo grandi facta vt fluctus in nauiculam quam Iesum sequentes intrauerant, operirent, Christum dormientem vocibus excitarunt supplicibus, & aduersus ingruentes tempestatis impetus ab eo salutis præsidium postularunt. Cum itaque catholicam Ecclesiam, quæ congregationem † fidelium comprehendit, videamus (quod dolentes referimus) pacis æmuli, zizaniorumque satoris malitia procurante, discordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeo eleuatos, quod quasi operiãt ipsam totam: hæreticos insuper Ecclesiam ipsam cernamus, & schismaticos impugnare ferociter, ac vt inconsutilem † Domini tunicam scindant, multipliciter laborare: Cum fratribus nostris deliberatione præhabita diligenti, expediens (immo necessarium potius) æstimamus, vt ad illum qui ad dexteram patris residet in excelsis, qui caput est congregationis eiusdem, cuique potestas omnis tam in cœlo quam

in c. de causis, de offi. deleg. & c. super his, de accu. & c. fin. de dolo, & contum. & l. 1. de iure deli. no. in ver. vlt. in c. si canonici, & in versi. condigna. in c. quia plerique de offi. ordin. lib. 6. Adde etiam ꝙ pœna maledictionis est pœna æterna, vt no. Ioan. And. in cap. Romana, versi. pen. super ver. maledictionẽ, de cẽsib. li. 6. In nouella post Host. iniũgitur enim pro quolibet mortali peccato. Gen. 3. & nõ remittit nisi restituatur, &c. de vsur. cum tu. nec aliter potest absolui, 4. q. 3. si res, & in regula peccatum. de reg. iu. vbi si iudex, id est episcopus non potest dispẽsare, alias sec⁹ ut no. in ca. licet de pęnis. Adde quod refert Io. And. in c. 1. in fi. de suppl. negl. præl. lib. 6. in nouelle, & ꝙ p salutationẽ papę, & osculum talis indignatio remittatur, videtur tenere. Io. An. in solutione 6. lib. in nouella, licet post excommunicationẽ propterea nõ consequeretur absolutionem, cle. si sũmus, de sent. exc.

a Incursurum,) & sic est canon ferendę sententiæ, & non latæ, vt probatur in c. relatũ, de iure pat. & mitius agitur cũ lege quam cum homine, ca. si celebrat. de cle. excom. mi. l. Celsus, ff. de arbi. c. dolẽtes, de celeb. Miss. & habetur in c. vnico. de sagit. in c. vno. de eo q. fur. ord. sus. secus si diceretur, excõmunicamus sic faciẽtem, &c. & ita intelligitur c. 1. de deposito, & ca. Salonitanæ. 63. distin. de quo plene in c. sicut tuis de sim. & in l. in criminali, de iurisd. omn. iud. Et qđ monitio debeat præcedere, vide per gloss. in clem. attendentes, in fi. de sta. reg. etiam contra rebelles visitare volentibus, & illos impedientes, vbi autem ipso facto pęna incurreretur, licet requireretur quod deberet de excessu constare parte citata, tñ absq; alia sñia declaratorio posset pęna publicari, & exigi, & hoc sufficeret per not. in cap. pro humani. in fin. de homicid. lib. 6. in clem. præsenti. de censib. & in clem. multorum, in fin. de pœnis. & ita intelligi potest Lapus allegatione 135. & not. in cap. commissa, de elect. clement. 1. de sequestr. poss. & fruct. & in cap. eum qui de præbend. in 6. & decis. 13. in antiq. & adde quod not. glo. in clemen. 1. de immunit. eccles. super versi. pro infectis.

b ¶ Datum.) de concernentibus datas, vide plene per Ioan. Andr. super data li. 6. in gl. Et quare non ponatur indictio, sed solum anni pontificatus, ibi vide plene in nouella, & an error in talibus vitiet. Et adde quod vsque ad tẽpora Eugenii nõ ponebãtur in litteris Apostolicis anni Dñi, put factũ est ab eius tẽpore citra, & hodie fit ad faciliorẽ haben iã notitiam temporum tunc currentium, vnde error in illis haberet vitiare rescriptũ per ea quæ plene allegat Io. And. ibidẽ, maxime propter stylum cancellariæ, qui etiam habet, quod vltimum verbum temporis debet complere vltimam lineam, qui stylus est attendendus, ut in c. quã graue in fin. de crim. fal. cum similib. Et adde ꝙ a natiuitate Domini id est, ab ipso die natiuitatis Iesu Chri, & non a die circumcisionis est cõputandũ, & incipiendum principium anni in Romana curia, vt vult Deci. in nou. 50. Item quod secundum cursum Franciæ & Anglię, annus incarnationis nõ incipit post annum natiuitatis, sicut secundum cursum Romanæ curiæ, sed post mensem Martii concurrunt sub eodem numero tam annus a natiuitate præcedens, quã annus incarnationis sequẽs, vt vult alia decisio in nou. num. 18. Et adde quod mensis intelligitur tot dies habere, quot hẽt mensis, in quo negotium faciendum occurrit, & qđ deficit immense occurrenti, suppletur de mense sequẽti. no. Ioan. And. in c. quã sit, de elect. lib. 6. & ita communiter seruatur, ut no. But. in c. licet, de sup. negl. prælat. & Bart. in l. cum bissextus, ff. de verb. sig. licet Hostien. dixerit pendere ex arbitrio iudicis, qui magis debet ampliare quam arctare. Adde quod dies incipit, à media nocte more Romano. l. more Romano, ff. de fer. & adde no. in c. consuluit, de off. deleg. Quid autem de loco loci, vide Bart. in l. cum tabernam, §. idem quæsiit, ff. de pig. per Io. Andr. in nouella, in c. abbate sane. de re iu. li. 6. & in c. inter, de fide instr. Et omnino vide gl. in c. pronuntiandum, de consecr. dist. 3.

Lucæ 8.

† Vide Turrecr. in summa de ecclesia li. 1. c. 8.

† Vide l. Fed. Imp. incio. incõsutilẽ tunicã. hr post Directorium Iquisitorũ ĩter lras Apostolicas pro officio S. Inquisitionis.

Lucæ 8. in terra noſcitur tradita, eique venti & maria obſecundant, † leuemus cum manibus corda noſtra: Ipſumque deuotis pulſantes precibus apud eum ſedulis orationibus inſiſtamus, vt inſurgentes præmiſſæ fremitus tempeſtatis, quæ quaſi vniuerſorum Chriſticolarum regna concutit, ſubditos contra dominos violato fœdere erigit, hęreticis, & ſchiſmaticis, ac rebellibus Eccleſiæ Dei, inſurgendi contra ipſam, eiuſque iura vſurpandi inſania damnabili auſum pandit: flatus ceſſare, fluctuſque prædictos quieſcere ſua faciat omnipotenti virtute: Cordaq; hæreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumque rebellium ad Dei Eccleſiæ vnitatem ac deuotionem inclinet, & habilitet: vel forſan, cum præmiſſis pertinaciter intendant perſiſtere, ipſorum elidat ſuperbiam, eorumque obſtinatam malitiam ſuæ virtute dexteræ conterat, & proſternat. Corda quoque ſubditorum ad eorum ſuperiores, & eorũ ſuperiorum cõuertat ad ſubditos, ipſoſque diſſidentes in concordiæ veritate conciliet, & cõfirmet, ſicq; det ipſis ſuperioribus præſidere, quod ſic regnent vt dirigantur, eorumque regimen cedat ſubditis ad ſalutem perpetuam quietem, & pacem nobiſque ipſe cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, modos & vias aperiat, per quos hoc quod in votis gerimus, efficaciter promouere poſſimus.

¶ Et quia in Miſſarum ſolemniis ad Deum conſueuerunt preces effundi deuotius, de eorundem fratrum conſilio ordinamus, quod in ſingulis Miſſarum celebrationibus poſt dictũ a celebrante Pater noſter, Reſponſioneque ſecuta, antequam in Miſſa vlterius procedatur, illud canticum, Lætatus † ſum in iis, quæ dicta ſunt mihi, totum cum Gloria patri, a religioſis clericis, & aliis litteratis præſentibus cum deuotione dicantur.† Et primo dicantur Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon Kirie eleiſon. Pater noſter. Et poſt iſti verſiculi ſubſequantur: Domine ſaluos fac reges. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ. Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Pſal. 121.

In recentio rib. libris cõſtanter legit dicant.

Collecta.

Eccleſiæ tuę quęſumus Domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum.

Hoſtium noſtrorum quæſumus Domine elide ſuperbiam: eorum contumaciam dexteræ tuę virtute proſterne. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Benedicat celebrans cõſequenter.

¶ Nos autem Chriſti fideles ad exequendũ ſupradicta promptius donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus vere pęnitentibus, & confeſſis, tam his celebrantibus, quam ipſis aſſiſtentibus obſeruantibus ſupradicta, quam aliis preces tunc deuotas Deo fundentibus pro præmiſſis diebus, & Miſſis ſingulis quibus hæc fecerint xx. dies de omnipotẽtis Dei miſericordia, & B. Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius auctoritate confiſi, de iniunctis ſibi pęnitentiis relaxamus. Nulli ergo, &c. Datum 12. Calend. Iulii, anno 12.

De reliquiis, & veneratione ſanctorum.

¶ Sixtus quartus.

¶ Qui conceptionem immaculatæ Virginis deuote celebrabunt, in eodẽ feſto, & eius octauis officio intererunt, tales tribuuntur indulgẽtiæ, quales conſequuntur Chriſti fideles in corporis Chriſti ſolemnitate.

CAP. I.



VM præexcelſa meritorum inſignita, quibus regina cœlorum Virgo Dei genitrix glorioſa ſedibus plata ęthereis, ſyderibus quaſi ſtella matutina prutilans deuotæ cõſiderationis indagine pſcrutamur & intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipſa vtpote via miſericordiæ, & mater gratiæ, & pietatis, amica humani generis, cõſolatrix ꝓ ſalute fidelium, qui delictorum onere grauantur ſedula oratrix, & peruigil ad regem, quem genuit, intercedit: Dignum, quin potius debitum reputamus, vniuerſos Chriſti fideles, vt omnipotenti Deo (cuius prouidentia eiuſdem Virginis humilitatem ab æterno reſpiciens, pro reconcilianda ſuo auctori humana natura, lapſu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui vnigeniti habitaculum ſancti

Dei genetrix eſt pro peccatorib. ſedula oratrix.

sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsius immaculatæ virginis mira Conceptione gratias & laudes referant, & instituta propterea in Dei Ecclesia, Missas, & alia diuina officia dicant, & illis intersint, indulgẽtijs, & peccatorum remissionibus inuitare, vt exinde fiant Virginis meritis & intercessione, diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti eiusdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, auctoritate Apostolica, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, quod omnes, & singuli Christi fideles vtriusq; sexus qui Missam, & officium Conceptionis eiusdem Virginis gloriosæ, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij magistri Leonardi de Nogarolis clerici Veronensis notarij nostri & quæ desuper a nobis emanauit, Missæ & officij huiusmodi institutionem in die festiuitatis Conceptionis eiusdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuote clebrauerint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quotiens id fecerint, eandem prorsus indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, quam iuxta felicis recordationis Vrbani † iiij. in concilio Viennensi approbatas † ac Martini v. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones consequuntur illi, qui Missam & horas canonicas in festo Corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi a primis vesperis, & per illius octauas iuxta Romanę ecclesię constitutionem celebrant, dicunt, aut missæ officio & horis huiusmodi intersunt: præsentib. perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ. M. ccccl xvi. iij. Calend. Martij Pontificatus nostri anno sexto.

Conceptionis B. Virginis officium quo fuit ordinatum.

Hanc constitutionem Vrbani habes insertam in Clement. 1. de reliq. & venerat. sanctorum.

† Forte, approbatam.

¶ Idem in eadem materia.

¶ Excommunicationem ipso facto incurrunt prædicatores asserentes diuinam Virginem in peccato mortali fuisse conceptam: qui etiam dicunt quod festum Conceptionis eius celebrantes grauiter peccant. Et vult præsentem constitutionem in locis populosis publicari.

CAP. II.

Graue † nimis gerimus & molestũ, cũ sinistra nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur. Sed in eorũ, qui ad Euangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus prædicando commissis, eo grauius prouocamur, quo illi periculosius remanent incorrecti: Cum facile deleri nequeant, qui multorũ cordibus sic publice prædicando diffusius, & damnabilius imprimunt errores.

† Vide conc. Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali. §. vlt. & extrauagantẽ Pij v. Pontificis maximi incip. Super specula Domini. vbi hoc statutũ confirmatur & approbatur.

¶ Sane cum sancta Romana Ecclesia de intemeratæ semperque Virginis Mariæ Conceptione publice festum solemniter celebret, & speciale ac proprium super hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuersorum ordinum prædicatores in suis sermonibus ad propulum publice per diuersas ciuitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut asserunt tandem gloriosam & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos eiusdem immaculatæ Conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmant peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicũ ediderunt; ex quorum assertionibus & prædicationibus non leuia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, & maiora merito exoriri formidantur in dies.

¶ Nos igitur huiusmodi temerarijs ausibus, ac peruersis assertionibus ac scandalosis, & quæ exinde in Dei ecclesia exoriri possunt (quantum nobis ex alto conceditur) obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & certa scientia huiusmodi assertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumeret, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula sua Conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hęresis labe prollutos fore vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium Conceptionis celebrantes, seu huiusmodi ser-

Scãdalis ecclesiasticis obuiandum est a prælatis.

mones audientes, alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falsas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosq; desuper libros prędictos id continentes, quo ad hoc auctoritate Apostolica tenore præsentium reprobamus & damnamus. Ac motu, scientia, & auctoritate prædictis statuimus, & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunq; alij cuiuscumque status, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui de cetero ausu temerario præsumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare huiusmodi sic per nos improbatas, & damnatas assertiones veras esse aut dictos libros pro veris legere, tenere, uel habere postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua ab alio quam a Romano Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere.

¶ Item motu, scientia, & auctoritate similibus simili pęnæ ac censurę subijcientes eos, qui ausi fuerint asserere contrariam opinionem tenentes, videlicet, gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen vel peccatum incurrere mortale, cum nõdũm sit à Romana Ecclesia, & Apostolica sede decisum. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque quibus communiter vel diuisim a sede Apostolica indultum existat, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam ac expressam ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem.

¶ Et ne de præmissis aliqũ valeant ignorantiam allegare: volumus quod locorum ordinarij requisiti pręsentes litteras in ecclesijs consistentibus in eorum ciuitatibus, & suarum diœcesum, & locis insignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, sermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit deferre: etiã volumus, & dicta auctoritate decernimus quod earundem litterarum transumpto † manu publici notarij confecto & authentico alicuius prælati ecclesiastici sigillo munito vbique stetur, prout staretur eisdem originalibus litteris, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, dãnationis statuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Domini cę M. ccccLxxxiij. pridie nonas Septembris, Pontificatus nostri anno xiij.

† Instrũm ex originali trãsumptũ qñque facit plenam fidem.

De immunit. eccles.

¶ Benedictus xi.

¶ *Decretalis, clericis laicos. eod. tit. lib. 6. habet locum tantum quo ad laicos tallias à clericis exigentes, & dantes illis auxilium, & non quo ad soluentes: præcipit deinde Lateranense, & generale concilia diligenter obseruari.*



Vod olim Hæc constitutio diuiditur in tres partes. Nam primo recitans constitutionem Bonifacij illam restringit. Secundo, §. Ceterũ, sententiam duorum conciliorũ subiungit. Tertio §. Attente. transgressoribus dictorũ conciliorum pœnas comminatur.

Diuisio textualis.

a ¶ Statutum est.] extra 6. lib. de immunita. eccles. clericis.

ADDITIO. In ca. clericis laicos. eo. tit. in 6. quod hodie reuocatum est, & etiam hæc declaratio saltẽ quo ad primam partem, ut c. 1. eod. tit. in Clemen.

Exigere est ab inuitis extorquere.

b ¶ Ad exigentes.] hoc est ab inuitis extorquẽtes. ff. de le. 3. l. fideicommissa, §. si rem, secundo respon. & alias significationes habet hoc verbũ, ut notaui extra 6. lib. de iud. ca. iuris. Ioan. Mona.

c ¶ Dantes auxilium.] omnes isti pari pœna puniuntur. argum.

CAP. I.



Vod † olim per felicis recordationis Bonifacium Papam octauum prædecessorem nostrum contra laicos exigentes siue recipientes a clericis & ecclesiasticis personis tallias, decimam, vel aliam quotam seu quantitatem aliquam de prouentibus bonorum suorum, aut ecclesiarum: nec non aduersus soluentes, aut promittentes, vel consentientes se soluturos, pœnis adiectis statutum est, [a] quantum ad pœnas ipsas ex causa de consilio fratrum nostrorum restringimus ad exigentes [b] tantummodo, & ad exigendum dantes auxilium, [c] consilium uel fauorẽ, non autem quo ad easdem pœnas in soluentibus aut recipientibus a sponte dantibus deinceps vendicet sibi locum. ¶ Ceterum attendant sollicite ecclesiarum prǽlati, & alij clerici

† vide ca. 1. eo. tit. i Clem. cum notatis ibidem per doctores.

extra de offi.deleg.c. 1.inst. de obl.quæ ex delic.nas.§.pen.
a ¶Lateranense.] extra eod.tit.ca.non minus.
b ¶Necessitatis,&c.] Nota necessitatem & vtilitatē æquiparari.
c ¶Generale.] extra de immun. eccles. si aduersus.
d ¶Concilium.]No. istud concilium debere scribi per c.dicitur enim à con & cilium, quadam similitudine ciliorum, quia sicut cilia iunguntur cum oculi quiescere cupiunt, ita quoque concorditer iungūtur homines in cōcilio. Est autem cilium folliculus quo oculus tegitur, qa oculos celat. Sed consilium per.s. est quod ex animi prouidentia alicui tribuitur, inde cōsiliolum, & consiliarius.
e PAstoralis.]¶Tale vel simile puto fuisse exordiū decisum de decr. pastoralis, in compilatione Gregoriana sub diuersis collocata titu. qui sequuntur, de rescri.de sacra. nō iter. de off.iudic. deleg.de off.ord. de iu.de cau. pos. & propr. de fide instr. de excep.de appel. de iis q̄ fi.a præl. de do.de deci.de iure pat.de priuil.Item hr̄ in 6. de cle. ægro. & in cle.de sen.& re iu.


Cōciliū per cap. & per s. differunt.

Pastoralis in quot,& quibus titulis reperitur.

ci Lateranense [a] conciliū, quod in huiusmodi subuentionib. solum casum necessitatis, [b] aut communis vtilitatis, vbi laicorū ad id nō suppetant facultates, deliberatione prouida noscitur excepisse, & deinde gn̄ale [c] statuisse concilium [d] propter quorundam imprudentiam, etiā in hoc casu Romanum Pontificem (cuius interest communibus prouidere vtilitatib.) primitus consulendum. Attente igitur caueant, ne prædictorum conciliorum trāsgressores existant aliquid in casu prędicto, & multo magis si casus ipse non subsit quoquo modo vel titulo inconsulto Romano Pontifice occasione subuentionum dictarum concedendo laicis, vel ēt promittendo: Alioquin tāquam canonum & tam solemnium conciliorum temerarii transgressores, quas proculdubio Deo propitio idem infliget Pōtifex grauissimas pœnas poterunt merito formidare. Nulli ergo omnino hominum,& cetera.

PAstoralis [e] cura sollicitudinis super cūctas populi Christiani nationes inuigilare remediis subiectorum, eorundem periculis obuiare, ac scandala remouere cōpellit. Sane quoniam ex constitutione felicis recordationis Bonifacii,&c. vt in cle.1.eo.tit.

FINIS LIBRI TERTII.



Quartus liber vacat.

QVINTVS LIBER.

De simonia.

¶Vrbanus iiij.alias.v.

¶ Pastus vel iocalia exigentes, & etiam dantes pro religionis ingressu, si sint singulares personæ, excōmunicationis, si conuentus vel capitulum, suspensionis sententias ipso facto incurrunt, cuius vtriusque vinculi absolutio soli Papæ reseruatur: aliis pœnis in suo robore duraturis, nisi ingredientes aliquid sponte & sine pactione obtulerint. Quid de personis iam tali labe fœdatis, & bonis sic receptis faciendum sit, tandem patefacit.

SAne.]alias incipit: Sane ne in vinea. alias. N. in vinea. Hanc extrauag. allegat in c. de simoniace, ext. de simon. acutissimus iuris vtriusque interpres do. Felinus Sandeus Ferrariensis sacri palatii Apostolici auditor. Et ibi dicit se audiuisse a fide dignis, q̄ Vrbanus v. nō intendebat cōprehendere Moniales pauperes, q̄ consueuerunt aliquid recipere vigore consuetudinis. Allegat ēt ibidē Felinus extrauagantē Martini v. q̄ incipit, Multæ, & extrauagātem eiusdē, quæ incipit, Dānabile. Itē extrauagātem Eugenij 4. q̄ incipit, cū detestabilē, quas asserit fuisse reuocatas, ideo nec dignas occupare mēbranas, d.19 si Romanorū, §.item si ideo.
f ¶ Prandia.] Vide c. Iacobus, eo.tit.in antiquis.

Simonia dicitur labes.
† Vide c. nō satis.ca.cum i ecclesię corpore. & c.ueniens. cū ibi notat.ext.de simonia. Ad de B.Tho. 2.2.q.100. art. 3.ad 4. arg.

CAP. I.



SAne, †ne in vinea Domini, nostræ (licet insufficienten tibus meritis) commissa custodiæ, nascentes vepres & spinę adeo conualescant, q̄ speratam fructificationem ipsius valeant impedire, diligētiæ nostrę incumbit officio ut illas extirpare radicitus solerti studio procuremus.

¶Sane multorum fide dignorū relatione didicimus q̄ in nonnullis ecclesiis monasteriis, prioratib. & aliis locis religiosis, tam uirorum quam mulierum, ordinum, regionū, & partium diuersarum detestabilis & a canonibus reprobata seruatur abusio quod cum per sonę aliquæ recipiuntur ab eis ad obseruantiam regularem ipsæ temeritate præsumptuosa pastus seu prandia [f] capitulis & conuentibus ipsarum ecclesiarum, monasteriorū, prioratuum & locorum, aut pecunias aut iocalia seu res alias ipsis ecclesiis, monasteriis, prioratib. & locis seu p̄sidētibus eis ex statuto seu cōsuetudine, quę corruptela est potius dicenda, tribuere compelluntur: Ex quibus de-

cori ecclesiasticæ, & immaculatæ religionis detrahitur: Quamplures etiam tam execratio ne huiusmodi criminis, quam expensarum onere à sacræ religionis proposito retrahuntur: Ipsæque ecclesiæ, monasteria, & loca famulantium Deo consuetis numeris remanent destituta, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur.

Morbo est adhibenda medela.

¶Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis poenis in talia præsumentes inflictis a iure in suo robore duraturis, pœnam adijcere grauiorẽ: Vniuersis abbatibus, prioribus, decanis, præpositis & magistris nec non abbatissis & priorissis, alijsque prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunque etiam ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum & locorum quorumlibet religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quam non exemptorum, quocunque nomine censeantur, ac capitulis & conuentibus, & singularibus personis eorum tenore præsentium auctoritate Apostolica, (quamuis sit eis à iure inhibitum) districtius inhibemus, ne tam a maribus quam a mulieribus volentibus ingredi eorum religionem, ecclesias, monasteria prioratus, domus seu loca in earundem personarum receptione, aut ante vel post illam, quoscunque pastus, prandia seu cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vsum ecclesiasticum, seu quemuis pium vsum aliũ deputata vel deputanda, directe uel indirecte petere, vel exigere quoquomodo præsumant: Sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant ac in victu & vestitu sicut alias personas suarum ecclesiarum monasteriorum, prioratuum, domorum, & locorum syncera charitate pertractent. Illa duntaxat, quæ personæ ipsæ ingredientes pure & sponte, & plena liberalitate omniq; pactione cessante dare vel offerre ecclesi is, monasteriis, prioratibus domibus, & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi: Nos enim qui secus egerint, si sint singulares personę, tam dantes quam accipientes, huiusmodi excommunicationis, si capitulum vel conuentus fuerit, suspensionis sententijs eo ipso decernimus subiacere: A quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeãt absque sedis Apostolicę licentia speciali. Ceterum personis illis utriusque sexus, quę iam labe hu.ọi sunt fędatę, earum prouidentes saluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per suos locorum diœcesanos hac vice dumtaxat a crimine huiusmodi, & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apostolica absoluantur: canonica proinde ipsis pœnitentia salutari imposita, de qua ipsorum discretioni videbitur expedire, & demum cum ipsis, vt in earum ecclesijs, monasteriis, prioratib. dignitatib. & locis licite valeant remanere, misericorditer dispẽsetur. Insuper erga personas illas, quæ in præmissis recipiendo aliqua contra canonicas sanctiones peccasse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi, si ad communem vsum monasteriorum seu locorum eorum, sunt applicata, ea ad dictum vsum licite concedimus retineri. Si vero ad specialem vsum abbatis seu abbatissæ, prioris aut priorissæ, aut alterius singularis personæ retineant, illa uenire præcipimus in cõi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, concessionis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum 2. Nonas mensis Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

¶Paulus Venetus Papa secundus.

¶ Omnes simoniaci cuiuscunque dignitatis aut status, sunt ipso facto excommunicati: nec habent simoniace ordinati, ordinis executionem. Et electiones, aut aliæ prouisiones per simoniam factæ non ualent. nec ius percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam simoniæ eadem censura ligantur, qui a solo Papa absoluentur, Et omnes prædicti sunt Romano Pontifici reuelandi.

CAP. II.

† Vide extrauag. P.j v. ci. Cũ primũ §. Et ut simoniacæ prauitatis, p quã hęc cõstiõ inuiolabiliter obseruari mãdat. Et de ĩtellectu decis. Cassadori. 5. titu. de constit.

CVm † detestabile scelus simoniacæ prauitatis, tam diuinorum quam sacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: Non considerantes, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere solet a voluntate peccandi, ac summis desiderijs affectantes, ut horum pestiferum uitium non ex vsu solum, sed etiam

ex

ex mentibus hominum saltem propter pęnarum metum penitus euellatur: prædecessorũ nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, ac etiam omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, priuationis, & interdicti, sententias, censuras, & pęnas dudum a Romanis pontificibus prędictis, & pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, & illos qui cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiam si Cardinalatus, patriarchali, episcopali, regali, reginali, vel alia quauis ecclesiastica seu mundana dignitatib. præfulgeant, & eorum quemlibet tam manifestũ quam occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes & innouantes Apostolica auctoritate declaramus, quod omnes illi qui simoniace† ordinati fuerint, a suorum sint ordinum executione suspensi.

Vide c. de simoniace, et plene p[er] ...onistas, ... de simo. ...e oino B. ...2. 2. q. ...art. 2. ad ...tũ arg.

¶ Per electiones vero, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones quas simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis, & quibusuis beneficiis, aut aliquo eorũ cuiquã ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit adstrictus.

Vide oino ...iod. de- ...sub tit. ...onstit.

¶ Statuentes † præterea, quod vniuersi & singuli etiam pręmissis dignitatibus prædicti, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolui, præterquam in mortis articulo constituti.

¶ Et vt huiusmodi labis contagio frequẽtius reprimatur, omnibus & singulis ecclesiasticis, sęcularibusq; personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctę obedientię districtius iniungimus, vt eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per se vel alios reuelare quãtocitius non omittant. Pro reulatione huiusmodi etiam si complices fuerint, non solum veniam a nobis, sed etiam gratiam consecuturi, si eorum iudicio participes tanti criminis ualeât coerceri. Quod si nõ fecerint, absolui non valeant, donec prædicta reuelent, & complices huiusmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, & cetera: nostræ confirmationis, innouationis, declarationis, & voluntatis infringere & cetera. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dñicæ M.ccccl xiv. ix. Calend. Decembris, Pontificatus nostri anno primo publicata die xxiiij. Nouembris, Anno prædicto.

† Complices criminis q̃si- que p̃niãt. C. ad l. Iul. maie. l. quis- quis in fi.

De Iudæis.

¶ Clemens quintus.

¶ *Christiani arma portantes ad infideles Christianos impugnantes ipso facto sunt excõmunicati, capientium serui, infames, & intestabiles tam actiue quam passiue, & eorum bona confiscata, vide cap. ita quorundam, & c. ad liberandam. extra eod. tit.*

CAP. I.



Multa mentis † amaritudine concitamur, grauisque doloris aculeus perfodit mentem nostrã, intelligentes quod renati fonte baptismatis, in deuium oberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis suæ totis viribus vindicare potius iniuriatoribus suis fauent Sarracenorum videlicet horribili, & perfidæ nationi: & degenerantes miserabiliter a statu fidelium, famę proprię immemores, & salutis obliti, inimicis Crucis Christi contra ipsius negotium, ferrum, equos, arma, & alia vetita, nec non victualia, & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terrę Aegypti deferre pręsumunt. Ex quo manifeste apparet quod Christianos, qui ad defensionem hęreditatis Domini ibidem pro fide remanserunt talibus adiuti subsidiis irreuerenter impugnant, propter quod fidei negotium ibidem quodammodo noscitur deperire.

† Præter ca. ita quorũdã & c. ad liberandã. ext. de Iudęis. vide Cle 1. eo. tit. & p̃cessum Bullę in Cœna Dom. §. 7.

Hęreditatem Dñi defendũt qui ꝯ infideles pugnant.

¶ Nos igitur, qui ad liberandam terram ipsam operam dare intendimus (cum Dei adiutorio) efficacem, tam graues transgressus vlterius sustinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papę iiij. p̃decessoris nostri vestigiis

 inhęren-

inhærentes presentium tenore statuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre, mittere, vel portare, seu de portubus eorum, vt eisdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium vel fauorem præstare quoquo modo præsumat. Nos vero illos, qui contra huiusmodi cõstitutionem nostram ausu temerario venire præsumpserint, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, a qua absolui nequeant, nisi tantum de bonis propriis in dictæ terræ subsidium conuertendum exolue rint, quantum ad partes prędictas detulerint, vel miserint, aut deferre, vel de ipsorum portubus extrahi permiserint deferendum; nec tunc etiam ab eadem (præterquam in mortis articulo) absoluantur sententia, absque mãdato sedis Apostolicæ speciali. Et nihilominus si personas eorum capi contingat, in seruitutem, & capturam illorum esse volumus, in quorum ceciderint captionem. Auctoritate insuper Apostolica statuentes, vt illi qui contra huiusmodi statutum nostrum quomodolibet venire præsumpserint, præter pœnas prædictas, quas ipso facto incurrant perpetuo sint infames, & intestabiles habeantur, ita quod nec testari, nec legata eis seu relicta percipere valeant, & insuper ad successiones tam ex testamento, quam ab intestato sint prorsus & reddãtur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, sintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti: & tamquam excõmunicati, hostesque catholicæ fidei (postquam de ipsorum huiusmodi temeritate constiterit) diebus Dominicis, & festiuis publice nuncientur, & in fiscũ bona eorum omnia deuoluantur.

Ioannes xxij.

¶ *Iudæi ad fidem conuersi non sunt in bonis molestandi, ne sint deterioris conditionis post baptismum, quam essent ante.*

CAP. II.

† Vide oĩno extrau. Pauli Papæ 3. inci. Cupiẽtes Iudæos. vbi de hac mã plenius cauet.

Dignum † arbitrantes & iuri consonum, sonte renatos baptismatis Iudaica cæcitate dimissa amplioribus fauoribus aut gratiis, quam antea abundare: indecens, & absurdum, vt qui in perfidia abundarent, cogãtur mendicare fideles: vniuersis & singulis rectorib. & aliis officialibus comitatus Venesini, aliorumque comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apostolicam sedem districte præcipimus & mãdamus, quatenus conuersis huiusmodi, & qui in posterum conuertentur, in possessionibus, & bonis alijs quocunque nomine censeãtur quę in comitatibus, & terris prædictis conuersionis tẽpore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione prædicta nullam molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, sed ipsis in his & aliis se fauorabiles exhibentes, ipsos ab iniuriis, & molestiis protegant & defendant, vt sic de seruitute ad libertatẽ se transisse percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimissam perfidiã compellantur. Nulli ergo, & cetera: nostrorũ præceptionis & mandati infringere. Datum Auin. x. Calend. Augusti, anno iiij.

De hereticis.

¶ Benedictus vndecimus Inquisitoribus hereticę prauitatis.

¶ *Decretalem. Per hoc. eo. tit. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diœcesanos vsurpari vetans.*

CAP. I.

Ex eo. ¶ Hæc decre. interpretatĩ cõstitutionem extra 6. lib. de hære. cap. per hoc. Et in quatuor partes diuiditur. Primo, dictam constõnem eius 2. respõd. recitat. Secundo ver. [Nos consulere.] iuxta ipsum responsum quæstionem formãs dicti responsi interpretationẽ dat. Tertio §. [Verum.] Et quarto §. [Rõnem.] circa præmissa duos casus: qui emerserũt determinat.

a ¶ Processus.] Vsque huc

† Præte... tata in ... hoc. de ... li. 6. vid... colaũ ... ticũ in ... ctorio ... torũ, p. ... 50. 51. ... Repert. ... sitorũ ... cõicare ... Sed quõ ... Zãch. tr... de hær. c...

Ex eo † quod quędam nouella constitutio super negotio hęreticæ prauitatis a bonæ memoriæ Bonifacio Papa octauo prædecessore nostro edita continet, quod in ipso negotio per diœcesanos Episcopos, & Inquisitores super eodem facto inquiri valeat communiter vel diuisim, & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus: a Nos consulere voluistis, quando, & quotiens sit ista processuum communicatio facienda.

Nos

huc mens dictæ constitutionis recitatur: sed postmodum quęstio formatur, & solutio eiusdem, & iuris noui editio subijcitur.
a ¶ Nos autem.] ad quęsita per ordinem respondet.
b ¶ Procedunt, &c.] non est diuisio, nec in facto, nec in iure, sed potestatis datæ persecutio, arg. ff. de offi. procōsul. l. vna, extra, libr. 6. de offic. deleg. cum plures.
c ¶ Per legem.] vide auth. ad hæc. C. de iudi.
VAs electionis.] d ¶ Generali.] extr. de pę. & remis. c. omnis.

¶ Nos [a] autem de fratrum nostrorum consilio intelligendo dioecesanos & Inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum hi & illi separatim, non quando episcopitantum, vel inquisitores tantum procedunt, consultationi vestræ breuiter respondemus, quod quando vtrique procedunt [b] seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nil restat agendum, nisi quod solum sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset videri per legem [c] ciuilem, quod sicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre sententiam, vt puta quando administrator delegat causam sibi sententia reseruata, saltem in principio, id est contestatione, rursus in medio, & semel in fine, quę sunt examinata audire debet, ita & in casu pręsenti, vbi ex actis coram alio habitis alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recenseat, qđ fieri nō potest, si eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum nō admisit. Vnū sane casum excipimus, si alter commodè non possit procedere, nisi alterius actis visis; Ex hac enim causa semel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur.

† Vide Eymericum in Directorio inquisitorum. p. 3. q. 104. & qu. 105. & sequ. Ordinarij inquisitionis officium proprijs expensis explere debent.

¶ Verum quia † nonnulli dioecesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatæ propter expensas, quas dum inquirunt in pędicto negotio faciunt, a vobis exigere molliuntur, hoc tamquam iuri abonum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus. Rationem autem ijdem dioecesani prouentuum, obuētionum ex inquisitionis officio a vobis, non obstante aliqua constitutione consuetudine, vel mandato contrarijs non exposcant, sed eam camerę nostrę vel alii, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandaremus reddendam reddatis, quę generaliter obseruari iubemus.

Ioan. xxij.

¶ *Tres errores magistri Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis hic damnantur.*

CAP. II.



VAs electionis † doctor eximius, & egregius predicator, cuius prędicatio mūdum docuit vniuersum, pręsumptuosam illorum audaciam refręnare sollicitus, qui prudentię proprię innitentes, in erto res proprios prolabuntur, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere, salubri doctrina suggessit, & iuxta Sapientis † eloquium. Quisque suę prudentiæ modum ponat. Sanè dudum cum dilectum filium magistrum Ioannem de Poliaco sacrę Theologię doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram pręsentiam vocauissemus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum quòd ipse in quibusdam articulis tangentibus poenitentię sacramentum non sobrie, sed perperam sapiebat, infrascriptos articulos periculosos continentes errores docens publicè in suis prędicationibus & in scholis. Primo siquidem astruens, quod confessi fratribus habentibus licētiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata, quę confessi fuerant, iterum cōfiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante omnis vtriusque sexus, edicto in concilio generali, † [d] Romanus Pontifex non potest facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum: immo nec Deus posset hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio, quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse (vt pręmittitur) proprium curatum.

† De materia vide B. Tho. & alios, li. 4. sen. di. 17. & can. in c. oīs, de poen. & remis.
Rom. 12.
Prou. c. 23.
Scilicet Lateran. sub Inn. iij. c. 21.

¶ Nos igitur scire volentes si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum pręmissorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignari, & ad sui defensionem plenā audiētiam sibi prębuimus, tam in nostra & fratrū nostrorū pręsentia in cōsistorio, q̄ alias coram aliquib. ex ipsis fratribus per nos ad huiusmodi officium deputatis. Verū licet præfatus magister

gister dictos articulos & contenta in ipsis defendere niteretur, asserebat tamen se paratum credere & tenere in præmissis & aliis, quæ tenenda & credenda esse sedes Apostolica definiret. Nos igitur attendentes, quod prædictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarū ipsos per prælatos magistros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratrib. nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem & examinationem super his habitas comperimus, præmissos articulos doctrinam non sanam sed periculosam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos, idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suæ habitæ contrarijs demonstratis, in consistorio reuocauit, asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, & dicens se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, prædicationem, & doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit) animæ simplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tanquam falsos & erroneos, & a doctrina sacra deuios auctoritate Apostolica cōdemnamus & reprobamus de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam contrariam, veram & contrarium esse catholicum asserētes, scilicet quod illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta cōcilium generale. † Optantesque veritatis vias notas esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs innitendo, vniuersis & singulis districtius inhibemus, ne quisquam præmissos articulos per nos (vt præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipsorum, vtpote a catholicis mentibus respuenda, tenere audeat seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis & singulis vestrum in ciuitatibus & diœcesibus vestris conuocato clero & populo communiter omnia præmissa & singula per vos seu alios solemniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Ioanni mandamus, quòd in scholis & sermone Parisiis prædictos articulos & contenta in eis tamquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, asseueratione constanti publice debeat reuocare: Quod se facturum dictus magister Ioannes efficaciter repromisit. Datum Auin. viij. Cal. Augusti, Pontifi. nostri anno quinto.

† Id est concilium generale Laterā. sub Innoc. 3. c. 21. & refertur in c. omnis. de pœn. & remiss.

¶ Idem.

¶ Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales & nuncios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali, sed de eorum excessibus informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

CAP. III.



CVM Matthæus † de Pontinian. ordinis prędicatorum, inquisitor hæreticæ prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apostolica deputatus friuola occasione quęsita, nostra & Apostolicæ sedi reuerentia & honore postpositis, in dilectum filium G. de Baleto, archidiaconum Forojuien. capellanum, nostrum Campanię maritimeque rectorem excommunicationis sententiam inconsultis moribus, non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cetero talium præsumptoribus obuiare, vniuersis & singulis tam ordinarijs, quam delegatis iudicibus & inquisitoribus prauitatis eiusdem, & alijs vniuersis & singulis, quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mādamus expresse, ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales vel nuncios, aut ipsorum aliquem quauis occasione vel causa, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras concedenda, plenam faciente de teno re præsentium mētionem, procedere quoquo modo pręsumant, aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare. Nos .n. ex nunc decernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mandatū huiusmodi contigerit attentari. ¶ Volumus tamen quod diœcesani & inquisitores prædicti super ijs, quæ negotium tangunt fidei, alij vero

† Super hac cōstitutione vide oino cō fil. Lapi inc. Factum sup quo. id consiliū nunc circūfertur post consilia Oldra. adde Eymericum in Direct. inquisit. par. 3. qu. 26.

super ijs, quæ rem tangũt vel publicam vel priuatam, siue ordinarij, siue delegati quacunque auctoritate fuerint prout posset ad eorum officiũ pertinere, si quid per officiales, & nuncios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, sed plenius informare, idque nobis significare studeant, ut prouidere super hoc de remedio opportuno ualeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auin. xij. Calend. Ianuarij, pontificatus nostri anno undecimo.

De schismaticis.

¶Benedictus xi.

¶Processus & sententias latas per Bonifacium octauum contra Iacobum & Petrum de Columna tanquam schismaticos, & eorum posteros, reuocat hic Benedictus undecimus, exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat, & sic (ut clare patet) hæc extrauagans corrigit, & prorsus reuocat capitulum vnicum. eod. tit. lib. 6.

CAP. VNIC.



Vdum bonę memoriæ [a] Bonifacius Papa octauus prædecessor noster contra Iacobum, Petrum & Ioannem de sancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum, & Iacobum Scyarram nepotes memorati Iacobi, & filios olim Ioannis de Columna, & posteritatem eorum, necnon contra Richardum Petrum, & Ioannem de Monte nigro, ac adiutores, fautores, & receptatores eorum, cuiuscumque status, etiam si imperiali vel regali dignitate fulgerent, contra ipsam insuper Præneste: dum vixit uarios fecit processus sententias graues pœnas habentes, & multas, [b] prout in eisdem processibus continetur, ex quibus sic paucas ex multis [c] & prolixis breues exprimimus, quod intelligi volumus specialirer singulas numeratas, & nominatim expressas. [d] Inter cetera siquidem deposuit dictos Iacobum atque Petrum a Cardinalatibus sanctæ Romanæ ecclesiæ, reddens eos & filios dicti Iacobi, & posteritatem eorum inhabiles ad Apostolicæ dignitatis apicem & Cardinalatus honorem, ipsos eosdemque Iacobum & Ottonem, & Richardum beneficijs ecclesiasticis & ecclesiis cunctis priuauit, eosque & Agapitum, Stephanum, & Scyarram prædictos banniuit ab vrbe, & ita Ecclesiæ supradictæ ipsorum confiscauit bona



Vdum.] ¶Hæc epistola plures processus narratos extra 6. libro de schism. cap. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes: nam processus contra Columnenses, & adhærentes eisdem primo in genere, & postmodum specialius recitat, Secundo §. Nos itaque, paucos de dictis processibus excipiens ceteros alios viribus euacuat, quãdam inhibitionē annectens. Tertio versi. Non obstantibus, euacuationem huiusmodi per non obstantia corroborat.

Bonæ memoriæ post mortem dicuntur aliq.

a ¶Bonæ memoriæ.] Papa post obitum dr̃ bonæ memoriæ, ext. de æta. & qual. bonę Idem in ep̃is, & superioribus. ext. de elec. bonæ memoriæ 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri & diaconi sic nominabuntur? Dic φ sic: q̃a pars corporis Papæ sunt, & de eius latere & patricij merito appellantur, C. ad leg. Iul. maiest. quisquis. extra 6. libro de offic. lega. c. 1. insti. quibus mod. ius pat. pot. sol. §. filiusfamilias. ex quo enim vicíniores sunt summi Pontificis, maiori p̃rogatiua gaudere debent, arg. ff. si tabu. testa. nullæ extabunt. l. i. 1. respõ. Cardinales enim sũt liberi primi gradus & sunt membra capitis, ceteri pręlati sunt mẽbra corporis: alij autem sunt liberi nõ primi gradus. Si autẽ sint pręmissis inferiores, improprie bonæ memoriæ dicunt̃, extra de appel. bonæ, extra de confir. uti. bonæ. verum reges dñr claræ uel inclytæ memoriæ, & olim imperatores dicebantur diuæ memoriæ. C. man. l. fi. 16. q. 3. placuit. Sed quæro, quidam Papa exactionibus improbis, simonijs & turpiloquijs ecclesiam fœdauit, vt hic, nũquid pp dictos actus posset dici malæ memorię? Dic φ non, quia respici dẽt non ad id q̃d fecit, sed ad id φ ipsum facere decuit. ff. de off. præsi. sed licet, ff. de iust. & iure. l. pen. §. prætor. extra de elect. cum causam. vnde malus prælatus, & si non habeat diadema sanctitatis, hẽt tñ diadema dignitatis quæ ex se, nec de se peccauit, licet suppositũ cui dignitas inerat, male egerit, pp quod dignitas sibi coniuncta infecta fuit, 7. q. 1. scire, & not. simile. C. de sum. trinit. inter claras 2. r̃n. Itẽ prælatus etsi non sit bonus, pro bono tamen ponitur vñ Prouerb. 26. Sicut q mittit lapidē in aceruũ Mercurij, ita qui tribuit insipienti bonorem, certum est, φ in computãdo denarios paruulus pro mille ponitur, sic prælatus quia p̃sidens est toti cõicati virtute secundũ Philosophum, & ob hoc debet honorari, quia partes sunt p̃lati auth. de incestis nup. §. sancimus, col. 2. ff. de obseq. l. liberto. & dij vocantur pp ordinis excellẽtiam, & officij dignitatem. extra de hæret. cũ ex iniuncto. Item p̃latus nõ dr̃ bonæ memorię ratione suppositi, sed dignitatis, quæ de se, nec a se deliquit. & delictum personæ nõ redũdat in damnum ecclesiæ, extra 6. li. de re. iur. delictũ, & hoc casu ubi de his ponerem sicut uilem ponerem, ext. de in integr. restit. tum ex litteris, in princ. & extra de verb. sign. venerabili, & extra de accu. licet, extra 6. lib. de hæret. cum secundum. iu fi. extra, 6. li. de sent. excõ. statutum. ext. eod. lib. de verb. signi. veniens. extra eod. lib. de cõces. præb. auctoritate, ext. de rescript. constitutus, extra, de frigid. & malefic. cap. fin.

Cardinales respectu Papæ sunt liberi primi gradus.

b ¶Multas.] quæ sit dr̃ia inter multam & pęnam, habetur, ff. de uerb. sig. si qua, & not. C. de mõ. mult.

c ¶Ex multis.] in proœ. ff. §. 3.

d ¶Expressas.] similis modus loquendi habetur, C. de p̃scrip. xxx. vel. xl. an. oẽs, & no. de hoc extra. 6. li. de procu. qui ad agendũ. Et ratio huius dicti est, quia hic agitur de liberãdo, quod est promptius quã ligare ff. de action. & oblig.

Iura facilius soluunt, quã ligant.

Atia.

& iura, plurium excommunicationum sententijs innodauit, addixit in famiæ capiendos exposuit, iudicauit schismaticos, & tãquam hæreticos puniendos, ab administrationibus & officijs, iurisdictionibus exercitio, & dignitatibus in urbe & circa, in Romana Ecclesia & curia, ac ipsorum posteros perpetuo, & in terris Romanæ Ecclesiæ usque in quartam generationem per masculinum, & femininũ sexum coercuit, eis incolatum, ciuilitatem, & habitationem urbis, circumpositæ regionis & terrarum subiectarum Ecclesię interdixit, & intestabiles fecit.

¶ Nos itaque qui eius vices in terris gerimus, cuius est proprium misereri & parcere, eorum miserijs & ærumnis compatimur, ad clementiã pro eis commouemur, ipsis pietatis nostrę aperimus viscera, & mansuetudinem non negamus, misericordes ab eis non auertimus oculos, illisque piũ animum exhibemus. Ideoque omnes prędictas depositionis a Cardinalatibus, priuationis a beneficiis, & ecclesiis, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum & iurium, quę certis nobilibus Romanis ciuibus, & aliis concessa sunt (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad pręsens) sententias, pœnas, & multas, & alias [a] quę in processibus memoratis, siue alibi continentur, verbo etiam in vita ipsius vel in morte in eos latas, & inflictas seu confirmatas & innouatas per prędecessorem eundem, sicut si (vt prędicitur) essent per nos specialiter numeratę, & nominatim expressę tam ad prędictos Iacob. & filios dicti Ioannis de Col. masculinam, & femininam prolem eorundem Ioannis, & filiorum per vtrumque sexum posteritatem descendentem ab eis Petr. & Richardo, & Ioanne de Monte nigro pręfatos, quàm ad coadiutores, fautores, receptatores, susceptores & sequaces eorum quoslibet alios, penitus tollimus & virib. vacuamus;

Ita quod nec etiam pro pręterito tempore possint super eis aliquę personę impeti, quę incurrissent eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Eisque [b] quod quęuis alia quàm pręfatarum depositionis a Cardinalatibus, priuationis beneficiorum, & ecclesiarum, confiscationis bonorum & iurium, quę (vt pręmittitur) dictis ciuibus seu aliis sunt concessa, & inhabilitatis ad Papatum sententia siue pœna abstulit reddimus. [c] Et irregularitatem, [d] quam quoquomodo contraxerint, remouemus, & notam abolemus [e] ipsius: Inhibentes ne iam dicta Pręneste cum monte suo reędificetur vel muniatur, aut ciuitatis nomẽ siue episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis, per quę pręsentibus non expressa

Arianus, extra de proba. ex litteris, præsertim ab ijs, quæ surgunt ex delicto, ff. de pactis, l. si tibi decem. §. quædam.

a ¶ Et alias.] hæc dictio, alias, aliqñ est aduerbiũ tpis, ut cum dicitur, alias hoc faciam & aliquando loci, ut cum dr̃, alias veni ad me, sed hic accipitur pro aduerbio qualitatis, ut sit sensus, quod nedum pœnas & multas prædictas, sed etiam alias id est aliter omnia illa q̃ ĩ processibus, &c. Alij dicunt ꝙ debet esse dictio, alia: sed hoc nihil est propter adiectiua, quæ sequũtur, s. latas, & inflictas, &c. quia tunc secundum stylum curiæ diceretur in neutro genere, non in feminino, nec hic seruatur grammatica Prisciani dicentis, ꝙ masculinum & femininum genera concipiunt neutrum & Priscianus melius dicit inspiciendo dignitatẽ generum. Sed stylus curiæ omnia superiora per neutrum sentẽtiosius comprehẽdit, nam neutrum adiectiuum de omni gñe secundum philosophum prædicatur ut uir est album, mulier est album, & mancipium est album.

Adiectiuum neutrum de oĩ gñe prædicatur.

b ¶ Eisque.] scilicet reddimus illud, quod sententia siue pœna abstulit, quod est infra.

c ¶ Reddimus.] quæro, unus de prædictis est excommunicatus occasione dictorum processuum, & se immiscens postmodum diuinis, factus est irregularis, postmodũ recipit beneficium, nunquid post hanc relaxationem poterit illud retinere? Videtur quod sic, quia uerbum reddendi, significat retro dare, ff. de uerbor. sign. uerbum reddẽdi, hoc idẽ innuit textus præcedẽs ibi, nec & pro pręterito, &c. Dic ubi ius non esset alij acquisitum in re uel ad rem, crederem istum ius habere in beneficio, uitio expresse purgato per dominum qui potest, arg. ff. de usu. si fur. & notatur simile, extra de renuncia. post trãslationem, in fi. Sed vitio non expresse purgato, opus est noua electione, uel collatione, argu. extra de æta. & qual. cum bonæ. extra de exce. præla. tanta, nota simile de ele. dudũ. 2. secus si alter hẽret ius in re, uel ad rem, C. de emanc. libe. nec auus & extra. lib. 6. de rescript. quamuis, Sed dices dicta decret. excipit hunc casum. Sed dic qđ hic non est expresse dictum, sed in genere, non loquendo de iure alterius, non de præiudicio alterius faciendo, vnde exceptionem, quæ competebat ex facto Papæ Papa non tollit, nisi hoc expresse agatur, extra de consuet. cum olim in fi. & d. c. quãuis & ideo quod hic dicitur, intellego, qđ pro tunc non possit impeti in iure nouiter acquisito.

Bñficium in irregularitate acquisitũ an illa purgata retineri possit.

d ¶ Irregularitatem] occasione præmissorum incursam, nam ad pręcedentia facienda est relatio. ff. de postula. l. 1. §. deinde cũ adiecit. secus de irregularitate aliũde causata.

Relatio ad p̃cedent

e ¶ Abolemus.] id est delemus: vnde abolere est, quod olet uel maculat, tollere seu auferre. Et qđ sit abolitio, & eiusdem diuisio, not. Azo. Cod. de abolit.

Abolere est.

pressa

pressa uel totaliter non inserta, earum effectus possit quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in nostris litteris fieri mentio specialis.

De furtis.

Ioannes xxij.

¶Publicatio excommunicationis latæ in eos qui furati sunt thesaurum ecclesiæ, quem iubente Clemente Papa de Perusio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerant, & hic habetur optima practica monendi malefactores, ut intra certum terminum satisfaciant, alias excommunicationem incurrant, & modum ipsius excommunicationis publicandæ hæc extrauagans clare manifestat.

CAP. VNICVM.



Nfideles & stolidæ prædicationis alumni se per culpæ vitium indignos efficiũt, vt matris ecclesiæ filij nũcupētur, dum ad ipsius matris iniuriam se cõuertunt, quod graui nos commotione perturbat, matris eiusdem pietatem offendunt, & his in perniciem miserabili cæcitate delapsis, respergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis.

¶Dudum si quidem nonnulli degeneres filij, qui ad quæque nefaria currere sunt ausi peruersis ausibus in matris eiusdem prosilientes iniuriam & offensam, illã thesauri sui maximam partem, quæ de Perusio ad ciuitatem Lucanam de mandato felicis recordationis domini Clemẽtis Papæ quinti prædecessoris nostri, dum adhuc viueret, per dilectos filios vitalem de Chabenate, clericum Burdegalen. diœcesis, & Guliel. de Luna seruientem prædecessoris eiusdem, vna cum dilecto filio Iacobo de Casalib. decano ecclesię sancti Seuerini Burdegalen. diœcesis capellano nostro, extiterat deportata, & quæ in sacristia monasterij sancti Fedriani Lucanen. tunc temporis seruabatur, deinde ad cameram prędecessoris eiusdem fideliter deferendam, tempore inuasionis ciuitatis Lucan. diripuerunt in prædam, & de præfata sacristia per uiolentiam asportarunt.

¶Nos igitur ad recuperationem thesauri prædicti sollicitis studijs prætendentes, omnes & singulos asportantes thesaurum prædictum, & alios penes quos aliqua de thesauro fuerunt vel adhuc existunt, auctoritate Apostolica coram hac fidelium multitudine copiosa monemus, vt ea nobis, aut ei quem ad id duximus deputandum intra quatuor mensium spacium a die datæ publicationis præsentium numerandum, cum integritate restituant, & assignent ac omnes & singulos scientes vbi vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint vel existant, vt intra terminum supradictum nobis aut ipsi deputato nostro indicare studeant, alioquin in omnes & singulos monitionis huiusmodi contemptores, cuiuscunque dignitatis, status, vel cõditionis extiterint, etsi patriarchali uel superiori, aut alia quacunque præemineant dignitate, ex nunc auctoritate prædicta excõicationis sententiam promulgamus: Mandantes illos per diœcesanos locorum, & rectores parochialium ecclesiarum, ciuitatum & diœcesum earundem, singulis diebus dominicis, & festiuis pulsatis campanis & candelis extinctis excõmunicatos publicè nunciari, processuri ad grauiora nihilominus contra eos, nec non & contra ciuitates, communitates, vniuersitates, & singulares personas quascunque, quæ fuissent in præmissis culpabiles, sicut proteruia ipsorum exegerit, & viderimus expedire. Non obstante si eis aut eorum aliquibus vel alicui sub quacunque forma uel conceptione verborum, a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari non possint, per litteras sedis eiusdem non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictę sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam effectus pręsentium impediri possit, vel quomodolibet retardari.

¶Vt autem huiusmodi nostra monitio verius ad cõem omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas monitionem continentes eandem, in ecclesia Auinionẽ. appendi vel affigi ostijs, seu super liminaribus eiusdem ecclesię faciemus, quę monitionem ipsam suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt: ita ꝙ omnes, & singuli, quos monitio ipsa contingit vel contingere potest, nullam postea possint excusationem præ-

præ-

prętendere, quòd ad eos talis monitio non peruenerit vel quod ignorauerint eandem: Cum non sit verisimile remanere quo ad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnib. publicatur. Datum Auinione ij. Calen. Aprilis, Pontificatus nostri anno 1.

De crimine falsi.

Ioan. xxij.

¶ *Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro, & argento debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantum de falso & adulterino posuerunt. Et si eorum facultates non sufficiãt, pœna per iudicis discretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et si sint clerici beneficiys habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur: Vide extrauagantem Io. quæ incipit: Prodiẽs, & est sub eod. tit. collocata.*]

CAP. VNICVM.

† Vide B. T. 2.2.q.77.ar. 2.ad 1.arg. & ibid. Caieta. Oldr. cõs. 74. incip. An Alchimista peccet, & late Cassaneũ in catalogo gloriæ mũdi pe. 11. considera tione 40.

SPondent † quas non exhibent diuitias pauperes Alchimistæ, pariter qui se sapiẽtes existimant, in foueam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchimiæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantiæ conscij, eos qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint admirantur, quibus cum ueritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, ijdemque verbis dissimulant falsitatem, vt tandem quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum sophistica transmutatione confingant, eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non alias alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant.

Moneta falsa ab oculis fidis facile discernitur.

¶ Hæc itaque perpetuis uolentes exulare temporibus, hac edictali constitutione sancimus, vt quicumque huiusmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri secuto facto manda uerint, vel ad hoc scienter dum id fieret facientib. ministrauerint, aut scienter uel auro vel argento vsi fuerint vendendo vel dando in solutum, verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperib. erogandum, quanti alchimitum existat, circa q eos aliquo prædictorum modorum legitime constiterit deliquisse, facientibus nihilominus aurum vel argentum alchimitũ, aut ipso (ut præmittitur) scienter vtentibus perpetuæ infamię nota respersis.

¶ Quòd si ad præfatam pœnam pecuniariam exoluendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio iudicis pœnam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotii, personarum differentiam, aliasque attẽden do circumstantias) commutare. Illos uero qui in tantæ ignorantiam infelicitatis prorupe rint, ut nedum nummos vendant, sed naturalia iuris præcepta contemnant artis excedãt metas, legumque violent interdicta, scienter videlicet adulterinam ex auro & argento alchimito cudendo seu fundendo, cudi seu fundi faciendo monetam hac animaduersione percelli iubemus, vt ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si clerici fuerint delinquentes, ipsi ultra prædictas pœnas priuentur beneficiis habitis, & prorsus reddantur inhabiles ad habenda.

De priuilegijs.

¶ Benedictus XI.

¶ *Hæc extrauagans dat Prædicatoribus & Minoribus priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confessionum auditiones, & sepulturas. De secundo in §. Sed quia multotiens. De tertio in §. porro. Et licet sit reuocata per clemen. 2. de sepul. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non sunt retractata. Et potuisset non inepte poni sub tit. de sepul. Sed non est inconueniens idẽ ca. diuersis respectibus sub uariys collocari titulis, vt patet in c. significantib. extra de libel. obla. & de appell.*

CAP. I.



Nter cunctas † sollicitudines nostras, quibus nos pastorale premit officium, & debitum Apostolicæ seruitutis adstringit, illa debet esse præcipua, vt gregi

† Vide extrauag. Sixti iv. inc. Vices illius de treg. & pace, inter communes.

rū prima procœmiū ad dicenda, generale, & postmodum speciale præmittitur. Secundo. §. ideoque. articulus de prædicationibus faciendis. Tertio. §. Sed quia. articulus de confessionib. audiendis. Quarto, §. Porro, articulus de lucris sepulturarum deciditur. Quinto. §. ad hoc. Papa clerū alloquitur. Sexto. §. Hæc autem hic statuta per multa non obstantia firmantur.

a ¶ Gregi Dominico.] in quo debet esse aliquid speciale, C. de grege Dominico. l. vna, lib 11. & cuius præcipuus est director ex. 6. li. de ele. ctio, vbi §. ceterum.

ſal.40.

b ¶ Commisso.] in persona Petri, p hæc verba, Pasce oues meas, extra de elect. significasti.

c ¶ Non desit.] ne Papa faciat vt pastores mali, quorum defectus ponūtur Ezechiel. 33. c.

d ¶ Lupus rapax.] hæc verba dicta sunt primo de Beniamen. Gen. 49.

nguis im- j de manu ælati req- tur.

e ¶ Propheta.] ex Ezechie. 3. sanguinem eius, scilicet impij, de manu tua requiram, extr. de offi. or. irrefragabili, 1. respon. & dic sanguinem id est, peccatū, quod est sanguine piandum vt Leuit. 4. & Hebræ. 9.

f ¶ Pacem inserere.] cum sit uicarius regis pacifici, i. Christi, in proœ. decret. sic econtra inimicus homo, id est demon zizaniam seminat, extra de electio. licet de uitanda.

g ¶ Remouere scandala.] ext. 6. li. de offi. lega. offic.

h ¶ Iurgiorum amputare materiam.] quæ ex cupiditate procedit, extra in proœ. decre.

i ¶ Egenum.] in psal. 40.

l ¶ Sane.] hic prosequitur proœmiū speciale, recitans constitutionem, Super cathedram. quæ nominatur infr. §. fi.

gregi [a] Dominico nobis superna dispositione commisso, [b] animarum cura non desit, [c] ne illum lupus [d] rapax antiquus serpens humani generis inimicus inuadat eiusq; sanguis de nostris (quod absit) clamante propheta, [e] manibus requiratur. Debemus insuper quantum ex alto permittitur, pacem [f] inserere, remouere [g] scandala, iurgiorum [h] amputare materiam, & intelligere super egenū & pauperem: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem.

¶ Sane [i] dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa Octauus prædecessor noster, quandam specialem inter prælatos, rectores, seu sacerdotes & clericos parochialium ecclesiarum ex parte vna, & prædicatorum ac Minorum ordinum fratres ex altera, super faciendarum prædicationum, audiendarum confessionum per eosdem fratres, ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis constitutionem [i] edidit, certum his modum imponens, prout in eadem constitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete turbatio nata est, pro cōcordia sunt suborta dissidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noscuntur, sicque dum ansam soluisse se credidit, nodum ligasse videtur, & septem, vno hydræ [k] amputato capite, suscitasse. Nec mirum, quia plerumque pariunt nouitates discordiam, pręsertim dū ab eo quod diu æquum visum est, per nouam constitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens vel alia causa subest.

¶ Ideoque cupientes, vt ipsi gregi cura nostra eo plenior impendatur, quo amplior in agro domini operariorum numerus operetur, super egenum intendētes, & pauperem, ac nouitatem per eandem constitutionem inductam: Statuimus de fratrum nostrorum consilio, vt priorum ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in ecclesijs ac locis ipsorum, quæ impræsentiarum habent & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus seu publicis, libere absque diœcesanorum, & aliorum prælatorum petita licentia valeant clero & populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœcesani prædicti prædicarent, vel coram se facerent prædicari, prędicent ijdem fratres: putamus etenim dignum, vt maiori [p] minor, & superiori [q] inferior deferat in hac parte, nisi forsan aliud circa hoc facerent de voluntate diœcesanorum ipsorum, aut in studijs generalibus prędicarent diebus illis dumtaxat, quibus sermones ad clerum fieri solent & solemniter prędicari, seu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum festis specialibus seu peculiaribus: quia in his casibus cum diœcesanis in prædicatione cōcurrere poterunt.

l ¶ Cōstitutionem.] quæ incipiebat. Super cathedram. & illa per istam reuocata, vt inf. eod. in fin. est hodie approbata per Clementē quintum, patet in ca. 2. de sepul. in Clemē. Ista autem quæ est Benedicti xi. ibidem reuocatur.

m ¶ Nodum ligasse videtur.] extra de verborum significa. cum olim.

n ¶ Hydræ.] hydra est serpens aquaticus dictus ab hydor quod est aqua, cui secundum fabulas uno capite abscisso plura nascebantur eidem, secūdum sensum autem moralem vnum male gestum plura mala generat, quia vno principio illicito dato multa mala sequuntur, auth. ni. vt iudi. sine quoquo suffr. §. 1. coll. 2. & aqua cuius cursus obturatur, multos meatus facit.

Hydra quid sit.

Psal.40.

Vitium unū plura generat.

o ¶ Pariunt nouitates discordiā.] extr. de consue. cum consuetudinis.

p ¶ Maiori.] no. statum prælatorum maiorem statu religiosorum, at religiosi ad prælaturam ascendere non debent, argu. 93. dis. legimus, in fi. extr. 6. lib. de electio nullus in fi.

q ¶ Superiori.] not. quod exempti vt prędicatores & minores iure communi superiores 1 episcoporū esse censetur & si ijdem exempti in pluribus casibus prælatis subsunt, extra de hęret. ad abolendam, extra. 6. lib. de præben. cap 1, in fi. & aliquando sunt sedis Apostolicæ delegati legatione generali extr. 6. lib. de sta. regu. ca. vnico, §. & quoniam, ff. de constitu. prin. l. 2.

1 Intellige sano modo qm in his, in quibus sunt exēpti epis non obtēperant, & ita possunt dici superiores.

a ¶ In-

Inuitus est qui non probatur cõsensisse.

a ¶ Inuitis.] dic inuitum qui non probatur consensisse, ff. de fur. qui vas. §. vetare, ff. de procur. filiusfamilias. §. inuitus, & ff. de serui. vrbanorum prædiorum. inuitum, argu. contra, ff. mand. qui patitur.

ẽ ¶ Superioribus.] superiorem voco diœcesanum seu illum, qui habet ius diœceseos. & concurrere potest cum rectore, ext. 6 lib. de tempo. ordi. eos, & ca. cum nullus, ut est metropolitanus, cui non est superior in prouincia sua, nisi in certis casibus no. extra de offic. ordi. pastoralis.

† Prædicatio non semper retrahit audientẽ a peccato.

o ¶ Ad salutem.] Roma. 10.

¶ d Concilij. extra de pæniten. & remissio. omnis.

o ¶ In morte.] extra de offi. ordi. pastoralis, §. 1. extra. 6. lib. de pęnit. ca. fina. §. præsenti.

Rom. 8.

Vbi vero ijdem diœcesani vocarent generaliter ad se clerum aliqua ratione, vel vrgente ratione, vel vrgente causa illum ducerent congregandum, ea hora in studijs memoratis diebus sæpedicti fratres ab huiusmodi prædicatione cessabunt. In ecclesijs autem parochialibus fratres ipsi inuitis eorum rectoribus seu sacerdotibus) nisi iussi a superioribus b eorundem) non audeant prædicare.

¶ Sed † quia multoties propositum verbum Dei audientem a peccato non retrahit, idcirco post prædicationem necessarium est pænitentiæ sacramentum, circa quod (nisi articulus necessitatis occurrat) sacerdoti facienda oris confessio (prout scriptum est: Corde ad iustitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutem c) exigitur: alias frustra esset in sacramento eodem sacerdotis (qui inter lepram & lepram debet discernere) ministerium institutum. Electi igitur ab eisdem fratribus ad audiendas confessiones & pœnitentias iniungendas, libere auctoritate Apostolica absque licentia diœcesanorum & aliorum prelatorum inferiorum exemptorum & nõ exemptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri volentes: Non religiosos, qui secundum statuta suorum ordinum propriis prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur aliis prohibentur, absoluant, ipsisque pęnitentias salutares iniungant, intra sibi designatos terminos ad huiusmodi exercendum officium constitutos. Excommunicationis vero vel alias sententias per prælatos latas contra hoc vel in eius fraudem, denunciamus irritas & inanes, nec confessis ipsis fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis & absoluti pœnitentes de illis sacerdotibus propriis teneantur (sicut etiam non tenentur) iterum confiteri, non obstante constitutione generalis concilij, d † quæ sano intellectu (ne sequatur absurdum, quod per pænitentiam dimissa peccata quis confiteri debeat, & quod liberatus debitor adhuc ad soluendum remaneat obligatus) intelligẽda est (vt ex ea patet) de illis qui peccata sua confiteri aliis neglexerunt. Sed Sacerdotes ipsis taliter confessis & absolutis adstricti sint ministrare Eucharistiæ, & extremæ vnctionis etiam sacramentum.

† Scilicet Lateranẽ. su[b] no. 3. c. a[...]

¶ Super confessione autem facta fratribus memoratis, cum de confitentis solius præiudicio (si falsum dicat) agatur in iudicio animæ seu pænitentiæ foro, stabitur simplici verbo illius qui sacramenta petit prædicta, & dicit fratribus se confessum. Duos † tamen casus excipimus, scilicet si sacerdos afferat eum excommunicatum aut notoriè peccatorum. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, vel in fraudem: quia si hoc egerit a delicto tali nisi plenè satisfecerit (præterquam in e morte) absolui nequeat, nec de illo ad pænitentiam aliter admittatur.

† Vide [do]ctrinam [Con]cilij Trid[entini] ses. 14. c[ap. ...] de casuu[m re]seruatio[ne]

¶ Vt autem diœcesanis honor debitus reseruetur, præcipimus, vt Prouinciales Priores Prædicatorum, & Ministri minorum ordinum præfatorum, per se vel alios verbo vel scripto eis significent, se fratres ad huiusmodi confessionum audiendarum & pænitentiarum iniungendarum officium elegisse, & non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter a diœcesanis eisdem, quòd ijdem electi fratres de ipsorum beneplacito & licentia, dictum possint in eorum ciuitatibus & diœcesibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod si denegent, vel intra triduum non concedant, ex tunc iidem fratres nihilominus auctoritate eadem huiusmodi officium exequantur. Datam vero licentiam per diœcesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quod sæpedicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confessionibus, & pænitentiis iniungendis, quàm parochiales sacerdotes noscuntur habere. Sicque de casibus episcopis & superioribus quos, inferius adnotamus, ac sedi Apostolicæ reseruatis, se nullatenus intromittant.

¶ Obseruent ergo sollicite dicti fratres, ne ad confessiones recipiant criminosos criminibus

nibus, pro quibus solemnis est pœnitentia [a] indicenda: Modo eodem excommunicatos respuant & clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt.[b] Inconueniens [c] enim existimamus, vt a peccato absoluat, qui pœnitentiam ei debitam imponere [d] aut irregularitatis pœnam peccati sequelam, [e] vel excommunicationem, quæ infligitur maxime a iure [f] quandoque pro crimine, quæve quem [g] ab ecclesia, & per consequens a participatione ecclesiasticorum sacramentorum excludit, [h] remouere non potest.

¶ Incendiarios eosque qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quod ea rationabilis consuetudo præscripta canonicè in episcopatibus aliquibus reseruauit episcopis, similiter non admittant, quam consuetudinem (ex causa, quæ iuste ad id animum nostrum mouit) solummodo circa voluntarios homicidas, falsarios, ecclesiarum immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ violatores, & sortilegos approbamus. Quod si forsan antequam ab eo qui potestatem habet, absolui possint, mors talium confiteri volentium verisimiliter timeatur, etiam in prædictis casibus sæpefati fratres eos confiteri volentes audiant, ipsisque beneficium absolutionis impendant, sed subeant iuramentum quod liberati se suis episcopis & excommunicatoribus præsentabunt: excommunicantium super his, pro quibus ab eis excommunicati erant, & episcoporum pro peccato huiusmodi parituri mandatis.[i]

¶ Verum quia post baptismum inter cetera magis ad salutem necessaria † est propositio verbi Dei, quo audientes illud, quod est victoria nostra, instruuntur in fide, docentur fugienda fugere, & sectanda sectari, a quo per peccatum lapsi resurgunt, pœnitentiæ sacramentum perficiunt: Grandis nobis sollicitudo incumbit, vt tales adhæc promoueantur fratres, qui oleo dulcedinis verbi eiusdem nostros foueant subditos, a peccatis prohibeant: increpationis vino peccatorum suorum mordeant vulnera, eosque ad illa pœnitentiæ acrimonia [k] purgandum, & tergendum prouocent [l] & inducant. Ad id vero exequendum sententia † diuinæ legis exposcitur, desideratur ordo, & vitæ integritas etiam postulatur. Scriptum [m] est enim: Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi: quia labia [n] sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius: alias prout ad eum pertinet inter peccatum, & peccatum non posset discernere, nec peccator existens, Dei deberet narrare iustitias, & testamentum illius assumere per os suum. Nam cuius vita despicitur, consequens est vt eius prædicatio contemnatur. Quare decernimus, vt Priores & Ministri Generales, & Prouinciales Prædicatorum, & Minorum ordinum præfatorum, uel eorum vicarii, de discretorum consilio ad tam salubre officium fratres diuina scientia doctos, discretione vigentes, vita probatos, & expertos moribus (alioquin districtam reddent in futuro examine rationem) eligant, & assumant: sic enim quod prædicabunt, facient, quæ arguent, operari cessabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter, & exemplo. Ceterum, licet (sicut prædicitur) de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata: tamen quia propter erubescentiam, quæ magna est pœnitentiæ pars; ut eorundem peccatorum iteretur confessio, reputamus

† Verbi Dei propositio ē ad salutē valde necessaria.

† Forte, scientia.

Oseæ. c.4.

Malach.2.

Psal.49.

œnitere est œnam pro eccato tenere.

a ¶ Pœnitentia.] indicenda, 50. d. in ca. 26.q.6. c.1.

b ¶ Incurrerūt.] qa idem factum est peccatū, & ipsum est pęna peccati, ut est clericidium, vel ablatio membri, 55. dist. si Euangelica, secus si ex diuersis factis emergerent, ut excōmunicatio, q̄ est pœna peccati, & irregularitas, q̄ contraheretur propter immistionem, excōmunicatione, seu suspensione durāte, & tūc p̄t fieri absolutio a primo p p̄latū, non dispensatio, exēplū pone ex. 6. li. de sen. & re iud. cū æterni, extra 6. lib. de sent. excōmunicationis, cum medicinalis.

c ¶ Inconueniēs.] declarat quod præmiserat dicens, existimamus inconueniēs, vt scilicet ille absoluat a peccato, qui nō p̄t imponere debitā pęnitentiam ei, scilicet peccatori, & qui nō pōt remouere irregularitatem, sequelam peccati, &c.

d ¶ Imponere.] scilicet non potest, quod est inf. nam cum pęnitere sit pęnam pro peccato tenere, & pęna sit mēsura culpę, no. extra 6. li. de pę. c. fi. §. illud & §. seq. ubi debita pęna non potest infligi per aliquem, ergo nec pœnitentia salutaris.

e ¶ Sequelam,] ut dicto c. si Euangelica.

f ¶ A iure.] 17.q.4 si quis suadente.

g ¶ Quem.] id est aliquem.

h ¶ Excludit.] de istis excōicationib. maiori & minori habetur extra de sent. excommun. nuper, & cap. penul.

i ¶ Mandatis.] extra de sent. excommunicationis, de cetero, & c. ea noscitur, & c. quamuis.

k ¶ Acrimonia.] hoc uerbū exposui extra 6. lib. de statu reg. c. unico, §. fin.

l ¶ Prouocent.) hic accipitur in bona parte, ut alias, ff. de ædil. edic. q si nolit. §. qui mancipia.

m ¶ Scriptum.) Oseæ 4. extra de renunc. c. nisi cum pridem, §. pro defectu.

n ¶ Labia.) Mala. 2. & extra de hæret. cū ex iniūcto, uer. licet.

a ¶ Epi-

mus salubre: districte iniungimus, vt fratres ipsi confitentes attente moneant, & in suis prædicationibus exhortentur, quod suis sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno, asserẽdo id ad animarum profectum procul dubio pertinere.

¶ Porro vt circa sepulturam apud loca eorundem fratrum eligẽtium sepeliri, & portionem canonicam de relictis eisdẽ fratribus minime detrahendam, nequeat in posterum dubitari: iubemus, ut corpora defunctorum, qui apud eorundem fratrum loca elegerint, dum viuerent sepulturam, processionaliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta cantando seu legendo officium mortuorum, vel psalmos, & alienas ingredientes parochias, possint assumere, & ad suas deferre ecclesias tumulanda. De quibuscumque vero relictis præfatis fratribus in communi, vel singulis vltimis decedentium voluntatibus siue apud eos sepeliendi sint, siue alibi: nulla per parochiales sacerdotes morientium a qua fratres ipsos liberos esse volumus, canonica portio, vel multominus per episcopos episcopalis [a] quarta omnino, cum eis tamquam exempti non subsint nec etiam debita iure parochiæ, si forsan cathedralis defunctorum esset parochialis ecclesia detrahatur. De funeralibus autem medietatem, si commode diuisionem recipiant: alias eiusdem medietatis æstimationem soluant parochiali ecclesiæ, & sacerdotibus antedictis. Funeralia vero intelliguntur hoc casu, quæ cum funere deferuntur. De candelis vero quas fratres portant, portio non petatur. Moneant autem iidem fratres, & pro posse inducant confitentes sibi vt de propriis bonis suis parochialibus ecclesiis, eorumque sacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent parochialia iura reddant. Ad hoc non murmuret quæsumus sæcularis clerus, non gerant moleste prælati, quod circa præmissa sic duximus prouidendum. Attendant quanta ex iis, quæ in primis duobus articulis statuta sunt, salus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter considerent, quod eorum onera cum aliis nostro beneficio salubriter, & quasi necessario patiuntur.

¶ Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quod fratres ipsi hoc per priuilegia Romanorum Pontificum eis benigne concessa, ante constitutionem eandem hactenus habuerunt. Quodque sunt pauperes, nil habentes singuli in communi rustica [b] prædia, immo nec vrbana, vel mobilia, eorum alteri vel etiam vniuersi mendicant victum, quærunt vestitum, & eatenus sustinere possunt, quatenus vel viuorum pietas, aut morientium charitas eis necessaria subministrat. Quis ergo non misereatur [c] eorum qui omnia, voluntatem [d] habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eisdem operantibus tam vtiliter in agro prædicto? Certe nullus, nisi qui triturantis [e] bouis os impie alligare velit, aut eos subtractis alimentis necare. [f] Inopes [g] patrimonii onera ipsa non habendi necessitate non sustinent, & a curialibus res ecclesiis vel piis locis donatas, a quartæ præstatione, seu lucratiuorum inscriptionibus lex facit immunes. [h] Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam. [i] Et legata ad fabricam, vel pro ornamentis ecclesiæ, aut ad diuinum cultum perpetuum, solutioni non subiacent canonicæ portionis. [k] Pauperes autem (vt dictum est) sunt fratres, & quod eis relinquitur, aut in sua alimenta erogant, aut in fabricam, siue in cultum diuinum, & ecclesię ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere super egenum & pauperem, & non obliuisci eorum, cum humanitatis sit etiam sęcularis principis prospicere egenis, & dare operam vt pauperibus alimenta non desint, non tam pie quam quodammodo iuste in eodem articulo egimus, egenos eosdem (vt pręmittitur) reddendo ab onere canonicę portionis exemptos. Hęc autem (dicta constitutione, quę incipit, Super cathedram, quam penitus reuocamus, aliisque quibuscunque constitutionibus specialibus, & generalibus statutis, priui-

Funeralium noie quid intelligatur.

Falcidia dẽtur de[...] ctis pau[...] ribus.

Psal. 40.

Pauperi[...] subueni[...] est.

a ¶ Episcopalis quarta.] de qua habetur 12.q.2. concessa, & trib. c. sequentibus.
b ¶ Rustica prędia.] prædium rusticũ ab vrbano nõ loco, sed qualitate secernitur, C. de præd. mino. l. si prædium.
c ¶ Nõ misereatur.] arg. C. ne fil. ꝑ pat. auth. habita.
d ¶ Voluntatem.] arg. extra de exc. pla. nimis, 1. responso.
e ¶ Triturãtis, Deut. 26. extra. de pręb. extirpandæ, 1 resp. & 1. Timoth. 5.
f ¶ Necare.] ff. de alẽ. & exhi. li. necare.
g ¶ Inopes.] auth. ꝺ coll. §. nullus ãt molestetur, coll. 9.
h ¶ Immunes.] C. de sacrosſ. eccles. sancimus 2. auth. de eccl. titu. §. si quis vero res, coll. 9.
i ¶ Falcidiam.] C. ad leg. Falc. auth. similiter, quę sumitur ex auth. de eccl. tit. §. si autem hæres.
k ¶ Portionis.] extra. de testa. c. fi.
l ¶ Non desint.] C. de sacrosſ. eccl. priuilegia, in fi.

a ¶ Ne-

a ¶ Nequaquam ob ſtantibus.] de uirib. iſtorum non obſtantium notatur in Extrauag. rem non nouam. in fi. Ioa. Mon.

priuilegijs, indulgentijs ſub quacumq. forma verborum conceſſis, etiam ſi de ipſis de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in noſtris litteris oporteret fieri mentionẽ, conuentionibus, pactis, iuramentis, ſententiis, conſuetudinibus contrariis, nequaquam obſtantibus a) inuiolabiliter obſeruari ſancimus. Nulli ergo omnino omnium liceat hanc paginam noſtrorũ ſtatuti, denuncitationis exemptionis, præceptorum, approbationis, iuſſionis, voluntatis, reuocationis, & ſanctionis infringere. Si quis autem, & cetera.

¶Clemens quintus.

¶*Rex Franciæ & regnicolæ per extrauagantem, vnam ſanctam. ſupra de maior. & obed. non amplius ſubijciuntur Eccleſiæ Romanæ quam prius erant.*

CAP. II.



Eruit chariſſimi filii noſtri Philippi regis Francorum illuſtris ſyncerææ affectionis ad nos, & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt: Meruit inſuper regnicolarum puritas ac deuotionis ſynceritas, ut tam regem quam regnum fauore beneuolo proſequamur. Hinc eſt quod nos regi, & regno per definitionem, & declarationem bonæ memoriæ Bonifacii Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit. Vnam ſanctam. nullum volumus vel intendimus præiudiciũ generari. Nec quod per illam rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius Eccleſiæ ſint ſubiecti Romanæ, quam antea exiſtebant: Sed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionem præfatam: tam quantum ad Eccleſiam, quam etiam ad regem, regnum, & regnicolas ſuperius nominatos.

egnũ Fran æ Papa fa- ore proſe- itur.

¶Eugenius quartus.

¶ *Ordinarij non poſſunt ferre cẽſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotijs Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficijs, quod ſi fecerint, irritum eſt. Et ſi beneficia illorum aliis ſint collata, tam dantes quam recipiẽtes ipſo facto ſunt excommunicati, & à ſolo Papa abſoluendi.*


CAP. III.



Iuina † in eminenti ſedis Apoſtolicę ſpecula diſponente clementia conſtituti, ad ea libenter intendimus, per quę officiales prędictę ſedis obſequiis eius (ad quam veluti fidelium omniũ matrem, pro animarum ſalute quęrenda, & iuſtitia proſequenda, de diuerſis mundi partibus confluit multitudo) tutius & quietius ſe promptiores valeant exhibere; Hinc eſt quod nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiam nonnullorum prędeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhęrentes, diſtrictius inhibemus locorum ordinarijs, nec non commiſſarijs, & delegatis eorum, ceteriſque vniuerſis & ſingulis quacumque poteſtate & auctoritate pręfulgeant, cuiuſcunque dignitatis, gradus, vel pręeminentię fuerint, ne contra officiales præfatos quocumque nomine nuncupentur, in noſtris & dictæ ſedis obſequijs nunc & pro tempore exiſtentes, necnon quoſcunque alios pro ſuis & eorum cauſis uel negotiis proſequendis ad ſedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum & cauſarum huiuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti aut priuationis officiorum, aut beneficiorum ſeu quamuis aliam ſentenitam promulgare præſumant.

† Vide conc. Trid. ſeſſio. 23. de refor. ca. 1. circa finem, & ſeſſ. 24. de reforma. ca. 11. §. quę vero priuilegia.

¶ Nos enim omnes & ſingulos proceſſus, & ſententias contra tenorem & mentem noſtræ inibitionis huiuſmodi latas & habitas, & in poſterũ habendas, ac etiam promulgandas, & quæcunque inde ſecuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque extitiſſe uel exiſtere roboris, uel momenti. Necnon quicquid in cõtrarium à quoquam, quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterũ cõtigerit attẽtari, etiam decernimus irritum, & inane. Et nihilominus in omnes & ſingulos ordinarios, & officiales commiſſarios & delegatos eorũ qui ſe dignitatibus ac beneficijs eccleſiaſticis quibuſcunque officialium, aut negotia huiuſmodi apud dictam ſedẽ proſequentiũ prę-


Xhibita.] a ¶ Cõsti tutionẽ] quę inci pit, suscepti, & est una de xx. glossatis per Zenzelinum. & posita sub tit. de electio. Et iterhas repetitur cum gl. Guilielmi de Monte Lauduno in tit. ne sede Vacante.

Dantes & recipiẽtes quãdoque æqualiter puniuntur.

dictorum, eos illis forsan priuando atque priuatos decernendo seu declarando, vel cuiuscumque priuationis prętextu illa per sonis aliis conferendo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittendo, tam in dantes quam in recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excommunicationis sentẽtia absolui nequeant nisi a nobis, uel per nos deputandis, præterquam in mortis articulo constituti.

¶ Præmissa autem a die affixionis præsentium ad ualuas basilicę principis Apostolorũ de Vrbe, ex certa scientia quoscunque ligare volumus & arctare. Non obstantibus Apostolicis & quibuscumque generalibus, aut prouincialibus aut synodalibus conciliis, edictis constitutionibus, ordinationibus, & Apostolicis priuilegiis, per quæ effectus pręsentium impediri possit quomodolibet uel differri, etiam si de illis eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis: & quæ præsentibus volumus habere pro sufficienter expressis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis a declarationis, cõstitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M. cccc. xxiij. octauo idus Martij, Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Ioannes, xxii. Magistro & Fratri hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani.

¶ *Præmisso tenore duarum constitutionũ, dicit quod hospitalarij sancti Ioannis ex statuto, consuetudine, vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, si in illis essent residentes.*

CAP. IIII.


Xhibita nobis ex parte vestra petitio continebat, quod dudum post constitutionem a per nos editam, qua specialiter & expresse cauetur, quod habentes annalia in ecclesiis de consuetudine, priuilegio vel statuto, qui ratione dictorum annaliũ fructus primi vel secundi, vel alterius cuiuscumq. sequentis anni beneficiorum uacantiũ sibi hactenus in totũ uendicauerant, nihil ex inde ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in decimæ solutione taxari, prętextu cuiusuis priuilegij consuetudinis, uel statuti, quouis modo perciperent: sed ipsius summæ perceptione duntaxat deberent esse contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus illos soliti essent cum integritate percipere, mallent, ipsum habere residuum, & obtinẽtibus beneficia dimittere summam memoratam, quo casu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam constitutionem fecimus, in qua specialiter cauebatur, quod si huiusmodi beneficiũ obtinentes in ecclesia, in qua specialiter illud beneficiũ existeret, minime residerent, ad debitum seruitium impendendum capitulo eiusdem ecclesię nihil debere accrescere, cum cessante causa † cessare debeat pariter quod uigebat. Quodq; ex uerbis declarationis huius satis innui uidebat: quod fructus beneficiorum non residentium accrescere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo quod in declaratione dicta non continetur expresse de perceptione annalium beneficiorum uacantium uobis debitorum de prædictis consuetudine, priuilegio, uel statuto, quo ad fructus non residentium in eisdem, qui uobis accrescere debent, nullum adhuc commodum assequi potuistis licet (ut præmittitur) dicti fructus capitulo non accrescant. Quare nobis humiliter supplicastis, ut quod in huiusmodi declaratione nostra tacite innuitur, declarare expressius dignaremur. Nos itaque petitionem uestram iuri consonam æstimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati uestræ prouidere uolentes, præsenti oraculo declaramus, quod fructus prædictæ Ecclesiæ uel beneficii uacantis, cuius annalia in quibus consistunt

† l. ad §. quã de iur c. cum c. de a

Annali ceptio tiplici potest tere.

Petitio cõsona ditimen

stunt, debentur uobis ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium huiusmodi (si in ecclesia ubi illa consistunt personalem residentiam facerent) deberetur, si non resideant ibidem vere uel interpretatiue, vtpote per speciale priuilegium Apostolicũ, vel alias ex causa rationabili ab huiusmodi residentia legitime excusentur, cum dicta pars (vt præmittitur) capitulo non accrescat, vobis accrescere debet secundum intentionẽ, & mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergo, & cetera, ut supra. Datum Auinione Calend. Martij, Pontific. nostri anno quinto.

Beneficiatus a residentia facienda qñque excusatur.

De pœnis.

¶ Ioannes xxij.

¶ Episcopus Caturcen. propter uarios excessus per ipsum perpetratos, præsertim quia sedi Apostolicæ, suis subditis & sibi ipsi iniuriosus fuerat, varias pœnas incurrit, quoniam perpetuæ depositionis sententiam meruit, priuatusque fuit pontificali, sacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt scilicet cognoscamus crimina & excessus, quibus prælatus deponi possit. Facit ad hoc cap. veritatis, extra de dolo & contu. & cap. ex litteris, & cap. tanta est clauis Petri. de exces. præl. Et nisi antiqui libri hoc capitulum sub titulo. De pœnis, annotauissent, sub titulo, De excessibus prælatorum, positum fuisset.

CAP. VNICVM.

Diuinis exemplis quæ nostrorum debent esse actuum regula, patenter instruimur, aures nostras subditorum a suis præpositis oppressorum indebite & aggrauatorum iniuste, non obturare clamoribus, sed ipsis ipsas potius compassiuis affectibus inclinare, vt si per solertis inquisitionis indaginem clamores huiusmodi opere † completos esse viderimus, liberationis opportunæ remedium solicitis studiis apponamus, pœna nihilominus debita punituri in hãc patratorum qualitatem excessuum illicitos oppressores. Omnipotẽs etenim Dominus audito † clamore populi sui propter duritiam eorum qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum descendit: Et summi templi præposito, qui iuxta nominis interpretationem in uias prauas inique diuerterat, comminando, sic ait: † Expellam te de statione tua, & de tuo ministerio te deponam. Dudum siquidem fama graui, clamore frequenti & querela flebili subditorum deferentibus nobis Hugonem Geraldi olim Caturcensem episcopum, de multiplicatis excessibus, oppressionibus grauibus, enormibusque criminibus esse reum: nos mala huiusmodi nolentes ante credere, quam probare super illis inquisitionem per nos & alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquisitionis ipsius uiso, & examinato processu luculenter inuenimus, quod eius fuerat uitiosus ingressus, cum per ambitionem nimiam, & per abrupta simoniacæ prauitatis ad pontificalem ascendisset honorem. Progressus autem eius (vt execrando conueniret initio) iniuriosus extiterat quo ad tria. Primo videlicet quo ad Apostolicam sedem, cui (licet ipsum honorasset in multis, & tandem ad episcopalis dignitatis apicem promouisset) terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperium retulit pro honore: Appellationibus interdum ad sedem ipsam ab eo uel officialibus eius per subditos oppressos emissis, nedum deferre contemptibiliter renuens, sed eas verbo vilipendens, & facto suis præcipiendo ministris, quod de appellationibus huiusmodi non curarent, ac nihilominus appellantes) quibus contra oppressiones debuerat esse appellatio ipsa remedium) nunc per captionis iniuriam, nunc per spolitationem beneficiorum, & alias indebite affligendo multipliciter, non absque uitio ingratitudinis uolans iuramentum fidelitatis ab ipso præstitum dictę sedi: nec ueritus matris Ecclesiæ transgressionẽ apertam, nonnullis quãdoq; per suas patentes litteras de uacaturis mandauit beneficiis prouideri, uias ad uacationem eorum aperiens nimis illicitas & suspectas: perniciosus etiam fuit, & frequens litterarum Apostolicarum abusor. Secundo uero quantũ ad subditos ergo quos non pii prælati uel pastoris peregit officium, quinimmo tanquam fur improbus, crudelisque tyrannus sub pallio charitatiui subsidii incussis

Gen. 18.

Exod. 3.

Esa. 22.

Prælati non debent esse creduli.

Appellatio est remediũ contra oppressiones.

Prælatus erga subditos pastoris officium peragere debet.

terroribus, uiolentijs, & injuriis illatis, dolosis inductionibus & fraudibus exquisitis veluti recursor iniquus, extorsionib. eos intolerabilibus pregrauando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium excessiuas & ecclesiis importabiles, utpote multiplicato euictionum numero canonib. † diffinito, interdum per se, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito visitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, sed ad saturandæ cupiditatis affectum, impenso, ad alios quæstus illicitos & damnatos suum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de causa curauit. Et cum inuenit subditos suis in hoc reprobandis affectib. non parentes, nec alias ab eis exigere potuit concupita, calumniosas delationes fieri, contra eos lites moueri, & diuersa eis grauamina subdole procurauit pluries inferri. Præterea non citatos legitime, nec conuictos etiam aut confessos suis priuauit beneficiis, occasionem pro causa confingens, non rationem his, sed tyrannidem potius prosequens personalem. Multa falsa scienter instrumenta dictauit, per suos illa faciens notarios publicari, & ut illis qualem ipse habuerat ad ecclesias præberet ingressum, instituere ei presentatos, seu institutionis suę eis concedere litteras sępius renuit nisi primitus certa sibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa ecclesiastica beneficia, nunc permutationis prætextũ, nũc vero simpliciter in suis manib. resignata modo iure, (vt prætendebat) ordinario, modo super hoc (ut dicebat) Apostolico munimine indulto, de facto scienter contulit interuenientibus fraude, pacto, & simoniaca prauitate: subiectas sibi ecclesias occupans earum redditus vsurpauit: & sic in suis fuit corruptus iudicijs processum eorũ & finem in pecuniarium commodum ordinando, quandoque iustificans impium, innoxium iniuste condemnans, sic & alios corrumpere iudices pro obtinenda super oppressionibus inchoatis iniusta uictoria nisus fuit.

† Vide concilium Late. sub Alexan. iij. c. 4. Cõcilium. Later. sub Inn. iij. c. 33. Conciliũ Oxoniense. capit. ut singula. & Concilium, Triden. ses. 24. de reformat. c. 3.

Tertio, quantum ad se, vt qui sibi nequam existeret, nulli alii bonus esset: suæ namque famæ prodigus se periuriis patenter inuoluit, irregularitatisque laqueis irretiuit, & (quod referre pudet) in corpus suum fornicando peccans per continuatum in continentiæ vitium, quo se dudum fœdauerat, pontificali postea decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, & fœmora sua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius fit reprehendendi ingressus, sic scandalosus, perniciosus exemplo progressus, ut vitio huiusmodi fine culpis nescius finem imponere & periculosus egressus, cum adeo foret in ipso habituata malitia quod (remanente sibi ad solita facultate) in iniquitatis opere uoluntas sibi deficere minime speraretur.

Propter quod ne prioribus peius committeret, illud solum ęstimamus salubre remediũ, vt quod velle non poteramus auferre, eripe remus vel posse. Nos itaque super præmissis & pluribus aliis eius nefandis excessibus cum fratribus nostris ex sano consilio deliberatione cohabita diligenti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quippe ob suas iniquitates ne præsit, est abiectus a Deo, suis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali iam priuatum a Domino, de consilio omnium, & singulorum fratrum ipsorum perpetuæ depositionis sententiam duximus promulgandam: pontificali eum & sacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes, ut ibi committendis cessantibus, agat pænitentiam de commissis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ promulgationis & condemnationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Auinione xv. Calend. Iunij, Pontificatus nostri anno secundo.

De pænitentijs, & remissionibus.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ *Centesimo quoque anno uisitantibus basilicas Petri & Pauli Apostolorum plenissima peccatorum venia conceditur.*

CAP.

CAP. I.



ANtiquorum † habet fida relatio,[a] qd accedentib. ad honorabilem basilicam [b] principis Apostolorum [c] de Vrbe, [d] concessæ sunt magnę remissiones, & indulgentię peccatorum.

¶ Nos igitur, qui iuxta officii nostri debitum salutem appetimus, & procuramus libentius singulorũ huiusmodi remissiones, & indulgentias omnes, & singulas ratas, & gratas habentes, [f] ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

¶ Vt autem beatissimi Petrus, & Paulus Apostoli eo amplius honorentur quo ipsorum basilicæ de Vrbe deuotius fuerint a fidelibus frequentatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis senserint se refertos: [g] Nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Apostolorum eius meritis, & auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno millesimo trecentesimo a festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi præterito proxime inchoato, & in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter vere pœnitentibus, & confessis: [h] vel qui uere pœnitebunt, & confitebuntur [i] in huiusmodi præsenti, & quoli-



ANtiquorum.] ¶ Hæc epistola satis grosse fuit composita. Et habet sex partes. Primo super remissionibus, & indulgentiis concessis accedentibus ad Ecclesiam principis Apostolorum de Vrbe fidam antiquorum relationem commemorat. Secundo, §. Nos igitur. remissiones, & indulgentias huiusmodi confirmat, approbat, & innouat. Tertio, §. Vt aũt, accedentibus ad ecclesias beatorũ Apostolorum Petri & Pauli de Vrbe, vere penitentibus, & confessis plenissimã indulgentiã peccatorũ dat. Quarto, §. Statuẽtes, quid pro indulgentia prædicta dictis vere pœnitẽtibus & confessis fieri oporteat statuẽdo taxat. Quinto, §. vnusquisque tamen antipophorizat. Sexto, §. Nulli inh bens præmissa non infringi, vult, vt secus facientes maledictionẽ incurrant.

† Vide Doct. scholasticos li. 4. sen. dist. 19. 20. & 21. inde. n. fient aperta q̃ tradunt in tex. & glo. adde Roffe. cõtra Luth. ar. 17. & aliquot sequentibus.

a ¶ Relatio.) ad quã recurrendũ est in antiquis, ff. de lega. 3. si chorus, §. 1. extra de prob. c. cum causam.

Basilica qd est.

b ¶ Basilicam.] idest ecclesiã. ext de relig. dom. c. 1. 16. q. 7 omnes basilicæ Et proprie est dom⁹ regia, uel palatium regis, sed modo per translationẽ dicitur ecclesia, quia est palatium summi regis.

c ¶ Apostolorum.] id est beati Petri, qui primatum habuit, & successores sui in Ecclesia Dei. 21. distinct. nouo.

d ¶ De Vrbe.] loquitur vulgariter: nam loquendum est vt plures, arg. extra de transl. episc. inter corporalia, §. sed neque, nam re vera Ecclesia sancti Petri non est in Vrbe, sed in ciuitate Leonina, & minus ecclesia sancti Pauli, de qua etiam dicitur, quod non est in continentibus ædificiis. Quid autem importet hoc nomen, Vrbs, villa, ciuitas, no. extra. lib. 6. de senten. excommunic. si ciuitas.

e ¶ Peccatorum.] id est pœnarum pro peccatis debitarum, sic ponitur 2. Machab. 12. in fin. ibi, sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur.

f ¶ Habentes.] per hanc ratificationem, & confirmationem non ratificantur nisi legitime concessa. extra. li 6. de rescr. si gratiose, §. fi. extra de ele. dudum 2. §. pen.

g ¶ Refertos.] non refectos, quia refectio proprie est corporis, sed refertio est proprie mentis, vnde dic, refertos, id est plenos, bene fartos, obesos seu crassos. Et descendit refertus a refercio, cis, quod componitur de re & farcio cis Io. Mon.

h Et cõfessis.) qui est vere pęnitens & confessus, habet veniã culpæ, quam solus Deus in contritione remittit q̃ non datur nisi correcto, extra lib. 6. de reg. iur. peccati venia. & pœna æterna debita pro culpa mortali commutatur a Deo in pœnam temporalem. Nam sicut culpa respectu illius in quem commissa est, fuit infinita, sic & pœna debet esse infinita, cuius infinitas tollit per remissionem culpæ. Sed quanta remaneat, ignorat minister Dei, qui in pœnitentiæ sacramẽto aliquam portionem illius pęnæ remittit, vnde minister Dei post præmissa arbitratur de pœna, quã credit superesse ad arbitrium suũ, & sic intelligitur, ꝙ oẽs pęnitentiæ sunt arbitrariæ, 16 q. 7. tẽpora. extra de pęnit. & remis. quæsitũ, &c. seq. Tanta tamẽ posset esse cõtritio cõfitentis, ꝙ nedum culpa, sed pęna prorsus tolleretur; verũ quia hoc est dubiũ apud homines, minister Dei præsertim vicarius Christi & successor Petri istam pœnam certis de causis vt hic, & in voto vltramarino, & qbusdam aliis cõmutat in certos actus satisfactorios. Sed pone: iste minister minus discrete, seu sine cã legitima taxat: nunquid cõfessus ad pl⁹ tenebitur? Dic ꝙ sic vt suppleatur quod de iure deficit, ff. de re iud. l. 4. §. si quis cõdemnatus, & hoc requirit virtus diuinæ iustitiæ, manet ergo Petri iudiciũ, vbicunq; ex ipsius ęquitate fertur iudicium 24. q. 1. manet. 11. q. 3. tunc vera. est. n. sibi commissũ dispensare, 1 id est, discrete pensare, non dissipare, ff. de offi. proc. Cæsa. l. 1. nec neg. quin sit absolutus, ita quod pęna æterna commutata est in temporalem: quia hoc video in eo qui non est minister, extra de ele. dudum 2. Et ibi est absolutus non pp sacr̃m fidei, sed propter fidẽ sacramenti: sed indiscretio ministri in hoc se onerantis vel mei confitentis a debita pęna tẽporali me non releuat confitentem. Et dic, confessis proposito, & facto.

Peccati pęna debet esse infinita.

Qualiter intelligatur, ꝙ pœnitentiæ sunt arbitraria.

1 Dispensare vnde dr̃.

i Confitebuntur.] facto, sunt tñ cõfessi proposito, alias non sunt filii Dei, sed inimici. Tu dic: confitebuntur & proposito, & facto. Sed cum opera uiua ad uitam æternam valeant, & mortificata viuificari possint, dic qualiter opera mortua ut labor itinerationis hic expressus in mortali peccato factus, possit prodesse ad remissionem pęnarum pro peccatis debitarum, licet post laborẽ huiusmodi sit vere pœnitens & confessus. Et notandũ 2 quod ad hoc quod indulgentię valeant, quatuor principaliter requiruntur, & quintũ etiam huic proposito potest addi ratione materiæ. Requiruntur enim auctoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintum quod addi potest, congruitas in tẽpore. Primo ergo requiritur auctoritas in concedente, quæ typica est, & principaliter residet in summo Pontifice; sicut. n. videmus quod in corpore

2 Indulgẽtię vt ualeant quot reqsita exigant. vid B Th. in qõnibus additis ad 2. p. q. 25. art. 2.

 natu-

naturali vnicũ eſt caput, in quo poſiti ſunt oẽs ſenſus, ſic in corpore myſtico quod eſt Eccleſia, eſt ponere caput vnum habens plenitudinẽ poteſtatis. Hoc .n. ſic eſſe voluit ordinatio diuina. Et huic concordat rõ recta: voluit namq; diuina ordinatio, ꝙ eccleſia militans repræſentaret Eccleſiã triumphantẽ de quibus. no. ſup. 6. lib. de elec. fundamenta. Vnde Io. in Apocalyp. Vidi, inquit, Hieruſalẽ deſcendentẽ de cælo: quia Hieruſalem terreſtris, hoc eſt Eccleſia militans, exemplificata eſt, & formata ad inſtar cæleſtis Hieruſalẽ, quæ ſurſum eſt, q̃ eſt mater noſtra: videlicet Eccleſiæ triũphantis. Ibi autem ſ'm beatum Dionyſium nouẽ ſunt ordines angelorum ſub triplici hierarchia diſpoſiti. Et eſt ordo ſub ordine, & tandem oẽs ſub vno capite quod eſt vnus Deus & ſi ibi velimus amplius aſcendere, inueniemus ꝙ pluralitas diuinarũ perſonarũ reducitur ad vnitatẽ eſſentiæ, rõnem illius ordinis diuina ſapientia in Eccleſia militante voluit exemplari. Vnde in Iob dr̃: Numquid noſti ordinẽ cæli, & ponis rõnem eius in terra? Si aũt in Eccleſia militante eſſet ponere duo capita de pari ſe habentia, quorũ vnum alteri minime ſubderetur, non eſſet rõ cæleſtis ordinis congruenter in ea poſita. Sed tunc rõ cæleſtis ordinis proprie, & perfecta in terra ponitur, ſic cuncti gradus prælationũ, & principatuum ſub vno capite collocentur, & ei obediant & ſubdant̃: hmõi aũt eſt ſolus Romanus Pontifex vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri, cui in hmõi deſignationem dictũ eſt a Dño, Tu vocaberis Cephas ꝙ interpretat̃ caput: huic ẽt veritati concordat rõ recta. Nam ſ'm Proculũ, oĩs multitudo reducitur ad vnitatem. Et ſ'm Philoſophum, in vnoquoque genere eſt reperire vnum primum, & ſupremum, quod eſt menſura, & regula omnium aliorum in illo genere contentorum. Et alibi, Monadem ſequitur dyas. Oportet igitur quod multitudo hominum reducatur ad vnum, & in genere hoĩum ſit reperire vnum hoĩem primum, qui ſit ſupremus in illo genere, qui ſit menſura, & regula oĩum aliorũ hominum: huiuſmodi autẽ eſt Romanus Pontifex, q̃ eſt inter oẽs homines ſupremus, exiſtens mẽſura, & regula directiua omnium aliorũ cui plene oẽs catholici ſimpliciter ſunt ſubiecti. Ad vltimũ autem intantum ſe extendit iſta ſubiectio, ꝙ qñ plenitudo gentium intrauerit, vt oĩs Iſrael ſaluus fiat, ſicut dicit Apoſtolus ad Romanos 11.c. Tunc omnes nationes orbis terrarum huic vnico capiti ſubiicientur, & obed. Et tunc implebitur illud quod ait Saluator in Io. Erit vnum ouile, & vnus paſtor. Sicut ergo in corpore materiali eſt ponere caput vnũ, in quo ſunt oẽs ſenſus, ſeu plenitudo ſentiendi: ſic in Eccleſia militante (ne ſit tamquam corpus monſtruoſum ſi duo haberet capita) eſt tantum ponere vnum caput, videlicet Romanum Pontificem, in quo eſt plenitudo poteſtatis, & auctoritatis, q̃ ſi quidem p̃tãtem contulit ei Dominus quando beato Petro dixit, Quodcũq; ligaueris ſuper terram erit ligatũ, &c. & quodcunq; ſolueris, &c. Ipſe autem Romanus Pontifex eſt qui conceſſit iſtam indulgentiam, & in ipſo (vt iam oſtenſum eſt) plenitudo reſidet poteſtatis. Et ſic patet primum, videlicet, ꝙ eſt auctoritas in concedente. Scdm eſt idoneitas in recipiente. Nam ſ'm Philoſophum actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito. Nam theſaurus Eccleſiæ non applicatur niſi ei qui eſt membrum Eccleſiæ. 11. q. 3. nihil ſic debet. 23. q. 4. ſi quis a catholica. Et certũ eſt ꝙ remanente culpa non remittitur pœna, quia ſecundũ Aug. non dimittit Deus dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Si aũt manente culpa remitteretur pęna, eſſet dedecus culpæ ſine decore a iuſtitiæ, & ſic eſſet aliquid inordinatum in vniuerſo: quod diuina ſapientia non permittit. arg. in auth. de hæred. & falc. §. inordinatum. coll. 1. Oportet ergo ꝙ capax indulgentiæ ſit purgatus a culpa, quod fit in contritione, ille ergo eſt habilis indulgentiam recipere, qui eſt vere pęnitens, & confeſſus. Et hoc tãgitur in forma indulgentiæ, cum dr̃ ꝙ vere pœnitentibus, & cõfeſſis hæc indulgentia ſit conceſſa, non aliis arg. C. de re milit. cum allegatis. li. 12. extra de appell. paſtoralis.

Hieruſalẽ eſt & terreſtris, & cæleſtis.

Cephas dicitur caput.

Indulgentia ſolis idoneis conceditur.

a Al. pudore.

in fine. Tertio requiritur pietas in fine, hoc eſt honor Dei & exaltatio fidei: in omni enim conceſſione indulgentiarum eccleſiaſticarum finaliter dẽt attendi, vt per hoc Deus honoretur, & fides exaltetur catholica. Quartum eſt vtilitas in opere, hoc eſt, ꝙ opus quod pro indulgentia obtinenda imponitur, ſit vtile, & ordinabile ad finem prædictum, ſ. ad honorem Dei, & exaltationẽ fidei. Circa quod aduertendum eſt, quod in conceſſione indulgentiæ non attenditur quantitas operis, ſed genus operis: indulgentia .n. principaliter reſpicit gratiã, non meritum, alias non diceretur indulgentia. Si enim quis offendiſſet regem vel principem, ita quod propter offenſam huiuſmodi mereretur ſ'm legem patriæ manu vel pede truncari, & vt liberaretur a tali pœna, q̃ meruit, offerret principi duo vel tria millia florenorum, talis liberatio remiſſio dici non mereretur, ſed potius redemptio, & quædam commutatio, arg. ff. de contrahen. empt. l. 1. Si autem rex condonaret ei pœnã huiuſmodi liberaliter, vel ei pro pœna vitanda aliquid leue imponeret; tunc talis liberatio remiſſio vocaretur: ergo indulgentiæ eccleſiaſticæ principaliter reſpiciunt gratiã, non meritum: meritum d eo proprium, reſpiciunt tamen meritum alienum. ſ. meritum Chriſti, immo ſuper illud fundantur, & ex illo ſumuntur. Paſſio namque Chriſti exceſſiua fuit, vnde & exceſſus vocatur in Luca: vbi dicitur quod in transfiguratione Chriſti apparuerunt Moyſes, & Helias cum eo, & dicebant exceſſũ, quem completurus erat in Hieruſalem, vnica .n. gutta ſanguinis tam pretioſi ſuffeciſſet pro redemptione totius mundi. Nam propter coniunctionẽ humanitatis cum diuinitate quantulacunque paſſio Chriſti, perpeſſa pro redemptione noſtra, habebat pretium infinitum. Noluit autem Chriſtus quod exceſſus iſte fruſtra fuiſſet, & quod de nihilo nobis ſeruiret: ſed voluit quod eſſet theſaurus eccleſiæ per ſuum vicarium Romanum Pontificem pro fidelibus loco, & tempore diſpẽſandus, diſpenſatur autem cum eis, cum indulgentiæ conceduntur. Nam propter vnionem capitis & membrorum, meritum capitis attribuitur, & applicatur membris, & qa ſic per alienum meritum, non per proprium meritum liberantur a pęna, ideo quantum ad ipſos talis liberatio dr̃ remiſſio, ſeu indulgentia, licet quo ad Chriſtum qui hoc nobis meruit, vocetur redemptio copioſa, vnde in Pſalm. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Nec eſt timendum ſeu phantaſtice opinandum, quod per talem diſpenſationẽ theſauri, q̃ ſit in collationẽ indulgentiarum, præfatus theſaurus in aliquo minuatur: Nã ſi omnes catholici vtriuſq; ſexus per vniuerſum orbem diſperſi, in hoc anno centeſimo pro hac indulgentia obtinenda venirent ad vrbẽ, & perfecte pręfatam indulgentiam obtinerent, tota omnium indulgentia in minori portione ſe haberet, ad theſaurum, ex quo ſumitur, quam ſit proportio vnius guttæ aquæ ad totum oceanum, vel vnius grani milij ad montem ſancti Bernardi: quia finiti ad finitum eſt proportio aliqua: finiti vero ad infinitum nulla: pp infinitatem .n. ſuam præfatus theſaurus ex diſpenſatione ſua non diminuitur, nec decreſcit. Verſus.

Mille licet ſumant, deperit inde nihil.

Quia ergo indulgẽtiæ reſpiciũt principaliter gratiã, non meritum proprium: ideo in indulgentiis conferẽdis non attenditur principaliter quantitas operis, vnde in præſenti indulgentia, Romanis, qui viſitando Apoſtolorum baſilicas ſatis parum laborant, pleniſſima conceditur indulgentia, ſicut eis qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hibernia, Hiſpaniarumque finibus accedunt cum magnis laboribus, & expenſis. attenditur ergo in iſtis indulgentiis conferendis principaliter non quantitas operis, ſed genus opis: hoc eſt dictũ, ꝙ opus quod pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, ſit opus tale, quod ordinetur ad finem præfatum in collatione indulgentiarum intentũ, qui eſt videlicet honor Dei, & exaltatio fidei, & primatus Eccleſiæ in vrbe exiſtens, Peregrinatio vera ad præfatas beatorum Apo-

Apoſtolorum

Indulg eſt cõc in hon Dei, & tatione dei.

Remiſſi fert a re ptione.

Indulge ſuper C ſti meri fundatu

Theſau Eccleſiæ diſpenſa nẽ eius minuitu

Indulge tanta con ditur Ro nis quãt nientibu remotis.

stolorũ basilicas,ad honorem Dei, & exaltationẽ fidei, vt plurimũ ordinatur : per hoc enim ꝙ ex tali peregritione sancti Apostoli honoratur, Deus in ipsis se reputat honorari . ipsi enim pro Christi honore conseruando & dilatãdo, seipsos exposuerũt supplicijs in vita pariter & in morte:ipse autem Dominus se honorãtes honorare decreuit,vnde dicit in 1.li.Regum.2.ca.Quicunque honorificauerit me,glorificabo eum, qui autẽ contemnunt me,erunt ignobiles. Ex hac enim peregrinatione fides catholica non modicũ exaltatur,eo quòd ex omnibus Christianitatis finibus fideles confluunt ad ortum fidei,ad basilicam videlicet sancti Petri. Nunc cernit apertissime beatus Petrus orationem illam exauditam,quam Christus ad patrem suũ fudit pro eo dicens. Ecce rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, videt enim quòd vndique cateruatim ruũt fideles populi ad ipsius basilicam,finem catholicã profitentes,vnde fit uidelicet quòd eius secundum Christi rogationem nõ deficit,sed magis proficit manifestissimis incremẽtis. Olim uerum esse poterat quòd Bernardus dicit.An non limina Apostolorum magis ambitio quam deuotio territ, sed nunc econtrario potest dici, quòd deuotio,non ambitio limina Apostolorũ territ, & eorum basilicas frequentat,seu frequentare facit.O quantum credẽdum est beatissimos Apostolos exultare , cernentes suas basilicas a populo Christiano cum intenso feruore fidei populosius & frequentius quã solerent,& vrgente deuotione populi accedentium ordine non seruato, impetuosius frequentari,non fuit a dieb.antiquis tanta deuotio,nec tantus fidei feruor in populo Christiano, ex quo gaudent nõ solũ Apostoli,sed totus etiam cælestis exercitus,& cõfunditur diabolus & angeli eius. Sic igitur patet ueritas & soliditas hmõi indulgẽtiæ, in quam sic excellentissime confluunt quattuor causæ prædictæ : quæ ad hoc quòd indulgentiæ valeant principaliter requiruntur. Quintũ quod põt adijci,est congruitas ex tempore concessa:est enim hæc indulgentia in tempore congruo,videlicet in anno Iubileo. In Leuitico si quidem legitur,quòd annus quinquagesimus erat Iubileus,in quo ſm legis præceptum clangebant tunc tubis, & remittebantur peccata:hic legalis Iubileus typicus erat, & uerum Iubileũ, qui in aduentu Christi sumpsit initium , figurabat. Ad hoc enim Christus uenit, ut remissionem & indulgentiam prædicaret spiritualium debitorum, uidelicet peccatorum,vnde ipse per Esaiam dicit. Esa.61.ca.Spiritus Dñi super me:eo quòd unxerit me,ad Euangelizandum pauperibus misit me. Et sequitur:ut prædicarẽ captiuis indulgentiam.Ecce tuba prædicationis, Ecce indulgentia siue remissio debitorum. Et in exordio prædicationis suæ sic orsus est.Pænitentiam agite,appropinquabit enim regnum cælorum,in quo uerbo,forma & efficacia præsentis indulgentiæ continetur. hæc enim indulgentia solis pænitentib.& confessis conceditur,& eis regnũ cælorum propinquissimum esse facit. Et quia Christus in ortu suo secundum communem cursum humanæ naturæ fari non poterat , ideo in Iubileo isto clangentes præmisit, vt dr in Luca secundo c.Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib. &c.Quamdiu enim est in peccato aliquis,non est ei pax cum Deo,quia secundum Esaiam.c.48. Non est pax impijs,dicit Dominus, remissa culpa remanente pœnæ debito nondum est pax perfecta , sed vtroque remisso plenissime pax hominibus habetur cum Deo , quod per istam indulgentiam obtinetur. A natiuitate igitur Dñi nostri Iesu Christi, in qua uerus Iubileus incœpit, quilibet sequens annus quinquagesimus uocari potest rectissime Iubileus. Quòd autem summus Pontifex nõ in anno quinquagesimo,sed in centesimo indulgentiam istam concederet (sicut ego ex ore ipsius audiui)duplex ratio mouit eum, primo,qui vulgatum est quòd talis indulgentia in annis centesimis a natiuitate Christi olim concedi solebat. Et quia,ut dicit commentator, Sermo qui famatur ab omnibus non est omnino falsus. Et quia istud sic publice famatum erat & vulgatum,noluit summus Pontifex quòd hoc anno centesimo in tempore sui regiminis ſm cursum temporis accedente , populus Christianus hoc munere frustraretur . Alia causa fuit, quia ob fauorem indulgentiæ transmarinæ, quæ similis huic extitit, hanc indulgentiam, non in anno quinquagesimo,quia frequenter euenit:sed in hoc cẽtesimo concedere uoluit: & deinceps in quolibet anno centesimo secuturo, eo quòd periodus humanæ vitę annũ centesimum (nisi in paucissimis) non trãscendit. Ad hoc ẽt adduci pñt aliæ congruentiæ , ex quib. sequentes assumo.Prima est,quia per istã indulgentiam,quæ uere pænitentib.& confessis concedit, duplex indulgentia,culpæ videlicet & pœnę habetur , & ideo congrue non in quinquagesimo , qui simplicem remissionem denotat, sed in centesimo conceditur,qui duplicem continet Iubileum. Secunda congruentia est,quia secundum Bedã & Hieronymum numerus centesimus transit a leua ad dexteram, sicut etiam dicit gl. super illud de parabola seminis: Aliud cecidit in terram bonam, & attulit fructum,aliud quidem tricesimum,aliud sexagesimũ aliud centesimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc sæculo purgatus a culpa,sed non liberatus a pena,non trãsit a leua ad dexteram , sed a pœna præsenti transit ad pœnam purgatorij sed quando migrat liberatus a culpa & pœna transit a leua ad dexteram. Et quia præsens indulgentia sic disponit hominem, ut si pœna adempta decedat , transeat absque medio a leua præsentis aduersitatis ad dexteram æternæ fælicitatis , & idcirco in anno centesimo congrue conceditur,qui quidem centesimus est numerus transiens a leua ad dexteram, sicut dixi. Tertia, qm̃ ille Iubileus de quo agitur Leuit.25.redire faciebat temporalia,sed iste spiritualia,& ideo nõ est mirum si duplicetur tempus. Quarta, hæc indulgentia plenissima per numerum magis perfectum,ut est centenarius,debuit designari pro tãto: quia usque ad ipsum fit ascensus per cõtinuam adiectionem unitatis ad præcedentem numerum:& ultra ipsum tali modo non procedit,sed fit regressus ad principium numeri, s.ad unitatem.Et ulterius tali modo vsque ad alium centenariũ fit processus,quod non est in aliquo alio numero.Quinta,quadragesimus est numerus abundans, reddẽs in sua abundantia quinquagesimam. Et est duplex quadragesima:una deletiua mali,ut vulgaris;alia operatiua boni vt illa quæ est inter pascha & Ascensionem Dñi:& per has duas quadragesimas hñs gratiam in duab.quinquagesimis abundat. Et per hanc in centesimo abundanter in gloria crescit. Et dic arg. ꝙ iste textus non dat liberationem puram,sed sub conditione & quãdo aliquid est concessum sub conditione , non respicit tempus ipsius concessionis, sed conditionis existentis , ff. de condi.& dem.l.eum qui, & ibi no.ff.de leg.2.le.non oportet,& ideo in hac concessione respiciam non tempus concessionis ipsius,sed conditionis existentis. Et quod hic sit conditio,liquet sic:quia hęc dictio,qui,iuncta cum uerbo futuri temporis,conditionem importat, ff.de le.1.l.Stichum.ff.de auro & ar.le.Quintus. Et tunc ad ar. hic non consequitur quis indulgentiam ex operibus mortuis, ut concludit argu. sed ex existentia conditionis,ut est ostensum:unde considerato opere, quod est uirtuosum de genere,& ab agente sit pia, & recta intentionis secundum dictamen rectæ rationis,quo ad bonum homo naturaliter inclinatur : tale opus potest dici aliquo modo viuum & meritorium , licet non perfecte saltem merito congrui,licet non merito condigni. Et pro tali opere dari potest indulgentia,cum fuerit dispositus per pænitentiam subsequentem. Sed ponamus qđ Papa alicui existenti in gratia concedat indulgentiã sine causa rationabili non facienti opus bonum , pro quo est indulgentia merito concedenda, quæritur, utrum ualeat? Vr ꝙ sic: quia Papa habet plenitudinem potestatis, nec habet superiorem , quem sequi debeat , & a quo debeat regulari , ergo si det sibi indulgentiam, tenet : & valet ei cui datur,quia capax est,sed Papa qui omnia & præcipue

Fides Petri nõ deficiet.

[...]nnus Iubi[...]eus typicus [...]erum Iubi[...]eum figura[...]it.

[...]ax non est [...]mpijs.

[...]nnus Iubi[...]us nõ fine [...]fuit cente[...]mo quoq; [...]no.

Vitæ humanæ periodus centum annos nõ transcendit, nisi in paucissimis.

Numerus cẽtenarius est perfectus.

Quadragesima est duplex.

Indulgentia alicui cõcessa sine causa an valeat.

præcipue maiora agere debet cum discretione & secundum iudicium rectæ rationis, peccat in sic concedendo. Sed dicendum quòd licet Papa hēat plenitudinē ptātis quantum ad omnia bona ecclesiastica, temporalia & spiritualia, non habet tñ illam vt dñs, sed vt minister & dispensator domini principalis: unde licet non habeat superiorem in terris, eum tamen habet in cælis. Et ideo dispensatio talium bonorum ab eo non debet fieri, nisi in illis casib. in quib. verisimiliter apparet, quod dominus, cuius sunt hmōi bona, consensum adhiberet ut potestas super ratione restringatur. 11.q.3. illa. constat autem quòd Deo non placet, quòd tanta bona sua sine causa rationabili concedantur: & ideo talis concessio nō valet. Quamuis ergo ille, qui est verus dñs alicuius rei si illam det alicui sine causa rationabili, potest teneri talis donatio, quia fit de consensu dñi: non meretur tñ donans, nec agit fructuose, sed potius peccat: quia cum quilibet ea quæ agit, teneatur agere secūdum iudicium rectæ rationis: & qui sic agit, fructuose agit & meretur, oportet quòd quicunque agit contra iudicium rectæ rationis, peccet. Item queritur, quidam in bono statu fecit partem istorum dierum, & ante completionem labitur in mortale peccatum: & tandem illis diebus completis ante annum confitetur, an habeat indulgentiam? Dic q non, quia dicta uerba respiciunt peccata commissa, nō committenda. Nam indulgentia ista completa dat remissionem pœnæ, si adsit uera confessio & pœnitentia intra hunc annum, quib. remittitur culpa affectiue per solum Deum, sacramentaliter per sacramentum pniæ & ministerialiter per ministerium debitum ecclesiæ, & indultum non respicit futuras pęnas, sed præteritas, arg. extra de consue. c. ex parte. Item hæc tota indulgentia per xv. dies facta commutat pęnas omnium peccatorū alias debitas in hunc laborem, & sic hæc indulgentia non respicit culpas commissas post iter peregrinationis arreptum, sed ante. Secus dicerem in tali casu: Confiteor in spāli quæcunque scio, & in generali de alijs: dolens super eo, quòd alia quæ cōmisi nescio reminisci tandem sum memor vnius peccati grauis: iste (vt habetur. 4. sententiarum) de isto peccato potest habere purgationem post mortem: quod non esset, si non esset vere confessus: & sic vera cōfessio hoc casu tollit pœnam. Nec obstat quòd sciens & memorans de peccato illud tenetur confiteri: ergo non est plene confessus. Dic qd peccatum est remissum: sed fit iterato confessio spālis ne uideatur contemptus: nam postquam scit, nec confitetur: ex suo contemptu nouo ligatur extra de sent. excom. per tuas, §. nos igitur. unde sicut vere contritus habet remissionem culpæ, hñs propositum confitendi postea: & si non confiteatur cum potest, peccat, sic confitens in genere de neglectis, & postmodum reminiscens tenetur ad confessionē: primo tñ erat remissio culpæ: & per consequens pœnæ per hanc indulgentiam. Item quæro. Aliquis fuit vere pænitens & cōfessus añ istam indulgētiam & multa fuerūt sibi iniuncta nec loquor de iniunctis tangentibus partem, vt in furto quia hoc hac indulgentia non remittitur. Nam licet Deus per veram contritionem & confessionem dimittat peccatum: damnum tñ vel iniuriam illatum seu illatam homini non dimittit Sic enim Deus & quilibet alius gratiā dēt facere, ut ius alterius non absorbeat, ar. C. de emanci. li. nec auus, ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. si quis a principe. nū quid ista iniuncta tollentur per istam indulgentiam? Et. vr̄ quòd sic: Ponamus quòd iste non fuisset cōfessus ante istā indulgentiam: constat quòd per istam indulgentiam omnia fuissent ablata: & cōstat quòd iste tantum expectando fuit fatuus, sed in alio casu confitendo fuit sapiens: & fatuus non dēt esse melioris cōdōnis q̄ peritus, ff. quod vi aut clam. l. seruus, extra. li. 6. de pb. eum qui. Cum igitur secundo casu pęna tollatur, multo magis & primo. Item hic remanet pęna pro peccato: ergo illa tollitur per indulgētiam, quæ est plenissima, ut hic dicit: quæ plenissima non pōt dici quo ad cordis contritionem, nec oris confessionem, quæ hic supponuntur:

Indulgentia anni Iubilei per culpā sequentem impeditur.

Pænitentia pro peccatis iniuncta ante indulgentiam per illam an tollatur.

Stultus non dēt esse melioris conditionis quam sapiens.

ergo erit plenissima quo ad satisfactionem. Itē in particularib. indulgētijs fit in tāto: ergo in plena, ut ē hic, fiet remissio in toto, ar. ff. de rei vend. l. quæ de tota. Sed contra: spālis obligatio per gñalem absolutionem non tollitur, cum ligatio, & solutio sibi inuicem rñdere debeant, extra de pęnit. & remis. c. 1. ergo iste cōfessus spāliter se ligans, non soluet eius obligationē per solutionem generalem non facientem mentionē de spāli obligatione, extra, lib. 6 de consti. c. 1. extra deci. ca. ex multiplici, ff. de ver. obl. l. doli clausula. ff. de pęnis, le. sanctio, & est ratio ex quo enim iste cōfitens specialiter sibi prouidet: generalis prouisio prouidet, & prouiso nō prouidetur, C. de pac. conuent. tam super dote quam do na. propter nup. l. ult. unde Papa hoc hic non exprimēs pęnitētiam iam iniunctā & acceptam non sustulit: nec dico quin Papa remittere potuerit: sed non sustulit qd non expressit. Item ut apparet ex hoc textu, qui sunt, vel qui erunt intra centesimum annum uere pænitentes, & confessi: habent hanc indulgentiam, facientes qd infr. sequitur: & sic non clauduntur confessi ante hanc indulgentiam, alias bene fuit dispensatum. Item dato quòd non essent uerba illa, omnibus in præsenti anno, &c. adhuc idem vr̄ quòd uerbum, uere pęnitentes & cōfessi, non importat qui fuerant, sed qui sunt dumtaxat: nisi forte ex admisto 1, vt in hoc sophismate, albū fuit disputandum disputent artistæ. Sed ad hoc ultimū pōt rñderi, ista non habere locum ubi adiectiuum nō respicit certum tps, ut cum dr̄ homo albus. Nam inter adiectiuum tale & substantiuum, intelligitur qui est, secundum Priscianum, sed secus in adiectiuo tps discernēte, vt in uerbo, confessus, quod est præteriti temporis, & actus in eo designatus est præteritus, sed terminus adhuc potest esse præsens uel iam præteritus. Et iō in suppletione præteriti deponentis, uel passiui, ponitur qui est, uel qui fuit, unde si fui cōfessus ante hanc indulgentiam, si remansi in gratia, est ueritas quòd sum confessus, i. remaneo in illa uera contritione, & dato quòd labar in peccatum, & postea uere confitear, adhuc illa cōfessio prima uere remanet, & opera prima reuiuiscunt. Item datur particularis indulgentia uere pænitentibus & confessis, pone unius anni: si non daretur nisi illis, qui sunt actu in confitendo, ridiculum esset, ergo extendetur ad illos qui confessi sunt: Et Papa declarauit consistorialiter, quòd pniæ ante iniunctæ ēt tolluntur per cōmutationem operis satisfactorij hic positi. Dixit ēt quòd uota (excepto Hierosolymitano, & ingressu religionis) tolluntur per hanc indulgentiā. Et ego dixi hoc verum de uotis, quæ essent pp commutationem pniæ, vel essent imposita in satisfactionem peccatorum. Secus uidebatur de uotis hoc non respicientibus: v.g. Aliquis existens in periculo maris, uouit ire ad sanctum Iacobum, uel existens infirmus, unde tale uotum cum non sit propter pænam peccati, quam tollit hæc indulgentia, qualiter tollitur per hanc indulgentiam satisfactoriam de pęnis peccatorum? Respondit tamen mihi Papa quod etiam vult hoc uotum tolli per hanc indulgentiam: quod potest Papa, licet uerba indulgentię hoc non patiantur: & est secus qñ peccatum uel uotum tangit tertium: quia hoc non tollitur per hanc indulgentiam, sed quando proponitur sanctū, hoc est ordinatū in Deum: unde tale uotum per hanc indulgentiam tollitur Declarauit etiam quod sui pænitentiarij n. h. l debent iniungere ultra iniunctionem hic positam: alias (vt dicebat) indulgentia frustraretur: nisi confitens uolens facere opera supererogationis, uoluntarie, pniam satisfactoriam aliam ab hoc taxata reciperet: nisi ad alium finē iniungeretur: v.g. Pęnitentia nedum est ad remissionem pęnarum pro commissis & omissis debitarum, sed ēt ad cautelam futurorum: & quo ad istud forsan potest pęnitentia iniungi. Item quæro, monachus ab abbate humiliter requirit, ut ueniat licentiatus ab abbate pro dicta indulgentia acquirendā. Quæritur an abbas iuste possit hanc licentiam sibi concedere? Et vr̄ quòd sic, nam monachus p utilitate monasterij recede-

1 Al. adiectio.

Vota an ... lātur per indulgent... anni Iub...

1 Monachi an possit ... abbate licentiari, ut ea... ad ann. Iub...

bet centesimo secuturo annis, non solum plenam & largiorem, immo plenissimam [a] omnium suorum concedemus, & concedimus veniam [b] peccatorum. [c] Statuentes, [d] vt qui voluerint huiusmodi indulgentiæ a nobis concessæ fieri participes, si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis [e] seu interpolatis, [f] & saltem semel in die: [g] Si uero peregrini [h] fuerint, aut forenses, [i] simili [k] modo dieb. xv. ad basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, [l] qui basilicas ipsas amplius, & deuotius fre-

cedere pōt abbate imperante, extra de post. cap. ex parte, 16. q. 1. monachi, 2. Contra uouens uotū peregrinationis celeb rrimæ, & tandem religionem intrans, non vr̄ fractor voti: quia illud in melius commutat, ext. de vo. & vo. red. scripturæ, ext. de iureiur. peruenit 2. ergo melius est uouere religionē & prosequi q̄ prosequi dictā indulgentiā: ergo cum abbas de meliori debet prospicere monacho suo, dictam licentiam pp maius bonum admittendum concedere non dēt. Respōdeo ꝙ potest, vt concludit prima ratio & eo efficacius recipit indulgentiam, quo magis est dispositus interiꝰ per virtuosa exercitia religionis. Ad arg. in oppositum dicēdum est; ꝙ actus peregrinandi compatitur secum omnia illa quæ sunt essentialia religionis: & ideo cum utrumque religio & peregrinatio sit quid bonum, necesse est, ꝙ ambo simul sint maius bonum quam alterum tantum, s. obseruantiam religionis tantum: quia omne totum est maius sua parte, & ideo ambo simul tanquam maius bonum, magis disponunt ad gratiam suscipiendam & bonum indulgentiarum. Ratio autem in oppositum procedit, ac si obseruantia religionis & peregrinationis essent inuicē incompatibiles, ꝙ non est uerum, & facit 20. q. 4. monachum, §. fi. Sed contra, monachatus omnē maculam abstergit. auth. de mo. in princ. colla. 1. & abstersum facit crescere in opera virtuosa, sed per indulgentiam prædictam nō habetur nisi primum: ergo monachatus melior. Sol. cum per tramites cōes proceditur, bene arguis: sed in hac indulgentia proceditur per semitam cōpendij, ut est præmissum. Sed quæro, aliquis uere pœnitēs & confessus inchoauerat hmōi indulgentiam, & firmiter proponebat eam perficere, sed infirmitate superueniente mortuus est, nunquid debet hmōi indulgentia gaudere, ac si eam perfecisset? Vr̄ ꝙ non; quia hæc concessio non est pura, sed conditionalis, ut superius est probatum in gl. super ver. confitebuntur, quæ conditio vr̄ defecisse, ut argu. ff. de cond. & dem. l. qui hæredi. §. fi. Contra vr̄ fauore indulgentiæ, quæ animam liberat a pęna, sicut seruus cui legata est libertas, si per certum tempus seruierit, libertatem consequitur, licet per aduersam fortunam fuerit impeditus seruire, ff. de statu lib. l. cum hæres, §. Stichus. 1. C. de cond. inser. l. fi. Dic, aut infirmus viuit vsq; ad tp̄s ꝙ peregrinari debuit, & sic vr̄ liberatus, ut d. §. Stichus, aut non, & tunc non est liberatus. Et est ratio: quia concessio indulgentiarum nedum est sub condōne, ut est dictum, concepta, sed in diem, unde oportet utrumque subesse, quia per infirmitatem non dēt plus consequi, quam si in ueritate dictam indulgentiam perfecisset, ut d. l. cum hæres, §. seruire, & §. Stichus, & eod. tit. l. si hæreditas, 1. respon. ff. de verb. oblig. l. in illa stipulatione, & l. insulam, ext. de elec. 6. lib. commissa. 1. rñ. Quicquid sit de iure, Papa declarauit quod illi qui inceperunt venire, licet non peruenerint, morte uel alio legitimo impedimento detenti, uel si venerint, nec compleuerint, habeāt hanc indulgentiam: Item quæro, cui sufficit hoc casu confiteri ēt ijs quæ sedi Apostolicæ uel ep̄is reseruantur? Et vr̄ ꝙ simplici sacerdoti: quia longe maiorem iniunctionem simplex sacerdos potest facere, quā sit pœna contenta. Contra dic, quia confitens eget discreto confessore nedum pp pœnitentiam sibi iniungendam, ut arguis, sed ēt pp confitentis directionem, quæ melius fiet per maiorem quā per minorem. Nam sicut in foro iudicij maiores causæ requirunt maiores iudices extra de app. ut debitus, in fine extra de bap. maiores, in prin. sic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirunt, nec est verisimile, ꝙ Papa uno uerbo gradus confitentium uoluerit absorbere. ext. de elec. ecclesia uestra 2. §. denique, C. de inoff. testa. l. si quando, in prin. Est enī ordo ecclesiasticus iste: quia est summus sacerdos ut Papa, & magnus sacerdos, ut episcopus, & est sacerdos, ut curatus, & isti in republica clericorum fundant intētionem suā de iure cōi, summus sacerdos in omnibus, magnus sacerdos, & sacerdos in suis territorijs, 21. di. in nouo, ext. de prob. cum causam, extra de paro. & alie. parochia, c. significauit, & c. super eo. Nec prosequor quid cuique istorum competat, & de hoc no. c. super. cathedram, edito post publicationem sexti li. Nec dico confitendum discretiori ex pręcepto seu necessitate, sed ex consilio, seu congruitate.

...dulgentia ...enaria an ...ncedat illi peregrina- ...onē requi- ...ā morte p̄ ...ntus im- ...ere non po ...it.

...ñsio uera ...gōnem.

...nfessor di ...etus est ...lde vtilis.

a ¶ Plenissimam.] sed quomodo ista se cōpatiuntur, plenam, largiorem, & plenissimam? Dico Papam interpretatum fuisse in consistorio me præsente hanc indulgētiam adeo plenam, prout clauium potestas se extendit. quod intelligo prout uerba patiuntur.

b ¶ Veniam.] quot modis dicitur uenia, no. ext. lib. 6. de reg. iur peccati.

c ¶ Peccatorum.] i. pœnarum pro peccatis debitarum, ut sup. eo. c. 1. resp.

d ¶ Statuentes.] concessit. sup. eo. §. prox. nunc statuit qui & quando erunt participes huismodi indulgentiæ.

e ¶ Continuis.] ut quia successiue triginta dies complent sine interruptione, unde continuum est uicinum sine interpositione: quā simul teneatur.

f ¶ Interpolatis.] per unum. l. ab inter, & polus, unde interpolare est obscurare & interrumpere, ut hic, ubi quis quia fuit prima feria, & interpolate iuit, id est interrupit, quia in secunda feria non iuit, sed tertia. Interpolo quid sit.

g ¶ Et saltem semel in die.] hæc uerba Papa in consistorio sic est interpretatus cum præcedentib. ut continuatio, seu interpolatio etiam prosit, si sit semel facta in die in una dictarum basilicarum uerbi gratia. Semel in die uado ad utramque basilicam, & sic est continuatio quo ad illam diem, siue sit continuatio siue interpolatio quo ad dies præcedentes. posset etiam esse interpolatio ut semel in die uadam ad sanctum Petrum duntaxat & alia die continue seu interpolate ad sanctū Paulū dūtaxat, & tūc istæ duę itinerationes erūt ꝑ una die.

h ¶ Peregrini.] de quibus habetur extra de peregrin. c. uno, & extra. de cleri. per totum.

i ¶ Forenses.] id est, qui uenientes de foris nō uenerūt cā peregrinationis, uidentes tñ hanc indulgentiam cōsequuntur eandem. Quid de curialibus existentib. in curia Papali? Rñdet Sixtus Papa, illos facere dēre, xxx. dies. Et est ratio, quia isti nec uere peregrinantur, nec uere sunt forenses, sed vt moraturi in curia accedunt, ut Cardinales, officiales curiæ, aduocati, procuratores, & in curia manentes, qui terminum sui recessus ignorāt, cum legem Papæ imponere nequeant, ut causæ eorum finem accipiant. extra de appel. ex insinuatione. Curiales cū nō sint peregrināres, an possint indulgentias mereri.

k ¶ Simili.] s. dieb. cōtinuis seu interpolatis & saltem semel in die, unde similis modus est utrobique licet terminus ex una parte sit recisior.

l ¶ Consequet.] alias assequetur. Sed quomodo hoc pōt esse cū isti hēant plenissimā indulgētiā, su. e. §. ut aūt.

in

Indulgentia an possit obtineri maior per unū quā per alium.

in fi. cū superlatiuus dicat qualitatē intēsam in termino, ultra quē nō cōtingit ꝓgredi, & cōparatiuus eandē qualitatē dicat extensam, tñ circa terminū, & positiuus eandē significat absolute. Sol. ingredi aulā gloriæ recipit plus & minus. Nā si q̃s est in gratia ꝑ uerā cōfessionē & verā pniam, & est sine obligatione ad pęnā, ꝑ hāc indulgentiā eo sic mortuo statim euolat, & sic hēt statim plenissimā indulgentiā q̃tū ad ingressum domus cælestis; verū si iste idē cū p̄dictis se ornasset, credo deuoti⁹ & efficacius tunc ingrederet̃ domū regni cælestis melius intensiue, q̄a ut habetur in Ioan. In domo patris mei māsiones multę sunt, unde dicit gl. illic. patris, dispositi ꝓ dignitate meriti, unde dic, ꝙ cōsequi efficacius pōt referri ad fructum, quē quis ex indulgētia cōsequit̃, sic uidelicet ꝙ maioris pœnæ remissionē obtineat. Et sic verba prædicta nō possunt hēre ueritatem, quia superlatiuus gradus qui per superabundātiā dr̃, oīum graduū consummationem includit. Item ista indulgentia per quam fit totalis culpę remissio & totius pęnæ, in quadā priuatione seu negatione cōsistit, in priuatione aūt & negatione non inuenit̃ magis & minus. Vnde q̄a ingredi in regnū cęlorū in quātū includit adeptionem glorię, est quid posituum, & in quo inuenit̃ magis & minus, pōt dici ꝙ aliquis efficaci⁹ & ꝑfecti⁹ pōt ingredi regnum cęlorū. Itē hoc aduerbiū, efficacius, pōt referri ad medium ꝑ quod aliquis meretur illud ꝑꝑ qđ hmōi indulgentiam consequatur, qđ est opus operatū & deuotio operantis, sic uidelicet intelligendo, qđ agens adhoc quod indulgentiæ fructū determinatū inde cōsequatur efficacius, agit ad hoc ꝙ illū valeat obtinere, quia si ageret pauciora opera, & cum minori deuotione nihilominus verū fructū indulgentiæ consequeretur. Cum aūt plura opera, & ex maiori deuotione facta, quātum est de se, sint efficaciora ad aliquid promerendum, quanto aliquis deuotius & frequentius agit opus dictę peregrinationis, tāto efficacius fructum dictę peregrinationis consequitur.

a ¶ Nostræ cōfirmationis.] approbatę, s̄. eo. §. nos igit̃.
b ¶ Concessionis.] su. eo. §. ut autem.
c ¶ Constitutioni.] sup. eo. §. statuentes.
d ¶ Infringere.] vel ei ausu temerario contraire. Et hoc

quētabit. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam [a] nostræ confirmationis, approbationis innouationis, concessionis,[b] & cōstitutionis [c] infringere, [d] &c. Datū Romæ apud sanctum Petrum viij. Calen. Martij Pontificatus nostri anno sexto.

¶Clemens sextus archiepiscopo Tarracon. eiusque suffraganeis.

¶*Annus Iubileus, siue plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet centesimo anno omnibus vere pænitentibus & confessis visitantibus basilicas beatorum Petri & Pauli, per istam extrauagantem ad annum quinquagesimum reducitur.*

CAP. II.

VNigenitus Dei filius de sinu patris in vterū dignatus est descendere matris, in qua & ex qua nostræ mortalitatis substantiā diuinitati suæ, in suppositi vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id qđ fuit permanens, & qđ non erat assumens, ut haberet vnde hoīem lapsum redimeret, & pro eo satis faceret Deo patri. Vbi. n. venit plenitudo temporis † misit Deus filium suum factum sub lege, natum ex muliere, vt eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem reciperent filiorum. Ipse namque factus † nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per propriū † sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Non enim † corruptibilibus auro & argento, sed sui ipsius agni incontaminati, & immaculati pretioso sanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redēptione totius humani generis suffecisset, sed copiose velut quoddam profluuium noscitur effudisse: ita ut a planta † pedis vsque ad verticē capitis, nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum ergo exinde, ut nec superuacua, inanis, aut superflua,

anno M ccc. qui incipit a Natiuitate Dñi secundū vsum Ecclesiæ Romanæ, Papa fecit indulgentiā plenam ter in anno: primo die Iouis sancta his qui principaliter venerāt ꝑꝑ hanc indulgētiā, ēt si nō fuissent ad basilicas dictorū Apostolorum nisi semel. Et die dedicationis basilicarū dictorum Apostolorū, q̄ est die octaua post festū beati Martini hyemalis. Et die Natiuitatis sequen. Io. Mon. Card. ADDITIO. Adde q̄dā notanda in simili indulgentia plenaria cōcessa crucē assumētibus ꝯ infideles: examinata ꝑ Io. Andr. in nouella, in c. ad liberandā, de Iudæis. Adde ēt quædā pulchra decisa ad propositum per Host. in sum. de remissionib. post tituli, de pænitentijs, in §. quibus prosint, & in §. ad quid ualēt & inquantū, & alijs. §§. seq. Adde ēt nōnulla pulchra in simili per Card. Flor. in clem. si dñm, de reli. & vene. san. in fi. Et an verba tertia vel quarta pars pænitentiæ, quæ ponunt̃ in cle. 2. de pænit. & remis. ponātur exēplificatiue tm̃, vide Oldr. in cons. 10. ꝙ incipit: Factū tale est dñs Clemens, &c. in vlt. tit. dicti ꝯsilij. Et adde ꝙ dñs Clemens vj. de anno M cccl. reducit Iubileū ad annum quinquagesimū in ꝑpetuū. per bullā suā & decretalē, q̄ incipit: Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiam ecclesiā visitādā, videlicet sancti Ioannis Lateranēsis, ubi etiam inter alia declarauit, ꝙ accedētes ad indulgentiam huiusmodi post iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno ualeant peruenire, aut in via, uel dierum prætaxato numero non cōpleto in vrbe decesserint, eandem indulgentiam consequantur: & insuper nihilominus omnes & singulas indulgentias, tam per eum quam per prædecessores suos Romanos Pontifices, tam præfatis tribus ecclesijs, q̄ alijs de dicta vrbe concessas confirmauit & innouauit Pontificatus sui anno 1. in Auinion. Qūo deinde Martinus V. magis abbreuiauerit. Et Paulus ij. etiā reduxit ad vicesimum quintum. Et deinde Sixtus iiij. cōfirmauit cum reuocatione oīum aliarum plenariarū indulgentiarum, & plura alia, examinaui super glossis, quas feci ad dictam decr. vnigenitus. s. Clementis VI. Et ibi poteris uidere. vide etiam aliqua per Iac. de Zochis, in repetitione capituli, omnis vtriusque sexus, de pœn. & remiss. in vlt. parte 1. Ioan. Fran.

† A
† I. C
† Ad
I. Pet.
Esai. c.

Tantæ

tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesiæ acquisiuit, volens suis thesaurizare filijs, pius pater, vt sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, Dei amicitiæ participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario † repositum, non in agro † absconditum, sed per beatum Petrum cæli clauigerum, eiusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum & proprijs, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nũc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quam specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) vere pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum, beatæ Dei genetricis, omniũ electorum a primo iusto vsque ad vltimum merita, adminiculum præstare noscuntur, de cuius consumptione seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi (vt prædictum est) merita, quam pro eo quod quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Quod felicis recordationis Bonifacius Papæ VIII. prædecessor noster pie (sicut indubie credimus) considerans, & attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines gloriosi principes terræ Petrus & Paulus per quos Euangelium Christi Romæ resplenduit, & per quos ecclesia religionis sumpsit exordiũ, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregis dominici pastores, fidei lucernæ, Ecclesiarum columnæ, præ ceteris Apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso Saluatore fidei virtute præcellunt: Quorum vni, s. Apostolorum principi, sicut bono dispensatori, claues regni cælorum commisit: Alteri tanquam idoneo doctori, magisterium ecclesiasticę eruditionis iniunxit) in speciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia uenerari, pro ipsorum memoria recolenda crebrius, & reuerentia a cunctis Christi fidelibus eis deuotius adhibenda, ipsorumque patrocinio fauorabilius assequendo, inconsumptibilem thesaurum huiusmodi pro excitanda, & remuneranda deuotione fidelium voluit aperire, decernens de fratrum suorum consilio, ut omnes qui in anno a Natiuitate Domini M ccc. & quolibet anno centesimo ex tunc secuturo, ad dictorum Apostolorum basilicas de vrbe accederent reuerenter, ipsasque si Romani, ad minus triginta, si vero peregrini aut forenses fuerint, quindecim diebus continuis, vel interpolatis, saltem semel in die; dumtamen vere pœnitentes, & confessi existerent personaliter visitarent, suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum.

† Lucæ 19.
† Matth. 13.
Thesaurus ecclesiæ ex sanctorũ meritis adiuuatur, nec consumi potest.
Petri & Pauli laudes.

¶Nos autem attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Mosaica † (quam non uenit dominus soluere, sed spiritualiter adimplere) Iubileus remissionis & gaudij, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur, quodque ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem ex legis datione, nouo ex uisibili Spiritus sancti in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur. Quodque huic plura & grandia diuinarum adaptantur mysteria scripturarum, & clamorem peculiaris populi nostri Romani, videlicet hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysis & Aaron per proprios & solemnes nuncios ad hoc destinatos specialiter orantis pro toto Christiano populo, & dicentis: Domine aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, desiderantes benignius exaudire, non quidem ut sicut illius Israelitici populi indurati cesset murmuratio, sed vt istius prędilecti populi, & cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementius incalescat: Volentesque quam plurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire, de fratrum nostrorum consilio prædictam concessionem indulgentiæ ex suprascriptis & alijs iustis causis, ad annum quinquagesimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum consilio prædictorum, & Apostolicæ plenitudine potestatis, vt vniuersi fideles, qui verè pœnitentes & confessi in anno a Natiuitate eiusdem M ccc. quinquagesimo, proxime futuro, & deinceps perpetuus futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Pauli Apostolorum basilicas & Lateran. ecclesiam (quam † inclytæ recordationis Constantinus postquam per beatum Syluestrum, sicut per eosdem Apostolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptismatis fuerat, & a contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris construxisse, quamque

† Leuit. 25. c. vbi plenissime de anno quinquagesimo, siue Iubileo.
Vita hominum est breuis.
† Cõstãtinus p B. Syluestrũ baptizatus ecclesiã Lateranensẽ cõstruxit, uide Nicephorũ Callistum li. 7. historię Ecclesiasticę c. 49.

idem beatus Siluester nouo sanctificationis, & chrismationis genere dedicasse legitur, & in cuius Ecclesię parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit deuotius veneranda, quam ex his & alijs certis & rationabilibus causis, ut ipsa Ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc censuimus venerandam,) causa deuotionis modo prædicto visitauerint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur: ita videlicet vt quicumque voluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani, ad minus triginta; si vero peregrini aut forenses, modo simili quindecim diebus ad prędictas basilicas & ecclesias accedere teneantur: Adijcientes vt ij etiam qui pro ea consequenda ad easdem basilicas & ecclesias accedent, post iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via vel dierum prætaxato numero non completo in dicta vrbe decesserint, vere pænitentes (vt præmittitur) & confessi, eandem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus & singulas indulgentias per nos vel prædecessores nostros Romanos Pontifices tam prænominatis, quàm alijs basilicis & ecclesiis de dicta vrbe concessas, ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, constitutionis, & cetera. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apostolorum sese nouerit incursurum. Datum Auin. vi. Calend. Fabruarij, Pontificatus nostri anno primo.

¶ Quocirca fraternitati uestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli uestrum in singulis vestris ciuitatibus, & diœcesibus, prædictas nostras litteras subditis vobis clero & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, vt annuente domino ad promerẽdam huiusmodi indulgentiam se disponant. Ceterum quia præsentes literæ nequirent forsitan propter uiarum discrimina vel alia legitima impedimenta singulis vestrum commodè præsentari, uolumus quod per te frater archiepiscope dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum, tuoque munitum sigillo, vobis fratres suffraganei transmittatur: Cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

¶ Paulus Veuetus Papa secundus.

¶ Constitutio casus Papæ reseruatos comprehendens, certis ex causis hic ponitur, a quibus nullus potest absoluere sine speciali licentia sedis Apostolicæ.

CAP. III.



ET si Dominici † gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quæ (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, & ab hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne cuiusuis indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut ueniæ facilitas † eis peccandi tribuat incentiuum.] Hac itaque consideratione habita, olim emanauit a nobis constitutio tenoris subsequentis, videlicet: Sanctissimus in Christo pater & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia Papa secũdus, qui pridem super plenarijs remissionibus, quæ semel in vita, & semel in mortis articulo concedentur, formam instituit, ne passim sine exceptione quorumcunq; criminũ procliuiores redderent hoĩes ad peccandum, per regulam in cancellaria Apostolica publicatam, statuit & ordinauit quod in quibuscunque concessionibus & facultatibus absoluendi, casus infrascripti tanquam speciales sedi Apostolicæ reseruati semper intelligerentur excepti: Videlicet offensę ecclesiasticę libertatis, violationis interdicti ab eadem sede impositi, Criminum hęresis, Conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensę, inobedientię seu rebellionis eiusdem Pontificis vel sedis Apo-

† Præt… sus hic … reseruat… plures … sibi re… Papa si… annis i… cessu … in cœn… mini. … de cõc. … sess. 14. … de casu… seruatio…

† Veni… cilitas … tiuũ … delinqu… c. ut cle… rũ, ext… vit. & h… cler.

Apostolicæ, presbytericidij, Offensæ personalis in episcopum seu alium prælatum, Inuasionis, Deprædationis, Occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediatè subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum seu quorumcunq; aliorum ad Romanam curiam venientium, prohibitionis deuolutionis causarum ad dictam curiam; Delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: Impositionis nouorum onerum realium vel personalium ecclesijs vel ecclesiasticis personis; Simoniæ super ordinibus, vel beneficijs assequendis in eadem curia vel extra contractæ: Et generaliter in casibus contentis in bulla, quæ consueuit in die cœnæ domini per prædecessores suos Romanos Pontifices publicari: Considerans quod plerumque contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates & confessionalia tam præsentibus, quam absentibus, etiam oraculo viuæ vocis concedere (ne prætextu concessionis huiusmodi, vel pænitentes, vel confessores in suprascriptis casibus fallantur, & fallant) statuit & decreuit, suæ intentionis fuisse & esse per quascunque concessiones, & facultates per suam sanctitatem tam scripto, quam verbo factas, & in posterum faciendas, nemini licet irretitos dictis casibus absoluere sine speciali suæ sanctitatis licentia: quinimmo concessiones, & indulta prædicta quo ad casus exceptos huiusmodi nulli penitus suffragari.

¶ Vt autem ipsa constitutio (quæ dudum, s. quinto Calend. Aprilis, anni ab incarnatione domini nostri Iesu Christi M.cccclxvj. Pontificatus nostri anno secundo, publicata fuit) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullusque illius ignorantiam prætendere valeat in futurum, præsentibus inseri fecimus, vt ad maiorem omnium perueniat notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M.cccc.lxviij. v. nonas Martij, Pont. nostri anno quinto.

¶ Sixtus quartus.

¶ Bulla confirmationis anni Iubilei, publicata apud sanctum Petrum in die Natiuitatis Domini, in qua continetur, quod annus Iubileus est ad breuius tempus reductus, quàm olim esset, quoniam vigesimoquinto quoque anno cunctis fidelibus basilicas vrbis Romanæ hic expressas visitantibus illius indulgentiæ conceduntur: Et illo durante aliæ indulgentiæ vbique cessant.

CAP. IV.



Quemadmodum † operosi vigilisque pastoris solertia oues suæ custodiæ deputatas curat a ferarum præseruare incursibus, & ad statum prosperum fętu multiplicato ꝑducere: ita quoque & nos (quibus dispositione superna vniuersi gregis dominici sollicitudo commissa est) & supremis desideramus affectib., & studiis nitimur indefessis cunctos Christi fideles, quos a iustitiæ semita hostis humani generis diabolica fraude auertit, deposita peccatorum sarcina, suo reconciliare auctori, vt æternæ felicitatis præmiis nostri redemptoris inæstimabili charitate media potiantur, fiatque nostræ operationis ministerio, vtilitate publica suadente, etiam per gratiarum susceptionem quod eorum saluti conueniat, atq; ad nostram & prædecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem felicis recordationis Paulus Papa ij. prædecessor noster, rationabilibus causis tunc expressis inductus, de venerabilium fratrum nostrorum tunc suorū, (de quorum numero tunc eramus) consilio, annum Iubileum ad breuius tempus prouida moderatione reducens, illum ad annum vigesimumquintū Apostolica auctoritate restrinxit: ac voluit, statuit, & decreuit ex causis prędictis, quod singulis xxv. annis Iubileus annus prædictus celebrari deberet, quodque anno Domini M.cccclxxiv. proxime futuro, videlicet a vigilia natiuitatis domini nostri Iesu Christi idem annus Iubileus inciperet, & vt sequitur finiretur, ac vniuersi & singuli vtriusque sexus fideles, qui beatorum Apostolorum Petri, & Pauli basilicas, Later. quoque, & sanctæ Mariæ maioris almę vrbis ecclesias statutis dieb. deuote visitarēt, oēs & singulas indulgen-

† Vide extrauagan. Greg. xiij. īci. Dñs ac redēptor, qua īdicitur sanctus Iubileus ꝓ ann. 1575.

indulgentias & peccatorum remissiones consequerentur, quas idem pontifex suique prædecessores anno Iubileo huiusmodi basilicas, & ecclesias prædictas visitantib. deuote concesserant, per quasdam primo, & deinde nos qui (dicto prædecessores sicut domino placuit sublato de medio) fuimus diuina disponente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti, & per nostras litteras eiusdem Pauli prædecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum, ac omnia & singula in eisdé suis litteris contenta, de fratrum eorundem consilio approbantes: Similiter statuimus, & ordinamus, quod annus Iubileus prædictus cum eisdem indulgétijs & remissionibus plenarijs peccatorum anno proxime futuro à vigilia Natiuitatis eiusdem incipere & vt sequitur, continuari deberet, prout in singulis litteris prædictis (quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis) plenius continetur.

¶ Verum quia postmodum tam nos, quàm idem Paulus prædecessor noster dum in humanis ageret, animarum saluti fidelium intenti, multorum principum & aliorum Christi fidelium, ac deuotarum personarũ pulsati precibus, diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesijs monasteriis & piis locis duximus concedendas, propter quas populorum forsan concursus ad basilicas & ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Iubilei celebritas minui, vel intermitti posset, cum animarum non modico detrimento: Nos qui vniuersorum credentium profectibus & saluti prospicere ex debito ministerij pastoralis adstringimur (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus a nobis, seu eodem Paulo, vel aliis prædecessoribus nostris concessarum huiusmodi effusionem, hoc sanctum opus ac remissionis & gratiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipsi a tanto munere reddantur expertes) remediis opportunis prouidere volentes, omnes & singulas plenarias, etiam ad instar Iubilei, ac etiam commutandi vota, aut super eis & male ablatis incertis, aut per vsurariã prauitatem, vel alium illicitum modum extortis dispensandi & componendi, aut illa sub certis modo & forma remittendi, & deputandi confessores cum potestate absoluendi, etiam in casibus sedi Apostolicæ reseruatis, facultates concessiones, & indulta a nobis & eadem sede, vel illius auctoritate quibuscunq; ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, & piis locis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus, in vita seu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis causa quomodolibet concessas & concessa, & in posterum forsitan concedendas vel concedenda, auctoritate Apostolica tenore præsentium de Apostolicæ potestatis plenitudine vsque ad nostrum, & eiusdem sedis beneplacitum suspendimus, illasq; durante beneplacito nostro & sedis prædictæ suspésas esse volumus, nec interim alicui suffragari; indulgentiis tamen basilicarum & ecclesiarũ dictę vrbis in suo plenario robore durantibus: Districtius inhibentes alias indulgentias (præter istas dumtaxat) in locis publicis vel priuatis prædicari aut nunciari, earumq; prætextu a quæstoribus † aliquid exigi quoquo modo. Quinimo quęstores & prædicatores quoscunque per locorũ ordinarios a prædicationibus & quæstis huiusmodi faciẽdis, volumus & mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris & pœnis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostrorum suspensionis, inhibitionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Tybure, anno incarnatio. Dominicæ. M.cccclxxiij. iv. Cal. Septẽbris, pontificatus nostri ann. tertio.

Papa cunctorum credentium saluti prospicere adstringitur.

† Præ... res, qu... rios o... abole... cil. Tri... de ref... §. ult... 21. de... c. 9.

¶ Idem.

¶ Sixtus tempore suo multas concesserat indulgentias, quas certis ex causis hic reuocat.

C A P. V.



T si dominici gregis saluti semper intẽti, singulis cũ humilitate poscẽtib. ea benigne cõcedere studeamus, per quæ (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, & ab hostis humani gñris seruitute ereptas aĩas lucrifaciamus altissimo, q̃ nobis ea sua bonitate cõmisit: id tñ propẽsiori studio pcauendũ esse cẽsemus, ne cuiusuis in

Humil... poscen... mos... dus e...


[...]nimæ sunt [...]Deo Papæ [...]ommissæ.

indulgentię, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cum itaque (sicut multorum fide dignorum testimonio accepimus) ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate nostra concessarum, tam verbo, quàm in scriptis confectis exinde litteris vel non, prę latis, & personis ecclesiasticis, etiam religiosis, & sæcularibus vtriusque sexus, capitulis, collegijs, conuentibus, hospitalibus, confratrijs, & vniuersitatibus, tam in genere quàm in specie, sub electione vel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem vel pro indulgentijs per nos concessis consequendis, ad ecclesias, & alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemque confratriarum confratres, & sorores, ac in hospitalibus prędictis decedentes, seu deseruientes, aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, & in ordinibus profitentes, eorum confessione diligenter audita, in singulis etiam sedi Apostolicæ reseruatis casibus semel in vita, & in alijs totiens quotiens, ac in morte plenarie, vel alias etiam ad effectum consequendi quascumque indulgentias plenarias, vel non plenarias, absoluere & pœnitentiam salutarem eis iniungere, emissa quoque vota per illos quæcumque in alia pietatis opera commutare libere, & licite valeant, fideles pręfati ad peccandum & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliuiores existant, in non paruum periculum salutis animarum suarum: Nos qui Deo propitio eiusdem gregis Dominici (meritis licet insufficientibus) causam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemptu, ipsique ad peccandum procliuiores (vt diximus) liberius prolabantur: Ex pręmissis, & aliis rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, motu proprio (non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate, & deliberatione) auctoritate Apostolica tenore pręsentium statuimus & ordinamus, quòd de cętero prę textu facultatum huiusmodi concessarum à nobis, vel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in posterum verbo litteris, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, & cruciatæ, nullus confessorum eorundem quempiam cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, & quacumque ecclesiastica, etiam episcopali vel maiori, aut mundana, etiam regali & maiori dignitate pręfulgeat, qui offensæ ecclesiasticę libertatis, violationis, interdicti ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delati, seu publice diffamari conspirationis in personam aut statum Romani Pōtificis, seu cuiusuis offensę, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscumque in sacris ordinibus constituti: offensę personalis in episcopū seu alium pręlatum: inuasionis, deprędationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum? ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcumque aliorum ad Romanam curiam uenientium: prohibitionis deuolutionum causarum ad dictam curiam: delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impositionis nouorum onerum realium uel personalium ecclesiis uel ecclesiasticis personis: simoniæ super ordinibus uel beneficiis consequendis in dicta curia uel extra eum contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in casibus contentis in litteris, quæ consueuerunt in die cœnę Domini publicari, prętextu huiusmodi facultatum absoluere, & per eos emissa peregrinationis ultramarinæ, & uisitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli, in compostella, & castitatis ac religionis uota: Nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra de super manu nostra scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia & de speciali gratia id concedere cum derogatione pręsentis constitutionis, illius de uerbo ad uerbum inserto tenore; non autem per clausula id importantes: uel in articulo morris constitutum, & tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, uel idonea pręstita cautione commutare pręsumant.

[...]ndulgentiæ [...]b pia opera [...]unt conce- [...]endæ.

[...]Gregis Do- [...]minici cám [...]erit Papa.

Indulgentiæ vario modo cóceduntur.



Xcommunicamus.] Hæc pronunciatio reperitur in prouinciali cancellariæ. Et cum quidam scriptor Papæ diceretur incidisse in eã, Bonifacius Papa octauus hanc pronunciationem innouauit, & eam publicari in audientia fecit.

Diuisio.

Et diuiditur in quinque partes. Nam primo Papa dantes, & promittentes, acceptantes, & recipientes pro iustitia, vel gratia sub quacumque forma verborũ assequenda, excommunicat. Secundo. §. [Illos.] ad scientes hęc, & intra triduum non denunciantes dictam excommunicationẽ prorogat. Tertio, §. [Decernim⁹.] absolutionem dictæ excommunicationis sibi reseruat, statuẽs quid primitus sit agendum pro huiusmodi absolutione assequenda. Quarto, §. [Iustitiam.] Iustitiam obtentam post dictã excommunicationem incursam cassat & irritat. Quinto §. [Sed & sciẽter.] vtẽtes sciẽter sic obtẽtis, post dictam excõmunicationem præmissis pęnis alligat.

† Vide concil. Trid. sess. 14. de casuũ reseruatione. c. 7.

1 Excõicatio qñ ꝓfertur de qua intelligitur.

a ¶ Excommunicamus 1.] nunquid per hoc verbum intelligitur excommunicatio, maior vl' minor? Et vr̃ ꝙ minor. extra lib. 6. de reg. iu. in pęnis, & ibi no. extra l. 6. de excep. pia. vbi ꝓponendo excommunicationem, requirit expressio speciei excommunicationis ꝙ non esset necesse, si maior excommunicatio intelligeret. Dic contra, extra de sent. excom. c. si quẽ & est ratio, quia verbum, excommunicatio, de vi vocabuli importat maiorem, quæ excludit à fidelium communione, vt ibi. Item decre. pia. loquitur in proponendo, vbi impingitur parti, quæ non declarat propositum: hic in pronunciando seu statuendo, cuius interpretatio est intelligenda prout verba sonant, extra de spon. ex litteris 1. Io. Monachus.

Anathema quid est?

b ¶ Anathematizamus.] simile extra de hæret. excommunicamus 1. & 2. Et anathema est solemnis excõmunicatio, de qua habet 11. q. 3. cum aliquis, &c. debent. & est idẽ qđ superna perditio seu maledictio: 11. q. 3. nemo epõrum & 24. q. 3. cum sancti, &c. corripiantur. Et dicitur ab ana, quod est sursum, & thema, quadam figura quasi rotunda, habente telum quasi ex transuerso, quæ consueuit poni in frontibus damnatorum. Sed numquid hæc pronunciatio est constitutio, sententia, seu mãdatum? Hæc enim diuersa dicuntur. extra lib. 6. eod. tit. c. quia. Et videtur esse cõstitutio. extra eod. tit. c. a nobis. & ĩ. eo. §. decernim⁹. Nã decretũ est cõstitutio, & ꝓprie p̃t dici sanctio: q̃a hęc constõ pęnę adiectione firmat̃. argu. ĩst. de rer. diui. §. sanctæ. & dis. 3. in sũma. Itẽ ꝙ nullo addito dr̃, sĩpliciter & ꝑpetuo dicit̃. ff. đ do. cau. mor. l. Seia in fi. C. de pęn l. si seruus. Item ad prohibitum perpetuo antea pęna hic adijcitur, quæ debet naturam principalis sortiri. ff. de pacto. do. l. inter socerũ. §. cũ inter. extra. 6. lib. de reg. iur. accessorio. argu. C. de vsu. l. eos in prin. ff. si quis cau. l. 2. §. 1.

¶ Et si aliqui confessorum prędictorum contra pręsentem cõstitutionem quemquam absoluere, aut excepta vota prędicta cõmutare attentauerint, absolutio & commutatio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti. Et contrafacientes eo ipso excõmunicationis sententiam incurrant, a qua (nisi in mortis articulo † constituti) ab alio quam a Romano Pontifice absolui non possint: Non obstantibus litteris, & constitutionibus huiusmodi ac cõstitutionibus & ordinationibus, &c.

¶ Et ne aliquis de præsentibus ignorantiam valeat allegare, mandamus, eas in cancellaria Apostolica, & audientia litterarum contradictarum legi, & publicari, ac inter extrauagantes alias Apostolicas constitutiones in quaterno dictæ cancellariæ describi, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostrarum suspẽsionis, inhibitionis mandati & voluntatis, &c. Datum Spiræ. anno Domini. M.ccccLxxviij.

De sententia excommunicationis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Excommunicati sunt qui pactis, aut promissionibus iustitiam vel gratiam a sede Apostolica obtinent, & qui tales non reuelant, nec illis absolutio facile conceditur.

C A P. I.



Xcommunicamus† & anathematizam⁹ b ex parte Dei omnipotentis patris, & filij, & spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra, omnes clericos, c religiosos, & laicos vtriusque sexus, siue sint familiares curiæ, siue alij vndecunque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquod paruum vel magnum promiserint, vel promissionem receperint, aut ex pacto siue promissione occulta, vel manifesta facta sub generalibus, d & plenarie non ex-

c ¶ Clericos.] Sed nũquid comprehendũtur hic episcopi? Videtur ꝙ non extra. 6. lib. de hæret. inquisitores. & ibi no. Dic contra propter generalitatem verborum sequentium. arg. 17. q. 4. si q̃s suadere. extra li. 5. eo. ti. c. q̃a periculosum. Item pęnã hic ĩflictã omnes (nisi hic excipiantur expresse) incurrunt. argu. C. vbi sent. vel cl. l. 1. & ff. de ritu nupt. Senatoris, cum vnũquemque criminosum dignitas non debeat comitari. C. đ dec. ne quis officialium, lib. 10. C. de digni. l. iudices lib. 12. Et hoc arg. dico Cardinales ligari hac cõstitutione. Nec obstat quod no. extra lib. 6. de schism. ca. 1. §. omnẽ, quia in alio casu loquitur: & hoc nunquam fuit bonũ exordium, sed ibi secus. Et est ratio huius distinctionis, factum quod est malum in se, quanto committens in illud est maior, tanto grauius peccat. 40. distinc. homo. Sed forsan ibi non est mihi credendum, qui pro me dixi. Sed nunquid mediatores huius maledictionis tenentur hac pęna? Dic quòd sic, saltem ex §. infr. eo. illos. & hos credo comprehendi infr. eod. ver. & hanc, & quia participat in criminoso extra eo. nuper. &c. si concubinæ.

d ¶ Sub generalibus,] verbi gratia: non intendo vobis esse ingratus, vel dicendo, decẽs est vt laborans ꝓ alio, reco-

Hanc c nem c cẽsuris nis oib nouau gorius extraua incipie Ab ips ficatus ex princip no 157 que ex ad aud auxilia consilta vel fau

preſſis, ſiue ſit ſub ſpecialibus, & expreſſis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint magnum vel paruum, vel promiſſionem de quacunque re aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint vel receperint pro aliqua iuſtitia ſiue gratia, pro ſe aut pro alio in cauſis vel iudicijs, ſeu alias per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque modis apud ſedem Apoſtolicam obtinenda.

¶ Et hanc ſententiam [a] ad promittentes, & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendam. ¶ Illos quoque qui aliquem ſciuerint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum trium ſpacium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur, [b] simili decernimus ſententiæ ſubiacere. ¶ Decernimus etiam, vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum, abſque ſpeciali mandato, noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere: [c] niſi forſan ad nos habere acceſſum non poſſet in mortis † articulo [d] cõſtitutus: Nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quã tum dedit vel recepit [e] integraliter pauperibus largiatur. [f]

¶ Iuſtitiam vero ſiue gratiam ſic obtentam

recognoſcatur. Multa enim tacita tenẽt quæ expreſſa vitiant, arg. ff. de hr. inſt. l. ſi quis Sempronium. Sed qđ ſi verbo non exprimit, ſed facto deponit: vel aliter rogat non ſolitus rogare, alias niſi ſciat ſe munitum? Dic, talis dicit, quia facta loquuntur, vt ait Gregor. ar. 22. q. 5. cauere & plus exprimitur facto, q̃ verbo. ff. de ędil. edi. l. ſi tamen, § 1. Sed q̃ eſt ratio, qđ hic expreſſa ſeu generaliter dicta vitiẽt? Dic qa qđ iuſtũ eſt, iuſte exequaris, vt Deuter. 21. & eſt caſus extra de ſim. ſicut tuis. 14. q. 4. non ſane, 1. q 1. non eſt putanda, ff. qđ met. cau. l. extat. C. de act. & obli. l. negãtes, inſt. vi bo. rap. §. ſed nedũ talia. C. de re milit. cõtra publicã. in fi. li. 12. quia ponẽs finem bonum habet illũ attingere per bona media, vt di ctis iurib. & competenti tempore nõ agens, cum teneat finem ponere & attingere illũ: illud attingere, cum ſit facti, debet intelligi arbitrio boni viri, ff. de verb. obl. l. cõtinuus, §. cũ ita ff. de rei vend q. reſt. tuere. in fin. Sed numquid aduocatus procurator, vel tabellio petens ſalaria, & conueniẽs de eiſdem ligetur hac ſanctione? Dic ꝙ nõ, 11. q. 3. non licet, ſecus in iudice, vt ead. cau. & quæſt. qui recte, & hic. Et eſt ratio, hic damnata generaliter non referuntur ad perſonas iuſte ſecundum ius ſalaria recipiẽtes. Notatur de hac materia extra de verb. ſignifi ſuper quibuſdam, & de vita & honeſt. cler. cũ ab omni. C de iura. calu. auth. principales Quid ſi tabellio plus debito acceperit, numquid hac cõſtitutione tenetur? Dic quòd non, quia non recepit ꝓ iuſtitia ſeu gratia aſſequenda, quod requirit hæc conſtitutio: unde dato ꝙ iudici daretur, vel alius det pecuniã pro iuſtitia differenda aut auferẽda, hac conſtitutione nõ ligatur. quæ alio caſu loquitur, argu. ff. de lib. & poſthu. l. commodiſſime. extra li. 6 de reſcrip. ſuſceptum. Itẽ cum ſit pęnalis, eam non extendam, de pœn. diſt. 2. pœnæ Sed nũquid ſine parabola præcedente poteſt dari aliquid promotori negotio completo? Videtur ꝙ ſic, argu. ff. de orig. iur l. 2. §. fi. ff. de don. Aquilius Regulus & de va. & extraord. cog. l. 1. §. proinde. extra de ſimo. c. dilectus, in fi 2. q. 2 ſicut epiſcopũ. Cõtra, 1. q. 1. eos, in fi. Sol. ibi ſpeciale propter magnitudinẽ criminis, 1. q. 7. c. fi. Item hic ligantur ſcientes tãtum, inf. eo. in fin. ſed ibi etiam ignorantes, extra de elect. c. penul. & 1. q. 5 præſentium. Itẽ ibi, quis ligatur pro peccato alterius, quod non eſt in pęna hic inflicta, 24. q. 3. c. 1. & c. 2. Sed pone: neuter aliqd facto vel verbo exprimit: & tamẽ mente vterque gerit, ſeu alter ſe daturũ, numquid ligatur hoc uinculo? Dic ꝙ non, quia hæc conſtitutio factum requirit, ſicut ille canon. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

a ¶ Et hanc ſententiam.] ſed numquid hæc ſunt dicta ſupra? Dic loquitur. ſup. cum ſunt dantes, recipientes, promittẽtes, & acceptãtes, ex verbis omiſſis, ſpãliter vel generaliter ſe obligãt: ſed hic loquitur quãdo parabola præceſſit per proxenetam, & cõmodum ad alium deuenit, ita ꝙ contractus. ſup. damnatur, ſed hæc ſequela huius contractus proueniens ad alios ſciẽter damnatur pęna conſimili, nec mirum, quia ſciẽtes, & non denunciantes eadem pœna ligantur, inf. §. prox. vñ dic, ad promittẽtes, &c. ex ſequela ꝑcedẽtiũ iã ſuperius dãnatorũ, & hoc innuũt verba ſequẽtis, §. quę copulant ꝑ verbum, quoque. caſum ſequentẽ minus dubium præcedentibus in parilitate pœnæ, vt in 1. reſpon huius cap. damnetur contractus: ſecundo ve. & hanc. ſequela eiuſdem commodum continens. tertio, § illos, ſciẽtes & non denunciantes licet non habeant cõmodũ directo vel indirecto. Ioan. Mon.

b ¶ Perferatur.] No. aliquem teneri ad indicandum vel denunciandum, extra. li. 6. de reb. eccle. nõ alie. c. 2. ver. clericos: 2. q. 7. ſicut, & cap. ſeq. arg. contra, ff. de condi. ob turp. cau. leg. idem & fi. §. ſi tibi in dicium, & forſan ſm canones ſecus no. extra. de furt. qui cum fure. Sed quem vocas hic ſcire? Videtur ſi ab alio audiuit, 22. q. 5. hoc videtur, ff. de adminiſt. tut. l. quidã. §. vlt. ff. de pet. hæred l. item veniunt, §. quicunque ergo. Dic illum ſcire, qui hoc poteſt probare. 2. q. 7. plerique, & §. ſeq. & cap. ſi qui epiſcopus. C. de proba. l. ſciant.

c ¶ Obtinere.] alias Papa nõ reſeruante ſibi abſolutionem, alij poſſunt abſoluere, extra. eod. nuper.

d ¶ Mortis articulo. hoc eſt generale. extra. lib. 6. de pœnis, cap. final. §. præſenti, extra de offic. ord. paſtoralis. § 1.

e ¶ Recepit.] quod ſi non habet; tunc luat in corpore. Nã in pœnis pecuniarijs, quæ ſurgunt ex delictis, ꝙ nõ põt in burſa male agens, in corpore luat. ff. de in ius voc. l. ſi ff. de pęn. l. 1. in fi. extra. de do. & contu. finem, in fi. & no. extra. de appel. reprehenſibilis.

f ¶ Largiatur.] vt non fiat reſtitutio danti propter eius turpitudinem: nec recipiẽs commodo retentionis vtatur, licet vtrobiq; verſetur turpitudo, & eſt ratio, qa vterq; incidit in factum merito damnatum, ff. de condit ob turp. cau. l. 1. in fi. extra de vita & honeſt. cler. c. cum ab omni, & quia quod gratis fieri debuit, in pactum lucroſum non dẽt conuerti, ff. de cond. ob turp. cau. ſi veſtimẽta, & extra. de ſimo. c. nemo. & c. de hoc no ſimile, vnde dans hoc caſu contra recipientem agẽs, repellitur, ff. de cond. ob turp. cau. vbi autẽ. §. Iudex. tamen qui habet purgare culpam, & illam in bonum pœnę commutare, arg. de offic. præſi. l. 2. & l. congruit. turpe lucrũ a poſſeſſore extorquebit, & dabit pauperib. vt hic, & ff. de iure fiſc. Lucius Sed ꝫ. C. de reli. & ſump. fu. l. 1 & de al. lu. aleatũ. Sed ibi nõ erat malum ſecundũ ſe, cum in certis caſib bene poſſit fieri ludus, vt ibi, & ff. de aleato. l. ſolent, §. 1. hic ſe-

...ocatis ...urato ...icet ꝙ ...dicib⁹ ...um.

† Vide cõci. Trid. ſeſ. 14. c 7. đ casuũ reſeruatione.

Denunciare an quis teneatur.

Corpore det pęnas q caret ęre malus.

Lucrũ turpe eſt extorquendũ, & pauperibus dandum.

nullius prorsus esse momenti [a] volumus, omnique statuimus carere effectu, & robore firmitatis.

¶ Sed, & sciēter vtentes, [b] ipsis, simili sententia, excōmunicationis [c] adstringimus, & reseruantes nobis absolutionem eorum cum in præmissis omnib. ad pœnas similes obligamus.

¶ Idem.

¶ Præmissis damnis ex interdicto prouenientibus, statuit, quod propter dominum debita non soluentem, eius terra vel ciuitas sine speciali Papæ licentia non interdicatur.

CAP. II.

PRouide attendentes, quod vt frequentius, quamuis non sine causa, sine culpa [d] tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur: [e] quodq; sūt nonnulli iudices nimis [f] prompti ad proferendas easdem, etiam in negotijs siue causis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quam charitatis radice [g] perspicuis indiciis [h] procedere arguuntur: quodq; interdicti tempore diuina organa suspenduntur, & laudes, [i] nec ecclesiastica sacraméta ministrantur, [k] vt solent: tolluntur mortuis seu minuuntur suffragia, [l] præsertim per oblationē frequentē Hostiæ salutaris: adolescentes, & paruuli participantes rarius sacramenta minus inflammantur, & solidantur in fide: fidelium tepescit deuotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum: Præsentis constitutionis prouidemus edicto, vt nulla prouincia, ciuitas castrum, villa, [m] locus, [n] territo-

---

cus. Dico eum ludum prohibitū regulariter clericis extra de vita, & honest. clé. clerici. 2. extra de exces. p̄la. inter dilectos, Aut. de sanctis. epis. §. interdicimus, col. 9. Item cōtra, ff de colleg. illic. l. collegia. 1. rñ. Sed ibi erat res illicita pp carētiam solemnitatis. s. qa collegiū non erat p principe approbatū: hic erat illicitum de se, & ideo hic maior pęna quàm ibi. Nec p remedium hic datū tolluntur antiqua, argu. ff. nau. cau. stab. l & ita de facto, §. 1. ff de act. & oblig. l. quotiēs, C. de sepul. viol. l. 3. extra. li 6. đ pęn. ca. fi. §. per hoc quoq, & extra lib. 6. de re iudi cū ęterni. de quorum aliquib. habetur. 14. q. 5. non sane. C. de pœn. iud. qui ma. iudi. per totum.

Ludus est clericis prohibitus.

Remedium nouum non dēt antiquū tollere.

a ¶ Momenti.] & sic nota, ꝙ vitium partis vel defectꝰ facit gratiam vel iustitiā nullā, vt hic & extra de rescriptis, cum adeo. extra de æta. & qual. cum bonæ, extra. 6. li. de rescript. c 1. extra. de fil. presby. c. 2. li. 6. & l. canonizata. 2. q. 6. venales. Firmatur hic pœnę excommunicationis adiectione. Idem de gratia, quæ gratis debet dari, 1. q. 1. sunt nonnulli.

b ¶ Vtentes.] & sic no. ꝙ nedum faciens malum: sed vtēs malefactis sciēter consimili pęna irretitur, extra de immu. eccl. aduersus, extra. de cri. fal. ad falsariorū. C. de cri. fal. l. si falsas, & l. maiorem.

c ¶ Excommunicationis.] quæ est timenda, siue fuerit iusta, siue iniusta, vt patet. 11. q. 3. sententia.

Excōicatio siue iusta siue iniusta timenda est.

PRouide. a tendentes.] Quod vnus nomine suo pro sui interesse non posset ecclesiam subiicere interdicto, dudū ꝓuisum est. extra, de ijs, quæ fi. à ma. pa. c. quæsiuit. Sed hic ꝓuidetur generalius. vt inf. prox. & præmissa intelligo vbi proceditur a parte, vt dicto. c. q̄siuit, aut a iudice cōuentione partis, vt hic. Sed q̄ro: archidiaconus qui ex consuetudine excommunicare nō potest, sed bene eadem cōsuetudine, potest interdicere, ecclesiam interdicit: nūquid pōt? Dic ꝙ sic: quia cūm excōicatio, interdictum, vel suspēsio in potestate iudicis regulariter sumuntur paria, extra. eo. tit. cum medicinalis, §. & hæc eadē, ideo illā pœnā infliget, de qua sibi videbitur, & quæ erit aptior negotio, extra vt lit. nō contest. tuæ, & c. ita quoniam, §. fin. Item potestas specialiter nō prohibita stat. arg. C. de app. p̄cipimus, in fi. quia in tractatu ꝓhibiti, vt est edictū de matrimonio, de ꝓcurationibus, & similibus, ꝙ nō est prohibitum expresse, est permissum, extra de spon. cū apud, ff. de procur. l. mutus, 2. respō. Et hęc decret. habet quinq; dicta. Primo, proęmium ad dicenda p̄mittit. Scdo, ver. Præsentis, iuxta præmissa statuit, Tertio ver. Nos enim, factum contra statutum huiusmodi irritum decernit. Quarto, ver. Non obstantib. dicto statuto obuiantia tollit. Quinto, ver. Nisi à prędicto statuto. excipit.

Edictum de matrimonio est prohibitoriū.

d ¶ Sine culpa.] de hoc no. extra de const. cognoscētes.

e ¶ Proferuntur.] extra. de spon. nō est, & no. 1 q 4. in summa. Quid si hodie consimilis ferretur sentētia sine scriptis: nunqd ferēs esset suspensus? Arg. pro & contra. extra. li. 6. de reg. iur. nō pręstat. Dic ꝙ sic, extra. lib. 6. e. tit. cum medicinalis. §. hæc eadem. Sed dices illud c. loquitur vbi snīa est aliqua, vt dicto. c. §. si quis, & §. superior sed hic est nulla. Sol. dictū. c. punit temeritatem iudicum, vt dicto. ca. §. si quis, quæ cōuincitur siue snīa sit nulla, siue aliqua. iniusta tamen. Et quādo iudex peccans ista constitutione, & illa duplici malédictione dignꝰ est, secundū Philosophū: & trangressor duarum constitutionum: nec pęna p̄stat sibi immunitatē, ff. de inter. & releg. relegatorū. §. fin. & pone ꝙ excommunicās esset excōmunicatus, snīa esset nulla, 24. q. 1. audiuimus, attamen pęna dicti. §. locum haberet.

f ¶ Nimis prompti.] id est, nimis festiui, cōtra iura. C. de sen. ex breui. reci. l. 2. C. de appe. ne causas, 50. dist. ponderet. 2. q in primis. lo. Monachus.

g ¶ Radice.] vt sunt contractus mercatorum, qui dederunt causam præsenti edicto.

h ¶ Indicijs.] C. de rei vendica. l. iudicia. C. de dolo. l. dolum.

i ¶ Laudes.] extra de pęn. & remis. quod in te. extra de consec. eccle. vel alta c. fin.

K ¶ Ministrantur, vt dicto. c. quod in te. extra 6. lib. eo. tit. c. fin.

l ¶ Suffragia.] 13. q. 2. pro obeuntibus, &c. sequenti. & sequen.

m ¶ Villa.] extra. de verb. sig. c. cum in partibus. extra lib. 6. eo. tit. si ciuitas, notatur quid sit.

Loc que acci

n ¶ Locus.] multipliciter accipitur locus: vno modo pro quantitate mensurante rem extra, vt sunt tēpus & locus, secūdum Philosophum. Et sic ponitur, 13. q. vbicunque 1. & ff. de exerc. l. 1. Alio modo pro parte fundi ff. de verb. sig. l. locus Tertio modo pro efficacia argumenti: ut est locus maxima uel differētia maxima, s̄m ꝙ dicitur ab Artistis, locus est sedes argumenti vel illud a quo extrahitur argumentum. versus.

Versi

Est locus atque loci sunt artes, sunt loca terræ.

Quarto modo pro conuenienti statu, vt d. l. cum in partibus. in fi. Et sic accepit Horatius: cum dicit.

Singula

Oratius. Singula quæque locum teneat sortitia decenter. Quinto modo pro congregattione habitantium intra metas vnius loci, vt hic, & extra de cle.excom. minist. c.postulastis.extra 6.lib.eo.tit.alma.respon.

a ¶ Territorum.] quid sit hĕs ff. de ver.sig.l.pu pillus. ver.territorium.

Pecuniæ appellatione omnis res continetur. b ¶ Pecuniæ.] appellatione pecuniæ oĩs res continetur.1.q.3.c.to tum, ff.de verb sig.l. pecuniæ verbum, & l.pecuniæ nomine, & C.de const.pec.l.2.& hoc ait Philosophus dicens appellatione pecuniæ oĩs res continetur, cuius dignitas, i.valor nummismate mensuratur.

Constitutio ad præterita quandoque extenditur. c ¶ Attentatum.] & sic hæc cõstitutio trahitur ad præterita, nec mirum, quia hoc hic cauetur expresse. extr. de consti.c.fi.3. q.4.omnes, C.de sacros.eccl. l.fi.in fi. Et de materia attentatorum ante pęnã in cursam, v.g. Ante istã conclusionem est ecclesia interdicta sm vnum modum de hic reprobatis, aliqs celebrat in ea ecclesia,

rium a vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponatur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiussuis monetæ vel pecuniæ b quantitate, quacunque occasione vel causa, seu quouis quæsito colore: pro eo maxime quod ipsorum domini, rectores seu officiales, quocumque nomine censeantur, aut incolę seu habitatores aut singulares personæ ipsorum statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis, huiusmodi debitum seu quantitatem non soluerunt hactenus, aut in antea non persoluent. Nos enim exnunc decernimus irritum & inane, si secus hactenus extitit attentatum,c vel contigerit attentari, illud que reuocamus omnino. Non obstantibus quibuscumque contractibus, d obligationibus, e pactis, f conuentionibus g compositionibus, h submissionibus, i fideiussionibus, k consensibus, l processibus m & sententijs super hoc habitis, vel habendis iuramentorum n pœnarum spiritualium & temporalium seu multarum o ap-

terdici, extra eo.tit.li.6.si sñia, §.ceterum, & sic prædicto modo posset directe poni interdictum, extra de spõ.est.aut non, & si reditur ad interdictũ hic prohibitũ: sed primo modo reditur ad interdictũ permissum. Sed quæro hoc casu permisso, non interdicit prouincia, vt dicto capitulo nõ est, sed interdicitur curato, ne celebrat, nunquid est iste celebrãs irregularis? Ar. qđ sic, extra lib.6.eo.ti.c.is qui.extra de cler.excõ. si celebrat. Sed dices ad hoc mitius agit cum lege, q̃ cum ministro legis ff. de arbi.l.Celsus. Sol. hoc casu nedum requiro inhibitionẽ iuris vel hominis, sed pęnam a iure inflictam, vt d.c.is q. & pęnalia nõ extendam. ff.de pęn.interpretatione, & de pę. dist.8.pęnæ, & extra lib.6. de reg.iu.odia, & extra eo.lib.de fil. presby. c.1.in fi. Sed quæro, ex delicto q̃s condemnatur ad pęnam pecuniariã, nũquid huic constitutioni locus est. Et vr, ꝙ non, q̃a hic loquit

tandem fit hæc constitutio, non releuatur per hanc constitutionem. not.simile, extra 6. lib.de reg.iur.c. ratihabitionem, argum.ff.de itin. actuque priua.l. 1. in fi. & l.seq. C.de sen.pas.l si in princ. ff.de capt. & postl.reue.l.in bello, §.factæ, auth.vt cum de appel. cogno.circa prin.coll.8.vbi no.quod constitutio, quæ extenditur ad præterita, non comprehendit decisa per sñiam, & extra lib.6.de reg.iu.c.factum. Io.Mon.

Contractus sunt duplices. d ¶ Contractib.&c.] & est ratio, quia innoxij tunc ligarentur per ista, vt s̃.in prin.extra eo. Romana §.si. pp hoc illicitum hic retractat. Et dic contractib. vel quasi, siue vltro citroq; obligatorijs, vt emptio & vẽditio & similes vel ex parte vna, vt est donatio. C.de sacros.eccl. vt inter diuinum, instit. de oblig. quæ ex quasi contract.nas.per totum.

Interesse est æstimatio pecuniaria. e ¶ Obligationib.] quæ sunt iuris uinculum, instit.de oblig.in prin. Sed quid si agatur ex obligatione ad interesse. Dic idem, cũ interesse sit æstimatio pecuniaria. ff.de re iud.l.si quis ab alio.

f ¶ Pactis.] quid sit pactum, & quæ conuentio habetur. ff.de pact.l.1.§ 1.& §.adeo.

g ¶ Conuentionibus.] ab initio.

h ¶ Compositionib.] ex postfacto Io.Monachus.

i ¶ Submissionib.] in iudices factis.

k ¶ Fideiussionib.] hoc est oblationib.non pricipalibus, sed accessorijs.inst.de fideius.per totum.

l ¶ Consensibus.] partium.Io.Monachus.

Interdictũ quãq. directe quãq. indirecte fertur. m ¶ Processibus.] & sñijs iudicum. Quid si non sit lata sñia interdicti directo, sed solum mãdatur rectoribus locorum, in quib. morantur, vel veniunt excommunicati ex causis prędictis ꝙ quamdiu morãtur ibi dem cessent a diuinis, ẽt trib. diebus post recessum, prout frequenter fieri consueuit. Vr idem, cum eadẽ sit ratio ff.ad l. Aquil.illud, nam alias præsens constõ imponeretur verbis, & nõ reb & debito fraudaretur effectu.argu.extra lib 6.de elec.commissa, §.porro, C. commu.de leg.l.2.in fi. Dic distinguendũ, aut agitur de delicto maiorũ, propter ꝙ terra posset directo in

in cõctibus & sic ad delicta nõ extendã, & ẽt ratio originis est consideranda, ff.de don. qui id ꝙ, & initium spectandum, ff.ad Mace.l.tñ, no.de elec.dudum 1. Dic contra ff.de pecul.3.§. idem scribit, & leuiter reuertor ad pœnam interdicti tollendam propter rationes sup eo.in principio tactas. Sed q̃d si oẽs & singuli cõsentirent, videt conuẽtio tenere. ff.de reg.iur.l.aliud, §.refertur, & ad municip.l.maior. Dic contra, quia infantes se ad hoc obligare non possent, cum eorũ ætas ignoret quid agat. C de fal.mo.l.1.idem in furioso, ff. de rei vend.l quod infans. Item tunc ligarentur mortui, ne commoda ecclesiæ militantis ad eos venirent, vt sup.eo.in prin. Sed contra per le.quę oẽa adstringit hoc potest fieri, extra de consti.c.si ergo & per pactũ. ff.de pact.l.non impossibile, & per consuetudinẽ: ergo & per pactum. C de fideius.l.fi. Sol pacta hęc non valent, quibus detrahitur honori Dei, & publicæ vtilitati animarum, & ubi contra animam hæreses pullulant, ut sup.eo.in prin.arg. extra de foro comp si diligenti, & de fer.conquestus, inf.de pact.ius publicum, & male adinuenta, utpote contra prædicta, tẽpore nõ firmantur authen. ut nul.iud.li.ha.lo.ser. §.1. coll.9. Pactũ nõ valet ꝙ detrahit honori Dei. Itẽ vbi agitur de electionibus, & similibus, quod maior pars facit, omnes facere videntur, vt dicta l.quod maior. Item ubi factum omnium respiceret debitum vel publicam vtilitatem, quia tunc sufficeret maior pars, extra de ijs quę fiunt a maio.pa.cap.c.fi. Sed vbi agitur tantum de commodo, uel incommodo singulorum, consensus omnium est requirendus extra de offic.arch.ad hæc in fi. C.de aucto.præst.l.fi. ff.de aqua plu.arc.l.in concedendo, extra lib.6.de reg.iur.quod omnes. Pactũ a maiori parte, an videatur factũ ab omnibus.

n ¶ Iuramentorũ.] nam ex quo non tenet contractus, nec confirmatio contractus valet. ff.de fideius.cũ lex, no.extra li.6.de reg.iu.non est obligatorum, Arg.contra C.de præd.mino.l.& si is. Sol.ut ibi.

o ¶ Multarum.] de quib.habes C.de mo.mul.& ff.de verb.sign.l.si qua.

a ¶ Spe-

a ¶ Speciali.] Sed qua liter sedes Apostolica illicitũ, vt hic, faciet licitũ, quæ ait quod est licitum, approbãtes, & illicitũ reprobantes ext. de præbẽ. dilectus 1. Sol illicitum quandoq; ex certis circũstantijs toleratur, vt dict. tit. de præ. nisi essent.

b ¶ Apparente.) sunt & quidem alij casus, in qb probare oportet per scripturã. no. extra lib. 6. de censib. Roman. §. postquam. Ioan. Mona.

Illicitum qñque toleratur.

positione, vel quacũque alia firmitate vallatis. Nisi talis suppositio interdicti hactenus forte facta, vel in antea fieret de Apostolicæ sedis speciali [a] licentia, & expressa, per ipsius sedis patentes litteras apparente. [b]

¶ Clemens quintus.

¶ Andronicum Palæologum se Imperatorẽ Græcorum nominantem, & hæresis ipsorum fautorem, excommunicatum denunciat, omnesque cum eo sic manente societatem contrahentes, ipso facto dicit excommunicatos, & eorum terras ecclesiastico supponendas interdicto. Suntque priuandi bonis quæ ab Ecclesia tenent, & talis societas seu confœderatio nulla est. Facit cap. ad Apostolicæ. de sent. & re iu. lib. 6.

CAP. III.

AD certitudinem præsentium, & memoriam futurorum, Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem se nominat, tanquam eorundem Græcorum antiquorum † schismaticorum, & in antiquato schismate constitutorum, & per † hoc hæreticorũ, & hæresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem, de fratrum nostrorum consilio denunciamus excõmunicationis sententiam latam a canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Ceterum vniuersis & singulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & ceteris omnibus cuiuscunque præeminentiæ, conditionis, status, nec non vniuersitatis, ciuitatũ, castrorum, & aliorum locorum districtius inhibemus, ne cũ eodem Andronico Palæologo in huiusmodi excommunicatione manente, societatem vel confęderationem aliquam contrahere sub quouis ingenio, vel machinatione præsumant, vel ei alias in his, quibus excommunicatus est denunciatus a nobis pręstare consilium, auxilium, vel fauorem publicum vel occultum. Et si secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium præsumentes (non obstante qualibet indulgẽtia sub quacumque forma verborum, vel expressione ipsis ab Apostolica sede concessa, vel in posterũ concedenda, quam quo ad hoc viribus volumus omnino carere) sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipso ferimus, incurrere volumus ipso facto. Terras ipsorum & vniuersitates prædictas, quæ secus attẽtare præsumpserint, prout expedire videbimus, ecclesiastico curabimus subijcere interdicto. Ad priuationem omnium bonorum, quæ a quibuslibet tenent ecclesijs, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout vtile putabimus, processuri. Et nihilominus societatem & confœderationem ipsas (etiam si pœnarum & iuramenti additione, vel quacumque fuerint alia firmitate vallatæ) decernimus irritas & inanes. Datum Pictauis, iij. Nonas Iunij. anno ij.

† al antiqua torum.

† Quia nullũ schisma est, quod non sibi aliquã hęresim cõfingat, vt recte ab ecclesia recessisse videatur. ita B. Th. 2. 2. q. 39. art. 1. ad- de Turrecremat. in summa de Eccl. li. 4. c. & seq.

† Io. de ... na intra ... ã bene. p... 1. q. 2 dũ ... minit hu... extrauag... tribuit ... 6.

Idem.

¶ Excommunicati sunt, qui litteras a Papa ante suam coronationem concessas, impugnant.

CAP. IV.

QVia † nonnulli, prout accepimus, contra doctrinam Apostoli suæ prudentię, quin potius imprudentiæ innitentes, ac disceptare super his de quibus eis non expedit satagentes, asserere non uerentur, quòd summus Pontifex ante suæ coronationis † insignia se non debet intromittere de prouisionibus, reseruationibus, dispensationibus, & alijs gratijs faciendis, nec se in litteris episcopum simpliciter, sed electum episcopum scribere. Nec etiam vti bulla, in qua nomen exprimatur ipsius. Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione huiusmodi aliquas litteras nostras super negotijs quibuscunque confectas † quæ a nobis ante donationis nostræ insignia emanarunt, ausi fuerunt impugnare, excommunicationis sententia innodamus. Datum apud Pesecum Burdegalen. diœcesis, anno ij.

† Prou. ... c. ne inni... ris. extra... const.

† Vide te... in c. inno... dñi. 23. di... ver. elect... tũ, & ibi ... mi & ali... & Ioannẽ ... selui trac... de ben. pa... 1. q. 2.

al. cõcessa.

F I N I S.

INDEX LOCVPLETISSIMVS
RERVM ET VERBORVM,
QVAE IN SEXTO DECRETALIVM,
Clementinis, & Extrauagantibus habentur.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam denotat.

A

C

D

Di-

E

Epi-

excom-

G

H

dicta

Iudæi

L

non

Ordi-

poſtu.

scien-

Spon-

T

Finis rerum & verborum, quæ in sexto Decretalium, Clementinis, & Extrauagantibus habentur.

REGISTRVM.

S E X T I.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo

Omnes Quaterniones † Duernio.

CLEMENTINARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes Quaterniones P. Sexternio, Q Arboris consanguinitatis & affinitatis Duernio.

EXTRAVAGANTIVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

Omnes Quaterniones R Duernio.

ADDITIONES
SVPER DECRETO
D. ANDREAE ALCIATI
PATRITII MEDIOLANENSIS
& Iureconsulti praestantissimi.

Quae quales sint, consulto dicere omittimus, studiosi Lectoris iudicio relinquentes, quam vtilitatem sint allaturae: non enim è re esse duximus, tanti Doctoris nomen fucatis verbis offendere, de quo tacere satius est, quam pauca loqui.

E tenebris, vbi latebant, eas extraxisse in tui gratiam operaepretium existimauimus, quod nostri operis est, aqui boniq́ consule: reliqua Deo Opt. Max. & Alciato accepta referto.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXV.

D. ANDREAE ALCIATI
Additiones ſuper Decreto.

DISTINCTIO. I.

Diſtinctio prima, c. humanum genus, quod eſt primum in gloſſ. in verbo vult. capit. ibi vel expone iubetur. i. conſulitur, vide Felynum capit. ſanctorum, de præſcrip.

Can. Primo.

Capitulo omnes leges in gloſ. ver. faſ, eſt, ibi ver. aliquid mihi prodeſt, & tibi non nocet Fel. cap. inter dilectos, col. 2. de fide inſtrum.

Can. 2.

Capitulo ius generale, in fine gloſ. ibi & hoc ſolum per rationes ſufficit. 22. Vide ſimilem gl. in l. 1. §. pueritiam in verbo ratus, ff. de poſt. ad quam vide Auguſtinum, in l. iuſtitia eſt, de iuſt. & iure.

Can. 5.

Cap. cōſuetudo, in fine ibi conſuetudo; An aūt cōſuetudo relata in ſcriptis dicatur amplius conſuetudo, vide Dec. in Rub. de conſuetudin. in principio, qui tenet quod ſic.

In gloſſa ratione & ratio dicitur anima legis, vide Decium conſ. 64. colum. 4. & Fel. c. tua. col. 2. de iureiur.

Can. 9.

Capit. ius gentium. in gloſſ. 1. ibi alioquin ſi propria 213. vide Marſi. ſingul. 177. in eadem gloſſa, ibi niſi forte vide Fely. cap. ſecundo, in fine, de ſponſal.

Can. 11.

Capitulo ius publicum cum ſequenti in glo. quod nulli. Hoſt. qđ quando materia poteſt & iudæis conuenire in conſtitutione canonum, vide Deci. capitulo primo, colum. 13. verſic. confirmatur, de probat, & capit. conſuluit, el 3. de appellat. & Fel. c. 1. col. 11. verſicul. fallit, quinto, de conſtitu.

Diſtinctio. 2.

Can. 1.

Capitulo lex eſt in glo. fin. ibi maiores natu. 23. vide Felyn. capit. cum venerabilis, in principio, de excep.

Diſtinctio. 3.

Can. 4.

Capitulo omnes, in fi glo. & quid ſit pragmatica ſanctio, vide gloſ. fin. in c. 1. de rer. permut. & glo. 1. quæſt. 1. in ſumma, in princ.

Diſtinctio. 4.

Can. 2.

Capitulo erit autem lex, ſi autem lex eſſet inhoneſta, nunquid illi ſit parendum, uide Abb. cap. fin. notabili quarto. de præſcrip. & an ſit nulla ipſo iure, uide Felynum cap. cum omnes, colum. 2. de conſtit. & vtrum ſit rationabilis eſt in arbitrio iudicis, vide eum. in capit. eccleſia, columna ſecunda, eod. tit. Deci. conſilio 335. columna fin.

Can. 3.

Capitulo in iſtis, in glo. fin. & vidė Abb. capit. cum ex officijs, columna quarta, de præſcript. vide omnino Felynum, columna quarta, qui tenet contra Abb.

Can. 6.

Capitulo denique in gl. 1. & quodlibet beneficiam etiam ſimplex dicitur dignitas largo modo vt Hoſt. Io. And. cap. ſi forte, in 3. glo. in nouella.

In glo. conſuetudine, in princ. uide Dec. q. 170. col. pen.

In eadem glo. in vlt. ver. Generali, Intellige ſi talis conſuetudo eſſet contra præceptum naturale, vel diuinum alias, ſecus ita ſuper Mod. capit. nam concupiſcentiam, col. 2. de conſti.

Diſtinctio. 5.

Capitulo primo, in gloſſ. ibi, item ſententiæ rigorem, & ideo cum ius naturale ſit immutabile, ſuper eo nō poteſt fieri diſpenſatio, de hoc, vide quę not. Felyn. & Dec. c. ſciſcitatus de reſcrip. & vide Dec. colum. 4. in fine.

Diſtinctio. 6.

Capitulo fin. non eſt peccatum in gloſſ. his ita in fine, de mutatione, l. vide aliqua per Felyn. cap. translato; in princ. de conſtit.

Diſtinctio. 7.

Can. 2.

Capitulo fuerunt in glo. prima, vide Decium capit. 1. notab. 2. de offic. deleg.

Diſtinctio. 8.

Can. 1.

Capitulo quo iure in gloſ. 1. ibi defendis. de iſto uerbo, uide Felynum in rubr. de except. Alexan. conſil. 163. volum. 5.

In gloſ. mea, ibi hæc uerba, Meum, ſuum, uide Abb. c. quia in vlt. notab. de iudic.

Can. 2.

Capitulo, quæ contra mores in glo. aut peregrini, uide Abb. cap. 2. de ieiun. in fin. ubi ponit dictum contra Mediolanenſes Schot. & Cardinale in cle. 2. in 5. q. de celebr. miſ.

In gl. immo, ult. verbo, venientes, vide Felyn. cap. conſtitutus, colum. 7. de reſcript.

Can. 7.

Capitulo fruſtra, in glo. ibi item quod ſit de ſcientia, & quod requiratur ſcientia Principis, ubi conſuetudo eſt contra ius publicum auctoritate, & utilitate, uide Felynum, capitu. cum ex officij, columna quinta, de præſcri. qui tenet cōtra Abb. & idem quando inducitur conſuetudo contra legem prohibentem creare nouā conſuetudinem in contrarium.

In ea. gloſſ. circa fin. ibi, quidam tamen dicunt, & in hoc non ſufficit tēpus centum annor. quæ colligitur ex verbis Felyn. capit. ſi diligenti, in fin. de reſcrip.

Diſtinctio. 9.

Can. 2.

Capitulo, vt veterum in gloſ. Græci, circa princip. gloſſ. iſtam male taxat Eraſmus in ſuis ſcholiis appoſitis procem. Hieronymi in Pentateucum, in fin.

In ea. gl. vlt. mediū, ibi, quod quantumcunque authenticum ſit. &c. vide ad hoc Dec. ca. quando. 10. no. in fi. de prob. & Fel. c. inter dilectos, colum. quinta, de fide inſtrum. & cap. parte. cl. de reſcriptis.

Diſtinctio. 10.

Can. 1.

Capitulo lege. in gl. lex humana, vide Abb. c. ad euidentiam, col. 2. de eccl. ædifi. & Fel. in c. quæ eccleſiarum. col. 16. de conſtit.

In glo. 1. circa fin. ibi quod ſi princeps legitimat aliquem, vide Dec. qu. 14. 4. col. pen.

Can. 5.

Capitulo imperium in gl. in fi. ibi quod reges conferunt Decanatus, itē eccleſias, vt gl. not. 16. quæſt. 7. in ſumma, in fi. vide Roman. conſi. 166. incipien. iſte Petrus, & Decius conſi. 134. columna ſecunda.

Can. 7.

Capitulo ſi adiutorium, vide Pau. de Caſtro conſilio 157. volumine 2. Alexan. conſil. 121. in fine, uolum. ſecundo.

In gloſſa prima limita, dictam gloſſam, niſi vtrumque ius idem diſponeret, & quia tunc licet allegare, ita Hoſt. Abb. capitu. primo, vltimo notabili, de confeſſ. & capitu. cum nobis in primo notabili, de præſcript. & capitulo cum nobis notabili ſecundo, de teſtibus, & capitulo ſecundo requiris, quarto notabili, de appellation.

Can. 8.

Capitulo quoniam in glo. diſcreui. circa medium non appellatur ab Imperatore ad Papa in Temporalibus, limita iſtam gloſſam niſi Imperator negaret iuſtitiam in c.nouit de Iudic. & uide caſum per Deci.capit.cum veniſſent de iu.col.pen.& Abb.Rubrica de appell.col.3.& ratio gloſſę eſt quia licet habeat iuriſdictionem in Temporalibus, habitu non tamen exercitium actu.vt d.c.nouit & vid.Dec.d.c.nouit.in glo.in verbo indigere.

Can. 11.

Cap.quis autē.in gl.in fi.ibi & ſic aliud eſt contemnere, vid.Dec.c.cum non ab homine not.7.de iud. & c.prudentiam in glo. in ver. arguendus de off.deleg.

Diſtinctio. 11.

Capitulo 1.in glo. ibi vel tanquam lex eſt obſeruanda, uid. Abb.c. cum Ioan.col.6.de fid. inſtrum.

Can. 7.

Capitulo in his rebus ī gl.fi.in fine: contrarium tamen tenet. Io.An.pro ut refert Abb.d.c.cum in cunctis de his qui fiunt a maiori parte.

Can. 10.

Capitulo hoc veſtræ in glo. prima delictū Iteratū grauius punitur, vid. quæ poſui ad c.ii, qui altari.15.q.8.& D.Ronch.c.fi.1.not.de conſuetud.

Capitulo fi.in gl. auctoritate circa medium confirmatio Papæ quid operetur, vide Marſil ſingul.196.

Diſtinctio. 12.

Can. 2.

Capitulo præceptis in gloſ. cauſatio circa princ.ibi abſolui, ut contrarium tenet Abb.c.3.de re iu.

Can. 8.

Cap.nos conſuetudine circa fi.ibi non autē &c.ſpirituale eſt iſto caſu vt dicit Dec.in §.de adult. de iud.in fi.

Can. 11.

Capitulo illa autem in glo.ſocietate Argumētum cōtra ſcholares Mediolanenſes, qui Papię ſeruant carnis priuium Mediolani.de quo uide Abb.ca.2.in fine de obſeruat. ieiunij.

Can. 13.

Capitulo de his in gloſſ. fin.& omnes pœnas infligere præter diſpoſit. vt notant Doct.cap.ſi quis Epiſcopus de accuſatio.

Diſtinctio. 13.

Can. 2.

Capitulo Nerui in glo.a contagione in princ.vide Abb.capit.ego enim colum.fin.de iur.iur.

Diſtinctio. 14.

